Rare Vell. D. 95
597576

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
CORAM
R.P.D. ANGELO CELSO
ROMANO,
NVNC
S.R.E. CARDINALI.



ROMÆ,
Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſt. 1668.

Superiorum permiſſu, & Priuilegio.

Bibliothecae De Rossi Cas. 173
Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO D. N.
CLEMENTI IX.
PONT. MAX.

ANGELVS CARD. CELSVS ROM. FELICITATEM.

QVas nuper in vnum collegi Romanæ Rotæ Deciſiones, dum imprimendas curarem, plurimæ ſuaſerunt mihi cauſæ, vt nomini tuo Pater Beatiſsime nuncuparem: ex illis verò potiſsimum duę, quarum altera mihi cum omnibus communis eſt, altera peculiaris. Cum enim Sanctitas Tua non modò Fortunæ publicæ, vt ita dicam, arbitra ſit, verum etiam vindex Iuſtitiæ, omnia quæcunque Fortunæ, aut Iuſtitiæ Rotam agitant vel exornant, quaſi iure ſuo ad te referenda eſſe, vt inſtrumenta ſuæ cauſæ reſpondeant; nullus profectò negauerit. Quamobrem meum hoc volumen, in quo Iuſtitiæ arcana, & Decreta in Romanæ Rotæ Tribunali à me pluribus annis explicata continentur, niſi Tibi vti tuum offerrem, certè Iuſtitiæ læſæ reus audirem: eoque præſertim, quod totus in eo es, vt communi tum vtilitati ſtudeas, tum conſulas æquitati. Illud etiam priuata quadam neceſsitate ad id officij me compellit, quod diuturno longoque æta-

tis

tis meæ curriculo conſtanter, ac familiariter beneuolentia Sanctitatis Tuæ ſim vſus, non ſine prærogatiua quadam beneficij cæleſtis: Dei enim certiſsimum donum eſt, ſapientiſsimorum hominum, ideſt Tui ſimilium, humanitate & familiaritate perfrui poſſe. Mitto ea narrare, quæ nec Tuæ modeſtiæ grata forent, nec vlli ignota ſunt; quæque Nos admirabamur olim, nunc Orbis terrarum vniuerſus in Te ſuſpicit & veneratur; argumenta benignitatis pluſquam humanæ, per quam catenis verè aureis omnium animos & corda Tibi obſtringebas. Tantæ humanitatis memor nec ingratum Tibi fore cenſui, nec temerarium mihi, ſi has Deciſiones nomini Tuo dicarem, ſtudij, amoris, & obſequij mei deuotum pignus. Idque decidendum mihi erat, ne ingrati animi vitio inſimularer, eademque iuſtiſsima Deciſio ceteris Iuris Deciſionibus addenda, quod meus hic liber ſoli Sanctitatis Tuæ nomini nuncupari deberet.

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM.

Vna cum Indice Cauſarum iuxtà ſeriem temporis prout iacent in præſenti Volumine.

Peruſina fideicommiſſi.

Lunæ 5. Martij 1646.

Argumenrum I.

Hæres fideicommiſſo grauatus an poſſit deducere legitimam, & alia credita non obſtante omiſſione Inuentarij, & quid ſi concurrat alienatio bonorum.

Fauentina Societatis.

Lunæ 16. Aprilis 1646.

Argumentum II.

Socius quando teneatur ex contractu Conſocii, etiam ſi idem contractus fuerit initus nomine proprio, non autem nomine Sociali.

Romana Cenſus.

Lunæ 4. Iunij 1646.

Argumentum III.

Hæres tenetur Inuentarium conficere, & de bonis hæreditarijs rationem reddere, alias poteſt, & in bonis proprijs, & in perſona moleſtari.

Romana Cambij.

Veneris 8. Iunij 1646.

Argumentum IIII.

Executio facta vigore obligationis Cameralis non remanet attentata, quamuis poſtea ab ea fuerit interpoſita appellatio, & cauſa commiſſa cum clauſula ſi quid exequendum, nàm talis clauſula non retrotrahitur.

Maioricen. Parochialis.

Mercurij 13. Iunij 1646.

Argumentum V.

Appellatio an detur ab Electione, facta per Epiſcopum in concurſu ad Parochiales; Et an tali caſu concedendum ſit nouum Examen, & in quo loco.

Poſnanien. Abbatiæ.

Veneris 15. Iunij 1646.

Argumentum VI.

Reſignatio Beneficij coram quo fieri debeat; Et ex quibus præſumatur facta per vim, & metum.

Barchinonen. Canonicatus Pœnitentiarij.

Veneris 22. Iunij 1646.

Argumentum VII.

Indultum, conceſſum Regi Catholico in Regnis Hiſpaniarum, an compræhendat Prouinciam Cathaloniæ, & Ciuitatem Barchinonæ, & examinatur obſeruantia eiuſdem Indulti.

Bononien. Tenutæ.

Lunæ 25. Iunij 1646.

Argumentum VIII.

Creditor, ad cuius fauorem fuit appoſitum pactum Conſtituti, & Precarij, poteſt eo vti non ſolum contra Debitorem, ſed etiam contra omnes, habentes ab ipſo cauſam.

Tridentina Matrimonij.

Mercurij 27. Iunij 1646.

Argumentum IX.

Pactum, initum inter Coniuges, de non recedendo à certo loco, ſuperueniente noua cauſa non eſt ſeruandum: Inimicitia autem, & Infirmitas inſeruiunt pro iuſta, & legitima cauſa, quę etiam remittitur arbitrio Iudicis.

Romana Hæreditatis de Scarſellis.

Mercurij 27. Iunij 1646.

Argumentum X.

Inſtitutiones procedentes ex mutuo affectu non continent captatoriam, nec à iure ſunt improbatæ. An autem ſublata vna deficiat altera, & poſſint fieri irreuocabiles latè diſcutitur in Deciſione.

Fauentina Societatis.

Mercurij 4. Iulij 1646.

Argumentum XI.

Socius in quibus caſibus obligetur ex contractu Conſocij; Et quando contractus præſumatur geſtus contemplatione, & pro ſeruitio Societatis.

Calaritana Præeminentiarum.

Veneris 14. Decembris 1646.

Argumentum XII.

Articuli qui dicantur irreleuantes, qui verò impertinentes; Et an iſti ſint reſecandi, antequam ſuper alijs Remiſſoria concedatur. Et in quibus caſibus Capitulum poſſit ſtatuere ſine conſenſu Epiſcopi.

Tolerana Penſionis.

Mercurij 16. Ianuarij 1647.

Argumentum XIII.

Penſiones confidentiales fuerunt introductæ, ad euitandas pragmaticas, nempè vt reſeruatio ſit penes vnum, & commoditas penes Alterum. Et ſi contingat, Papam ſub verbis ampliſſimis transferre in nouam perſonam penſiones, exiſtentes penes ſimplicem Reſeruata-

a

rium

Index Argumentorum.

rium, talis translatio comprehendit tàm penſiones Palatinas, quam etiam alias quaſcumque, nec apparet de ſtylo contrario.

Medioſaneñ Cimiliarcatus.

Veneris 8. Februarij 1647.

Argumentum XIIII.

Decretum irritans, etiam ſi non fuerit appoſitum ſuper certo corpore, ſed in lege generali, inficit titulum, & poſſeſſionem, quando clarè conſtat, illud intrare: Et dicitur, clarè conſtare non ſolum per rem iudicatam, & confeſſionem Partis, ſed etiam per Deciſiones Rotales: Et habens decretum pro ſe, poteſt petere manutentionem, & continuare poſſeſſionem captam abſque vitio Attentatorum.

Romana Domus.

Lunæ 25. Februarii 1647.

Argumentum X V.

Emphyteuta ex quibus cauſis excuſetur à caducitate ob canones non ſolutos. Et an ob defectum huiuſmodi, & ob prætenſam lineam finitam liceat Proprietario, capere poſſeſſionem propria authoritate.

Aſculana Dotis.

Veneris 5. Aprilis 1 6 4 7.

Argumentum XVI.

Alimenta debentur Mulieri, repetenti ſuam Dotem, conſtito de paupertate, & præſumptione boni iuris, etiam ſi agat ad rem particularem.

Gandaueñ Exemptionis.

Veneris 10. Maij 1647.

Argumentum X V I I.

Exemptio à iuriſdictione Ordinarij acquiritur per priuilegia Summorum Pontificum, quibus renunciari non poteſt per Exemptum, immediatè ſubiectum Sedi Apoſtolicæ.

Bareñ Pecuniaria.

Veneris 7. Iunij 1 6 4 7.

Argumentum X V I I I.

Solutio probatur non ſolum per quietantias, ſed etiam per præſumptiones, & coniecturas; Maximè ſi illæ ſint plures, & vrgentes. Quæ autem dicantur tales, latè explicatur in deciſione.

Abuleñ Portionis.

Veneris 14. Iunij 1 6 4 7.

Argumentum XIX.

Obitus Beneficiati in Menſe reſeruato debet cõcludenter probari ab eo, qui ſe fundat in Reſeruatione præſertim in concurſu cum Prouiſo ab Ordinario.

Terdoneñ Iuriſpatronatus.

Lunæ 17. Iunij 1647.

Argumentum X X.

Patronus poteſt per viam ſupplicationis inſtare, vt Beneficium ſibi conferatur: Et quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur per vnicam præſentationem, effectum ſortitam, quæ licet per vltimam voluntatem non poſſit in alium transferri, poteſt tamen per viam Contractus, & ſic Ceſſionis, & Donationis.

Fauentina Societatis.

Mercurij 26. Iunij 1 6 4 7.

Argumentum XXI.

Donatio an dicatur perfecta ante acceptationem Donatarij; præſertim quando illa non eſt ſimpliciter fauorabilis, ſed oneroſa, vel mixta; Et an ſecuta acceptatione retrotrahatur in præiudicium Creditorum.

Aſculana Dotis.

Mercurij 26. Iunij 1647.

Argumentum XXII.

Maritus, qui in Capitulis matrimonialibus promiſit, Vxorem eſſe contentam dote, ſibi aſſignata, non præiudicat eidem Vxori, niſi promiſſionem huiuſmodi ſpecificè, & cum debitis ſolemnitatibus ratificauerit.

Aſculana Succeſſionis.

Veneris 28. Iunij 1647.

Argumentum X X I I I.

Remiſſoria in prophanis conceditur etiam ſinè ſumo, quandò conſtat de tali releuantia materiæ articulatæ, quæ ſit probabilis, & calumniæ ſuſpicionem excludat.

Maioriceñ Parochialis.

Veneris 28. Iunij 1647.

Argumentum X X I V.

Appellatio licet non detur à iudicio Epiſcopi circà electionem ad Parochiales, niſi conſtito de irrationabili iudicio ipſius; nihilominus hoc procedit ad effectum reuocandi electionem, non autem ad finem prouocandi præelectum ad nouum examen.

Poſnanieñ Abbatiæ.

Lunæ 1. Iulij 1647.

Argumentum X X V.

Reſignatio, facta coram habente facultatem inſtituendi, & deſtituendi, concurrente iuſta cauſa ſuſtinetur: Et plures enumerantur cauſæ, quæ reputantur iuſtæ.

Taurineñ Parochialis.

Mercurij 13. Nouembris 1647.

Argumentum X X V I.

Attentata ſunt omnia, geſta poſt præſentatam Inhibitionem Rotalem, ſiuè Inhibitio ſit iuſta, ſiuè iniuſta, & ſiuè prædicta commiſſa fuerint contra ipſummet poſſeſſorem, ſiuè contrà illius Colonos, & Arrendatarios.

Taurineñ Parochialis.

Veneris 20. Decembris 1647.

Rota Memorialium.

Argumentum X X V I I.

Pro reuocatione Attentatorum datur etiam mandatum de manutenendo, & pro reſtitutione fructuum perceptorum mandatum executiuum.

Aſculana Dotis.

Veneris 24. Ianuarij 1648.

Argumentum X X V I I I.

Exceptio non implementi an, & in quibus caſibus operetur, & à quibus opponi poſſit.

Nullius, ſeù Burgeñ Iuris viſitandi.

Veneris 7. Februarij 1648.

Argumentum X X I X.

Poſſeſſio, vel quaſi Iuris Viſitandi quomodo probetur; & an acquiſita per Anteceſſorem tranſeat in ſucceſſorem abſque noua apprehenſione.

Leo-

Index Argumentorum :

Leodieñ Præpoſituræ.

Luna 2. Martij 1648.

Argumentum XXX.

Declaratoria datur, quando intimato mandato de manutenendo, & ſeruatis quatuor terminis ſeruari ſolitis non docetur de paritione, etiamſi intimatio non fuerit perſonalis, dum quis doloſè latitat, & præcedunt diligentiæ.

Gerundeñ Beneficij.

Mercurij 11. *Martij* 1648.

Argumentum XXXI.

Narrata in Gratia quomodo iuſtificari debeãt ad effectum adiudicationis beneficij;& quæ probatio requiratur reſpectu Iurisſpatronatus, quando Ordinarius non eſt in cauſa, nec agitur de præiudicio Eccleſiæ.

Toletana Decimarum.

Lunæ 16. *Martij* 1648.

Argumentum XXXII.

Remiſſoria in prophanis datur etiam ſine fumo, non ſolum quando materia articulata eſt releuans, ſed etiam quando releuantia eſt dubia, & etiam poſt rem iudicatam, ſi ſententiæ ſint nullæ, & res iudicata ſit dubia.

Æſina Fideicommiſſi.

Mercury 18. *Martij* 1648.

Argumentum XXXIII.

Succeſſio an, & quando debeatur in capita, & non in ſtirpes; Et an frater Conſobrinus concurrat cum vtrinque Coniuncto in bonis fideicommittentis.

Bononieñ Tranſactionis:

Luna 30. *Marty* 1648.

Atgnmentum XXXIV.

Filiorum appellatione ſecundum proprietatem ſermonis non veniunt Nepotes, præſertim quando agitur de grauamine, & reſiſtit voluntas Teſtatoris.

Veliterna Legati.

Luna 27. *Aprilis* 1648.

Atgnmentum XXXV.

Apothecæ veniunt ſub legato Domus, non ſolum ſi ipſa Domus fuerit relicta in proprietate, ſed etiam quando relicta fuit ſola habitatio; præſertim ſi ex coniecturis conſtet de voluntate Teſtatoris, & hæres tale legatum itá interpretatus fuerit.

Bononieñ fideicommiſſi.

Luna 4. *Maij* 1648.

Argumentum XXXVI.

Fideicommiſſum, in contractu factum, valet, & eſt irreuocabile; ex quibus autem appareat, eſſe factum in contractu, vel in vltima voluntate, latè diſcutitur in Deciſione, prout etiam de validitate pacti de inuicem ſuccedendo.

Taurineñ Parochialis.

Luna 25. *Maij* 1648.

Argumentum XXXVII.

Quæ requirantur ad concedendam Declaratoriam, & quomodò dicatur conſtare de non paritione, ac etiam de contrauentione.

Placentina Beneficij.

Veneris 29. *Maii* 1648.

Argumentum XXXVIII.

Remiſſoria denegatur, quando conſtat de irreleuantia materiæ articulatæ; imò contrarium apparet per ſcripturas, & documenta publica, & cauſa eſt beneficialis, nec datur aliquis fumus.

Romana Attentatorum.

Veneris 29. *Maii* 1648.

Argumentum XXXIX.

Lis dicitur introducta mediante Citatione executa, & legitimè reproducta: Imò reſpectu Actoris ſufficit ſolum decretum Citationis abſque illius executione ad effectum, vt omnia geſta coram alio Iudice dicantur attentata.

Romana Dotis.

Veneris 5. *Iunii* 1648.

Argumentum XL.

Dotis promiſſio ex quibus reddatur ſuſpecta, adeout Teſtes de ea deponentes non ſint attendendi; Maximè ad effectum Saluiani pro quo requiritur Creditum certum, & indubitatum.

Fulginateñ Cenſus.

Veneris 5. *Iunii* 1648.

Argumenium XLI.

Hypotheca dotalis incipit à die promiſſionis, non autem à die contracti Matrimonij; Et quamuis Dos promiſſa antè Matrimonium, verè, & propriè non ſit Dos, tamen eſt Dos deſtinata; Et conditio nuptiarum non eſt poteſtatiua, ſed cauſalis, vel mixta, quæ retrotrahitur ad diem Capitulorum.

Poſnanieñ Abbatiæ.

Lunæ 8. *Iunii* 1648.

Argumentum L X I I.

Remiſſoria in prophanis conceditur ex ſola releuantia materiæ articulatæ; Et in beneficialibus ſi vlterius concurrat fumus. Releuantia verò reſultat, ſi articuletur defectus poteſtatis, in eo qui admiſit reſignationem, & quod reſignatio fuerit facta per vim, & metum; præſertim quando metus redditur veriſimilis, & de illo datur ſufficiens fumus.

Auenioneñ Attentatorum.

Mercurii 10. *Iunii* 1648.

Argumentum XLIII.

Attentata ſunt omnia, geſta poſt interpoſitam appellationem, & admiſſam per Signaturam, quæ retrotrahitur ad diem grauaminis, licet ſecus ſit, quando appellatio non fuit admiſſa ſimpliciter, ſed cum clauſulis ſuſpenſiuis.

Toletana Decimarum.

Luna 15. *Iunii* 1648.

Argumentum XLIV.

Manutentio in exactione Decimarum datur illi, qui docet de ſua poſſeſſione, & habet aſſiſtentiam iuris non obſtantibus priuilegijs in contrarium, niſi priuilegia ſint indubitata, canonizata per ſententias, & contineant derogationem, *cap. nuper de decim.*

Placentina Beneficij.

Luna 15. *Iunii* 1648.

Argumentum XLV.

Beneficia de iure præſumuntur libera, & liberæ collationis: Et illorum ſtatus, & qualitas deſumitur ex Prouiſionibus Apoſtolicis, quæ, quando ſunt iuſtificatæ, veniunt exequendæ.

Index Argumentorum.

Aſculana Hæreditatis.
Veneris 19. *Iunii* 1648.
Argumentum XLVI.

Fœminæ ſuccedunt æqualiter cum maſculis in bonis Maternis: Et Statutum excluſiuum illarum intelligitur in bonis Dotantis, nec extenditur vltra perſonas expreſſas. Et Pater tranſiens ad ſecunda vota amittit proprietatem bonorum, quæ fuerat conſequutus per mortem filiorum primi Matrimonij.

Alexandrina Penſionis.
Veneris 19. *Iunii* 1648.
Argumentum XLVII.

Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem acquiritur per vnicum actum; etiam ſi ſolutio non ſit integra, ſed facta tantummodo pro rata penſionis.

Parmeñ Emphyteuſis:
Lunæ 22. *Iunii* 1648.
Argumentum XLVIII.

Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione Partis, facta in libello, nec non ex clauſula *Amoto*, & petitione aſſociationis; neque illa amittitur per ſententiam Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis, etiamſi talis ſententia fuerit lata ſub prætextu non ſolutionis Canonum, vel deteriorationis, & alienationis bonrum, dum mora in ſoluendo non eſt biennalis, & deterioratio, & alienatio bonorum non probatur concludenter.

Gandaueñ Exemptionis.
Lunæ 22. *Iunii* 1648.
Argumentum XLIX.

Declaratoria datur contrà recuſantes obedire Executorialibus Rotalibus; contrà Epiſcopum verò conceditur. Interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ.

Gerundeñ Beneficij.
Veneris 26. *Iunii* 1648.
Argumentum L.

Beneficium illi debet adiudicari, qui docet de Iurepatronatus de Præſentatione facta ad ſui fauorem ab exiſtente in quaſi poſſeſſione preſentandi, de vacatione, qualitate, & valore eiuſdem Beneficij, & de alijs expreſſis in Gratia.

Romana Pecuniaria.
Veneris 26. *Iunii* 1648.
Argumentum LI.

Creditum probatur ex ſolidatione, & ſubſcriptione facta per Debitorem, qui etiam illud agnouit mediante ſolutione partis.

Pampiloneñ Decimarum de Vſſurbil.
Mercurii 1. *Iulii* 1648.
Argumentum LII.

Poſſeſſio vel quaſi exigendi Decimas, probata reſpectu partis, operatur etiam reſpectu totius, & acquiſita per Anteceſſorem ſuffragatur Succeſſori.

Nullius, ſeù Burgeñ Iuris Viſitañ.
Mercurij 1. *Iulii* 1648.
Argumentum LIII.

Tertius, admiſſus ad cauſam cum clauſula *conſtito de intereſſe, & in ſtatu & terminis*, quomodò docere debeat de intereſſe, & an poſſit impedire proſecutionem Iudicij.

Bononieñ literarum Cambij.
Veneris 27. *Nouembris* 1648.
Argumentum LIV.

Literæ Cambij, etiam ſi fuerint acceptatæ, quando non fuerunt ſolutæ, non liberant Debitorem, nec in dubio important Delegationem, vel Dationem inſolutum.

Gerundeñ Canonicatus.
Lunæ 14. *Decembris* 1648.
Argumentum LV.

Arbitrium, ſi cadat ſuper clauſula *Parito Breui*, relaxat aliquid de rigore iuris, & operatur, vt attenta nullitate, ſeu iniuſtitia ſententiæ, vel dato fumo boni iuris ſit ſuperſedendum in executione dicti Breuis.

Alexandrina Penſionis.
Lunæ 11. *Ianuarii* 1649.
Argumentum LVI.

Ad euitandam Declaratoriam, non ſufficit ſola patientia, quando mandatum continet præceptum poſitiuum.

Pampiloneñ Decimarum de Vſſurbil.
Lunæ 1. *Februarii* 1649.
Argumentum LVII.

Manutentio in exactione Decimarum datur ei, qui probauit poſſeſſionem ſuam, vel per Teſtes, vel per confeſſionem Partis, quæ poſſeſſio non extinguitur per mortem Prælati, ſed tranſit in ſucceſſorem.

Maioriceñ Parochialis.
Mercurii 10. *Martii* 1649.
Argumentum LVIII.

Parochialis illi venit adiudicanda, qui habet pro ſe relationem Examinatorum, iudicium Ordinarij, & qualitates præponderantes adeòut prætendenti, idem iudicium eſſe doloſum, & irrationabile, incumbat onus probandi.

Bononieñ fideicommiſſi.
Veneris 16. *Aprilis* 1649.
Argumentum LVIIII.

Fideicommiſſum non poteſt dici remiſſum per Diuiſionem, & Tranſactionem, conceptam etiam ſub ampliſſimis verbis, & clauſulis; quando conſtat de intentione Contrahentiũ, quod voluerint illud præſeruare.

Cracouieñ fundationis Monaſterij.
Lunæ 19. *Aprilis* 1649.
Argumentum LX.

Quæ requirantur pro erigendis de nouo Monaſterijs.

Toletana Decimarum:
Veneris 30. *Aprilis* 1649.
Argumentum LXI.

Declaratoria datur ob non paritionem, nec retardatur prætextu illiquidatis crediti, quià vel tenetur Debitor inſtare pro liquidatione, vel aliquid ſoluere cum oblatione reſidui ſequuta liquidatione.

Bononieñ Bonorum Emphyteuticorum.
Veneris 30. *Aprilis* 1649.
Argumentum LXII.

Immiſſio conceditur vigore Inſtrumenti Emphyteuſis, & Inueſtituræ, prout datur ex Teſtamento; Et quid operetur pactum in eo appoſitum de renouando de 29. in 29.

Romana Pecuniaria.
Veneris 7. Maii 1649.
Argumentum LXIII.

Societas Officij an ſpectet ad illum, cuius fauore contracta fuit, vel potius ad eum, qui reſeruauit ſibi facultatem, exigendi fructus, nominandi periculum vitæ, & illam diſdicendi. Et quid operetur Commiſſio cum clauſula *ſi quid exequendum*, conceſſa poſt mandati relaxationem.

Leodieñ Pecuniaria.
Lunæ 10. *Maii* 1649.
Argumentum LXIIII.

Mandatum procuræ præſumitur in eo, qui fecit expenſas, & interpoſuit appellationem, quam Principalis proſequutus fuit: Et debitum eiuſdem Principalis probatur ex ſolidationibus, per eum ſubſcriptis, & ex ſolutione partis.

Meleuitana Hæreditatis.
Veneris 28. *Maii* 1649.
Argumentum LXV.

Saluianum an detur pro obſeruantia Donationis: Et an Clericus poſſit, per viam contractus diſponere de fructibus ſui Beneficij.

Aſculana Hæreditatis.
Lunæ 31. *Maii* 1649.
Argumentum LXVI.

Filij tam Maſculi, quam fœminæ de iure ſuccedunt æqualiter in bonis Parentum. Et Statutum excludens dotatam ab hæreditate Dotantis, non excludit ab hæreditate Aliorum. Et declaratur *Text. in l. fœmina C. de ſecundis nupt.*

Anconitana Alimentorum.
Lunæ 14. *Iunii* 1649.
Argumentum LXVII.

Obligatus præſtare alimenta in Domo, an ſuperueniente noua cauſa teneatur, extrà Domum illa ſubminiſtrare; & quæ cauſa dicatur iuſta.

Burgeñ Iuriſdictionis.
Veneris 18. *Iunii* 1649.
Argumentum LXVIII.

Tranſactio, inita inter Ordinarium, & Capitulum ſuper exercitio Iuriſdictionis, & confirmata à Papa, ligat etiam ſucceſſores. Quomodò autem probetur exemptio ab eadem Iuriſdictione, & qualiter Teſtes de ea deponere debeant, latè diſcutitur in Deciſione.

Firmana Penſionis.
Veneris 25. *Iunii* 1649.
Argumentum LXIX.

Clericus effectus Miles amittit penſiones, & beneficia, etiamſi ſæua non exerceat.

Gerundeñ Portionum.
Lunæ 28. *Iunii* 1649.
Argumentum LXX.

Vnio, quæ per longiſſimum tempus fuit ſortita effectum, præſumitur valida.

Romana Vſusfructus.
Lunæ 28. *Iunii* 1649.
Argumentum LXXI.

Adminiſtratio bonorum hæreditariorum quando cenſeatur prohibita Minoribus, & demandata Executoribus Teſtamentarijs.

Fauentina Bonorum.
Lunæ 5. *Iulii* 1649.
Argumentum LXXII.

Mater, tranſiens ad ſecunda vota, amittit proprietatem bonorum quæ immediatè à Patre peruenerunt in filium, ſecus verò illorum, quæ deuenerunt ad filium per ſucceſſionem alterius fratris; Et latè explicatur materia *text. in l. fœmina C. de ſecundis nupt.*

Poſnanieñ Abbatiæ.
Lunæ 5. *Iulii* 1649.
Argumentum LXXIII.

Alimenta, quæ petuntur officio Iudicis, non debentur niſi in ſubſidium, quando quis alio modo ſe alere non poteſt, & ſi ſemel fuerunt acceptata, augeri non debent, niſi conſtito de diminutione, vel ſuperueniente noua cauſa.

Oſceñ Expenſarum.
Lunæ 5. *Iulii* 1649.
Argumentum LXXIV.

Expenſæ tam iudiciales, quam extraiudiciales quomodò ſint taxandæ, & ſtylus qui ſeruatur in cauſis vltrà Montes.

Albeñ Beneficij.
Lunæ 5. *Iulii* 1649.
Argumentum LXXV.

Contra Sequeſtrem, ſeù Oeconomum datur via executiua pro ſumma, per ipſum exacta, ſeù debita.

Vrgelleñ Decanatus, & Canonicatus.
Lunæ 29. *Nouembris* 1649.
Argumentum LXXVI.

Sententia, continens plus quam libellus, eſt nulla; Et literæ Apoſtolicæ, expeditæ contrà formam ſupplicationis, non ſunt attendendæ.

Romana Cenſus.
Lunæ 24. *Ianuarii* 1650.
Argumentum LXXVII.

Manutentio danda eſt ei, qui poſſidet authore Prætore non obſtantibus exceptionibus in contrarium, niſi illæ ſint claræ, & liquidæ, & quæ nullo velamine offuſcari poſſint; Et Citatio per diligentias ſufficit, quandò quis ſemel comparuit, & poſteà latitare cœpit.

Ferrarieñ Tranſactionis.
Veneris 28. *Ianuarii* 1650.
Argumentum LXXVIII.

Exceptio nō implementi, & contrauentionis repellit agentem à limine iudicij, præſertim ſi concurrat dolus, qui ſemper cenſetur excluſus.

Bononieñ nullitatis Concordiæ.
Veneris 4. *Februarii* 1650.
Argumentum LXXIX.

Hæres fideiuſſoris, qui ſoluere coactus fuit, rectè agit contrà Principalem pro repetitione ſoluti, & pro damnis, & intereſſe.

Aueniorieñ Attentatorum.
Lunæ 14. *Februarii* 1650.
Argumentum LXXX.

Attentans ad quæ teneatur pro ſufficienti purgatione attentatorum.

Cordubeñ Præſtimonij.
Veneris 18. *Februarii* 1650.
Argumentum LXXXI.

Subrogatus in ius, & poſſeſſionem alterius non tene-

tenetur iuſtificare propriam gratiam, ſed poteſt petere executionem gratiæ defuncti, prout ipſe defunctus poſſet, quæ dicitur ſufficienter iuſtificata, ſi omnia in ea narrata probata fuerint.

Vrgelleñ Decanatus, & Canonicatus.
Veneris 11. *Martii* 1650.
Argumentum LXXXII.

Manutentio eſt danda ei, de cuius anteriori poſſeſſione conſtat, etiamſi authoritate Iudicis fuerit eiectus, dum ipſe non habuit ſe pro ſpoliato, & Iudex nulliter, & iniuſtè proceſſit.

Bononieñ fideicommiſſi de Rubeis.
Lunæ 14. *Martii* 1650.
Argumentum LXXXIII.

Hæres tenetur de euictione Prædij, venditi per eius authorem; nec iuuatur beneficio inuentarij, quatenus ſuppetunt vires hæreditariæ, & ipſe factus eſt locupletior.

Colonieñ Matrimonij.
Veneris 18. *Martii* 1650.
Argumentum LXXXIV.

Attentata ceſſant, quando cauſa eſt diuerſa, & diuerſitas deſumitur à Commiſſione non obſtante clauſula *quam, & quas*, quia illa non operatur, niſi fuerit deducta ad ſpeciem; præſertim concurrente alia clauſula *ſuper præmiſſis*.

Sulmoneñ Beneficij.
Mercurii 23. *Martii* 1650.
Argumentum LXXXV.

Agitur de materia Iuriſpatronatus, quod de gentilitio poteſt fieri hæreditarium: Et in eodem ille venit inſtituendus, qui habet maiorem numerum vocum.

Bononieñ fideicommiſſi.
Lunæ 28. *Martii* 1650.
Argumentum LXXXVI.

Tranſactio, quamuis verbis generalibus concepta, non poteſt operari contra intentionem Tranſigentium, nec extendi ad ea, quæ fuerunt expreſsè præſeruata.

Aſculana Hæreditatis.
Lunæ 4. *Aprilis* 1650.
Argumentum LXXXVII.

Explicatur *Textus in l. fœmina C. de ſecundis nupt.* Et Statutum Aſculi excluſiuum fœminarum, quæ reperiuntur dotatæ.

Ceſenateñ fideicommiſſi.
Lunæ 4. *Aprilis* 1650.
Argumentum LXXXVIII.

Tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis inducitur non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè per coniecturas, quæ autem coniecturæ ſufficiant latè examinatur in Deciſione.

Alerieñ Canonicatus.
Veneris 29. *Aprilis* 1650.
Argumentum LXXXIX.

Literæ Apoſtolicæ quando habeant executionem paratam: Et quando quis dicatur legitimus contradictor, & habere parem titulum, ad illam impediendam.

Ceſenateñ Iuriſpatronatus.
Veneris 20. *Maii* 1650.
Argumentum XC.

Remiſſoria non datur ſinè fumo in cauſa beneficiali; Et maximè quando materia articulata apparet calumnioſa, imaginaria, & improbabilis: Et cauſa dicitur beneficialis, ſi agatur principaliter de titulo beneficij, & incidenter de Iurepatronatus.

Meleuitana Commendæ.
Lunæ 23. *Maii* 1650.
Argumentum XCI.

Appellatio, ſi fuerit ſimpliciter per Signaturam admiſſa, retrotrahitur, & cauſat attentata; Et tali caſu ſiuè poſſeſſio ſit vacua, ſiuè dubitetur, an fuerit apprehenſa, venit ponenda ſub ſequeſtro.

Romana Pecuniaria.
Veneris 27. *Maii* 1650.
Argumentum XCII.

Mandatum procuræ ex quibus præſumatur: Et an clauſula *ſi quid exequen.* poſſit impedire, quominus aliud mandatū relaxetur de nouo.

Romana Cenſus.
Veneris 10. *Iunii* 1650.
Argumentum XCIII.

Filij in conditione poſiti ex Statuto Vrbis cenſentur diſpoſitiuè vocati; Et eorum appellatione veniunt Nepotes, & cæteri deſcendentes, quando ſunt vocati filij procreandi in infinitum.

Romana Quartæ.
Lunæ 13. *Iunii* 1650.
Argumentum XCIV.

Inhibitio Rotalis, habens in ventre clauſulam *Dummodò non ſit actum vigore obligationis Cameralis, proceſſus executiui, vel in poſſeſſorio*, in dictis caſibus non venit attendenda.

Beneuentana Dotis.
Mercurii 15. *Iunii* 1650.
Argumentum XCV.

Manutentio datur illi, qui poſſidet authoritate Iudicis, ritè, & rectè procedentis, non obſtantibus exceptionibus deductis contrà Sententiam, niſi illæ plenè, & concludenter probentur.

Lucana Vnionis.
Mercurii 15. *Iunii* 1650.
Argumentum XCVI.

Vnio, facta pro commodiori ſuſtentatione, non autem ex cauſa neceſſitatis non valet, & ſubiacet Regulæ reuocatoriæ.

Cracouieñ fundationis Monaſterij.
Lunæ 20. *Iunii* 1650.
Argumentum XCVII.

In fundatione Monaſterij requiritur non ſolùm licentia Pontificis, ſed etiam licentia Ordinarij, & alia plura, de quibus in Deciſione.

Romana Pecuniaria.
Lunæ 20. *Iunii* 1650.
Argumentum XCVIII.

Aerarij in Regno Neapolitano an teneantur de inexactis; præſertim non factis diligentijs, & an dicantur exegiſſe mediante compenſatione.

Ferrarieñ Tranſactionis.
Mercurii 22. *Iunii* 1650.
Argumentum XCIX.

Vigore pacti de capienda poſſeſſione propria authoritate in caſum contrauentionis, vel non imple-

implementi, datur aſſociatio contra Eum, qui contrauenit, etiam ſi alter poſtea defecerit.

Romana Cambij.

Mercurii 22. Iunii 1650.

Argumentum C.

Conditio, adiecta obligationi Camerali, donec fuerit purificata, ſuſpendit illius executionem.

Romana fideicommiſſi de Bati: inis.

Lunæ 27. Iunii 1650.

Argumentum C I.

Tranſactio, facta bona fide ſuper fideicommiſſo dubio, & lite iam cœpta, ſtante obſeruantia longiſſimi temporis ligat non ſolum hæredes Tranſigentium, ſed etiam quoſcunque.

Ceſenaten. Iuriſpatronatus.

Vener. 1. Iulii 1650.

Argumentum C I I.

Quaſi poſſeſſio præſentandi ex quibus acquiratur, & an illa ſufficiat, quando Iuſpatronatus non eſt in controuerſia, ſed agitur tantum de pertinentia inter Compatronos.

Calaguritana Beneficij de Brinas.

Veneris 1. Iulii 1650.

Argumentum C I I I.

Examen nouum non eſt decernendum, quando interceſſiſſet ſpatium conſiderabile, quo quis potuerit ediſcere: Nam ex habilitate de præſenti non infertur ad habilitatem de tempore primi examinis.

Pampilonen. Decimarum de Vſurbil.

Veneris 1. Iulii 1650.

Argumentum C I V.

Immemorabilis quomodò probetur, & ex quibus excludatur. Et Remiſſoria nunquam conceditur, quando materia articulata eſt irreleuans improbabilis, vel calumnioſa.

Mediolanen. Bonorum.

Vener. 1. Iulii 1650.

Argumentum C V.

Locatio iunctis adminiculis, & ſignanter perceptione penſionum probat poſſeſſionem, & vigore illius competit manutentio, quæ non retardatur per exceptiones, requirentes altiorem indaginem.

Piſcien. Beneficij.

Sabbati 26. Nouembris 1650.

Argumentum CVI.

Præſentatus ad beneficium de Iurepatronatus, quæ debeat iuſtificare, ad effectum vt veniat inſtituendus: Et ex quibus Iuſpatronatus præſumatur gentilitium, non autem hæreditarium.

Maioricen. Parochialis.

Veneris 2. Decembris 1650.

Argumentum CVII.

Plura requiruntur ad obtinendam ſubrogationem gratioſam, & præſertim, quod lis ſit ſuper Titulo, quando autem dicatur introducta ſuper Titulo, latè diſcutitur in deciſione.

Bononien. fideicommiſſi.

Lunæ 5. Decemb. 1660.

Argumentum C V I I I.

Fideicommiſſario debetur immiſſio ſiue ex remed. l. fin. ſiuè ex Saluiano, quando docet de fideicommiſſo, de purificatione illius, & de identitate bonorum, quæ retardari non poteſt prætextu detractionum, ſi illæ mediantibus alienationibus, & perceptione fructuum appareant conſumptæ, vel reddantur illiquidę.

Romana Domus.

Veneris 9. Decembris 1650.

Argumentum CIX.

Non poteſt Dominus directus prætextu lineæ finitæ, vel Canonis non ſoluti, accipere poſſeſſionem rei Emphiteuticæ propria authoritate, niſi deuolutio ſit clara, & hęres vltimi poſſeſſoris nullam habeat excuſationem.

Placentina, ſeù Abulen. Decimarum.

Lunæ 12. Decembris 1650.

Argumentum CX.

Immemorabilis quaſi poſſeſſio percipiendi Decimas quomodò probetur: Et an illa ſit incompatibilis cum priuilegijs, quando ex eis non deſumitur initium.

Sancti Seuerini fideicommiſſi.

Veneris 27. Ianuarii 1651.

Argumentum CXI.

Fideicommiſſum conditum cum facultate alienandi, ſecuta alienatione ſuſtinetur in eo, quod ſupereſt nec fideicommiſſario competit actio contra alienantem pro reintegratione fideicommiſſi.

Romana fideicommiſſi de Alicornis.

Lunæ 30. Ianuarii 1651.

Argumentum CXII.

Immiſſus authoritate Iudicis, qui ritè, & rectè proceſſit, manuteneri debet in ſua poſſeſſione: Et quando immiſſio pro indiuiſo ſuſtineatur.

Salernitana Beneficij.

Mercurii 1. Februarii 1651.

Argumentum CXIII.

Poſſeſſor ſemper citari debet, alias Executor, quamuis ſit merus, non priuat illum ſua poſſeſſione.

Toletana Niuis.

Lunæ 13. Februarii 1651.

Argumentum C X I V.

Sententia Iudicis laici prohibens Eccleſiaſticis colligere Niuem, non poteſt ſuſtineri tum ex defectu Iuriſdictionis, tum etiam quia id facere licet pro vſu proprio, quamuis ſecus ad effectum Mercaturæ.

Romana Quartæ.

Lunæ 24. Aprilis 1651.

Argumentum CXV.

Quarta *ex auth. præterea Cod. vndè vir, & vxor.* non debetur niſi in ſubſidium, & quoties qui aliundè non habet, vndè viuere poſſit.

Romana fideicommiſſi ſeù Saluiani.

Veneris 28. Aprilis 1651.

Argumentum C X V I.

Cenſus ſolutio quando dicatur facta extinctiuè, & non tranſlatiuè, latè diſcutitur in Deciſione.

Aquilana Beneficij.

Veneris 28. Aprilis 1651.

Argumentum C X V I I.

Attentata ſunt omnia geſta poſt Inhibitionem Rotalem, etiamſi Attentans non habuerit notitiam, quod Procurator fuerit inhibitus.

Pla-

Placentina ſeu Abuleñ Decimarum.
Lunæ 15. May 1651.
Argumentum CXVIII.
Exemptio à ſolutione Decimarum pro bonis, quæ proprijs manibus excoluntur non extenditur ad bona alijs locata, neque ad portionem colonicam.

Piſtorieñ Parochialis.
Mercurij 17. Maij 1651.
Argumentum CXIX.
Literæ Apoſtolicæ non iuſtificatæ exequi non debent: Nec gratia reſtricta ad vnum modum vacationis, ex alio ſuſtineri valet; ideoque expreſſio deuolutionis ad Sedem Apoſtolicã ob negligentiam Patronorum in præſentando debet plenè, & concludenter probari.

Carhaceñ Cantoratus.
Lunæ 22. Maij 1651.
Argumentum CXX.
Poſſeſſio Cantoratus, cum ſit Dignitas, & non ſit de Capitulo, eſt manutenibilis, etiamſi non appareat capitulariter capta, & non obſtantibus etiam exceptionibus reſpicientibus petitorium.

Aquilana Canonicatus.
Vener. 2. Iunij 1651.
Argumentum CXXI.
Executor, nulliter, & iniuſtè procedens, non priuat Poſſeſſorem ſua poſſeſſione, cui propterea debetur manutentio, quando non habuit ſe pro ſpoliato.

Pampiloneñ Decimarum de Vſurbil.
Lunæ 5. Iuny 1651.
Argumentum CXXII.
Recurrens ad Iudices laicos incidit in excommunicationem, à qua non poteſt abſolui vigore facultatis, conceſſæ per Breue, ſi illud ſit ſubreptitium.

Meleuitana Commendæ.
Lunæ 12. Iuny 1651.
Argumentum CXXIII.
Capitulum generale Religionis Hieroſolymitanæ habet facultatem, diſpenſandi ſuper reſidentia conuentuali, & quinquennali, necnon corrigendi, & immutandi antiqua Statuta, & condendi noua.

Bononieñ fideicommiſſi.
Veneris 16. Iuny 1651.
Argumentum CXXIV.
Detractiones non poſſunt fieri ex fideicommiſſo particulari, quando adſunt alia bona, & volenti illas facere, incumbit onus probandi, bona libera non adeſſe.

Spoletana Succeſſionis.
Lunæ 19. Iuny 1651.
Argumentum CXXV.
Statutum repertum in Archiuio publico, & allegatum in Volumine Statutorum attendendum venit, nec dicitur odioſum odio irrationabili, quando reſpicit fauorem Agnationis; Et comprehendit fœminas de familia, quia dicuntur de agnatione, licet non conſeruent agnationem.

Calagurritana Beneficii de Arnedo.
Lunæ 19. Iunij 1651.
Argumentum CXXVI.
Error in nomine, vel in narratiua non vitiat reſcriptum; Si ex circumſtantijs appareat, ſuper quo impetratum fuit; Et appellatio datur ab inſtitutione conceſſa per Ordinarium, quando iudicialiter proceſſit, licet ſecus ſi extraiudicialiter.

Romana Dotis.
Veneris 23. Iuny 1651.
Argumentum CXXVII.
Depoſitum, quando eſt integrum, & factum præcedente Citatione, & Decreto Iudicis, habet vim veræ ſolutionis, & liberat Deponentem ab onere, ſoluendi fructus, & dicitur purum, ſi contineat conditiones intrinſecas.

Peruſina Bonorum.
Veneris 23. Iuny 1651.
Argumentum CXXVIII.
Sententia tranſit in iudicatum, niſi appellatio fuerit interpoſita in tempore, & mediante perſona legitima: Nec datur reſtitutio in integrum, quando conſtat de iuſtitia illius.

Bononieñ fideicommiſſi de Rubeis.
Lunæ 26. Iunij 1651.
Argumentum CXXIX.
Aditio non præſumitur, niſi probetur; etiamſi verſemur in filio, qui fuerit inſtitutus hæres.

Burgeñ Beneficiorum.
Lunæ 26. Iunij 1651.
Argumentum CXXX.
Beneficia, vacantia per obitum vnici ſubcollectoris, ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicę, etiamſi talis ſubcollector actu non exerceat officium. Et quę requiruntur, vt intret regula de Triennali, & in quibus caſibus illa operetur.

Bononieñ fideicommiſſi.
Mercury 28. Iunii 1651.
Argumentum CXXXI.
Fideicommiſſario competit immiſſio ex remedio l. fin. & ex Saluiano, ſiue illud purificetur per obitum, ſiue per renunciationem eiuſdem fideicommiſſi, ſiue per contrauentionem, alienando contra prohibitionem Teſtatoris.

Salernitana Beneficij.
Mercurij 28. Iunii 1651.
Argumentum CXXXII.
Pro obtinenda manutentione non ſufficit poſſeſſio Inſtrumentalis, ſi alter tunc exiſtat in poſſeſſione, & ad illam excludendam poteſt dari de poſſeſſione Tertij.

Auenioneñ Attentatorum.
Mercury 28. Iuny 1651.
Argumentum CXXXIII.
Attentans tenetur omnia reſtituere in priſtinum & reficere expenſas tam iudiciales, quam extraiudiciales, pro quibus non ſufficit depoſitum vnius Iulij: Nec non tenetur reſtituere fructus, qui percipi potuerũt loco damnorum, & intereſſe.

Mediolaneñ Beneficiorum.
Ven. 17. Nouembris 1651.
Argumentum CXXXIV.
Poſſeſſio ſiuè Inſtrumentalis, ſiuè acquiſita mediante recognitione Colonorum eſt manutenibilis

nibilis alio non exiſtente in poſſeſſione : Maximè ſi fuerit capta in vim gratioſæ ſubrogationis, cui non obſtat exceptio vnionis tamquam reſpiciens petitorium.

Romana Iurium Parochialium.

Lunæ 4. Decembris 1651.

Argumentum CXXXV.

Ex quibus dignoſcatur, Curam habitualem eſſe penes vnum, & actualem penes alium: Et ad quem ſpectent emolumenta, circa quæ plurimum operatur obſeruantia.

Calaguritana Beneficii de Cenizeros.

Veneris 12. Ianuarij 1652.

Argumentum CXXXVI.

Attentata eſt poſſeſſio, capta poſt interpoſitam appellationem; præſertim quando illa fuit ſimpliciter per Signaturam admiſſa: Nam retrorrahitur ad diem grauaminis: Et tali caſu eſt locus ſequeſtro.

Calaguritana Beneficij de Arnedo.

Lunæ 15. Ianuarii 1652.

Argumentum CXXXVII.

Attentata eſt poſſeſſio intrà tempus datum ad appellandum, & fortius poſt interpoſitam & admiſſam appellationem: Imò eſt locus ſequeſtro, ſiue poſſeſſio fuerit capta, ſiue non, & adducitur ratio.

Burgeñ Beneficiorum.

Mercurij 31. Ianuarij 1652.

Argumentum CXXXVIII.

Literæ Apoſtolicæ habent executionem paratam, quando ſunt plenè iuſtificatæ: Ex quibus autem reſultet iuſtificatio tam circa vacationem, quam circa reſeruationem, præſentiam in Curia, valorem, & ſimilia, diſcutitur in Deciſione.

Colonieñ Matrimonij.

Lunæ 4. Martij 1652.

Argumentum CXXXIX.

Recurrens ad Iudices laicos quæ facere debeat, vt poſſit audiri in iuribus ſuis.

Romana Hæreditatis de Gratianis.

Veneris 15. Martij 1652.

Argumentum CXL.

Super re alienata lite pendente poteſt rectà via, & abſque nouo proceſſu executio fieri, etiam contra ſingularem ſucceſſorem, quamuis alienatio prædicta facta fuerit authoritate Iudicis, & maximè ſi idem Tertius fuerit citatus.

Bononieñ Succeſſionis.

Lunæ 18. Martij 1652.

Argumentum CXLI.

Fideicommiſſum, conſtitutum à fœmina ad fauorem filiæ, & deindè filiorum, ac deſcendentium eiuſdem filiæ, comprehendit tam maſculos deſcendentes ex maſculis, quam eis deficientibus maſculos, deſcendentes per aliam fœminam.

Licieñ Adminiſtrationis.

Lunæ 18. Martij 1652.

Argumentum CXLII.

Ratio non poteſt dici ſufficienter reddita, niſi exhibeatur Inuentarium legitimè confectum, & de bonis inuentariatis reddatur fidele computum, ac Pupillo conſignentur quietantiæ, & ſcripturæ neceſſariæ.

Meleuitana Bonorum.

Veneris 19. Aprilis 1652.

Argumentum CXLIII.

Fideicommiſſario datur immiſſio vigore ſubſtitutionis, contentæ in donatione, non obſtante quod donatio prætendatur ſimulata, ſi non concurrant coniecturæ, & cauſa ſimulandi: denegatur autem aduerſus legitimum Contradictorem, & titulo poſſidentem.

Piſtorieñ Beneficij.

Veneris 19. Aprilis 1652.

Argumentum CXLIV.

Iuſpatronatus, & pertinentia illius, quomodo probetur. Et an ſuffragetur præſentario intra quadrimeſtre, quando inſtitutio ab Ordinario fuit facta poſt dictum tempus.

Auenioneñ fideicommiſſi.

Lunæ 22. Aprilis 1652.

Argumentum CXLV.

Filii in conditione poſiti ceſſantibus coniecturis de iure communi non cenſentur diſpoſitiuè vocati, & plures reiiciuntur coniecturæ.

Bononieñ fideicommiſſi de Naſcentorijs.

Veneris 26. Aprilis 1652.

Argumentum CXLVI.

Bona ſubiecta fideicommiſſo poſſunt alienari, & dari in ſolutum pro debitis fideicommittentis, nec alienatio præſumitur exceſſiua, niſi concludenter probetur ab allegante, & aduerſus ſententiam contrariam datur reſtitutio in integrum, etiam ex iuribus de nouo productis.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 29. Aprilis 1652.

Argumentum CXLVII.

Subſtitutio in caſu criminis læſæ maieſtatis Diuinæ, vel Humanæ, pro quo intret confiſcatio, aut ſequeſtrum bonorum, non purificatur per ſimplex homicidium Clerici, ſequutum ad defenſam, & in pura rixa, præſertim ceſſante confiſcatione bonorum.

Piſtorieñ Capellaniæ.

Lunæ 27. Maij 1652.

Argumentum CXLVIII.

Lis calumnioſa non facit beneficium litigioſum nec tunc datur ſubrogatio. Et præſentandi facultas, conceſſa ad vitam alicuius, & pro vna vice tantum, non tranſit ad hæredes.

Mediolaneñ Beneficiorum.

Lunæ 27. May 1652.

Argumentum CXLIX.

Poſſeſſio inficitur per Decretum irritans, etiamſi non ſit appoſitum ſuper certo corpore, quando illud remanet iuſtificatum; Et gratioſè ſubrogato competit tantummodo remedium adipiſcendæ, ſi poſſeſſio eſt plena, & adeſt legitimus contradictor.

Piſana Damnorum, & Intereſſe.

Lunæ 10. Iunij 1652.

Argumentum CL.

Teſtes domeſtici an probent ad fauorem Domini, ſi in contrarium adſint alij Teſtes adminiculati: Et quam probationem faciat Teſtis vnicus contra inducentem, & producentem.

Pam-

Pampiloneñ Decimarum de Vſurbil.
Lunæ 10. *Iunii* 1652.
Argumentum C L I.

Rector habet aſſiſtentiam iuris in decimandis Terris, exiſtentibus intrà limites ſuæ Parochiæ, nec poſſunt laici illas prætendere, niſi doceant de legitimo titulo, vel de immemorabili cum fama priuilegii.

Piſaureñ Pecuniaria.
Veneris 14. *Iunii* 1652.
Argumentum C L I I.

Obligatus in forma Cameræ releuare aliquem indemnem tenetur etiam ad damna, & intereſſe, pro quibus conſequendis licet requiratur citatio perſonalis, tamen ſufficit domi dimiſſa copia, ſi probetur illius notitia, vel ſi Statutum aliter diſponat.

Bononieñ fideicommiſſi.
Lunæ 17. *Iunii* 1652.
Argumentum C L I I I.

Fideicommiſſario datur immiſſio ob alienationes factas contra voluntatem Teſtatoris, nec illa retardatur ſub prætextu detractionum legitimæ, Trebellianicæ, vel aliorum creditorum, ſi pro legitima fuerit relictus, & acceptatus vſusfructus: Trebellianica apparcat prohibita, & aliæ detractiones probentur conſumptæ.

Nouarieñ Eccleſiæ.
Lunæ 17. *Iunii* 1652.
Argumentum C L I V.

Sententia valida, & iuſta ob non interpoſitam, vel non proſequutam appellationem in tempore tranſit in iudicatum, & iuſtitia reſultat ex literis Apoſtolicis, in quibus Eccleſia controuerſa conceditur in Commendam cum omnimoda iuriſdictione, cui non præiudicant actus, facti à Miniſtris Abbatis attenta eius abſentia, & ignorantia, nec intrat præſcriptio ſtante mala fide aduerſarij.

Aſteñ Coadiutoriæ.
Veneris 21. *Iunii* 1652.
Argumentum C L V.

Literæ Apoſtolicæ, quando ſunt iuſtificatæ, debent executioni demandari: Et diſputatur materia, an gratia ante Regiſtrationem dicatur perfecta.

Romana Societatis Officij.
Mercurii 26. *Iunii* 1652.
Argumentum C L V I.

Societatem lucrari non poteſt ille, qui contractum non adimpleuit, nec præſtitit fideiuſſores promiſſos: Cenſetur tamen onus prædictum remiſſum per receptionem fructuum, ſiuè illi fuerint ſoluti in totum, ſiue pro parte, dummodò recepti appareant pro tempore, quo factus fuit locus lucro.

Meleuitana Bonorum.
Veneris 24. *Ianuarii* 1653.
Argumentum CLVII.

Dos, data per Patrem filiæ, imputatur in legitimam, & conſtituta in ſtabilibus pro fundo dotali non poteſt detrahi ex fideicommiſſo, ſed in iiſdem recipi debet.

Caputaqueñ Beneficij.
Ven. 24. *Ianuar.* 1653.
Argumentum C L V I I I.

Attentata eſt poſſeſſio, capta poſt præſentatam Inhibitionem Rotalem, quæ ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta timeri debet, nec talis poſſeſſio eſt manutenibilis, ſed manutentio datur alteri Parti pro reuocatione attentatorum.

Licieñ Bonorum.
Veneris 7. *Februarii* 1653.
Argumentum C L I X.

Legatum, factum perſonæ, quæ tempore obitus Teſtatoris habebit qualitatem Presbyteratus, purificatur ad fauorem illius, qui dictam qualitatem habet, nec illa ſuffragatur ſi poſteà ſuperueniat.

Aucnioneñ Attentatorum.
Lunæ 10. *Febr.* 1653.
Argumentum C L X.

Attentans tenetur ſoluere expenſas omnes, vnà cum damnis, & intereſſe, nec ſatisfacit mediante depoſito vnius Iulij, cum obligatione ſoluendi reſiduum. Expenſæ verò, & damna prædicta debent prius iuſtificari.

Aſteñ Coadiutoriæ.
Veneris 14. *Februarii* 1653.
Argumentum CLXI.

Gratia an ſuum eſſe recipiat à die ſignatæ ſupplicationis, vel potius ſit attendendum tempus Regiſtrationis. Et an Canonicus Regularis ſit capax beneficiorum in Eccleſia Cathedrali.

Bononieñ Prædij.
Lunæ 10. *Martii* 1653.
Argumentum C L X I I.

Iudex, ritè & rectè procedens, priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, illamque transfert in immiſſum, nec denegatur ei manutentio, niſi conſtet notoriè de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ: Et mandatum procuræ, quamuis non ſit exhibitum, præſumitur tamen ex productione iurium, & expenſis factis, & ex aliis.

Romana Retractus.
Lunæ 17. *Martii* 1653.
Argumentum C L X I I I.

Cenſuarius præferendus venit in emptione fundi cenſiti, illique ex forma Conſtitutionis Pij V. facienda eſt denunciatio cum omnibus pactis, & conditionibus, nec ſuffragatur facta Procuratori, ſi pro forma erat facienda Domino.

Ariminen Separationis Thori.
Lunæ 24. *Martii* 1653.
Argumentum C L X I V.

Separatio Thori ob ſæuitiam Viri non conceditur, niſi illa concludenter probetur, nec ſufficiunt minæ, quando præſertim Vir non eſt ſolitus illas exequi; minus inimicitiæ inter Socerum, & Generum, niſi adſint inter ipſos Coniuges, & in omnem caſum ſuccurritur Vxori mediante cautione, de illam bene tractando.

Piſaureñ Teſtamenti.
Lunæ 31. *Martii* 1653.
Argumentum C L X V.

Apertio Teſtamenti non ſemper cenſetur prohibita

hibita à Teſtatore ad excluſionem fideicommiſſi, ſed etiam ad alios effectus, & idem fideicommiſſum eſt compatibile cum facultate teſtandi, quod poteſt inſtitui ſub duplici conditione nempè ſi quis decedat ſine filijs, & ſine Teſtamento.

Fauentina Legati.

Lunæ 28. Aprilis 1653.

Argumentum CLXVI.

Impugnans Teſtamentum, vel Codicillos ex capite dementiæ Teſtatoris, debet illam concludenter probare, nec ſufficiunt Teſtes de credulitate, & dubitatiuè deponentes: Et in dubio ſemper præſumitur pro ſanitate Mentis:

Bononien̄ de Bologninis.

Ven. 2. Maii 1653.

Argumentum CLXVII.

Legitimam non poteſt prætendere Adoptiuus in bonis Adoptantis extranei, & in Trebellianicam tenetur imputare fructus perceptos; Hæres verò qui non confecit Inuentarium, & bona fideicommiſſi alienauit non deducit ſua credita.

Aquilana Beneficii.

Lunæ 5. Maii 1653.

Argumentum CLXVIII.

Attentans quæ teneatur facere, ad effectum purgandi attentata, per eum commiſſa: Et poſſeſſio ex quibus probetur.

Calaguritana Beneficij de Lequitio.

Ven. 23. Maii 1653.

Argumentum CLXIX.

Beneficia Diœceſis Calaguritanæ debent adiudicari Ei, qui habet requiſita neceſſaria ex forma Conſtitutionis Clementis VIII. & illi, qui eſt dignior, & habet qualitates præponderantes, inter quas connumeratur Sacerdotium, & Baccalaureatus non obſtante iudicio Ordinarij, pro quo non præſumitur, quando ex forma eiuſdem Conſtitutionis tenetur Aliquem inſtituere.

Bononien̄ Laudi.

Veneris 6. Iunii 1653.

Argumentum CLXX.

Laudum, latum ab Arbitratore vigore Compromiſſi cum obligatione camerali, & clauſulis ampliſſimis, habet executionem paratam. Et ſuſtinetur etiam ſine citatione, & cum Informationibus extraiudicialibus, etiam ſi Arbitrator ſit Religioſus.

Romana Caſalis.

Lunæ 23. Iunii 1653.

Argumentum CLXXI.

Debita Teſtatoris ſoluenda ſunt ex toto aſſe hæreditario, & ab hæredibus pro æquali portione: Retentio verò non datur, niſi credita ſint certa, & plenè iuſtificata.

Viterbien̄ Beneficiorum.

Lunæ 23. Iunii 1653.

Argumentum CLXXII.

Reſignatio ex forma Conſtitutionis Greg. XIII. publicari debet, aliàs beneficia vacant ob non factam dictam publicationem, non autem per obitum Reſignantis.

Bononien̄ de Bologninis.

Ven. 4. Iulii 1653.

Argumentum CLXXIII.

Identitas bonorum fideicommittentis ex quibus probetur.

Calaguritana Beneficij de Ocon.

Lunæ 15 Decembris 1653.

Argumentum CLXXIV.

Beneficia Diœceſis Calaguritanæ adiudicanda ſunt filiis patrimonialibus, qui præponderant in qualitatibus.

Mediolanen̄ Beneficiorum.

Lunæ 26. Ianuarii 1654.

Argumentum CLXXV.

Vnio quando ſuſtineatur ſiuè de Iure, ſiuè vigore Concilii, vel etiam in vim Indulti.

Ceſenaten̄ fideicommiſſi.

Ven. 30. Ianuarii 1654.

Argumentum CLXXVI.

Tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis ex quibus coniecturis inducatur.

Burgen̄ Beneficiorum.

Merc. 4. Febr. 1654.

Argumentum CLXXVII.

Liquidatio fructuum contentatur leuioribus probationibus, quando de perceptione non dubitatur, ſed quæritur tantum de quantitate, & illa reſultat ex libris, fideliter tentis.

Romana Officij Notariatus.

Ven. 6. Febr. 1654.

Argumentum CLXXVIII.

Officia Capitolina amplius non vacant, & ſunt redacta ad inſtar bonorum allodialium, ideo eorum fructus iuxtà præſumptionem legalem poſſunt taxari ad rationem quinque pro centenario.

Bambergen̄ Præpoſituræ.

Lunæ 23. Febr. 1654.

Argumentum CLXXIX.

Subrogatio debetur Collitiganti, dummodò fuerit petita in tempore, & lis ſit ſuper Titulo, nec conſtet de calumnia, quæ tamen non præſumitur, niſi probetur.

Bononien̄ de Bologninis.

Ven. 27. Febr. 1654.

Argumentum CLXXX.

Clauſula *ſine præiudicio trium conformium in eo in quo ſint conformes*, appoſita in Commiſſione quid operetur.

Interamnen̄ fideicommiſſi.

Merc 11. Martii 1654.

Argumentum CLXXXI.

Filii in conditione poſiti ex quibus coniecturis cenſeantur diſpoſitiuè vocati: Et an pro conſequendis bonis fideicommiſſi obſtet illis renunciatio Matris, dum agunt ex perſona propria, vel detractiones oppoſitæ ab hæredibus Grauatorum, qui non confecerunt Inuentarium, & alienarunt bona eiuſdem fideicommiſſi.

Calaguritana Beneficij S. Vincentij.

Veneris 13. Martii 1654.

Argumentum CLXXXII.

Ad beneficia Diœceſis Calaguritanæ præſentari debent illi, qui habent maiores qualitates etſi ſecus factum fuerit; iudicium Præſentan-

tium

tium conuincitur erroneum.

Licieñ Bonorum.

Veneris 24. Aprilis 1654.

Argumentum CLXXXIII.

Pater non poteſt præiudicare filio in bonis fideicommiſſi, & in quibus ſuccedit ex perſonã propria, etiamſi filius ſit hęres patris, dummodò hæreditatem adiuerit cum beneficio legis, & de bonis hæreditarijs rationem reddat.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 27. Aprilis 1654.

Argumentum CLXXXIV.

Confeſſio de recepto, facta per Tùtorem, vel Curatorem non nocet Pupillo, niſi aliundè iuſtificetur, vel adſint adminicula; Maximè quando agitur de ſumma conſiderabili.

Romana Redditionis Rationis.

Lunæ 18. *Maij* 1654.

Argumentum CLXXXV.

Hæres cum beneficio legis, & Inuentarij poteſt conueniri in perſona, & bonis proprijs, ſi Inuentarium non ſit legitimè confectum, & de bonis hæreditarijs ſufficientem rationẽ non reddat.

Oxomeñ Capellaniæ.

Veneris 22. *Maij* 1654.

Argumentum CLXXXVI.

Deſcendentia ad effectum Iuriſpatronatus debet probari per gradus diſtinctos à primo fundatore, vel ſaltem ab eo, qui exiſtit in quaſi poſſione præſentandi.

Meleuitana Pacti.

Veneris 12. *Iunij* 1654.

Argumentum CLXXXVII.

Pactum, appoſitum in Inſtrumento matrimoniali, quod omnia, & ſingula bona, acquirenda per Coniuges ſpectent ad filios, comprehendit tam bona acquiſita ex pecunia communi, quam ex induſtria alicuius ex eis, nec pater in dictis bonis poteſt filijs præiudicare.

Romana redditionis Rationis.

Veneris 19. *Iunij* 1654.

Argumentum CLXXXVIII.

Procuratoris perſona, & acta per eum geſtã cenſentur approbata per Principalem, qui proſequitur appellationem per eundem interpoſitam: Et Tutor tenetur de neglectis, & ad damna, & intereſſe ob non factam reſtitutionem librorum, & pecuniarum.

Spoletana Adminiſtrationis.

Veneris 19. *Iunij* 1654.

Argumentum CLXXXIX.

Ratio Adminiſtrationis ex quibus dicatur ſufficienter reddita.

Romana Societatis Officij.

Lunæ 22. *Iunij* 1654.

Argumentum CXC.

Per obitum illius, ſuper cuius vitæ periculo inita fuit Societas, fit locus lucro pecuniarum, etiam ſi non fuerint præſtiti fideiuſſores promiſſi quando pro illo tempore apparent ſoluti fructus.

Viterbieñ Beneficiorum.

Veneris 26. *Iunij* 1654.

Argumentum CXCI.

Reſignatio, ſi non fuerit publicata, beneficiã vacant apud Sedem ob non factam publicationem culpa Reſignatarij, non autem per obitum Reſignantis; Et Gratia Reſignationis dicitur perfecta per conſenſum, præſtitum à Partibus, & per conſenſum Papæ.

Eugubina Emphyteuſis.

Veneris 26. *Iunij* 1654.

Argumentum CXCII.

Omnia ferè bona in Statu Vrbini ſunt Emphyteutica Eccleſiæ, ſuper quibus linea finitã competit proximioribus, vel hæredibus ius, petendi renouationem, quod ius durat per annum à die ſcientiæ, & per triginta, quando fuit inueſtitus extraneus.

Bononieñ Iuriſpatronatus.

Mercurii 1. *Iulij* 1654.

Argumentum CXCIII.

Iuſpatronatus ex quibus probetur: Et præſentatus, quæ debeat iuſtificare ad hoc, vt ſibi debeatur inſtitutio.

Meleuitana Retrouenditionis.

Mercurii 9. *Decembris* 1654.

Argumentum CXCIV.

Pactum redimendi, ſimpliciter conceptum, non præſcribitur per triginta annos: Et allegatio ſuſpecti debet fieri cum iuramento, & cum cauſa, & iſta probari debet.

Comeñ Collegij.

Veneris 30. *Aprilis* 1655.

Argumentum CXCV.

Remiſſoria non ſolet concedi, quando Articuli ſunt irreleuantes, calumnioſi, & imaginarij: Et quando probatio vel poteſt fieri per ſcripturas, vel contrarium eius, quod articulatur, reſultat per ipſas ſcripturas.

Melphiteñ literarum Cambij.

Veneris 14. *Maij* 1655.

Argumentum CXCVI.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non retardat executionem obligationis Cameralis, & literarum Cambij, quando apparet de vera numeratione, quæ non præſumitur ſimulatã, niſi ſimulatio probetur, & concurrat cauſã ſimulandi.

Mediolaneñ Beneficiorum.

Veneris 14. *Maij* 1655:

Argumentum CXCVII.

Vnio Beneficiorum, facta per Cardinalem Archiepiſcopum, an & quando ſuſtineatur tam de iure communi, quam vigore Indulti.

Calaguritana Beneficij de Arnedo.

Lunæ 24. *Maij* 1655.

Argumentum CXCVIII.

Beneficia Diœceſis Calaguritanæ adiudicandã veniunt Ei, qui habet maiores qualitates, & inſtitutionem ab Ordinario, pro cuius iudicio præſumeñ venit.

Meleuitana Beneficij.

Mercurii 26. *Maij* 1655.

Argumentum CXCIX.

Iuſpatronatus quando non cadit in controuerſiam, & Ordinarius non eſt in cauſa, tunc ſola quaſi poſſeſſio ſufficit, ad ſuſtinendam præſentationem, nec ſuffragatur donatio eiuſdem Iuriſpatroatus, facta laico, niſi fuerit confirmata ab Epiſcopo, vel à Vicario cum ſpeciali mandato ipſius.

At-

Digitized by Google

Index Argumentorum.

Aſtoricen Iuriſdictionis.
Veneris 4. Iunii 1655.
Argumentum CC.

Aſſiſtentia iuris, quam habet Epiſcopus exercendi Iuriſdictionem in locis ſitis intrà limites ſuę Diœceſis,ceſſat per ſeparationem Territorij, factam à Papa, nec illi ſuffragantur actus poſſeſſorij, ſi deficiat ſcientia Partis, & in Breui ſeparatorio adſit clauſula ſublata, & decretum irritans.

Comen Collegij.
Lunæ 7. Iunii 1655.
Argumentum CCI.

Teſtator, mandans erigi Collegium, vel Seminarium in aliquo loco, & in Domo ſuæ habitationis, præſumitur id feciſſe in beneficiũ illius loci, & pro commodo ſuorum Conciuium; Et maximè ſi concurrant adminicula, nec non obſeruantia proxima Diſpoſitioni.

Beneuentana Dotis.
Veneris 18. Iunii 1655.
Argumentum CCII.

Renunciatio, & ceſſio facta à Muliere cum decreto Iudicis, & alijs ſolemnitatibus valet,nec dicitur emanaſſe ex falſa cauſa,ſi facta fuit pro ſoluendo debito, approbato per Renunciantem: Et Sententia Iudicis laici firmans contrarium non ſolum eſt iniuſta, ſed etiam nulla ex defectu Iuriſdictionis, quando pronunciauit ſuper bonis de directo dominio Eccleſiæ.

Romana Tranſactionis.
Lunæ 21. Iunii 1655.
Argumentum CCIII.

Læſio, pro reſcindenda venditione, requiritur de iure vltra dimidiam, ſed ex Statuto Vrbis ſufficit vltra tertiam; Et talis læſio habet locum etiam in Tranſactione, & maximè ſi facta fuerit propter metum.

Calaguritana Beneficij de Lanciego.
Lunæ 21. Iunii 1655.
Argumentum CCIV.

Beneficia Calaguritanæ Diœceſis adiudicanda ſunt illis,qui habent maiores qualitates, inter quas ponderatur Aetas, Sacerdotium, licentia audiendi confeſſiones, & Paupertas: Nec attenditur iudicium Ordinarij, quando illud pendet à iudicio, & præſentatione Beneficiatorum.

Romana Merciuni.
Lunæ 28.Iunii 1655.
Argumentum CCV.

Creditor vigore obligationis Cameralis agere poteſt contra Debitorem ſui Debitoris,etiam non facta excuſſione, probato vtriuſque credito; nec repellitur exceptione non implementi, ſi prius Debitor adimplere teneatur.

Romana Pecuniaria.
Lunæ 5. Iulii 1655.
Argumentum CCVI.

Obligatus in forma Cameræ *de reſtituendo prioribus, & potioribus, & ad omne mandatum Domini*, conſtito de anteriori credito, poteſt conueniri executiuè non obſtante clauſula *ſi quid exequen.* quia illa non vulnerat obligationem Cameralem.

Bononien Attentatorum.
Lunæ 5. Iulii 1655.
Argumentum CCVII.

Attentata ſunt omnia, geſta poſt impetratam Commiſſionem, & Inhibitionem perſonaliter præſentatam, quæ ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſemper eſt timenda; Nec euitatur prætextu diuerſitatis cauſarum, ſi concurrat identitas Rei, Actionis, & Perſonarum.

Bononien de Bologninis.
Lunæ 5. Iulii 1655.
Argumentum CCVIII.

Ad effectum admiſſionis ad cauſam ſufficit ſemiplenè, & apparenter docere de intereſſe; Et iudicium ciuile prius introductum præiudicat criminali.

Verulana Dotis.
Veneris 19. Nouembris 1655.
Argumentum CCIX.

Attentata non dantur,quando cauſæ ſunt diuerſæ; Et diuerſitas dignoſcitur ex diuerſitate ſummæ, Actionis, & Perſonarum.

Romana Pecuniaria.
Veneris 10. Decembris 1655.
Argumentum CCX.

De natura Societatis eſt, vt Socij debeant tam de lucro, quam de damno participare. Et maximè attento pacto *di correre egual fortuna*.

Calaguritana Decimarum de Ocon.
Veneris 28. Ianuarii 1656.
Argumentum CCXI.

Reſtitutio in integrum non retardat effectum rei iudicatæ ſuper ſolutione Decimarũ, quando executio eſt cœpta; Et dicitur cœpta per relaxationem Executorialium; Nec ſuffragatur prætextus immemorabilis, ſi conſtet de Titulo.

Mediolanen Bonorum.
Lunæ 7.Februarii 1656.
Argumentum CCXII.

Creditor, habens hypothecam ſuper omnibus bonis ſui Debitoris, poteſt illam exercere etiam contra Tertium; Nec tenetur excutere bona eiuſdem Debitoris, ſi illa ſint intricata; vel in Inſtrumento adſit Quarantigia; vel ſi interpellauerit, ad indicandum bona, & illa non fuerint indicata.

Romana Vitrioli.
Veneris 11. Februarii 1656.
Argumentum CCXIII.

Obligatus in forma Cameræ poteſt conueniri executiuè, non obſtante exceptione rei non traditæ; ſi pulſatus ad recipien. Merces de mandato Iudicis depoſita fuerit, & non attenta replicatione, quod non eſſet bonitatis promiſſæ quando ex Teſtibus conſtat de contrario, & ipſe recepit illius partem.

Burgen Beneficij.
Veneris 18. Februarii 1656.
Argumentum CCXIV.

Beneficia Diœceſis Burgen vigore Conſtitutionis Synodalis non poſſunt conferri niſi filijs patrimonialibus, & habentibus quædam requiſita particularia.

Index Argumentorum.

Calaguritana Beneficij de Ocon.
Lunæ 6. Martij 1656.
Argumentum CCXV.

Beneficia Calaguritanæ Diœceſis adiudicari debent ei, qui, vltrà requiſita neceſſaria expreſſa in Conſtitutione Clementis VIII. habet alias qualitates præponderantes.

Firmana Penſionis.
Veneris 17. Martij 1656.
Argumentum CCXVI.

Clericus, per aſſumptionem Militiæ ſecularis, amittit irreuocabiliter penſionem, etiamſi poſteà habitum Clericalem reaſſumpſerit, & quamuis non præceſſerit trina monitio.

Illerdeñ Decimarum.
Mercurij 22. Martij 1656.
Argumentum CCXVII.

Laicus an, & quando ſit capax Iuris decimandi; & quomodò dictum Ius efficiatur litigioſum.

Fulginateñ Attentatorum.
Lunæ 27. Martij 1656.
Argumentum CCXVIII.

Attentata ſunt omnia geſta coram primo Iudice poſt commiſſam Alteri cauſam cum clauſula, *vt procedat ad legitimam*, vel alia ſimili tranſlatiua Exequutionis: Et maximè poſt præſentatam Inhibitionem Rotalem, quæ ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta timenda eſt.

Burgeñ Beneficij.
Lunæ 15. Maij 1656.
Argumentum CCXIX.

Conſtitutio Synodalis Burgeñ eſt vtilis, ac fauorabilis Eccleſiæ, & pluries approbata à Rota, & ſemper obſeruata in collatione Beneficiorum.

Bononieñ fideicommiſſi de Naſcentorijs.
Lunæ 15. Maij 1656.
Argumentum CCXX.

Attenta iuſtitia, & validitate Sententiæ ceſſat læſio, & conſequenter reſtitutio in integrum; Et fideicommiſſario datur immiſſio dum docuit de fideicommiſſo, de purificatione ad eius fauorem, & de identitate bonorum.

Romana Apothecarum.
Mercurij 17. Maij 1656.
Argumentum CCXXI.

In Donatione occaſione certi Matrimonij facta Patri, & filijs etiam cum clauſula, *præſenti &c, & ad haben. &c.* filij ſuccedunt ex perſona propria, & tamquam filij, non autem vti hæredes Patris, & poſiti in conditione tam in vltima voluntate, quam inter viuos cenſentur ex Statuto Vrbis diſpoſitiuè vocati.

Peruſina fideicommiſſi.
Lunæ 29. Maij 1656.
Argumentum CCXXII.

Fideicommiſſum an cenſeatur inductum ex præcepto Teſtatoris, aſſumendi denominationem, Arma, & inſignia familiæ ſuæ; Et ex prohibitione alienationis, vt bona conſeruentur in familia.

Viterbieñ Tranſactionis.
Veneris 2. Iunij 1656.
Argumentum CCXXIII.

Remiſſoria denegari non ſolet, quando petitur in principio litis, cauſa eſt prophana, & conſtat de releuantia, nam illa attenta ceſſat omnis ſuſpicio calumniæ.

Hyſpaleñ Præeminentiarum.
Veneris 9. Iunii 1656.
Argumentum CCXXIV.

Attentata ſunt omnia, geſta poſt præſentatam Inhibitionem Rotalem, etiam ſi illa obtenta fuerit mediante Commiſſione nulla, & ſubreptitia, quia nihilominus timenda venit, nec ſpectat ad Iudices de partibus, iudicare de viribus illius.

Albaneñ Redditionis rationis.
Lunæ 12. Iunii 1656.
Argumentum CCXXV.

Tutor tenetur reddere rationem de iis, quæ peruenerunt ad eius manus, & in ſpecie de Grano, Vino, & illorum pretio.

Romana Alimentorum.
Mercurii 14. Iunii 1656.
Argumentum CCXXVI.

Alimenta, & ſumptus litis debentur filio Spurio docto de paupertate, & boni iuris præſumptione: Paupertas autem reſultat ex Teſtibus, & ex eo, quod non probatur contrarium; Et filiatio ex Tractatu, Nominatione, ac Educatione, quando agitur ad effectum Alimentorum, licet ſecus ad effectum ſuccedendi, nam tunc requiruntur leuiores probationes.

Romana fideicommiſſi de Pediconis.
Lunæ 19. Iunii 1656.
Argumentum CCXXVII.

Conditio ſi ſine filiis expirat non ſolum per exiſtentiam Maſculorum, ſed etiam fœminarum non obſtante Statuto, Illarum excluſiuo; ſi Teſtator eaſdem vocauit ad ſucceſſionem, conformando ſe cum diſpoſitione iuris communis.

Beneuentana Hæreditatis.
Lunæ 19. Iunii 1656.
Argumentum CCXXVIII.

Fideicommiſſum, inſtitutum ſub conditione ſi ſine filiis, illis exiſtentibus, & ceſſantibus coniecturis, expirat: nec inducitur per prohibitionē alienationis etiam cum cauſa ad hoc, vt bona remaneant in familia, ſi talis prohibitio ſit perſonalis, nec ſtet de per ſe, ſed ſit conſecutiua ad præcedens fideicommiſſum nā tunc recipit limitationem à caſibus, in fideicommiſſo comprehenſis.

Cauallicen fideicommiſſi.
Veneris 23. Iunii 1656.
Argumentum CCXXIX.

Verbum *Enfans* in vltimis voluntatibus idem ſignificat, ac verbum *liberos*; Et iunctum cum aliis verbis *ſi ens heritiers* comprehendit Nepotes, & Deſcendentes. Et filij in conditione poſiti concurrentibus coniecturis, quarum plures enumerantur in Deciſione, cenſentur diſpoſitiuè vocati.

Meleuitana Commendæ.
Veneris 23. Iunii 1656.
Argumentum CCXXX.

Clauſula *parito indicato* quid operetur reſpectu poſſeſſionis, fructuum, & expenſarum.

Argu-

Index Argumentorum.

Gerundeñ Parochialis.
Veneris 27. Aprilis 1657.
Argumentum CCXXXI.

Literæ Apoſtolicæ in forma Breuis, quando ſunt iuſtificatæ, habent executionem paratam; Et iuſtificatio reſpectu narratorum ex quibus reſultet, præſertim circa Reſeruationem.

Eugubina Emphyteuſis.
Veneris 4. Maii 1657.
Argumentum CCXXXII.

Bona Emphyteutica in Statu Vrbini, vigore Breuis Vrb. VIII. debent renouari pro eodem Canone, & Laudemio debito de Iure, aut ex conſuetudine, vel conuentione.

Romana Domus.
Lunæ 14. Maij 1657.
Argumentum CCXXXIII.

Mulier non poteſt alienare ſine expreſſione cauſæ particularis, & debitis ſolemnitatibus, etſi aliter faciat, non tenetur ad reſtitutionem pretij, niſi illud probetur verſum in eiuſdem vtilitatem, nec agendo repellitur exceptione Melioramentorum, quando illa ſunt illiquida, ſed debet tantum præſtare cautionem, de Melioramentis reficiendis ſequuta liquidatione.

Imoleñ Beneficij.
Lunæ 4. Iunii 1657.
Argumentum CCXXXIV.

Præſentato debetur inſtitutio, ſi habeat maiorem numerum vocum, etiamſi non probet deſcendentiam Præſentantium à primo fundatore, ſed tantum ab iis, qui exiſtebant in quaſi poſſeſſione præſentandi.

Reatina fideicommiſſorum.
Veneris 8. Iunii 1657.
Argumentum CCXXXV.

Fideicommiſſarius poteſt agere pro recuperatione bonorum alienatorum, vel pro pretij reſtitutione, non obſtante exceptione detractionis legitimæ, ſi illa fuerit prohibita cum ſolita cautela Socini, & prohibitio acceptata per hæredem grauatum.

Albaneñ Redditionis Rationis.
Mercurii 13. Iunii 1657.
Argumentum CCXXXVI.

Confeſſio, facta à Tutore ſuper exiſtentia bonorum Pupilli, non poteſt ab eodem impugnari; Et circà liquidationem, & valorem illorum admittuntur præſumptiones, & coniecturæ, quando ob culpam ipſius Tutoris probatio difficilis redditur.

Hiſpaleñ Præeminentiarum.
Veneris 15. Iunii 1657.
Argumentum CCXXXVII.

Ad acquirendam ſeruitutem, diſcontinuam, quæ ſint neceſſaria; Et quomodò illa probari debeat.

Viterbieñ Tranſactionis.
Lunæ 18. Iunii 1657.
Argumentum CCXXXVIII.

Obligatio conditionalis, purificata conditione, habetur pro pura, nec præſumitur erronea, vel ſine cauſa, quando facta fuit à perſona informata, & ab Adminiſtratore, qui reportauit quietantiam de omni, & toto eo, quod occaſione adminiſtrationis, & negociorum geſtorum remanſiſſet debitor.

Mediolaneñ Capellaniæ.
Veneris 22. Iunii 1657.
Argumentum CCXXXIX.

Iuſpatronatus ex priuilegio cadit ſub Reſeruationibus Apoſtolicis non obſtantibus clauſulis, *quod verè, & non fictè cenſeatur ex fundatione, & dotatione*. Et maximè ſi aſſignatio facta fuerit ex redditibus Eccleſiaſticis, non cantet in cauſam dotis, nec æquiualeat conceſſioni.

Romana fideicommiſſi de Pediconis.
Lunæ 25. Iunii 1657.
Argumentum CCXL.

Fideicommiſſario non datur immiſſio ſuper bonis proprijs hæredis, nec quoties eidem competunt detractiones in quantitate; etiamſi hæres ſit Vxor Teſtatoris, & bona adminiſtrauerit, dum ad eius manus non probatur, perueniſſe tot bona, ex quibus ſatisfactionem conſequi potuerit.

Bononieñ Attentatorum.
Mercurii 27. Iunii 1657.
Argumentum CCXLI.

Attentata ſunt omnia, geſta poſt Inhibitionem Rotalem perſonaliter præſentatam, nec excuſantur ſub prætextu continuationis poſſeſſionis, ſi Attentans illa priuatus fuerit authoritate Iudicis, vel non proceſſerit per viam priuatæ facultatis.

Faneñ Dotis.
Mercurii 4. Iulii 1657.
Argumentum CCXLII.

Confeſſio dotis receptæ ceſſantibus coniecturis non probat, ſed præſumitur ſimulata, & multo magis ſi concurrant coniecturæ in contrarium.

Romana Saluiani.
Mercurij 4. Iulij 1657.
Argumentum CCXLIII.

Agens Saluiano Interdicto quid probare debeat pro obtinenda immiſſione.

Illerdeñ Decimarum.
Lunæ 26. Nouembris 1657.
Argumentum CCXLIV.

Tertius, qui impetrauit Commiſſionem admiſſionis ad cauſam docto de intereſſe, ſufficit, quod de eo ſemiplenè, & apparenter doceat.

Maioriceñ Beneficij.
Veneris 11. Ianuarii 1658.
Argumentum CCXLV.

Præſentatio, facta ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, vel ab habeute ab eo cauſam, ſufficit pro obtinenda adiudicatione beneficij: Et illa acquiritur per vnicam præſentationem, effectum ſortitam.

Romana Vitrioli.
Mercurii 23. Ianuarii 1658.
Argumentum CCXLVI.

Qualitas Vitrioli venditi, vel alterius rei deſumitur ex quantitate pretij, & quod fuerit bonitatis promiſſæ ex Teſtibus, & ex relatione Peritorum, necnon etiam ex receptione maioris Partis.

b 2 Ful-

Fulginaten. Attentatorum.

Lunæ 11. *Februarii* 1658.

Argumentum CCXLVII.

Attentans tenetur non ſolum dimittere poſſeſſionem, ſed etiam reſtituere fructus, & expenſas, tam iudiciales, quam extraiudiciales facta liquidatione per eundem Attentantem.

Reatina Succeſſionis.

Veneris 15. *Februarii* 1658.

Argumentum CCXLVIII.

Examinatur latè materia ſuper intelligentia Statuti Reatini ſub Rubr. 19. de ſucceſs. ab inteſt. lib. 2.

Meleuitana Bonorum.

Veneris 15. *Martii* 1658.

Argumentum CCXLIX.

Clericus coniugatus, habens requiſita neceſſaria gaudet priuilegio fori tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & omnia geſta coram alio Iudice ſunt attentata.

Ceſenaten. Cenſus.

Lunæ 18. *Martii* 1658.

Argumentum CCL.

Cenſus extinguitur per reſtitutionem ſortis, etiamſi non ſequatur formalis retrouenditio, & ex illo ità extincto fructus amplius non currunt.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 27. *Martij* 1658.

Argumentum CCLI.

Promittens, ſi rem non tradit, tenetur ad damna, & intereſſe, & loco illorum ad pretium, quando promiſſio eſt pura, ſecus verò ſi conditionalis, & implementum conditionis pendet ex facto alterius, & præſertim ipſius Creditoris, qui tenetur certiorare Debitorem de implemento, ad effectum conſequendi fructus, & conſtituendi Debitorem in mora, ſine qua fructus non debentur.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 1. *Aprilis* 1658.

Argumentum CCLII.

Solidatio ſine mandato procuræ non releuat, nec obligat Principalem, præſertim ſi illa non iuſtificetur, & exaduerſo probetur erronea.

Bononien. de Bologninis.

Veneris 5. *Aprilis* 1658.

Argumentum CCLIII.

Fructus debentur à die motæ litis: Et in ſtabilibus taxantur ad rationem quinque pro centenario: Et ità ſeruatur in Ciuitate Bononiæ.

Romana Domus.

Lunae 8. *Aprilis* 1658.

Argumentum CCLIV.

Creditor ex cauſa Canonum præfertur omnibus alijs Creditoribus. Et quando non agit ſed excipit, ſufficit, quod doceat, ſe ſoluiſſe in cauſam anteriorem, & priuilegiatam, & in eam fuiſſe pecuniam verſam, quamuis pactum non præceſſerit, nec Ceſſionem obtinuerit.

Fanen. Dotis.

Lunae 8. *Aprilis* 1658.

Argumentum CCLV.

Confeſſio Dotis receptæ, facta à Marito conſtante Matrimonio, præſumitur ſimulata, nec probat veram numerationem, niſi concurrentibus coniecturis: Et fortiores, & validiores requiruntur contra Tertium, quam contra hæredes Confitentis.

Lucana Iuriſpatronatus.

Veneris 17. *Maii* 1658.

Argumentum CCLVI.

Literæ Apoſtolicæ, non iuſtificatæ circa præſentationem, reportatam à medietate Patronorum, non veniunt exequendæ, nec intrat arbitrium pro illarum executione.

Caualliceñ. fideicommiſſi.

Veneris 17. *Maii* 1658.

Argumentum CCLVII.

Verbum Gallicum *les Enfans* licèt ſecundum Idiotas accipiatur pro filijs; Nihilominus ſecundum Doctores, & practicos Curiæ Auenionen. idem importat, ac verbum *liberos*: Et comprehendit Nepotes, & omnes Deſcendentes, præſertim concurrentibus coniecturis.

S. Seuerini Hæreditatis.

Lunæ 20. *Maij* 1658.

Argumentum CCLVIII.

In bonis Tranſuerſalium Nepotes ſuccedunt in capita, non autem in ſtirpes, niſi Statutum aliter diſponat, quod tamen non comprehendit Clericos, ſi à laicis conditum fuerit.

Hydruntina Exemptionis.

Veneris 24. *Maii* 1658.

Argumentum CCLIX.

Bona Laicorum, ſi tranſeant ad Eccleſiaſticos, remanent libera ab omnibus oneribus, niſi illa ſint certa, perpetua, & inuariabilia, & infixa rebus pro rebus, non autem pro perſonis: Nec ſuffragatur pactum inter laicos initum, quod reputentur talia, ſi verè non ſint huiuſmodi.

Mediolanen. Beneficiorum.

Veneris 31. *Maii* 1658.

Argumentum CCLX.

Vnio abſque cauſa præciſæ neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis non ſuſtinetur; Et maximè ſi fuerit facta cum reſeruatione Iuriſpatronatus ad fauorem Vnientis, & ſuorum.

Calaguritana Decimarum de Ocon.

Veneris 7. *Iunii* 1658.

Argumentum CCLXI.

Super negocio principali.

Poteſt ſuper Decimis iniri Tranſactio, & illa probatur ex Inſtrumento, extracto ab Archiuio ſiue publico, ſiue priuato, ſi habeat formam authenticam, & legalem, & concurrant adminicula, & obſeruantia.

Calaguritana Decimarum de Ocon.

Veneris 7. *Iunii* 1658.

Argumentum CCLXII.

Super Remiſſoria.

Remiſſoria in prophanis (prout ad dictum effectum reputatur cauſa Decimarum) datur etiam ſine fumo, quando materia articulata eſt releuans: facilius verò ſi fumus concurrat, reſultans ex enunciatiuis antiquis; vel ex Teſtibus tam de auditu, quam nulliter examinatis.

Viter-

Index Argumentorum:

Viterbieñ Tranſactionis.
Veneris 14. *Iunii* 1658.
Argumentum CCLXIII.

Voluntas Contrahentium circa quantitatem oneris ſuſcepti in ſoluendo deſumitur ex verbis, ex diſcretiuo modo loquendi, ex pactis adiectis in Inſtrumento,& ex obſeruantia.

Romana Pecuniaria.
Lunæ 17.*Iunii* 1658.
Argumentum CCLXIV.

Sententiæ duæ conformes ſi ſint validæ,& iuſtæ, ex Statuto Vrbis habent vim trium, & rei iudicatæ, & dicuntur iuſtæ, dum condemnant ad ſoluendum Debitum, de quo apparet per depoſitionem Teſtium,per confeſſionem Partis, & per alias probationes.

Romana Salarij.
Lunæ 17. *Iunii* 1658.
Argumentum CCLXV.

Expenſæ quænam ſint iudiciales, quæ verò extraiudiciales,& quomodò ſit facienda illarum taxatio.

Meleuitana Habitus.
Mercurij 26. *Iunij* 1658.
Argumentum CCLXVI.

Nobilitas, ad effectum ſuſceptionis habitus Religionis Hieroſolymitanæ, quomodò probari debeat.

Bononieñ fideicommiſſi Io:Andreę de Bologninis.
Mercurii 26. *Iunii* 1658.
Argumentum CCLXVII.

Fideicommiſſario datur immiſſio probatis requiſitis neceſſarijs, nec retardatur ſub prætextu Diuiſionis, factæ à Grauatis, ſi Ipſe non ſit hæres Diuidentium,minuſque per alias exceptiones, quando illæ ſunt turbidæ, & illiquidæ.

Romana Penſionis Palatij.
Mercurij 26. *Iunij* 1658.
Argumentum CCLXVIII.

Solutio ex quibus præſumatur, & ex quibus excludatur; Et in quibus caſibus habeat locum *Text.in l.quicumque C.de Apoc.pub.lib.* 10.

Bononieñ fideicommiſſi de Anſelmis.
Mercurij 26. *Iunij* 1658.
Argumentum CCLXIX.

Vſusfructus, relictus Vxori in communione cum filio hærede inſtituto, debetur vtrique pro medietate, nec intrat inter eos ius accreſcendi, ſi datus fuerit ſubſtitutus.

Romana Tranſactionis.
Veneris 28. *Iunii* 1658.
Argumentum CCLXX.

Oris aperitio aduerſus clauſulam *ſublata*,& ſimiles concedi ſolet, concurrente aliqua rationabili cauſa; Et pro cauſa ſufficit probatio læſionis, vel fumus illius.

Romana Legati.
Veneris 28. *Iunii* 1658.
Argumentum CCLXXI.

Scribentibus aliena Teſtamenta non licet legatum, vel aliud emolumentum ſibi ſcribere; niſi concurrat approbatio Teſtatoris particularis, & excludatur fraus in ipſo ſcribente.

Sutrina Emphyteuſis.
Veneris 28. *Iunij* 1658.
Argumentum CCLXXII.

Proprietarius non poteſt vti facultate,ingrediendi poſſeſſionem rei Emphyteuticæ propria authoritate, niſi quando deuolutio eſt clara.

Mediolaneñ Capellaniæ.
Veneris 28. *Iunij* 1658.
Argumentum CCLXXIII.

Iuſpatronatus, acquiſitum ex priuilegio, cadit ſub Reſeruationibus Apoſtolicis, nec ſufficit reaptatio, vel dotatio, niſi Eccleſia indigeat noua conſecratione, & dos funditus fuerit deperdita.

Pampiloneñ Beneficij.
Lunæ 1.*Iulii* 1658.
Argumentum CCLXXIV.

Subrogatus gratioſè quæ requiſita probare debeat, ad obtinendam immiſſionem,& ex quibus eadem requiſita dicantur iuſtificata.

Beneuentana Hæreditatis.
Mercurij 3.*Iulij* 1658.
Argumentum CCLXXV.
In Rota Memorialium.

Manutentio datur vigore poſſeſſionis merè Inſtrumentalis, quando nemo reperitur in poſſeſſione.

Romana Saluiani.
Lunae 9. *Decembris* 1658.
Argumentum CCLXXVI.

Saluianum datur pro legato ſuper omnibus bonis Teſtatoris; etiamſi factum fuerit de certa ſpecie, quando illa ob culpam hæredis non reperitur in hæreditate.

Viterbieñ Tranſactionis.
Mercurii 11. *Decembris* 1658.
Argumentum CCLXXVII.

Fructus prætendi non poſſunt ex ſimplici credito pecuniario,& ſoluti imputantur in ſortem, non obſtante quocunque pacto in contrarium, niſi concurrant requiſita Caſtrenſis,vel Debitor habeat onus inueſtiendi.

Anconitana Pecuniaria.
Lunae 16. *Decembris* 1658.
Argumentum CCLXXVIII.

Obligatio de reſtituendo, limitatè facta, non operatur, niſi fauore illorum, quorum reſpectu concepta fuit, etiamſi adſit clauſula *in forma Camerae*, quia illa arctius ligat,ſed plus non obligat,quam Partes voluerint.

Lucana Capellaniæ.
Lunae 17. *Ianuarij* 1659.
Argumentum CCLXXIX.

Præſentatio, quamuis exhiberi debeat intra quadrimeſtre; Nihilominus ſi conſtet de legitimo impedimento, vel illa fuerit admiſſa per Ordinarium, ſuffragatur non obſtante inſtitutione,prius conceſſa ad fauorem alterius, quando dicta prima inſtitutio eſt nulla.

Anconitana Pecuniaria.
*Ven.*31. *Ianuar.*1659.
Argumentum CCLXXX.

Solutionis quietantia ex quibus reddatur ſuſpecta, prout etiam libri, in quibus illa reperitur deſcripta.

Au-

Index Argumentorum.

Auximana Bonorum.

Veneris 7. Februarii 1659.

Argumentum CCLXXXI.

Attentata ceſſant, ſi commiſſio ſignata fuerit cum clauſula *ſinè praiudicio*: prout etiam quaudo Signatura, vel illius Præfectus declarauit, Inhibitionem non afficere.

Mediolaneñ Beneficiorum.

Lunæ 10. *Februarii* 1659.

Argumentum CCLXXXII.

Vnio quando ſuſtineri poſſit ſiuè de iure communi, ſiuè vigore Concilij, ſiuè etiam in vim Indulti, & plura de hac materia.

Romana fideicommiſſi de Pediconis.

Veneris 14. *Martii* 1659.

Argumentum CCLXXXIII.

Fideicommiſſario non debetur immiſſio etiam pro indiuiſo, quoties hæredi competunt detractiones in quantitate, quæ non redduntur turbidæ ex eo, quod idem hæres bona adminiſtrauerit, ſi de illis rationem ſufficientem reddat, & habeat pro ſe ſententiam fauorabilem, tranſactam in iudicatum.

Peruſina Bonorum S. Archangeli.

Lunæ 17. *Martij* 1659.

Argumentum CCLXXXIV.

Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi datur Ei, qui docet de dicta quaſi poſſeſſione per Teſtes, bene informatos, deponentes de facto proprio, & ex certa ſcientia, & multipliciter adminiculatos.

Romana Sneceſſionis.

Lunæ 24. *Martii* 1659.

Argumentum CCLXXXV.

Attentata ſunt omnia, geſta pendente termino ad appellandum, & poſt interpoſitam appellationem, nec excuſantur ſub prætextu, quod ſententia fuerit lata in poſſeſſorio, & inter perſonas laicas, ſi contineat etiam corpora Emphyteutica Eccleſiæ, & concepta appareat ſub vnica ſtructura verborum.

Romana Diuiſionis.

Veneris 28. *Martii* 1659.

Argumentum CCLXXXVI.

Diuiſio debet ad æqualitatem reduci, ſi corpora in portionem alicuius obuenta uon ſubſiſtant vel fuerint euicta.

Viceñ Penſionis.

Veneris 28. *Martii* 1659.

Argumentum CCLXXXVII.

Poſſeſſio vel quaſi exigendi penſionem integram probatur non ſolum per exactionem totius, ſed etiam partis, nec amittitur per decennium, quando Creditor fuit impeditus, & penſio non fuit petita, nec à Debitore denegata.

Piſtorieñ Parochialis.

Lunæ 31. *Martii* 1659.

Argumentum CCLXXXVIII.

Subrogato gratioſè quibus concurrentibus ſit danda immiſſio in poſſeſſionem beñeficij litigioſi; Et quando lis dicatur introducta, vel etiam extincta, vel poſſit dici calumnioſa.

Romana Tranſactionis.

Veneris 2. *Maii* 1659.

Argumentum CCLXXXIX.

Tranſactio reſcinditur ex capite enormiſſimæ læſionis, & læſio dicitur enormiſſima, quando exceſſus vltrà dimidiam eſt magnus, computato etiam dubio litis euentu; Inſuper declaratur materia. An dos vigore Statuti Vrbis cap. 141. & cap. 145. lib. 1. ſuccedat loco legitimæ.

Meleuitana Domus.

Veneris 9. *Maii* 1659.

Argumentum CCXC.

Venditor tenetur ad traditionem rei venditæ, aliàs poteſt conueniri pro damnis, & intereſſe; Maximè quando pro illis ſe obligauit.

Viterbieñ Tranſactionis.

Veneris 9. *Maii* 1659.

Argumentum CCXCI.

Fructus non debentur ex ſimplici credito, & ſoluti debent rauquam indebiti in ſortem imputari: quamuis adſit conuentio, & agatur inter Mercatores.

Auximana Prædij.

Lunæ 26. *Maii* 1659.

Argumentum CCXCII.

Poſſeſſio, capta in vim mandati, habentis clauſulam *Dummodò poſſeſſio ſit vacans, & ſine praeiudicio poſſidentium, & habentium meliora, & potiora iura*, eſt nulla, & attentata, nec operatur in præiudicium poſſeſſoris, & eius, qui nititur melioribus iuribus.

Meleuitana Hæreditatis.

Veneris 30. *Maii* 1659.

Argumentum CCXCIII.

Teſtator, relinquens omnia bona paterna, & iura materna, non cenſetur relinquere bona propria, & acquiſita ex ipſius induſtria, minuſque bona materna, quia iurium appellatione non veniunt bona.

Camerineñ Bonorum.

Ven. 30. *Maii* 1649.

Argumentum CCXCIV.

Donatio, facta Clerico, vt poſſit promoueri ad Ordines Sacros, eſt tranſitoria ad hæredes, prout qualibet alia donatio, niſi expreſsè, vel tacitè aliter conuentum fuerit.

Ceſenateñ fideicommiſſi.

Veneris 6. *Iunij* 1659.

Argumentum CCXCV.

Identitas bonorum quomodò dicatur probata per fideicommiſſarium, petentem ſuper illis immitti: Et an ei obſtent detractiones, ſi hæres acceptauit legatum cum onere non detrahendi legitimam, & fructus ex hæreditate percepit, ex quibus illæ vel fuerunt conſumptæ, vel ſaltem remanſerunt illiquidæ.

Lucana Iuriſpatronatus.

Veneris 6. *Iunii* 1659.

Argumentum CCXCVI.

Narrans, ſe præſentatum à medietate Patronorum, debet iuſtificare huiuſmodi narratiuam, & quod illi exiſtant in poſſeſſione præſentandi, aliàs gratia ſuper derogatione alterius medietatis non poteſt ſibi ſuffragari.

Bo-

Index Argumentorum.

Bonon̄ Beneficij.
Lunæ 9. *Iunij* 1659.
Argumentum CCXCVII.
Præſentato debetur inſtitutio, ſi docent de Iuſepatronatus, de vacatione beneficij, de pertinentia ad fauorem Præſentantium, & vlterius ſe habere qualitates, requiſitas à fundatore, nempè Sacerdotium, & maiorem ætatem.

Bonon̄ fideicommiſſi de Anſelmis.
Lunæ 16. *Iunii* 1659.
Argumentum CCXCVIII.
Vſusfructus, ſi fuerit Vxori relictus, in communione tamen cum eius filio hærede inſtituto, debetur vtrique pro medietate nec filius illum habet iure legati, ſed hæreditario, & dicitur vſusfructus cauſalis, non autem formalis.

Meleuitana Beneficij.
Veneris 20. *Iunij* 1659.
Argumentum CCXCIX.
Quæ requiſita ſint neceſſaria, pro obtinenda Compulſoria ſpeciali, & an illa reguletur ſecundum terminos Remiſſoriæ.

Papien̄ Iuriſpatronatus.
Lunæ 23. *Iunij* 1659.
Argumentum C C C.
Præſentato à maiori numero Patronorum debetur inſtitutio: Et in numero computantur fœminæ, ſi Iuſpatronatus ſit hæreditarium, prout in dubio præſumitur, illudque comprehenditur ſub venditione Caſtri, & mentio de eo facta non præiudicat, quando ſtat declaratiuè.

Mediolanen̄ Capellaniæ.
Lunæ 23. *Iunij* 1659.
Argumentum C C C I.
Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ exequendum venit; quando eſt iuſtificatum, nec dicitur ſubreptitium ob non factam mētionem litis, ſi illa non fuerit introducta per Citationem, vel actum iudicialem, & mediante perſona, habente legitimum mandatum.

Ferrarien̄ Laudi.
Lunæ 23. *Iunii* 1659.
Argumentum CCCII.
Ceſſionarius ſuccedit in Ius Cedentis non ſolum reſpectu Crediti, ſed etiam reſpectu anterioritatis: Et creditum ipſius Cedentis probatur ex Inſtrumento, & ex partitis, extractis ex libris Mercatoris publici, fideliter, & legaliter tentis iuxta formam Bannimentorum Ciuitatis, & multipliciter adminiculatis.

Calaguritana Decimarum de Ocon.
Veneris 27. *Iunij* 1659.
Argumentum CCCIII.
Remiſſoria in prophanis conceditur etiam ſine fumo, quando Articuli ſunt releuantes.

Vrbanien̄ Penſionis.
Veneris 4. *Iulij* 1 6 5 9.
Argumentum CCCIV.
Penſionem tranſlatam excedere medietatem fructuum probari debet à Titulari; Nec ſub tali prætextu retardari poteſt ſolutio Penſionis, pro qua via executiua, quæ competebat Transferenti, competit etiam Translatario.

Romana Hæred itatis.
Vener. 4. *Iulij* 1659.
Argumentum C C C V.
Reuocatio primi Teſtamenti ſine ſufficienti numero Teſtium non ſuſtinetur; Et niſi contineat hæredis inſtitutionem, vel declaret Teſtator, ſe velle inteſtatum decedere.

Bononien̄ Dotis.
Mercurii 10. *Decembris* 1659.
Argumentum CCCVI.
Confeſſio dotis receptæ, facta à Marito etiam conſtante Matrimonio, valet quando concurrunt coniecturæ, quarum plures enumerantur in Deciſione.

Veneta Parochialis.
Veneris 3 0. *Ianuarii* 1 6 6 0.
Argumentum C C C V I I.
Examen vbi, & in quibus caſibus ſit concedendum de nouo.

Aſculana fideicommiſſi.
Lunæ 16. *Februarii* 1660.
Argumentum CCCVIII.
Fideicommiſſum, conſtitutum ſuper omnibus bonis, dicitur vniuerſale, non autem particulare; Nec reſtringitur per præceptum Teſtatoris, de conficiendo Inuentarium de ſtabilibus tantùm; præſertim ſi concurrant coniecturæ in contrarium.

Cordubeñ Præſtimonij.
Veneris 2 0. *Februarii* 1 6 6 0.
Argumentum CCCIX.
Fructus in quolibet iudicio debentur à die motæ litis, & illorum valor, & liquidatio præſertim circa frumentum, ordeum, & ſimilia poteſt fieri per Teſtes, per libros Ciuitatis, & per relationem Peritorum.

Camerinen̄ Pecuniaria.
Veneris 27. *Februarii* 1660.
Argumentum CCCX.
Aromatariorum computa, ſolidata à Conſulibus Artis iuxta taxam ſolitam, non poſſunt redargui de exceſſu.

Colonien̄ Decanatus.
Ven. 5. *Martij* 1660.
Argumentum CCCXI.
Electio Canonicorum in Collegiatis ſpectat de iure ad Capitulum: Maximè ſi id diſponant Statuta fundamentalia Eccleſiæ, & concurrat obſeruantia. Priuilegium verò præſentandi, Alijs conceſſum, ſi ſit ſubreptitium, vel obreptitium non venit attendendum, & cadit ſub reuocatione Concilij.

Ferrarien̄ Pecuniaria.
Lunæ 15. *Martii* 1 6 6 0.
Argumentum C C C X I I.
Dos in qua quantitate conſtituta fuerit ſecundo viro, probatur ex Inſtrumento aſſignationis, factæ ad fauorem primi: ex depoſitione Teſtis mediatoris, multipliciter adminiculata, & ex confeſſione propria Coniugum.

Pa-

Index Argumentorum.

Papieñ Iuriſpatronatus.

Lunæ 15. *Martij* 1660.

Argumentum CCCXIII.

Præſentato, habenti maiorem numerum vocum, debetur inſtitutio, ſi doceat de deſcendentia Præſentantium ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione. Et dicitur habere maiorem numerum vocum, ſi habeat voces fœminarum, quando Iuſpatronatus eſt hæreditarium, prout in dubio præſumitur.

Firmana, ſeù Nullius Beneficij.

Mercurii 14. *Aprilis* 1660.

Argumentum CCCXIV.

Literæ Apoſtolicæ quomodò iuſtificari debeant vt veniant exequendæ, præſertim circa litem. Et quando obſtet clauſula *Dummodò non ſit alteri ius quaeſitum.*

Turritanã Penſionis.

Veneris 16. *Aprilis* 1660.

Argumentum CCCXV.

Poſſeſſio, vel quaſi exigendi penſionem acquiritur per vnicum actum; Et probata contra Anteceſſorem operatur contra ſucceſſorem in beneficio non obſtantibus exceptionibus cõcernentibus petitorium; Er non attenta ſententia contraria, ſi illa fuerit ſuſpenſa per appellationem.

Romana Hæreditatis.

Veneris 16. *Aprilis* 1660.

Argumentum CCCXVI.

Filiatio, licet ad effectum Alimentorum contentetur leuioribus probationibus, tamen ad effectum ſucceſſionis requirit probationes concludentes.

Camerineñ Pecuniaria.

Lunæ 26. *Aprilis* 1660.

Argumentum CCCXVII.

Compenſatio tunc demum locum habet, ſi de ea fuerit oppoſitum, et ſi Creditum ſit certum & indubitatum.

Romaua Tranſactionis.

Veneris 30. *Aprilis* 1660.

Argumentum CCCVIII.

Ad reſcindendam Tranſactionem requiritur læſio enormis, vel enormiſſima, & illa probatur ex confeſſione Partis, quæ non præſumitur erronea, niſi error concludenter probetur.

Meteuitana Domus.

Veneris 7. *Maij* 1660.

Argumentum CCCXIX.

Venditor, ſi rem non tradit, tenetur ad reſtitutionem pretij, & ad damna, & intereſſe, prout etiam tenetur ille, qui venditioni conſenſit, & pretium recepit, ac pro obſeruantia contractus ſe obligauit.

Lucana Iuriſpatronatus.

Lunæ 10. *Maii* 1660.

Argumentum CCCXX.

Præſentatus ab exiſteſitibns in quaſi poſſeſſione præſentandi, & à maiori numero vocum, preferendus, & inſtituendus venit, ſi doceat de alijs requiſitis.

Bononieñ Donationis.

Veneris 21. *Maii* 1660.

Argumentum CCCXXI.

Donatio, vel Renunciatio, facta à Muliere occaſione ingreſſus in Religiouem, non admittit exceptionem læſionis, dum mediante dimiſſione bonorum ipſa conſequitur paupertatem, quam Religioſi profitentur.

Toletana Archipresbyteratus.

Lunæ 24. *May* 1660.

Argumentum CCCXXII.

Reſignatio dicitur facta tempore debito, ſi ſequuta fuerit intra terminnm prorogatum. Et excluditur ſimonia ſi fuerit reſeruatum Beneplacitum Apoſtolicum, & Papa habuerit ſcientiam pactorum, ſaltem implicitam, & genericam.

Ancenitana Pecuniaria.

Lunæ 24. *Maij* 1660.

Argumentum CCCXXIII.

Recognoſcens bonam fidem in Inſtrumento Cenſus etiam ex interuallo, perindè eſt ac ſi à principio Cenſum impoſuiſſet, & talis recognitio facta tempore non ſuſpecto, & concurrentibus coniecturis operatur non ſolum in præiudicium Recognoſcentis, ſed etiam Cteditorum.

Aquilana Canonicatus.

Mercurii 26. *Maii* 1660.

Argumentum CCCXXIV.

Regreſſus an, & in quibus caſibus locum habeat, & quomodò reſeruatio illius extenderetur antiquitus, quomodò verò concipiatur ex ſtylo nouiſſimo, & alia plura de hac materia.

Romana Domus ad Sanctum Honuphrium.

Lunæ 14. *Iunii* 1660.

Argumentum CCCXXV.

Creditum dicitur purum, non autem conditionale, ſi conditio in eo appoſita pendet à poteſtate promittentis, & per eum ſtat quominus adimpleatur: Et deliberatio facta illius vigore ſuſtinetur, quamuis non aſcendat ad valorem rei deliberatæ.

Vrbinateñ Saluiani.

Veneris 18. *Iunii* 1660.

Argumentum CCCXXVI.

Sententia remanet nulla, ſi citatio fuerit vaga, & incerta, & facta verbaliter tantum, non autem in ſcriptis per ſchedulæ dimiſſionem.

Reatina Suceeſſionis.

Lunæ 21. *Iunii* 1660.

Argumentum CCCXXVII.

Agitur de interpretatidne Statuti Reatini de ſucceſſionibus ab inteſtato; Et receditur à reſolutione, capta in hac eadem cauſa.

Romana Palatij.

Lunæ 21. *Iuny* 1660.

Argumentum CCCXXVIII.

Contractus an ſit locationis, vel Emphyteuſis dignoſcitur ex denominatione facta per Contrahentes, & ex pactis, & clauſulis appoſitis in Inſtrumento: Et ſententia an, & quando

do tranſeat in iudicatum ob non reditum pro Apoſtolis.

Romana Pecuniaria.

Veneris 25. *Iunii* 1660.

Argumentum CCCXXIX.

Reus non tenetur ſubminiſtrare Collitiganti alimenta, & ſumptus litis, quando res litigioſa non eſt fructifera.

Faneñ Dotis.

Lunæ 28. *Iunij* 1660.

Argumentum CCCXXX.

Promittens factum alienum, an, & quando liberetur, faciendo diligentias.

Romana Vſusfructus.

Lunæ 5. *Iulii* 1660.

Argumentum CCCXXXI.

Conditio ſeruandæ Viduitatis, appoſita in Teſtamento, non cenſetur repetita in Codicillis: Maximè quando ex coniecturis apparere poteſt de voluntate eiuſdem Teſtatoris, & plura de hac materia.

Hydruntina Exemptionis.

Lunæ 5. *Iulii* 1660.

Argumentum CCCXXXII.

Eccleſiaſtici pro bonis de nouo acquiſitis non tenentur, ſoluere onera perſonalia, vel mixta, ſed tantum realia, certa, & inuariabilia, & infixa rebus pro rebus, non autem pro perſonis.

Viceñ Penſionis.

Lunæ 5. *Iulii* 1660.

Argumentum CCCXXXIII.

Solutio debet plenè, & concludenter probari ab allegante, & facta metu mandati, & de ordine Superioris ſuffragatur, etiamſi in manibus Creditoris facta non fuerit.

Romana Hæreditatis.

Veneris 26. *Nouembris* 1660.

Argumentum CCCXXXIV.

Filiatio, quando agitur principaliter ad effectum ſucceſſionis, debet plenè, & concludenter probari: Secus verò ſi incidenter ad effectum Alimentorum. Et Spurij, Adulterini, & nati ex damnato coitu ſunt inſucceſſibiles in bonis paternis.

Rauennateñ Tranſactionis.

Veneris 3. *Decembris* 1660.

Argumentum CCCXXXV.

Tranſactio reſcinditur propter læſionem, & læſio probatur, ſi pro modica ſumma renunciatum fuerit opulentæ hæreditati, & tranſactum appareat ſuper iure claro, non autem dubio, prout eſt clarum, quod fideicommiſſum conditum ſub conditione *ſi ſine filijs*, illis exiſtentibus expiret, quando non concurrunt coniecturæ validæ, & efficaces.

Reatina Succeſſionis.

Veneris 10. *Decembris* 1660.

Argumentum CCCXXXVI.

Confirmatur Deciſio ſuper itterpretatione Statuti Reatini de ſucceſs. ab inteſt. in qua firmatum fuit, ſub nomine conſanguineorum ſtatuentes voluiſſe comprehendere non ſolum Agnatos, ſed etiam Cognatos.

Romana Hæreditatis.

Veneris 10. *Decembris* 1660.

Argumentum CCCXXXVII.

Dominium Officij reſidet penes Reſeruatarium Decreti, & facultatis diſponendi, non autem penes eum, ſuper cuius vitæ periculo emptum fuit.

Abuleñ Penſionis.

Veneris 14. *Ianuarij* 1661.

Argumentum CCCXXXVIII.

Penſio amittitur per aſſumptionem Militiæ Secularis, prout etiam amittitur, ſi quis deſerendo habitum Clericalem, in habitu Seculari ſemper incedat.

Bononieñ fideicommiſſi de Sauijs.

Veneris 28. *Ianuarij* 1661.

Argumentum CCCXXXIX.

Monaſterium non poteſt ſuccedere neque etiam in vita Monachi, quando Teſtator voluit, bona conſeruari perpetuò in Domo, Agnatione, Caſata, & familia ſua, eiuſque hæredum inſtitutorum, & ſubſtitutorum.

Bononieñ Pecuniaria.

Veneris 28. *Ianuarij* 1661.

Argumentum CCCXL.

Identitas rei, & pecuniarum ex quibus dicatur probata ad hoc, vt ſuper illis competat Domino rei vendicatio.

Auximana Prædij.

Veneris 4. *Februarij* 1661.

Argumentum CCCXLI.

Teſtator, ſi poſt inſtitutum fideicommiſſum vniuerſale ſuper omnibus bonis, diſpoſuerit quod certum Prædium pertineat ſemper ad lineam Maſculorum, cenſetur ſuper illo condidiſſe fideicommiſſum particulare fauore lineæ Maſculinæ ad excluſionem fœminarum, quæ ſub linea Maſculina non continentur, præſertim concurrente obſeruantia.

Lucana Capellaniæ.

Ven. 4. *Febr.* 1661.

Argumentum CCCXLII.

Præſentatus quæ debeat probare pro obtinenda inſtitutione, quamuis antecedenter Alteri talis inſtitutio conceſſa fuerit.

Bonoñ Bonorum de Graſſijs.

Veneris 11. *Februarij* 1661.

Argumentum CCCXLIII.

Sententia, lata contra mortuum, non ſuſtinetur, niſi obtenta fuerit citato Procuratore Domino litis effecto.

Aſculana fideicommiſſi.

Lunæ 21. *Febr.* 1661.

Argumentum CCCXLIV.

Fideicommiſſum, conceptum per verba vniuerſalia, & ampla, non dicitur particulare, ſed vniuerſale: Et hæres grauatus tenetur illud reintegrare pro bonis alienatis, ſiue alienatio ſcienter facta fuerit, ſiue ignoranter.

Bononieñ Pilarum.

Veneris 11. *Martii* 1661.

Argumentum CCCXLV.

Societas finitur morte, nec per pactum etiam iuratum poteſt fieri, quod tranſeat ad heredes, niſi agatur de Societate Vectigalium, & publicarum rerum.

Romana Penſionis.

Veneris 1. Aprilis 1661.

Argumentum CCCXLVI.

Penſio debetur, quamuis Penſionarius non iuſtificauerit valorem beneficii, ſi onus probationis fuerit translatum in Titularem cum approbatione Pontificis; Valor ſit veriſimilis; Penſio appareat perſoluta per longum tempus, & conſtet de confeſſione ipſius Titularis.

Albaneñ Hæreditatis.

Veneris 1. Aprilis 1661.

Argumentum CCCXLVII.

Proximiori in gradu competit interdictum quorum bonorum contra titulo poſſidentem probatis extremis neceſſarijs.

Reatina Alimentorum.

Lunæ 4. Aprilis 1661.

Argumentum CCCXLVIII.

Alimenta, & ſumptus litis vt debeantur à poſſeſſore Collitiganti, neceſſe eſt docere de paupertate, & præſumptione boni iuris, & illorum quantitas taxatur arbitrio Iudicis, habito tamen reſpectu ad fructus bonorum.

Meleuitana Hæreditatis.

Mercurij 4. Maij 1661.

Argumentum CCCXLIX.

Iurium appellatione non veniunt bona, niſi relicta fuerint omnia, & ſingula iura, competentia in bonis; quia tunc etiam ipſa bona relicta videntur.

Imoleñ Cenſus.

Lunæ 9. Maii 1661.

Argumentum CCCL.

Hæres, qui non reddit ſufficientem rationem de bonis hæreditarijs, poteſt conueniri in perſona, & bonis proprijs, nec iuuatur exceptionibus ad retardandam executionem, ſi illę ſint turbidæ, & illiquidæ.

Tudertina Succeſſionis.

Ven. 20. Maii 1661.

Argumentum CCCLI.

Teſtamentum, ſi fuerit conditum à Teſtatore animo illud ſubſcribendi die ſequenti, dicitur imperfectum ratione voluntatis, & potius quædam præparatio ad teſtandum: Et conſcriptum à Parocho, de cuius fide, & legalitate dubitari poteſt, non venit attendendum.

Cameriñ Pecuniaria.

Lunæ 30. May 1661.

Argumentum CCCLII.

Antidatæ ſuſpicio ex quibus reſultet, ad effectum ne fructus debeantur: Et Creditum quando dicatur illiquidum ad excludendam compenſationem.

Bononieñ fideicommiſſi.

Lunæ 30. Maii 1661.

Argumentum CCCLIII.

Remiſſoria in prophanis data releuantia conceditur etiam ſine fumo, & facilius eo concurrente, quamuis petatur ſuper iiſdem Articulis vel de directo contrarijs, dummodò dicta non ſint teſtificata.

Ceſenateñ fideicommiſſi.

Veneris 3. Iunij 1661.

Argumentum CCCLIV.

Identitas bonorum Teſtatoris probatur ex mentione de illis facta in Teſtamento, ex Teſtibus, & ex eo, quod hæres poſſidet eadem bona.

Patauina Penſionis.

Lunæ 13. Iunij 1661.

Argumentum CCCLV.

Bigamus diſpenſatus à Papa, poteſt retinere Penſiones; Nec tenetur ad ſolutionem Decimæ, vel alterius ſubſidij, ſi Penſio reſeruata fuerit libera à quocumque onere cum clauſulis ampliſſimis.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 13. Iunij 1661.

Argumentum CCCLVI.

Mobilia an, & quando æſtimari poſſint per Peritos, dum non exiſtunt in rerum natura: Et in hac materia an ſit attendendus ſtylus, probatus ex atteſtatione Notarij.

Rauennateñ fideicommiſſi.

Lunæ 20. Iunij 1661.

Argumentum CCCLVII.

Fideicommiſſum perpetuum inducitur ex verbis *de hæredibus in hæredes, & de Maſculo in Maſculum*; præſertim ſi verba fuerint directa in rem, & adſit prohibitio alienationis.

Bononieñ Legati.

Mercurij 22. Iunij 1661.

Argumentum CCCLVIII.

Conducens rem, ſuper qua ius habet, videtur illi renunciare; nec poteſt refricare quæſtionem dominij: Et habens qualitates, requiſitas à Teſtatore de tempore purificatæ diſpoſitionis conſequitur emolumentum, etiamſi eædem qualitates ceſſent.

Terracineñ Pecuniaria.

Lunæ 27. Iunii 1661.

Argumentum CCCLIX.

Solutio, facta integrè pro toto, ac pro vltimo, & finali reſiduo, importat extinctionem totalem: Et ſequuta in vim mandati, & obligationis cameralis, ſi ſit indebita, non poteſt repeti, niſi via ordinaria.

Luneñ Sarzaneñ Beneficiorum.

Lunæ 27. Iunii 1661.

Argumentum CCCLX.

Iuſpatronatus non transfertur in fideicommiſſarium particularem abſque Ordinarij conſenſu, qui non præſumitur, niſi vltrà ſpatium 30. annorum concurrat etiam obſeruantia.

Ianueñ Pecuniaria.

Lunæ 27. Iunij 1661.

Argumentum CCCLXI.

Suſpectus de fuga non poteſt iurari Aduena, qui poſſidet ſtabilia in loco contractus, & deſtinatæ ſolutionis; Et quatenus carceratus fuerit, carceratio non ſuſtinetur, nec cenſetur approbata per fideiuſſionem præſtitam, de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo.

Me-

Meleuitana Retrouenditionis.

Ven. 1. Iulii 1661.

Argumentum CCCLXII.

Pendente iudicio in Rota omnia geſta coram alio Iudice ſunt attentata, nec excuſari poſſunt ſub prætextu diuerſitatis Cauſarum, ſi illæ ſint connexæ, vel in Commiſſione adſint clauſulæ *cum annexis, & connexis, totoque negocio principali, ac quam, & quas &c.*

Aquilana Canonicatus.

Veneris 1. Iulii 1661.

Argumentum CCCLXIII.

Moræ purgatio ſemper admittitur, ad euitandum Regreſſum, ſi concurrat oblatio, & renunciatio litis, & ius Partis non ſit effectum deterius.

Compoſtellana Parochialis.

Veneris 9. Decembris 1661.

Argumentum CCCLXIV.

Patronus pendente lite præſentare non poteſt, minuſquè variare, niſi variatio fiat in Collitigantem, & per eam extinguatur lis, non autem prorogetur.

Romana Vineæ.

Ven. 13 Ianuarii 1662.

Argumentum CCCLXV.

Vigore pacti reſeruationis Dominij, & ſpecialis hypothecæ appoſiti in Inſtrumento venditionis competit aſſociatio non ſolum contra Emptorem, ſed etiam contra Tertium.

Bononien Parochialis.

Lunæ 16. Ianuarii 1662.

Argumentum CCCLXVI.

Gratia *ſi Neutri* eſt conditionalis, nec exequi poteſt, niſi doceatur de non iure tam Impetrantis, quam Collitigantis.

Lauretana Canonicatus.

Veneris 27. Ianuarii 1662.

Argumentum CCCLXVII.

Præſentandi quaſi poſſeſſio, & vltimus Status attenditur, pro ſuſtinenda præſentatione, & collatione iam facta, præſertim attenta dubietate. Et beneficium an, & quando dicatur Sacerdotale.

Imolen Cenſus.

Lunæ 30. Ianuarii 1662.

Argumentum CCCLXVIII.

Executio, facta pro fructibus Cenſus ad rationem expreſſam in Inſtrumento, non reuocatur prætextu exceſſus ex eo, quod adſit Breue moderatorium eorundem fructuum, dum illud non fuit exhibitum; Nam tali caſu executio mod. ratur.

Compoſtellana Parochialis.

Lunæ 6. Februarii 1662.

Argumentum CCCLXIX.

Patronus an, & quando poſſit variare, & accumulare. Et ac præſentatio, facta in Collitigantem, ſuſtineatur, quando lis non extinguitur, & agitur de præiudicio ſubrogati à Papa.

Calagurritana Decimarum de Ocon.

Lunæ 27. Februarii 1662.

Argumentum CCCLXX.

Teſtes quæ requiſita habere debeant, & quomodò deponere, ad probandam Immemorabilem.

Forolinien Lucri Dotalis.

Lunæ 13. Martij 1662.

Argumentum CCCLXXI.

Dotis lucrum an debeatur ex bonis liberis tantùm, an verò ex ſuppoſitis fideicommiſſo, quando Dos conſtituta fuit partim in bonis liberis, & partim in fideicommiſſarijs; Et quid ſit dicendum non facta expreſſione qualitatis bonorum, & ſtante pacto, quod lucrum debeatur de tota Dote.

Bonon Nullitatis Contractus.

Veneris 17. Martij 1662.

Argumentum CCCLXXII.

Iudicio pendente in Rota, omnia geſta coram alio Iudice, ſunt nulla, & attentata non obſtante clauſula *ſine præiudicio*; quia illa præſeruat tãtum Iuriſdictionem ad effectum exequendi, quod fuit iudicatum, non autem iudicandi ſuper aliis.

Meleuitana Hæreditatis.

Merc. 22. Martii 1662.

Argumentum CCCLXXIII.

Eadem Lunç 18. Iunij 1663.deciſ.405.
Rauennaten Releuationis Indemnitatis Ven. 11. Ian. 1664. deciſ.410.
Romana Retractus Lunæ 17. Martij 1653. deciſion.163.
Meleuitana Retrouenditionis Merc. 9. Decembris 1654.deciſ.194.
Eadem Ven. 1. Iulij 1661.deciſ.362.

S

Romana Salarij Lunæ 17. Iunij 1658. deciſio 265.
Romana Saluiani Merc. 4. Iulij 1657. deciſ.243.
Eadem Lunæ 9. Dec. 1658.deciſ.276.
Vrbinaten Saluiani Ven. 18. Iunij 1660.dec.326.
Auenioneñ Saluiani Lunæ 5. Iulij 1662.dec.330.
Arimineñ Separationis Thori Lunæ 24. Martij 1653.deciſ.164.

Gerundeñ Sigillorum Lunę 15. Ianuarij 1663. deciſ.394.
Eadem Ven. 20. Aprilis 1663.deciſ.397.
Fauentina Societatis Lunæ 16. Apr. 1646.dec.2.
Eadem Merc. 4. Iulij 1646.deciſ.11.
Eadem Merc. 26. Iunij 1647.dec.21.
Romana Societatis officij Merc. 26. Iunij 1652. deciſ.156.
Eadem Lunæ 22. Iunij 1654.deciſ.190.
Aſculana Succeſſionis Ven.28.Iunij 1647.dec.23
Spoletana Succeſſionis Lunæ 19. Iunij 1651. deciſ.125.
Bononieñ Succeſſionis Lunæ 18. Martij 1652. deciſ.141.
Reatina Succeſſionis Ven.15.Febr.1658.dec.248.
Romana Succeſſionis Lunę 24. Martij 1659. deciſ.285.
Reatina Succeſſionis Lunę 21.Iun.1660.dec.327.
Eadem Ven. 10. Dec.1660.deciſ.336.
Tudertina Succeſſionis Ven. 20. Maij 1661. deciſ.351.
Eadem Merc. 22. Iunij 1650.deciſ.99.
Romana Tranſactionis Lunæ 21. Iunii 1655.deciſ.203.
Viterbieñ Tranſactionis Ven.2.Iun.1656.dec.223
Eadem Lunę 18. Iunij 1657.deciſ.238.
Eadem Ven. 14. Iunij 1658.deciſ.263.
Romana Tranſactionis Ven.28.Iun 1658.dec.270
Viterbieñ Tranſactionis Merc.11.Decemb.1658. deciſ.277.
Romana Trãſactionis Ven.2.Maij 1659.dec.289.
Viterbieñ Tranſactionis Veneris 9. Maij 1659. deciſ.291.
Romana Tranſactionis Veneris 30. Aprilis 1660. deciſ.318.
Rauennateñ Tranſactionis Veneris 3. Dec. 1660 deciſ.335.
Eadem Lunæ 19. Iunij 1662.deciſ.384.
Romana Tranſactionis Lunę 4. Decemb. 1662. deciſ.391.
Romana Translationis Penſionis Ven. 26. Maij 1662. deciſ.378.

T

Bononieñ Tenutæ Lunæ 25. Iunij 1646. deciſ.8.
Piſauteñ Teſtamenti Lunæ 31. Martij 1653. deciſ.165.
Bononieñ Tranſactionis Lunæ 30. Martij 1648. deciſ.34.
Ferrarieñ Tranſactionis Veneris 28. Ian. 1650. deciſ.78.

V

Romana Vineæ Veneris 13. Ianuarij 1662. deciſ.365.
Romana Vitrioli Ven. 11. Febr. 1656. deciſ.213.
Eadem Merc. 23. Ian. 1658.deciſ.246.
Lucana Vnionis Merc. 15. Iunij 1650.deciſ.96.
Romana Vſusfructus Lunæ 28. Iunij 1649. deciſ.71.
Eadem Lunæ 5. Iulij 1660.deciſ.331.

DECISIONES ANGELI CELSI S. R. E. DIAC. CARD. SANCTI GEORGII

Dum eſſet Romanæ Rotæ Auditor.

PERVSINA FIDEICOMMISSI.

Luna 5. *Martij* 1646.

A R G V M E N T V M.

Hæres fideicommiſſo grauatus an poſſit deducere legitimam, & alia credita non obſtante omiſſione Inuentarij, & quid ſi concurrat alienatio bonorum.

S V M M A R I V M.

1 *Aegidianæ Conſtitutioni non eſt locus, quando ſententia eſt iniuſta.*

2 *Legitima non poteſt probiberi, nec fideicommiſſo grauari.*

3 *Legitima non amittitur, ob non confectionem Inuentarij.*

4 *Hæres fideicommiſſo grauatus poteſt deducere ſua credita aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem, etiam non confecto Inuentario.*

5 *Fallit quoad creditores, & legatarios, quorum reſpectu tenetur etiam de proprio.*

6 *Lex fin. §. in computatione declaratur.*

7 *Sententia ſi fuerit lata per capita ſeparata, iniuſtitia in vno capite non influit in totam ſententiam.*

8 *Legitima filij eſt tertia totius hæreditatis.*

9 *Legitima ſatisfactio non præſumitur ex omiſſione Inuentarij concurrente etiam alienatione bonorum, quando alienatio eſt modica, & facta pro ſumma certa.*

10 *Legitima ſatisfactio præſumpta reſultans ex omiſſione Inuentarij, & ex alienatione bonorum ceſſat per contrarias probationes.*

11 *Mulieri datur retentio pro ſua dote.*

12 *Hæres facit fructus ſuos, & nihilominus poteſt deducere ſua credita.*

13 *Sententia quando dicatur continere mixturam poſſeſſorij cum petitorio.*

DECISIO I.

PRAETENDENTES Vincentia, & litis Conſortes, per obitum Io. Dominici ſine filijs, fuiſſe purificatum ad eorum fauorem fideicommiſſum conditum per Marium de Maltempis, ſententiam immiſſionis ſuper illius bonis ab A. C. reportarunt contra Caſſandram dicti Io. Dominici hæredem; Vnde commiſſa mihi cauſa, cum clauſula, *Conſtito quòd ſit locus Aegidianæ*, & diſputato dubio, An illi locus eſſet; Domini;
1 attenta iniuſtitia ſententiæ, negatiuè reſponderunt.

Iniuſtitia verò deducebatur ex eo, quia Io. Dominico, & ex eius perſona Caſſandræ illius
2 hæredi, debebatur legitima in bonis patris fideicommittentis, quæ non potuit prohiberi, vel fideicommiſſo grauari, *ad text. in l. omnimodo 30. & l. quoniam in prioribus 32. C. de inoffic. teſtam. Rota coram Gregor. deciſ. 421. num. 3. & in recent. deciſ. 342. num. 1. & 4. par. 5. & deciſ. 35. num. 2. par. 6.*

 Nec

3 Nec ex omiſſione Inuentarij cenſuerunt Domini, Io. Dominicum cecidiſſe à commodo legitimæ, quia, quicquid dicant *Imol. in l. 1. num. 13. verſ. & ideo forte, ff. ſi cui plus quam per l. falc. Corn. conſil. 168. num. 1. & duobus ſeqq. lib. 3. & alij exaduerſò adducti*, Contraria opinio eſt verior, & magis communis, vt teſtatur *Gabr. conſ. 121. num. 51. lib. 1. Ruin. conſ. 57. num. 3. verſ. non obſtat, & num. ſeqq. lib. 2. Soccin. iun. conſ. 7. num. 18. & ſeqq. vol. 4. Oldrad. conſ. 242. num. 9. Fab. de Anna conſ. 25. num. 17. & ſeqq.* quam perpetuò ſequuta eſt *Rota vt in deciſ. 192. numer. 2. coram Canaler. deciſ. 80. num. 3. & deciſ. 105. num. 10. coram Mant. Andr. & deciſ. 432. num. 3. par. 4. recent. & deciſ. 399. num. 25. part. 5.*

4 Hæres enim fideicommiſſo grauatus poteſt retinere, & deducere ſuum creditum aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem, etiam non confecto Inuentario; Nam deducendo dicitur integrè reſtituere, cum fideicommiſſum non ſit, niſi de eo, quod eſt in hæreditate, deducto ære alieno, licet contrarium veniat
5 dicendum contra Creditores, & Legatarios, quorum reſpectu tenetur etiam de proprio, vt magiſtraliter diſtinguit *Caſtr. in l. ita tamen 27. §. ſi ex Trebelliano, num. 2. verſ. ſed quod ſi hæres, & ibi Alex. num. 3. ff. ad Trebell.* vbi, quod tali
6 caſu non intrat confuſio actionum, & cum huiuſmodi diſtinctione procedit, *text. in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib. Iaſ. conſ. 28. nu. 7. verſ. nec obſtat, lib. 3. Ruin. conſ. 112. num. 19. lib. 2. Aym. conſ. 300. num. 7. verſ. aut quærimus Bertrand. conſ. 57. num. 3. verſ. quæ omnia, lib. 2. par. 1. Rolan. conſ. 65. num. 13. & ſeq. lib. 2. Surd. conſ. 7. num. 22. & ſeqq. & deciſ. 92. num. 3. Mantica de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 15. verſ. & hoc vſque, Vinc. de Franch. deciſ. 39. ſub num. 3. verſ. vbi concludit, Rota in Anconitana Cambiorum 1. Iulij 1643. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

7 Neque obiectum euitari poteſt ſub prætextu, quod immiſſio fuerit conceſſa per capita ſeparata, primò nempè ſuper tribus ex quatuor partibus, & deinde poſt adeptam poſſeſſionem illarum, etiam ſuper quarta, & reſiduali parte prætenſa pro legitima, itaut iniuſtitia percutiat tantum d. quartam partem, non autem totam ſententiam.

8 Quia id poſſet fortaſſe procedere, ſi legitima Io. Dominici fuiſſet tantum quarta pars, ſed cum ipſe ſit filius vnicus, portio ei debita, eſt tertia, non autem quarta, *iuxta text. in Auth. nouiſſima, C. de inoff. teſtam. ſumpta ex Authen. de triente, & ſemiſſe, §. 1. gloſſ. in §. fin. verſ. pro virili, inſtit. de inoff. teſt. Graſſ. de ſucceſſ. §. legitima, quæſt. 7. num. 1. Rota deciſ. 462. num. 4. par. 4. tom. 2. recent. & deciſ. 399. num. 23. par. 5.*

9 Non obſtat, quod vltra omiſſionem Inuentarij, concurrat etiam in præſenti caſu alienatio lignaminum facta pro ſcutis centum.

Nàm cum illa ſit modica, habito reſpectu ad credita, & ſit facta pro ſumma certa, nec per Caſſandram controuerſa, quin imputetur in legitimam, non inducit præſumptionem ſatisfactionis, niſi pro dicta ſumma, nec transfert in eandem onus probandi, prout latè probat *Cyrlac. controu. 5. à num. 5. per tot. & præſertim num. 31. & ſeqq.* vbi, quod hæres non tenetur probare niſi valorem rei alienatæ, & videtur etiam ſenſiſſe *Rota deciſ. 432. num. 7. par. 4. recent. & in Auximana Fideicommiſſi 31. Ianuarij 1642. §. Et hinc non releuat, coram Reuerendiſſimo D. meo Dunozetto Decano.*

10 Etenim præſumptio ſatisfactionis, reſultans ex omiſſione Inuentarij, & ex alienatione bonorum, ceſſat attenta probatione exaduerſò facta, quod dicta alienatio non excedat ſcuta centum, cum illa per contrarias probationes tollatur, *l. fin. ff. de eo, quod met. cauſ. l. ruptura, 58. in fin. ff. de iur. dot. Rota deciſ. 519. num. 11. & ſeqq. par. 4. tom. 3. recent. & deciſ. 353. num. 25. & ſeqq. par. 6.* & ſemper cedat veritati, *Seraph. deciſ. 712. num. 4. Duran. deciſ. 405. num. 10. & deciſ. 92. num. 4. in fin. par. 2. recent. & deciſ. 478. num. 10. par. 4. tom. 2.*

11 Deducebatur pariter iniuſtitia ſententiæ ex eo, quia Caſſandra erat creditrix pro dote ſcut. 1500. per ipſam ſoluta de anno 1599. Mario ſocero, & fideicommittenti, & Ioanni Dominico marito, & hæredi grauato, pro qua illi competebat retentio, *ad textum in l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. teſtam. l. ab omnibus, 107. §. fin. ff. de leg. 1. Gabr. conſ. 95. num. 3. lib. 2. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 665. num. 1. & ſeqq. Rot. coram Greg. 266. num. 2.*

12 Nec in huius crediti diminutionē debebant cedere fructus percepti, & qui percipi potuerunt ex bonis Io. Dominici; Nam cum Caſſandra fuiſſet hæres ab eo inſtituta, faciebat fructus ſuos, & poterat creditum deducere, *Bart. in l. mulier, §. cum proponeretur, num. 3. & 4. ff. ad Trebell. Menoch. conſ. 183. num. 41. verſ. re tamen ipſa, & nu. ſeqq. Surd. conſ. 291. n. 4. verſ. verū in præſenti, & ſeqq. vſque ad fin. & deciſ. 92. num. 6. verſ. ſed alij dicebant*, & de veriori, & magis communi, *Rota deciſ. 680. num. 2. part. 1. diuerſ. & deciſ. 509. num. 5. & 6. coram Buratto.*

13 Vlteriùs aduertebant Domini, huiuſmodi ſententiam continere mixturam poſſeſſorij cum petitorio, præſertim in ea parte vbi habetur; *Volumus tamen, vt ante actualem immiſſionem dd. Actores ſoluant in pecunia, cum quietantia, & ceſſione iurium in forma, illud reſiduum dotis dictæ Caſſandræ, quod remanebit, detracto valore fructuum per ipſam perceptorum, & forſan percipiendorum, vſque ad recuperationem dicti reſidui dotis, ex omnibus bonis per Ioannem Dominicum Maltempium eius virum relictis &c.* Quæ verba videntur egredi terminos ſimplicis poſſeſſorij, tàm ratione mandatæ ſolutionis pecuniarum, quàm compenſationis cum fructibus perceptis, & declarare fructus non deberi, canonizando inſtrumentum crediti dotalis, quæ omnia petitorium ſapiunt, vt dixit *Rota in Fanen. Fideicommiſſi 24. Februarij 1616. coram Manzanedo, poſt Pacif. de Salu. deciſ. 296. num. 4. & ſeqq. & in eadem 12. Decembris prædicti anni, coram eodem.*

Et ita &c.

Fauen-

FAVENTINA SOCIETATIS.

Lunæ 16. Aprilis 1646.

ARGVMENTVM.

Socius quando teneatur ex contractu Conſocij etiam ſi idem contractus fuerit initus nomine proprio, non autem nomine ſociali.

SVMMARIVM.

1 *Socius poteſt obligare Conſocium durante ſocietate.*
2 *Socius in iis quæ ſpectant ad ſocietatem habet mandatum tacitum ab obligandum Conſocium.*
3 *Socius tenetur ex contractu inito per Conſocium intuitu, & contemplatione ſocietatis.*
4 *Amplia etiamſi nomen Conſocij non fuerit expreſſum.*
5 *Sociali nomine cenſetur celebratus contractus, ſi cauſa ſocietatis in eo fuerit expreſſa.*
6 *Socius qui contraxit nomine proprio, poteſt probare, quod id fecerit ex cauſa ſocietatis.*
7 *Societatis in materia obſeruantia plurimum operatur.*
8 *Merces cenſentur receptæ nomine ſociali, ſi ſint de pertinentibus ad ſocietatem.*
9 *Diſdicta non releuat, ſi non fuerit executa, nec reproducta.*
10 *Confeſſio ſimplex debitoris non præiudicat creditoribus.*
11 *Confeſſio facta à debitore non retrotrahitur in præiudicium creditorum.*
12 *Negatiua non factæ citationis probatur ex reuolutione actorum.*

DECISIO II.

CVM inter Matthæum Montanarium, & Franciſcum Vichium quædam Societas artis figuli vſque de anno 1633. inita fuerit, fratres de Maiolis, qui eidem Vichio præpoſito, & adminiſtratori prædictæ Societatis plures merces tradiderant, obtinuerunt ab A. C. pro pretio illarum duo mandata executiua contra Ioannem Paulum d. Matthæi hæredem, alterum pro lib. 3094. 13. alterum verò pro lib. 3541. vnde propoſito dubio, An illa eſſent exequenda, DD. affirmatiuè reſponderunt.

Et quo ad primum res viſa fuit tranſire ſine difficultate, quia relaxatum fuit pro debito contracto de annis 1635. 36. 37. quo tempore Societas non controuertitur, & pro quo Vichius non ſolum ſe ipſum, ſed etiam Mat-
1 thæum conſocium inſolidum obligauit, prout facere potuit *ad text. in l. 1. §. fin. & l. ſi tamen plures, ff. de exerc. act. Bald. in l. cum te in Galliam, ſub num. 4. verſ. aut ſunt plures, & ibi Salyc. circa fin. C. ſi cert. pet. Rota deciſ. 246. num. 8. & ſeqq. part. 6. recent.* & fuit dictũ *in Romana Societatis de Rotignis 19. Iunij 1645. corã R. P. D. meo Ghiſiler.*
2 Socius enim cenſetur habere mandatum, & conſenſum tacitum ad obligandum conſocium in iis, quæ ſpectant ad ſocietatem, *Surd. deciſ. 213. num. 2. & 8. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 279. num. 2.* vbi loquitur in ſpecie *de oblig. Cameral. & cap. 967. num. 40. Rota in Claravallen. Grani 22. Iunij 1590. coram Orano, & coram ſanct. mem. Greg. XV. deciſ. 302. num. 1.*

Quo verò ad aliud mandatum pro lib. 3541 & pro quo acriùs inſiſtebãt informantes pro Montanario, reſponderunt pariter Domini pro executione, quia prouenit ex precio mercium receptarum pro vſu exercitij Figula-
3 riæ, & pro ſeruitio apothecæ, quam conſtat eſſe ſocialem, nam ad effectum vt ſocius remaneat obligatus, ſufficit, quod contractus fuerit factus intuitu, & contemplatione ſocietatis, *iuxta gloſſ. in l. iure ſocietatis 83. vbi Bald. verſ. & iſta lex, ff. pro ſocio, Bart. in l. poſt mortem, §. tutor, num. 3. ff. quando ex fact. tut. Decius in l. ſi ſocius, 15. num. 3. verſ. & hoc declaratur, ff. ſi cert. pet. & conſ. 98. num. 2, verſ. quia etiam, Aymi conſ. 159. num. 8.*
4 Quamuis fuerit initus nomine proprio, & nomen ſocij non fuerit expreſſum, *Caſtren. conſ. 242. num. 2. verſ. prædicta procedunt, lib. 1. Ronchegall. in l. eandem, num. 191. in fine, verſ. licet ſit contractum ab vno, ff. de duob. reis, Rota Fauuen. deciſ. 14. num. 12. verſ. 4. inter alia, & num. ſeq.* & firmauit *Rota in Romana præſenſæ Societatis 12. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Otthobono.*
5 Expreſſio enim cauſæ operatur idem, ac ſi contractus ſociali nomine celebratus fuiſſet, *Bart. in l. 1. §. non autem, num. 2. verſ. 2. nota, ff. de exerc. act. & in l. poſt mortem, §. tutor, num. 3. verſ. expreſſio enim cauſa, ff. quand. ex fact. tut.* Cum
6 talis coniectura, quod ſocius contraxerit nomine proprio non ſit adeo vrgens, quin tolli poſſit leuioribus præſumptionibus, *Rota in Romana ſocietatis lignorum 22. Martij 1638. coram bo. me. Coccino.*

Idque faciliùs dicendum venit in præſenti caſu, tum quia Vichius erat ſolitus expendere proprium nomen, dum contrahebat occaſione ſocietatis, vt apparet ex declaratione per ipſum facta in inſtrumento rogato ſub die 19. Auguſti 1633. *Summ. fratrum de Maiolis num. 1.*
7 quæ conſuetudo, & obſeruantia, reſultans ex actibus ſocialibus, plurimum in hac materia operatur, *Bald. in l. ſi patruus num. 4. in princ. & num. 5. verſ. nam ſi conſueuit, C. comm. vtr. Iud. Petr. de Vbal. de duob. fratr. par. 5. num. 3. verſ. nec obſtat quod emit nomine proprio, Felic. de ſociet. cap. 3. num. 51. Rota deciſ. 220. num. 4. verſ. & tanto magis, par. 4. tom. 2. recent.*
8 Tum etiam quia merces per eum à Maiolis receptę, & pro quibus fuit relaxatum mandatum pertinent ad artem, & exercitium Figulariæ, vt benè conſiderat idem *Petr. de Vbal. de duob. fratr. par. 5. num. 3. verſ. an verò non cauſa lucri, Monach. deciſ. Bonon. 51. num. 9. verſ. & hac eo magis, Milanen. deciſ. Sicil. 13. num. 54. & 55. lib. 1. Rota in Romana Saponis 13. Februarij 1634. coram Eminentiſſ. D. Panzirolo.*

Non obſtat, quod huiuſmodi debitum fuerit contractum de anno 1640. quo tempore non durabat ſocietas, attenta diſdicta emanata
9 de anno antecedenti, quia huiuſmodi diſdictam non conſtat, nec fuiſſe executam, nec reproductam, & propterea non releuare ex

defectu primi requiſiti, firmat *Caſtr. conſil.* 81.
num. 3 *lib.* 2. & plures cumulat *Mandoſ. ad reg.* 34.
de Annal. quæſt. 35. *num.* 5. *verſ. tertium eſt*, & ex de-
fectu ſecundi, *Felic. de ſociet. cap.* 35. *nu.* 34. *Gra-
tian. diſcept. foren. cap.* 715. *num.* 1. *& ſeqq.*

Et quamuis ſocij in inſtrumento concor-
diæ inito 14. Maij 1642. faſſi fuerint illam fuiſ-
ſe intimatam Franciſco Vichio ſub die 10. Fe-
bruarij 1639. de mandato D. Vicarij Genera-
lis Fauentiæ, & in illius actis reproductam, ad
quam propterea ſe retulerunt inſerendo in
inſtrumento tenorem eiuſdem intimationis;
Nihilominus huiuſmodi confeſſionem tan-
10 quam ſuſpectam dixerunt Domini non eſſe
habendam in conſideratione, *ex trad. per Socc.
ſen. conſ.* 78. *num.* 4. *lib.* 4. *Alex. conſ.* 86. *num.* 1. *lib.* 7.
Rota deciſ. 104. *num.* 1. *& ſeq. coram Buratto, & in
Romana Vineæ, ſeu Saluiani* 1. *Iulij* 1620. *coram*
11 *Manzanedo*; Nec potuiſſe retrotrahi in præiu-
dicium creditorum, qui medio tempore con-
traxerunt, *ad textum in l. qui Balneum, & l. potior*
ff. qui pot. in pign. hab. Rot. coram Greg. XV. dec. 227.
num. 2. *Duran. deciſ.* 463. *num.* 8.
12 Præſertim cum ex actorum reuolutione
nullo modo de illa appareat, *Bart. in l. qui ad ci-
uilia num.* 4. *verſ. & hic aduerte, C. de appel. Menoch.
de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 22. *num.* 2. *Vant. de nul-
lit. ex defectu citationis nu.* 14. *Rota deciſ.* 167. *n.* 42.
par. 1. *recent. & coram Caualer. deciſ.* 85. *num.* 2. &
fuit dictum in *Pampilon. Penſionis* 14. *Maij* 1612.
coram Sacrato, quæ eſt in recent. deciſ. 429. *num.* 1.
part. 3. *& in Romana Legati* 10. *Februarij* 1620.
coram Vbaldo.

Et ita deciſum vtraque parte informan-
te &c.

ROMANA CENSVS.

Lunæ 4. *Iunij* 1646.

ARGVMEMTVM.

Hæres tenetur Inuentarium conficere, & de bo-
nis hæreditarijs rationem reddere, alias poteſt
& in bonis proprijs, & in perſona moleſtari.

SVMMARIVM.

1 *Hæres tenetur Inuentarium conficere, & de bonis inuentariatis rationem reddere.*
2 *Hæres qui non reddit rationẽ de bonis inuentariatis, poteſt moleſtari etiam in bonis proprijs.*
3 *Inuentarium plenè probat contra hæredem.*
4 *Producens ſcripturam cenſetur approbare omnia in ea contenta.*
5 *Confeſſio ſuperat omne genus probationis.*
6 *Teſtes contra inducentem magis probant.*
7 *Hæres detectis creditoribus, & poſtquam conſtitutus fuit in mala fide, tenetur reddere rationem de fructibus hæreditarijs.*
8 *Mobilium conſumptio excluditur ex venditione de illis facta per hæredem.*
9 *Vſufructuarius tenetur reſtituere pretium mobilium.*

DECISIO III.

OBTINVIT Maria Flaminia manda-
tum pro fructibus cenſus contra bona
hæreditaria Petri Georgij, & deinde exequa-
tur contra bona propria Annæ illius hæredis,
quod hodie Domini dixerunt, eſſe exequen-
dum.

Fundamentum reſolutionis fuit, quia hæres
tenetur, non ſolum Inuentarium conficere;
ſed etiam de bonis hæreditarijs rationem red-
2 dere; vnde cum Anna, ad id citata, rationem
reddere non curauerit, rectè propterea contra
ipſius bona fuit per A. C. relaxatum manda-
tum, *Rota coram Merlino deciſ.* 721. *num.* 1. *&* 2.
& fuit dictum in *Romana Quarti dotalis* 19. *Iunij*
1645. *coram R. P. D. meo Cerro*.

Defectus verò in reddenda ratione reſultat.
Primò reſpectu domus cum viridario, vbi Pe-
trus Georgius inhabitabat, ſitæ in via Lunga-
riæ, quam eſſe hæreditariam eiuſdem apparet
3 ex Inuentario per Annam confecto, quod
plenè contra ipſam probat, iuxta *text. in l. fin.
vbi Bart. Bald. & communiter DD. Cod. arbit. tut.
idem Bart. conſ.* 239. *num.* 1. *lib.* 1. *& Bald. conſ.*
407. *num.* 6. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 71. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ.*
& in recent. deciſ. 409. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.*
591. *num.* 1. *&* 2. *par.* 4. *tom.* 3.

Secundò reſpectu vineæ extra Portam San-
cti Pancratij, quæ licet non fuerit in Inuenta-
rio deſcripta; Probatur tamen hæreditaria
Petri Georgij, ex quo illi relicta fuit à Vin-
centio Rãpognano patre ſub aſſertione, quod
vinea erat ſua, & empta de proprijs pecunijs,
4 prout ex teſtamento ab eadem Anna in actis
exhibito, per cuius productionem cenſetur,
omnia in eo contenta approbaſſe, *l. Publia, §.
fin. ff. depoſ. Rota deciſ.* 108. *num.* 3. *& deciſ.* 249.
num. 6. *par.* 1. *recent. & deciſ.* 38. *num.* 20. *par.* 6. *cum
alijs per Surd. conſ.* 151. *num.* 16.

Tertiò quoad ratam, ſeu medietatem cen-
ſuum ſcutorum 1800. in ſorte debitam à Ro-
maninis, quam pariter ad eandem hæredita-
tem ſpectare, probat Inſtrumentum alienatio-
nis factæ ab Anna cum decreto Iudicis ſub
die 28. Martij 1640. vbi enunciat dictos cen-
5 ſus hæreditarios Petri Georgij, quæ confeſſio
ſuperat omne genus probationis, *l. cum te la* 5.
*C. de tranſact. l. generaliter, C. de non numer. pecun.
Rota deciſ.* 228. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Vltra
6 alia bona, de quibus deponunt teſtes ab An-
na examinati in Summario Mariæ Flami-
niæ *num.* 8. qui contra ipſam magis probant,
Rota coram bon. mem. Buratto deciſ. 618. *num.* 4. *&
deciſ.* 665. *num.* 8. *& in recent. deciſ.* 182. *num.* 7.
par. 1.

Quibus non obſtat iudicium aſſecurationis,
& ſententia obtenta à Secundo Collaterali,
tum quia cantat contra bona Franciſci Bon-
tempi eius viri, non autem contra bona Petri
Georgij, de cuius hæreditate agitur; tum etiã
quia huiuſmodi ſententia emanauit de anno
1645. & tamen Petrus Georgius obijt per de-
7 cennium ante; itaut de iſtis fructibus medio
tempore perceptis, & poſtquam creditum
Mariæ Flaminiæ, & aliorum detectum fuit,
Anna tanquam cõſtituta in mala fide rationẽ
reddere teneatur, *ad text. in l. item veniunt* 22. *§.
item non ſolum, ff. de petit. hæred. Rot. deciſ.* 304. *n.* 3.
verſ. attamen, & nn. ſeqq. & deciſ. 535. *nu.* 3. *part.* 5.
recent.

recent. & in dicta Romana Quarti dotalis 19. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Cerro.

8 Deficit etiam redditio rationis reſpectu mobilium, quæ non poſſunt dici conſumpta, dum ex notula per Annam exhibita apparent diſtracta pro pretio eorum valori non reſpondente, & tamen etiam conſumptione

9 admiſſa, cum ipſa ſit vſufructuaria, teneretur reſtituere illorum pretium, iuxta æſtimationem de tempore conſignationis, *§. conſtituitur, inſtitut. de vſufructu, l. ſi vini, ff. de vſuf. ear. rer. quæ vſu conſum. Alex. conſ. 58. num. 6. verſ. pro illis verò, lib. 3. Surdus deciſ. 67. num. 1. & per tot. Rota coram Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 235. nu. 3.*

Et ita deciſum vtraq; parte informante.

ROMANA CAMBII.

Veneris 8. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Executio facta in vim obligationis Cameralis non remanet attentata, quamuis poſtea ab ea fuerit interpoſita appellatio, & cauſa commiſſa, cum clauſula, ſi quid exequendum, nam talis clauſula non retrotrahitur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſuſpenſiua non datur ab obligatione Camerali.*
2 *Appellatio quando non fuit interpoſita in tempore, ſententia facit tranſitum in iudicatum.*
3 *Sententia quæ tranſiuit in iudicatum poteſt executioni demandari abſque vitio attentatorum.*
4 *Appellatio interpoſita extra tempus datum ad appellandum, nec habetur in conſideratione, nec cauſat attentata.*
5 *Clauſula, ſi quid exequendum, impedit executionem faciendam, ſed non irritat executionem factam.*

DECISIO IV.

1 CENSVERVNT Domini non conſtare de attentatis, nam A.C. proceſſit vigore obligationis Camer. à qua nō datur appellatio ſuſpenſiua, prout ad effectū excludendi attentata pōderauit, *Rot. in Ceſenaten. de Cacciaguerris 9. Maij 1598. coram Peregrino, & in Romana, ſeu Caſtren. Affictus 5. Iunij 1617. coram Dunozetto,* & firmauit *Lancellott. de attent. appellat. penden. cap. 12. limit. 53. num. 71. fol. mihi 309. aliaſque cumulat. Zacch. in addit. ad Galleſ. de oblig. Cameral. quæſt. 37. à num. 8. & præſertim num. 11.*

2 Imò non ſolum actum fuit vigore obligationis Cameralis, ſed decreta per eundem A.C. facta ſub die 6. & 10. Februarij 1645. ob non interpoſitam appellationem in tempore fecerunt tranſitum in iudicatum, *cap. cum dilectus 32. in fine de elect. Auth. hodie, C. de appellat. Rot. corā Reuerendiſſ. Royas deciſ. 385. & 389. vtrobiq.*

3 *num. 1.* Et conſequenter iure potuerunt executioni demandari abſque vitio attentatorum *cap. quod ad conſultationem 15. de ſent. & re. iudic. Rota deciſ. 295. num. 2. & ſeqq. par. 9. recent. & coram Merlino deciſ. 42. num. 5. & 6.*

4 Nec ſuffragatur appellatio ſub die 13. Iunij eiuſdem anni, quia vti interpoſita extra tempus datum ad appellandum, nec erat attendenda, nec potuit cauſare attentata, *Lancellott. de attent. appell. pend. limit. 50. num. 46. Rota dec. 30. de appell. in nou. coram Penia deciſ. 85. nu. 11. & 12. iuxta Venetam impreſſionem, & in recent. deciſ. 276. num. 17. & ſeq. par. 9.*

5 Minùs releuat reſcriptum Signaturæ reportatum de menſe Septembris, quia non continet admiſſionem appellationis ſimpliciter, ſed cum clauſula, *ſi quid exequendum,* quæ clauſula ſuſpendit quidem executionem faciendam, ſed non irritat antea factam, niſi quatenus illi non fuiſſet locus, vt notat *Marcheſ. de commiſſ. appell. ab oblig. Cam. §. 1. num. 146. par. 1. fol. 706.* & firmatum fuit *in Arimin. Domus 7. Maij 1635. & in Ianuen. Pecuniaria 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano.*

Reliqua tanquam concernentia petitorium non fuerunt habita in conſideratione.

Et ita vtraque &c.

MAIORICEN. PAROCHIALIS.

Mercurij 13. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Appellatio an detur ab electione facta per Epiſcopum in concurſu ad Parochiales, & an tali caſu ſit concedendum nouum examen, & in quo loco.

SVMMARIVM.

1 *In Concurſu ad Parochiales non ſolum attendi debet ſcientia Praelecti, ſed etiam prudentia & mores, & alia ad gubernandam Eccleſiam neceſſaria.*
2 *Ordinarij iudicium habet præſumptionem pro ſe.*
3 *In concurſu ad Parochiales non admittitur appellatio, niſi conſtet de irrationabili iudicio Epiſcopi, & num. 9.*
4 *Per examen de nouo faciendum non poteſt quis certior fieri niſi de doctrina.*
5 *Minus doctus præfertur doctiori, quando reliquæ qualitates præponderant.*
6 *De irrationabili iudicio Epiſcopi debet plenè, & concludenter doceri.*
7 *Parochialibus in aſſequendis quæ qualitates ſint neceſſariæ.*
8 *Appellatio à relatione Examinatorum, quando detur etiam ad effectum faciendi nouum examen.*
10. *Examen nouum concedendum eſt coram Iudice appellationis, antequam doceatur de irrationabili iudicio Epiſcopi.*
11 *Conſtitutio Pij V. circa concurſus ad Parochiales declaratur.*
12 *Declarationes S. Congregationis Concilij, Rota ſemper reuerenter amplectitur.*
13 *Examen nouum faciliùs eſt concedendum, quando primum non apparet integrè regiſtratum.*
14 *Examen nouum debet fieri coram Iudice appellationis.*
15 *Mandatum procuræ probatur ex inſtrumento publico.*
16 *Item ex productione iurium, & expenſis factis.*

DECISIO V.

CONCVRRENTIBVS ad Parochialem Eccleſiam S. Iacobi Ciuitatis Maioricen. tribus Oppoſitoribus, nempe Andrea Corro, Iacobo Balleſter, & Bernardo Aradas, illiſq; ab Examinatoribus Synodalibus renunciatis idoneis coram Vicario Generali, Sede Epiſcopali vacante, idem Vicarius vti digniorem præelegit Andream; vnde interpoſita appellatione pro parte Iacobi ab huiuſmodi præelectione, cauſaque mihi commiſſa, dedi dubium, an ſit concedendum nouum examen in Vrbe. Quod quidem prima facie videbatur negatiuè reſoluen.

Nam cum omnes prædicti tres Oppoſitores fuerint ab Examinatoribus reperti idonei,
1 & ex illis Vicarius Andream elegerit, dicendum eſt cognouiſſe in eo maiores qualitates circa mores, prudentiam, & alia neceſſaria, vt ponderat *Gonzal. ſuper regul. 8. gloſſ. 4. num. 117. Rota in Rauennaten. Parochialis coram Arigonio, quæ eſt deciſ. 654. par. 4. diuerſ. & coram ſan. mem. Gregor. XV. dec. 11. n. 5. & penes Buratt. deciſ. 22. n. 30.*

2 Siquidem pro iudicio Ordinarij ſemper præſumendum eſt, *DD. in c. in præſentia, de renunc. Gonzal. d. gloſſ. 4. num. 117. & 132. & ſeqq. Rota in Camerinen. Concurſus coram Ortembergo poſt 2. vol. conſ. Farin. deciſ. 225. n. 1. in Sabinen. Concurſus coram Sacrato penes Marthes. de commiſſ. par. 1. fol. 291. nu. 1. & deciſ. 251. in fin. par. 3. recent. & in Eugubina Parochialis Sancti Venantij 13. Ianuarij 1623. coram Remboldo.*

3 Nec refert, quod Iacobus prouocet ad nouum examen, quia hac ratione ſemper eſſet danda appellatio contra expreſſum tenorem Conſtitutionis ſa. me. Pij V. quæ non ſimpliciter concedit appellationem; Sed tunc demum, quando doloſè, & irrationabiliter iudicatur, *iuxta deciſ. Greg. 11. num. 1. & deciſ. 223. num. 6. poſt 2. vol. conſil. Farinac. cum alijs relatis per Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 52. num. 23.* Nam
4 per examen de nouo faciendum non poteſt quis certior fieri niſi de doctrina, quæ ſola non ſufficit, *Rota deciſ. 22. num. 30. coram Buratto;* Eſto enim, quod reperiretur idoneior in ſcientia, non propterea deberet præcedere alios, quorum mores ſint magis cogniti, & approbati, vt ſenſit pluries S. Congregatio Concil. teſte *Ricc. deciſ. Neapol. 96. num. 3. par. 4.* Et
5 minùs doctus, modo ſit idoneus, quando eius qualitates ſunt notæ, & approbatæ præfertur doctiori, cuius vita ignoratur, *Conar. in reg. peccatum part. 2. §. 7. ſub num. 4. verſ. dignior verò Rota deciſ. 655. par. 4. diuerſ. & coram Burat. d. deciſ. 22. num. 29.*

Vnde appellantes ab huiuſmodi prætenſa iniuſta electione non facilè poſſunt docere de
6 grauamine, & electionem iam factam euertere, vt refert *Gonzal. loco ſupracitato num. 124. & ſeqq.* Sed debent docere clarè, & concludenter de dolo, & irrationabili iudicio Epiſcopi, *Mareſcott var. reſol. lib. 1. cap. 52. num. 23. & 24. Rota coram Burat. d. deciſ. 22. num. 31. & in recent. deciſ. 61. num. 3. par. 3. & in d. Eugubina Parochialis S. Venantij 13. Ianuarij 1623. coram Remboldo.*

7 Neque ex eo, quod Iacobus ſit ſacræ Theologiæ Doctor, Concionator, & ab Ordinario ad confeſſiones audiendas approbatus, poteſt dici conſtare de grauamine, quia licet huiuſmodi qualitates ſint conſiderabiles, nihilominus ipſæ ſolæ non faciunt aliquem digniorem, cum poſſint concurrere in Andrea aliæ qualitates præponderantes, nempe mores, prudentia, & alia ad gubernium Eccleſiæ neceſſaria, de quibus loquitur *text. in c. cum in cunctis, de elect.* & diſponit *Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 14. Rota diuerſ. deciſ. 654. num. 1. & per tot. & dec. 655. num. 1. part. 4. & in recent. deciſ. 521. num. 2. & deciſ. 551. num. 3. & 4. par. 3. Buratt. deciſ. 22. nu. 28. & ſeqq.* & fuit dictum *in Illerden. Canonicatus 4. Martij 1619. coram Manzanedo.*

Nec à dicta opinione vnquam receſſit Rota nam *deciſ. 515. 527. & 538. coram ſa. me. Gregor.* & aliæ, quæ allegantur in contrarium proce-
8 dunt in terminis Conſtitutionis particularis, prout eſt Conſtitutio Clementis loquens de beneficijs ſimplicibus Eccleſiæ Calaguritanæ, & quando appellatur à relatione Examinatorum, quo caſu firmant dari appellationem, etiam ad effectum faciendi nouum examen, quia de grauamine non poteſt melius appare-
9 re, quam per examen de nouo facien.; Secus verò quando appellatur à iudicio Ordinarij in materia electionis ad Parochiales, & in terminis Concil. Trid. ac Conſtit. ſan. mem. Pij V. quia tunc demum datur appellatio, quatenus conſtat de irrationabilitate, vt benè explicat, & declarat ipſamet *deciſ. 538. nu. 5. coram Gregor. & Add. ad eundem deciſ. 535. num. 4.* & dixit *Rota deciſ. 10. par. 2. diuerſ. & deciſ. 551. num. 1. in fine par. 3. in recent.*

Verùm quia ſacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium ſacri Concil. Trid.
10 Interpretum contrariam ſententiam pluries amplexa fuit, *vt in Piſtorien. Concurſus 12. Auguſti 1603. coram ſan. mem. Clemente VIII.* in qua inter alios Cardinales interfuerunt Blanchettus, Mantica, & Plattus olim noſtri ordinis Auditores, *& in Albinganen. 2. Auguſti 1604.* vbi in ſpecie dictũ fuit poſſe prouocari præelectum ad nouum examen coram Iudice appellationis, etiam ſi nequam per alia documenta doceatur de irrationabili iudicio Epi-
11 ſcopi, & ita Conſtitutionem ſan. mem. Pij V. eſſe intelligendam, prout atteſtatur Eminentiſſimus Cardinalis eiuſdem ſacræ Congregationis Præfectus *in Summario Iacobi num. 6.* atque in alijs pluribus relatis per *Barboſ. de offic. Paroch. par. 1. cap. 2. num. 148. verſ. illud hic de re, cum num. ſeqq.* Ideo Domini reſponderunt affirmatiuè.

12 Declarationes enim dicti ſacri Conſeſſus non ſolet Rota in dubium reuocare, ſed reuerenter ſuſcipit & obſeruat, vt apparet ex *deciſ. 479. num. 3. vbi Add. num. 20. coram Burat. & in deciſ. 3. num. 12. apud Tambur. de iure Abbatiſſ.* & fuit dictum *in Auerſana Beneficiorũ 8. Iulij 1606. coram Sacrato, & in Nicien. Parochialis 20. Maij 1624. coram Vbaldo,* eamdemque ſententiam pluribus comprobat *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 252.*

Et

13 Et in hanc partem eo magis inclinarunt Domini, quia in actis dicti concurſus ad curiam tranſportatis non apparet regiſtratum integrum examen ad effectum, vt dignoſci poſſit quis ſit iudicandus magis idoneus, vt aduertit *Rota in alleg. deciſ. 538. num. 3. coram Gregor. Ricç. deciſ. Neap. 96. num. 22. part. 4.* & tradit *Garz. loco proximè præterito num. 251. verſ. præſertim*.

14 Non obſtat, quod ob diſtantiam loci, & ingraueſcentem ætatem Andreæ non ſit facieñ examen in Vrbe, ſed ſubdelegandus ſit Iudex in partibus, quia ceſſat omnino difficultas ex verbis dictæ Conſtitutionis, ibi, & prælectum ad nouum examen coram ipſo appellationis Iudice, & eius Examinatoribus prouocare, & ex pluribus reſolutionibus ſac. Congreg. & ſignanter in vna Reatina 16. Martij 1630. & ita in in ſpecie firmauit *Barboſ. de offic. Paroch. par. 1. cap. 2. num. 149.*

15 Quod demum obijciebatur de defectu mandati procuræ in perſonam Frigolæ viſum fuit Dominis, non releuare attento inſtrumento nuper exhibito, ex quo apparet de ſubſtitutione facta in illius perſonam à Petro Fonte procuratore Andreæ habente huiuſmodi facultatem, accedentibus productionibus iurium, & expenſis per eum factis in cauſa, *Gregor. deciſ. 44. numer. 4. & 5. deciſ. 187. num. 16. part. 6. recent.*

Et ita deciſum, &c.

POSNANIEN. ABBATIÆ.

Veneris 15. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Reſignatio Beneficij coram quo fieri debeat, & ex quibus præſumatur facta per vim, & metum.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio Beneficij non poteſt fieri niſi coram perſona habente facultatem inſtituendi, & deſtituendi.*
2 *Reſignatio non poteſt admitti à Vicario niſi ſpecialem facultatem habeat.*
3 *Synodales Conſtitutiones ſunt ſeruandæ.*
4 *Status vltimus attenditur in beneficialibus.*
5 *Reſignatio nulla non abdicat ius à Reſignante.*
6 *Reſignatio fieri debet cum cauſa.*
7 *Reſignatio debet eſſe libera.*
8 *Reſignatio facta per vim, & metum non eſt attendeñ.*
9 *Metus ſuſpicio ex quibus reſultet.*

DECISIO VI.

CVM de Anno 1639. vacaſſet Abbatia Monaſterij Paradiſieñ Ordinis Ciſtercieñ fuit à Patribus eiuſdem Monaſterij capitulariter cõgregatis ad illam electus Paulus Goſlauski dicti Ordinis profeſſus, & ſucceſſiuè ab Ordinario inſtitutus, & in poſſeſſionem prædictæ Abbatiæ immiſſus, quam licet de anno prox. præter. per Apocam eius manu ſubſcriptam reſignauerit in manibus Vicari generalis eiuſdem Ordinis in Regno Poloniæ, qui & reſignationem huiuſmodi acceptauit, & interloquendo illam admitteñ fore, & eſſe pronunciauit; Nihilominus eandem renunciationem tanquam metu extortã, & factam coram perſona non habente legitimam facultatem admittendi reſignationes reuocauit, cauſamque appellationis ab omnibus grauaminibus mihi committi obtinuit: Vndè dubitaui an conſtet de nullitate reſignationis, & Domini Paulo tantũ informante amplexi fuerunt opinionem affirmatiuam ex eo potiſſimum fundamento, quia non docetur di-
1 ctum Vicarium generalem habuiſſe auctoritatem inſtituendi, & deſtituendi, prout requiritur pro validitate Reſignationis, quæ non niſi in manibus Summi Pontificis, vel Epiſcopi, aut alterius Superioris huiuſmodi facultatem habentis fieri poteſt, *cap. admonet, & cap. fin.* ibique *Doctores de renun. gloſſ. in Clemen. 1. verb. in manibus, Innocent. in cap. quod in dubijs n. 3. verſ. videtur tamen,* & ibidem *Abb. nu. 6. verſ. ſed eſt dubium eodem tit. Gabr. conſ. 187. num. 4. & ſeq. lib. 1. Rot. deciſ. 6. de renunc. in nouis, & deciſ. 13. num. 2. eod. tit. in antiq. Mantic. deciſ. 68. num. 6. & deciſ. 200. num. 6. & 7.* & nouiſſimè dictum fui in *Fauentina Beneficij 8. currentis coram R. P. D. meo Meltio*.

2 Quinimò huiuſmodi authoritas admittendi reſignationes à perſona dicti Vicarij generalis prorſus excluditur non ſolum ex diſpoſitione iuris, quo inſpecto neceſſe eſt vt ſpecialiter committatur ab habente poteſtatem illam concedendi, iuxtà *conſil. Calderin. 1. de renunc. Rebuff. in prax. benefic. tit. de form. Vicariat. nu. 104. & ſeqq. Garz. de benef. part. 11. cap. 3. nu. 219. & ſeqq.* cum pluribus relatis per *Pariſ. de reſignat. lib. 7. quæſt. 24. nu. 1. & ſeqq. Mantic. dicta deciſ. 200. num. 7.*

3 Sed etiam ex Synodali conſtitutione, qua ſancitum fuit quod Abbatiæ & Præpoſituræ regulares dumtaxat ab Ordinariis locorum recipiantur, *in Summ. Pauli nu. 4.* Et ex Indulto Eugenij IV. Ordini Ciſtercienſi conceſſo, de quo *Roderic. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 41. art. 3.* Ac demum ex ipſamet electione de perſona eiuſdem Pauli facta à Capitulo dicti Monaſterii,
4 ac ſubſecuta Epiſcopi confirmatione, qui cum ſit vltimus ſtatus, ex eo ius inſtituendi, & deſtituendi ad quem ſpectet optimè deprehenditur, vt pluries firmauit *Rot. teſte Pariſ. dict. lib. 7. quæſt. 4. num. 2.*

5 Vnde attenta nullitate prædictæ reſignationis nullum fuit abdicatum ius à Reſignante, vt notat *Felin. in cap. in noſtra num. 11. de reſcript. Caſſad. dec. 2. ſub nu. 3. verſ. Item quod non perditur, & num. ſeqq. de renunc. Caputaq. deciſ. 295. nu. 3. part. 1. Seraph. deciſ. 1498. num. 8. & deciſ. 614. num. 2. part. 4. diuerſ. & in recent. deciſ. 9. num. 2. part. 2.*

6 Præſertim cum dicta reſignatio appareat facta ſine cauſa cõtrà formam Conſtitutionis ſan. me. Pij V. incipieñ *Quanta Eccleſiæ Dei incommoda* ſub §. *Nunc autem, in Bullario conſtit. 58. n. 2.* & pluribus probat *Vinian. de Iurepatr. lib. 11. cap. 10.*

cap.10.nu.69. Pariſ. de reſignat. lib.5.quæſt.1.nu.2.
7 Et quod magis eſt datur fumus, quod illa
non fuerit libera, & voluntaria, prout requi-
ritur *Butr.in cap.ſuper hoc nu.33. in fin. de renunc.*
8 *Rot. deciſ.5. num. 2. eod. tit. in nou.* ſed coacta,
& facta propter metum illatum à dicto Vica-
rio generali eidem Paulo renuncianti, & ideò
non venit attendenda, vt ad literam, diſponit
Text.in cap.ad audientiam, ibique *Doct. de his, qu.
vi,metuſue cauſa fiun. Caldorin. conſ. 1. de renunc.
Roland.conſ.100.num.112.& ſeqq.lib.4.* vbi quod
metus præſumitur eo ipſo, quod non conſtat
de cauſa, *Rebuff.in prax.tit.de reſignat. metu extor.*
9 *num.1. & 2.* Et hæc metus ſuſpicio deducitur
tum ex accuſatione criminali, & proceſſu fa-
bricato contrà ipſum Paulum, & producto
coram dicto Vicario generali, à quo poterat
detrudi in carceres, & de facto puniri, *Pariſ.
de reſignat. lib.13. quæſt.1. num.117. & num.126.
& ſeqq.* Tum etiam ex ſubſequuta proteſta-
tione facta coram Notario ſtatim poſt dictam
reſignationem, quæ multum confert ad me-
tus probationem, *Alex.conſ.99.ſub n.4. verſ.item
coadiuuatur depoſitio lib.3. Buratt.deciſ.205.nu.15.
& 16. & deciſ. 242. nu. 20. poſt quart. vol. conſil.
Farnace.* & idem *Farinacc. in fragm. in verb.me-
tus num.197.*

Et ita, &c.

BARCHINONEN. CANONICATVS Pœnitentiarij.

Veneris 22. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Indultum conceſſum Regi Catholico in Regnis Hiſpaniarum an comprehendat Prouinciam Cathaloniæ,& Ciuitatem Barchinonæ,& examinatur obſeruantia eiuſdem Indulti.

SVMMARIVM.

1 *Dictio,* In, *denotat intrinſicitatem in loco præſertim poſita in ablatiuo.*
2 *Cathaloniæ Prouincia an exiſtat in Regnis Hiſpaniarum.*
3 *Cathaloniæ Prouincia eſt Principatus. & num.4. & 5.*
4 *Barchinona Ciuitas eſt Comitatus. & num.5.*
5 *Rex Catholicus ſe inſcribit Principem Cathaloniæ, & Comitem Barchinonæ.*
6 *Obſeruantia benè deſeruit pro declaratione Indulti, & demonſtrat quid in eo comprehenſum fuerit.*
7 *Obſeruantia reſpectu vnius Beneficij operatur etiam quoad alia eiuſdem ſpeciei.*
8 *Cauſa vniuerſalis attenditur in quaſi poſſeſſione cõferendi Beneficia.*
9 *Obſeruantia deduci non poteſt ex actu, qui non habuit effectum ſuum.*

DECISIO VII.

DIXERVNT Domini, ſententiam Rotalem, in qua firmatum fuit, Indultum Gregorianum non comprehendere Canoni-
catum, de quo agitur exiſtentem in Eccleſia
Cathedrali Barchinoneñ eſſe confirmandam,
ſiquidem Indultum prædictum loquitur de
Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſijs in Re-
gnis Hiſpaniarum exiſtentibus; qualis non eſt
Eccleſia Cathedralis Barchinoneñ, quæ non
exiſtit intrà, ſed extrà Regna Hiſpaniarum,
& propterea remanet excluſa virtute dictio-
1 nis, *In*, quæ denotat intrinſicitatem in loco
præſertim poſita in ablatiuo, vt probat *Bart.
in l.Gallus, §.ille caſus num.2. verſ. ſecundò caſu de
liber.& poſthum. Bald.in rubr.ff.ſolut.matrim.nu.2.
verſ.hic adde, Alex. conſ.22.num.6.lib.4. Corn.con-
ſil.338. num.6. in fin. lib.1. Put. deciſ.220. num.4.
lib.2.* & plures cumulat *Barboſ. dict.131.nu.11.*
2 Immo non ſolùm Prouincia Cathaloniæ,
& Ciuitas Barchinonæ non exiſtit in Regnis
Hiſpaniarum; ſed nec etiam venit appellatio-
ne Regnorum ſaltem ad effectum de quo agi-
3 tur, cum illa ſub nomine Principatus hæc ve-
4 rò Comitatus appelletur prout vltra innume-
ros relatos in tribus *deciſionibus coram R. P. D.
meo Rojas*, & in duabus antecedentibus *coram
R.P.D. meo Veroſpio*, tradit *Franc.Diag. qui latè
materiam tractat,* vt apparet ex titulo ipſius libri
qui inſcribitur de Hiſtoria Comitum Barchi-
nonæ, *Pegner deciſ.5.num.38. Ioſeph Ramon. con-
ſil.24.num.33. 53. & 106. Fontanell.deciſ. Catha-
lon.75.num.12. & deciſ.297.num.1. & in alijs idem
Fontanell. de pact.nupt. clauſ.4. gloſſ.3. ſub nu.18.
Ripol.de Regal.cap.5.num.19. & ſeqq. cap.25.nu.7.
& cap.39. num.38. Iacob. Maynald. Galerat. Cre-
monen. de tit.Philippi II. ab Auſtria fol.59. à tergo,
& fol.89. & 112. Bernard.Deſclot. in hiſtor.Catha-
5 lon. lib.1. cap.3. fol.6. à tergo.* Adde ut ipſemet
Sereniſſ. Rex Catholicus ad diſtinctionem
Prouinciarum, & locorum, quorum ſe Re-
gem appellat, conſueuerit ſemper ſe inſcri-
bere Principem Cathaloniæ, & Comitē Bar-
chinonæ iuxtà Conſtitutiones illius Prouin-
ciæ, vt refert *Mieres ad eaſdem Conſtitutiones col-
lat.2. cap.37. fol.39.* & fuit dictum *in Illerden.
19.Martij 1597. coram Penia.*

Sed quicquid ſit de prædicta opinione, quæ
ſuos habet contradictores, ceſſat difficultas
in præſenti caſu, attenta obſeruantia ſubſecu-
ta, nam quoties venit caſus vacationis in
Prouincia Cathaloniç ſemper prouiſio de hu-
iuſmodi Canonicatibus emanauit à Sede
Apoſtolica, nullo præcedente Concurſu, nec
habita ratione Indulti prædicti, vt in Eccleſijs
Vrgelleñ, Illerdeñ, Tarraconeñ, Geſſoneñ,
& Elneñ expreſſis, & enumeratis in Deciſio-
6 nibus in hac cauſa factis, quæ obſeruantia
benè deſeruit pro declaratione ipſius Indulti
& optimè oſtendit quid in eo fuerit compre-
henſum, iuxtà *text. in c.cum dilectus de conſuetud.
& l. ſi de Interpretatione iuncta l. ſeq. ff. de legib.
Corn. conſil.193 num.10. vol.2. Honded. conſil.92.
num.30. lib.1. Rot. deciſ. 503.num.2.part.1. diuerſ.
& in Toletana Habitus 6. Nouembris 1626. §.con-
currit propterea coram bo:me:Pirouano, & in recent.
deciſ.109.num.7.part.4.tom.2. & deciſ.451.num.3.
& deciſ.462 num.2.part.5. & in alijs.*
7 Non obſtat, quod talis obſeruantia non
probetur in ſpecie reſpectu Eccleſiæ Barchi-
noneñ,

Digitized by Google

noneñ, nàm cum in illa nunquam vacatio
euenerit, ſufficit obſeruantia deducta ex Ec-
8 cleſiis eiuſdem Prouinciȩ propter cauſæ vni-
uerſalitatem, ad trad. per *Caſtren. conſ. 437. nu. 2.*
verſ. breuiter puto lib. 2. Decian. conſ. 124. num. 19.
lib. 2. Rot. coram Card. Mantic. deciſ. 320. num. 6.
& deciſ. 39. num. 9. & deciſ. 257. num. 5. part. 5. re-
cent.

Minus obſtat, quod de anno 1640. iuxtà
formam Indulti prædicti prætendatur facta
quædam electio de ſimili Canonicatu Pœni-
9 tentiario in Eccleſia Gerundeñ, quia cum ta-
lis electio non fuerit effectum ſortita, non ve-
nit attendenda, *Rot. deciſ. 16. num. 7. in fin. part. 4.*
tom. 1. in recent. & deciſ. 257. num. 11. & deciſ. 292.
num. 4. part. 4. tom. 2. & in proximis terminis in
deciſ. 29. num. 26. part. 7.

Reliqua benè tolluntur ex reſponſionibus alias datis in Deciſionibus huius Cauſæ, quæ nunc etiam DD. placuerunt.

Et ità vna tantum parte Informante.

BONONIEN. TENVTAE.

Lunæ 25. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Creditor ad cuius fauorem fuit appoſitum pactum Conſtituti, & Precarij poteſt eo vti non ſolùm contrà Debitorem, ſed etiam contrà omnes habentes ab ipſo cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi non fuerit intrà legitima tempora proſecuta nec prorogata fatalia, cauſa remanet deſerta.*

2 *Reſtitutio in integrum elapſo tempore ad illam petendam non datur aduerſus non proſecutionem appellationis.*

3 *Appellatio quando proſecuta non fuit idem eſt, ac ſi non fuiſſet appellatum.*

4 *Sententiæ validitas apparet ex reuolutione actorum.*

5 *A. C. eſt Iudex competens in cauſis appellationum à ſententiis de partibus.*

6 *Sententia eſt valida ſi concurrant requiſita notata in deciſione Caputaq. 260. part. 2.*

7 *Creditor de iure communi poteſt vti Conſtituto, & Precario non ſolùm contrà Debitorem principalem, ſed etiam contrà omnes habentes ab eo cauſam.*

8 *Similiter hoc poteſt facere vigore Statuti Bononien.*

DECISIO VIII.

CVM Leonardus, & Fratres de Volta defecerint in extinctione ſortis, & ſolutione fructuum cenſuum per ipſos accollatorũ in Inſtrumẽto emptionis Prȩdij ſecutæ vſque de anno 1618. Hæredes Camillæ Venditricis egerunt pro liberatione à moleſtiis, & pro indemnitate ſibi promiſſa, & ab Auditore generali Bononiæ obtinuerunt exequi Inſtrumentum prædictum, in quo vltra ſpecialem hypothecam, pactum conſtituti, & precarij appoſitum legitur: relaxato igitur mandato, & capta tenuta ad formam Statuti eiuſdem Ciuitatis, quia D. Marchio Fontana ſe oppoſuit, fuit contrà illum tanquam prȩdicti prædij poſſeſſorẽ, & eorumdem cenſuum accollatarium confirmata tenuta, & ad cautelam etiam de nouo conceſſa, lata poſtmodum per A. C. ſententia confirmatoria primæ, cauſaque per appellationem ad Rotam deuoluta, Dubitaui an conſtaret de re iudicata, quæ eſſet exequenda, & Domini affirmatiuè reſoluerunt.

1 Ratio reſolutionis fuit, quia poſt interpo-
ſitam appellationem de anno 1629. non con-
ſtat de illius proſecutione, nec de prorogatio-
ne fatalium, ita vt cauſa deſerta remanſerit,
auth. ei qui, C. de temp. & rep. appell. c. cum ſit Romanà
de appellat. Veſtr. in praxi vbi teſtatur de ſtylo Curiæ
lib. 7. §. vltim. num. 8. Rota coram Card. Mantic.
deciſ. 276. num. 2. in Valentina Parochialis de Cam-
panar 7. Maij 1618. coram Cardin. Veroſpio, & in
recent. deciſ. 385. num. 1. part. 1. & deciſ. 548. nu. 2.
2 *part. 4. tom. 3.* Quinimò expirauit omne tem-
pus ad petendam reſtitutionem in integrum
l. fin. C. de reſt. in integr. Clement. vnic. eod. tit. Rot.
deciſ. 13. num. 2. part. 2. recent.

3 Et propterea res iudicata venit omninò exe-
quenda perindè, ac ſi appellatio non fuiſſet
interpoſita, cum paria ſint non appellare, vel
interpoſitam appellationem non proſequi,
l. fin. §. illud, C. de tempor. & repar. appellat. Parlador.
lib. 2. rer. quotid. cap. fin. part. 1. §. 4. num. 5. & 6.
Rot. deciſ. 1. num. 5. de appellat. in nou. & in Came-
rinen. Penſionis 22. Iunij 1594. coram Gypſio, & in
recent. deciſ. 476. num. 2. part. 4. tom. 2.

Non obſtat, quod fuerit commiſſa etiam
cauſa nullitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, qua
4 ſtante numquam eſt locus rei iudicatæ; quo-
niam tantum abeſt, quod pro parte Marchio-
nis doceatur de nullitate, quod imò ex reuo-
lutione actorum conſtet de contrario. Nam
prima ſententia fuit lata ab Auditore gene-
rali Bononiæ, qui habet iuriſdictionem non
5 controuertibilem, & ſecunda emanauit ab
A. C. qui eſt Iudex competens in cauſis appel-
lationum à ſententiis de partibus interpoſita-
rum, vt poſt *Saluſt. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 12.*
nu. 1. & cap. 24. eod. nu. teſtatur *Scacc. de appellat.*
quæſt. 8. num. 125. verſ. ſecundò concludo.
6 Et in vtraque concurrunt omia requiſita, de
quibus latè *Caputaq. dec. 260. par. 2. & in Romana,*
ſeu Ianuen. locorum Montium 26. Ianuarij 1643. co-
ram R. P. D. meo Meltio.

7 Iuſtitia verò manifeſtè apparet ex Inſtrumento venditionis prædij de anno 1618. nàm cum dicti fratres de Volta in computum pretij aſſumpſerint onus in ſe extinguendi tot annuos cenſus, & alia debita Venditricis cum promiſſione de illam releuando indemnem, & liberañ à moleſtiis à creditoribus infereñ, benè potuit in caſum non adimplemẽti procedi ad executionem Inſtrumẽti prædicti pro releuatione huiuſmodi indemnitatis, nedum contra eoſdem Promiſſores, ſed etiam contra Marchionem Fontanam habentem cauſam ab illis, tum attenta diſpoſitione Iuris cõ-

munis

munis iuxtà *Theoric. Bart. in l. creditores num. 25. verſic. ſed pone, C. de pignor. Alex. conſ. 85. per tot. lib. 6. Soccin. Sen conſ. 82. nu. 8. lib. 3. Bero. conſ. 42. num. 29. lib. 3. Gozad. conſ. 42. ſub num. 8. verſ. quibus non obſtantibus, & num. ſeqq. Tiraquell. de Iur. conſtit. poſſ. part. 1. num. 54. Menoch. de adipiſcen. remed. 5. nu. 140. Rota in Cluſina, ſeù Peruſina Teſtamenti 27. Ianuarij* 1603. *Litta, & in Ciuitatis Caſtelli Spoly 7. May* 1638. *& 10. May* 1641. *coram R.P.D. meo Ghiſilerio.*

8 Tum etiam ex forma Statuti Bononieñ, *Grat. conſ. 37. nu. 1. & ſeqq. lib. 2. Rota in Bononien. Immiſſionis 28. Nouembris* 1598. *coram Lancellotto, in Bonon. de Toualys 13. Iuny* 1611. *& 4. Iuly* 1612 *coram Vbaldo apud Cenc. de cenſib. deciſ. 140. & deciſ. 150. in Bononien. de Gozadinis 26. Iulij* 1613. *Manzanedo, & 28. Maij* 1617. *Remboldo, & in Bononien. Saluiani 17. Maij* 1628. *coram Card. Virili.*

Et ita deciſum vna tantum parte informante, &c.

TRIDENTINA MATRIMONII.

Mercurij 27. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Pactum initum inter Coniuges de non recedendo à certo loco ſuperueniente noua cauſa an ſit ſeruandum, & an Inimicitia, & Infirmitas dicatur iuſta, & legitima cauſa, & an illa remittatur arbitrio Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Pacta inita inter Coniuges de non recedendo à certo loco an de iure ſeruanda ſint.*

2 *Maritus non tenetur ſeruare pactum de non ducendo Vxorem extrà locum conuentum, quando ſuperuenit noua cauſa.*

3 *Vxor tenetur ſequi Virum non obſtante pacto contrario quando concurrit noua cauſa. & num. 11.*

4 *Amplia etiamſi pactum fuerit Iuramento firmatum.*

5 *Infirmitas eſt iuſta cauſa diſcedendi à loco conuento contrà formam pacti. & num. 7.*

6 *Medicis, & in arte peritis circa infirmitatem ſtandum eſt.*

7 *Periculum contrahendi Infirmitatem ob aeris inſalubritatem ſufficit pro iuſta cauſa recedendi à loco conuento.*

8 *Inimicitia etiam eſt iuſta cauſa non ſeruandi pactum*

9 *Maritus non tenetur ſeruare pactum de non ducendo Vxorem extrà locum conuentum quando alibi habet bona ſua.*

10 *Cauſa recedendi à tali pacto remittitur arbitrio Iudicis.*

11 *Arbitrium regulatur à Iure.*

DECISIO IX.

IN Capitulis matrimonialibus inter Iacobum Ferrum, & Euam Scaiteriam initis conuentū fuit, quod idem Ferrus teneretur habitare in Germania, & pręcipuè Auguſtæ, ſiuè Buiſani. Verùm quia ob aeris intemperiem ſibi penitus aduerſi, & inimicitias capitales contractas non poterat ibi morari niſi cum maximo vitæ diſcrimine, ideò ad Ciuitatem Bononiæ eius Patriam vnà cum d. Vxore ſe conferre decreuit, ſed recuſante ipſa è Germania diſcedere, & lite in Partibus introducta plures emanarunt hinc indè ſententiæ, Prima nempè ad fauorem Iacobi, ſecunda verò, & tertia illius moderatoriæ, à quarum vltima cum appellatio fuerit mihi commiſſa, propoſui dubium: An Ferrus teneretur ſeruare pactum, de non traducendo vxorem extrà loca conuenta, & Domini ipſo tantùm informante fuerunt negatiuam amplexi.

1 Nam licèt ſatis controuerſa ſit quæſtio, an pacta huiuſmodi inter Coniuges de non recedendo à certo loco veniant de iure ſeruanda, cuius affirmatiuam tenet *Villalob. commun. opin. verb. Vxor num. 74. Emanuel Suarez. receptar. ſentent. eod. verb. num. 110. Pont. de matrim. lib. 12. cap. 20. num. 8.* Negatiuam verò latè tuetur *Couarr. tit. de matrim. part. 2. cap. 7. num. 5. Gomeſ. var. reſol. lib. 2. cap. 10. de indiuid. num. 24. Sanazar. de ſponſal. & matrim. cap. 4. num. 37. & ſeqq.*

2 Certum eſt tamen, quod quando iuſta, & legitima ſuperuenit cauſa, ob quam Maritus in loco conuento inhabitare non valet,

3 tunc Vxor Maritum tenetur ſequi etiam non obſtante pacto, *Abb. in cap. 1. num. 5. verſ. & hoc verum qui matrim. accuſ. poſſ.* ibique *Prapoſit. eodem nu. verſ. niſi nouus caſus, Hoſtienſ. & Io: Andr. in princip. Butr. num. 9. verſ. quaero, & Anchar. nu. 5. Tiraquell. de legib. connub. l. 1. gloſſ. 1. num. 39. in fin. verſ. atque etiam, Palat. Ruuios in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 2. nu. 5. verſ. quod tamen intelligunt, Rebuff. de priuil. ſcholar. priuil. 76. nu. 6. verſ. eodem tenore, Sim. de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 8. nu. 55. verſ. intellige, & declara, Giurb. ad conſuet. Meſſan. part. 1. cap. 1. gloſſ. 1. nu. 49. verſ. & ſi matrimony tempore, Azeued. lib. 6. recompil. tit. 3. lib. 29. circa finem, Cancer. var. lib. 3. cap. 7. num. 9. verſ. niſi aliqua, Burſatt. conſ. 207. nu. 13. verſ. Maritus tamen lib. 2. Bim. conſil. 253. num. 47. lib. 3. Cappell. Tholoſ. deciſ. 87. nu. 1. verſ. niſi aliud, Capic. dec. 135. n. 2. Vrſill. ad Afflict. dec. 307. nu. 7. verſ. & melius, Franc. Marc. deciſ. Parlam. Delphin. 740. num. 2. verſ. & hoc verum part. 2.* & fuit deciſum *in Fauentina Dotis 11. Martij* 1624. *coram bo: me: Coccino.*

4 Quæ opinio procedit etiamſi huiuſmodi pactum fuerit iuramento firmatum, vt probat *Abb. in d. cap. 1. num. 5. verſ. nam ſic daretur,* ibique *Alex. de Neuo num. 6. qui matrim. accuſ. poſſ.* optimè *Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 40. num. 3. & 4.* quem refert, & ſequitur *Pont. eod. tractat. cap. 20. num. 8. in fin. verſ. limitanda tamen lib. 12.*

5 In propoſito autem caſu ſatis docet Ferrus de ſuperuenientia iuſtæ cauſæ, dum probat neceſſitatem recedendi à locis cōuentis, & reuertendi ad Patriam ad effectum ſe liberandi ab infirmitatibus iam incurſis, vt conſtat ex

6 depoſitionibus Teſtium, & præcipuè Medicorum, quibus tanquam in arte peritis ſtandum eſt, *l. ſeptimò menſe, ff. de ſtat. homin. l. ſemel 2. C. de re milit. lib. 12. Bart. in l. 2. num. 3. verſ. quaero, ff. de teſtam. Bald. conſ. 237. num. 1. verſ. de quo ſtandum eſt lib. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 620. num. 3. part. 1. & coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 125. nu 9. Caualer. deciſ. 229. num. 6. & deciſ. 778. nu. 2. coram Burat.*

Quæ

Quæ quidem cauſa infirmitatis, ad effectum
de quo agitur, iuſta, & ſufficiens reputatur,
vt per *Silueſtr. in ſumma verb. vxor. qu. 8. verſ. quia*
ſic, Angel. de Clauaſ. pariter in ſumma eod. verbo
num. 9. verſ. niſi poſt pactum. Et in ſpecie de in-
7 firmitate contracta, vel periculo illam con-
trahendi ob cœli intemperiem, & aeris inſa-
lubritatem, firmat *Hoſtien. in ſumma tit. de coniug.*
ſeruor. num. 5. in fin. Henric. Bouhic. in cap. de illis
num. 2. verſic. & dico de ſponſal. Capiblanc. de iur.
Baron. pragmat. 9. ſub num. 51. verſ. limita, Palaez
de maiorat. part. 1. quæſt. 57. nu. 53. & ſeqq. Sanchez
de matrim. diſp. 40. num. 3. Farinace. de delict. carn.
quæſt. 143. nu. 281. Cappell. Tholoſ. d. deciſ. 87. nu. 1.
verſ. niſi aliud.
8 Concurrit etiam cauſa inimicitiæ cōtractæ
in dictis locis, de qua deponunt ijdem Teſtes,
in Summar. Iacobi num. 4. quam pariter eſſe le-
gitimam, & ſufficientem vltrà Doctor. proxi-
mè allegatos, probat *Nauarr. in manual. cap. 14.*
ſub num. 20. verſ. niſi verò, Bernard. Diaz reg. 800.
verſ. qui ponit exemplum, Ricc. in collect. deciſ. colle-
9 *ctan. 1789. verſic. vbi limita.* Et quod Iacobus
omnia ſua bona habet Bononiæ, & nihil pe-
nitùs poſſidet in locis prædictis, neque in tota
Germania, itaut malè, & cum maxima iactu-
ra ſuæ ſubſtantiæ ibi domicilium perpetuum
retinere poſſit.

Et hanc ſententiam eo libentiùs Domini
fuerunt amplexi, quia cauſa recedendi ab hu-
10 iuſmodi pacto remittitur, vt plurimum arbi-
trio Iudicis, qui perpenſis omnibus circum-
ſtantijs poteſt ex facti cōtingentia omnia eius
arbitrio moderari, ad tradita per *Maſtrill. ad*
Capic. deciſ. 135. num. 8. Menoch. de arbitr. caſ. 469.
per tot. & facit *text. in l. Mauia, §. vxore, ff. de annu.*
11 *legat.* Et in dubio cum arbitrium reguletur à
iure, eam Iudex debet capere reſolutionem,
quod vxor virum ſequi teneatur, vt eſt *text.*
in cap. vnaquæque 13. quæſt. 2. gloſſ. in cap. ſi quis ne-
ceſſitate in verb. cum ſequi in fin. verſ. vel dic 34.
quæſt. 2. Bart. in dicta l. Mauia, §. vxore num. 4. ff. de
ann. legat. cum alijs adductis per *Tiraquell. de*
legib. connub. l. 1. num. 8. & 12. & tradit *Menoch.*
de arbitr. caſ. 364. num. 8. & ſeq. Præſertim quia
alias daretur occaſio incontinentiæ, vt pon-
derat *Abb. in dicto cap. 1. nu. 5. in fin. Henric. Bouhic.*
in cap. de illis num. 2. verſ. tunc enim de ſponſal.

Et ita, &c.

ROMANA HAEREDITATIS de Scarſellis.

Lunæ 27. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Inſtitutiones procedentes ex mutuo affectu non
continent captatoriam, nec à iure ſunt impro-
batæ. An autem ſublata vna deficiat altera,
& poſſint fieri irreuocabiles, latè diſcutitur
in Deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana habet locum quando agitur de mero poſ-*
ſeſſorio inter perſonas laicas, & de bonis merè lai-
calibus.
2 *Sententiæ validitas reſultat ex reuolutione proceſſus.*
3 *Deciſiones Rotales probant iuſtitiam ſententiæ.*
4 *Captatoria diſpoſitio de iure eſt prohibita.*
5 *Captatoria ceſſat quando reciproca Inſtitutio pro-*
ceſſit ex mutua affectione.
6 *Inter Fratres, & Sorores præſumitur affectio.*
7 *Inſtitutiones reciprocæ quæ procedunt ex mutuo affe-*
ctu ſunt validæ.
8 *Maritus, & Vxor poſſunt ſe inuicem inſtituere.*
9 *Teſtamentaria diſpoſitio in fauorem præſentis, &*
acceptantis an ſit reuocabilis.
10 *Legari poteſt etiam præſenti, & acceptanti.*
11 *Legatum factum alicui præſenti, & acceptanti non*
eſt irreuocabile.
12 *Verba appoſita in Teſtamento debent intelligi ſe-*
cundum naturam ipſius Teſtamenti.
13 *Et quatenus Teſtator in eadem voluntate perſiſtat.*
14 *Teſtamentum de ſui natura eſt reuocabile.*
15 *Verba intelligi debent ſecundum naturam actus cui*
adijciuntur.
16 *Correſpectiua debent eodem modo iudicari.*
17 *Correſpectiuitatis ratio non eſt habenda in conſide-*
ratione quando ſubiecta materia repugnat.
18 *Vltima voluntas, quæ eſt ambulatoria vſque ad mor-*
tem non poteſt fieri irreuocabilis.
19 *Appellabilis eſt ſententia continens mixturam poſ-*
ſeſſorij cum petitorio.
20 *Aegidiana, vt intret nec ne inſpicitur tantum tenor*
ſententiæ.

DECISIO X.

NON acquieſcentibus Lucretia, & Liuia
ſententiæ Rotali, per quam fuit Vrſulæ
conceſſa immiſſio ſuper bonis hæreditarijs
Marſiliæ, & in ſpecie ſuper Cenſibus de qui-
bus agitur, propoſui dubium iuxtà formam
Commiſſionis mihi directæ, An eſſet locus
1 Aegidianæ, & Domini affirmatiuè reſponde-
runt, moti ex eo, quia fuit actum in iudicio
merè poſſeſſorio inter perſonas laicas, & de
bonis merè laicalibus, quibus ſtantibus intrat
Aegidiana, *Rot. deciſ. 349. num. 1. part. 4. tom. 2.*
recent.
2 Præſertim cum ſententiæ validitas reſultet
ex reuolutione proceſſus, in quo fuerunt ſer-
uata omnia de iure ſeruanda iuxtà *deciſ. Capu-*
3 *taq. 260. part. 2. & Buratt. 126. num. 2.* Et iuſtitia
appareat ex optimè deductis in *Deciſione in hac*
cauſa facta coram Reuerendiſſimo D. meo Decano
die 17. Nouembris 1645. cuius fundamenta Do-
minis benè ſubſiſtere viſa fuerunt.
4 Neque obſtat quod cum Horatius, & Mar-
ſilia præſentes coram iiſdem Notario, & Teſti-
bus ſeſe inuicem inſtituerint ex eo reſultet in-
ualiditas vtriuſque Teſtamenti tanquam cō-
plectentis Inſtitutionem captatoriam à iure
improbatam, *ad text. in l. captatorias, C. de teſtam.*
milit. & in l. 1. in fin ff. de his quæ pro nō ſcript. haben.
5 Nam vt fuit reſponſum in *Deciſione coram Re-*
uerendiſſ. D. meo Decano ſub §. Nec ad effectum,
obiectum non procedit, quando prout hic
vtrumque Teſtamentum proceſſit ex mutua
6 affectione qua dicti Horatius, & Marſilia ſeſe
proſequebantur, vt decet, & præſumitur inter
Fratrem, & Sororem, *Dec. conſil. 561. num. 4.*
verſ.

verſ. & ad idem, Alciat. de præſumpt. reg. 1. præ-
ſumpt. 23. num. 1. Menoch. eod. tract. præſump. 16.
7 *num. 1. & ſeq. lib. 5.* Cum de iure huiuſmodi
inſtitutiones, quæ mutuis affectionibus fiunt
omninò validæ cenſeantur, vt ex ſententia
I. C. Liboniani reſpondit *Papinianus in l. capta-*
torias 70. ff. de hæred. inſtit. ibi captatorias inſti-
tutiones non eas Senatus improbauit; quæ
mutuis affectionibus iudicia prouocauerunt,
ſed quarum conditio confertur ad ſecretum
alienæ voluntatis, & tradit *Caſtr.* loquens de
8 vxore, & marito inſimul teſtantibus *in l. licet*
19. num. 2. verſ. & etiam ego vidi, C. de pact. Ber-
trand. conſ. 329. à princip. vſque ad numer. 5. lib. 1.
Bellou. ſen. conſ. 85. num. 9. Rota coram Seraph.
deciſ. 359. nu. 5. & 22. & in puncto deciſ. 122. n. 24.
verſ. nec etiam obſtat, & num. ſeqq. & deciſ. 272.
& 279. per tot. par. 4. tom. 2. in recent.
9 Prout nec releuat, quod data validitate
vtriuſque teſtamenti non potuerit Marſilia
reuocare ſuum, dum inſtituit Horatium fra-
trem cum clauſula, *præſentem &c.* quaſi diſpo-
ſitio tranſiuerit in contractum, & fuerit effe-
cta irreuocabilis, *l. ſicut, C. de action. & oblig. l. in*
commodato, §. ſicut, ff. commod. quoniam huiuſ-
modi verba non repugnant ſubiectæ materiæ
nempè vltimæ voluntati, in qua licet præſen-
tia eius, cui relinquitur non requiratur, *l. cum*
10 *pater 79. §. ſurdo, ff. de legat. 2.* Non tamen
reſiſtit ſi præſenti relinquatur, cum etiam di-
ctantibus teſtamentum, & teſtibus in eo adhi-
bitis relinqui poſſit, *per text. in l. dictantibus 22.*
C. de teſtam. l. ſi quis ita, ff. de reb. dub §. legatarijs,
inſtit. de teſtam. Mantic. de coniectur. vlt. vol. lib. 8.
tit. 1. num. 36. verſ. ſed aduertens, & magis in
ſpecie *Faber. in §. 1. ſub num. 1. inſtit. de legat.* vbi
11 quod ſi teſtator in teſtamento donat, vel le-
gat alicui præſenti, & acceptanti non inde
infertur, quod ſit donatio inter viuos, vel le-
gatum reddatur irreuocabile, & ſequitur *Nat.*
conſil. 73. num. 9. & ſeqq. & conſil. 94. num. 1. & 3.
12 *Surd. deciſ. 127. num. 7. & 13.* ea potiſſimum ra-
tione, quia huiuſmodi verba appoſita in te-
ſtamento debent intelligi ſecundum naturam
ipſius teſtamenti, *l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. l. ſi*
vno, ff. locat. l. damni infecti, ibique doct. de damn.
infect. cum alijs per Mantic. d. lib. 8. tit. 1. num. 37.
Et quatenus teſtator in eadem voluntate per-
manſerit, & non aliàs, iuxta doctrinam *Bart.*
in l. legatum, ſub numer. 3. ff. de legat. 2. & in l. cum
quis decedens, §. 1. ff. de legat. 3. Caſtr. conſ. 185. n. 1.
lib. 1. Dec. conſ. 662. num. 2. verſ. nec obſtat. De
14 natura autem teſtamenti eſt vt ſit reuoca-
bile, *l. quod ſi iterum 4. ff. de adimen. legat. can. vlt.*
voluntas 13. quæſt. 2. cum nemo poſſit ſibi le-
gem in teſtamento imponere, à qua nõ liceat
poſtea recedere, *l. ſi quis 22. in princ. ff. de leg. 3.*
l. ſtipulatio hoc modo concepta 61. ff. de verb. obligat.
15 Vndè ne Marſilia remanſiſſe dicatur priuata
huiuſmodi facultate reuocandi teſtamentum,
dicta verba debent intelligi ſecundum natu-
ram actus, cui adijciuntur, nempè ex cauſa
vltimæ voluntatis, non autem inter viuos, vt
probat *Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, n. 3.*
verſ. & per hanc legem, & num. 4. verſ. & prædicta
procedunt, ff. de verb. obligat. cum alijs congeſtis per
Rotam in Spoletana Hæreditatis 30. Maij proximè
præteriti coram R. P. D. meo Meltio.
16 Neque vrget, quod data reuocatione teſta-
menti ex parte Marſiliæ cenſeatur ſaltem re-
uocatum alterum factum ab Horatio ratione
correſpectiuitatis, *l. alumnæ, §. ſeia, ff. de adim.*
legat. quia & huic obiecto ſatisfacit deciſio
ſub §. non tamen in quo habetur, quod ratio cor-
reſpectiuitatis non eſt habenda in conſidera-
tione, vbi materia ſubiecta repugnat, *Menoch.*
de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 12. num. 39. Rota in re-
cent. deciſ. 527. num. 4. part. 4. tomo 1. ſicuti re-
18 pugnat in caſu iſto, in quo incompatibile eſt,
quod vltima voluntas quæ eſt ambulatoria
vſque ad mortem, fiat irreuocabilis, prout in
terminis firmauit, *Rota deciſ. 279. per tot. par. 4.*
tom. 2. recent.
19 Demum non obſtat, quod in deciſione fue-
rit cognitum de titulo, & de alijs exceptio-
nibus concernentibus petitorium, quo caſu
ratione mixturæ ſententia eſt appellabilis, nec
intrat Aegidiana; nam vltra quod huiuſmodi
exceptiones fuerunt deductæ ad effectum co-
20 lorandi poſſeſſorium, ſufficit in omnem ca-
ſum, quod in ſententia nulla de ijs fuerit facta
mentio, ſed illa fuerit lata in merè poſſeſſorio
iuxta conſ. Corn. 10. num. 3. verſ. cum itaque, & ſeq.
lib. 4. Dec. conſ. 28. num. 6. verſ. nam medium, & ſeq.
quæ paſſim ſequitur *Rot. vt in Romana Vineæ*
coram Comitulo penès Poſt. de manut. deciſ. 66.
num. 6. & coram Seraph. deciſ. 452. num. 1. & 2.
& deciſ. 603. num. 1. & deciſ. 263. num. 1. & 2.
par. 1. diuerſ. & in recent. deciſ. 79. num. 20. par. 5.

Et ita deciſum vna tantum parte informan-
te, altera pluries & pluriès citata, & ſemper
dilationem petente.

FAVENTINA SOCIETATIS.

Mercurij 4. Iulij 1646.

ARGVMENTVM.

Socius in quibus caſibus obligetur ex contractu Conſocij, & quando contractus præſumatur geſtus contemplatione, & pro ſeruitio ſocietatis.

SVMMARIVM.

1 *Socius in vtilibus præſumitur habere mandatum ab alio conſocio.*
2 *Socius in rebus ad ſocietatem ſpectantibus poteſt conſocium in ſolidum obligare.*
3 *Et maximè ſit ſit præpoſitus ad emendas, & vendendas merces.*
4 *Qui allegat probare debet.*
5 *Citationis defectus probatur ex reuolutione actorum.*
6 *Socius in dubio cenſetur contrahere nomine proprio non autem nomine ſociali.*
7 *Fallit ſi ex præſumptionibus, & coniecturis appareat de contrario.*
8 *Socius ex quibus coniecturis præſumatur contrahere nomine ſocietatis, etiam ſi proprium nomen expendat.*
9 *Socius contrahens pro ſeruitio ſocietatis etiamſi pro-*
prium

Digitized by Google

prium nomen expreſſerit cenſetur contemplatione ſocietatis contraxiſſe, & perſonam ſocij voluiſſe comprehendere.

10 *Socius tenetur ex contractu facto per conſocium cõtemplatione ſocietatis, etiamſi pecunia, vel res non erogetur in dictam cauſam.*

DECISIO XI.

PLACVIT DD. deciſio in hac cauſa facta in qua firmatum fuit exequenda eſſe mandata per Maiolos ab A. Cobtenta contra Ioannem Paulum Montanarium Matthæi patris hæredem, nam licet Maioli non contraxerint cum dicto Mattheo, ſed ſolum cum Franciſco Vichio, cui etiam tradiderunt mer-
1 ces, nihilominus attenta ſocietate inita inter eoſdem, de qua apparet per inſtrumentum publicum, in vtilibus Alter ab Altero mandatum habuiſſe præſumitur, *gloſſ. in l. nemo ex ſocijs, ff. pro ſoc. Iaſ. in l. ſi vnus, num.2. verſ. nec poterit ei obijci, ff. eodem, Roman. conſ.398. numer.1. verſ. non eſt autem dubitandum, Decian. conſil.84. num.14. lib.2. Surd. conſ.43. num.9. Maſtrill. deciſ. 179. num.24. par.2. Franc. Marc. deciſ. Parlamen. Delphin. 573. num. 2. part.1. & firmauit Rota coram Millino deciſ.37. numer.1. & in Romana pecuniaria Venæ ferreæ 3. Iunij 1624. coram bon. mem. Pirouano.*

2 Et propterea potuit Vichius pro rebus ad ſocietatem ſpectan Matthæum conſocium in ſolidum obligare, *Rota deciſ.536. num.3. par.3. in recent. in Romana Societatis de Rotignis 19. Iunij 1643. alias allegata, & 2. Martij 1646. coram R. P. D. meo Ghiſilerio & latè Add. ad Buratt. dec.810. num.6.*

3 Præſertim cum ipſe ſolus adminiſtraret, & eſſet apothecæ præpoſitus ad emendas, & vendendas merces, *ad textum in l. ſi tamen plures, §. ſed ſi plures, ff. de exercit. act. Caſtr. in rubr. num.2. eod. tit. Bart. in l. eandem, num.9. verſ. ſi verò ff. de duob. reis, Bald. conſ.263. num.3. verſic. illud etiam aduertendum eſt, lib.5. Pariſ. conſ.93. num.1. & ſeqq. lib.1. Magon. deciſ. Lucenſ.1. num.24. & ſeq. Milanen. deciſ. Sicil. 12. num.51. Cacher. deciſ. Pedem. 150. num.7.*

Non obſtat, quod prædicta procedant reſpectu tantum primi mandati, ſecùs verò reſpectu ſecundi, & quoad contractus diſdicta ſocietate, & nomine proprio per Vichium
4 geſtos; Nam quoad diſdictam dixerunt DD. illam nullo modo probari, prout eſſet per Montanarium probanda tanquam fundamentum ſuæ intentionis, *per textum in l. 2. cum ll. ſequentib. & l. cum qui voluntatem, ff. de probat. Rota deciſ.19. num.5. par.7. recent.*

5 Imò illam non fuiſſe factam apparere ex reuolutione actorum per quã ſufficienter probatur negatiua, *Bart. in l. Titia textores, num.2. ff. de legat.1. Caſtr. conſ.81. num.3. verſ. conſtat autem, quod negatiua lib.2. Rota deciſ.64. num.1. verſ. hoc ſtante, & num. ſeq. part.1. diuerſ. & deciſ.207. num.20. par.4. & coram ſan. mem. Greg. deciſ.416. num.5. ibique Add. num.8. Buratt. deciſ.683. nu.2. Canaler. deciſ.110. num.4. deciſ.535. num.5. & deciſ.572. num.6.*

Quo verò ad alteram exceptionem pon-
6 deratum fuit, quod licet in dubio quis cenſeatur contrahere nomine proprio, *Natt. conſil. 567. num.3. verſ. contrarium tamen, & num. ſeq. Cephal. conſ.635. nu.5. lib.5. Felic. de ſociet. cap.30.*
7 *num.14.* Nihilominus hoc non procedit quãdo conſtat de contrario ex præſumptionibus, & coniecturis, *Rota in Romana Societatis lignorum 17. Decembris 1636. coram Coccino inter recent. deciſ.183. nu.3. par.7. & in eadem 30. Martij 1637. coram eodem.*

8 In præſenti verò caſu vltrà, quod Vichius erat ſolitus expendere proprium nomen, quando contrahebat pro ſeruitio ſocietatis, & merces per eum receptæ ſunt de pertinentibus ad illam, concurrit etiam expreſſio cauſæ, in quam ipſe contrahebat, nempè pro exercitio, & vſu artis figularię, & pro ſeruitio apothecæ, quam ſciebant Maioli eſſe com-
9 munem, & ſocialem; Vnde eo ipſo, quod contraxit ex cauſa apothecæ, etiam ſi proprium nomen tantum expreſſerit, cenſetur contemplatione ſocietatis contraxiſſe, & perſonam ſocij voluiſſe comprehendere, vt notat *Caſtr. conſ.242. num.2. verſ. prædicta procedunt, lib.2. Rota deciſ.113. num.17. & ſeqq. coram Buratto, & deciſ.28. num.12. & 13. part.7. recent.*
10 Imò plus voluit *Bart. in l.1. §. non autem, num.1. ff. de exercit. act.* nempè, quod quando contractus fuit factus contemplatione ſocietatis, etiam ſi pecunia, vel res accepta non erogetur in beneficium illius, nihilominus ſocius teneatur, & eandem opinionem ſequitur *Bald. ibidem, verſ. ſed ſi magiſter, Caſtr. numer.4. verſ. ſi verò, Angel. de Peruſ. & Fulgoſ. in princ. Salyc. num.5. verſ. & ſufficit, Rota Genuen. dec.14. num. 14. cum alijs per Giurb. deciſ.88. numer.13. & ſeqq.*

An autem prædicta mandata exequi poſſint ſuper bonis Ioan. Paulo per patrem donatis Domini reſeruarunt particulariter videndũ.

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit &c.

CALARITANA PRAEEMINENTIAR.

Veneris 14. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Articuli qui dicantur irreleuantes, qui verò impertinentes, & an iſti ſint reſecandi antequam ſuper alijs remiſſoria concedatur. Et in quibus caſibus Capitulum poſſit ſtatuere ſine conſenſu Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in prophanis datur etiam ſine fumo, quando articuli ſunt releuantes.*

2 *Capitulum in ijs quæ non concernunt ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ, nec tangunt Epiſcopum, ſed tantùm res, & perſonas particularium, poteſt ſtatuere etiam ſine conſenſu ipſius Epiſcopi.*

3 *Capitulum in concernentibus negocia propria eſt loco Ordinarij.*

4 *Capitulum poteſt ſtatuere in ijs quæ concernunt ordinationem Chori*,

5 *Probatio per teſtes non admittitur quando fieri poteſt per ſcripturam*,

6 *Remiſſoria conceditur ad probandum per teſtes ea, quæ non ſemper rediguntur in ſcriptis*.

7 *Præſcriptio non datur in facultatiuis*.

8 *Fallit ſi concurrat coactio cum acquieſcentia coacti*,

9 *Et quid ſi agatur de fauore Eccleſiæ, & concurrat cultus diuinus*,

10 *Articulus releuans trahit ſecum irreleuantem*.

11 *Sed non trahit impertinentem, ſed ille venit reſecandus*,

12 *Articuli impertinentes veniunt reſecandi*,

13 *Articuli dicuntur impertinentes ſi contineant materias contra Concilium*.

14 *Epiſcopus in proceſſionibus, & alijs actibus publicis habet præcipuam auctoritatem*.

15 *Capitulum non poteſt quicquam ſtatuere circa obſeruantiam reſidentiæ*.

16 *Capitulum non poteſt abſque conſenſu Epiſcopi ſtatuta condere in ijs, quæ concernunt cultum diuinum, vel ſeruitium Eccleſiæ*.

17 *Capitulum non poteſt exercere iuriſdictionem, niſi Sede vacante*.

18 *Epiſcopus habet fundatam intentionem in ciuilibus in omnes ſubditos ſuæ Diœceſis*.

19 *Epiſcopus quomodo procedere debeat in criminalibus contra Capitulares*.

20 *Legata pro celebratione Miſſarum non poſſunt acceptari à Capitulo ſine conſenſu Epiſcopi*,

DECISIO XII.

PROPOSITO per me dubio, An Capitulo Calaritano eſſet concedenda Remiſſoria, Domini reſecatis articulis, quibus Concilium Tridentinum, Conſtitutiones Apoſtolicæ, vel Decreta ſacræ Congregationis Rituum reſiſtunt; In reliquis firmarunt illam
1 eſſe concedendam: Nam ſumus in prophanis, quo caſu data releuantia articulorum Remiſſoria etiam ſine fumo paſſim conceditur, *Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.174. num.2. & deciſ.403. num. 3. & coram Buratto deciſ.656.num.1. & 5. & in recent. deciſ.343.num.1. par.1. & in alijs*,

Releuantia verò primi articuli non poteſt controuerti in ea parte tamen, in qua dicitur Capitulum eſſe in poſſeſſione ab immemorabili tempore condendi ſtatuta ſuper bono regimine ipſius Capituli, & Capitularium, ac perſonarum, & bonorum eidem Capitulo
2 ſubiectorum; nam in iis, quæ non concernunt ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ, nec tangunt ipſum Epiſcopum, ſed reſpiciunt res, & perſonas Capitularium, poteſt Capitulum etiam ſine conſenſu Epiſcopi ſtatuere, *iuxta gloſſ. in cap.2. verb. ſtatutum de verb. ſignif. in 6.* ad quã gloſſ. tanquam notabilem eſſe recurrendum monet *Imol. in cap. cum omnes, num.1. ibiq. Berou. num.36. de conſtit. Abb. in cap.1. num. 14. verſ. nota ex hac gloſſa de his quæ fi. à maior. part. Cap. & in cap. cum conſuetudinis num.4. verſ. ſed pro intellectu de conſuetud. Butr. in cap. conſtitutus, num.25. de reſcript. Oldrad. conſ.259. num.4. ver. modo autem*,
3 vbi quod in concernentibus negocia propria Capitulum eſt loco Ordinarij, *Ferrett. conſ. 286. num.1. & ſeqq. Monet. de diſtrib. quotid. par.2. quæſt.13. num. 29. Fuſcus de viſitat. lib.1. cap.15. num.28. Rota coram Seraphin. deciſ.707. à num.4. & in Illerden. Statuti 19. Martij 1597. coram Corduba, & in recent. deciſ.20. num.6. part.3. & deciſ. 571. nu.5. par. 4. tom.3.* & fuit dictum *in Caſarauguſtana Diſtributionum 3. Decembris 1640. §. cũ præſertim, & 21. Iunij 1641. §. hoc autem, coram Eminentiſſimo Panzirolo.* Et quod in concernen-
4 tibus ordinationem Chori Capitulum poſſit ſtatuere, tradunt in ſpecie *Modern. de re beneſit. lib.1. quæſt. 14. num.88. in fin.* ibi, *veluti in ordinatione Chori, Add. ad Buratt. deciſ.758. num.11. Rota in Illerden. Statuti 3. Decembris 1593. coram Corduba apud Marcheſ. de commiſſ. part.1. fol.273. ſub num.1. verſ. non obſtat, & in deciſ.606. num.1. verſ. & in ſpecie, par.4. tom.1. recent.*

Releuantia etiam viſa fuit patens reſpectu quarti articuli cõcernentis Punctatoris depu-
5 tationem; Nam licet regulariter non admittatur probatio per teſtes, quando illa poteſt fieri per ſcripturas, *Rota deciſ.314. num.1. par.1. in recent. & deciſ.589. num.1. ad fin. par2. Caualer. deciſ.87. num.1. Martin. Andr. deciſ.38. num.3. Coc-*
6 *cin. deciſ.149. num.2.* Nihilominus cum non ſit certum, quod talis actus ſemper redigatur in ſcriptis, non debet ſub tali prætextu Remiſſoria denegari, *iuxta deciſ. Caſ. de Graff. 1. num.11. de dilation. Caualer. deciſ.271. num.4.* & dictum fuit *in Hiſpalen. Iuris nominandi 28. Nouembris 1612. coram Sanctiſſ. D. N. Innocentio X.*

Alter verò articulus, in quo ponitur quod Archiepiſcopi Calaritani conſueuerunt ab immemorabili tempore interuenire in proceſſionibus publicis, & proprijs manibus intortitia, & cerea accenſa deferre, quamuis
7 Dominis videretur irreleuans tanquam continens actum merè facultatiuum, qui nun-
8 quam præſcribitur, niſi concurrat coactio, vel prohibitio cum acquieſcentia coacti, vt notat *Franch. in cap. ſignificante, num.3. & ſeqq. de appellat.* optimè *Surd. conſ.127. num.81. vſque ad fin. Rota coram Seraphin. deciſ.1086. num. 1. & coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.162. num.10. ibiq. Add. litt. C. & penes Buratt. deciſ.38. num.4. & 5. & deciſ.222. num.1.*
9 Attamen omiſſo pro nunc an id procedat in concernentibus cultum diuinum, & fauorem Eccleſiæ adnotata per *Abbat. in cap. ſuam nobis, 29. num.8. verſ.3. poteſt de ſymon. Felin. in cap. ad Apoſtolicam num.3. eod. tit. Gabr. de præſcript. concl.10. num.12. Rota in Segobien. Cantorum coram Lancellotto 11. Februarij 1604. & coram Manzanedo dec.365. n.5. & 6. par.2. recent.* Domi-
10 ni attenta releuantia aliorum cenſuerunt illum eſſe admittendum; nam articulus releuans trahit ſecum irreleuantem, *Mantica deciſ. 312. num.2. Coccin. deciſ.122. num.1. verſ. & ſufficit, & deciſ.169. num.3. Buratt. deciſ.246. num.10. deciſ.656. num.4.* vbi teſtatur de ſtylo notorio Curiæ, *Gregor. deciſ.124. num.3. & deciſ.403. ſub num.6. verſ. cum autem, & in recent. 256. numer.8. par.4. tom.2.*

Talis autem releuantia non poteſt ſuffragari

gari

gari quoad reliquos articulos, in quibus, &
Concilium Tridentinum, & Conſtitutiones
Apoſtolicæ, & Decreta ſacræ Congregationis
11 Rituum expreſsè reſiſtunt: Nam quamuis
articulus releuans trahat ſecum irreleuan-
tem, non tamen trahit impertinentem, quia
12 impertinentes debent à Iudice reijci, & ve-
niunt omninò reſecandi, *iuxta doctrinam Bart.
in l. ſi duo patroni, §. item Iulianus, num. 1. & 2.
ff. de iureiuran. Bald. conſ. 143. num. 2. verſ. cum
igitur, lib. 2. Dec. conſ. 162. num. 1. verſ. eſt ergo
videndum, lib. 1. Pariſ. conſ. 97. num. 131. & conſil.
122. num. 1. & ſeq. lib. 1. & conſ. 67. num. 11. lib. 4.
Aym. conſ. 5. num. 18. & conſ. 23. num. 4. Gramm.
deciſ. 45. num. 4. & 7. Rota deciſ. 62. num. 1. & per
tot. par. 1. recent.*
13 Impertinentes verò viſi fuerunt articuli
concernentes abſolutam poteſtatem Capituli
dirigendi proceſſiones, diſponendi circa ob-
ſeruantiam reſidentiæ, & augumentum cul-
tus diuini, mulctandi delinquentes, & ſimi-
lia, etiam ſine conſenſu Epiſcopi, nam illis
14 reſiſtit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 6.
de reformat.* ibi, *Epiſcopis in Choro, & in Capitulo,
& in Proceſſionibus, & in alijs actibus publicis ſit
prima ſedes, & locus, quem ipſi elegerint, & præcipua
rerum agendarum auctoritas non obſtantibus priuile-
gijs, necnon conſuetudinibus etiam immemorabili-
bus,* ibique *Barboſ. num. 16. verſ. hoc Capituli
conſilium,* vbi hoc declarat in Proceſſionibus
publicis, licet ſecus in priuatis, *idem Barboſ. de
offic. & poteſtat. Paroch. allegat. 78. numer. 3. &
ſeqq.* qui refert plura Decreta S. Congregatio-
nis Rituum.
15 Et quod Capitulum non poſſit quicquam
ſtatuere circa obſeruantiam Reſidentiæ, tra-
dunt *Abb. in cap. cum omnes, num. 4. verſic. nota
tamen. de conſtitut. ibique Imol. num. 13. verſ. per
prædicta, Ancharan. num. 3. verſ. nunquid autem,
Felin. num. 7. in princip. verſ. & ex dicto, & nu. 9.
verſ. cæterum, Berou. num. 36. & ſeq. vbi num. 38.
& 39.* declarat, & limitat quando Capitulum
vellet ſtatuere ad iuris communis fauorem,
in quibus terminis procedit, *text. in cap. cum
16 dilectus, de cleric. non reſident.* Prout nec etiam
in concernentibus cultum diuinum, & ſta-
tum, vel ſeruitium Eccleſiæ, quia hoc iure
communi eſt illi interdictum, abſque con-
ſenſu Epiſcopi, *Rota in Lucana Iuriſdictionis 23.
Februarij* 1601. *coram bon. mem. Cardinali Hie-
ronymo Pamphilio, apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1.
17 fol. 554. num. 4.* Et quod non poſſit mulctare
contrafacientes, & delinquentes, cum ſit
actus Iuriſdictionis, qui non cadit in Capi-
tulum niſi Sede vacante, *Rota in dicta Illerden.
ſtatuti 3. Decembris 1593. coram Corduba, penes
eundem Marcheſ. d. par. 1. fol. 273. num. 1. verſ. ma-
ximè quando.*

Et eodem modo reſponderunt ad articu-
lum, in quo habetur, quod Capitulum eſt in
poſſeſſione eligendi duos Canonicos, de quo-
rum conſenſu Archiepiſcopi debeant cogno-
ſcere omnes cauſas ciuiles, & criminales,
adeout ſine illorum interuentu, & conſenſu,
& cauſa prius per ipſos cognita decidere, ter-
minare, ſeù aliàs contra perſonas Capitula-
18 res procedere nequeant; etenim reſpectu
cauſarum ciuilium habent Archiepiſcopi in-
tentionem fundatam de iure communi in
omnes ſubditos ſuæ Diœceſis, *ad text. in cap.
cum Epiſcopus, de offic. ordin. in 6.* cui eſt con-
forme Concilium Tridentinum *in cap. cauſæ
18 omnes, ſeſſ. 24. de reformat.* Et in criminalibus
adeſt diſpoſitio eiuſdem Concilij *ſeſſ. 25. cap. 6.*
vbi in ſpecie derogat. immemorabili, ſecun-
dum quam eſſe procedendum, aliàs firmauit
Rota coram Mantica deciſ. 180. *num. 1. & ſeq.*
20 Quæ demum articulantur de facultate ac-
ceptandi quæcumque legata pia pro celebra-
tione Miſſarum, & cum alijs oneribus reli-
cta, videntur pariter eſſe reſecanda, cum illis
reſiſtat Conſtitutio edita à ſan. mem. Vrbano
Octauo 21. Iunij 1635. *in Bullar. tomo 4. in or-
dine la 43.* §. 7. quam etiam ad literam refert
Barboſ. poſt tractat. de offic. Epiſcopi pag. 58. & 59.
prohibens Capitulis huiuſmodi acceptatio-
nes ſine conſenſu Epiſcoporum cum expreſſa
derogatione cuiuſcumq; conſuetudinis etiam
immemorabilis.

Et ita vtraque parte informante deciſum
fuit &c.

TOLETANA PENSIONIS.

Mercurij 16. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Penſionis confidentialis vſus permittitur ad eui-
tandas pragmaticas, adeout reſeruatio ſit pe-
nès vnum, & commoditas ſit penès alterum:
& ſi contingat Papam ſub verbis ampliſſimis
transferre in nouam perſonam penſiones exi-
ſtentes penès ſimplicem Reſeruatarium, talis
translatio comprehendit non ſolum penſio-
ſiones palatinas, ſed etiam alias quaſcumque,
nec apparet de ſtylo contrario.

SVMMARIVM.

1 *Penſio reſeruari poteſt in capite vnius, & commodi-
tas in perſona alterius.*
2 *Penſio reſeruata per Papam in capite vnius, &
translata in caput alterius, non vacat per obitum
primi, ſed ſecundi.*
3 *Penſiones Palatinæ an comprehendantur ſub tranſ-
latione generali.*
4 *Verba generalia, & ampla nullam patiuntur reſtri-
ctionem.*
5 *Verba* omnia, & ſingula *ſunt vniuerſalia, & om-
nia comprehendunt.*
6 *Verbum, quodcumque, nihil excludit.*
7 *Verba generalia, & prægnantia comprehendunt
etiam ea, quæ aliàs non venirent.*
8 *Clauſula,* quod pro nominatim expreſſis, &
inſertis haberi voluit, *operatur, ac ſi de verbo
ad verbum mentio fuiſſet facta.*
9 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
10 *Verba clara non admittunt interpretationem in con-
trarium.*
11 *Atteſtationes extraiudiciales non attenduntur.*
12 *Stylus quomodo probari debeat.*

DECISIO XIII.

SVB die 15. Ianuarij anni præteriti reſolu-
tum fuit coram Reuerendiſſimo D. meo
Dunozetto Decano, penſionem, de qua agi-
tur, fuiſſe reſeruatam ad commodum, & vti-
litatem Abbatis Coſtæ, & Paulum de Iorda-
nis pro ea teneri; Cum autem in eius locum
ſubrogatus fuerim, propoſui dubium ſuper
ijſdem, & Domini quoad vtramque partem
permanſerunt in reſolutis.

Et quoad primam parum elaboratum fuit,
quia Paulus eam non impugnabat, & ratio-
nes in deciſione deductæ tanquam validæ, &
concludentes placuerunt ijſdem Dominis.
Quo verò ad ſecundam, promiſſio de ſoluen-
do dictam penſionem eſt clara, & indubita-
ta, & munita obligatione Camerali, quæ nul-
lo modo retardari valet ſub prætextu, quod
penſio extincta remanſerit per obitum Didaci
1 de Cardenas Hiſpani, in cuius perſona reſerua-
ta fuit ad commodum tamen Abbatis Itali
iuxta receptum Datariæ ſtylum, de quo te-
ſtatur *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 36. num. 90. &*
ſeqq. & notat *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 262*
Rota deciſ. 399. deciſ. 400. & deciſ. 401. part. 1.
diuerſ.

2 Nam cum ſan. mem. Vrban. VIII, per ſuas
literas in forma Breuis, omnes penſiones re-
ſeruatas in perſona dicti Didaci tranſtulerit in
caput Ioannis Gonzalez Lagunez pariter Hi-
ſpani, penſio de qua agitur, non remanſit ex-
tincta per obitum eiuſdem Didaci, ſed adhuc
viget; & ſuſtinetur in perſona Ioannis Gon-
zalez, vt in ſimili firmauit *Rota in Segobien.*
Penſionis coram Corduba penès Pacif. de Salu. deciſ.
129. per tot. coram Merlino deciſ. 423. num. 22. &
coram Buratto deciſ. 638. num. 8. vbi Add. num. 9.
cumulat concordantes.

3 Nec ſubſiſtit, quod ſub tenore dictarum
literarum illæ tantum penſiones continean-
tur, quæ pro ſuis familiaribus reſeruatæ exi-
ſtunt, & quæ vulgariter Palatinæ nuncupan-
tur, Nam verba literarum ſunt infraſcripta;
Cum alias dilecto filio Didaco de Cardenas plures,
& diuerſa penſiones annuæ, quas præſentibus pro no-
minatim expreſſis, & inſertis haberi volumus, etiam
ſi de illarum numero, & quantitate, & perſonarum
ad quarum commodum reſeruatæ fuerunt nominibus
indiuidua mentio habenda foret, certis modo, & for-
ma &c. reſeruatæ, vel reſeruari conceſſæ, vel etiam
in eum canonicè translatæ, prout in diuerſis ſupplica-
tionibus, ſeu cedulis motus proprij deſuper ſignatis
plenius cōtinetur &c. motu ſimili ex certa ſcientia &c.
omnes, & ſingulas, & quaſcumque penſiones annuas
prædictas, ac illarum reſeruationes, ſeu translationes,
& ceſſiones, vel confirmationes cum omnibus, & ſin-
gulis cautelis, obligationibus, & alijs in fauorem quo-
rumcumque cuiuſuis qualitatis, & conditionis factis,
& conceſſis &c. tranſtulimus &c. Quæ verba nul-
4 lã patiuntur reſtrictionem, & operantur, quod
penſiones, quæ alias non includerentur, ſub
illis cenſeantur comprehenſæ, prout in ſpecie
5 de verbis, *omnes & ſingulas*, probat *gloſſ. in*
cap. vt circa, verbo omnia & ſingula, de elect. in 6.
Iaſ. in l. 1. num. 24. ff. de legat. 1. Soccin. ſen. conſ. 10.
num. 2. in fine, lib. 1. & conſ. 3. num. 17. lib. 3. Rota
deciſ. 130. num. 1. par. 2. recent. & in Bononien. Suc-
ceſſionis de Zanis 17. Martij 1641. coram R. P. D.
6 *meo Bichio.* Et de verbo, *quæcumque*, eſt *text. in*
cap. ſolitæ, ad fin. de maiorit. & obedien. Gomeſ. in
regul. de triennali quæſt. 2. verſ. tamen iſtis, & num.
ſeqq. Rota coram Creſcent. deciſ. 1. ſub num. 3. verſ.
in contrariam tamen, de priuileg. & coram ſan. mem.
Gregor. deciſ. 516. eod. num. & ſeqq. Et de om-
7 nibus prædictis verbis, latè firmatum fuit in
Ferrarien. Penſionis 2. Martij anni præteriti coram
Reuerendiſſimo D. meo Decano.

8 Imò cum idem Pontifex declarauerit velle
habere pro expreſſis, & inſertis etiam illas
penſiones de quarum numero, quantitate, &
perſonarum indiuidua mentio habenda foret,
non poteſt dubitari, quod etiam penſionem
controuerſam comprehendere voluerit, per-
inde ac ſi ſpecificè, & indiuidualiter eam
tranſtuliſſet, *Angel. de Peruſ. in l. ſed & ſi quis,*
§. quæſitum, num. 4. ff. ſi quis caution. Butr. conſ. 49.
num. 5. & 6. Menoch. conſ. 1003. num. 47. Rota co-
ram ſan. mem. Gregor. deciſ. 109. num. 10. & in re-
cent. deciſ. 282. num. 21. & ſeq. par. 6.

9 Et hæc fortius veniunt dicenda, ex quo in
ijſdem literis apparent exceptæ, & præſeruatæ
illæ tantum penſiones, quæ verè, & realiter
ad commodum Didaci reſeruatæ fuerunt, ſi-
gnum euidens, quod reliquas omnes abſque
vllo diſcrimine intendebat transferre, *ad text.*
in l. nam quod liquida, §. fin. ff. de penu legat. Alex.
conſ. 35. num. 20. lib. 4. Couarr. var. reſolut. lib. 2.
cap. 5. num. 6. Rota deciſ. 168. num. 5. par. 2. diuerſ.

10 Minus ſubſiſtit translationem fuiſſe factam
de ſolis penſionibus reſeruatis motu proprio,
ſecùs verò de alijs ad ſupplicationem par-
tium, quia verba ſunt ſatis clara, ibi, *Prout*
in diuerſis ſupplicationibus, ſeu cedulis motus pro-
prij &c. quæ propterea non admittunt inter-
pretationem in contrarium, *l. 3. Cod. de lib.*
præter. Bald. conſil. 174. in fine lib. 2. Rota coram
Coccino deciſ. 203. ſub num. 1. cum alijs pluribus per
Adden. ad deciſ. 460. nu. 129. & ſeqq. par. 4. tom. 2.
recent.

11 Quæ fuerunt deducta circa prætenſum ſty-
lum, cenſuerunt Domini non releuare, nam
atteſtationes ad dictum effectum exhibitæ
ſunt extraiudiciales, & Expeditores in folio
ſubſcripti firmant, tantummodò ipſos non
vidiſſe, nec practicaſſe huiuſmodi translatio-
12 nes penſionum confidentialium, qui non eſt
modus probañ ſtylum, cum debuiſſent refer-
re caſus particulares, in quibus obſeruatum
fuerit ſub translatione huiuſmodi concepta
per verba generalia, & prægnantia compre-
hendi ſolas penſiones Palatinas, iuxta notata
per Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 8. num. 11.
& in conſ. 480. nu. 9. lib. 5. Pariſ. conſ. 112. num. 12.
& ſeqq. lib. 4.

Et ita vtraque &c.

ME-

MEDIOLANEN. CIMILIARCATVS.

Veneris 8. February 1647.

ARGVMENTVM.

Decretum irritans, etiam ſi non fuerit appoſitum ſuper certo corpore, ſed in lege generali inficit titulum, & poſſeſſionem, quando clarè conſtat illud intrare, & dicitur clarè conſtare non ſolum per rem iudicatam, & confeſſionem Partis, ſed etiam per deciſiones Rotales; Et Habenti Decretum pro ſe competit manutentio, & continuanti poſſeſſionem captam, non poteſt opponi de attentatis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur illi, qui poſſeſſionem accepit, & ab Inquilinis in Dominum recognitus fuit.*

2 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem.*

3 *Decretum irritans operatur, quod poſſeſſio habeatur pro vacua, ac ſi nunquam capta fuiſſet.*

4 *Decretum irritans, quando non eſt appoſitum ſuper certo corpore, ſed in lege generali, non inficit poſſeſſionem, niſi quandoclarè apparet illud intrare.*

5 *Decretum irritans operatur effectum ſuum, ſi per plures deciſiones reſolutum fuerit illud intrare. & declarantur auctoritates contraria. num.7.*

6 *Manutentio, quando pendet à bono iure, tunc praiuia diſcuſſione illius, ex ſtylo Rota conceditur ei, qui bonum ius fouet etiam ante ſententiam.*

8 *Decretum irritans poteſt iuſtificari non ſolum per rem iudicatam, & confeſſionem partis, ſed etiam per alias probationes.*

9 *Deciſiones Rotales oſtendunt bonum ius.*

10 *Appellatio ſuſpenſiua non datur à decreto mandati de manutenendo.*

11 *Clauſula,* cū facultate manutenēdi quē de iure *impedit executionem faciendam, ſed non irritat iam factam, niſi quatenus minus legitimè facta ſit.*

12 *Clauſula;* ſi quid exequendum, *operatur eundem effectum.*

13 *Attentare non dicitur qui continuat.*

DECISIO XIV.

1 ITERVM commiſſa cauſa cum facultate manutenendi quem de iure, iterum Domini reſponderunt ad fauorem Iulij, qui vigore prouiſionis reportatæ ab Ordinario, & à Sede Apoſtolica cœpit poſſeſſionem Cimiliarcatus controuerſi ſub die 12. Martij 1640. cum ſubſecuta recognitione Colonorum, & perceptione fructuum, *ad text. in l. Titia, ff. de ſolut. & in l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. Rota coram Mantica deciſ. 227. num. 7. & in recent. deciſ. 135. nu. 2. parte 1.*

2 Et quamuis Capitulum docuerit de anteriori poſſeſſione; attamen cum illa apprehenſa fuerit in vim vnionis factæ contra formam Concilij Tridentini, & reuocatæ per regulam 13. Cancellariæ, non venit attendenda, nec eſt manutenibilis, attento decreto irritanti appoſito tàm in confirmatione eiuſdem Concilij, quàm in dicta regula vnionum reuocatoria, quod decretum inficit titulum *ea de tacit. lib. 22.* nem, *iuxta text. in cap. ſi eo tempore, & deciſ. 194.* & notat *Prob. ad Monach. in cap. tib. Gregor. XV. reſcript. pariter in 6. Hoied. de incompat. anut. deciſ. par. 1. cap. 10. num. 6. & ſeq. Rota coram Merlinen. ſeu Martij*

3 *ciſ. 106. num. 5.* Et operatur, vt poſſeſſio habeatur pro vacua, & ac ſi nunquam fuiſſet capta, vel ſaltem quod careat omni iuris effectu ad notata per *Archidiac. in cap. Ordinary, num. 3. de off. Ordinar. in 6. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 46. num. 64. Creſcent. deciſ. 1. num. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Mantica deciſ. 40. num. 8. Coccin. deciſ. 51. num. 4. & in recent. deciſ. 48. num. 2. & ſeqq. part. 5.* & firmatum fuit *in Leodien. Beneficy 22. Maij* 1643. vbi tam ad effectum denegandi manutentionem poſſeſſori anteriori, quam illā concedendi poſteriori, *coram R.P.D. meo Bichio.*

4 Nec refert, quod huiuſmodi decretum non ſit appoſitū ſuper certo corpore beneficij; ſed in lege generali, ideòque donec clarè non conſtet, an illud intret, nempè an vnio facta fuerit contra formam Concilij, & Regulæ reſeruatoriæ, manutentio ſit danda poſteriori poſſeſſori, vt firmauit *Rota deciſ. 341. num. 3. & dec. 516. n. 4. par. 1. recent.* cum alijs pluribus cumulatis per *Poſt. in tract. de manut. obſeru. 46. n. 15.*

5 Nam cum in caſu iſto fuerit per plures deciſiones iam reſolutum intrare decretum irritans, & illarum vigore lata ſententia Rotalis, vtique eſt pluſquam certum decretum remanere iuſtificatum, perindè ac ſi in ſpecie appoſitum ſuper hoc beneficio, nec alia certitudo eſt expectanda, vt pluries firmauit *Rota, & ſignanter penès Garz. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 415. & coram Caſſad. deciſ. 1. num. 2. de reſtit. ſpoliat. in Romana ſpolij domus poſt Marcheſ. de commiſſ. par 2. fol. 210. num. 3. verſ. non obſtat, quod decretum, in Romana, ſeu Terracinen. Affictus apud Poſt. de manut. deciſ. 215. à num. 15. & in recent. deciſ. 48 per tot. part. 5. & deciſ. 250. num. 24. & & ſeqq. par. 7.* Et approbando deciſiones huius cauſæ, & præſertim vltimam ſub die 15. Maij 1645. firmatum fuit *in Calaguritana Beneficij de Cornago 17. eiuſdem menſis, & anni coram R.P.D. meo Bichio, in Ciuitaten. Archipresbyteratus 3. Iulij dicti anni 1645. coram R.P.D. meo Cerro, & in Romana Beneficy 31. January 1645. coram eodem.*

6 Et inueteratus eſt ſtylus huius ſacri Tribunalis, quod quando manutentio contenditur à pluribus, tunc præuia diſcuſſione boni iuris concedatur mandatum de manutenendo ad fauorem partis, quæ fouet bonum ius, non ſolum ante rem iudicatam, ſed etiam ante latam primam ſententiam, vt videre eſt *in deciſ. 110. coram Durano in princ. & coram Merlino deciſ. 410. num. 4. & 5. & in recent. deciſ. 282. par. 6. & & paſſim in alijs.*

7 Hinc patet non applicari deciſiones *in Oxomen. Cappellania coram Platto, in Barchin. Canonicatus coram R. P. D. meo Rojas,* & aliæ, quæ exaduerſo allegantur; quia loquuntur in caſibus, in quibus per Rotam non fuerat cognitum an eſſet locus decreto, ſecus verò poſtquam fuit cognitum, *vt in dicta Calaguritana Beneficy de Cornago 17. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Bichio,* & declaratur *in Beneuentana Cano-*

nictatis 19. Ianuarij 1646. coram R.P.D. meo Pentingero.

8 Nec ſubſiſtit, quod neceſſaria ſit res iudi-
cata, vel confeſſio partis ad effectum, vt de-
cretum dicatur iuſtificatum; nam licet res iu-
dicata, & confeſſio partis dicantur liquidiſſi-
mæ probationes, attamen non excluduntur
aliæ, quæ de iure admitti ſolent, vt videtur
ſentire *Soccin. in l. rem quæ nobis, num. 19. ff. de
acquir. poſſeſſ.* & in ſpecie firmauit *Rota in exad-
uerſo allegata deciſ. 527. num. coram Buratto, &
deciſ. 250. num. 27. par. 7.* vbi etiamſi requiratur
aliqua diſcuſſio, *& in Romana, ſeù Terracinen.
Affictus coram Pirouano penes Poſt. de manut. deciſ.
215. num. 19. & in Cæſarauguſtana Parochialis de
Maella 6. Nouembris 1617. coram Coccino.*

9 Et quod idem operetur ad effectum, de
quo agitur, iuſtificatio per rem iudicatam,
vel per alia documenta, & per deciſiones Ro-
tales firmauit *Rota deciſ. 34. num. 2. & 3. part. 7.
recent.* Nam deciſiones Rotales bonum ius
oſtendunt, vt dixit *Rota coram ſan. mem. Gregor.
deciſ. 524. num. 4. & dicta deciſ. 34. num. 3. part. 7.
recentior.*

Non obſtat, quod poſſeſſio Iulij fuerit at-
tentata tanquam capta pendente termino ad
appellandum, & propter reſcriptum Signatu-
ræ cum facultate manutenendi quem de iure;
10 nam quoad primum caput ceſſat prætenſio ex
eo, quia agebatur de decreto mandati de ma-
nutenendo, à quo non datur appellatio ſu-
ſpenſiua, non ſolum de iure ciuili, ſed nec
etiam de iure canonico, *Rota coram Seraphino
deciſ. 1295. num. 1. & ſeqq. & coram Cavaler. de-
ciſ. 88. num. 1. & in recentior. deciſ. 287. numer. 7.
parte 2.*

11 Et quoad ſecundum; quia clauſula *cum
facultate manutenendi quem de iure*, reſpicit fu-
tura, non autem præterita, & ideò impedit
executionem faciendam, ſed non irritat iam
factam, quatenus tamen ſit legitimè facta,
*Rota deciſ. 305. num. 15. & ſeqq. par. 6. recent. & in
Mediolanen. Beneficij 17. Decembris 1640. coram*
12 *R.P.D. meo Bichio*, & de clauſula, *ſi quid exe-
quendum, Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 706. n. 46.*
& latè firmatum fuit *in Romana Cambij 8. Iunij
anni præteriti 1646. coram me.*

13 Inhibitiones verò exequutæ poſt captam
poſſeſſionem à Iulio nihil operantur, nam
cum ipſe reperiretur in poſſeſſione faciendo
actus ſimiles dicitur continuaſſe, non atten-
taſſe, *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. limitat. 5.
Rota coram ſa. me. Gregor. deciſ. 557. num. 1. & ſeqq.
& ibi Add. num. 5. & 6.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 25. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta ex quibus cauſis excuſetur à cadu-
citate ob canones non ſolutos, & an ob defe-
ctum huiuſmodi, & ob prætenſam lineam
finitam, liceat Proprietario poſſeſſionem ca-
pere propria authoritate.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex pluribus locationibus continuatis, & effectum ſortitis.*
2 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis.*
3 *Poſſeſſio anterior venit manutenenda.*
4 *Poſſeſſio poſterior ſine citatione partis dicitur clandeſtina, & turbatiua, nec præiudicat poſſeſſori anteriori.*
5 *Deuolutio debet eſſe clara, & indubitata ad hoc vt Dominus directus poſſit de facto poſſeſſionem capere.*
6 *Deuolutio ſi ſit turbida debet Dominus directus agere iudicio petitorio.*
7 *Amplia non obſtante facultate capiendi poſſeſſionem propria authoritate.*
8 *Emphyteuſis pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq; in perpetuum, cum clauſula,* ad habendum, & quicquid voluerit facien, *eſt transſitoria ad hæredes etiam extraneos.*
9 *Relatio operatur vt omnia contenta in relato cenſeantur expreſſa in referente.*
10 *Verba* pro hæredibus, & ſucceſſoribus, *debent intelligi de extraneis, quando in hæredibus ſanguinis verificari non poſſunt.*
11 *Obſeruantia ſubſecuta declarat verba ambigua conceſſionis.*
12 *Emphyteuta excuſatur à caducitate ob non ſolutum canonem, ſi fuerit abſens.*
13 *Excuſatur ſimiliter ſi potuerit credere illos fuiſſe ſolutos mediantibus ſequeſtris factis.*
14 *Teſti mediatori plurimum deferen. venit.*
15 *Ad caducitatem euitandam ſufficit etiam probabilis credulitas.*
16 *Et qualibet cauſa etiam fatua, & iniuſta excuſat.*
17 *Manutentio dari non poteſt, niſi doceatur de poſſeſſione.*
18 *Manutentio dari non poteſt, quando poſſeſſio eſt nulla, & attentata.*
16 *Deuolutio, & extinctio lineæ debet ab allegante probari.*
20 *Deuolutio ſi non eſt clara, non poteſt procedi per viam manutentionis.*
21 *Sententiæ virtus, & effectus ſuſpenditur per appellationem.*

DECISIO XV.

PRAETENDENS modernus Rector San-
ctorum Simonis & Iudæ ob lineam fini-
tam, & Canones non ſolutos, deuolutam
eſſe ad eius Eccleſiam domum aliàs ſub die
17. Octobris 1547. in emphyteuſim conceſ-
ſam Vincentio de Ferrarijs, & per Franciſcam
Felicem poſſeſſam; ſub die 23. Ianuarij 1643.
de facto illa non citata, poſſeſſionem præfatæ
domus accepit.

Vndè introducta à principio cauſa coram
Reuerendiſſ. Vrbis Viceſgerente, qui Rectori
mandatū de manutenēdo conceſſit, & per diſ-
finitiuam ſententiam, nullum ius dictæ Fran-
ciſcæ Felici competere pronunciauit, & de-
indè per viam appellationis, mihi commiſſa,
propoſui dubium, Cui eſſet dandum man-
datum de manutenendo, & Domini ad fauo-
1 rem Franciſcæ Felicis reſponderunt, ex quo

conſtat

Digitized by Google

conſtat de anteriori poſſeſſione illius, non ſolùm ex pluribus locationibus eiuſdem domus continuatis, & effectum ſortitis, iuxta gloſſ. in l. qui vniuerſas, §. quod per Colonum, in verbo Colonum, ibique Aretin. num. 6. de acquiren. poſſeſſ. Bart. in l. ad probationem, verſ. pone enim, C. locat. Gabr. de locat. concl. 4. num. 2. & ſeqq. Rot. coram Andrea deciſ. 61. num. 3.

2 Sed etiam ex confeſſione propria ipſius Rectoris, qui in Inſtrumento publico ſub die 8. Decembris 1636. declarauit recepiſſe ſc. 28. b. 80. pro canonibus decurſis, & non ſolutis præfatæ domus emphiteoticæ, per dictam Felicem poſſeſſæ, quę confeſſio ſuperat quamcumque probationem, Felin. in cap. olim, nu. 10. verſ. limita ſecundo, de reſcript. Menoch. de retinen. rem. 3. num. 596. verſ. rursùs, Rota deciſ. 708. nu. 1. par. 4. tom. 3. recent.

3 Et propterea debet illi concedi mandatum de manutenendo, vt in his terminis firmauit Rota coram Andrea dicta deciſ. 61. num. 4. in Bononien. de Carnalibus 11. Ianuarij 1602. penès Marcheſ. de commiſſ. tom. 2. fol. 545. per tot. & in recen. deciſ. 420. num. 3. & 23. par. 4. tom. 2.

4 Nec obſtat poſſeſſio poſterior Rectoris capta 28. Februarij 1643. quia vti apprehenſa propria auctoritate, & ſine citatione dicitur clandeſtina, & turbatiua, nullumque Franciſcæ Felici præiudicium inferre potuit, cap. licet cauſam de probat. cap. licet Epiſcopus, de præbend. in 6. Bart. in l. ſi duo, ſub num. 4. verſ. ſi vero teſtes, ff. vti poſſidetis, Rota deciſ. 366. num. 2. par. 1. recent. Buratt. deciſ. 263. num. 3. & penès Poſt. de manut. deciſ. 330. num. 21. & ſeqq. cum alijs in Imolen. Beneficij 23. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Corrado.

5 Prætenſio verò, quod ob lineam finitam, & Canones non ſolutos, licuerit de facto Rectori poſſeſſionem accipere, ceſſat ex eo, dum deuolutio, & caducitas non erat clara, & indubitata, prout requiritur ad hunc effectum, ſed plures patiebatur difficultates, & probabiliter controuerti poterat, quo caſu non
6 permittitur Domino directo exercitium propriæ authoritatis, ſed iudicio petitorio contra poſſeſſorem agendum eſt, qui interim debet in ſua poſſeſſione manuteneri, iuxta doctrinam Speculat. in tit. de emphit. §. nunc aliqua, quaſt. 42. num. 62. verſ. tu dic. Corn. conſil. 193. nu. 3. lib. 3. Gabr. conſil. 67. num. 17. lib. 2. Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. can. quaſt. 12. num. 3. & ſeqq. Fachin. contron. iuris lib. 1. cap. 95. in fin. Gratian. cap. 736. num. 7. & 8. Thomat. deciſ. 16. num. 16. relati à Poſt. de manut. obſeruat. 16. numer. 47. & ſeqq. Rota poſt eundem deciſ. 111. numer. 7. & ſeqq. deciſ. 168. eodem numero, deciſ. 283. num. 7. & deciſ. 293. num. 3. & apud Pacific. de Saluian. deciſ. 141. num. 9. & ſeqq. & penès Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 566. numer. 1. & per tot. Andr. deciſ. 36. num. 6. & deciſ. 61. num. 7. & in recent. deciſ. 409. num. 7. part. 1. deciſ. 420. numer. 22. & 23. part. 4. tom. 2. & deciſ. 359. num. 4. & 5. par. 5. & in Vladiſlauien. Villa de Hoppembruch 13. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Cerro.

7 Quam opinionem procedere etiam attenta facultate capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, probat Mantica de tacit. lib. 22. tit. 22. numer. 14. verſ. cum autem, & deciſ. 194. num. 2. & ſeqq. Adden. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 105. littera A. & penès Poſt. de manut. deciſ. 336. num. 8. & latè firmatum fuit in Fanen. ſeu Senogallien. Bonorum ſuper immiſſione 14. Martij 1646. coram R. P. D. meo Meltio.

8 Quatenùs enim deuolutio deducitur, ob finitam lineam Vincentij de Ferrarijs, & illa non poterat dici clara, dum conceſſio fuit facta Vincentio, ac eius hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque in perpetuum, cum clauſula, ad habendum, & quicquid voluerit faciendum, quo caſu venire hæredes, etiam extraneos, probat Cald. de iure emphit. libr. 2. quaſt. 23. numer. 52. & 53. Clar. §. emphitenſis, quaſt. 28. num. 9. Caualer. deciſ. 290. num. 1. & deciſ. 293. per totam. Bononien. emphytenſis 16. Iunij 1597. coram Penia, Romana Vineæ 22. Martij 1602. & in Papien. bonorum. 10. Maij eiuſdem anni, coram clar. mem. Card. Pamphilio, cum pluribus in Sarſinaten. feudi 22. Iunij, & 13. Decembris 1645. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano.

9 Et licet in ſupplicatione, & precibus Sanctiſſimo porrectis non legantur verba, quibuſcumque, & ſimilia, nihilominus cum in eadem ſupplicatione habeatur relatio ad Inſtrumentum prædictum, ibi, & prout plenius dicitur contineri in ipſo Inſtrumento conceſſionis potuit Franciſca Felix, vigore præfatæ relationis iuſtè prætendere, quod omnia contenta in Inſtrumento cenſerentur repetita in ſupplicatione, Bald. in l. 2. num. 4. C. de error. Aduocat. & in terminis Rota deciſ. 14. num. 42. & ſeqq. par. 6. & deciſ. 548. num. 13. par. 4. tom. 3.

10 Maximè cum idem Vincentius eſſet eo tempore Clericus, & talis enunciatus, tam in Inueſtitura, quam in confirmatione Apoſtolica, & paulò poſt ad Epiſcopatum promotus, ita vt dicta verba ad eius filios, & deſcendentes nullo modo adaptari poſſent, & propterea de hæredibus, & ſucceſſoribus extraneis neceſſariò deberent intelligi, vt notat Curt. de feud. 2. par. 1. par. num. 40. Clar. §. feudum, quaſt. 79. num. 4. Cald. quaſt. 20. num. 23. & 37. & quaſt. 23. num. 69. lib. 2. Socein. conſ. 13. num. 1. lib. 3. cum alijs per Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 339. num. 42.

11 Quod comprobauit etiam obſeruantia ſubſecuta, nam idem Rector præſtitit conſenſum alienationi prædictæ domus factæ de anno 1605. ad fauorem Virginii Martini auctoris Franciſcæ Felicis, recipiendo ab eo laudemiū, & canones, prout etiam eoſdem canones recepit à prædicta Franciſca, adeò vt non poſſit dicere conceſſionem eſſe finitam, dum præfatos de Martinis per ſpatiū 40. annorum in emphiteutas recognouit, Corbul. de cauſ. priuat. ex eo, quod emphiteuta non oſtendit Domino Inſtr. renouationis num. 2. Rota deciſ 261. num. 4. par. 1. recent.

12 Quatenus autem deuolutio prætenditur ob canones non ſolutos, ab anno 1639. vſque ad tempus apprehenſæ per Rectorem poſſeſſionis, & reſiſtit non ſolùm minor ætas Franciſcæ Felicis, illiuſque abſentia ab Vrbe, prout de muliere, & minore, Mant. de tac. lib. 22. tit. 27. num. 42.

Digitized by Google

*num.42. Ruin. conſ.110.num.7. lib.1. Specul. tit. de
emphit. §.nunc aliqua,quaſt.14.num.24. & ſeqq.* &
de abſente *Corbul.de cauſ. priuat.ob non ſolut.can.
limit.10. num.2. Dec. conſ.138. num.7. Rota deciſ.
509.num.3. & deciſ.719.num.8.& 9. par.4.tom.3.
recent.*

13 Verùm etiam ſequeſtrum factum contra
Inquilinos ſuper pēſionibus eiuſdem domus,
Rota d.deciſ.719.num.10.& 11.par.4.tom.3.recent.
Et quod magis eſt aſſignatio dictarum penſio-
num, cum obligatione Inquilini de illis ſol-
uendis acceptata ab ipſo Rectore, vt deponit
14 Ioannes Palumbus Curialis notę integritatis,
cui tanquam mediatori,& atteſtanti de nego-
tio ab ipſomet geſto, plurimum deferendum
venit, iuncta præſertim atteſtatione Bizozari,
eius iuramento recognita, *Bart. in l.1. §.Idem
Cornelio num.2. verſ.vltimo vides, ff.de quaſt. Rota
coram ſanct. mem. Gregor. deciſ.247.num.6. & ſeq.
deciſ.521.num.2. & deciſ.544.num.18. & 19. cum
alÿs per Add. ad Buratt. deciſ.117.num.16.*

Ex quibus apparet Franciſcam Felicem,
vel Canones perſoluiſſe, vel ſaltem iuſtè po-
tuiſſe credere illos fuiſſe ſolutos,& Rectorem
15 de eis ſatisfactum, quæ probabilis credulitas
ſufficit ad euitandam caducitatem, *Iaſ. in l.2.
num.53.quaſt.16. verſ. limita tamen, C. de iure em-
phiteut. Caputaq.deciſ.180.num.4.part.1.ſanct.mem.
Gregor. deciſ.388. num.4. Buratt. deciſ.624.num.7.
& ſeqq.Romana pratenſa deuolutionis 22.Iunÿ 1624
coram Remboldo, Gratian.cap.633.num.24.& ſeqq.
& cap.675.num.33.*

16 Cum quælibet cauſa etiam fatua, & iniuſta
excuſet à caducitate,& à pœna, *l.igitur,§.poteſt,
ff.de lib.cauſ. Corbul.de cauſ.priuat.ob non ſolut.can.
limit.17. num.2. Romana deuolutionis 12. Nouem-
bris 1610. coram Coccino,& in alia Romana praten-
ſa deuolutionis 22.Iunÿ 1624.coram Remboldo,& in
recent. deciſ.281.num.5.part.4.tom.2.*

17 Minùs obſtat alia poſſeſſio capta per eun-
dem Rectorem ſub die 22. Ianuarij 1644. vi-
gore mandati de manutenendo obtenti à Re-
uerendiſſimo Vicesgerente, nam cum prior
poſſeſſio fuerit nulla,& attentata in vim illius
manutentio dari non poterat, ſicut enim illa
ceſſat quando non conſtat de poſſeſſione, *§.re-
18 tinendæ Inſtit.de interdict.* ita etiam quando poſ-
ſeſſio eſt nùlla, improba, vel infecta, *Rota in
Colimbrien. preſtimoniorum 18. Iunÿ 1632. coram
Reuerendiſſ. D. meo Decano, apud Poſt. de manut.
deciſ.330.num.18.*

Nec dicatur. quod ſaltem eadem manuten-
tio potuerit concedi vigore poſſeſſionis ciui-
lis, quæ remanet penès Proprietarium, nam
19 illa ſuſtineri non valet, dum non fuit doctum
de extinctione lineæ,& de caducitate, quæ per
allegantem probari debet, *Speculat.in tit.de em-
phit. §.nunc aliqua num.66. Rota coram Buratto de-
ciſ.393. ſub nu.5. verſ.Iniuſtitia verò, & num.ſeqq.
& in recent.deciſ.25.num.1.& ſeqq. part.6.*

Et ex his patet reſponſio ad deciſ. in con-
trarium adductam in *Romana de Bombellis 31.
20 May 1613. coram Sacrato*, nam dùm deuolutio
non erat clara, non poterat procedi per viam
manutentionis, & ſic conſtat de iniuſtitia
mandati de manutenendo, *Rota in Romana Do-
mus 16. Februarÿ 1632. coram Piruano, apud Poſt.
deciſ.336.num.5. cum alÿs ſuprà allegatis.*

Non obſtat ſententia lata in petitorio, in
qua dictum fuit nullum ius competere Fran-
ciſcæ Felici, quia cum ab ea fuerit appellatū,
& appellatio ſimpliciter per Signaturā admiſ-
ſa, interim poſſidens, non poterat ſua poſſeſ-
21 ſione priuari, ſed in ea debebat manuteneri,
quia virtus primæ ſententiæ, & illius effectus
remanebat ſuſpenſus per appellationem, *Abb.
conſ.69.num.2. verſ.ſed in caſu noſtro lib.1. Adden.
ad Buratt. deciſ.436.num.12.* & in his terminis
Rota dicta deciſ.336. num.9. & 10. penès *Poſt. de
manut.*

Et hæc dixerunt Domini ad effectum ma-
nutentionis tantummodò partibus hinc indè
informantibus.

ASCVLANA DOTIS.

Veneris 5. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Alimenta debentur Mulieri petenti ſuam Do-
tem conſtito de paupertate, & præſumptio-
ne boni iuris, etiam ſi agat ad rem particu-
larem.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, vt debeantur à Collitigante requiritur paupertas, & præſumptio boni iuris.*
2 *Mulier non præſumitur habere aliud præter dotem.*
3 *Alimenta debent ſuppleri per Collitigantem quando Creditor non habet bona ſufficientia.*
4 *Alimenta debentur Mulieri agenti pro conſecutione Dotis etiamſi habeat Maritum diuitem.*
5 *Præſumptio boni iuris reſultat ex capitulis matrimonialibus, & ex Decretis relaxationis mandati.*
6 *Amplia etiam ſi ab illis fuerit appellatum.*
7 *Promiſſio Mariti quod Vxor renunciabit bonis paternis, & maternis non præiudicat Vxori niſi ratificet.*
8 *Legitima non recipit onus, vel grauamen.*
9 *Alimenta debentur Collitiganti quamuis agat ad rem particularem.*
10 *Alimentorum quantitas taxatur arbitrio Iudicis.*

DECISIO XVI.

RODVLPHVS Malaſpina in capitulis matrimonialibus initis de anno 1639. promiſit pro dote Marcellinæ filiæ ſoluere florenos 6000. Federico Cauto eius Viro, nempè 1700. in quodam prædio, 300. incontanti, reliquam verò ſummam ad rationem florenorum 400 ſingulis annis.

Deindè de anno 1645. idem Rodulphus reliquit iure legati prædictæ Marcellinæ omne id, quod ei competere poſſet, pro legitima in bonis, & hæreditate ipſius Teſtatoris comprehenſa tamen dote aliàs per eundem conſtituta, & à reliquis bonis eam penitus excluſit, & exhæredauit, vt ſunt verba Teſtamenti, *in Summario num.2.*

Diſſo-

Diſſoluto matrimonio per obitum Viri
introduxit Marcellina iudicium contra hære-
des Patris pro terminis decurſis, & non ſolu-
tis, & ab A.C. mandatum executiuum obti-
nuit, à quo cum dicti hæredes appellauerint,
cauſaque appellationis mihi commiſſa fuerit
cum clauſula, *ſi quid exequendum, & cum facul-
tate ſubminiſtrandi in primis, & ante omnia ali-
menta, & ſumptis litis*, propoſui dubium,
An, & ad quam ſummam illa deberentur;
1 & Domini reſponderunt illa deberi ad ratio-
nem quinque pro centenario moti ex eo, quia
cōcurrunt requiſita ad illorum prẹſtationem,
nempè paupertas, & præſumptio boni Iuris,
*ad text. in l.ſi inſtituta, §. de inofficioſo ff. de inoffic.
teſtam. l.fin. §. quod ſi ei, C. de ordin. cognit.* & paſſim
ſeruat *Rot. vt coram Caualer. deciſ. 467. nnmer. 1.
& deciſ. 554. eodem numero, & in recent. deciſ. 617.
numer. 6.* eum pluribus cumulatis ibidem per
Adden. num. 18. & ſeqq. part. 4. tom. 3.
2 Paupertas reſultat ex eo, quod Marcellina
fuit à paterna hẹreditate excluſa cum promiſ-
ſione dictæ Dotis, quam adhuc integrè cōſe-
qui non valuit, & cum nihil aliud præter ean-
dem dotem habere præſumatur, huiuſmodi
præſumptioni in caſu iſto eſt ſtandū, *Theſaur.
deciſ. 43. num. 5. Buratt. deciſ. 966. num. 3.* ibique
Add. nu. 10. & 11. Fanen Dotis 20. Nouembris 1641
*§. Paupertas coram R.P.D. meo Cerro, & in Ferra-
rien. Dotis 16. Martij 1646. §. Concurrit coram R.P.
D. Peutingerio.*

Nec obſtare viſum fuit, quod ad compu-
tum Dotis prædictæ prætendantur ſolui Fẹ-
derico primò Viro floreni 2400. Nam vltra
quod non apparet, quod ad manus Marcelli-
næ peruenerit niſi Prædium ſupradictum va-
loris florẹnorum 1700., quod ad rationem
quinque pro centenario non reddit niſi ſcu-
ta 40. circiter monetæ Romanæ, vtique talis
3 ſumma ſicuti non eſt ſufficiens pro alimentis
Mulieris nobilis, vt etiam deponunt Teſtes
pro ẹius parte examinati, *in Summario num. 61.*
ita non liberat Collitigantem ab illorum prẹ-
ſtatione, vt in puncto firmauit *Rot. in dicta Fa-
nen. Dotis 20. Nouembris 1641. ſub §. Non obſtat,*
4 *coram R. P. D. meo Cerro*, vbi ampliat etiamſi
conſtaret Mulierem habere Virum diuitem,
quia adhunc effectum diuitiæ Viri non atten-
duntur, ſi dotem promiſſam non valuit exi-
gere, vt probat *text. in l. fin. C. ad S.C. Velleian.*
& notat *Bald. in l. in Inſulam, §. vſuras numer. 1.
verſ. nota*, & ibi *Caſtr. num. 2. ff. ſolut. matrim. Alex.
in l. ſi cum dotem, §. ſin autem nu. 8. verſ. item adde,
ff. eodem, Lup. in cap. per veſtras in ſecunda parte §. 1.
in princip. & per tot. & §. 44. in 3. notabili, verſ. ſed
ego teneo, de donat. int. Vir. & Vxor. Martin. Coler.
de alim. lib. 1. cap. 10. num. 5. Mareſcott. var. reſolut.
lib. 2. cap. 83. num. 20. Rota in Romana Bonorum de
Ceulis 14. Nouẹmbris 1603. coram Penia.*
5 Prẹſumptio verò boni Iuris reſultat nedum
ex conſtitutione Dotis, de qua in capitulis
matrimonialibus, & Teſtamento eiuſdem
6 Rodulphi, ſed etiam ex decreto relaxationis
mandati obtento ab A. C., quamuis ab illo
fuerit appellatum: quia per appellationem
non tollitur prẹſumptio boni Iuris, quæ ſuffi-
cit ad effectum alimentorum, *Aym. conſil. 164.
num. 1. & 2. Buratt. deciſ. 006. num. 6. Romana Vi-
nea 7. Maij 1645. coram R.P.D. meo Meltio, & in
Bononien. Alimentorum 3. Iulij eiuſdem anni coram
Reuerendiſſimo D. meo Decano.*
6 Minus prẹſumptio huiuſmodi videtur ceſſa-
re ex eo, quod recuſet Marcellina renunciare
bonis Paternis, Maternis, & Fraternis iuxta
formam eorundem capitulorum: Nam cum
talis promiſſio fuerit facta à Marito, nec ab
ipſa Marcellina ratificata appareat, vtique illi
non præiudicat, per *text. in l. inter ſtipulantem 83.
ff. de verb. obligat.* & optimè probat *Caſtr. con-
ſil. 278. incipien. Ad primum reſpondetur nu. 3. verſ. ſed
& tertiò lib. 2. Gabr. conſ. 131. in princ. lib. 2. Boer.
deciſ. 3. num. 25. verſ. & concludo, & num. ſeqq.* vbi
refert ſic fuiſſe per Senatum iudicatum, *Rot.
deciſ. 160. num. 1. & ſeqq. part. 3. recent.*

Maximè eum Pater in Teſtamento poſteà
condito de anno 1645. reliquerit eidem Mar-
cellinæ iure legati legitimam comprehenſa
dote antea cōſtituta, per quam diſpoſitionem
8 videtur à priori uoluntate receſſiſſe, & onus
iniunctum reuocaſſe, cum legitima grauamen
non recipiat, *l. quoniam in prioribus, & l. omnimo-
do, C. de inoffic. teſtam. Rot. coram ſan. mem. Gregor.
deciſ. 421. nu. 8. & in recent. deciſ. 27. num. 8. & de-
ciſ. 342. nu. 1. & 4. part. 5. & deciſ. 33. nu. 8. part. 4.
tom. 2.*
9 Demùm non obſtat, quod in præſenti caſu
agatur de re particulari, non autem de vniuer-
ſitate bonorum, in quibus terminis loquitur,
*text. in l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo, ff. de inofficioſ.
teſtam.* quia textus prædictus non facit vim in
huiuſmodi qualitate, & circumſtantia, ſed
tantum ponderat inopiam Creditoris, vt patet
ex illis verbis, ibi: *Placuit interim propter inopiam
Pupilli* & benè explicat *Rot. in Anconitana Cen-
ſuum coram Sacrato, quæ eſt dec. 748. ſeù 749. par. 2.
recentior.* & melius in præfata cauſa *27. Nouem-
bris* 1615. *coram eodem*, in quibus deciſionibus
declaratur doctrina *Lupi in dicto cap. per veſtras*;
& reprobatur opinio Surdi illum ſequentis
tanquam nullo iure, aut ratione ſuffulta,
& latè proſequitur *Adden. ad deciſ. 517. num. 28.
verſ. præterea notan, & numeris ſeqq. part. 4. tom. 2.
recentior.*
10 Quo verò ad quantitatem placuit Dominis
pro nunc arbitrari ad rationem quinque pro
centenario pro reſiduo dotis inexactæ, prout
in his prẹcisè terminis aliàs cenſuit, *Rot. in alle-
gata Fanen. Dotis 20. Nouembris* 1641. *corā R.P.D.
meo Cerro, & in dicta Ferrarien. Dotis 16. Mar-
tij* 1645. *coram R.P.D. meo Peutingerio.*

Et ita deciſum vtraque Parte informante.

GANDAVEN. EXEMPTIONIS.

Veneris 10. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Exemptio à Iuriſdictione Ordinarii acquiritur
per priuilegia ampliſſima Summorum Pon-
tificum, quibus renunciari non poteſt per
Exemptum immediatè ſubiectum Sedi Apo-
ſtolicæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Exemptio à Iuriſdictione Ordinarij ex quibus reſultet.*
2 *Renunciatio facta per vim, & metum non venit attendenda.*
3 *Exemptus, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus non poteſt ſinè conſenſu Pontificis renunciare priuilegio exemptionis, & alterius Iuriſdictionem prorogare.*
4 *Superioris intereſt ne Subditus ab alio iudicetur.*
5 *Renunciatio Exemptionis an ſuſtineatur in præiudicium Renunciantis.*
6 *Exemptionis priuilegium reſpicit non ſolum fauorem Exempti, ſed etiam Eximentis.*
7 *Exemptus immediatè ſubiectus Sedi Apoſtolicæ non poteſt renunciare priuilegio Exemptionis.*
8 *Actus facti per Epiſcopum contrà Exemptum non præiudicant Sedi Apoſtolicæ, cui eſt ſubiectus.*
9 *Decretum irritans inficit Titulum, & poſſeſſionem.*
10 *Poſteriora derogant prioribus.*
11 *Ordinarijs non competit Ius viſitandi ea Monaſteria, in quibus regularis obſeruantia exercetur.*

DECISIO XVII.

EXISTENTIBVS Monaſterijs tàm Fra-
trum, quàm Monialium SS. Saluatoris
Ord. S. Birgittæ Teneramundanæ in pacifica
quaſi poſſeſſione exemptionis ab auctoritate,
& poteſtate Epiſcopi Gandauen. Ordinarij,
contendentis eadem Monaſteria, necnon per-
ſonas, & bona illorum Iuriſdictioni ſuæ eſſe
ſubiecta, fuit per Signaturam Sanctiſſimi, cõ-
miſſa cauſa Eminentiſſ. Card. Panzirolo tunc
Rotæ Auditori, in cuius locum ſuffectus du-
bitaui, an conſtaret de omnimoda exemptio-
ne, & libertate à Iuriſdictione Ordinarij:
Et DD. in contumaciam Epiſcopi negligentis
comparere, informantibus tantum Moniali-
bus, Fratribus, & Confeſſario, affirmatiuè re-
ſponderunt: Moti ex ampliſſimis priuilegijs,
& indultis Summorum Pontificum Bonifa-
cij IX. Ioannis XXII. Pauli II. & Leonis X.
Datis in Summar. num. 2. 3. 4. & 5. Ex quibus
apertiſſimè conſtat dicta Monaſteria, Abba-
tiſſam, Moniales, & Confeſſarium, necnon
bona quæcumque tàm pręſentia, quàm futu-
ra, eſſe prorſus exempta, & immunia ab om-
nimoda Ordinariorum, & aliorum quorum-
cumque Iuriſdictione, auctoritate, dominio,
viſitatione, & correctione, & ſub iure, pro-
prietate, ac protectione Diui Petri, eiuſque
1 S. Sedis fuiſſe ſuſcepta; Ex cuius ampliſſimæ
conceſſionis forma clarè reſultat omnimoda,
& totalis exemptio eorundem Monaſterio-
rum, à iuriſdictione Ordinarij, iuxtà *text. in
cap. ſi Papa, & in cap. cum perſonæ de priuileg. in 6.
Innocent. in cap. veniens nu. 7. verſ. libertate de ver-
bor. ſignific. Ang. in ſumm. verb. exemptus num. 2.
& cod. Tabien. nu. 4. Dec. conſ. 113 num. 6. verſ. &
in iſto priuilegio, & num. ſeq.* vbi ampliat etiam ſi
non fuerit facta mentio de Iure Ordinarij.
Quod etiam voluit *Chokier. de iuriſdict. Ord. in
exempt. part. 1. quæſt. 11. à nu. 5. verſ. nec erat neceſſe
vſque ad fin. Maſcard. de prob. concluſ. 713. num. 1.
verſ. primò ſi dicatur, & num. 2. Mar. Antonin. var.
reſol. lib. 3. reſol. 4. num. 1. Rota in Brunduſina Iu-
riſdictionis 9. Februarij 1579. coram Bubalo, & co-
ram Seraphin. deciſ. 1025. per tot.*
2 Nec obſtare viſum fuit, quod Abbatiſſa,
& Moniales, necnon Fratres, & Confeſſarius
renunciauerint priuilegijs prædictis ſubijcien-
do ſe, & bona Iuriſdictioni eiuſdem Epiſcopi:
nam vltrà quod huiuſmodi renunciatio ex-
torta fuit per vim, & metum, vt firmatum
fuit in præſenti cauſa ſub die 29. Aprilis 1641.
coram Eminentiſſ. Panzirolo, & propterea
nullius eſt roboris, & momenti, *tot. tit. ff. &
C. quod met. cau. Bart. in l. 1. §. 2. num. 4. ff. quar. rer.
act. non datur, Calder. conſ. 1. de renunc. Rol. conſ. 100.
nu. 112. & ſeqq. lib. 4.* & firmatum fuit in *Poſna-
nien. Abbatiæ 15. Iunij 1646. coram me.*
3 Adhuc dicebant DD. renunciationem præ-
dictã non ſuſtineri, ex quo non poteſt exemp-
tus ſine conſenſu Pontificis, cui immediatè
ſubiectus eſt, renunciare priuilegijs Apoſto-
licis, & iuriſdictionem alterius prorogare,
text. eſt expreſ. in cap. cum tempore de arbitr. ibi:
*Cum & ſi ſpontè volueris de iure tamen nequiueris
ſine licentia Romani Pontificis renunciare, &c.* & no-
tat ibi *Abb. num. 2.* idem *Abb. in cap. ſignificaſti
num. 8. in fine, verſ. concludo ergo, & num. 9. de for.
comp. Caſtr. conſ. 431. num. 3. verſ. quod autem lib. 1.
Ferret. conſ. 102. n. 17. & 18. Gail. pract. obſeru. lib. 1.
4 obſeru. 40. à nu. 1. per tot.* vbi *n. 5.* reddit rationem
quia intereſt Superioris nè Subditus ab alio
iudicetur, *Roderic. quæſt. reg. tom. 1. quæſt. 36. art. 5.
colum. 1. verſ. præterea facit, Mandoſ. de ſign. Grat.
§. exemptiones ab Epiſcopo, verſ. exemptus à iuriſdi-
ctione fol. mihi 121. Sanchez ſuper Decalog. lib. 4.
cap. 39. ſub num 29. verſ. prima negat, Modern. de
Iure Abbatiſſar. & Monial. diſp. 17. quæſ. 4. num. 2.
& ſeqq.* & in puncto firmauit *Rota deciſ. 456.
num. 10. 14. & ſeq. & deciſ. 461. num. 20. & ſeqq.
part. 5. recent.*
5 Et quamuis *gloſſ. fin. in d. cap. cum tempore de
arbitr.* firmet, ſuſtineri renunciationem in
præiudicium renuuciantis, licet ſecùs in præ-
iudicium ſuperioris, nihilominus quicquid
ſit de huiuſmodi opinione, quam in terminis
exemptionis reprobat *Abb. in eodem cap. cum tem-
6 pore nu. 7.* ea ratione, quia priuilegium exemp-
tionis reſpicit non ſolum fauorem exempti,
ſed etiam eximentis, quorum ius eſt taliter
coniunctum, & connexum, vt diuidi, & ſe-
parari non poſſit, & firmauit etiam *Rota de-
ciſ. 456. nu. 11. & tribus ſeqq. & deciſ. 461. à nu. 24.
part. 5. recent.*
7 In omnem caſum non procedit in exempto
immediatè ſubiecto Sedi Apoſtolicæ, vt ad-
uertit *Felin. in cap. P. & G. nu. 13. verſ. & intellige
de offic. & poteſtat. Iud. deleg. Rota coram Seraphin.
deciſ. 595. num. 7. verſ. cum enim iſti, & coram ſan.
mem. Gregor XV. deciſ. 325. num. 23.* ibique *Adden.
num. 29.*
Exceptio verò præſcriptionis in partibus
alias deducta nullo modo merebatur allegari,
tum quia illa non iuſtificatur in facto prout
8 neceſſariò eſſet iuſtificanda, tum etiam quia
dum in contrarium, conſtat de quaſi poſſeſ-
ſione exemptionis, quęſita per Fratres, & Mo-
niales,

niales, ceſſat quæcumque præſcriptio prætenſa per Epiſcopũ circa exercitium iuriſdictionis, quæ in omnem caſum nõ releuaret, cum non poſſit præiudicare iuribus Sedis Apoſtolicæ, per *text. in cap. ad audientiam in fin.* vbi *Abb. num. 12. & Felin. num. 17. de præſcript. auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. Rota coram Seraphin. deciſ. 1025. num. 22. verſ. præter has, & num. 23.*

9 Præſertim attento decreto irritanti in præfatis indultis Apoſtolicis appoſito, propter quod inficitur quicquid in contrariũ geſtum fuerit tam quoad titulũ, quam quoad poſſeſſionem, adeò vt per negligentiam, & non vſum, nullum fuerit eiſdem Monaſterijs præiudicium illatum. vt poſt *Archidiac. & alios probat Felin. in cap. cum acceſſiſſent num. 30. verſ. quarto limita de conſtit. Rot. dec. 3. de priuil. in antiq. & deciſ. 240. nu. 4. part. 4. diuerſ. & corã Buratt. deciſ. 704. num. 10. verſ. tertiò quia.* Et fortius vigore Conſtitutionis ſan. mem. Vrbani VIII. editæ ſub die 5. Iunij 1641. incipien̄, *Romanus Pontifex,* in §. *Necnon reliqua omnia.*

Minus releuat, quod iuxtà Regulas eiuſdem
Ordinis in cap. 26. conſtituatur Epiſcopus tàm
Sororum, quàm Fratrum dictorum Monaſte-
riorum Pater, ac viſitator necnon etiam Iu-
dex in omnibus cauſis, quia cum poſteà ſu-
10 peruenerint priuilegia Exemptionis à Boni-
facio IX. & alijs Pontificibus conceſſa, per quę
omnis Iuriſdictio Ordinario competens in
perſonas, & bona huius religionis, ſublata fuit
vtique dubitari non poteſt, quin fuerit dero-
gatum diſpoſitioni eiuſdem regul. per *text. in
cap. 1. de conſtit. in 6. Rot. coram Greg. XV. deciſ. 267.
num. 9.*

11 Demum, ad id, quod dicitur, ex diſpoſitione Concilij Trid. competere Ordinario ius viſitandi Monaſteria, & loca Exempta, placuit pro nunc DD. reſponſio aliàs data in deciſione Eminentiſſ. Card. Panziroli, nempè diſpoſitionem prædictam nõ habere locum in illis Eccleſijs, & Monaſterijs, in quibus regularis obſeruantia exercetur, vt apparet ex verbis eiuſdem *Conc. ſeſſ. 21. cap. 8. de reform.* ibi: *Propterea commendata Monaſteria, &c. In quibus non viget regularis obſeruantia, &c. Exempta ab Epiſcopis, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis annis ſingulis viſitentur, &c.* & notat *Roderic. quæſt. reg. tom. 1. quæſt. 36. art. 3. col. 3. verſ. ſed his quæ diximus.*

Et ita, &c.

BAREN. PECVNIARIA.

Veneris 7. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Solutio probatur non ſolum per quietantias, ſed etiam per præſumptiones, & coniecturas, maximè ſi illæ ſint plures, & vrgentes, quæ autem dicantur tales latè explicatur in Deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur actio, & obligatio.*

2 *Verba manualiter, & incontanti, ac ſimilia important veram, & effectiuam numerationem.*

3 *Quietantia probat ſolutionem, & extinctionem debiti.*

4 *Solutio partis debiti non concludit ſolutionem totius.*

5 *Solutio probatur præſumptionibus, & coniecturis.*

6 *Caſſatio Inſtrumenti inducit ſolutionem, & extinctionem debiti.*

7 *Solutio ex quibus probetur.*

8 *Nomina debitorum poſſunt acceptari in ſatisfactionem crediti.*

9 *Ratificatio Inſtrumenti inducitur ex vſu ipſius.*

10 *Ratihabitio æquiparatur mandato.*

11 *Amplia etiam in ijs, quæ requirunt mandatum ſpeciale.*

12 *Nomina debitorum ſi fuerint promiſſa exigibilia factis tamen diligentijs, interpellatione, & retroceſſione, ſi iſta per Ceſſionarium non fuerint adimpleta, Cedens non tenetur.*

DECISIO XVIII.

CENSVERVNT Domini mandatũ non
eſſe relaxan̄, nam licet in Inſtrumento
Tranſactionis ſub die 6. Iulij 1623. Alexander
Vbertinus conſtituerit ſe debitorem D. Ducis
1 in ducatis 7800. ſoluendis modo, & forma in
eo expreſſis; Attamen per illorum ſolutio-
nem omnis actio, & obligatio ſublata reman-
ſit, *Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ. l. nulla, C. de
ſolut. Rot. deciſ. 259. num. 1. part. 4. tom. 2. recent.*

Etenim de duc. 1500. ſolutis in actu ſtipula-
tionis Inſtrumenti Traino, & Moſcono pro-
curatoribus ſpecialiter à Duce conſtitutis du-
bitari non poteſt ſtantibus verbis Inſtrumen-
2 ti, ibi: *Præſentialiter, & manualiter coram nobis nu-
meratos receperunt, & habuerunt duc. 1500. de con-
tanti per manus Dominici Fagni depoſitarij pecunia-
rum debitarũ à dicto D. Alexandro Vbertino, de qui-
bus ipſi vocauerunt dictis nominibus benè quietos, &c.*
quæ verba important verã, realem, & effecti-
uam numerationem, vt dixit *Rot. deciſ. 338. ſub
num. 19. & deciſ. 454. num. 1. apud Cenc. de Cenſib.
& poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 323. num. 6.*

3 De alijs verò duc. 1500. qui erant ſoluendi in duabus paghis, nempè duc. 500. de menſe Auguſti, & duc. 1000. de mẽſe Octob. eiuſdem anni 1623. ſatisfactio pariter videtur clara; Nam cum idem Dux mediãte perſona dictorum procuratorũ receperit ſub die 30. Octobris ducatos 1000. exprimendo id facere pro ſecunda paga; Et quietauerit nõ ſolum Vbertinum principalem, ſed etiam fideiuſſores præſtitos; ac vlterius Inſtrumentum obligationis caſſauerit, talis quietantia probat extinctionem debiti, & liberationem debitoris, *Maſcard. de probat. verb. ſolutio concluſ. 1324. num. 6. Rot. coram Serap. deciſ. 1339. n. 2. & coram Cocc. deciſ. 220. num. 2. & 3. cum alijs in Sipuntina penſionis 8. Aprilis prox. præteriti coram R. P. D. meo Peutingero.*

4 Nec refert quod ex ſolutione partis non benè inferatur ad ſolutionem totius, vt aduertit *Rot. penes Cenc. de Cenſib. deciſ. 332. num. 8. & 9.*

5 Nam ceſſat obiectum quãdo ex præſumptionibus, & coniecturis, ac ex alijs circumſtantijs ſolutio redditur veriſimilis, tunc enim per illas ſolutionem probari, firmat *Pariſ. conſ. 137. num. 18.*

Google

4 *Capitulum poteſt ſtatuere in ijs quæ concernunt ordinationem Chori.*
5 *Probatio per teſtes non admittitur quando fieri poteſt per ſcripturam.*
6 *Remiſſoria conceditur ad probandum per teſtes ea, quæ non ſemper rediguntur in ſcriptis.*
7 *Præſcriptio non datur in facultatiuis.*
8 *Fallit ſi concurrat coactio cum acquieſcentia coacti.*
9 *Et quid ſi agatur de fauore Eccleſiæ, & concurrat cultus diuinus.*
10 *Articulus releuans trahit ſecum irreleuantem.*
11 *Sed non trahit impertinentem, ſed ille venit reſecandus.*
12 *Articuli impertinentes veniunt reſecandi.*
13 *Articuli dicuntur impertinentes ſi contineant materias contra Concilium.*
14 *Epiſcopus in proceſſionibus, & alijs actibus publicis habet præcipuam auctoritatem.*
15 *Capitulum non poteſt quicquam ſtatuere circa obſeruantiam reſidentiæ.*
16 *Capitulum non poteſt abſque conſenſu Epiſcopi ſtatuta condere in ijs, quæ concernunt cultum diuinum, vel ſeruitium Eccleſiæ.*
17 *Capitulum non poteſt exercere iuriſdictionem, niſi Sede vacante.*
18 *Epiſcopus habet fundatam intentionem in ciuilibus in omnes ſubditos ſuæ Diœceſis.*
19 *Epiſcopus quomodo procedere debeat in criminalibus contra Capitulares.*
20 *Legata pro celebratione Miſſarum non poſſunt acceptari à Capitulo ſine conſenſu Epiſcopi.*

DECISIO XII.

PROPOSITO per me dubio, An Capitulo Calaritano eſſet concedenda Remiſſoria, Domini reſecatis articulis, quibus Concilium Tridentinum, Conſtitutiones Apoſtolicæ, vel Decreta ſacræ Congregationis Rituum reſiſtunt; In reliquis firmarunt illam
1 eſſe concedendam: Nam ſumus in prophanis, quo caſu data releuantia articulorum Remiſſoria etiam ſine fumo paſſim conceditur, *Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.174. num.2. & deciſ.403. num. 3. & coram Buratto deciſ.656.num.1. & 5. & in recent. deciſ.343.num.1. par.1. & in alijs.*

Releuantia verò primi articuli non poteſt controuerti in ea parte tamen, in qua dicitur Capitulum eſſe in poſſeſſione ab immemorabili tempore condendi ſtatuta ſuper bono regimine ipſius Capituli, & Capitularium, ac perſonarum, & bonorum eidem Capitulo
2 ſubiectorum; nam in iis, quæ non concernunt ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ, nec tangunt ipſum Epiſcopum, ſed reſpiciunt res, & perſonas Capitularium, poteſt Capitulum etiam ſine conſenſu Epiſcopi ſtatuere, *iuxta gloſſ. in cap.2. verb. ſtatutum de verb. ſignif. in 6.* ad quã gloſſ. tanquam notabilem eſſe recurrendum monet *Imol. in cap. cum omnes, num.1. ibiq. Berou. num.36. de conſtit. Abb. in cap.1. num.14. verſ. nota ex hac gloſſa de his quæ fi. à maior. part. Cap. & in cap. cum conſuetudinis num.4. verſ. ſed pro intellectu de conſuetud. Butr. in cap. conſtitutus, num.25. de reſcript. Oldrad. conſ.253. num.4. ver. modo autem,*
3 vbi quod in concernentibus negocia propria Capitulum eſt loco Ordinarij, *Ferrett. conſ. 286. num.1. & ſeqq. Monet. de diſtrib. quotid. par.2. quæſt.13. num. 29. Fuſcus de viſitat. lib.1. cap.15. num.28. Rota coram Seraphin. deciſ.707. à num.4. & in Illerden. Statuti 19. Martij 1597. coram Corduba, & in recent. deciſ.20. num.6. part.3. & deciſ. 571. nu.5. par. 4. tom.3.* & fuit dictum *in Cæſaraguſtana Diſtributionum 3. Decembris 1640. §. cũ præſertim, & 21. Iunij 1641. §. hoc autem, coram Eminentiſſimo Panzirolo.* Et quod in concernen-
4 tibus ordinationem Chori Capitulum poſſit ſtatuere, tradunt in ſpecie *Modern. de re benefic. lib.1. quæſt. 14. num.88. in fin.* ibi, *veluti in ordinatione Chori, Add. ad Buratt. deciſ.758. num.11. Rota in Illerden. Statuti 3. Decembris 1593. coram Corduba apud Marcheſ. de commiſſ. part.1. fol.273. ſub num.1. verſ. non obſtat, & in deciſ.606. num.12. verſ. & in ſpecie, par.4. tom.1. recent.*

Releuantia etiam viſa fuit patens reſpectu quarti articuli cõcernentis Punctatoris depu-
5 tationem; Nam licet regulariter non admittatur probatio per teſtes, quando illa poteſt fieri per ſcripturas, *Rota deciſ.314. num.1. par.1. in recent. & deciſ.589. num.1. ad fin. par2. Caualer. deciſ.87. num.1. Martin. Andr. deciſ.38. num.3. Coc-*
6 *cin. deciſ.149. num.2.* Nihilominus cum non ſit certum, quod talis actus ſemper redigatur in ſcriptis, non debet ſub tali prætextu Remiſſoria denegari, *iuxta deciſ. Caſ. de Graſſ. 1. num.11. de dilation. Caualer. deciſ.271. num.4.* & dictum fuit *in Hiſpalen. Iuris nominandi 28. Nouembris 1612. coram Sanctiſſ. D.N. Innocentio X.*

Alter verò articulus, in quo ponitur quod Archiepiſcopi Calaritani conſueuerunt ab immemorabili tempore interuenire in proceſſionibus publicis, & proprijs manibus intortitia, & cerea accenſa deferre, quamuis
7 Dominis videretur irreleuans tanquam continens actum merè facultatiuum, qui nun-
8 quam præſcribitur, niſi concurrat coactio, vel prohibitio cum acquieſcentia coacti, vt notat *Franch. in cap. ſignificante, num.3. & ſeqq. de appellat.* optimè *Surd. conſ.127. num.81. vſque ad fin. Rota coram Seraphin. deciſ.1086. num. 1. & coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.162. num.10. ibiq. Add. litt. C. & penes Buratt. deciſ.38. num.4. & 5. & deciſ.222. num.1.*

9 Attamen omiſſo pro nunc an id procedat in concernentibus cultum diuinum, & fauorem Eccleſiæ adnotata per *Abbat. in cap. ſuam nobis, 29. num.8. verſ.3. poteſt de ſymon. Felin. in cap. ad Apoſtolicam num.3. eod. tit. Gabr. de præſcript. concl.10. num.12. Rota in Segobien. Cantorum coram Lancellotto 11. Februarij 1604. & coram Manzanedo dec.365. n.5. & 6. par.2. recent.* Domi-
10 ni attenta releuantia aliorum cenſuerunt illum eſſe admittendum; nam articulus releuans trahit ſecum irreleuantem, *Mantica deciſ. 312. num.2. Coccin. deciſ.122. num.1. verſ. & ſufficit, & deciſ.169. num.3. Buratt. deciſ.246. num.10. deciſ.656. num.4.* vbi teſtatur de ſtylo notorio Curiæ, *Gregor. deciſ.124. num.3. & deciſ.403. ſub num.6. verſ. cum autem, & in recent. 256. numer.8. par.4. tom.2.*

Talis autem releuantia non poteſt ſuffragari

gari quoad reliquos articulos, in quibus, &
Concilium Tridentinum, & Conſtitutiones
Apoſtolicæ,& Decreta ſacræ Congregationis
11 Rituum expreſsè reſiſtunt: Nam quamuis
articulus releuans trahat ſecum irreleuan-
tem, non tamen trahit impertinentem, quia
12 impertinentes debent à Iudice reiici, & ve-
niunt omninò reſecandi, *iuxta doctrinam Bart.
in l. ſi duo patroni, §. item Iulianus, num. 1. & 2.
ff. de iureiuran. Bald. conſ. 143. num. 2. verſ. cum
igitur, lib. 2. Dec. conſ. 162. num. 1. verſ. eſt ergo
videndum, lib. 1. Pariſ. conſ. 97. num. 131. & conſil.
322. num. 1. & ſeq. lib. 1. & conſ. 67. num. 11. lib. 4.
Aym. conſ. 5. num. 18. & conſ. 23. num. 4. Gramm.
deciſ. 45. num. 4. & 7. Rota deciſ. 62. num. 1. & per
tot. par. 1. recent.*

13 Impertinentes verò viſi fuerunt articuli
concernentes abſolutam poteſtatem Capituli
dirigendi proceſſiones, diſponendi circa ob-
ſeruantiam reſidentiæ, & augumentum cul-
tus diuini, mulctandi delinquentes, & ſimi-
lia, etiam ſine conſenſu Epiſcopi, nam illis
14 reſiſtit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 6.
de reformat.* ibi, *Epiſcopis in Choro, & in Capitulo,
& in Proceſſionibus, & in alijs actibus publicis ſit
prima ſedes, & locus, quem ipſi elegerint, & præcipua
rerum agendarum auctoritas non obſtantibus priuile-
gijs, necnon conſuetudinibus etiam immemorabili-
bus*, ibique *Barboſ. num. 16. verſ. hoc Capituli
conſilium*, vbi hoc declarat in Proceſſionibus
publicis, licet ſecus in priuatis, *idem Barboſ. de
offic. & poteſtat. Paroch. allegat. 78. numer. 3. &
ſeqq.* qui refert plura Decreta S. Congregatio-
nis Rituum.

15 Et quod Capitulum non poſſit quicquam
ſtatuere circa obſeruantiam Reſidentiæ, tra-
dunt *Abb. in cap. cum omnes, num. 4. verſic. nota
tamen. de conſtitut. ibique Imol. num. 13. verſ. per
prædicta, Ancharan. num. 3. verſ. nunquid autem,
Felin. num. 7. in princip. verſ. & ex dicto, & nu. 9.
verſ. cæterum, Berou. num. 36. & ſeq. vbi num. 38.
& 39.* declarat, & limitat quando Capitulum
vellet ſtatuere ad iuris communis fauorem,
in quibus terminis procedit, *text. in cap. cum
16 dilectus, de cleric. non reſident.* Prout nec etiam
in concernentibus cultum diuinum, & ſta-
tum, vel ſeruitium Eccleſiæ, quia hoc iure
communi eſt illi interdictum, abſque con-
ſenſu Epiſcopi, *Rota in Lucana Iuriſdictionis 23.
February 1601. coram bon. mem. Cardinali Hie-
ronymo Pamphilio, apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1.
17 fol. 554. num. 4.* Et quod non poſſit mulctare
contrafacientes, & delinquentes, cum ſit
actus Iuriſdictionis, qui non cadit in Capi-
tulum niſi Sede vacante, *Rota in dicta Illerden.
ſtatuti 3. Decembris 1593. coram Corduba, penes
eundem Marcheſ. d. par. 1. fol. 273. num. 1. verſ. ma-
ximè quando.*

Et eodem modo reſponderunt ad articu-
lum, in quo habetur, quod Capitulum eſt in
poſſeſſione eligendi duos Canonicos, de quo-
rum conſenſu Archiepiſcopi debeant cogno-
ſcere omnes cauſas ciuiles, & criminales,
adeout ſine illorum interuentu, & conſenſu,
& cauſa prius per ipſos cognita decidere, ter-
minare, ſeù aliàs contra perſonas Capitula-
18 res procedere nequeant; etenim reſpectu
cauſarum ciuilium habent Archiepiſcopi in-
tentionem fundatam de iure communi in
omnes ſubditos ſuæ Diœceſis, *ad text. in cap.
cum Epiſcopus, de offic. ordin. in 6.* cui eſt con-
forme Concilium Tridentinum *in cap. cauſæ
18 omnes, ſeſſ. 24. de reformat.* Et in criminalibus
adeſt diſpoſitio eiuſdem Concilij *ſeſſ. 25. cap. 6.*
vbi in ſpecie derogat. immemorabili, ſecun-
dum quam eſſe procedendum, aliàs firmauit
Rota coram Mantica deciſ. 180. num. 1. & ſeq.

20 Quæ demum articulantur de facultate ac-
ceptandi quæcumque legata pia pro celebra-
tione Miſſarum, & cum alijs oneribus reli-
cta, videntur pariter eſſe reſecanda, cum illis
reſiſtat Conſtitutio edita à ſan. mem. Vrbano
Octauo 21. Iunij 1635. *in Bullar. tomo 4. in or-
dine la 43. §. 7.* quam etiam ad literam refert
Barboſ. poſt tractat. de offic. Epiſcopi pag. 58. & 59.
prohibens Capitulis huiuſmodi acceptatio-
nes ſine conſenſu Epiſcoporum cum expreſſa
derogatione cuiuſcumq; conſuetudinis etiam
immemorabilis.

Et ita vtraque parte informante deciſum
fuit &c.

TOLETANA PENSIONIS.

Mercurij 16. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Penſionis confidentialis vſus permittitur ad eui-
tandas pragmaticas, adeout reſeruatio ſit pe-
nès vnum, & commoditas ſit penès alterum:
& ſi contingat Papam ſub verbis ampliſſimis
transferre in nouam perſonam penſiones exi-
ſtentes penès ſimplicem Reſeruatarium, talis
translatio comprehendit non ſolum penſio-
ſiones palatinas, ſed etiam alias quaſcumque,
nec apparet de ſtylo contrario.

SVMMARIVM.

1 *Penſio reſeruari poteſt in capite vnius, & commodi-
tas in perſona alterius.*
2 *Penſio reſeruata per Papam in capite vnius, &
translata in caput alterius, non vacat per obitum
primi, ſed ſecundi.*
3 *Penſiones Palatinæ an comprehendantur ſub tranſ-
latione generali.*
4 *Verba generalia, & ampla nullam patiuntur reſtri-
ctionem.*
5 *Verba* omnia, & ſingula *ſunt vniuerſalia, & om-
nia comprehendunt.*
6 *Verbum, quodcumque, nihil excludit.*
7 *Verba generalia, & prægnantia comprehendunt
etiam ea, quæ aliàs non venirent.*
8 *Clauſula,* quod pro nominatim expreſſis, &
inſertis haberi voluit, *operatur, ac ſi de verbo
ad verbum mentio fuiſſet facta.*
9 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
10 *Verba clara non admittunt interpretationem in con-
trarium.*
11 *Atteſtationes extraiudiciales non attenduntur.*
12 *Stylus quomodo probari debeat.*

DECISIO XIII.

SVB die 15. Ianuarij anni præteriti reſolu-
rum fuit coram Reuerendiſſimo D. meo
Dunozetto Decano, penſionem, de qua agi-
tur, fuiſſe reſeruatam ad commodum, & vti-
litatem Abbatis Coſtæ, & Paulum de Iorda-
nis pro ea teneri: Cum autem in eius locum
ſubrogatus fuerim; propoſui dubium ſuper
iiſdem, & Domini quoad vtramque partem
permanſerunt in reſolutis.

Et quoad primam parum elaboratum fuit,
quia Paulus eam non impugnabat, & ratio-
nes in deciſione deductæ tanquam validæ, &
concludentes placuerunt iiſdem Dominis.
Quo verò ad ſecundam, promiſſio de ſoluen-
do dictam penſionem eſt clara, & indubita-
ta, & munita obligatione Camerali, quæ nul-
lo modo retardari valet ſub prætextu, quod
penſio extincta remanſerit per obitum Didaci
1 de Cardenas Hiſpani, In cuius perſona reſerua-
ta fuit ad commodum tamen Abbatis Itali
iuxta receptum Datariæ ſtylum, de quo te-
ſtatur *Lotter. de re benef. lib. 1. quaſt. 36. num. 90. &*
ſeqq. & notat *Gurz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 262*
Rota deciſ. 399. deciſ. 400. & deciſ. 401. part. 1.
diuerſ.

2 Nam cum ſan. mem. Vrban. VIII, per ſuas
literas in forma Breuis, omnes penſiones re-
ſeruatas in perſona dicti Didaci transtulerit in
caput Ioannis Gonzalez Lagunez pariter Hi-
ſpani, penſio de qua agitur, non remanſit ex-
tincta per obitum eiuſdem Didaci, ſed adhuc
viget, & ſuſtinetur in perſona Ioannis Gon-
zalez, vt in ſimili firmauit *Rota in Segobien.*
Penſionis coram Corduba penes Pacif. de Salu. deciſ.
129. per tot. coram Merlino deciſ. 423. num. 22. &
coram Buratto deciſ. 638. num. 8. vbi Add. num. 9.
cumulat concordantes.

3 Nec ſubſiſtit, quod ſub tenore dictarum
literarum illæ tantum penſiones contineán-
tur, quæ pro ſuis familiaribus reſeruatæ exi-
ſtunt, & quæ vulgariter Palatinæ nuncupan-
tur. Nam verba literarum ſunt infraſcripta;
Cum alias dilecto filio Didaco de Cardenas plures,
& diuerſæ penſiones annuæ, quas præſentibus pro no-
minatim expreſſis, & inſertis haberi volumus, etiam
ſi de illarum numero, & quantitate, & perſonarum
ad quarum commodum reſeruatæ fuerant nominibus
indiuidua mentio habenda foret, certis modo, & for-
ma &c. reſeruatæ, vel reſeruari conceſſæ, vel etiam
in eum canonicè translatæ, prout in diuerſis ſupplica-
tionibus, ſeu cedulis motus proprij deſuper ſignatis
plenius cõtinetur &c. motu ſimili ex certa ſcientia &c.
omnes, & ſingulas, & quaſcumque penſiones annuas
prædictas, ac illarum reſeruationes, ſeu translationes,
& ceſſiones, vel confirmationes cum omnibus, & ſin-
gulis cautelis, obligationibus, & alijs in fauorem quo-
rumcumque cuiuſuis qualitatis, & conditionis factis,
& conceſſis &c. transtulimus &c. Quæ verba nul-
4 lã patiuntur reſtrictionem, & operantur, quod
penſiones, quæ alias non includerentur, ſub
illis cenſeantur comprehenſæ, prout in ſpecie
5 de verbis, *omnes & ſingulas*, probat *gloſſ. in*
cap. vt circa, verbo omnia & ſingula, de elect. in 6.
Iaſ. in l. 1. num. 24. ff. de legat. 1. Soccin. ſen. conſ. 10.
num. 2. in fine, lib. 1. & conſ. 3. num. 17. lib. 3. Rota
deciſ. 130. num. 1. par. 2. recent. & in Bononien. Suc-
ceſſionis de Zanis 17. Martij 1641. coram R. P. D.
6 *meo Bichio.* Et de verbo, *quæcumque*, eſt *text. in*
cap. ſolitæ, ad fin. de maiorit. & obedien. Gomeſ. in
regul. de triennali quaſt. 2. verſ. tamen iſtis, & num.
ſeqq. Rota coram Creſcent. deciſ. 1. ſub num. 3. verſ.
in contrariam tamen, de priuileg. & coram ſan. mem.
Gregor. deciſ. 516. eod. num. & ſeqq. Et de om-
7 nibus prædictis verbis, latè firmatum fuit in
Ferrarien. Penſionis 2. Martij anni præteriti coram
Reuerendiſſimo D. meo Decano.

8 Imò cum idem Pontifex declarauerit velle
habere pro expreſſis, & inſertis etiam illas
penſiones de quarum numero, quantitate, &
perſonarum indiuidua mentio habenda foret,
non poteſt dubitari, quod etiam penſionem
controuerſam comprehendere voluerit, per-
inde ac ſi ſpecificè, & indiuidualiter eam
transtuliſſet, *Angel. de Peruſ. in l. ſed & ſi quis,*
§. quæſitum, num. 4. ff. ſi quis cantion. Butr. conſ. 49.
num. 5. & 6. Menoch. conſ. 1003. num. 47. Rota co-
ram ſan. mem. Gregor. deciſ. 109. num. 10. & in re-
cent. deciſ. 282. num. 21. & ſeq. par. 6.

9 Et hæc fortius veniunt dicenda, ex quo in
iiſdem literis apparent exceptæ, & præſeruatæ
illæ tantum penſiones, quæ verè, & realiter
ad commodum Didaci reſeruatæ fuerunt, ſi-
gnum euidens, quod reliquas omnes abſque
vllo diſcrimine intendebat transferre, *ad text.*
in l. nam quod liquidæ, §. fin. ff. de penu legat. Alex.
conſ. 35. num. 20. lib. 4. Couarr. var. reſolut. lib. 2.
cap. 5. num. 6. Rota deciſ. 168. num. 5. par. 2. diuerſ.

10 Minus ſubſiſtit translationem fuiſſe factam
de ſolis penſionibus reſeruatis motu proprio,
ſecùs verò de alijs ad ſupplicationem par-
tium, quia verba ſunt ſatis clara, ibi, *Prout*
in diuerſis ſupplicationibus, ſeu cedulis motus pro-
prij &c. quæ propterea non admittunt inter-
pretationem in contrarium, *l. 3. Cod. de lib.*
præter. Bald. conſil. 174. in fine lib. 2. Rota coram
Coccino deciſ. 203. ſub num. 1. cum alijs pluribus per
Adden. ad deciſ. 460. nu. 129. & ſeqq. par. 4. tom. 2.
recent.

11 Quæ fuerunt deducta circa prætenſum ſty-
lum, cenſuerunt Domini non releuare, nam
atteſtationes ad dictum effectum exhibitæ
ſunt extraiudiciales, & Expeditores in folio
ſubſcripti firmant, tantummodò ipſos non
vidiſſe, nec practicaſſe huiuſmodi translatio-
12 nes penſionum confidentialium, qui non eſt
modus probañ ſtylum, cum debuiſſent refer-
re caſus particulares, in quibus obſeruatum
fuerit ſub translatione huiuſmodi concepta
per verba generalia, & prægnantia compre-
hendi ſolas penſiones Palatinas, iuxta notata
per Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 8. num. 11.
& in conſ. 480. nu. 9. lib. 5. Pariſ. conſ. 112. num. 12.
& ſeqq. lib. 4.

Et ita vtraque &c.

ME-

MEDIOLANEN. CIMILIARCATVS.

Veneris 8. February 1647.

A R G V M E N T V M.

Decretum irritans, etiam ſi non fuerit appoſitum ſuper certo corpore, ſed in lege generali inficit titulum, & poſſeſſionem, quando clarè conſtat illud intrare, & dicitur clarè conſtare non ſolum per rem iudicatam, & confeſſionem Partis, ſed etiam per deciſiones Rotales; Et Habenti Decretum pro ſe competit manutentio, & continuanti poſſeſſionem captam, non poteſt opponi de attentatis.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio debetur illi, qui poſſeſſionem accepit, & ab Inquilinis in Dominum recognitus fuit.*
2 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem.*
3 *Decretum irritans operatur, quod poſſeſſio habeatur pro vacua, ac ſi nunquam capta fuiſſet.*
4 *Decretum irritans, quando non eſt appoſitum ſuper certo corpore, ſed in lege generali, non inficit poſſeſſionem, niſi quandoclarè apparet illud intrare.*
5 *Decretum irritans operatur effectum ſuum, ſi per plures deciſiones reſolutum fuerit illud intrare, & declarantur auctoritates contrariæ. num. 7.*
6 *Manutentio, quando pendet à bono iure, tunc præuia diſcuſſione illius, ex ſtylo Rotæ conceditur ei, qui bonum ius fouet etiam ante ſententiam.*
8 *Decretum irritans poteſt iuſtificari non ſolum per rem iudicatam, & confeſſionem partis, ſed etiam per alias probationes.*
9 *Deciſiones Rotales oſtendunt bonum ius.*
10 *Appellatio ſuſpenſiua non datur à decreto mandati de manutenendo.*
11 *Clauſula,* cũ facultate manutenẽdi quẽ de iure *impedit executionem faciendam, ſed non irritat iam factam, niſi quatenus minus legitimè facta ſit.*
12 *Clauſula;* ſi quid exequendum, *operatur eundem effectum.*
13 *Attentare non dicitur qui continuat.*

D E C I S I O XIV.

1 ITERVM commiſſa cauſa cum facultate manutenendi quem de iure, iterum Domini reſponderunt ad fauorem Iulij, qui vigore prouiſionis reportatæ ab Ordinario, & à Sede Apoſtolica cœpit poſſeſſionem Cimiliarcatus controuerſi ſub die 12. Martij 1640. cum ſubſecuta recognitione Colonorum, & perceptione fructuum, *ad text. in l. Titia, ff. de ſolut. & in l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. Rota coram Mantica deciſ. 227. num. 7. & in recent. deciſ. 135. nu. 2. parte 1.*

2 Et quamuis Capitulum docuerit de anteriori poſſeſſione; attamen cum illa apprehenſa fuerit in vim vnionis factæ contra formam Concilij Tridentini, & reuocatæ per regulam 13. Cancellariæ, non venit attendenda, nec eſt manutenibilis, attento decreto irritanti appoſito tàm in confirmatione eiuſdem Concilij, quàm in dicta regula vnionum reuocatoria, quod decretum inficit titulum, & poſſeſſionem, *iuxta text. in cap. ſi eo tempore, de elect. in 6.* & notat *Prob. ad Monach. in cap. tibi, 12. nu. 18. de reſcript. pariter in 6. Hoied. de incompatib. benefic. par. 1. cap. 10. num. 6. & ſeq. Rota coram Merlino de-*
3 *ciſ. 106. num. 5.* Et operatur, vt poſſeſſio habeatur pro vacua, & ac ſi nunquam fuiſſet capta; vel ſaltem quod careat omni iuris effectu ad notata per *Archidiac. in cap. Ordinary, num. 3. de off. Ordinar. in 6. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 46. num. 64. Creſcent. deciſ. 1. num. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Mantica deciſ. 40. num. 8. Coccin. deciſ. 51. num. 4. & in recent. deciſ. 43. num. 2. & ſeqq. part. 5.* & firmatum fuit *in Leodien. Beneficy 22. Maij* 1643. vbi tam ad effectum denegandi manutentionem poſſeſſori anteriori, quam illã concedendi poſteriori, *coram R. P. D. meo Bichio.*

4 Nec refert, quod huiuſmodi decretum non ſit appoſitũ ſuper certo corpore beneficij, ſed in lege generali, ideòque donec clarè non conſtet, an illud intret, nempè an vnio facta fuerit contra formam Concilij, & Regulæ reſeruatoriæ, manutentio ſit danda poſteriori poſſeſſori, vt firmauit *Rota deciſ. 341. num. 3. & dec. 516. n. 4. par. 1. recent.* cum alijs pluribus cumulatis per *Poſt. in tract. de manut. obſeru. 46. n. 15.*

5 Nam cum in caſu iſto fuerit per plures deciſiones iam reſolutum intrare decretum irritans, & illarum vigore lata ſententia Rotalis, vtique eſt plusquam certum decretum remanere iuſtificatum, perindè ac ſi in ſpecie appoſitum ſuper hoc beneficio, nec alia certitudo eſt expectanda, vt pluries firmauit *Rota, & ſignantèr penès Garz. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 415. & coram Caſſad. deciſ. 1. num. 2. de reſtit. ſpoliat. in Romana ſpolij domus poſt Marcheſ. de commiſſ. par 2. fol. 210. num. 3. verſ. non obſtat, quod decretum, in Romana, ſeu Terracinen. Affictus apud Poſt. de manut. deciſ. 215. à num. 15. & in recent. deciſ. 48 per tot. part. 5. & deciſ. 250. num. 24. & & ſeqq. par. 7.* Et approbando deciſiones huius cauſæ, & præſertim vltimam ſub die 15. Maij 1645. firmatum fuit *in Calaguritana Beneficij de Cornago 17. eiuſdem menſis, & anni coram R. P. D. meo Bichio, in Ciuitaten. Archipresbyteratus 3. Iulij dicti anni 1645. coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana Beneficy 31. January 1646. coram eodem.*

6 Et inueteratus eſt ſtylus huius ſacri Tribunalis, quod quando manutentio contenditur à pluribus, tunc præuia diſcuſſione boni iuris concedatur mandatum de manutenendo ad fauorem partis, quæ fouet bonum ius, non ſolum ante rem iudicatam, ſed etiam ante latam primam ſententiam, vt videre eſt *in deciſ. 110. coram Durano in princ. & coram Merlino deciſ. 410. num. 4. & 5. & in recent. deciſ. 282. par. 6. & & paſſim in alijs.*

7 Hinc patet non applicari deciſiones *in Oxomen. Cappellaniæ coram Platto, in Barchin. Canonicatus coram R. P. D. meo Rojas,* & aliæ, quæ exaduerſo allegantur; quia loquuntur in caſibus, in quibus per Rotam non fuerat cognitum an eſſet locus decreto, ſecus verò poſtquam fuit cognitum, *vt in dicta Calaguritana Beneficy de Cornago 17. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Bichio,* & declaratur *in Beneuentana Cano-*

nictus 19. Ianuarij 1646. coram R.P.D. meo Penzingero.

8 Nec ſubſiſtit, quod neceſſaria ſit res iudicata, vel confeſſio partis ad effectum, vt decretum dicatur iuſtificatum; nam licet res iudicata, & confeſſio partis dicantur liquidiſſimæ probationes, attamen non excluduntur aliæ, quæ de iure admitti ſolent, vt videtur ſentire *Soccin. in l. rem quæ nobis, num. 19. ff. de acquir. poſſeſſ.* & in ſpecie firmauit *Rota in exaduerſo allegata deciſ. 527. num. coram Buratto, & deciſ. 250. num. 27. par. 7.* vbi etiamſi requiratur aliqua diſcuſſio, *& in Romana, ſeù Terracinen. Affictus coram Pirouano penes Poſt. de manut. deciſ. 215. num. 19. & in Cæſaraguſtana Parochialis de Maella 6. Nouembris 1617. coram Coccino.*

9 Et quod idem operetur ad effectum, de quo agitur, iuſtificatio per rem iudicatam, vel per alia documenta, & per deciſiones Rotales firmauit *Rota deciſ. 34. num. 2. & 3. part. 7. recent.* Nam deciſiones Rotales bonum ius oſtendunt, vt dixit *Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 524. num. 4. & dicta deciſ. 34. num. 3. part. 7. recentior.*

Non obſtat, quod poſſeſſio Iulij fuerit attentata tanquam capta pendente termino ad appellandum, & propter reſcriptum Signaturæ cum facultate manutenendi quem de iure;
10 nam quoad primum caput ceſſat prętenſio ex eo, quia agebatur de decreto mandati de manutenendo, à quo non datur appellatio ſuſpenſiua, non ſolum de iure ciuili, ſed nec etiam de iure canonico, *Rota coram Seraphino deciſ. 1295. num. 1. & ſeqq. & coram Cauaoler. deciſ. 88. num. 1. & in recentior. deciſ. 287. numer. 7. parte 2.*

11 Et quoad ſecundum; quia clauſula *cum facultate manutenendi quem de iure*, reſpicit futura, non autem præterita, & ideò impedit executionem faciendam, ſed non irritat iam factam, quatenus tamen ſit legitimè facta, *Rota deciſ. 305. num. 15. & ſeqq. par. 6. recent. & in Mediolanen. Beneficij 17. Decembris 1640. coram*
12 *R.P.D. meo Bichio*, & de clauſula, *ſi quid exequendum, Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 706. n. 46.* & latè firmatum fuit *in Romana Cambij 8. Iunij anni præteriti 1646. coram me.*

13 Inhibitiones verò exequutæ poſt captam poſſeſſionem à Iulio nihil operantur, nam cum ipſe reperiretur in poſſeſſione faciendo actus ſimiles dicitur continuaſſe, non attentaſſe, *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. limitat. 5. Rota coram ſa. me. Gregor. deciſ. 557. num. 1. & ſeqq. & ibi Add. num. 5. & 6.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 25. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta ex quibus cauſis excuſetur à caducitate ob canones non ſolutos, & an ob defectum huiuſmodi, & ob prætenſam lineam finitam, liceat Proprietario poſſeſſionem capere propria authoritate.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex pluribus locationibus continuatis, & effectum ſortitis.*
2 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis.*
3 *Poſſeſſio anterior venit manutenenda.*
4 *Poſſeſſio poſterior ſine citatione partis dicitur clandeſtina, & turbatiua, nec præiudicat poſſeſſori anteriori.*
5 *Deuolutio debet eſſe clara, & indubitata ad hoc vt Dominus directus poſſit de facto poſſeſſionem capere.*
6 *Deuolutio ſi ſit turbida debet Dominus directus agere iudicio petitorio.*
7 *Amplia non obſtante facultate capiendi poſſeſſionem propria authoritate.*
8 *Emphyteuſis pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq; in perpetuum, cum clauſula,* ad habendum, & quicquid voluerit facieñ, *eſt tranſitoria ad hæredes etiam extraneos.*
9 *Relatio operatur vt omnia contenta in relato cenſeantur expreſſa in referente.*
10 *Verba* pro hæredibus, & ſucceſſoribus, *debent intelligi de extraneis, quando in hæredibus ſanguinis verificari non poſſunt.*
11 *Obſeruantia ſubſecuta declarat verba ambigua conceſſionis.*
12 *Emphyteuta excuſatur à caducitate ob non ſolutum canonem, ſi fuerit abſens.*
13 *Excuſatur ſimiliter ſi potuerit credere illos fuiſſe ſolutos mediantibus ſequeſtris factis.*
14 *Teſti mediatori plurimum deferen. venit.*
15 *Ad caducitatem euitandam ſufficit etiam probabilis credulitas.*
16 *Et qualibet cauſa etiam fatua, & iniuſta excuſat.*
17 *Manutentio dari non poteſt, niſi doceatur de poſſeſſione.*
18 *Manutentio dari non poteſt, quando poſſeſſio eſt nulla, & attentata.*
16 *Deuolutio, & extinctio lineæ debet ab allegante probari.*
20 *Deuolutio ſi non eſt clara, non poteſt procedi per viam manutentionis.*
21 *Sententiæ virtus, & effectus ſuſpenditur per appellationem.*

DECISIO XV.

PRAETENDENS modernus Rector Sanctorum Simonis & Iudæ ob lineam finitam, & Canones non ſolutos, deuolutam eſſe ad eius Eccleſiam domum aliàs ſub die 17. Octobris 1547. in emphyteuſim conceſſam Vincentio de Ferrarijs, & per Franciſcam Felicem poſſeſſam; ſub die 23. Ianuarij 1643. de facto illa non citata, poſſeſſionem præfatæ domus accepit.

Vndè introducta à principio cauſa coram Reuerendiſſ. Vrbis Viceſgerente, qui Rectori mandatũ de manutenẽdo conceſſit, & per diffinitiuam ſententiam, nullum ius dictæ Franciſcæ Felici competere pronunciauit, & deindè per viam appellationis, mihi commiſſa, propoſui dubium, Cui eſſet dandum mandatum de manutenendo, & Domini ad fauo-
1 rem Franciſcæ Felicis reſponderunt, ex quo conſtat

conſtat de anteriori poſſeſſione illius, non ſolùm ex pluribus locationibus eiuſdem domus continuatis, & effectum ſortitis, iuxta *gloſſ. in l. qui vniuerſas, §. quod per Colonum, in verbo Colonum, ibique Aretin. num. 6. de acquiren. poſſeſſ. Bart. in l. ad probationem, verſ. pone enim, C. locat. Gabr. de locat. concl. 4. num. 2. & ſeqq. Rot. coram Andrea deciſ. 61. num. 3.*

2 Sed etiam ex confeſſione propria ipſius Rectoris, qui in Inſtrumento publico ſub die 8. Decembris 1636. declarauit recepiſſe ſc. 28. b. 80. pro canonibus decurſis, & non ſolutis præfatæ domus emphiteoticæ, per dictam Felicem poſſeſſæ, quę confeſſio ſuperat quamcumque probationem, *Felin. in cap. olim, nu. 10. verſ. limita ſecundo, de reſcript. Menoch. de retinen. rem. 3. num. 596. verſ. rursùs, Rota deciſ. 708. nu. 1. par. 4. tom. 3. recent.*

3 Et propterea debet illi concedi mandatum de manutenendo, vt in his terminis firmauit *Rota coram Andrea dicta deciſ. 61. num. 4. in Bononien. de Carnalibus* 11. *Ianuarij* 1602. *penès Marcheſ. de commiſſ. tom. 2. fol. 545. per tot. & in recen. deciſ. 420. num. 3. & 23. par. 4. tom. 2.*

4 Nec obſtat poſſeſſio poſterior Rectoris capta 28. Februarij 1643. quia vti apprehenſa propria auctoritate, & ſine citatione dicitur clandeſtina, & turbatiua, nullumque Franciſcæ Felici præiudicium inferre potuit, *cap. licet cauſam de probat. cap. licet Epiſcopus, de præbend. in 6. Bart. in l. ſi duo, ſub num. 4. verſ. ſi vero teſtes, ff. vti poſſidetis, Rota deciſ. 366. num. 2. par. 1. recent. Buratt. deciſ. 263. num. 3. & penès Poſt. de manut. deciſ. 330. num. 21. & ſeqq. cum alijs in Imolen. Beneficij 23. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Corrado.*

5 Prætenſio verò, quod ob lineam finitam, & Canones non ſolutos, licuerit de facto Rectori poſſeſſionem accipere, ceſſat ex eo, dum deuolutio, & caducitas non erat clara, & indubitata, prout requiritur ad hunc effectum, ſed plures patiebatur difficultates, & probabiliter controuerti poterat, quo caſu non
6 permittitur Domino directo exercitium propriæ authoritatis, ſed iudicio petitorio contra poſſeſſorem agendum eſt, qui interim debet in ſua poſſeſſione manuteneri, iuxta doctrinam *Speculat. in tit. de emphit. §. nunc aliqua, quæſt. 42. num. 62. verſ. tu dic. Corn. conſil. 193. nu. 3. lib. 3. Gabr. conſil. 67. num. 17. lib. 2. Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. can. quæſt. 12. num. 3. & ſeqq. Fachin. contrau. iuris lib. 1. cap. 95. in fin. Gratian. cap. 736. num. 7. & 8. Thomat. deciſ. 16. num. 16. relati à Poſt. de manut. obſeruat. 16. numer. 47. & ſeqq. Rota poſt eundem deciſ. 111. numer. 7. & ſeqq. deciſ. 168. eodem numero, deciſ. 231. num. 7. & deciſ. 293. num. 3. & apud Paciſc. de Saluian. deciſ.* 141. *num. 9. & ſeqq. & penès Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 566. numer. 1. & per tot. Andr. deciſ. 36. num. 6. & deciſ. 61. num. 7. & in recent. deciſ. 409. num. 7. part. 1. deciſ. 420. numer. 22. & 23. part. 4. tom. 2. & deciſ. 359. num. 4. & 5. par. 5. & in Vladiſlauien. Villa de Hoppembruch 13. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Cerro.*

7 Quam opinionem procedere etiam attenta facultate capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, probat *Mantica de tacit. lib. 22. tit. 22. numer. 14. verſ. cum autem, & deciſ. 194. num. 2. & ſeqq. Adden. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 105. littera A. & penès Poſt. de manut. deciſ. 336. num. 8.* & latè firmatum fuit *in Fanen. ſeu Senogallien. Bonorum ſuper immiſſione 14. Martij 1646. coram R. P. D. meo Meltio.*

8 Quatenùs enim deuolutio deducitur, ob finitam lineam Vincentij de Ferrarijs, & illa non poterat dici clara, dum conceſſio fuit facta Vincentio, ac eius hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque in perpetuum, cum clauſula, *ad habendum, & quicquid voluerit faciendum*, quo caſu venire hæredes, etiam extraneos, probat *Cald. de iure emphit. libr. 2. quæſt. 23. numer. 52. & 53. Clar. §. emphiteuſis, quæſt. 28. num. 9. Caualer. deciſ. 290. num. 1. & deciſ. 293. per totam. Bononien. emphyteuſis 16. Iunij 1597. coram Penia, Romana Vinea 22. Martij 1602. & in Papien. bonorum. 10. Maij eiuſdem anni, coram clar. mem. Card. Pamphilio, cum pluribus in Sarſinaten. feudi 22. Iunij, & 13. Decembris 1645. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano.*

9 Et licet in ſupplicatione, & precibus Sanctiſſimo porrectis non legantur verba, *quibuſcumque*, & ſimilia, nihilominus cum in eadem ſupplicatione habeatur relatio ad Inſtrumentum prædictum, ibi, *& prout plenius dicitur contineri in ipſo Inſtrumento conceſſionis* potuit Franciſca Felix, vigore præfatæ relationis iuſtè prætendere, quod omnia contenta in Inſtrumento cenſerentur repetita in ſupplicatiòne, *Bald. in l. 2. num. 4. C. de error. Aduocat.* & in terminis *Rota deciſ. 14. num. 42. & ſeqq. par. 6. & deciſ. 548. num. 13. par. 4. tom. 3.*

10 Maximè cum idem Vincentius eſſet eo tempore Clericus, & talis enunciatus, tam in Inueſtitura, quam in confirmatione Apoſtolica, & paulò poſt ad Epiſcopatum promotus, ita vt dicta verba ad eius filios, & deſcendentes nullo modo adaptari poſſent. & propterea de hæredibus, & ſucceſſoribus extraneis neceſſariò deberent intelligi, vt notat *Curt. de feud. 2. par. 1. par. num. 40. Clar. §. feudum, quæſt. 79. num. 4. Cald. quæſt. 20. num. 23. & 37. & quæſt. 23. num. 69. lib. 2. Soccin. conſ. 13. num. 1. lib. 3. cum alijs per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 339. num. 42.*

11 Quod comprobauit etiam obſeruantia ſubſecuta, nam idem Rector præſtitit conſenſum alienationi prædictæ domus factæ de anno 1605. ad fauorem Virginij Martini auctoris Franciſcæ Felicis, recipiendo ab eo laudemiũ, & canones, prout etiam eoſdem canones recepit à prædicta Franciſca, adeò vt non poſſit dicere conceſſionem eſſe finitam, dum præfatos de Martinis per ſpatiũ 40. annorum in emphiteutas recognouit, *Corbul. de cauſ. priuat. ex eo, quod emphiteuta non oſtendit Domino Inſtr. renouationis num. 2. Rota deciſ. 261. num. 4. par. 1. recent.*

12 Quatenus autem deuolutio prætenditur ob canones non ſolutos, ab anno 1639. vſque ad tempus apprehenſæ per Rectorem poſſeſſionis, & reſiſtit non ſolùm minor ætas Franciſcæ Felicis, illiuſque abſentia ab Vrbe, prout de muliere, & minore, *Mant. de tac. lib. 22. tit. 27. num. 42.*

num.42. Ruin. conſ.110.num.7. lib.1. Specul. tit.de empbit. §.nunc aliqua,quaſt.14.num.24. & ſeqq. & de abſente *Corbul.de cauſ. priuat.ob non ſolut.can. limit.10. num.2. Dec.conſ.138. num.7. Rota deciſ. 509.num.3. & deciſ.719.num.8.& 9. par.4.tom.3. recent.*

13 Verùm etiam ſequeſtrum factum contra
Inquilinos ſuper pẽſionibus eiuſdem domus,
Rota d.deciſ.719.num.10.& 11.par.4.tom.3.recent.
Et quod magis eſt aſſignatio dictarum penſio-
num, cum obligatione Inquilini de illis ſol-
uendis acceptata ab ipſo Rectore, vt deponit
14 Ioannes Palumbus Curialis notę integritatis,
cui tanquam mediatori,& atteſtanti de nego-
tio ab ipſomet geſto, plurimum deferendum
venit, iuncta præſertim atteſtatione Bizozari,
eius iuramento recognita, *Bart. in l.1. §.Idem Cornelio num.2. verſ.vltimo vides, ff.de quaſt. Rota coram ſanct. mem. Gregor. deciſ.247.num.6. & ſeq. deciſ.521.num.2. & deciſ.544.num.18. & 19. cum alys per Add. ad Buratt. deciſ.117.num.16.*

Ex quibus apparet Franciſcam Felicem,
vel Canones perſoluiſſe, vel ſaltem inſtè po-
tuiſſe credere illos fuiſſe ſolutos,& Rectorem
15 de eis ſatisfactum, quæ probabilis credulitas
ſufficit ad euitandam caducitatem, *Iaſ. in l.2. num.53.quaſt.16. verſ. limita tamen, C. de iure emphiteut. Caputaq.deciſ.180.num.4.part.1.ſanct.mem. Gregor. deciſ.388. num.4. Buratt. deciſ.624.num.7. & ſeqq.Romana pratenſa deuolutionis 22.Iuny 1624 coram Remboldo, Gratian.cap.633.num.24.& ſeqq. & cap.675.num.33.*

16 Cum quælibet cauſa etiam fatua, & iniuſta
excuſet à caducitate,& à pœna, *l.igitur,§.poteſt, ff.de lib.cauſ. Corbul.de cauſ.priuat.ob non ſolut.can. limit.17. num.2. Romana deuolutionis 12. Nouembris 1610.coram Coccino,& in alia Romana pratenſa deuolutionis 22.Iuny 1624.coram Remboldo,& in recent. deciſ.281.num.5.part.4.tom.2.*

17 Minùs obſtat alia poſſeſſio capta per eun-
dem Rectorem ſub die 22. Ianuarij 1644. vi-
gore mandati de manutenendo obtenti à Re-
uerendiſſimo Viceſgerente, nam cum prior
poſſeſſio fuerit nulla,& attentata in vim illius
manutentio dari non poterat, ſicut enim illa
ceſſat quando non conſtat de poſſeſſione, *§.re-*
18 *tinenda Inſtit.de interdict.* ita etiam quando poſ-
ſeſſio eſt nùlla, improba, vel infecta, *Rota in Colimbrien. praſtimoniorum 18. Iuny 1632. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, apud Poſt. de manut. deciſ.330.num.18.*

Nec dicatur. quod ſaltem eadem manuten-
tio potuerit concedi vigore poſſeſſionis ciui-
lis, quæ remanet penès Proprietarium, nam
19 illa ſuſtineri non valet,dum non fuit doctum
de extinctione lineæ,& de caducitate,quæ per
allegantem probari debet, *Speculat.in tit.de emphit. §.nunc aliqua num.66. Rota coram Buratto deciſ.393. ſub nu.5. verſ.Iniuſtitia verò, & num.ſeqq. & in re ce nt.deciſ.25.num.1.& ſeqq. part.6.*

Et ex his patet reſponſio ad deciſ. in con-
trarium adductam in *Romana de Bombellis 31.*
20 *May 1613. coram Sacrato,* nam dùm deuolutio
non erat clara, non poterat procedi per viam
manutentionis, & ſic conſtat de iniuſtitia
mandati de manutenendo, *Rota in Romana Domus 16.Februarij 1632. coram Pirouano, apud Poſt. deciſ.336.num.5. cum alys suprà allegatis.*

Non obſtat ſententia lata in petitorio, in
qua dictum fuit nullum ius competere Fran-
ciſcæ Felici, quia cum ab ea fuerit appellatũ,
& appellatio ſimpliciter per Signaturã admiſ-
ſa, interim poſſidens, non poterat ſua poſſeſ-
21 ſione priuari, ſed in ea debebat manuteneri,
quia virtus primæ ſententiæ, & illius effectus
remanebat ſuſpenſus per appellationem, *Abb. conſ.69.num.2. verſ.ſed in caſu noſtro lib.1. Adden. ad Buratt. deciſ.436.num.12.* & in his terminis *Rota dicta deciſ.336. num.9. & 10.* penès *Poſt. de manut.*

Et hæc dixerunt Domini ad effectum ma-
nutentionis tantummodò partibus hinc indè
informantibus.

ASCVLANA DOTIS.

Veneris 5.Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Alimenta debentur Mulieri petenti ſuam Dotem conſtito de paupertate, & præſumptione boni iuris, etiam ſi agat ad rem particularem.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, vt debeantur à Collitigante requiritur paupertas, & praſumptio boni iuris.*
2 *Mulier non praſumitur habere aliud prater dotem.*
3 *Alimenta debent ſuppleri per Collitigantem quando Creditor non habet bona ſufficientia.*
4 *Alimenta debentur Mulieri agenti pro conſecutione Dotis etiamſi habeat Maritum diuitem.*
5 *Praſumptio boni iuris reſultat ex capitulis matrimonialibus, & ex Decretis relaxationis mandati.*
6 *Amplia etiam ſi ab illis fuerit appellatum.*
7 *Promiſſio Mariti quod Vxor renunciabit bonis paternis, & maternis non praiudicat Vxori niſi ratificet.*
8 *Legitima non recipit onus, vel grauamen.*
9 *Alimenta debentur Collitiganti quamuis agat ad rem particularem.*
10 *Alimentorum quantitas taxatur arbitrio Iudicii.*

DECISIO XVI.

RODVLPHVS Malaſpina in capitulis matrimonialibus initis de anno 1639. promiſit pro dote Marcellinæ filiæ ſoluere florenos 6000. Federico Cauto eius Viro, nempè 1700. in quodam prædio, 300. incontanti, reliquam verò ſummam ad rationem florenorum 400 ſingulis annis.

Deindè de anno 1645. idem Rodulphus reliquit iure legati prædictæ Marcellinæ omne id, quod ei competere poſſet, pro legitima in bonis, & hæreditate ipſius Teſtatoris comprehenſa tamen dote aliàs per eundem conſtituta, & à reliquis bonis eam penitus excluſit, & exhæredauit, vt ſunt verba Teſtamenti, *in Summario num.2.*

Diſſo-

Diſſoluto matrimonio per obitum Viri
introduxit Marcellina iudicium contra hære-
des Patris pro terminis decurſis, & non ſolu-
tis, & ab A.C. mandatum executiuum obti-
nuit, à quo cum dicti hæredes appellauerint,
cauſaque appellationis mihi commiſſa fuerit
cum clauſula, *ſi quid exequendum, & cum facul-
tate ſubminiſtrandi in primis, & ante omnia ali-
menta, & ſumptis litis*, propoſui dubium,
An, & ad quam ſummam illa deberentur;
1 & Domini reſponderunt illa deberi ad ratio-
nem quinque pro centenario moti ex eo, quia
cõcurrunt requiſita ad illorum pręſtationem,
nempè paupertas, & præſumptio boni Iuris,
*ad text. in l.ſi inſtituta, §. de inofficioſo ff. de inoffic.
teſtam. l.fin. §.quod ſi et, C.de ordin.cognit.* & paſſim
ſeruat *Rot. vt coram Caualer. deciſ.467. numer.1.
& deciſ.554. eodem numero, & in recent.deciſ.517.
numer.6.* cum pluribus cumulatis ibidem per
Adden. num.18. & ſeqq. part.4.tom.3.
2 Paupertas reſultat ex eo, quod Marcellina
fuit à paterna hęreditate excluſa cum promiſ-
ſione dictæ Dotis, quam adhuc integrè cõſe-
qui non valuit, & cum nihil aliud præter ean-
dem dotem habere præſumatur, huiuſmodi
præſumptioni in caſu iſto eſt ſtandũ, *Theſaur.
deciſ.43.num.5. Buratt. deciſ.966.num.3.* ibique
Add.nu.10. & 11. Fanen. Dotis 20.Nouembris 1641
*§.Paupertas coram R.P.D.meo Cerro, & in Ferra-
rien.Dotis 16.Martij* 1646.*§.Concurrit coram R.P.
D.Peutingerio*.

Nec obſtare viſum fuit, quod ad compu-
tum Dotis prædictæ prætendantur ſoluti Fę-
derico primò Viro floreni 2400. Nam vltra
quod non apparet, quod ad manus Marcelli-
næ peruenerit niſi Prædium ſupradictum va-
loris florenorum 1700., quod ad rationem
quinque pro centenario non reddit niſi ſcu-
ta 40. circiter monetæ Romanæ, vtique talis
3 ſumma ſicuti non eſt ſufficiens pro alimentis
Mulieris nobilis, vt etiam deponunt Teſtes
pro eius parte examinati, *in Summario num.6.*,
ita non liberat Collitigantem ab illorum pręſ-
tatione, vt in puncto firmauit *Rot.in dicta Fa-
nen. Dotis 20.Nouembris* 1641. *ſub §. Non obſtat,
4 coram R. P. D. meo Cerro*, vbi ampliat etiamſi
conſtaret Mulierem habere Virum diuitem,
quia adhunc effectum diuitiæ Viri non atten-
duntur, ſi dotem promiſſam non valuit exi-
gere, vt probat *text.in l.fin. C. ad S.C. Velleian.*
& notat *Bald. in l.in Inſulam, §.vſuras numer.1.
verſ.nota*, & ibi *Caſtr.num.2. ff.ſolut.matrim. Alex.
in l.ſi cum dotem, §.ſin autem nu.8. verſ.item adde,
ff.eodem, Lup.in cap.per veſtras in ſecunda parte §.1.
in princip. & per tot. & §.44.in 3.notabili, verſ.ſed
ego teneo, de donat. int. Vir.& Vxor. Martin.Coler.
de alim.lib.1.cap.10.num.5. Mareſcott. var.reſolut.
lib.2. cap.83.num.20. Rota in Romana Bonorum de
Cenlis 14.Nouembris* 1603. *coram Penia*.
5 Pręſumptio verò boni Iuris reſultat nedum
ex conſtitutione Dotis, de qua in capitulis
matrimonialibus, & Teſtamento eiuſdem
6 Rodulphi, ſed etiam ex decreto relaxationis
mandati obtento ab A. C., quamuis ab illo
fuerit appellatum: quia per appellationem
non tollitur pręſumptio boni Iuris, quæ ſuffi-
cit ad effectum alimentorum, *Aym.conſil.164.
num.1. & 2. Buratt. deciſ.905.num.6. Romana Vi-
nea 7.Maij* 1645. *coram R.P.D. meo Meltio, & in
Bononien. Alimentorum 3. Iulij eiuſdem anni coram
Reuerendiſſimo D.meo Decano*.
6 Minus pręſumptio huiuſmodi videtur ceſſa-
re ex eo, quod recuſet Marcellina renunciare
bonis Paternis, Maternis, & Fraternis iuxta
formam eorundem capitulorum: Nam cum
talis promiſſio fuerit facta à Marito, nec ab
ipſa Marcellina ratificata appareat, vtique illi
non præiudicat, per *text.in l.inter ſtipulantem 83.
ff.de verb. obligat.* & optimè probat *Caſtr. con-
ſil.278. incipien. Ad primum reſpondetur nu.3. verſ.ſed
& tertiò lib.2. Gabr.conſ.131.in princ. lib.2. Boer.
deciſ.3.num.15. verſ.& concludo, & num. ſeqq.* vbi
refert ſic fuiſſe per Senatum iudicatum, *Rot.
deciſ.160.num.1. & ſeqq. part.3. recent.*

Maximè cum Pater in Teſtamento poſteà
condito de anno 1645. reliquerit eidem Mar-
cellinæ iure legati legitimam comprehenſa
dote antea cõſtituta, per quam diſpoſitionem
8 videtur à priori uoluntate receſſiſſe, & onus
iniunctum reuocaſſe, cum legitima grauamen
non recipiat, *l.quoniam in prioribus, & l.omnimo-
do, C.de inoffic. teſtam. Rot.coram ſan.mem.Gregor.
deciſ.421.nu.8. & in recent. deciſ.27.num.8. & de-
ciſ.342.nu.1. & 4. part.5. & deciſ.83.nu.8. part.4.
tom.2.*
9 Demùm non obſtat, quod in præſenti caſu
agatur de re particulari, non autem de vniuer-
ſitate bonorum, in quibus terminis loquitur,
*text. in l. ſi inſtituta, §.de inofficioſo, ff.de inofficioſ.
teſtam.* quia textus prædictus non facit vim in
huiuſmodi qualitate, & circumſtantia, ſed
tantum ponderat inopiam Creditoris, vt patet
ex illis verbis, ibi: *Placuit interim propter inopiam
Pupilli* & benè explicat *Rot. in Anconitana Cen-
ſuum coram Sacrato, quæ eſt dec.748. ſeù 749. par.2.
recentior.* & melius in præfata cauſa *27.Nouem-
bris* 1615. *coram eodem*, in quibus deciſionibus
declaratur doctrina *Lupi in dicto cap.per veſtras*;
& reprobatur opinio Surdi illum ſequentis
tanquam nullo iure, aut ratione ſuffulta,
& latè proſequitur *Adden. ad deciſ.517.num.28.
verſ. præterea notan, & numeris ſeqq. part.4. tom.2.
recentior.*
10 Quo verò ad quantitatem placuit Dominis
pro nunc arbitrari ad rationem quinque pro
centenario pro reſiduo dotis inexactæ, prout
in his pręcisè terminis aliàs cenſuit, *Rot.in alle-
gata Fanen. Dotis 20.Nouembris* 1641. *corã R.P.D.
meo Cerro, & in dicta Ferrarien. Dotis 16. Mar-
tij* 1645. *coram R.P.D. meo Peutingerio*.

Et ita deciſum vtraque Parte informante.

GANDAVEN. EXEMPTIONIS.

Veneris 10.Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Exemptio à Iuriſdictione Ordinarii acquiritur
per priuilegia ampliſſima Summorum Pon-
tificum, quibus renunciari non poteſt per
Exemptum immediatè ſubiectum Sedi Apo-
ſtolicæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Exemptio à Iuriſdictione Ordinarij ex quibus reſultet.*
2 *Renunciatio facta per vim, & metum non venit attendenda.*
3 *Exemptus, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus non poteſt ſinè conſenſu Pontificis renunciare priuilegio exemptionis, & alterius Iuriſdictionem prorogare.*
4 *Superioris intereſt ne Subditus ab alio iudicetur.*
5 *Renunciatio Exemptionis an ſuſtineatur in præiudicium Renunciantis.*
6 *Exemptionis priuilegium reſpicit non ſolum fauorem Exempti, ſed etiam Eximentis.*
7 *Exemptus immediatè ſubiectus Sedi Apoſtolicæ non poteſt renunciare priuilegio Exemptionis.*
8 *Actus facti per Epiſcopum contrà Exemptum non præiudicant Sedi Apoſtolicæ, cui eſt ſubiectus.*
9 *Decretum irritans inficit Titulum, & poſſeſſionem.*
10 *Poſteriora derogant prioribus.*
11 *Ordinarijs non competit Ius viſitandi ea Monaſteria, in quibus regularis obſeruantia exercetur.*

DECISIO XVII.

EXISTENTIBVS Monaſterijs tàm Fratrum, quàm Monialium SS. Saluatoris, Ord. S. Birgittæ Teneramundanæ in pacifica quaſi poſſeſſione exemptionis ab auctoritate, & poteſtate Epiſcopi Gandaueñ Ordinarij, contendentis eadem Monaſteria, necnon perſonas, & bona illorum Iuriſdictioni ſuæ eſſe ſubiecta, fuit per Signaturam Sanctiſſimi, cõmiſſa cauſa Eminentiſſ. Card. Panzirolo tunc Rotæ Auditori, in cuius locum ſuffectus dubitaui, an conſtaret de omnimoda exemptione, & libertate à Iuriſdictione Ordinarij: Et DD. in contumaciam Epiſcopi negligentis comparere, informantibus tantum Monialibus, Fratribus, & Confeſſario, affirmatiuè reſponderunt: Moti ex ampliſſimis priuilegijs, & indultis Summorum Pontificum Bonifacij IX. Ioannis XXII. Pauli II. & Leonis X. *Datis in Summar. num. 2. 3. 4. & 5.* Ex quibus apertiſſimè conſtat dicta Monaſteria, Abbatiſſam, Moniales, & Confeſſarium, necnon bona quæcumque tàm preſentia, quàm futura, eſſe prorſus exempta, & immunia ab omnimoda Ordinariorum, & aliorum quorumcumque Iuriſdictione, auctoritate, dominio, viſitatione, & correctione, & ſub iure, proprietate, ac protectione Diui Petri, eiuſque
1 S. Sedis fuiſſe ſuſcepta; Ex cuius ampliſſimæ conceſſionis forma clarè reſultat omnimoda, & totalis exemptio eorundem Monaſteriorum, à iuriſdictione Ordinarij, iuxtà *text. in cap. ſi Papa; & in cap. eum perſonæ de priuileg. in 6. Innocent. in cap. ueniens nu. 7. verſ. libertate de verbor. ſignific. Ang. in ſumm. verb. exemptus num. 2. & eod. Tabien. nu. 4. Dec. conſ. 113. num. 6. verſ. & in iſto priuilegio, & num. ſeq.* vbi ampliat etiam ſi non fuerit facta mentio de Iure Ordinarij. Quod etiam voluit *Chokier. de iuriſdict. Ord. in exempt. part. 1. quæſt. 11. à nu. 5. verſ. nec erat neceſſe vſque ad fin. Maſcard. de prob. concluſ. 713. num. 1. verſ. primò ſi dicatur, & num. 2. Mar. Antonin. var. reſol. lib. 3. reſol. 4. num. 1. Rota in Brunduſina Iuriſdictionis 9. Februarij 1579. coram Bubalo; & coram Seraphin. deciſ. 1025. per tot.*

2 Nec obſtare viſum fuit, quod Abbatiſſa, & Moniales, necnon Fratres, & Confeſſarius renunciauerint priuilegijs prædictis ſubijciendo ſe, & bona Iuriſdictioni eiuſdem Epiſcopi: nam vltrà quod huiuſmodi renunciatio extorta fuit per vim, & metum, vt firmatum fuit in præſenti cauſa ſub die 29. Aprilis 1641. coram Eminentiſſ. Panzirolo, & propterea nullius eſt roboris, & momenti, *tot. tit. ff. & C. quod met. cau. Bart. in l. 1. §. 2. num. 4. ff. quar. rer. act. non datur, Calder. conſ. 1. de renunc. Rol. conſ. 100. nu. 112. & ſeqq. lib. 4.* & firmatum fuit in *Poſnanien. Abbatiæ 15. Iunij 1646. coram me.*

3 Adhuc dicebant DD. renunciationem prædictã non ſuſtineri, ex quo non poteſt exemptus ſine conſenſu Pontificis, cui immediatè ſubiectus eſt, renunciare priuilegijs Apoſtolicis, & iuriſdictionem alterius prorogare, *text. eſt expreſ. in cap. cum tempore de arbitr.* ibi: *Cum & ſi ſponté volueris de iure tamen nequiueris ſine licentia Romani Pontificis renunciare, &c.* & notat ibi *Abb. num. 2.* idem *Abb. in cap. ſignificaſti num. 8. in fine, verſ. concludò ergo, & num. 9. de for. comp. Caſtr. conſ. 431. num. 3. verſ. quod autem lib. 1. Ferret. conſ. 102. n. 17. & 18. Gail. pract. obſeru. lib. 1.*
4 *obſeru. 40. à nu. 1. per tot.* vbi *n. 5.* reddit rationem quia intereſt Superioris nè Subditus ab alio iudicetur, *Roderic. quæſt. reg. tom. 1. quæſt. 36. art. 5. colum. 1. verſ. præterea facit, Mandoſ. de ſign. Grat. §. exemptiones ab Epiſcopo, verſ. exemptus à iuriſdictione fol. mihi 121. Sanchez ſuper Decalog. lib. 4. cap. 39. ſub num 29. verſ. prima negat, Modern. de Iure Abbatiſſar. & Monial. diſp. 17. quæſ. 4. num. 2. & ſeqq.* & in puncto firmauit *Rota deciſ. 456. num. 10. 14. & ſeq. & deciſ. 461. num. 20. & ſeqq. part. 5. recent.*

5 Et quamuis *gloſſ. fin. in d. cap. cum tempore de arbitr.* firmet, ſuſtineri renunciationem in præiudicium renuuciantis, licet ſecùs in præiudicium ſuperioris, nihilominus quicquid ſit de huiuſmodi opinione, quam in terminis exemptionis reprobat *Abb. in eodem cap. cum tem-*
6 *pore nu. 7.* ea ratione, quia priuilegium exemptionis reſpicit non ſolum fauorem exempti, ſed etiam eximentis, quorum ius eſt taliter coniunctum, & connexum, vt diuidi, & ſeparari non poſſit, & firmauit etiam *Rota deciſ. 456. nu. 11. & tribus ſeqq. & deciſ. 461. à nu. 24. part. 5. recent.*

7 In omnem caſum non procedit in exempto immediatè ſubiecto Sedi Apoſtolicæ, vt aduertit *Felin. in cap. P. & G. nu. 13. verſ. & intellige de offic. & poteſtat. Iud. deleg. Rota coram Seraphin. deciſ. 595. num. 7. verſ. cum enim iſti, & coram ſan. mem. Gregor XV. deciſ. 325. num. 23.* ibique *Adden. num. 29.*

Exceptio verò præſcriptionis in partibus alias deducta nullo modo merebatur allegari, tum quia illa non iuſtificatur in facto prout
8 neceſſariò eſſet iuſtificanda, tum etiam quia dum in contrarium, conſtat de quaſi poſſeſſione exemptionis, quęſita per Fratres, & Moniales,

niales, ceſſat quæcumque præſcriptio prętenſa per Epiſcopũ circa exercitium iuriſdictionis, quæ in omnem caſum nõ releuaret, cum non poſſit præiudicare iuribus Sedis Apoſtolicæ, per *text. in cap. ad authentiam in fin.* vbi *Abb. num. 12. & Felin. num. 17. de præſcript. auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. Rota coram Seraphin. deciſ. 1025. num. 22. verſ. præter has, & num. 23.*

9 Præſertim attento decreto irritanti in præfatis indultis Apoſtolicis appoſito, propter quod inficitur quicquid in contrariũ geſtum fuerit tam quoad titulũ, quam quoad poſſeſſionem, adeò vt per negligentiam, & non vſum, nullum fuerit eiſdem Monaſterijs pręiudicium illatum. vt poſt *Archidiac. & alios probat Felin. in cap. cum acceſſiſſent num. 30. verſ. quarto limita de conſtit. Rot. dec. 3. de priuil. in antiq. & deciſ. 240. nu. 4. part. 4. diuerſ. & corã Buratt. deciſ. 704. num. 10. verſ. tertiò quia*. Et fortius vigore Conſtitutionis ſan. mem. Vrbani VIII. editæ ſub die 5. Iunij 1641. incipieñ, *Romanus Pontifex*, in §. *Necnon reliqua omnia*.

Minus releuat, quod iuxtà Regulas eiuſdem
Ordinis in cap. 26. conſtituatur Epiſcopus tàm
Sororum, quàm Fratrum dictorum Monaſteriorum Pater, ac viſitator necnon etiam Iudex in omnibus cauſis, quia cum poſteà ſu
10 peruenerint priuilegia Exemptionis à Bonifacio IX. & alijs Pontificibus conceſſa, per quę
omnis Iuriſdictio Ordiuario competens in
perſonas, & bona huius religionis, ſublata fuit
vtique dubitari non poteſt, quin fuerit derogatum diſpoſitioni eiuſdem regul. per *text. in cap. 1. de conſtit. in 6. Rot. coram Greg. XV. deciſ. 267. num. 9.*

11 Demum, ad id, quod dicitur, ex diſpoſitione Concilij Trid. competere Ordinario ius viſitandi Monaſteria, & loca Exempta, placuit pro nunc DD. reſponſio aliàs data in deciſione Eminentiſſ. Card. Panziroli, nempè diſpoſitionem prædictam nõ habere locum in illis Eccleſijs, & Monaſterijs, in quibus regularis obſeruantia exercetur, vt apparet ex verbis eiuſdem *Conc. ſeſſ. 21. cap. 8. de reform.* ibi: *Propterea commendata Monaſteria, &c. In quibus non viget regularis obſeruantia, &c. Exempta ab Epiſcopis, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis annis ſingulis viſitentur, &c.* & notat *Roderic. quæſt. reg. tom. 1. quæſt. 36. art. 3. col. 3. verſ. ſed his quæ diximus*.

Et ita, &c.

BAREN. PECVNIARIA.

Veneris 7. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Solutio probatur non ſolum per quietantias, ſed etiam per præſumptiones, & coniecturas, maximè ſi illæ ſint plures, & vrgentes, quæ autem dicantur tales latè explicatur in Deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur actio, & obligatio.*
2 *Verba manualiter, & incontanti, ac ſimilia important veram, & effectiuam numerationem.*
3 *Quietantia probat ſolutionem, & extinctionem debiti.*
4 *Solutio partis debiti non concludit ſolutionem totius.*
5 *Solutio probatur præſumptionibus, & coniecturis.*
6 *Caſſatio Inſtrumenti inducit ſolutionem, & extinctionem debiti.*
7 *Solutio ex quibus probetur.*
8 *Nomina debitorum poſſunt acceptari in ſatisfactionem crediti.*
9 *Ratificatio Inſtrumenti inducitur ex vſu ipſius.*
10 *Ratihabitio æquiparatur mandato.*
11 *Amplia etiam in ijs, quæ requirunt mandatum ſpeciale.*
12 *Nomina debitorum ſi fuerint promiſſa exigibilia factis tamen diligentijs, interpellatione, & retroceſſione, ſi iſta per Ceſſionarium non fuerint adimpleta, Cedens non tenetur.*

DECISIO XVIII.

CENSVERVNT Domini mandatũ non
eſſe relaxañ, nam licet in Inſtrumento
Tranſactionis ſub die 6. Iulij 1623. Alexander
Vbertinus conſtituerit ſe debitorem D. Ducis
1 in ducatis 7800. ſoluendis modo, & fòrma in
eo expreſſis; Attamen per illorum ſolutionem omnis actio, & obligatio ſublata remanſit, *Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ. l. nulla, C. de ſolut. Rot. deciſ. 259. num. 1. part. 4. tom. 2. recent.*

Etenim de duc. 1500. ſolutis in actu ſtipulationis Inſtrumenti Traino, & Moſcono procuratoribus ſpecialiter à Duce conſtitutis dubitari non poteſt ſtantibus verbis Inſtrumen
2 ti, ibi: *Præſentialiter, & manualiter coram nobis numeratos receperunt, & habuerunt duc. 1500. de contanti per manus Dominici Fagni depoſitarij pecuniarum debitarũ à dicto D. Alexandro Vbertino, de quibus ipſi vocauerunt dictis nominibus benè quietos, &c.* quæ verba important verã, realem, & effectiuam numerationem, vt dixit *Rot. deciſ. 338. ſub num. 19. & deciſ. 454. num. 1. apud Cenc. de Cenſib. & poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 333. num. 6.*

3 De alijs verò duc. 1500. qui erant ſoluendi in duabus paghis, nempè duc. 500. de menſe Auguſti, & duc. 1000. de mẽſe Octob. eiuſdem anni 1623. ſatisfactio pariter videtur clara; Nam cum idem Dux mediãte perſona dictorum procuratorũ receperit ſub die 30. Octobris ducatos 1000. exprimendo id facere pro ſecunda paga; Et quietauerit nõ ſolum Vbertinum principalem, ſed etiam fideiuſſores pręſtitos; ac vlterius Inſtrumentum obligationis caſſauerit, talis quietantia probat extinctionem debiti, & liberationem debitoris, *Maſcard. de probat. verb. ſolutio concluſ. 1324. num. 6. Rot. coram Serap. deciſ. 1339. n. 2. & coram Cocc. deciſ. 220. num. 2. & 3. cum alijs in Sipuntina penſionis 8. Aprilis prox. præteriti coram R.P.D. meo Peutingero.*

4 Nec refert quod ex ſolutione partis non benè inferatur ad ſolutionem totius, vt aduertit *Rot. penès Cenc. de Cenſib. deciſ. 332. num. 8. & 9.*

5 Nam ceſſat obiectum quãdo ex præſumptionibus, & coniecturis, ac ex alijs circumſtantijs ſolutio redditur veriſimilis, tunc enim per illas ſolutionem probari, firmat *Pariſ. conſ. 137. num. 18.*

Google

num.18. & ſeqq. lib.4. Maſcard. dicta concluſ.1326. nu.26. Surd. deciſ.105. nu.10. Rot. poſt eund. Cenc. de Cenſib. deciſ.440. nu.7. & in recent. deciſ.259. nu.2. part.4. tom.2.

6 In præſenti verò caſu non ſolum plures, & quidem vrgentes concurrunt coniecturæ, ſed etiam validæ, & cōcludentes probationes; Siquidem vltra liberationem fideiuſſorum, & caſſationem Inſtrumenti, quæ inducit extinctionem, & cancellationem debiti, iuxtà *text. in l. ſi Chirographum 24. ff. de pact. Abb. in c. Eccleſia 4. num.17. vt lit. pend. Giurb. deciſ.79. nu.24.* & firmauit *Rot. in Romana pecuniaria 11. Decembris 1643. coram R.P.D. mco Meltio.*

7 Concurrit primò, quod ſolutio duc.500. debebat præcedere ſolutionem duc.1000. Vndè non eſt credeñ, quod Vbertinus voluerit ſoluere, & Dux recipere duc.1000. pro ſecunda paga, ſi adhuc prima ducatorum 500. non fuiſſet ſoluta; Adeſt expreſſio in Inſtrumento quiætantiæ, quod ſolutio fiebat pro dicta ſecunda paga: Dantur partitæ librorū eiuſdem Vbertini in quibus apparet fuiſſe ſolutam vtramque ſummam mediante perſona Franciſci Rainerij: Concurrunt depoſitiones Miniſtrorum illius id affirmantium: Et demum taciturnitas, & acquieſcentia Ducis per annos viginti, & vltrà, & eius diligentia in exigendis proprijs creditis, ex quibus omnibus ſimul iunctis reſultare ſufficientem probationem ſolutionis, firmat *Bertazz. conſ. ciuil. 118. num.1. & ſeqq. Surd. dicta deciſ.105. à num.1. & per tot. Rot. deciſ.259. num.2. & ſeqq. part.4. tom.2. recent.*

8 Remanent alii ducati 4800. pro quibus ex forma prænarratæ Tranſactionis debebant aſſignari tot nomina Debitorum prout re vera pro duc.3216. facta fuit aſſignatio de tot nominibus in Ciuitate Licij, & pro reliquis 1584. de totidem in Ciuitate Barij, vndè etiam pro dicta ſumma Vbertinus remanſit liberatus, vt ſunt *text. in l. pupilli 96. §. Soror, ff. de ſolut. & in l. inter cauſas 26. §. abeſſe, ff. mandat. Gozad. conſ.38. nu.8.* & vltrà plures adductos per *Surd. conſ.145. à nu.14.* dixit *Rot. corā Duran. dec.99. nu.3. & ſeqq.*

9 Neque aſſignatio huiuſmodi impugnari valet pro parte Ducis, dum prima de nominibus in Ciuitate Licieñ fuit acceptata in ipſo Inſtrumento Tranſactionis, altera verò de nominibus in Ciuitate Barii apparet acceptata, & approbata per Antonium Rodriquez vti illius procuratorem, de cuius mandato quamuis non doceatur; Nihilominus vltrà plures coniecturas ad illud præſumendum deductas, ceſſat difficultas ex eo, quod Dux regiſtrauit dicta nomina in eius libris, nonnulla exegit, & ſuper quampluribus concordauit, atque ideò vtendo dicta aſſignatione cenſetur illam ratificaſſe, & factum, ac perſonam procuratoris approbaſſe, *Bart. in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap. Alex. conſ.117. ſub num.2. lib.5. Rot. coram ſan: me: Gregor. deciſ.331. num.10. coram Comitul. deciſ.50. nu.6. & in recent. deciſ.88.*
10 *num.26. part.6.* Ratificatio enim æquiparatur mandato, *l. cum mandati in fine, C. mandat, cap. ratihabitionem de reg. iur. in 6. Rot. coram ſan: mem:*
11 *Greg. deciſ.295. num.4.* Etiam in ijs, quæ mandatum ſpeciale requirunt, *l. quod ſi de ſpeciali, ff. de minor. Dec. in l. ſemper qui non prohibet nu.7. ff. de reg. iur. Surd. deciſ.231. nu.11. Rot. deciſ.27. num.4. part.1. recent.*

12 Demum non releuat quod dicta nomina non fuerint exacta, nam cum in Inſtrumento adſit pactum expreſſum, quod Dux teneretur facere diligentias, & in euentum inexigibilitatis interpellare, & eadem nomina retrocedere, dum non docet prædicta adimpleuiſſe, fruſtrà opponit inexigibilitatem, & alios defectus ad notata per *Caſtr. conſ.170. num.3. lib.2. Becc. conſ.105. à num.12. lib.1.* & pluribus comprobat *Cyriac. contron.374. à nu.28. & contr.375. num.12. & ſeqq.*

Et ita vtraque, &c.

ABVLEN. PORTIONIS.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Obitus Beneficiati in menſe reſeruato debet cōcludenter probari ab eo, qui ſe fundat in Reſeruatione; Maximè quando concurrit prouiſus ab Ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio debet plenè, & concludenter probari ab eo qui ſe fundat in Reſeruatione, Maximè vbi agitur cum prouiſo ab Ordinario.*
2 *Tempus quando eſt de ſubſtantia, tunc probatio debet eſſe concludens etiam reſpectu temporis.*
3 *Dies incipit à media nocte, & terminat media nocte alterius diei.*
4 *Actus qui fiunt poſt mediam noctē ſequenti die facti cenſentur.*
5 *Beneficium ſi vacet ante mediam noctem menſis Ordinarij ſpectat ad Ordinarium, ſi verò poſt pertinet ad Papam.*
6 *Obitus quomodo ſit probandus adhoc vt intret Reſeruatio.*
7 *Horologijs numero pluribus ſtandum eſt ad inſtar Teſtium.*
8 *Horologium inordinatè procedens non eſt attendendum.*
9 *Interrogatus de duobus ſi vnum tantum affirmet, alterum cenſetur negare.*
10 *Liber Pietantiarum Eccleſiæ Cathedralis probat.*
11 *Liber Capparum Eccleſiæ Cathedralis probat.*
12 *Amplia præſertim ſi concurrant adminicula.*
13 *Probatio quando eſt turbida Reus, & Poſſeſſor venit abſoluendus.*

DECISIO XIX.

A SENTENTIA lata ad fauorem Alphonſi in qua dictum fuit, literas Franciſci eſſe ſubreptitias, nullas, nec exequendas, & propterea benè iudicatum per officialem Abuleñ, malèque appellatum pro parte Franciſci; Iterum appellauit Franciſcus, cauſaque appellationis mihi cōmiſſa, dedi dubium, an dicta ſententia eſſet confirmanda, vel infirmanda; & Domini pro confirmatione reſponderunt:

Moti

1 Moti ex eo, quia Fräciſcus non probauit prę-
ciſè obitum Portionarij defuncti in menſe
Auguſti, vt tenebatur, & quidem concluden-
ter pro iuſtificatione reſeruationis in cōcurſu
cum Alphonſo prouiſo ab Ordinario, *Rota
deciſ.46.nu.3. verſ.ſi verò agatur, & nu. ſeq. part.2.
diuerſ. & in Placentina Canonicatus, & Prabenda
1. Martij* 1599. *coram Orano*, penès *Marcheſ. de
commiſſ.tom.1.fol.339. Gregor.deciſ.37.num.1. Ca-
ualer.deciſ.33.num.2.cum alijs per Gonzal.ad reg.8.
gloſſ.11.nu.100. verſ.tamen quando*, quem ſequi-
tur *Modern. Roman. de re beneſic. lib.3. quaſt. 10.
num.37. & 40.*

2 Nam quando tempus eſt de ſubſtantia, tunc
probatio debet eſſe cōcludens etiam reſpectu
temporis, iuxtà *text. in cap. in praſentia de prob.
Iaſ. conſ.46.num.27.lib.3. Purpur.conſ 498.num.2.
Caputaq.deciſ.278.num.5.part.3. Caſ.de Graſſ. de-
ciſ.21.num.6.de prob. Mantic. deciſ.95.nu.3. & de-
ciſ.149.nu.4.part.4.diuerſ.& in Albanen.confinium
13.Ianuarij 1623. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Propterea quamuis Franciſcus probet obi-
tum Portionarij in vltima nocte menſis Au-
guſti; Nihilominus concludenter non probat
illum fuiſſe ſecutum ante mediam noctem,
prout requirebatur ad dictum effectum;
3 Dies enim incipit à media nocte, & ſequentis
noctis media parte finitur, vt ſunt verba *I.C.
in l.more Romano, ff.de fer. l.1. ff. de manumiſſion.
cap.conſuluit 24.* ibique *Felin. num.6. verſ. de hoc
habemus de off. & pot. Iud. deleg. Decian. conſ.65.
num.22. verſ.& quamquam lib.2. Caſtracan.de So-
ciet.cap.62.nu.4. & 5. Rota deciſ.333.nu.1. part.4.
diuerſ.*

4 Indè, quæ fiunt poſt mediam noctem, ſe-
quenti die facta cenſentur, *l.qua atate 5. in fin.
verſ. plus arbitror, ff.qui teſt. fac. poſſ. l.Ideoque 7.
ff.de vſucap. Feder.de Sen.conſ.256.num.2.verſ.&
excludendo caſum, Bellam. conſ.1.num.3. verſ.& in
tantum, Larra de Cappell. lib.1.cap.9.num.25. Rota
in Peruſina Parochialis 28.Iunij 1617. coram bo:me:
Card. Veroſpio.*

Et in terminis diuiſionis menſium ſuper
collatione beneficiorum inter Pontificem;
& Epiſcopos, quod attendatur diſpoſitio *dicti*
5 *text.in l.more Romano*, ita vt ſi beneficium vacet
ante mediā noctem menſis Ordinarij, ſpectet
ad Ordinarium, ſi verò poſt, pertineat ad Pa-
pam, tradit *Rebuff.de verb.ſignif.in l.2.fol.mihi 30
verſ.ſed quomodo, & in tract. nominat. quaſt. 16.
num.2. & de Collat. in §.praſatique Ordinarij ver-
bo ſequentibus menſibus litera F. pag.609. Gonzal.
ſuper reg.8.gloſſ.11. num.9. & ſeqq. Garz.de beneſ.
5.part. cap 1. num. 523. Polidor. Rip. de noct. temp.
cap.160.num.5.& cap.161.num.3. Barboſ.de poteſt.
Epiſcop. alleg.57.nu.183. & ſeqq. Ferd.à Caſtropa-
lao oper.moral.part.2.tract.13, diſp.2.punct.22. §.2.
nu.1.* & optimè *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ.116.
num.6. & 7.*

Nec obſtant teſtes pro Franciſco examina-
ti, nam licet primus, & ſextus fratres Portio-
narij defuncti dicant, illum deceſſiſſe ante
6 pulſatam horam duodecimam ad Horologia
Eccleſiæ Parochialis S.Ioannis, & Monaſterij
S.Tereſiæ, tamen nō negant alia ante pulſaſſe;
Imò ſecundus nempè Fabianus de Eſcobar
Præfectus Domus ipſius defuncti, & tertius
Franciſcus de Santiago Parochus prædictæ
Eccleſiæ S.Ioannis, & Ioannes Sanchez teſtis
vndecimus, ac etiam duodecimus religioſus
Ordinis Diſcalceatorum, qui omnes in actu
obitus interfuerunt, deponunt expreſsè ante
mortem prędicti Portionarij pulſaſſe horolo-
gium Eccleſiæ Cathedralis, & cum prędictis
concordat ipſe Gubernator Ciuitatis Miles
S.Iacobi de Spata, & alij teſtes ex officio exa-
minati per Vicariū Epiſcopi, iuxtà formam,
& modum traditum *per Gonzal.vbi ſuprà n.10.
verſ.proindè, & ſeq. & per Polidor. Rip.de noct.temp.
cap.161. num.3. ac per Ioſeph. Ludou. d. deciſ.116.
nu.6.* qui omnes repetiti ad inſtātiam Alphon-
ſi, & præſertim 1. 2. 3. & 4. deponunt, quod
ante horologium Eccleſiæ Cathedralis pulſa-
uerāt plura horologia diuerſārum Eccleſiarū,
& in ſpecie horologia Conuentus S. Thomæ
Ordinis Prędicatorum, & Conuentus Carme-
litarum Calceatorū, necnon alterum Eccle-
ſiæ Soc.Ieſu, & addit quintus teſtis, quod pul-
7 ſauerat etiam horologium S. Franciſci, cer-
tum eſt autem, quod quando diuerſa concur-
runt horologia, tunc ſtatur numero pluribus
ad inſtar teſtium, vt notat *Parlador.lib.3 quaſt.9.
num.10. verſ.at ſi multa, & num.ſeq. Barboſ.de pot.
Epiſcop.alleg.57. num.186. in fine, Caſtropalao vbi
ſuprà d.punct.22. §.2.num.1. verſ.ſecus quando plu-
ra ſunt.*

Quæ concluſio eo facilius procedit in præ-
ſenti caſu, quia dd.duo horologia, quæ fauent
eidem Franciſco conſueuerunt ſemper pulſa-
re tardius cęteris per ſpatium circiter dimidię
8 horæ, vt deponunt multi ex prędictis teſtibus,
& quod magis eſt alterum ex eis, nempè illud
S.Ioannis, vltrà tarditatem procedebat, vt plu-
rimū inordinatè, & malè gubernabatur, quod
non audent negare, quin potius videntur ad-
mittere duo teſtes fratres defuncti pro Fran-
ciſco inducti, dum reſpondentes ad articulum
ſuper qualitate ipſius horologij, dicunt qui-
dem, quod habet ſuum moderatorem cum
ſalario, ſed tacent an benè ſit gubernatum,
9 & ordinatè procedat, vndè contrarium viden-
tur deponere ex illa regula, quod interroga-
tus de duobus, ſi vnum tantum affirmet alte-
rum cenſetur negare, *l.etſi ſine 8. §.ſed quod Pa-
pinianus, ff.de minor. Pacian. de prob cap.34.nu.1.*
10 Et è conuerſo cōcurrit pro Alphonſo par-
tita libri Pictantiarum Eccleſiæ Cathedralis
concepta ſub his verbis, *Hodierna die Luna pri-
ma Septembris, Pictantia pro Miſſa, &c. hanc & alias
perdidit Dominus Portionarius Frāciſcus de Aguier-
re, quia obijt die 1.Septembris hora 12. cum dimidia.*
11 Necnon partita libri Capparum eiuſdem Ec-
cleſiæ, vbi habetur, *Portionarius Franciſcus de
Aguierre obijt prima die Septembris poſt dimidiam
noctem*, quibus libris circa hanc materiam om-
12 ninò eſt ſtandum, præſertim cum ex depoſi-
tione prędictorum teſtium ſint optimè admi-
niculati, vt in terminis firmauit *Rota in Tarni-
ſina Canonicatus 1. Martij 1599. coram Corduba,
Buratt. deciſ.548. num.1. Duran. deciſ.216. eodem
num. & in recent. deciſ.629. part.2. & deciſ.205.in
princ. part.4. tom.1.*

13 Et in omnem caſum ſaltem negari non poteſt, quod ex prædictis probatio pro parte Franciſci reddatur omninò turbida, ita vt Alphonſus reus, & poſſeſſor veniat abſoluendus, vt benè *per Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 11. n. 26. & ſeqq. Garz. de benef. part. 5. cap. 1. nu. 527. & ſeqq. & præſertim nu. 529. Barboſ. de pot. Epiſc. alleg. 57. num. 188. Rot. coram Puteo deciſ. 206. & deciſ. 265. lib. 3.*

Et ita vnica tantum parte informante deciſum fuit, altera pluries citata, & expectata.

TERDONEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 17. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Patronus poteſt per viam ſupplicationis inſtate, vt Beneficium ſibi conferatur, & quaſi poſſeſſio præſentañ acquiritur per vnicam præſentationem effectum ſortitam, quæ licet per vltimam voluntatem non poſſit in alium transferri, poteſt tamen per viam contractus, & ſic ceſſionis, & donationis.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas reſultat ex commiſſione, mandato procura, citatione, & alijs requiſitis.*

2 *Deciſiones probant iuſtitiam ſententiæ.*

3 *Patronus poteſt per viam precum inſtare, vt Beneficium ſibi conferatur.*

4 *Præſentandi quaſi poſſeſſio ſufficit ad ſuſtinendam præſentationem.*

5 *Præſentatio electio, & collatio ſunt fructus quaſi poſſeſſionis præſentandi, & tanquam tales ſpectant ad poſſeſſorem.*

6 *Præſentatio vnica effectũ ſortita ſufficit ad acquirẽ quaſi poſſeſſionem præſentandi.*

7 *Præſentandi quaſi poſſeſſio non poteſt in alium transferri.*

8 *Declara, vt hoc procedat per viam vltimæ voluntatis, ſecus verò per viam contractus.*

9 *Poſſeſſio transferri poteſt per viam ceſſionis.*

10 *In incorporalibus idem operatur ceſſio, ac ipſa traditio.*

11 *Iuriſpatronatus pertinentia probatur ex quaſi poſſeſſione præſentañ.*

12 *Iuriſpatronatus pertinentia cedi poteſt.*

13 *Præſentatio reiecta, vel non admiſſa ab Ordinario non eſt attendenda.*

14 *Præſentatio, quæ non habuit effectum, non conſtituit in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

DECISIO XX.

CVM Vicarius Mediolani declarauerit ad beneficium Iuriſpatronatus, de quo agitur Paulum Gutium eſſe inſtituendum, & talis inſtitutio approbata fuerit per ſententiam Rotalem, dubitaui hodiè an huiuſmodi ſententia eſſet confirmanda, vel infirmanda, & DD. confirmandam eſſe reſponderunt.

1 Siquidem illius validitas reſultat ex reuolutione proceſſus, in quo apparet de Commiſſione mandato procuræ, citationibus, & alijs requiſitis, iuxtà *deciſ. 260. Caputaq. part. 2. & in recent. deciſ. 589. num. 1. part. 1. & in Romana ſeù Iannen. locorum Montium 26. Ianuarij 1643. coram R. P. D. meo Meltio.*

2 Iuſtitia verò probatur ex deciſione in hac cauſa facta 22. *Iunij anni præteriti coram R. P. D. meo Roias*; Cum enim Ioanna, & Cæcilia de Collis exiſtentes in quaſi poſſeſſione præſen-
3 tandi donauerint d. Iuſpatronatus Paulo Gutio, potuit idem Paulus per viam precum, & ſupplicationis inſtare coram Ordinario, vt ſibi beneficium conferret, iuxtà *Theoric. Abb. in c. per noſtras num. 2. verſ. ſed quæro, & num. ſeqq. de iur. patron. Rot. in Regien. Iuriſpatronatus 15. Ianuarij 1624. coram Pirouano, & 5. Martij 1625. coram Vbaldo, inter recent. deciſ. 599. nu. 12. part. 4. tom. 3.*

4 Quando enim non controuertitur Iuſpatronatus, ſed tantum pertinentia illius, tunc ſola quaſi poſſeſſio ſufficit ad effectum validitatis præſentationis, iux. *text. in c. Conſultationibus 19.* vbi *Butr. num. 9. de iur. patr. Rota deciſ. 7. eod. tit. in nou. Mantic. deciſ. 88. num. 1. & coram ſan: mem: Gregor. XV. deciſ. 452. num. 14. Vlixbonen. Beneficij 28. Aprilis 1598. coram Blanchetto, Gerunden. Beneficij 14. Decembris eiuſdem anni coram Corduba, Firmana Beneficiorum 10. Martij 1610. coram Sacrato,* penès *Marcheſ. tom. 1. fol. 439. nu. 2. verſ. de pertinentia. Squillacen. Beneficij 20. Iunij 1620. Manzanedo, & in recent. deciſ. 224. num. 1. part. 1.* & firmatum fuit *coram R. P. D. meo Corrado in Cremonen. Præpoſituræ 23. Maij 1644.*

5 Et ratio eſt, quia collatio, electio, præſentatio, & ſimilia ſunt fructus, & vti fructus ſpectant ad poſſeſſorem, vt notat *Abb. conſ. 54. nu. 2. lib. 1. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 45. §. 2. à nu. 4. vſque ad 14. Garz. de benef. par. 5. cap. 5. nu. 2. & ſeq. Rota deciſ. 737. num. 4. part. 2. recent.*

6 Nec quaſi poſſeſſio prædictarum Sororum poteſt in dubium reuocari, nam vltra plura deducta per Informantes, ſignanter de ea conſtat per Inſtrumentum præſentationis factæ de anno 1615. in perſonam Horatij vltimi defuncti, cum ſubſecuta Inſtitutione per ſententiam Ordinarij declarantem eaſdem veras eſſe patronas, & in illius Iuris quaſi poſſeſſione legitimè conſtitutas, *in Summario Pauli nu. 8.* quæ ſola præſentatio effectum ſortita, ſufficit ad acquirendam quaſi poſſeſſionem, iuxta *Conſil. Calder. 12. de iur. patron. Dec. conſ. 117. nu. 2. Lambert. de iur. patron. 1. par. 2. lib. artic. 11. quæſt. 3. princ. num. 1. & ſeqq. Rota in Taurinen. Iuriſpatronatus 9. Decembris 1593. coram Orano, Sancti Marci Beneficij 14. Martij 1608. coram Manzanedo, Firmana Beneficiorum 10. Martij 1610. coram Sacrato,* penès *Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 439. num. 3. Bergomen. Cappellaniæ 26. Iunij 1615. coram Vbaldo, Gregor. deciſ. 222. num. 5. & deciſ. 452. num. 20. Caualer. deciſ. 197. num. 3.*

7 Non obſtat, quod dicta poſſeſſio non potuerit tranſire in Paulum iuxtà opinionem, quam ſeruat Rota, vt in *Aretina Cappellaniæ 28. Ianuarij 1611. coram Lancellotto, & coram Coccino deciſ. 464. nu. 3. & in alijs,* quoniam obiectũ
8 procederet, ſi verſaremur in vltima voluntate, ſecus verò in contractu, & donatione inter viuos,

Digitized by Google

viuos, nam in primo caſu poſſeſſio extingui-
tur per mortem Teſtatoris, & ſic non poteſt
in alium transferri; At in ſecundo caſu cum
donans de tempore actus reperiatur in poſſeſ-
ſeſſione cedit, & transfert, quod ipſe habet, vt
benè diſtinxit *Rota coram Durano deciſ.62.nu.17.
& 18.* & firmat *deciſio D. mei Royas in §. Rurſus*
9 *ponderatum fuit*; Et in terminis ceſſionis, quod
poſſeſſio per illam transferatur eſt *Text. in l.2.
C.de ijs, qui in prior.cred. loc. ſuc. Rota in Tiburtina
Parochialis 2. Decembris 1619. coram Pironano, &
poſt Cenc.deciſ.250. num.1. & deciſ.392.num.1. &*
10 *ſeqq.* nam in incorporalibus tantum operatur
ceſſio, quantum traditio, *gloſ. fin. in l. fin. C.
quando fiſcus, vel priuat. Bart. in l. is, cui, §. fin. in
fin. verſ.hoc eſt verum, ff.vt in poſſeſſ.leg.& in l.fin.
num.1.de donat. Bald.conſ.341.in fine, verſ.nec dicat
aliquis, lib.2.Cyriac.controu.128.num.61.lib.1. Rota
in Tudertina officij Cancellariæ 19. Ianuarij 1598.
coram Lancellotto, in Romana Ceſſionis 9. Martij
1507. coram eodem, & in recent. deciſ.614. num.2.
par.1.*
11 Et in omnem caſum cum ex poſſeſſione
præſentandi probetur pertinentia Iuriſpatro-
natus, vt ſuprà dictum fuit, ſufficit, quod di-
cta pertinentia fuerit in Paulum translata me-
12 diante ceſſione, & donatione, vt dixit *Rota in
Papien. Iuriſpatronatus 28. Ianuarij coram bo: me:
Card. Pamphilio 1602. & in Placentina Cappella-
niæ 30.Octobris 1615. coram Coccino, & deciſ.337.
num.3.par.2.recent.* & notant *Add.ad Gregor.deciſ.
417. num.14.*
13 Demum non obſtat, quod Viglizzoli, qui
hodiè præſentarunt Ribrocum, ipſi quoque
ſint in poſſeſſione præſentandi; dum de anno
1615. præſentarunt Hippolytum de Gherar-
denghis, nam dicta præſentatio; non ſolùm
non docetur, effectuata, quinimò fuit expreſsè
reiecta ab Ordinario Terdoneñ, qui omiſſo,
& excluſo Gherardengho inſtituit Horatium
de Collis vltimo loco defunctum, vt benè
per Bald. in noſtra deciſione *allegat. conſ.32. in
fine, verſ. niſi præſentatio lib.1.* quem ſequitur
Dec.conſ.149. num.3. poſt med. verſ. ſed quia tale.
14 Et regulare eſt, quod præſentatio, quæ non
habuit effectum, nec releuat, nec probat poſ-
ſeſſionem *Rota in Bonon. Iuriſpatronatus 8.Martij
1619.Remboldo, Vicen.Beneficij 11.Decemb.1619.
Vbaldo, Squillacen. Iuriſpatronatus 28. Iunij 1621.
in fine coram Manzanedo, & in alijs.*

Et ita tantum Paulo informante deciſum
fuit.

FAVENTINA SOCIETATIS.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Donatio an dicatur perfecta ante acceptationem Donatarij, præſertim, quando illa non eſt ſimpliciter fauorabilis, ſed oneroſa, vel mixta, & an ſecuta acceptatione retrotrahatur in præiudicium Creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio in fauorem abſentis ante acceptationem Donatarij non dicitur perfecta.*
2 *Donatario abſenti acquiritur ius per ſtipulationem Notarij.*
3 *Declara, vt hoc procedat, ne donans poſſit à donatione recedere, ſecùs verò ad effectum, vt Donatario ſit acquiſitum dominium.*
4 *Scientia in fauorabilibus inducit præſumptionem ratificationis.*
5 *Scientia non præſumitur, niſi probetur.*
6 *Scientia non inducit acceptationem, quando donatio non eſt merè fauorabilis, ſed oneroſa, vel mixta.*
7 *Donatio ex quibus præſumatur non acceptata.*
8 *Voluntas magis declaratur factis, quam verbis.*
9 *Acceptatio non ſuffragatur, quando conſtat de antecedenti recuſatione.*
10 *Donatio an per obitum Donantis, vel Donatarij ſecutum ante acceptationem dicatur reſoluta.*
11 *Donationis acceptatio facta ex interuallo non retrotrahitur in præiudicium Creditorum.*
12 *Obligatio, & hypotheca pro obſeruantia donationis, non operatur effectum ſuum, niſi ſecuta acceptatione.*
13 *Societas inita cum ſcientia Creditorum non poteſt ipſis inſcijs diſſolui.*
14 *Negatiua non facta diſdictæ probatur ex actorum reuolutione, & fide Notarij.*
15 *Falſitatis ſuſpicio in ciuilibus habetur pro falſitate.*
16 *Diſdicta reproduci debet ab habente ſpeciale mandatum.*

DECISIO XXI.

POSTQVAM per binas deciſiones coram me emanatas firmatum fuit mandata A.C. eſſe exequenda, dedi dubium ſuper reſeruatis, an ſcilicet obſtaret donatio, & quia Montanarius produxit interim Inſtrumentum diſdictæ, quam aſſerebat de nouo fuiſſe repertam, placuit DD. ex ſolita benignitate etiam ſuper eadem illum audire; vnde propoſita cauſa licet vtraque exceptio pleniſſimè deducta fuerit, nihilominùs fuit reſponſum pro deciſionum confirmatione.
1 Quod enim attinet ad donationem, illa
non poteſt dici perfecta, dum facta fuit ad fa-
uorem abſentis, nec apparet acceptata, aut
ratificata. *Text.eſt in l.abſenti, 10. ff.de donat.gloſ.
in §.aliæ autem in prima addit. in verſ.item præſentia, inſtit.eod.tit. Ceph.conſ.440. n.44. & 45. lib.3.
Chaſſan.conſ.7. num.38. verſ. item vna alia ratio ne,
Rota in Romana fideiuſſionis Nauarræ coram Robuſterio penès Zacch. de oblig.Cam. deciſ.123.num.12.
& ſeqq.*
2 Et licèt in huiuſmodi donatione interue-
nerit ſtipulatio Notarij, per quam acquiritur
ius abſenti etiam ſine ceſſione, vt firmat *Dec.
conſ.239.num.5.verſ.3. dictum, Natt.conſ.534.n.8.
Peregr.conſ.8.num.43.lib.1. Cacheran.deciſ.33.n.4.
& ſeq. Rota coram ſa: me: Gregor. deciſ.97. num.3.
cum alijs pluribus relatis in deciſ.12. num.1. par.1.
recent.*
3 Hoc tamen procedit ad effectum ne do-
nans poſſit à donatione recedere, ſecùs verò

vt Donatario ſit interim acquiſitum dominium, & ius irreuocabile ſuper bonis donatis iuxta diſtinctionem, quam perpetuò tenuit *Rota, vt in deciſ. 567. num. 3. coram Gregor. cum notatis per Add. ad eumdem deciſ. 97. num. 8. Ianuen. Cenſus 25. Nouembris 1613. coram bon: me: Dunozetto poſt Cenc. de cenſib. deciſ. 173. num. 8. & 9. & in recent. deciſ. 428. num. 6. & ſeqq. par. 4. tom. 2. & deciſ. 716. num. 16. par. 4. tom. 3. cum alijs innumeris in Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro.*

4 Nec dicatur, quod in fauorabilibus, prout eſt donatio ex ſola ſcientia præſumatur ratificatio, *Dec. in l. traditionibus, num. 15. verſ. & eo ipſo C. de pact. & in conſ. 58. num. 2. verſ. imò ex eo. Hipol. Rimin. conſ. 108. num. 13. lib. 1. Rol. conſ. 19. n. 34. & ſeqq. lib. 1. Rota deciſ. 142. num. 7. par. 4. tom. 1. recent. & deciſ. 428. num. 12. par. 4. tom. 2.* vbi quod in lucratiuis ſcientia habetur pro acceptatione.

5 Nam ſcientia non præſumitur niſi probetur, *c. præſumitur 47. de reg. iur. in 6. Larr. deciſ. 74. num. 18. Rota poſt Cenc. deciſ. 83. num. 4.* Imò probata non releuaret, quia non verſamur in do-
6 natione merè fauorabili, & lucratiua, ſed oneroſa, ſeù mixta cum onere reſtituendi, quo caſu niſi conſtet de vera, & effectuali acceptatione, ſola ſcientia non eſt ſufficiens, *Rota deciſ. 232. num. 2. verſ. non obſtat, par. 2. diuerſ. Buratt. deciſ. 773. num. 2. verſ. & tanto magis, & in recent. deciſ. 274. num. 4. & 5. par. 6. & deciſ. 27. num. 1. & ſeqq. & num. 22. par. 7.* & nouiſſimè firmatum fuit *in Melenitana Hæreditatis 17. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Royas.*

7 Et ceſſat difficultas, nam dum Matthæus pater poſt donationem factam condidit Teſtamentum, & in eo Ioan: Paulum ſibi fecit hæredem, qui adita hæreditate bona donata vti hæreditaria in Inuentario deſcripſit, manifeſtè conſtat, & donantem voluiſſe à donatione recedere, & Donatarium oneroſam donationem acceptare noluiſſe, ſed hæreditatem liberam conſequi, vt benè ad propoſitum notat *Ceph. conſ. 440. num. 38. & plur. ſeqq. Rota dicta deciſ. 274. per tot. par. 6. & deciſ. 27. num. 1. & ſeqq. par 7. in recent.*

8 Voluntas enim, & intentio non ſolùm verbis, ſed etiam factis declaratur, imò magis factis, quàm verbis, vt inquit *Abb. conſ. 116. col. 2. num. 3. verſ. voluntas autem, Aym. conſ. 33. num. 12. ad fin. Rota in Ianuen. Iuriſpatronatus 25. Iunij 1607. Lancellotto, & coram fa: me: Gregor. deciſ. 247. num. 18.*

9 Hinc parùm refert, quod Io: Paulus poſtquam acceptauit bona, de quibus agitur, vti hæreditaria patris mutando ſibi cauſam poſſeſſionis declarauerit velle illa retinere in vim præfatæ donationis, nam cum à principio eamdem donationem non acceptauerit, imò potiùs recuſauerit, non potuit poſtea illam amplius acceptare, & ratificare, *Rota coram Buratto deciſ. 619. num. 3. & coram Duran. deciſ. 121. eod. num. & deciſ. 153. num. 22.*

10 Et in omnem caſum quicquid ſit de illa opinione, an donans ante acceptationem poſſit donationem reuocare, vel illa per obitum donantis, aut donatarij, dicatur reſoluta, cuius affirmatiuam latè tuetur, *Pariſ. conſ. 77. num. 37. & 38. lib. 1. Ceph. conſ. 440. num. 31. & ſeqq. lib. 3. cum pluribus adductis per Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 2. num. 69. verſ. contrariam autem.*

Placuit DD. reſponſio data per Informan-
11 tes, quod poſt acquiſitum ius creditoribus ante acceptationem, non potuerit huiuſmodi acceptatio in illorum præiudicium retrotrahi *per text. in l. vlt. §. Lucius Titius, ff. de don.* quem ad hunc effectum vti ſingularem ponderat *Hodier. ad Surd. deciſ. 111. num. 8. in fin. Cagnol. in l. fin. nu. 273. verſ. aduertendum eſt, C. de pact. Caſtr. conſ. 195. num. 2. verſ. & ex hoc videtur, & num. ſeq. lib. 2. Dec. conſ. 226. num. 10. & ſeqq. Curt. iun. conſ. 55. nu. 9. & 10. Grat. conſ. 127. nu. 21. & 22. lib. 1. Theſaur. deciſ. 70. num. 5. Rota apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 124. num. 10.* & latiſſimè deductum fuit *in d. Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunij 1641. §. nec minùs coram R.P.D. meo Cerro.*

12 Non obſtat, quod pro obſeruantia iſtius donationis fuerint hypotecata omnia bona donantis, itaut in præiudicium dictę anterioris hypothecæ non potuerint obligari ad fauorem creditorum, nam id venit intelligendum ſecuta acceptatione, & ratificatione, & ſic perfecto contractu, & non aliàs *Bero. conſ. 4. à num. 34. & plurib. ſeqq. lib. 1. Ceph. d. conſ. 440. num. 43. & ſeqq. lib. 3.*

13 Quo verò ad diſdictam cenſuerunt DD. illam non ſuffragari. Tùm quia inita ſocietate per Inſtrumentum publicum inter Vicchium, & Montanarium cum ſcientia & notitia creditorum non poterat in eorum præiudicium ipſis inſcijs, nec certioratis diſſolui *per text. in l. ſed & ſi pupillus, §. de quo palam, ibiq. Bart. & Caſtr. ff. de inſtit act. idem Caſtr. conſ. 104. num. 1. verſ. quod ergo dicitur, lib. 1. Rota in Romana Societatis de Rotignis 19. Iunij 1645. & 2. Martij 1646. coram R.P.D. meo Ghiſilerio.*

14 Tùm etiam quia eadem diſdicta non caret ſuſpicione, dùm in alijs poſitionibus exhibita fuit fides Cancellarij atteſtantis medio iuramento ſe feciſſe omnem diligentiam in libris Actorum, & Decretorum, ac in filzijs, nec illam inueniſſe, præſertim ſub die 11. Februarij 1639. qua die aſſerebatur fuiſſe executam, ſeù reproductam, ſed tantum ſub dicta die reperiri quamdam inſtantiam pro obtinendo mandato executiuo, & hæc ſuſpicio magis augetur ex altera fide eiuſdem Cancellarij nupèr exhibita, in qua teſtatur, feciſſe nouam diligentiam, & reperijſſe regiſtratam prætenſam diſdictam immediatè ſubtus inſtantiam petitionis dicti mandati executiui, quam propterea affirmat fuiſſe adiunctam poſtquam prima fides per eum ſubſcripta fuit, & reddit rationem, quia reperitur ſcripta manu incognita, atramento diuerſo, & recentiori, ac ex alijs, de quibus in copia *in Summ. Maioli nu. 2.*

15 Certum eſt autem, quod in ciuilibus ſola ſuſpicio falſitatis habetur pro falſitate, *Surd. conſ. 6. num. 4. lib. 1. Rota in Calaguritana Beneficij de Cornago 10. Decembris 1646. & 18. Februarij 1647. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

16 Prædictis accedit, quod huiuſmodi prætenſa diſdi-

ſa diſdicta nec fuit reproducta à perſona legitima, & habente ſpeciale mandatum, relati *per Modern. diſcep. forenſ. lib. 4. cap. 699. num. 4. & 710. num. 1.* nec coram Teſtibus requiſitis in Actibus extraiudicialibus, *vt per Saluſt. in prax. lib. 1. cap. 16. num. 7.*

Et ita deciſum vtraq; parte informante &c.

ASCVLANA DOTIS.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Maritus, qui in capitulis matrimonialibus promiſit, vxorem fore contentam dote ſibi aſſignata non præiudicat eidem vxori, niſi promiſſionem huiuſmdi ſpecificè, & cum debitis ſolemnitatibus ratificauerit.

SVMMARIVM.

1 *Executio mandati relaxati fer. fer. retardari non debet.*

2 *Dotis creditum probatur ex capitulis matrimonialibus.*

3 *Via executiua competit vigore obligationis Cameralis.*

4 *Pro dote datur via executiua etiam contra tertium vigore ſtatuti Vrbis.*

5 *Promiſſio facta à Marito, quod vxor renunciabit bonis paternis, maternis, &c. non præiudicat vxori.*

6 *Promiſſio huiuſmodi cenſetur correſpectiua ad dotem à marito receptam.*

7 *Maritus non adimplens obligationem, quod vxor erit contenta dote promiſſa, tenetur ad damna, & intereſſe.*

8 *Mariti promiſſio, quod vxor erit contenta dote ſibi aſſignata, non præiudicat eidem vxori, niſi ſecuta ratificatione.*

9 *Vxor poteſt dotem ſibi aſſignatam conſequi, & hæreditates ſibi delatas petere, ſi non ratificauit promiſſionem viri de aliud non peten.*

10 *Ratificatio non inducitur ſine ſcientia explicita.*

11 *Vxor non poteſt ratificare promiſſionem à Viro factam de aliud non petendo, niſi cum debitis ſolemnitatibus.*

12 *Dos relicta in cauſam legitimæ, illius naturam, & qualitatem aſſumit.*

13 *Executio mandati retardari non poteſt, quando conſtat de iuſtitia, & validitate illius.*

DECISIO XXII.

DOMINI attenta paupertate Marcellinæ, & præſumptione boni iuris, dixerunt ſub die 5. Aprilis proximè præteriti, eſſe illi ſubminiſtranda alimenta ad rationem quinque pro centenario pro rata dotis non ſolutæ; Hodiè verò, proſequendo diſputationem in negocio principali; An ſcilicet mandatum pro eadem dote relaxatum, eſſet, nec ne exequendum. Reſponderunt pro illius execu-
1 tione; Cum enim fer. fer. obtentum fuerit, executio non debet retardari, vt firmauit *Rota in Romana fructuum Cenſus 11. Decembris 1645. coram R.P.D. meo Cerro.*

2 Neque de credito Marcellinæ poteſt vllo modo dubitari, cum illud reſultet ex capitulis matrimonialibus, in quibus Rodulphus patet promiſit pro dote ipſius ſoluere ſcutos 6000. *Rota in Ariminen. Dotis 4. Maij 1646. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

3 Et quoad viam executiuam ceſſat difficultas, tam ex eo, quia fuit actum vigore obligationis Cameralis, *Ceph. conſ. 439. num. 19. lib. 3. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. iuxta moder. impreſſ. deciſ. 69. num. 1. & deciſ. 270. num. 8.* quam etiam
4 quia tractatur de dote pro qua, competere viam executiuam vigore ſtatuti Vrbis, etiam contra tertium, firmauit, *Rota deciſ. 161. nu. 4. par. 4. tom. 1. in recent. & in Romana, ſeu Ianuen. Quarti dotalis 27. Iunij 1639. §. vltimo, coram Eminentiſſ. Card. Panzirolo.*

5 Non obſtat, quod Federicus primus Marcellinæ maritus promiſerit in capitulis matrimonialibus, quod ipſa faciet generalem, & finalem quietantiam de omnibus bonis paternis, maternis, fraternis, & auitis, & quod erit contenta, & ſatisfacta de dicta dote; Nam ceſſante ratificatione, huiuſmodi promiſſio non releuat, prout, vltra allegatos in deciſione in hac cauſa facta *in §. Nec præſumptio*, firmat *Io. Franc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 9. num. 11. verſ. & propterea nimirum, & num. 13. Maſtrill. deciſ. 186. num. 11. & ſeqq. lib. 2. Caſtill. deciſ. 203. num. 6. & ſeqq. lib. 3.*

6 Et quamuis talis promiſſio videatur correſpectiua ad dotem, ſine qua Rodulphus illam veriſimiliter non promiſiſſet, vel ſaltem non
7 in ea quantitate, nihilominus hoc fortè procedit, reſpectu ipſius mariti, qui non adimplens tenetur ad damna, & intereſſe, vt latè *Vinc. de Franch. deciſ. 624. num. 1. & per tot. Rota in Aſculana Dotis 23. Februarij 1597. coram Robuſterio, in Anconitana Dotis 3. Martij 1606. coram Sāctiſſ. D. N. Innocentio X. & penes Card. Caualer. deciſ. 64. num. 1. & ſeqq.*

8 Sed reſpectu Marcellinæ, quæ noluit ratificare, promiſſio nihil operatur, vt benè per *Molpheſ. ad conſuetud. Neap. tit. de renunc. quæſt. 10. num. 26. verſ. & proinde, tom. 1.* & cum bona pa-
9 terna ſufficiant, poteſt dotem promiſſam conſequi, & nihilominus hæreditates ad ſe delatas petere, *iuxt. notat. per Bald. Nouell. de dote par. 6. priuil. 6.* quem ſequitur *Iaſ. conſ. 133. n. 25. verſ. & per illum tex. vol. 4. Ponte de poteſt. Proreg. d. tit. 9. num. 11. & 13.*

10 Neque ex eo, quod Marcellina nupſerit poſtea cum dicta dote, & in vim capitulorum matrimonialium egerit, poteſt dici, quod ſibi præiudicauerit, quoniam ſcientia explicita
11 non probatur, ſine qua non intrat ratificatio; & probata non releuaret deficientibus ſolemnitatibus, prout in puncto dixit *Rota in Romana Legati coram Manzanedo, in recent. deciſ. 160. nu. 2. & ſeqq. par. 3.*

Demum viſum fuit ceſſare difficultatem ex diſpoſitione teſtamentaria facta à Rodulpho, in qua reliquit Marcellinæ omne id, quod eidem competere poſſet pro legitima in bonis, & hæreditate ipſius, comprehenſa dote per eum conſtituta, in qua eandem hæredem inſtituit. Vnde per huiuſmodi puram,
12 & abſolutam diſpoſitionem quodcunque

onus videtur remiſſum, cum dos relicta in cauſam legitimæ eiuſdem naturam, & qualitatem aſſumat, nec vllum onus, aut grauamen retineat, *Bald. conſil.*282. *num.*2. *verſ. Aut vtrum vol.*3. *Caſtrenſ. conſ.*22.*num.*23. *lib.*1. *Dec. conſ.*106.*num.*3. *verſ. Et ideò ſicut, Gabr. conſ.*116. *num.*1.*lib.*1. *Rota coram Seraph. deciſ.*815. *num.*2. *& in Romana legitima* 24.*Maij* 1613. *coram bo: me: Cardin. Veroſpio, poſt Merlin. de legitima deciſ.*63. *num.*1. cum alijs relatis per eundem *dicto tract. lib.*3. *tit.*1.*quæſt.*9.*num.*1.

13 Vndè, cum ex iiſdem actis conſtet de iuſtitia mandati, meritò Domini reſponderunt pro executione, *Adden. ad Buratt. deciſ.* 231.*nu.*7. *deciſ.*91. §.1.*in fine, verſ. quia conſtito, poſt Fenzon. Romana pecuniaria* 13. *Maij* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio*.

Et ita, &c. Altera tantum, &c.

ASCVLANA SVCCESSIONIS.

Veneris 28.*Iunij* 1647.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in prophanis conceditur etiam ſine fumo, quando conſtat de tali releuantia materiæ articulatæ, quæ ſit probabilis, & calumniæ ſuſpicionem excludat.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria datur etiam abſque fumo, quando materia eſt releuans.*

2 *Legitimatio perſonarum eſt neceſſaria in quocumque Iudicio.*

3 *Legitimæ ſupplementum liquidari non poteſt, niſi firmetur ſtatus hæreditatis.*

4 *Legitimæ ſupplementum peti poteſt, ſi minus legitima in Teſtamento relictum fuit.*

5 *Remiſſoria concedenda venit non obſtan. exceptionibus ſuper negocio principali.*

6 *Remiſſoria vt cõcedatur ſufficit quod materia articulata apparenter releuet.*

7 *Remiſſoria debet concedi, priuſquam terminetur negotium principale, ne præpoſteretur ordo, quod illud decidatur ante factas probationes.*

8 *Remiſſoriæ in conceſſione ſufficit releuantia probabilis, & quæ calumnia ſuſpicionem excludat.*

9 *Succeſſio debetur proximiori in gradu.*

10 *Remiſſoria in concedenda, ſufficit releuantia vnius articuli, licet cæteri ſint irreleuantes.*

DECISIO XXIII.

1 CENSVERVNT DD. Hieronymæ, & Frãciſcæ de Sgariglis remiſſoriam eſſe concedeñ; Nam cauſa eſt prophana, & releuans materia articulata, quo caſu etiam abſque fumo conceditur probandi facultas, vt dixit *Rot. coram Verall. deciſ.*230.*in fin. part.*1. *& dec.*68. *num.*1.*part.*3. *coram ſa: me: Gregor. deciſ.*174.*nu.*2. *& deciſ.*403.*num.*3. *& in recent. deciſ.*348. *num.*1. *& deciſ.*677. *eod. num. part.*1. cum alijs *in Calaritana Præeminentiarum* 4. *Decembris* 1646. *coram me*.

Releuantia videtur clara, quatenus concernit legitimationem perſonarum, & probationem ſtatus hæreditatis,
2 legitimatio enim perſonatũ eſt neceſſaria in quocumque iudiciõ, vt tradit *Bart. in l.*2. *num.*3. *C. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de adipiſc. remed.*4.*num.*441. *& ſeqq. & de recuper. remed.*15.*num.*272. *& ſeqq. Lancell. de attent. part.*3. *cap.*24.*quæſt.*2. *num.*4. *Rot. coram ſa: mem: Gregor. deciſ.*223.*nu.*3. *& deciſ.*264.*nu.*2. ibique *Adden. qui plures cumulant num.*5. *& coram Merlin. deciſ.*553.*num.*16.

3 Et ſtatus hæreditatis firmari debet, dum ipſæ petunt ſupplementum legitimæ in bonis Beatæ Matris adhoc, vt poſſit innoteſcere, ad quam ſummam dictum ſupplementum aſcendat, iuxtà notata per *Mareſc. var. reſolut. lib.*2.*cap.*121.*n.*71. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*198. *num.*18. *Rot. poſt Pacific. de Salu. deciſ.*60. *num.*2. *& coram Merlin. deciſ.*848. *ſub num.*1. *verſic. quod autem*.

4 Non obſtat, quod in Teſtamento materno fuerint eiſdem Mulieribus relicti floreni 300. pro legitima, & toto eo, quod prætendere poſſent: Quia non obſtante diſpoſitione prædicta, ſi minus portione legitimæ relictum fuit, poſſunt agere pro ſupplemento, vt eſt *text. expreſſus in* §.*cæterum, Auth. vt cum de appell. cogn. Bald. in l. ſi quando,* §.*vltimo nu.*1. *C. de inoff. teſtam.* & probat *Corn. conſ.*265.*num.*6. *&* 7. *lib.*3. *Cephal. conſ.*95.*num.*8. *&* 18. *lib.*1. *Rot. in Romana Legitimæ poſt Merlin. de legit. deciſ.*41.*num.*1. *&* 12. *& in Ciuitatis Caſtelli Supplementi Legitimæ poſt eund. deciſ.*85.*num.*1. *& ſeqq.*

5 Nec quicquam facit exceptio renunciationis, & præſcriptionis, quia hæc plenius diſcutienda erunt in negocio principali, vt cenſuit *Rot. in Maceraten. Pecuniaria* 27. *Ianuary* 1645. *co-*
6 *ram R. P. D. meo Otthobono*; Interim verò ſufficit quod materia articulata apparenter releuet,
*Buratt. deciſ.*28.*num.*3. ibique *Add. littera B. & in*
7 *recent. deciſ.*720. *eod. nu. part.*2. vbi ne præpoſteretur ordo cauſę, & decidatur negotium principale antequam ſint factæ probationes, *Rot. in Romana Dotis* 4.*Iulij* 1646. *& in Piſauren. Donationis ſub die* 26. *currentis coram eodem D. meo Otthobono, & in Mediolanen. Prioratus* 27.*Maij præ-*
8 *teriti*, vbi quod ſufficit releuantia probabilis, & quæ calumnię ſuſpicionem excludat, *coram R. P. D. meo Corrado*.

In præſenti verò caſu non ſolum releuan-
9 tia deducitur ex prædictis, ſed etiam quia eædem Hieronyma, & Franciſca intendunt probãre, ſe eſſe proximiores Dioclitiæ, quibus propterea ab inteſtato deberetur ſucceſſio, §.1. *&* §.*ſi plures Inſtit. de legit. Agnat. ſucceſſ. l.*1. *ff. vndè cogn.* cum alijs per *Mart. de ſucceſſ. legal.*
10 *part.*3. *quæſt.*1. *artic.*2. *num.*33. Vndè hic ſolus articulus eſſet ſufficiens pro conceſſione Remiſſoriæ, etiamſi cœteri eſſent irreleuantes, *Mantic. deciſ.*312.*num.*2. *Buratt. deciſ.*246.*num.*10. *& deciſ.*656.*num.*4. *ſa: me: Gregor. deciſ.*124.*nu.*3. *& deciſ.*403. *ſub num.*6.

Et ita vtraque, &c.

MAIORICEN. PAROCHIALIS.

Veneris 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Appellatio licet non detur à iudicio Epiſcopi circa electionem ad parochiales niſi conſtito de irrationabili iudicio ipſius; Nihilominus hoc procedit ad effectum reuocandi electionem, non autem ad finem prouocandi præelectum ad nouum examen.

SVMMARIVM.

1 *Pro iudicio Ordinarij præſumendum eſt.*
2 *Amplia præſertim quando mores, & qualitates electi innoteſcunt eidem Ordinario.*
3 *Ordinarij iudicium qui aſſerit eſſe irrationabile tenetur plenè, & concludenter probare.*
4 *Declara id procedere, quando agitur de infirmanda electione ipſius Ordinarij.*
5 *Conſtitutio Pij V. in ordine 33. declaratur.*
6 *Verba clara non indigent interpretatione.*
7 *Appellatio à iudicio Ordinarij circà electionem ad parochiales operatur tantũ ad effectũ deuolutiuum non autem ſuſpenſiuum.*
8 *Clauſula,* Conſtito, *importat conditionem, & debet plenè, & concludenter probari.*
9 *Electio an poſſit fieri de digno omiſſo digniori.*
10 *in Electione ad parochiales non ſolum inſpicienda eſt doctrina, ſed etiam prudentia mores, & aliæ qualitates eligendi.*
11 *Dignior dicitur ille, qui eſt magis vtilis, & aptus ad munus, cui præficitur.*
12 *Idoneus, vt quis dicatur ad parochiales, quas qualitates habere debeat ex diſpoſitione Concilij.*
13 *Examen in gradu appellationis quo in loco fieri debeat.*
14 *Dictio,* Coram aliquo, *importat præſentiam.*

DECISIO XXIV.

PLACVIT DD. ſequendo ſenſum Sacræ Congregationis Concilij confirmare deciſionem ſub die 13. Iunij anni præteriti coram me emanatam, in qua reſolutum fuit; decernendum eſſe nouum examen in Vrbe, & potuiſſe Iacobum appellantem prouocare Andream præelectum ad nouum examen, etiam non docto de irrationabili iudicio Epiſcopi.

1 Nam, quamuis vera ſit concluſio, quod pro iudicio Ordinarij ſemper præſumendum ſit, *cap. in præſentia,* ibique *DD. de renunc. cap. ſicut de ſent. & re iud. Rot. coram Buratt. deciſ. 635. nu. 8. & in recent. deciſ. 537. nu. 14. in fine part. 1. deciſ. 36. num. 1. part. 2. deciſ. 521. in fine, part. 3. & deciſ. 149. num. 8. part. 4. tom. 2.*

2 Præſertim quãdo mores, & qualitates electi innoteſcunt eidem Epiſcopo, vt notat *Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 4. nu. 117. verſ. præſertim, & num. ſeq. Caputaq. deciſ. 406. par. 2. Buratt. deciſ. 22. nu. 30. & deciſ. 654. num. 4. part. 4. diuerſ.*

3 Itaut allegans contrarium debeat id plenè, & cõcludenter probare, *Barboſ. de Paroch. cap. 2. num. 142. Rota in Cremonen. Concurſus 15. Ianuarij 1621. coram Manzanedo, & deciſ. 164. nu. 1. & 2. part. 4. tom. 2. recent.*

4 Nihilominus id venit intelligendum, ſi ageretur de infirmanda electione ipſius Epiſcopi, quo caſu de dicta irrationabilitate deberet ſufficienter conſtare, in quibus terminis procedit *deciſ. 11. coram ſan. mem. Gregor. XV.* vbi, non obſtante, quod Benedictus appellaſſet ab electione Ordinarij, & obtento nouo examine, in quo præelectus non comparuit, repertus fuerit idoneus, & vlterius ſententiam fauorabilem reportauerit, non propterea cenſuit Rota, conſtare de irrationabili iudicio Epiſcopi, quinimò ſententiam ad fauorem eiuſdem Benedicti latam, eſſe reuocandam, & ita etiam loquitur *deciſ. 223. impreſſ. poſt 2. volum. conſ. Farinac.*

5 Conſtitutio enim *ſan. me. Pij V. in ordine 33. Bull. nou. tom. 2.* duas continet partes, alteram, quæ concernit appellationem à pretenſa mala electione Epiſcopi, & prouocationem præelecti ad nouum examen, & in hac nullam probationem prætenſæ irrationabilitatis requirit, vt patet ex verbis ipſius Conſtitutionis, de quibus in §. 7. ibi: *Poſſint ij, qui reiecti fuerint à mala electione huiuſmodi ad Metropolitanũ aut ſi exemptus fuerit ad viciniorem Ordinariũ, &c. aut alias ad ipſam Sedem Apoſtolicam appellare, ac præelectum ad nouum examen coram ipſo appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocare.*

6 Quæ verba, cum ſint ſatis clara, nulla indigent interpretatione, *l. 2. C. de lib. præt. Aym. conſ. 294. ſub nu. 6. verſ. tertio principaliter, Rot. coram Seraph. deciſ. 762. num. 1. & in recent. deciſ. 45. nu. 5. part. 1.* & in his præciſè terminis firmat *Gratian. deciſ. Marchia 97. num. 22.* & melius ibidem *in addit. num. 7.*

7 Neque ex huiuſmodi appellatione præiudicium aliquod infertur Eccleſiæ, quia talis appellatio non impedit, quo minus electio facta per Ordinarium interim debitæ demandetur executioni, ſed tantum operatur reſpectu deuolutiui, vt cauetur expreſsè in §. 8. eiuſdem Conſtitutionis, & notat *Garz. de benef. part. 9. lib. 2. cap. 2. num. 246. Gratian. d. deciſ. Marchia 97. num. 23. Rot. in recent. deciſ. 656. nu. 1. & 2. part. 1. Buratt. deciſ. 22. num. 11. & 15. deciſ. 37. num. 1. deciſ. 625. num. 4. & 5. & deciſ. 900. num. 1. verſ. quæ appellatio, & num. ſeq. Add. ad Gregor. deciſ. 538. num. 7.* cum alijs per *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 126. & 127.*

Alteram verò, quæ reſpicit terminationem cauſæ, & collationem ipſius parochialis, & in hac præcedere debet probatio ſuper irrationabili iudicio Epiſcopi, ibi: *Et conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato paro-*
8 *rechialis magis idoneo conferatur,* Clauſula enim, *Conſtito,* importat conditionem, & debet plenè, & concludenter probari, vt latè *Felin. in cap. ſi conſtiterit nu. 5. de accuſ. Pariſ. conſ. 41. nu. 14. lib. 4. Rot. deciſ. 4. num. 5. part. 4. tom. 1. recent.* & in his terminis firmatum fuit *coram ſan. me. Greg. deciſ. 11. num. 2. Ricc. in praxi concurſus reſolut. 363. num. 2.*

Vndè hodiè non eſt diſcutiendum de qualitatibus oppoſitorum, neque, an electio de

digno

Digitized by Google

9 digno poſſit fieri digniori omiſſo; Eſto enim, quod de digniori fieri debeat, vt inquit text. in c. quoniam de iurepatr. ibi: Præficiatur Eccleſiæ, qui maioribus innatur meritis, cap. Metropolitano 63. diſt. in fine, Beneuentana Parochialis 13. Iunij 1590. coram Orano inter diuerſ. deciſ. 655. nu. 1. part. 4. & in Calaguritana dimidij Beneficij 16. Iuny 1603. corā Ortembergo, & diſponit Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de reform.

10 Nihilominus, non ex eo tantum, quod in examine Iacobus euadat doctior erit præferendus Andreæ, ſi apparebat, illum, vltra doctrinam, habere alias maiores qualitates, Rot. d. deciſ. 655. num. 1. part. 4. diuerſ. & in recent. deciſ. 521. num. 1. & deciſ. 551. num. 2. part. 3.

11 Dignior enim dicitur ille, qui eſt magis vtiiis, & aptus ad munus, cui præponitur Couar. in reg. peccatum part. 2. §. 7. num. 4. verſ. dignior verò, Sot. de iuſt. & iure lib. 3. quæſt. 6. art. 2. concl. 9. Rodriquez in ſumma part. 1. cap. 106. nu. 2. Marcheſ. de commiſſ. part. 1. fol. 283. num. 28. Rot. diuerſ. deciſ. 654. num. 2. part. 4. & coram Buratt. deciſ. 22. num. 29. & deciſ. 635. num. 6.

12 Indè Concilium Teident. d. ſeſſ. 24. cap. 18. de reform. in verſ. peracto deindè examine, dum vult, quod Epiſcopus eum eligat, quem cœteris magis idoneum iudicauerit, huiuſmodi idoneitatem exemplificat in ætate, moribus. doctrina, prudentia, & alijs ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis, & ita diſponit text. in cap. cum in cunctis de electio, & notat Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 4. nu. 110. & plurib. ſeqq. vſque ad nu. 146. Garz. de beneſ. par. 9. cap. 2. nu. 232. & ſeq. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 362. n. 2. & ſeq. Modern. Alexandrin. in prax. haben. concurſ. requiſ. 5. dub. 2. num. 6. & ſeqq. & dixit Rot. in d. deciſ. 655. part. 4. diuerſ.

13 Quod autem examen huiuſmodi ſit facieñ in Vrbe, probant expreſsè verba Conſtitutionis, ibi: Ac praelectum ad nouum examen coram ipſo appellationis iudice, ac eius examinatoribus prouoca-
14 re. Quæ verba, coram ipſo, important de neceſſitate præſentiam, vt inquit text. in l. diem proferre, §. coram autem, ibique Bart. Bald. & communiter DD. ff. de recept. arb. & vltra reſolutiones Sac. Congregat. Concilij, ita firmat Barboſ. de offic. Paroch. part. 1. cap. 2. num. 149.

Et ita deciſum fuit vtraque parte informante.

POSNANIEN. ABBATIAE.

Lunæ 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Reſignatio facta coram perſona habente facultatem inſtituendi, & deſtituendi concurrente iuſta cauſa ſuſtinetur, & plures enumerantur cauſæ, quæ iuſtæ reputantur.

SVMMARIVM.

1 *Literæ patentes probant deputationem Vicarij.*
2 *Hiſtoricis plurimum deferendum venit.*
3 *Facultas inſtituendi, & deſtituendi quomodo, & ex quibus probetur.*
4 *Status vltimus benè demonſtrat ad quem ſpectet ius inſtituendi, & deſtituendi.*
5 *Exemptus non poteſt renunciare priuilegiis Apoſtolicis ſinè licentia Pontificis, cui eſt ſubiectus.*
6 *Reſignatio, vt admittatur, ſufficit pro cauſa Incontinentia Reſignantis.*
7 *Irregularitas etiam eſt iuſta cauſa.*
8 *Similiter alia crimina concurrantia in Reſignante.*
9 *Cum Regularibus veritas attendi debet, non autem ſcrupuloſus iudiciorum ordo.*
10 *Reſignatio ad hoc, vt ſuſtineatur, ſufficit quod reſignans ſe inhabilem, & inſufficientem agnoſcat.*
11 *Conſcientia patrati criminis eſt cauſa ſufficiens pro ſuſtinenda reſignatione.*
13 *Item clamoſa, & ſcandaloſa diffamatio.*
13 *Metus probari debet per allegantem.*
14 *Metus iuſtus nō dicitur ille quem propria culpa quis patitur.*

DECISIO XXV.

INFORMANTE tantum Paulo, reſolutum fuit ſub die 15. Iunij 1646. conſtare de nullitare reſignationis, ex eo potiſſimum fundamento, quia non apparebat Vicarium generalem, qui illam admiſit habuiſſe auctoritatem inſtituendi, & deſtituendi, ac etiam quia eadem reſignatio videbatur facta ſine cauſa, & dabatur aliquis fumus, quod non fuerit libera, & voluntaria, ſed coacta, & facta propter metum à d. Vicario generali eidem Paulo renuncianti illatum. Hodie cauſa repropoſita, & vtraque parte acriter informante ex nouiter deductis cenſuerunt DD. à deciſis recedendum.

1 Conſtat enim Leonardum Abbatem Pelplineñ, qui reſignationem admiſit fuiſſe deputatum ab Abbate Morimundi Vicarium, & Viſitatorem generalem ad omnia Monaſteria huius Ordinis Ciſtercieñ exiſtentia in Regnis Poloniæ, & Pruſſiæ cum omnimoda, & abſoluta poteſtate, & cum facultate in ſpecie inſtituendi, & deſtiruendi, vt ex litteris patentibus ab eodem ſubſcriptis, & nuper in forma authentica exhibitis, quæ optimè probant huiuſmodi miniſterium, iuxtà deducta per Maſcard. de prob. concluſ. 1405. num. 3. lib. 3. Rot. deciſ. 1. de offic. Vic. in nouis, & coram Duran. deciſ. 263. num. 2.

Nec de poteſtate Abbatis Morimundi dubitari poteſt, nàm quod illius Monaſterium ſit caput, & quod ab illo tanquā à Patre procedat per gradus diſtinctos Abbatia, & Monaſterium Paradiſienſe, vltrà Regulas, & Conſtitutiones ordinis, teſtantur Manriq. in Annal. Ciſterc. cap. 3. nu. 3. & cap. 10. eodem num. Iongell. de not. Abbat. Ordin. Ciſterc. lib. 3. fol. 54. & 63. & lib. 4
2 fol. 50. alijque Hiſtorici relati per informantes, quibus in hac materia eſſe deferendum, probat text. in l. 1. ibi: A quibuſdam Scriptoribus traditum eſt, ff. de off. Præf. Præt. & in l. 1. circa med. ibi: Iunius, & Trebatius, & Feneſtrella ſcribunt de offic. Quæſt. Bart. in l. 1. nu. 22. verſ. quædam ſunt ſcripturæ, ff. ſi cert. pet. Rot. deciſ. 718. nu. 2. part. 4.

par.4.diuerſ.& in rec.deciſ.480.num.14.par.4. tom.
2.& deciſ.353.num.23. par.5. cum alys per Add. ad
deciſ.539.num.36.par.4.tom.3.
3 Et quod ad Abbatem Monaſterij principa-
lis competat Ius, & facultas inſtituen. & de-
ſtituen. diſponunt Regulæ, & Conſtitutiones
eiuſdem Ordinis, Charta Charitatis commu-
niter nuncupatæ, & confirmatæ ab Eugenio
III. in Bullar.nou.Conſt.2.§.20.& 21. tom. 1.
nec non à Clem. IV. in eodem Bullar. Con-
ſtit.3.§.26.& 27.
4 Non obſtat, quod electio Pauli Capitulari-
ter facta, fuerit poſteà ab Epiſcopo confirma-
ta, & quod ex huiuſmodi confirmatione, tan-
quam ex vltimo ſtatu, optimè deprehenda-
tur, ad quem ſpectet Ius inſtituendi, ac deſti-
tuendi; Quoniam ſtante totius Ordinis exēp-
tione à poteſtate Epiſcopali non competebat
illi huiuſmodi Ius, nequè per ſimilem con-
5 firmationem firmatus fuit aliquis ſtatus, qui
ſit attendendus, cum non valeat exemptus
ſine conſenſu, & licentia Pontificis, cui im-
mediatè ſubiectus eſt renunciare Priuilegiis
Apoſtolicis illiſq; aliquod præiudicium infer-
re, *vt eſt tex.in c.cum tempore §. fin. de arbitr.Bald.*
qui loquitur de Ciſtercien.conſ. 337. vol. 4. num. 4.
Creſcent.deciſ.3.num.1.de foro comp.Mant. dec. 237.
num. 4. & firmatum fuit in Gandauen. exemptionis
10.May 1647.§.Adhuc dicebant coram me.
6 Quo verò ad cauſam viſum fuit Dominis
de illa ſufficienter conſtare ex proceſſu ab eo-
dem Viſitatore fabricato, in quo, & inconti-
nentia, & irregularitas ex homicidio cõtracta,
& alia grauiora crimina apparent iuſtificata,
prout de incontinentia firmat *Abb. in cap. 2.*
num.6.verſ.ſecunda ſi incontinenter de ſtat. Monach.
Modern.de iur.Abbatum tom.1. diſput. 13. quaſ. 2.
num.5. & adeſt Conſtitutio Clementis IV. in-
cipien. Paruus fons, qui creuit in fluuium in
7 Bullar. Conſt. 3. tom. 1. Et de irregularitate
tradit *Diu.Thom.in 2.2.quæſt.185. art.4. §. reſpon-*
deo dicendum circa med.Silueſter in Sum. ver. Irre-
8 *gularitas q. 14.* Et de alijs criminibus in genere
Fuſc.de Viſitat.lib.2.c.28.num.25.in princ. Pariſ.de
Reſign.lib.5.q.6.num.57.& ſeqq. & diſponit Bul-
la Pij V. incipien. *Quanta Eccleſiæ Dei incom-*
moda §.Nunc autem, & §.ſeq.Conſtit.58.tom.2.
Nec obſtant prætenſæ nullitates oppoſitæ
contra d. proceſſum, prout nec etiam quod
facta non fuerit trina monitio, nec ſeruata
forma tradita per Conſtitutiones Ordinis, ac
Bullam Clementis IV. in ord. 3. §. 23. Bullar.
9 nou. tom. 1. Nam vltra quod verſamur in
Regularibus inter quos magis rei veritas,
quam ſcrupuloſus iudiciorum ordo conſide-
ratur *c.qualiter, & quando 24. in fin. verſ. hunc ta-*
men ordinem de accuſ. & c.ad petitionem eod. tit. &
habetur in d.Conſtit.3. §. 28. verſ. ſi verò; Aduer-
tendum eſt quod hodie non agitur de confir-
manda ſententia priuationis aduerſus Paulum
iudicialiter prolata, in quibus terminis proce-
10 dunt iura ſupra deducta, ſed de ſuſtinenda re-
nunciatione ab ipſo facta, ad quem effectum
ſufficit quod reſignans ſe inhabilem, & inſuf-
ficientem agnoſcat, vt in fortioribus eſt *text.*
in cap.1.ibiq.gloſ.quæ diſtinguit inter depoſitionem, &
renunciationem in verbo inſufficientem de renunciat.
in 6. quam diſtinctionem amplectitur *Gygas*
conſ.20.à num.1.& plurib.ſeqq.& præſertim nu.17.
11 & 12. Et ſola conſcientia patrati criminis eſt
cauſa ſufficiens pro ſuſtinenda renunciatione
cap.Niſi cum pridem, & ibi Butr. num.5. verſ. nota
primam cauſam de renunc. Pariſ. eod. tract. lib. 5.
12 *quæſt. 3. num. 8.* Prout etiam eius clamoſa, &
ſcandaloſa diffamatio *Fuſc. de Viſit. lib.2. c.28.*
num.25.in fin.verſ.vel quia turpiter, & ſcandaloſè
Pariſ.d.lib.5.q.3.num.177.& quæſt.6. num.101. &
ſeqq. Modern. de Iur. Abbat. tom. 1. diſput.13.q.1.
num.14.
13 Demum reſpectu metus reſponſum fuit il-
lum nullo modo probari, prout erat neceſſa-
riò probandus *per tex.in l.2.vbi gloſ.& DD.C.de*
his quæ vi metuſue cauſa fiunt Rota in Leodien.fidei-
commiſſi de Reneſſe 10. Iunij 1613. coram Sacrato,
Et præſertim quod fuerit iuſtus, legitimus, &
veriſimilis *l. metum autem ff. de eo quod met. cauſ.*
l.vani timoris de reg.iur.Ioſeph.Lud. com. opin. con-
cluſ.14.illat.155.
14 Iuſtus autem, & à iure approbatus non po-
teſt dici metus ille, quem Paulus propria cul-
pa paſſus fuit ob delicta, & crimina per ipſum
commiſſa *l. 3. §. ſed vim ff.de eo quod met. cauſ.*
l.Accuſationis Cod.eodem tit. Alex. conſ.99. num.1.
verſ.ſed iſtud lib.3. Couar.de ſponſal. & matrim. 2.
par.cap.3.§.4. num.12. verſ. verum ſi, cum alys per
Pariſ.de reſign.lib.13.q.1.num.125.
Et ita &c.

TAVRINEN. PAROCHIALIS.

Mercurij 13. Nouembris 1647.

ARGVMENTVM.

Attentata ſunt omnia geſta poſt præſentatam inhibitionem Rotalem, ſiuè inhibitio ſit iuſta ſiuè iniuſta, & ſiuè attentata commiſſa fuerint contra ipſummet poſſeſſorem, ſiuè contrà illius Colonos, & Arrendatarios.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta poſt inhibitionem Rotalem.*
2 *Indè attentatum eſt ſequeſtrum obtentum poſt dictam inhibitionem.*
3 *Attentata eſt pariter exactio fructuum.*
4 *Remedium l. diffamari competit tantum contra perſonas certas.*
5 *Clauſula* omneſque alios *contenta in commiſſione iactationis, & iactationum operatur, vt omnes intereſſe habentes cenſeantur in ea comprehenſi.*
6 *Attentare dicitur qui contrauenit inhibitioni etiam ſi in commiſſione non fuerit nominatus.*
7 *Inhibitio Rotalis ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſemper eſt timenda etiam ſi parti tantum intimata fuerit.*
8 *Attentata prius reuocari debent, & poſtea de iuſtitia inhibitionis diſcuti, & redditur ratio.*
9 *Attentata reuocari debent, ſiuè executio facta fuerit contra illum qui commiſſionem obtinuit, ſiuè contra illius Creditores.*
10 *Conductor non ſibi, ſed Domino poſſidet.*

11 *Co-*

11 *Coloni ſi eijciantur ipſe Dominus eijci de poſſeſſione videtur.*

12 *Spolii actio non competit Colono, qui fuit eiectus, ſed tantum Domino.*

13 *Attentatorum reuocatio competit poſſeſſori, qui paſſus fuit ſequeſtrum, & executionem non obſtante inhibitione executa.*

14 *Attentata ſi non reuocantur ad inſtantiam partis, reuocantur ſaltem officio Iudicis propter illius ſpretum.*

DECISIO XXVI.

INTRODVCTA cauſa in Rota vigore
Commiſſionis iactationis, & iactationum
ad inſtantiam Petri Lequij prouiſi Apoſtolici
contra Ignatium, & Alphonſum ſuper Parro-
chiali Eccleſia S. Donati cum duabus Eccle-
ſijs eidem annexis, altera nempè S. Ioannis
Baptiſtæ, & altera S. Mariæ Magdalenæ fue-
runt in vim illius perſonaliter inhibiti Io: Pe-
trus, & Carolus aduerſarij, ſed quia ijdem
non obſtante Inhibitione prædicta obtinue-
runt ab Archidiacono Taurineñ præceptum
contra Colonos pro fructuum conſignatione
vnà cum mandato, & exequutione ſubſe-
quuta; Ideò propoſito dubio per contradictas,
An conſtet de attentatis, illud ad fauorem
Lequij reſolutum fuit. Nam cum omnia
prædicta geſta fuerint poſt Inhibitionē Rota-
1 lem ſub die 19. Iunij anni præteriti perſona-
liter præſentatam; non poſſunt à vitio attenta-
torum excuſari iuxtà *tex. in c. non ſolum in fin. de*
2 *appell. lib.* 6. & in terminis de ſequeſtro poſt
Inhibitionem reportato dixit *Rota in Braccha-
ren. penſionis* 25. *Iunii* 1607. *coram Iuſto, & in ea-
dem coram Vbaldo deciſ.* 464. *num.* 1. *par.* 1. *in rec.*
3 & de exactione fructuum beneficij *Mant. deciſ.*
168. *num.* 1. *&* 2. *& deciſ.* 184. *num.* 1. *& in rec. deciſ.*
79. *eod. num. par.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 687. *num.* 3. *par.* 4.
tom. 3.

4 Non obſtat quod remedium *l. diffamari* de-
tur ſolum contra perſonas certas, & in Com-
miſſione ſuper illo obtenta fuerint nominati
tantummodò Ignatius, & Alphonſus nulla
5 facta mentione de perſona Caroli; & Io: Pe-
tri; Quoniam ſtante clauſula *omneſque alios*,
cenſetur conceſſa iuriſdictio contra omnes
intereſſe habentes, qui propterea licitè citari,
& inhiberi potuerunt per indè, ac ſi ſpeciali-
ter ibidem nominati fuiſſent ad notata per
Abb. in cap. veniens il 2. *num.* 8. *de teſtib. Rota coram
Greg. deciſ.* 94. *num.* 3. *& deciſ.* 121. *num.* 4. *vbi Add.
num.* 7. & fuit dictum *in Reatina Vicariæ* 28. *Iu-
nii* 1647. *coram R. P. D. meo Cerro.*

6 Imò cum prædicti Carolus, & Io: Petrus
ſpecialiter citati, & inhibiti fuerint, etiam ſi
non eſſent in Commiſſione comprehenſi, de-
bebant ab vlteriori proceſſu coram dicto Ar-
chidiacono abſtinere, nec ad alios actus in
cauſa proſequi, vt latè deductum fuit in *Ro-
mana fideicommiſſi de Marianis* 11. *Martij proximè
præteriti coram R. P. D. Royas.* Nam inhibitio
7 Rotalis ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſemper eſt ti-
menda *Caputaq. deciſ.* 93. *par.* 2. Etiamſi inhibi-
tio tantum parti præſentata fuerit, non autem
Iudici *Rota in rec. deciſ.* 311. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 2. *&
in Lucana Canonicatus* 30. *Aprilis* 1646. *coram R. P.
D. meo Peutingero, & in Vercellen. Prioratus* 28.
Nouembris eiuſdem anni coram eodem.

8 Et ideo prius debent attentata reuocari, &
poſteà de iuſtitia Inhibitionis diſcuti, ne ſub
Clypeo prætenſæ Iniuſtitiæ aperiatur via Iudi-
cibus inferioribus iudicandi ſuper Inhibitio-
nibus Rotalibus *Achil. deciſ.* 29. *num.* 6. *de appell.
deciſ.* 785. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. & in Romana attenta-
torum poſt Marcheſ. de Commiſ. tom.* 1. *fol.* 1247.
num. 4. *& in Sabinen. Confinium. pœnes eundem tom.*
2. *fol.* 37. *num.* 1. *per tot. & apud Pacif. de Salu. deciſ.*
71. *num.* 2. *& deciſ.* 72. *num.* 10.

9 Minus attentata huiuſmodi euitari poſſunt
ſub prætextu, quod nihil actum fuerit contra
Lequium, qui Commiſſionem, & Inhibitio-
nem impetrauit, ſed tantum contra Colonos,
Conductores, & Arrendatarios, nàm cum
idem Lequius in poſſeſſione bonorum repe-
riretur ſtante appræhenſione vſque de anno
1643. die 15. Iunij, & fructus ad ipſum vti
poſſeſſorem ſpectarent, vtique exequutio fa-
cta contra Colonos, & Affictuarios perindè
habetur, ac ſi contra ipſum facta fuiſſet; Con-
10 ductor enim non ſibi, ſed Domino poſſidet
l. ſi id, quod §. 1. *& l. ſi Colonus ff. de acq. vel amitt.
poſſ. Bal. conſ.* 131. *num.* 3. *verſ. ſuper* 3. *lib.* 1. *Socc.
conſ.* 18. *num.* 28. *vol.* 1. *Rot. deciſ.* 169. *num.* 9. *par.* 4.
tom. 2. *rec. & deciſ.* 513. *num.* 8. *par.* 4. *tom.* 3.

11 Inde quicquid fit contra Conductorem,
contra ipſum Dominum fieri videtur, vt eſt
tex. in l. 1. *§. ſi quis tamen ff. de vi, & viarm.* vbi ha-
betur, quod Eiectis Colonis ipſe Dominus
deiici de poſſeſſione videtur *Bar. in l. ſi quis in
tantam ad fin. C. vnde vi, Menoch. conſ.* 338. *num.* 2.
12 *lib.* 4. Et propterea actio ſpolij, vel ſimilis non
ipſi, ſed Domino competit idem *Bart. in d. l.* 1.
§. deijcitur num. 3. *verſ. aut expellitur Colonus ff. de
vi, & viarm. Bal. in c. dilectis num.* 17. *verſ. quæro
numquid de appel. Natt. conſ.* 161. *num.* 12. *Menoch.
de recup. remed.* 1. *num.* 65. *& in tract. de retin remed.*
3. *num.* 47. *& ſeq. cum alijs adductis per Caroc. de
locat. & cond. remed.* 8. *quæſt.* 1. *num.* 1. *& ſeqq. fol. mi-
hi* 266.

13 Et in terminis terminañ quod poſſeſſor be-
neficij, qui obtinuit inhiberi poſſit agere pro
reuocatione ſequeſtri, & exequutionis factæ
contra Conductores, & Arrendatarios reme-
dio attentatorum firmauit *Rota in Vercellen.
Prioratus* 28. *Nouembris* 1646. *&* 11. *Ian.* 1647.
coram R. P. D. Peutingero, & faciunt tradita per
Gail. obſer. 126. *lib.* 1. *& in Cæſarauguſtana Diſtri-
butionum, ſeù attentatorum* 26. *Iunij* 1645. *coram
R. P. D. meo Cerro.*

14 Et in omnem caſum eſto, quod huiuſmodi
attentata non poſſent reuocari ad inſtantiam
partis, poſſent tamen reuocari officio Iudicis
propter illius ſpretum ad notata per *Franch.
in c. bonæ memoriæ num.* 15. *de appel. Caſſad. deciſ.* 3.
num. 6. *de reſt. ſpol. & in rec. deciſ.* 235. *num.* 7. *par.* 1.
& coram Greg. XV. deciſ. 91. *num.* 8. *vbi Add.
num.* 12.

Et ita &c.

TAVRINEN. PAROCHIALIS.

Veneris 20. Decembris 1647.

Rota Memorialium.

ARGVMENTVM.

Pro reuocatione attentatorum datur etiam mandatum de manutenendo, & pro reſtitutione fructuum perceptorum mandatum executiuum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo datur pro reuocatione attentatorum, & num. 4.*
2 *Declara quando poſſidens non habet ſe pro ſpoliato.*
3 *Attentatorum reuocatio quoad præterita habet vim recuperandæ, & quoad futura retinendæ.*
4 *Mandatum executiuum dat. pro reſtitutione fructuum attentatè perceptorum.*

DECISIO XXVII.

1 CVM ſub die 13. Nouembris præteriti reportauerit Petrus Lequius reſolutionem fauorabilem ſuper attentatis, & hodiè in Rota memorialium inſteterit pro mandato de manutenendo Domini ordinarunt mihi, vt illud expedirem, eum iſte ſit vnus ex modis
2 reuocandi attentata, quem Rota nunquā denegat, quando poſſidens non habet ſe pro ſpoliato, vt teſtatur *Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſſ. 3. par. 10. nu. 10. Rota coram Seraph. dec. 1176. num. 6.* & fuit dictum in *Vladislauien. Villæ de Hoppembruch 3. Iulij 1645. coram R.P.D. meo Otthobono*, cum aliis per *Poſt. de manut. obſeru. 10. à num. 32.*

3 Reuocatio enim attentatorum quoad præterita habet vim recuperandæ poſſeſſionis, quo verò ad futura retinendæ *Oldrad. conſ. 206. num. 4. verſ. nunc autem, Rota coram bo: me: Cocc. deciſ. 380. num. 3. & ſeqq. & deciſ. 418. num. 4. & in Peruſina Domus 23. Ianuarij 1612. coram eod.*

4 Et ideò in futurum poterit Petro concedi mandatum de manutenendo, in præteritum verò mandatum executiuum pro fructuum reſtitutione, ac ſequeſtri reuocatione, perindè, ac ſi nunquam fuiſſet poſſeſſione priuatus *Rot. d. deciſ. 418. num. 4. in fine verſ. poterit in futurum coram Coccino &c.*

ASCVLANA DOTIS.

Ven. 24. Ianuar. 1648.

ARGVMENTVM.

Exceptio non implementi an, & in quibus caſibus operetur, & à quibus opponi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Nuncij, ſeù Curſoris relationi ſtandum eſt in pertinentibus ad eius officium.*
2 *Citationis defectus tollitur per comparitionem, & proteſtationem partis.*
3 *Exceptio non implementi non poteſt opponi ei, qui nihil tenetur adimplere.*
4 *Mariti promiſſio, quod uxor renunciabit paternis, maternis, & alijs bonis, non præiudicat Vxori.*
5 *Exceptio non implementi operatur tantummodò reſpectu illius qui tenetur adimplere, non autem reſpectu aliorum.*
6 *Maritus, qui promiſit ratificationem Vxoris repellitur exceptione non implementi, ſi non adimplet.*
7 *Correſpectiuitas operatur reſpectu contrahentis, non autem perſonæ diuerſæ.*
8 *Correſpectiuitas non habet locum in capitulis ſeparatis.*
9 *Exceptio non implementi opponi non poteſt quando Capitula ſunt diuerſa.*
10 *Prout nec etiam opponi poteſt ab eo qui iam acquieuit contractui.*
11 *Nouatio, & remiſſio inducitur per actum incompatibilem.*
12 *Legitima nullum onus, aut grauamen recipit.*
13 *Exceſſus debet probari ab allegante.*
14 *Continens eſt maius contento.*
15 *Exceptio non implementi turbida non retardat executionem obligationis Cameralis.*

DECISIO XXVIII.

CONTRA mandatum A. C. quod ſub die 26. Iunij præteriti dixerunt DD. eſſe exequendum, plura pro parte fratrum de Malaſpinis fuerunt oppoſita, quibus tamen non obſtantibus Domini perſtiterunt in reſolutis.

Siquidem nullitas ex eo deducta quod citatio executa fuerit in domo Hieronymi Corbellæ, non autem in domo procuratoris videtur ceſſare ex facto, dum illa executa fuit, vbi præcedentes executæ fuerunt, & quarum vigore Procurator partis aduerſæ ſemper com-
1 paruit, vt conſtat ex lectura Proceſſus, ac ex fide, & relatione Curſoris, cui in hac materia concernente eius officium omninò eſt ſtandum *gloſ. in cap. cum parati 19. verbo ſuus nuncius de appellat. & in cap. prudentiam verb. per certum nuncium de off. & poteſt. Iud. deleg. Specul. lib. 2. par. 2. de citatio §. ſequitur num. 6. & 10. Marant. in eius ſpeculo par. 6. verſ. rectè concipiatur citatio num. 45. Mandoſ. conſ. 96. num. 10. Rot. coram Greg. deciſ. 426. num. 6. & coram Burat. deciſ. 146. num. 4.*

2 Et per comparitionem Procuratoris, ac proteſtationem ab ipſo factam, quod nihil fieret niſi adimpleta forma promiſſionis, tollitur quicunque defectus exaduerſo conſideratus *Bald. in l. ne quis num. 1. verſ. 3. noto ff. de ſeruis, Aſin. de execut. §. 4. num. 126. & ſeq. Rot. deciſ. 11. de dolo, & contum. in nou. Cocc. deciſ. 10. num. 3. & deciſ. 216. num. 26. Greg. deciſ. 27. num. 3. ibique Add. num. 9.*

3 Iniuſtitia verò eiuſdem mandati, attenta exceptione non implementi pariter Dominis viſa fuit irreleuans. Nam Marcellina, quæ nihil promiſit, nihil tenebatur adimplere *Seraph. deciſ. 1477. num. 7. verſ. tamen in hoc caſu, & in rec. deciſ. 312. num. 39. verſ. quoniam placuit par. 6.*
4 Obligatio enim quod ipſa eſſet contenta dote ſibi aſſignata, & deberet renunciare paternis, maternis, & alijs bonis fuit facta à Federico viro, & ſic eidem Marcellinæ nocere non de-

bet

Digitized by Google

bet *iux.not.per Caſtr.conſ.278.num.3. lib. 2. Corn.*
conſ.192.num.3. verſ. his tamen non obſtantibus, &
per tot.lib.1.Boer.deciſ.3.num.15.verſ.& concludo,
& num. ſeqq. & probatum fuit *in 1. deciſ. §. nec*
præſumptio, & in 2.in §.non obſtat, & ſeqq.

5 Ex quibus patet, non applicari deciſiones, &
auctoritates in contrarium adductas; Nam *de-*
ciſ.364.num.1.par.4.diu. in qua firmatur excep-
tionem non implementi in contractu vltro
citroque obligatorio locum habere procedit
reſpectu Federici, non autem Marcellinæ, quę
in nihilo ſe obligauit *deciſ. vero 64. num.1. & 3.*
6 *coram Caual.* cum alijs adduct. per *Modern. Ro-*
man.diſcept.143. num.48. loquitur quando ma-
ritus, qui promiſit ratificationem vxoris agit
pro conſecutione dotis, hic verò, non Federi-
cus maritus, ſed Marcellina vxor inſtat pro
ſolutione illius, & ſic termini ſunt valdè di-
uerſi.

7 Et eodē modo reſpondetur ad obiectū prę-
tenſæ correſpectiuitatis, quæ poteſt quidem
operari reſpectu ipſius Federici, qui promiſit,
& ſe obligauit de proprio, non autem quoad
Marcellinam, & inter perſonas diuerſas, vt
conſiderat *Molpheſ. ad conſuetud. Neap. tit. de re-*
nunc.quæſt.10.num.26.tom.1.Seraph.deciſ.547.nu.2.
Nam reſpectu eiuſdem contractus reputatur
omninò diuerſus *Surd. deciſ. 176. num. 8. in fin.*
8 Maximè cum talis promiſſio legat. in capi-
tulo diſtincto, & ſeparato, quo caſu excludi-
tur correſpectiuitas, vt dixit *Rota deciſ.430.*
num.1.coram Millino, & deciſ. 498. num. 4. & ſeq.
9 *par.4.tom.1.rec.* Nec habet locum exceptio nō
implementi *Ceph. conſ. 48. num. 42. lib.1. Natta*
conſ.133.num.5.verſ.quinto facit, Mantic. dec. 238.
num. 2. cum alijs adductis per *Add. ad Greg. de-*
ciſ.261.num.6.& deciſ.541.num.2.

10 Vlterius, (vt aliqui ex Dominis conſidera-
bant) huiuſmodi exceptio non implementi
non poteſt amplius opponi à prædictis fratri-
bus de Malaſpinis, dum Rodulphus eorum
pater, & anthor ſoluit quamplures ſummas
ad computum dictæ dotis, nec vnquam inſte-
tit pro habenda renunciatione promiſſa, ſed
ſemper tacuit, & in eadem acquieſcentia de-
ceſſit iux. not. per *Noguerol. alleg. 31. num. 123.*
lib.1.Rot.deciſ.75.num.2.coram ſan. mem. Greg. &
in rec.deciſ.577.num.10.p.1.

11 Immò, dum idem Rodulphus in teſtamē-
to poſtea condito inſtituit Marcellinam hæ-
redem in legitima comprehenſa dote antea
conſtituta, onus prædictæ renunciationis tan-
quam contrarium, & incompatibile cenſetur
remiſſum *l.nihil prohibet ff.de adim. legat. Rot. co-*
ram Duran.deciſ.302.nu.5.verſ.3.& vltimo. Nam
12 quando dos ſubrogatur loco legitimæ nullū
onus, aut grauamen admittit *l.quoniam in prio-*
ribus 32.C.de inoff teſtamento Brun. de ſtatut.excluſ.
fœm.tit.11. quæſt.3. verſ. Eſt tamen aduerten. Gabr.
conſ.150.num.19.& 20. cum pluribus relat. per
Mangil.de imput.in legitima quæſt.16.num.2. verſ. ſi
autem, & num.ſeqq.

Non obſtat quod huiuſmodi dos tanquam
excedens portionem legitimæ potuerit per
13 patrem grauari; Nam vltra quod allegans ex-
ceſſum illum probare tenetur *Maſcard. de pro-*
bat.concl.696.num.11.Cyriac.controu.5.num.13. &
controu.120.num.75. lib. 1. Ceſſat obiectum ex
verbis ipſius teſtamenti, in quo relinquitur
legitima, comprehenſa dote antea conſtituta,
14 Signum euidens quod legitima excedebat
dotem, cum continens ſit maius contento, &
iſtud ſub illo includatur ad notat per *Auner. in*
Comment. Ariſtotilis lib.4.Phyſ. Comment. 49. Me-
noch.conſ.287.num.19.lib.3.Mohed. deciſ.5. num.2.
de priuil.

Neque vrget replicatio, quod non fuerit
actum ex teſtamento, ſed in vim apocæ ma-
trimonialis, & obligationis in forma Came-
ræ; quoniam contrarium deprehenditur, &
ex productione teſtamenti prædicti, & ex mā-
dati relaxatione facta vigore iurium de qui-
bus in actis, Cum tamen fundamentum Mar-
cellinæ conſiſtat in ſola apoca; teſtamentum
verò productum fuerit ad elidendam excep-
tionem partis aduerſæ conſiſtentem in præ-
15 tenſa renunciatione. Ita vt ex prædictis ex-
ceptio non implementi remaneat omnino ſu-
blata, vel ſaltem adeò reddatur turbida, vt non
valeat retardare executionem mandati relaxa-
ti vigore Cameralis obligationis *Rot.deciſ.636.*
num.2.par.2.rec.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

NVLLIVS, ſeù BVRGEN. IVRIS Viſitandi.

Ven. 7. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio, vel quaſi Iuris viſitandi quomodo probetur, & an acquiſita per anteceſſorem tranſeat in ſucceſſorem abſque noua apprehenſione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio, vel quaſi iuris viſitandi probatur ex Inſtrumentis Viſitationum.*
2 *Poſſeſſio anteceſſoris ſuffragatur ſucceſſori etiam ad effectum manutentionis.*
3 *Poſſeſſio titulata facilius venit manutenenda.*
4 *Ceſſante vno ex correſpectiuis ceſſat, & alterum.*
5 *Lis tollitur per concordiam.*
6 *Litigioſi vitium ceſſat quando lis fuit per concordiam extincta.*
7 *Poſſeſſio pacificè acquiſita per ſuperuenientem litem impediri non poteſt.*
8 *Papa non præſumitur voluiſſe præiudicare tertio.*
9 *Manutentionis iudicium non admittit probationes reſpicientes petitorium.*

DECISIO XXIX.

COMMISSA mihi cauſa appellationis à ſententia Rotali, per quam pronunciatū fuerat, Abbati S. AEmiliani competere ius viſitandi Monaſterium B. Mariæ de Spino, dum idem monaſteriū inſtabat pro ſubſcriptione dubij An ſententia eſſet confirmanda, vel infirmanda ſe oppoſuit prædictus Abbas in-

inſtans, quod in primis cognoſceretur de poſſeſſorio; Vndè dato dubio, An illi eſſet concedendum mandatum de manutenẽ in poſſeſſione, ſeù quaſi viſitandi Monaſterium B. Mariæ de Spino, illud affirmatiuè reſolu-
1 tum fuit, quia ex quatuor Inſtrumentis viſitationũ, nempè de anno 1413. 1580. & 1621. in quibus aliæ enunciantur, manifeſtè apparet de poſſeſſione Abbatis, viſitandi Monaſterium prædictum, iuxtà *text. in cap. querelam de elect. & c. conſultationibus de iurepatr.* & in terminis iuris viſitandi dixit *Rota coram Card. Mantic. deciſ. 322. num. 2. verſ. quod multo magis, & 165. per tot. part. 4. diuerſ. & in recent. deciſ. 501. nu. 1. part. 2. & deciſ. 368. num. 2. & 3. part. 4. tom. 2.*

2 Quamuis enim modernus Abbas non doceat, ſe vnquam viſitaſſe, nihilominus quaſi poſſeſſio acquiſita per Abbates anteceſſores iuuat ipſum, tanquam ſucceſſorem ad effectũ manutentionis, *Rot. coram b. me: Coccino deciſ. 26. num. 3. & deciſ. 380. num. 1. Hiſpalen. primitiarum 13. Maij 1622. Nauarro, & in recent. d. deciſ. 501. num. 2. part. 2.* vbi in terminis iuris viſitandi, *& deciſ. 290. num. 7. & ſeqq. part. 4. tom. 2.*

3 Et eo libentius Domini reſponderunt pro eodem Abbate, quià talis poſſeſſio remanet iuſtificata, non ſolum ex Indultis Apoſtolicis Benedicti XIII. & Eugenij IV. ſed etiam ex confeſſione facta per Inſtrumentum publicũ de anno 1467. in quo Prior, & Monachi Conuentus B. Mariæ de Spino expreſsè declararunt, quod dictum Monaſterium à principio ſuæ fundationis, & dotationis fuerat ſubiectũ Abbati S. Aemiliani, illumque agnouerunt in viſitatorem, promittentes ſtare eius viſitationibus; Ac etiam ex duabus ſententijs, altera Generalis Ordinis S. Benedicti Hiſpaniarum, altera verò Rotali, præuijs pluribus deciſionibus lata, declarante, Eccleſiam monaſterialem B. Mariæ de Spino eſſe ſubiectam d. Monaſterio S. Aemiliani, eiuſque Abbati competere ius viſitandi; Itaut ex prædictis, & ex alijs latè deductis in deciſionibus in cauſa ſactis poſſeſſio Abbatis remaneat vndique iuſtificata, *Bald. in l. data opera num. 102. verſ. vndè quantum, C. de his qui accuſ. non poſſ. Rot. coram ſan: me: Greg. deciſ. 412. num. 1. Piſtorien. Iuriſdictionis 14. Iunij 1632. Queippo, Aquilana Iuriſdictionis poſt Marcheſ. de commiſſ. part. 1. fol. 980. & in recent. deciſ. 337. num. 1. & ſeq. part. 6.*

4 Non obſtat, quod in erectione Monaſterij B. Mariæ de Spino fuerit per Abbatem S. Aemiliani promiſſa quædam aſſignatio bonorũ correſpectiua ad ſubiectionem, quæ cum non fuerit effectuata ceſſet quoque prætenſa ſubiectio, & conſequenter etiam ius viſitandi; Nam vltra quod in literis Benedicti XIII. huiuſmodi aſſignatio, & dotatio debebat fieri ex prouentibus, & eleemoſynis fidelium, ibi: *Et quod ex oblationibus, & obuentionibus ibidem prouenientibus quinque Presbyteri, & nonnulli alij ibidem Domino famulantes congruè ſubſtentari, &c.* ceſſat
5 obiectum ſtante cõcordia inita de anno 1414. per quam partes receſſerunt à lite ſuper aſſignatione prædicta, *l. poſtquam liti, C. de pact. l. fratris 10. C. de tranſact. cap. 1. eod. tit. & cap. 1. de lit. conteſt. in 6. Bald. in l. ſi non ſortem, §. adeò in fine ff. de cond. indeb.*

6 Et hinc etiã tollitur difficultas, quod actus, quorũ vigore manutentio prætenditur, ſubiaceat vitio litigioſi, nam ſtante concordia prędicta præcedens lis remanſit extincta, & actus geſti non poſſunt vitio litigioſi notari, *Bart. in l. 1. per tot. & ibi Bald. ante nu. 1. verſ. alia eſt, C. de longi temp. præſcript. Iaſ. in l. 2. ſub nu. 19. verſ. limita notabiliter, C. de eden. & in l. cum mota nu 14. verſ. facit quod vult gloſſ. C. de tranſact. Aym. conſil. 182. num. 4. Cacheran. deciſ. Pedem. 144. num. 9.*

7 Maximè cum ex lectura ipſorum Inſtrumentorũ appareat, illos fuiſſe pacificè geſtos, & abſque vlla contradictione, vel proteſtatione, immò præſentibus, patientibus, & conſentientibus Abbate, & Monachis Monaſterij B. Mariæ de Spino, & ſic ex illis fuit perfectè acquiſita quaſi poſſeſſio, cuius continuatio ob lites, & controuerſias de nouo excitatas prohiberi, & impediri non potuit, *cap. 1. & 2. vt lit. pend. Mantic. deciſ. 202. nu. 2.* Seraph. *deciſ.* 1437. *num. 3. Oritana Voti 27. Martij* 1626. *Remboldo*, penes *Poſt. de manut. deciſ. 201. num. 6.*

8 Non obſtat facultas conceſſa ab Alexandro VI. viſitatoribus generalibus totius Congregationis Hiſpaniarum, & Paulo V. in Abbatem generalem tranſlata, quià per illam non fuerunt ſublata iura particularia in Monaſterijs ipſis ſubiectis competentia, quibus nec Congregatio potuit, neque Pontifex cenſetur, voluiſſe præiudicare, vt ſunt textus expreſſi *in cap. in ſingulis, §. ordinentur, & ibi gloſſ. verb. vice noſtra, & cap. ſeq. de ſtat. Monach.* & fuit plenè deductum in hac. cauſa *ſub die 18. Iunij 1631. coram bon. mem. Pirouano.*

9 Cœtera exaduerſo deducta tanquam turbida, & concernentia petitorium Domini cenſuerunt, non eſſe diſcutienda in hoc ſummariſſimo iudicio manutentionis, *Achill. dec. 15. de reſtit. ſpol. Pampilonen. iuris nominandi Vicarium 25. Maij 1644. coram Pentingerio, & in recent. deciſ. 310. num. 7. part. 4. & coram And. deciſ. 39. nu. 9.*

Et ita vtraque parte informante fuit deciſum.

LEODIEN. PRAEPOSITVRAE.

Lunæ 2. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Declaratoria datur quandò intimato mandato de manutenendo, & ſeruatis quatuor terminis ſeruari ſolitis non docetur de paritione, etiam ſi intimatio non fuerit perſonalis, quãdo quis doloſè latitat, & præcedunt diligentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria concedi ſolet, quandò intimato mandato de manutenendo, & ſeruatis quatuor terminis non docetur de paritione.*

2 *Contumacia probatur ex eo, quod quis monitionibus Iudicis parere non curat.*

3 *Patientia ſufficit pro paritione, quando mandatum nullum praceptum poſitiuum continet.*
Aduerte tamen, quod tali caſu eſt ſaltem parendum eo modo quo poteſt, deſiſtendo ab actibus turbatiuis. eod. num. 3.

4 *Patientia non ſufficit pro paritione, quando quis poſſeſſionem accepit, & illam non dimittit.*

5 *Declaratoria datur ſi quis ſe opponat mandato de manutenendo Rotali.*

6 *Citatio ſufficit domi dimiſſa copia, & per affixionem, ſi quis doloſè latitat.*

DECISIO XXX.

1 REPRODVCTO in actis pro parte Laurentij mandato de manutenendo cum eius legitima intimatione, ac ſeruatis quatuor terminis ſeruari ſoliris, dixerunt Domini contrà Arnoldum non docentem, ſe paruiſſe, dandam eſſe declaratoriam, vt paſſim practicatur in Rota teſte *Felin. in c. ad probandum nu. 6. de ſent. & re iud. Lotter. de re benef. lib. 1. quaſt. 40. num. 310. & ſeqq. Caſſad. deciſ. 6. nu. 10. de cauſ. poſſ. & propr. & in recent. deciſ. 445. nu. 1. & 4. part. 2. deciſ. 502. num. 1. part. 5. & deciſ. 254. à num. 1. part. 6.*

2 Dum enim non conſtat de paritione, de qua pars docere tenetur, ſatis probatur contumacia, quæ eo ipſo committitur, cum quis monitionibus Iudicis parere recuſat, *l. contumacia 53. ff. de re iud. Soc. in cap. nulli num. 9. de ſent. excom. Rot. deciſ. 478. nu. 2. part. 2. recent.* & penes *Poſt. de manut. deciſ. 272. num. 4. & deciſ. 614. nu. 2.* cum alijs adductis per *Eund. obſeru. 103. num. 9. verſ. committitur contumacia.*

3 Nec obſtat, quod mandatum de manutenendo nullum actum poſitiuum requirat pro paritione, ideóque ſola patientia ſufficiat; Tum quià ſaltem parendum erat eo modo, quo fieri poterat, offerendo ſcilicet ſe paratum obedire, & re ipſa deſiſtendo ab actibus turbatiuis, atque contrarijs, vt benè per *Put. deciſ. 244. lib. 1. Caual. deciſ. 364. num. 3. & in recent. deciſ. 614. num. 2. part. 3. & deciſ. 303. num. 6. part. 6.*

4 Tùm etiam quià attenta præcedenti intruſione vtique ad effectum paritionis debebat Arnoldus ab illa recedere, ac bona liberè dimittere, & relaxare ad fauorem Laurentij iuxtà formam mandati Rotalis, nec ſola patientia fuit ſufficiens, *Rot. deciſ. 649. nu. 2. par. 4. recent. & deciſ. 276. eod. nu. part. 5. Duran. deciſ. 311. nu. 2. & ſeqq.* & latè deductum fuit in *Iuuenacen. ſeù Melphiten. bonorum 1. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Corrado.*

5 Hæc verò non ſolum deſiderantur in præſenti caſu, quinimò ex Teſtibus pro Laurentio examinatis, de quibus in *Summario num. 6. & ſeqq.* conſtat, quod Arnoldus non obſtante notitia ſententiæ Rotalis voluit nihilominus eius intruſionem continuare auxilio, & miniſterio bracchij ſecularis, ita vt omnis interpretatio veniat contrà ipſum facienda, *Seraph. deciſ. 1094. num. 2. & 3. Buratt. deciſ. 825. num. 5. Duran. deciſ. 311. num. 3. & in Toletana Canonicatus 18. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Otthob. & in Toletana Matrimonij 1. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Corrado.*

6 Non obſtat, quod mandatum Rotale non fuerit Arnoldo perſonaliter intimatũ; Nam cum ſe abſentauerit, & factis diligentijs non potuerit reperiri, ſufficit citatio executa in domo illius dimiſſa copia in manibus domeſticorum, ac ad vualuas Eccleſiæ Cathedralis Leodieñ, *ad text. in Clem. cauſam, §. quod ſi forſan de elect.* & notat *Felin. in c. cum ſit Romana nu. 20. verſ. decimo nota, de appell. Vitalin. in Clement. 1. in fine de foro compet.* & vltrà plures cumulatos per *Modern. Caſenaten. de citat. tom. 2. cap. 11. ſub num. 259. verſ. declara tertiò*, firmauit *Rot. coram Creſc. deciſ. 18. per tot. de ſent. & re iud. & in recent. deciſ. 634. num. 9. part. 4. tom. 3.*

Et ita pro informante reſolutum fuit,

GERVNDEN. BENEFICII,

Mercurij 11. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Narrata in gratia quomodò iuſtificari debeant ad effectum adiudicationis Beneficij, & quæ probatio requiratur reſpectu Iuriſpatronatus, quando Ordinarius non eſt in cauſa, nec agitur de præiudicio Eccleſiæ.

SVMMARIVM,

1 *Vacatio Beneficij probatur ex confeſſione partis.*

2 *Valor per non exceſſum iuſtificatur ex ſimili confeſſione.*

3 *Beneficia omnia præſumuntur ſimplicia, & abſque reſidentia.*

4 *Iuſpatronatus probatur ex Inſtrumento fundationis, & dotationis.*

5 *Iuſpatronatus probatur ex pluribus præſentationibus continuatis per longiſſimum tempus, & effectum ſortitis.*

6 *Iuſpatronatus probatur etiam ex confeſſione partis quandò Ordinarius non eſt in cauſa, nec agitur de præiudicio Eccleſiæ.*

7 *Iuriſpatronatus pertinentia, & quaſi poſſeſſio præſentandi ex quibus iuſtificetur.*

8 *Patrono ſufficit probare deſcendentiam ab eo, qui eſt in poſſeſſione præſentandi.*

9 *Conſanguinitas probata reſpectu vnius fratris, remanet iuſtificata etiam reſpectu alterius fratris.*

10 *Deſcendentia quandò probari non debeat per gradus diſtinctos.*

11 *Valor obtentorum non requirit exactam probationem.*

12 *Beneficium adiudicandum eſt ei, qui omnia narrata in gratia iuſtificauit.*

13 *Papa non cenſetur velle alicui præiudicare niſi id fecerit ex certa ſcientia.*

14 *Clauſula,* dummodò *alicui non ſit ius quæſitum præſeruat ius Tertij.*

DECISIO XXXI.

PER obitum Baudilij Pau ſecutum de menſe Decembris 1646. vacauit Beneficium ſimplex in Eccleſia Cathedrali Gerundeñ

Digitized by Google

deñ,ad quod,cũ ſe oppoſuiſſet Ioannes Prim,
& Michael Compolier, dubitaui, An Ioanni,
qui in partibus Sententiam fauorabilem re-
portauit, eſſet dictum Beneficium adiudican-
dum, & Domini attenta verificatione omniũ
narratorum in eius gratia, ipſo ſolum infor-
mante, reſponderunt affirmatiuè.
1 . Etenim vacatio beneficij per obitum dicti
Baudilij, & quod non excedat valorem duca-
torum 24. clarè reſultat ex confeſſione partis
aduerſæ factæ in literis ſuæ prouiſionis, quæ
ſufficit ad effectum adiudicationis, *iuxtà deci-
ſionem Aegidy 268. per text. in l.cum precum, C.de
liber. cauſ.*, prout in ſpecie de expreſſione pri-
mæ qualitatis, firmauit *Rot.coram Put. dec.171.
num.2.lib.3. Mantic.deciſ.132.eodem num., Buratt.*
2 *deciſ.255.nu.10.* Et de ſecunda, *Duran.deciſ.237.
num.6., & in recent. deciſ.499.num.7.part.4.tom.2.*
Et ex eadem confeſſione probatur etiam,
quod dictum beneficium perſonalem reſiden-
tiam non requirat, quæ qualitas nec etiam
3 egebat iuſtificatione, ex quo de iure omnia
beneficia præſumuntur ſimplicia, & abſque
reſidentia, *Rebuff. in praxi tit.Seculare beneficium
quotuplex num.11., Aegid. deciſ.676., Pampilonen.
beneficiorum de Huarte 26.Aprilis 1613.coram Sa-
crato, & in Romana Clericatus S.Petri Ven. 8.No-
uembris 1624. coram Manzanedo.*
4 . Iuſpatronatus ex fundatione, & dotatione
probatur concludenter ex ipſo Inſtrumento
fundationis factæ à Bernardo Prim vſque de
anno 1480., in quo cauetur, quod Presbyter
de genere fundatoris, & cognominatus co-
gnomine de Prim cœteris præferri debeat;
Talis autem probãdi modus ſuperat omnem
alium, qui dari poſſit in hac materia, *gloſſ. in
cap. piæ mentis 16. quæſt.7. Aym. conſ.28. in princ.
Gonzal.ad reg.8. gloſſ.18.num.32., Viuian.de Iure-
patr.lib.11.cap.5.nu.6. Rot.deciſ.152.nu.2. part.5.
recent., & deciſ.87.num.3.part.7.* & diſponit *Sac.
Conc.Trid.ſeſſ.25.cap.9. de reformat.*
5 Et vltra quamplures præſentationes conti-
nuatas, & effectum ſortitas per ſpacium lon-
giſſimi temporis, ex quibus reſultat probatio
Iuriſpatronatus, etiam ſi Inſtrumentum non
exhiberetur, *Caſſad. deciſ.7. num.4. de Iurepatr.
Seraph.deciſ.1232 num.1.verſ.Secundò ex multipli-
catis præſentationibus, & in recent.deciſ.312.num.4.
& ſeq. part.1., & deciſ.541.num.2.part.2.*
6 Concurrit ſimilis aſſertio Michaelis in lite-
ris ſuæ prouiſionis datis in *Summar. ſub num.5.*
quæ in præiudicium ipſius cõfitentis optimè
probat, dum Ordinarius non eſt in cauſa, nec
agitur de præiudicio Eccleſiæ, *Mantic.dec.318.
à princ. & præſertim num.3.Gregor.deciſ.452.nu.1,
& ſeqq.* ibique *Add. num.22.* & dictum fuit in
*Aquilana Iuriſpatronatus 24. Ianuarij 1646. coram
R.P.D.meo Corrado.*
7 . De pertinentia verò Iuſpatronatus ad fauo-
rem Petri, à quo Ioannes præſentatus fuit,
conſtat ex teſtibus formiter examinatis depo-
nentibus, ipſum eſſe Nepotem, & hæredem
Iacobi,quem apparet fuiſſe in quaſi poſſeſſio-
ne præſentandi ex pluribus præſentationibus
ab eo factis, ac conſenſibus præſtitis diuerſis
reſignationibus effectum ſortitis, ex quibus
iuſtificata remanet quaſi poſſeſſio, & perti-
nentia ad fauorem eiuſdem Iacobi, ſaltem
ad effectum, de quo agitur, *per text. in cap.que-
relam 24. de electio, & c.conſultationibus 19. de Iu-
repatr. Rot.in Terdonen.Iuriſpatron. 22.Iunij 1646.
coram R. P. D. meo Rojas, & 17. Iunij 1647. co-
ram me.*
8 Et conſequenter etiam ad fauorem Petri
Nepotis,& hæredis ipſius, eſto quod non pro-
baret deſcendentiam à primò fundatore, cum
ſufficiat patrono docere ſe eſſe deſcendentem
ab eo, qui fuit in poſſeſſione præſentandi, vt
aduertit *Viuian. de Iurepatr. lib.11.cap.5.nu.100.
Lotter.de re benef. lib.2. quæſt.11.num.118. & ſeq.,
Rota coram ſanct: mem: Gregor. deciſ.452. num.16.
verſ.quoad Cennamos,& num. ſeq. repetita in recent.
dec.274.nu.8.part.2., & Add.ad eundem deciſ.349.
num.6., Buratt.deciſ.559.num.3. Duran.deciſ.100.
nu.4.& in recent.deciſ.146.nu.2.part.2.* & dictum
fuit in *Tarraconen. Beneficij 10. Ianuarij 1639.
coram R. P. D. Carillo, & in Cæſaraugustana Be-
neficij de Linares 22.Iunij 1643. coram R. P. D.meo
Bichio.*
9 Similiter quod Ioannes ſit Presbyter de ge-
nere, & familia fundatoris probant quatuor
Teſtes, quorum alter in Curia, alij verò in
partibus fuerunt formiter examinati, aſſeren-
tes, eundem Ioannem, eſſe Presbyterum, &
Rectorem Eccleſiæ de Vilaſiaſer, & vti talem
vidiſſe illum pluries miſſam celebrantem, ac
vlterius eſſe de familia de Prim, & fratrem
germanum prędicti Petri præſentantis; Nam
probata conſanguinitate in perſona Petri, ea-
dem conſanguinitas remanet probata in per-
ſona Ioannis illius fratris, *Angel. in Auth. vt li-
ceat Matri & Auiæ, §.ad hæc in fine,* quem refert,
& ſequitur *Alex. in l.ſæpè num.51. verſ.idem etiã
ſenſit de re iud.Catellia Cotta in memorial.verb.ſen-
tentia dicta pro vno,*& in puncto *Rota coram Cocc.
deciſ.105. num.1. & in Gerunden. Beneficij 27. Iu-
nij 1644. coram R.P.D.meo Bichio.*
10 Non obſtat, quod talis proximitas proba-
ta non fuerit per gradus diſtinctos; Nam cum
teſtator non ſe reſtrinxerit ad certum gradũ,
& Michael, qui ſolus concurrit non ſit de fa-
milia de Prim, nec ſe proximiorem conten-
dat, diſtinctio graduum non eſt neceſſaria,
ſed ſufficit probatio generica, *Garz. de benefic.
part.7.cap.15.nu.28.& ſeqq.Pacian.de probat.lib.2.
cap.12.num.25. Eſcobar.de purit.& nobilit. part.1.
quæſt.9. §.3.num.47. & 50. Mareſcott. var.reſolut.
lib.1.cap.70.nu.3. Rot. in Cæſarauguſtana Beneficij
de Linares 4. Decembris 1643. & in d. Gerunden.
Beneficij 27.Iunij 1644. coram R.P.D.meo Bichio.*
11 Demum valor obtentorum iuſtificatur ex
depoſitione teſtis dati *in Summ. ſub num.8.* qui
licet ſit vnicus, tamen probat in hac materia,
in qua ſufficit qualis qualis probatio, *Zamoren.
Beneficij de Morales 20.Iunij 1594. Corduba, Fir-
mana Altaris 9.Decembris 1596. Litta,* & dictum
fuit *in Placentina Beneficij 11.Decembris 1647.co-
ram R.P.D.meo Argurll.*
12 Vndè, cum ex prædictis narrata per Ioan-
nem remaneant iuſtificata, merito Domini
eidem beneficium adiudicandum eſſe reſpon-
derunt, *c.cum Bertoldus de re iudic.Canal.dec.363.*

nu.4.& in recent.deciſ.337.nu.1.part.2, & deciſ.15. num.1. & 2. part.5.

13 Nec quicquam facit quod Michael ſibi obtinuerit à Sede Apoſtolica de eodem beneficio prouideri, nam, cum in huiuſmodi prouiſione non fuerit expoſitum, illud eſſe debitum proximioribus de genere, & familia fundatoris, non poteſt eidem ſuffragari in præiudicium Ioannis, ex ipſomet genere, iam præſentati, cui non cenſetur Papa voluiſſe præiudicare, nec legi fundationis derogaſſe, niſi id fecerit ex certa ſcientia, *Caſtropalao oper. moral. tom.2.tract.13.diſp.2.punct.1.nu.17. Put.deciſ.252. in fin.lib.3. in recent.deciſ.97.num.4.part.3. Tarraconen. Beneficij 10. Ianuarij 1639. coram R. P. D. Carillo.*

14 Præſertim attenta clauſula, *dummodò tempore datæ præſentium non ſit in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum*, per quam Ioanni ius ſibi competens præſeruatum fuit, *Felin.in cap.ex noſtra num.25. de reſcript., Duran.deciſ.100. num.5. Burath.deciſ.137. eodem num.*

Et ita,&c. Altera tantum parte informante.

TOLETANA DECIMARVM.

Luna 16. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in prophanis datur etiam ſine fumo non ſolum quando materia articulata eſt releuans, ſed etiam quando releuantia eſt dubia, & etiam poſt rem iudicatam, dum ſententiæ ſunt nullæ, vel res iudicata eſt turbida.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in prophanis datur etiam ſine fumo quãdo articuli ſunt releuantes.*
2 *Cauſæ omnes reputantur prophanæ quando non agitur de titulo beneficij.*
3 *Decimarum cauſæ reputantur prophanæ ad effectum remiſſoriæ.*
4 *Immemorabilis nunquam cenſetur excluſa, & ſemper ad eam probandam datur remiſſoria.*
5 *Immemorabilis continet priuilegium Principis.*
6 *Et quemcumque titulum de Mundo.*
7 *Immemorabilis articulata vniuerſaliter comprehendit omnes.*
8 *Immemorabilis generaliter concepta reſpectu bonorum comprehendit bona tam acquiſita, quam acquirenda.*
9 *Remiſſoria, vt concedatur ſufficit, quod articuli aliquo modo faciant ad cauſam, & inſeruiant pro adminiculo, vel leui præſumptione.*
10 *Remiſſoria in cõcedenda Rota non ſolet eſſe rigoroſa.*
11 *Remiſſoria per Rotam conceditur non ſolum quando releuantia eſt clara, ſed etiam quando eſt dubia.*
12 *Remiſſoria conceditur ſuper iiſdem articulis, quando materia clarius exprimitur.*
13 *Remiſſoria in conceſſione ſufficit releuantia vnius articuli, licet cæteri ſint irreleuantes.*
13 *Cõſuetudo particularis attẽditur ceſſante vniuerſali.*
15 *Sententiæ contrà alios latæ non præiudicant ei, qui habet iura particularia.*
16 *Immemorabilis non excluditur per exhibitionem priuilegiorum.*
17 *Fallit quando principium exemptionis deducitur ex ipſis priuilegijs.*
18 *Immemorabilis tempus infinitum continet.*
19 *Immemorabilis remanet talis etiam ſubducto aliquo tempore.*
20 *Remiſſoria datur etiam in gradu reſtitutionis in integrum.*
21 *Remiſſoria datur poſt rem iudicatam quando ſententiæ ſunt nullæ.*
22 *Item quando res iudicata eſt dubia.*

DECISIO XXXII.

INSTAVRATA lite pro parte Eminentiſſ. Archiepiſcopi contrà Monaſterium S. Catherinæ Ord.B.Mariæ de Mercede redemptionis Captiuorum, fuit ab eodem Monaſterio petita Remiſſoria, quam Domini dubio propoſito exiſtimarunt eſſe concedendam, moti
1 ex eo, quia cauſa eſt prophana, & articuli releuantes, quo caſu, etiam ſine fumo datur remiſſoria, *iuxtà deciſ. Caſ. de Graſſ.1. num.10. de dilat. ſan.mem.Greg.deciſ.415.num.1. & deciſ.562. num.1. & ſeqq.* & fuit dictum in *Fanen.fideicommiſſi 18.Iunij 1645. coram R. P. D. meo Rojas, in Calaritana præeminentiarum 4. Decembris 1646. corã me, & in Anconitana pecuniaria 13.Maij 1647. coram R.P.D.meo Arguelles.*

2 Neque in dubium reuocari poteſt, quod cauſa ſit prophana; Nam quando non agitur de titulo beneficij omnes cauſæ etiam ſpirituales ex ſententia Rotæ reputantur prophanæ, vt teſtatur *Verall.deciſ.99. part.1. Calaguritana, ſeù nullius Iuriſdictionis 7.Februarij 1607. coram Ortembergo, Hiſpalen præeminentiarum 16.Iunij 1615. coram Sacrato, & in Tullen. Matrimonij 18. Martij 1646. coram R. P. D. meo Ghiſilerio.*
3 Et in ſpecie quod cauſæ decimarum ad hunc effectum dicantur prophanæ, tenuit *Rot. poſt Pacif.de Salu. deciſ.84.num.1. Tiraſonen. Decimarum poſt 2.vol. conſ. Farinacc. deciſ.302. eod. num. Hiſpalen. Iuris nominandi 20.Nouembris 1612. coram Sanctiſſ. D. N. Innocentio X. Cordubeñ Decimarum 16.Nouembris 1620. coram bo. mem. Card. Veroſpio, in recent.deciſ.183.nu.1.part.4. in Capritana Decimarum 26.Iunij 1647. coram R.P.D.meo Ghiſilerio, & in Hiſpalen.Decimarũ eod.die & anno coram R.P.D.meo Corrado.*

4 Releuantia verò reſultat ex primo, & ſecundo articulo, vbi habetur, quod in omnibus Hiſpaniarum Prouincijs, & in ſpecie in Diœceſi Toletana extat immemorabilis conſuetudo, quod Religioſi ſint exempti, & immunes à ſolutione, & præſtatione Decimarũ pro bonis, quæ proprijs manibus, vel ſumptibus colunt; Immemorabilis enim nunquam cenſetur excluſa, *Gonzal.ſuper reg.8.gloſſ.33.nu.2. Guttierez pract.quæſt.lib.5.quæſt.76.num.24. Buratt.*
5 *deciſ.392.nu.3.* Nam, & continet priuilegium Principis, vt inquit *gloſſ.in cap. ſuper quibuſdam verb. non extat, de verb. ſignific. Gabr.de præſcript. concl.1.nu.1. Marant.diſput.2.nu.38.Pariſ.conſ.27. num.77.lib.1. Rot.in Burgen.Emolumentorum ſigilli 28.Ianuarij 1591. coram Penia,* vbi quod includit

Digitized by Google

dit priuilegium Papale,& idem firmatum fuit in *deciſ.677. num.4. part. 1. recent. & deciſ. 542. num.2. part.4.*

6 Et vigore illius poteſt allegari quilibet titulus etiam melior de mundo, vt probat *Gonzal.ſuper d.reg.8.gloſſ.18.num.45.& gloſſ.33.nu.4. Caputaq. deciſ.376.part.2. & deciſ.56.part.3. & in recent.deciſ.614.num.1.part.2.deciſ.27.nu.8. part.4. tom.2. & deciſ.150.num.5.part.5.*

7 Cum igitur huiuſmodi immemorabilis fuerit articulata vniuerſaliter fauore omnium Religionum in dicta Prouincia, & ſignanter in Diœceſi Toletana complectitur etiam fratres ſupradictos, non quidem extenſiuè ex iure aliarum, ſed cõprehenſiuè ex proprio iure, *Iaſ.in l.qui filiabus nu.13. de leg.1. Rot. in Toletana Decimari 27.Iunij 1608. §.releuantia autem coram Ortembergo, & in dd.Capritana, & Hiſpalen. Decimarum coram RR.PP.DD.Ghiſilerio, & Corrado.*

8 Et videtur operari poſſe quoad omnia bona tam ante, quam poſteà acquiſita, vt clariùs habetur in ſequenti articulo, per *text. in c.quia circa 22. de Priuileg. Iaſ.in d.l.qui filiabus num.12. & 13. de legat.1. Alex.conſ.178. nu.10.lib.2. Fab. de Auna conſ.61.num.13. Giouagn.conſ.28.num.14.*
9 *lib.2.* Licet de prædictis plenè agen. ſit in diſcuſſione negocij principalis cum ad effectũ, de quo agitur ſufficiat articulos aliquo modo directè, vel indirectè facere ad cauſam, & inſeruire pro aliquali adminiculo, vel leui præſumptione, *Mantic.deciſ.312.num.10. Caual. deciſ.232. num.2. in recent. deciſ.41. num.41. part.7. Brixien. Iuriſdictionis 19.Nouembris 1638. coram R. P. D. Carillo, Toletana Decimarum de Capilla 1.Aprilis 1639. coram Card.Veroſpio, in Marſicen. Iuriſdictionis 17.Februarij 1642.coram R.P.D.meo Bichio,& in Spoletana Bonorum 28.Nouemb.1646. coram R.P.D.meo Rojas.*

10 Rota enim non ſolet eſſe rigoroſa in decernenda remiſſoria, vt dictum fuit in *Gerunden. Scribania 26.Februarij 1638. coram bo:me: Merlino, & in Romana Societatis de Rotignis 5. Nouem-*
11 *bris 1646. coram R. P. D. Ghiſilerio,* ſed illam concedit, non ſolum quando materia articulata eſt releuans, ſed etiã quando releuantia eſt dubia, vt in *Auellina Iuriſdictionis 4. Iuly 1646. & in Piſauren. Donationis 26. Iunii 1647. coram R.P.D.meo Otthobono.*

12 Nec dicatur, quod ſuper ijſdem articulis fuerint alias examinati teſtes, & publicata eorum dicta, quia ex combinatione illorum apparet materiam eſſe diuerſam, cum in partibus nunquam fuerit articulata immemorabilis cum ſuis requiſitis, iuxtà *text.in c.fraternitatis, ibique gloſſ.de teſtib. Mantic.deciſ.374.num.5. Buratt.deciſ.392.nu.2. & in recent. deciſ.715.nu.2. part.3. deciſ.183.nu.3.part.4.& in Foroſemproniem. Emphyteuſis 20.Decembris 1627. coram Vbaldo.*

13 Et quamuis prędicti articuli eſſent ſufficientes pro conceſſione remiſſoriæ, cum ſuffragetur ſola releuantia vnius, etiam quod cœteri non ſint releuantes, *Rot. coram Greg. deciſ.124. num.3.deciſ.403. ſub nu.6. Buratt.deciſ.246.nu.10.* ibique *Add. lit.A. deciſ.392.nu.5. deciſ.656.nu4. & in recent. deciſ.473. num.3. part.5. & deciſ.18. num.1. part.6.*

14 Adhuc conſtat de releuantia Tertij, in quo vltra cõſuetudinem vniuerſalem quoad omnes Religioſos, articulatur etiam particularis reſpectu Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede,& in ſpecie Monaſterij S.Catherinæ Ciuitatis Toletanæ; Ita vt excluſa vniuerſali remaneat particularis, vt benè per *Rot. in dicta Hiſpal Decimarũ 26.Iunii 1647. §.actus autẽ contrarii, verſ.placuit reſponſio, coram R.P.D.Corrado.*

15 Vndè non releuant ſententiæ exaduerſo adductæ condemnantes diuerſa loca Pia ad ſolutionem Decimarum; Nam probata particulari reſpectu Fratrum, & Monaſterij prædicti, huiuſmodi ſẽtẽtię nihil operantur, quæ in omnem caſum, nec docentur effectuatæ, neque quod ibi probata, aut articulata fuerit immemorabilis, & propterea alias in ſimili cauſa Toletana Decimarum verteñ inter Fratres Dominicanos, & Collegiũ S. Idelphonſi, poſtquam lata fuit ſententia Rotalis confirmatoria alterius de partibus, Rota ſuper articulis concernentibus conſuetudinem immemorabilem dixit remiſſoriam eſſe concedendam, *vt in deciſ. coram Ortembergo 27.Iunii 1608.* & ſic reſpondendo deciſionibus in contrariũ adductis firmatum fuit in *Hiſpalen. Decimarum 26.Iunii 1647. coram R.P.D.Corrado.*

16 Exhibitio verò priuilegiorum non deſtruit immemorabilem, quia præſcriptio, & priuilegium ſunt compatibilia inter ſe, & poſſunt ſimul deduci, & allegari, *c. auditis de præſcript. c. cum perſonæ, ibique gloſſ. verb. munitos de priuil. in 6. & in c. nullus de reg. iur. eodem lib.* & ita declaran.*text.in c.veniens de præſcript.*firmat *Lanar. conſ.94. num.1. & ſeqq. Ferrett. conſ.156. num.2. verſ.poſſunt etiam, optimè, Rot.in Conſtantien. Iuriſdictionis 16. Nouembris 1607. coram Ortembergo,* vbi, quod priuilegia cenſentur impetrata ad maiorem cautelam, *& deciſ.27.num.15. part.4. tom.2. recent.*

17 Nec contradicit *deciſ.in Hiſpalen.Decimarum 15.Februarii 1647. coram R.P.D.meo Meltio,* quia ibi principium exemptionis deducebatur ex ipſis priuilegijs, vt apparet ex lectura eiuſdem deciſionis, & ex deciſionibus in ea allegatis, & in ſpecie *Put. deciſ.426.num.2.lib.2.* in qua conſtabat de initio in contrarium ex præſentationibus antea factis, *& deciſ. Seraph. 1102. num.8.* vbi initium non ſoluendi decimas originem habuit à quibuſdam ſententijs, idemque firmatum fuit in *Ratisbonen.Canonicatus coram Pirouano, inter recent.deciſ.542 num.5.part.4.* in qua denegata fuit remiſſoria ad probandam immemorabilem, ex quo allegabatur Statutum Eccleſiæ Ratisboneñ, cum verbis, *de cætero, &c.* ex quibus verbis, *ſtatuimus, & de cætero,* clare apparebat fuiſſe inductũ nouum ius, quod antea non ſeruabatur, & cum huiuſmodi diſtinctione alias tranſiuit *Rot.in Pampilonen. Beneficii de Toſalla 29. Nouembris 1623. coram Remboldo,* cum alijs per *Couarr.in reg. poſſeſſor. part.2.§.3.num.7. in fin. verſ.Quo fit.*

18 Et ratio eſt, quia immemorabilis tempus infinitum continet, & tribuit facultatem allegandi præſcriptionem à quouis tempore, etiam ſupra tempus priuilegiorum, & præ-

ſupponit præſcriptionem completam, etiam ante ipſa priuilegia, *Oldrad. conſ.254. num.18.*
19 *& 19.* Vbi quod ſubducto aliquo tempore ex immemorabili adhuc remanet immemorabilis, *Molin. de primog. Hiſpan. lib.2. cap.6. n.46. & 47. Seraph. deciſ.1367. num.3. & ſeqq.* & fuit dictum *in Toletana Decimarum 27. Iunij* 1608. *§. non obſtat, coram Ortembergo, & in dicta Hiſpalen̄ Decimarum 26. Iunij* 1647. *§. releuantia, coram R.P.D. Corrado.*

20 Non obſtat prætenſa res iudicata. Nam ſtante commiſſione reſtitutionis in integrum adhuc remiſſoria venit concedenda, *Caualer. deciſ.170. num.2. deciſ.425. num. 3. & deciſ.469. eodem num. & in recent. deciſ.381. num.6. part.4. tom.2.* Maximè cum materia articulata ſit releuans, *Rota in Rauennaten̄ Cenſus 8. Iunij* 1618. *coram Manzanedo*, & detur fumus per teſtes jam examinatos, *Duran. deciſ.61. num. 1.* & plura pro parte Fratrum deducta fuerint contrà validitatem vtriuſque ſententiæ, tam ex defectu iuriſdictionis; quàm ex defectu citationis: Ita vt Rota ordinauerit, vt videatur
21 de bono iure; Nam non ſolum quando ſententiæ ex quibus res iudicata prætenditur ſunt nullæ, conceditur remiſſoria, vt per *Adden. ad Gregor. deciſ.184. num. 7. & ad Buratt. deciſ.357. eodem num.* ſed etiam quando res iudicata eſt dubia, vel obſcura, *Boccac. de liter. remiſſ. cap.3. num.10. & ſeq. Modern. Roman. diſcept. forenſ. cap.199. num.8.*

Et ita deciſum fuit vtraq; parte informante.

AESINA FIDEICOMMISSI.

Mercurij 18. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Succeſſio an & quando debeatur in capita, & non in ſtirpes, & an conſanguineus concurrat cum vtrinque coniuncto in bonis fideicommittentis.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio, quando debeatur in capita, & non in ſtirpes;*
2 *Obſeruantia hæredum plurimum operatur pro declaranda mente Teſtatoris.*
3 *Subſtitutio declaratur ab inſtitutione, & partes datæ in inſtitutione cenſentur datæ in ſubſtitutione.*
4 *Frater conſobrinus concurrit cum vtrinque coniuncto in bonis fideicommittentis.*
5 *Secus verò in bonis proprijs ipſorum fratrum prædefunctorum.*
6 *Proximitas grauati non eſt attendenda, quando apparet Teſtatorem reſpexiſſe ad ſuam.*
7 *In ſubſtitutionibus inſpicitur intentio, & affectio Teſtatoris.*
8 *In ſubſtitutione fideicommiſſaria ſucceditur Teſtatori ſubſtituenti.*
9 *Subſtitutio fideicommiſſaria ex quibus cenſeatur inducta.*
10 *Subſtitutio compendioſa reſultat ex illis verbis,* morendo, & recada,
11 *In fideicommiſſis ſeruandus eſt ordo ſucceſſionis ab inteſtato, niſi conſtet de contraria voluntate Teſtatoris.*
12 *Teſtator, quando dicatur non ſeruaſſe ordinem ſucceſſionis ab inteſtato.*
13 *Aequaliter coniuncti, & exiſtentes in pari gradu, æqualiter ſuccedere debent.*
14 *Vocati nomine collectiuo per verbum* filios, *cenſentur nominatim vocati.*
14 *Subſtitutio facta de pluribus intelligitur diſcretiuè ſingula ſingulis congruè referendo, & quando ſecus.*
16 *Singularitas quando reſoluatur in pluralitatem.*

DECISIO XXXIII.

IESVALDVS Teſtator, inſtituta hærede Septimia matre, filios ſororum ad eius hæreditatem his verbis vocauit. *Et doppo la morte di detta Settimia li ſopradetti beni ſiano, & eſſer debbano delli figliuoli, tanto maſchi, quanto femine di D. Antonia, D. Madalena, & D. Fiore per egual portione, & morendo vno recada all'altro.*

Mortua Flora ſine prole remanſerunt ex Antonia filij quinque, nempè Ricciardus, qui adhuc viuit, necnon Siluius, Margarita, Helena, & Victoria poſtea prædefuncti; Ex Magdalena verò Dorothea, & Eliſa, quæ vti donataria ſororis viuentis petit immitti pro duabus ratis in bonis ad Siluium, & ſorores obuentis ex hæreditate dicti Ieſualdi; ita vt reliqua tertia pars tantum remanere debeat penès Ricciardum; Hinc dato dubio fuit pro Eliſa reſponſum.

1 Certum eſt enim, quod Teſtator inſtituendo ſub vnica verborum ſtructura filios, tàm maſculos, quàm fœminas vtriuſque ſororis pro æquali portione voluit, illos ſuccedere in capita, & non in ſtirpes, vt diſponit *tex. in l. interdum 13. ibique Caſtr. nu.3. ff. de hæred. inſtit. Dec. conſ.597. num.8. & 9. Gabr. conſ.130. num.10. in fin. & num. ſeq. lib.1. Mantic. de coniect. lib.4. tit.11. num.6. Rota deciſ.278. à num.2. verſ. quoad ſecundam partem, par.6. & deciſ. 138. num. 3. par.7. recent.*

2 Et ita etiam obſeruarunt partes in inſtrumento inito ſub die 24. Octobris 1631. dum mortua Septimia matre huiuſmodi hæreditatem in capita, & pro virili diuiſerunt, quæ obſeruantia plurimum operatur pro interpretanda mente Teſtatoris, *l. minimè, ff. de legib. cap. cum dilectus, de conſuetud. Fuſar. de ſubſt. quæſt.500. num.1. & ſeqq. Rota in Auenionen̄ fideicommiſſi 30. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Veroſpio,*

Vndè dum poſteà idem Teſtator prædictos filios inuicem, & reciprocè inter eos ſubſtituit cenſetur pariformiter vocaſſe, & prædile-
3 xiſſe in ſubſtitutione, nam regulariter ſubſtitutio declaratur ab inſtitutione, & partes datæ in inſtitutione cenſentur datæ in ſubſtitutione, *l. qui liberis 8. §. hac verba in fine, l. qui plures 23. iuncta l. ſeq. & l. cohæredi 41. §. qui diſcretas, ff. de vulg. & pup. Cagnol. in rubr. l. vnic. num.54. C. quand. non pet. part. Maſcard. de prob. concl.1345. num.1. & ſeqq. Gregor. deciſ.495. num.9. cum plurib. per Fuſar. de ſubſt. quæſt.478. num.2.*

Defun-

4 Defunctis itaque Siluio, & ſororibus Antoniæ filijs in prędictis portionibus ad eos obuentis ex hæreditate Ieſualdi purificata fuit æqualiter ſubſtitutio ad fauorem Dorotheæ, & Eliſæ filiarum Magdalenæ, ſicuti ad fauorem Ricciardi filij ex Antonia, prout in his præcisè terminis articulo plenè diſcuſſo, reſpondit *Soccin.iun.conſ.66. per tot.lib.3.* qui dicit concluſionem veriſſimam, & indubitatam,& miratur difficultatem ſuper hoc fieri, *Peregr.* qui illum ſequitur *conſ.64. lib.5. & in tract. de fideicom. art.20.num.12. præſertim circa med. verſ. & quod dicitur,* vbi teſtatur de veriori, & receptiori, & ita Paduæ fuiſſe deciſum, *Dec. conſ. 304. num.2. & ſeqq. vbi num.4.* declarat quid ſenſerit *in conſ.186. Ruin.conſ.152.num.10.& 11. lib.3. Aym.conſ.43. num.2. verſ. non obſtant modo,* & hanc opinionem tenuit *Bart. in l. Lucius Titius circa fin. num. 21. verſ. quaro quidam habens duos filios. ff.de vulg. & pupill. Franc. de Barry de ſucceſſ.lib.7.tit.3.num.1.& ſeq. fol.mihi 203. Fuſar. de ſubſt.quæſt.494.num.11.*

5 Neque ex eo, quod Ricciardus ſit frater vtrinque coniunctus debet præferri Eliſæ, & Dorotheæ remotioribus in gradu, nam obiectum benè procederet ſi ageretur de bonis proprijs ipſorum prædefunctorum,ſecus verò dum agitur de ſucceſſione bonorum Ieſualdi fideicommittentis,vt in ſimili diſtinguit *Bart. in l.re coniuncti, num.62. & ſeqq. de leg.3. Bald. in l.in teſtamento,num.10. C.de teſtam.milit. Alex.conſ. 30. num.2. verſ.& quod non obſtat,& num.ſeq.lib.2. Dec.conſ.304.num.4. Beron.conſ.90. num.18.lib.2. Peregr.d.conſ.64.nu.16.lib.5. cum alijs per Gratian. diſcept. forenſ.cap.661.num.16.& ſeqq.*

6 Nec facit, quod in fideicommiſſis proximitas grauati,& non grauantis attendi debeat; quia concluſio non habet locum, quando ex verbis teſtamenti apparet Teſtatorem reſpexiſſe ad ſuam, non autem ad proximitatem grauati, vt benè reſpondet *Peregr.conſ.64.n.14. lib.5. Socc.iun. d. conſ.66.num.5.in fin. lib.3. Surd. conſ.31.num.33.*

7 Etenim in ſubſtitutionibus inſpicitur intentio,& affectio Teſtatoris, qui ſubſtituit nō autem illorum,quibus fit ſubſtitutio. Et ideò cū Teſtator ſit omnibus ęqualiter coniunctus præſumitur etiam æqualiter diligere,& æqualiter voluiſſe prouidere, vt firmat *Iaſ. in l.Lucius 45. num.31. verſ. pro iſta parte. Rip. num.47. verſ.contra quod, Franc. Aret. col. fin. num.6. verſ. vltimo adde,vſque ad fin. ff de vulg. & pupill. Ang. in l.in teſtamento,nu.5. verſ.quid autem. C.de teſtam. milit. Menoch.de præſumpt. lib.4. præſ.75.num.13. Rimin.iun.conſ.283. num.24.& ſeqq. lib.3. Rota in Firmana fideicommiſſi 26. Nouembris 1604. coram Penia, confirmata poſtea ſub die 28. Nouemb. 1640. coram R.P.D.mco Otthobono.*

8 Quæ opinio tranſit ſine difficultate in ſubſtitutione fideicommiſſaria, ex quo per illam ſucceditur Teſtatori ſubſtituenti, *Dec.conſ.304. num.2. Alba conſ.29.num.18.& ſeq. Rim.iun. conſ. 283.nu.29.& 30. lib.3. Mant.de coniect.lib.5.tit.11. num.3. & lib.8.tit.13.num.7.*

9 Quod autem ſubſtitutio facta per Teſtatorem inter ipſoſmet nepotes inſtitutos contineat fideicommiſſariam Pars ipſa non audet negare, & apparet ex eo, quia fuit facta per

10 verbum, *morendo*, quod indiſtinctè prolatum efficit compendioſam, *l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſt. gloſ.magna, in l. ſi teſtamento, C.de teſtam.milit. Sim.de Prat.de interpr.vlt.vol. ſolut.10. num.3. fol.267. Peregr.de fideicom. art.34.num.67.* iuncto etiam verbo, *recada*, quod eſſe commune, & efficere compendioſam, *not. Bart. in l.Centurio,num.53.& ſeq. ff.de vulg.& pupill. Rota coram Caual.deciſ.34.num.3.& 4.* Et ſic continet etiam fideicommiſſariam poſt aditam hæreditatem, *d.l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit. Pariſ.conſ.18.num.62. lib.2. Trentacinq. de ſubſtit. par.4.cap.9.num.3. Paul.Leon.eod.tract. tit.de compend. num. 44. cum alijs per Fuſar. quæſt. 260. num.28.*

11 Et eodem modo reſpondetur ad obiectum in contrarium adductum, quod in fideicommiſſis ſeruandus ſit ordo ſucceſſionis ab inteſtato, *ex Dec. conſ.186. num.4.* quia hoc non procedit, quando conſtat de contraria voluntate Teſtatoris, quæ in vltimis voluntatibus totum facit, *vulg. l.in conditionibus 14. ff.de cond. & dem. Gabr.conſ.121.num.3. lib.1. Rota in recent. deciſ.460.num.4.par.1.*

12 Conſtat autem,quod Teſtator non ſeruauit ordinem ſucceſſionis ab inteſtato, dum non vocauit ſorores, quas prius vocare debebat, ſed vocauit ſororum filios, eos coniungendo, ac inuicem ſubſtituendo, vt per *Peregr. d.conſ. 64. num.13. lib.5. Mantic. de coniect. lib.5. tit.11. num.14. verſ.nec obſtat.* Et ſic nullam cenſetur habuiſſe rationem coniunctionis ſanguinis, ſed coniunctionis inſtitutionis, quæ maximè attendi debet, *d.l.cohæredi, §.qui diſcretas,de vulg. & pupill.ibi, coniunctos primo loco vice mutua ſubſtituere videtur. Salyc.in l.in teſtamento,num.21. C. de teſtam.milit. Alex.conſ.30.num.2.lib.2. Rim.iun. conſ.283.num.24.& ſeqq.lib.3. Gabr.conſ.121.n.2. lib.1.*

13 Imò attenta etiam coniunctione ſanguinis argumentum retorqueretur, quia reſpectu Teſtatoris ſunt omnes æqualiter coniuncti, & ſic æqualiter ſuccedere debent, *Grat. conſ.18. num.7.lib.2. Socc.iun. conſ.66. num.1. in fin. verſ. primum probatur, & num. ſeq. lib.3. Surd. conſ.31. num.12.*

14 Non obſtat, quod *Socc.iun. Peregr.* alijque ex ſupra allegatis loquantur in inſtitutionibus nominatim factis, non autem, vt in præſenti caſu, quando nomine collectiuo, ſeù veriùs appellatiuo; nam vocati per nomen filios nominatim vocati dicuntur, vt probat *text. in l.2. & in l.Titius 25. ff.de lib.& poſt. §.nominatim, ibique Pichard. num. 3. & 7. inſtit. de exhæred. lib. Ruin. conſ.152. num.4. volum.3. Laderch. conſ.18. num.4. Giouagn. conſ.24.num.11.& ſeq.lib.1.*

15 Minùs facit, quod ſubſtitutio de pluribus intelligatur diſcretiuè facta ſingula ſingulis congruè referendo, quia hoc procedit in fideicommiſſo deſcenſiuo,ſecùs autem in reciproco, & lineali, *vt not. Peregr.conſ.64.num.15. lib.5. & in tract. de fideicomm. art.13. num.72. & ſeqq.*

ed Google

ſeqq. & in his terminis loquitur *deciſ. Seraph. 1023. deciſ. 145. par. 1. recent. cum alijs exaduerſo allegatis*.

16 Demum non releuat, quod ſubſtitutio facta fuerit per verbum, *altro*, & ſic in numero ſingulari, quia ſingularitas ſæpius in pluralitatem reſoluitur, *l. in vſu 158. ff. de verb. ſingif. §. ſi plures inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* optimè *Caſtr. conſ. 264. num. 2. verſ. ſed in contrarium vſque ad fin. lib. 2.* vbi maximè quando voluntas Teſtatoris concurrit, *Surd. conſ. 247. num. 10. Rota deciſ. 344. num. 22. par. 2. recent.*

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit.

BONONIEN. TRANSACTIONIS.

Lunæ 30. Martii 1643.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione ſecundum proprietatem ſermonis non veniunt nepotes, præſertim quando agitur de grauamine, & reſiſtit voluntas Teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas, & iuſtitia probatur ex reuolutione actorum, & Deciſionibus Rotalibus.*
2 *Reſtitutio in integrum non datur ſine læſione.*
3 *Monaſterium non venit appellatione filiorum, quando Teſtator locutus fuit de filiis veris, & non fictis.*
4 *Filiorum appellatione ſecundum proprietatem ſermonis non veniunt nepotes.*
5 *Amplia præſertim quando agitur de grauamine.*
6 *Similiter quando conſtat de contraria voluntate Teſtatoris.*
7 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando Teſtator locutus fuit de filiis ſuis.*
8 *Item quando expreſſit de filiis ex proprio corpore procreatis.*
9 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando Teſtator diſcretiuè locutus fuit de filiis, & de nepotibus, & num. 10.*
11 *Filiorum appellatione an veniant nepotes, quando Teſtator reſpexit ad tempus futurum.*
12 *Nepos mortuo patre habetur loco filii.*
13 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando agitur de deſcendentibus.*
14 *Fallit quando adſunt conteſtura in contrarium.*
15 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando agitur de alterius grauamine, licet de fauore ipſorum nepotum.*
16 *Tranſactio facta bona fide ſuper iure de futuro, & fideicommiſſo conditionali præiudicat, nedum tranſigentibus, ſed etiam aliis vocatis.*

DECISIO XXXIV.

1 FVIT per DD. reſolutum non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum, quia ex reuolutione actorum, & deciſionibus Rotalibus probatur validitas, & iuſtitia ſententiarum, quibus ſtantibus excluditur læſio, & conſequenter reſtitutio in integrum, vt dixit *Rota in Toletana Parochialis 25. Maii 1618. coram bo: me: Pirouano, & in Romana de Mareſcottis 18. Maii 1646. coram R. P. D. meo Ghiſilerio.*

Prætenſio verò exaduerſo deducta, quod in dicto iudicio fuerit actum tantummodò de intereſſe Caroli, non autem de iuribus Staniſlai, & Iſidori eius filiorum, qui hodie agunt viſa fuit DD. non ſubſiſtere in facto; Nam & ex mandato procuræ in perſonam Borelli, & ex libello per eum porrecto, ac ſententijs latis, totoque proceſſu apparet eoſdem Actores expreſsè comprehenſos fuiſſe, illorumque ius non incidenter, ſed principaliter fuiſſe de-
2 ductum; Itaut dum non docent de læſione fruſtra petant reſtitutionem in integrum, *cap. 1. & ibi Abb. num. 2. de reſtit. in integr. Innoc. in cap. ex literis, num. 7. eod. tit. Caſtr. in l. fin. num. 5. verſ. in curia autem, C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt nec. Rota coram Burat. deciſ. 323. num. 19. & in recent. deciſ. 87. num. 3. par. 1.*

3 Minùs prætenſio ſubſiſtit in iure; nam licet Philippus Teſtator in caſu, quo Paula filia, ſiue Smeralda neptis hæredes inſtitutæ morerentur ſine filijs, in portione ita decedentis ſubſtituerit ſuperuiuentem, ſiue eiuſdem filias; Nihilominus declarauit expreſsè ſe intelligere de filijs maſculis, vel fœminis carnalibus, & non fictis; ita quod appellatione filiorum non contineatur Monaſterium, ſiue Religio; vnde cum Iſidorus, & Staniſlaus non ſint filij, ſed nepotes Paulæ, non
4 poſſunt dici in dicta diſpoſitione comprehenſi quia appellatione filiorum ſecundum proprietatem ſermonis, & ex propria ſignificatione non veniunt nepotes, ſed ex interpretatione, & extenſione *ad text. in l. iuſta 20. ff. de verbor. ſignific.* Nam alitèr filij, alitèr nepotes appellantur, vt inquit *I.C. in l. quid ſi nepotes 6. ff. de taſtam. tut. §. fin. inſt. qui teſtam. tut. dar. poſſ. gloſſ. in l. cognoſcere, in verbo deſcendentes, ff. de verb. ſignific. & in Clem. 1. verb. liberi de Baptiſm. Bart. in l. Gallus, §. inſtituens, num. 3. ff. de liber. & poſt. & in l. liberorum 22. nu. 10. ff. de verb. ſignific. Dec. conſ. 95. num. 6. Gozzadin. conſ. 36. num. 3. Decian. conſ. 44. num. 31. & conſ. 47. num. 10. & ſeqq. lib. 3. Menoch. conſ. 215. num. 12. & ſeqq. & conſ. 347. num. 3. Thob. Non. conſ. 33. num. 15.* Et hanc opinionem vti veriorem, & communiorem, ac validioribus nixam rationibus pluries, tenuit *Rota vt in Auenionen. fideicommiſſi 7. Maij 1638. coram bo: me: Pirouano, in Romana fideicommiſſi 27. Maij 1641. coram R. P. D. Ghiſilerio, in Interamnen. fideicommiſſi 10. Februarij 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in recent. deciſ. 174. num. 2. par. 4. deciſ. 6. num. 8. & ſeqq. par. 5. & deciſ. 279. num. 1. & 2. par. 6.*

5 Hæc verò faciliùs procedunt in præſenti caſu, tùm quia agitur de grauamine, vnde diſpoſitio tanquam odioſa, non eſt apta recipere extenſionem, vltra proprietatem verborum, quicquid ſit in fauorabili, & ſi ageretur de excluſione fideicommiſſi, vt probat *Caſtr. conſ. 97. num. 3. lib. 2. Cephal. conſ. 107. num. 16. & 17.*

Craſſ.

Craſſ. §. fideicommiſſum, quæſt.10.num.1. Molin. de primogen. Hiſpan.lib.1.cap.6.num.27. Peregr.de fideicomm. art.1.num.27. & art.22. num.62. Cyriac. controu.521.num.53. Modern. Roman.diſcept. foren. cap.765.num.2. Rota in Romana Domus, & Viridarij 27. Ianuarij 1597. *coram Corduba, & in recent. deciſ.486.num.25.par.1.& deciſ.473.num.28.par.4. tom.2.*

6 Tum etiam quia conſtat de contraria voluntate Teſtatoris, dum declarauit ſe intelligere de veris filijs, non autem de fictis, & interpretatiuis, *ad not. per Bald. in l. maximum vitium num.11. & ſeqq. C. de lib. præt.* quem refert, & ſequitur *Alex. conſ.298.num.16. & ſeqq. lib.6. & conſ.45. num.5. lib. 7. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.94. num. 15. Caſanatt. conſ.34.num.9.* &
7 in ſimili, quando Teſtator dixit de filijs ſuis, quod appellatione filiorum non veniant nepotes, probat *Menoch. vbi ſupra num.4. Rota in recent.deciſ.667.num.1.par.2.*prout pariter quan-
8 do expreſſit de filijs ex ſuo proprio corpore procreatis, firmat *Guidop. deciſ.353. per tot.* & deciſum fuit *in Romana fideicommiſſi de Bonadies 21. Aprilis 1603. coram Millino.*

9 Et dum diſcretiue de illis loquutus fuit, vocando ſcilicet in prima inſtitutione Paulam filiam, & Smeraldam neptem, ex hoc diſcretiuo loquendi, modo nepotes non venire appellatione filiorum, aduertit *Soccin. conſ.73. num.23. lib.3. Surd. conſ.403. num.21. & ſeqq. & de alim. tit.0. quæſt.36. num.18. Gabr. lib.6. tit. de verb.ſignific. concl.1.num.93. Seſſ.deciſ.Aragon. 64. num.112. Chartar.deciſ. Genuen.67.num.46. & 47. Rota in Romana, ſeu Prænestina fideicommiſſi de Columna 2.Maij 1625. coram Vbaldo, & penes Seraph. deciſ.1486.num.12.*& firmatum fuit in hac cauſa *27. Februarij 1640. coram Eminentiſſ. Card.Veroſpio; cum alijs per Fuſar. quæſt.321. num.59. & ſeqq.*

10 Non obſtant coniecturæ exaduerſo ponderatæ; Nam prima deducta ex eo, quod Teſtator in eodem teſtamento pluries vſus fuerit verbo, *liberis*, videtur retorqueri in contrarium, dum tali verbo nunquam vſus fuit in inſtitutione, & ſubſtitutione, ſed tantum in ea parte, in qua agebatur de ſolutione debitorum; & obſeruantia ſuæ diſpoſitionis, ſignum euidens, quod in inſtitutione, & ſubſtitutione filios tantum primi gradus comprehendere voluit, iuxta regulam *text. in l. fin. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.* & ponderat *Rimin.conſ.80.num.21. Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt. 94. num.6. Fuſar. quæſt. 321. num.61. Rota deciſ.279.num.9. & 10. par.6. recent.*

11 Secunda verò de dictione, *quandocumque*, non videtur habenda in conſideratione, quia illa non fuit adiecta filijs ſubſtitutis, ſed Paulæ, & Smeraldæ inſtitutis, ibi, *& aliqua earum quandocumq. decedente &c.* Vndè poteſt quidem operari diſtributionem temporis, ſiue ante, ſiue poſt pubertatem illæ decederent, non autem importare tractum ſucceſſiuum, itaut ex contemplatione futuri euentus inſurgat coniectura vocationis nepotum, quæ in omnem caſum, nec etiam videretur tuta, ex traditis per *Roman. conſ.438. ad fin. Soccin. conſ.73.nu.19. lib.4. Aretin. conſ. 146. num.1. Marzabr. conſ.61. num.97. Menoch. conſ.215.num.100. & ſeqq. Buccafer.conſ.35.num.21. Rota in Interamneñ fideicommiſſi 10.Februarij 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

12 Tertia demum, quod ſicut Teſtator vocauit Smeraldam neptem ex Melchiorre filio, ita etiam ad æqualitatem ſeruandam cenſeatur vocaſſe nepotes ex Paula, videtur ceſſare ex eo, quia dicta Smeralda ſucceſſerat in locum patris prædefuncti, & habebatur loco filiæ, ac in æquali ſucceſſionis gradu cum ipſa Paula, *§. cum filius, inſtit.de hæred. quæ ab inteſtato defer. §. ſi autem defuncto, Auth. de hæred. ab inteſt. venien. Auth. cum ceſſante, C. de legit.hæred. Bart.in Auth. poſt fratres, eod.tit.* & ſic æqualitas benè ſeruata fuit, vt rectè per *Magon. deciſ.Lucen. 32. num.26. verſ.nec obſtat.*

13 Non obſtat, quod verſemur in deſcendentibus Teſtatoris, quo caſu faciliùs appellatione filiorum comprehenduntur nepotes, vt dixit *Rota in Auximana fideicommiſſi 22. Martij 1638. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano;* Quia hoc inſeruit tantummodò pro coniectura, quę ſola
14 non ſufficit, & ceſſat penitùs, quando adſunt aliæ in contrarium, *Menoch. d.conſ.215.num.97. & conſ.347.num.28.Rota deciſ.507.num.12.par.2. recent. & deciſ.473.num.18. par.4. tom.2. Aueniomen fideicommiſſi 7.Maij 1638. coram Pirouano*, vbi, *quod appellatione filiorum, ſecundum veritatem non veniunt nepotes etiam in deſcendentibus*, & dictum fuit *in dicta Interamneñ fideicommiſſi 10.Februarij 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & 14.Decembris 1643. coram R.P.D. meo Bichio.*

15 Minùs obſtat, quod hic agatur de fauore nepotum, qui prætendunt ſuccedere: Nam cum exinde reſultet onus filiorum, & ſic diſpoſitio ſit mixta partim fauore vocatorum, & partim odio grauatorum; nepotes non venire filiorum appellatione, notat *Aldobrand. in §. fin. inſtit. quib. mod. tut. fin. Thob.Non.conſ.33. num.22. & 26. Odd.conſ.90. num.3. Seſſ. dicta deciſ. Aragon. 64. num. 83. & 84. Rota deciſ. 486. num.25. par.1. & deciſ.507.num.4.par.2.recent. & in dicta Romana fideicommiſſi 27.Maii 1641. coram R.P.D. Ghiſilerio.*

16 Demum cum aliàs ſuper eodem fideicommiſſo inter Paulam, & Smeraldam fuerit facta tranſactio, in qua vtraque renunciauit ſubſtitutioni reciprocæ contentę in teſtamento Philippi, vtique eadem tranſactio, tanquam facta bona fide ſuper iure de futuro, & fideicommiſſo conditionali, præiudicat, nedùm tranſigentibus, ſed etiam alijs vocatis, vt latè firmatum fuit in hac cauſa *27.Februarij, & 16. Nouembris 1640.coram Eminentiſſ. Card. Veroſpio, & 8. Martii 1641. coram R. P. D. meo Peutingero, & in Romana ſucceſſionis de Comitibus 26. Iunii 1647. coram R.P.D. Ghiſilerio, cum aliis per Gratian. cap.476. num.1. & ſeqq. & per Fuſar.de ſubſtit. quæſt.562. ſub num.2. & 3. & quæſt.708.n.10. & ſeqq.*

Et ita &c. vtraque &c.

V E-

VELITERNA LEGATI.

Lunæ 27. Aprilis 1648.

ARGVMENTVM.

Apothecæ veniunt ſub legato Domus, non ſolum ſi ipſa Domus fuerit relicta in proprietate, ſed etiam quando relicta fuit ſola habitatio; Et maxime ſi ex coniecturis conſtet de voluntate Teſtatoris, & hæres tale legatum ità interpretatus fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Habitatio ſi fuerit relicta habito tantum reſpectu ad ſeruitium perſonale, tunc non veniunt apothecæ locari ſolitæ.*
2 *Domus appellatione quando veniant apothecæ.*
3 *Domus appellatione veniunt apothecæ, ſi conſtet de voluntate Teſtatoris.*
4 *Totum omnia comprehendit, & nihil excludit.*
5 *Et operatur, quod ſi tota Domus fuerit relicta, comprehendatur etiam illa pars, quæ non ſpectabat ad Teſtatorem.*
6 *Confinium expreſſio includit omnia, quæ in eis continentur.*
7 *Declaratio hæredis plurimum operatur in aperienda voluntate Teſtatoris dubia.*
8 *Apothecæ veniunt ſub legato habitationis Domus perindè ac ſi eſſet relicta ipſa Domus in proprietate.*
9 *Habitatio Domus ſi fuerit relicta, cenſetur relictus vſusfructus, & locari poteſt.*
10 *Deciſio in Romana Executionis Laudi coram Arguell. declaratur.*
11 *Legatum ad fauorem Vxoris eſt latè interpretañ.*

DECISIO XXXV.

DVBITATVM coram me fuit; An in legato habitationis totius Domus, facto
perTeſtatorem ad fauorem Caſſandræ de Vin-
dictis eius Vxoris, comprehendantur apothe-
1 cæ in ea exiſtentes; Et ratio dubitationis fuit,
quia Teſtator non legauit ipſam Domum, ſed
habitationem, ideóque videtur reſpexiſſe ad
illam, quatenus eſt in ſeruitio habitāndi; cum-
que apothecæ, quæ alijs locantur, non ſint
in ſeruitio, minimè comprehendi poſſunt ex
latè deductis in *Romana Executionis Laudi 14. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Arguelles*.
2 Verum adhuc Domini inclinarunt in par-
tem affirmatiuam, moti ex eo, quod apothe-
cæ controuerſæ exiſtunt ſub dicta Domo,
fuerunt emptæ eodem precio, & eodem tem-
pore, & ſunt pars, & membra illius, cum
contineantur ſub eodem tecto, iiſdem muris,
& fundamentis regantur, & habeant aditum,
ſeù portam reſpondentem ad ipſam Domum
licet ſimilem retineant in via publica; quo
caſu venire appellatione Domus, probat *text.
in l. ſi cui ædes 30. & in l. prædijs 89. §. balneas, &
§. vltimo, ff. de legat. 3, Iaſ. in l. beneficium num. 12.
& ſeqq. ff. de conſtit. Princip.*, & firmat *Anchar. conſil. 291. ſub nu. 1.*, quem ſequitur *Alex. conſ. 223.
num. 3. verſ. & fortius lib. 2. Natt. conſ. 117. num. 2.
Gabr. conſ. 94. nu. 11. & ſeqq. lib. 2. Mantic. de tacit.
lib. 13. tit. 23. num. 32. & de coniect. vlt. volunt. lib. 9.
tit. 2. nu. 37.*, vbi ampliat etiam ſi per illas non
detur aditus ad ipſam Domū, & proſequitur
Grattan., qui ſcripſit in hac cauſa, *Forenſ. diſcept.
lib. 4. cap. 775. num. 1. & per tot.*
3 Idque facilius venit diceñ, quia pro com-
prehenſione concurrit voluntas, & intentio
Teſtatoris, qui non ſimpliciter habitationem
reliquit, ſed vſus fuit verbo vniuerſali *totius*,
4 ibi: *Habitationem totius Domus*, quod verbum
totalitatem ſignificat, & nihil penitùs exclu-
dit, *l. Iulianus 66. ff. de legat. 3.*, vbi de verbo
vniuerſali *omne, Aym. conſ. 895. nu. 2. & conſ. 934.
nu. 3.*, & latè firmauit *Rot. deciſ. 144. nu. 4. part. 2.
recent., & deciſ. 164. num. 22. & ſeqq.*, vbi quod
reſpicit integrum corpus conſiſtens ex omni-
5 bus ſuis partibus *part. 6.* Et in fortioribus ter-
minis, quod attento dicto verbo vniuerſali
comprehendatur etiam pars non ſpectans ad
Teſtatorem, tradunt *Ruin. conſ. 74. num. 9. lib. 2.,
Cephal. conſ. 773. nu. 28., Menoch. conſ. 1145. nu. 15.
& 16. lib. 12. Rebuff. conſ. 174. num. 1. & ſeqq.*
6 Imò non ſolum Teſtator vſus fuit verbo,
totius, ſed Domum ipſam certis confinibus de-
ſignauit, ibi: *Iuxtà res Pompei Celly, DD. de Torrutys, &c.* Vndè cum huiuſmodi Apothecæ
dictis confinibus contineantur, & includan-
tur, non eſt dubium, quod veniunt ſub præ-
dicto legato, *l. ſi fines 10. de euict.*, & voluit *Anchar. dicto conſ. 291. ſub num. 1. verſ. & infra, Alex.
conſil. 223. ſub num. 3. verſ. accedit etiam lib. 2., &
conſ. 204. ſub nu. 4. verſ. accedit ſecundum eum lib. 6.
Dec. conſil. 146. num. 14. verſ. quarto iſta concluſio,
Roman. conſ. 5. ſub num. 1. verſ. in contrariam tamen
partem, Aym. conſ. 105. num. 1., Rot. deciſ. 327. nu. 2.
part. 4. diuerſ.*
7 Id etiam declarauit hæres, dum reportata
ſententia contraria ab A.C., necnon mandato
de manutenedo vna cum reſcripto Signatu-
ræ ſiluit per ſpatium annorum 20., & vltrà, &
domum ipſam vna cū Apothecis à Caſſandra
conduxit, vocando eam vſufructuariam; nam
talis declaratio plurimum operatur in inter-
pretanda voluntate Teſtatoris, *text. eſt in l. ſi quis
à filio 32. §. ſi quis plures*, ibique *Iaſ. in fin. verſ. tu
ergò plenius, ff. de legat. 1., Bart. in l. gerit num. 17.
ff. de acquir. hæred., Mantic. qui ampliat etiam in hærede hæredis, in tract. de coniect. lib. 12. tit. 12. nu. 26.,
Grat. conſ. 35. num. 12. lib. 2., Rot. coram Buratt. deciſ. 113. num. 31.*, Præſertim quando declaratio
non tendit in commodum hæredis, nec in
diminutionem legati; vt aduertit *Peregr. cōſ. 73
num. 16. & 17. lib. 5.*, Imò in præiudiciū eiuſ-
dem hæredis qui cogitur illud plus præſtare,
*Ruin. conſ. 128. num. 15. verſ. non obſtat etiam lib. 2.,
Rot. deciſ. 100. ſub num. 5. verſ. & maximè part. 2.
diuerſ.*
8 Hinc parum releuat, quod non ipſa Do-
mus in proprietate, ſed habitatio relicta fue-
rit, nam cum Teſtator non conſiderauerit
perſonalem habitationem Caſſandræ, nec ſo-
lam commoditatem ei legare voluerit, ſed
reliquerit habitationem totius Domus, eadem
ratio militat in vno caſu, ac in alio, vt eſt *text.
in l. Olimpico alias fin.*, ibiq; *Bald. poſt princ. verſ. no-*

ta

ta in iſta lege ſſ. de ſeruit. urban. prædior., *Iaſ. in dicta l. beneficium nu. 14. de conſt. Princip.*, & in iſtis terminis reſpondendo huic difficultati firmauit *Gratian. dicto cap. 775. nu 4. & ſeqq. Alex. conſ. 223. per tot., & præſertim num. 1. & 5. lib. 2.*, *Gabr. conſil. 94. num. 8. & 9. lib. 2.*

9 Poteſt itaque legataria, vel habitare totam Domum, vel illam alteri locare, perindè ac ſi vſusfructus ſibi fuiſſet relictus, per *text. in l. cum antiquitas 13. C. de vſufr.*, *Franc. Barry de ſucceſſ. lib. 9. tit. 11. ſub num. 1. verſ. habitatio verò*, *Caſtill. de vſufr. cap. 28. num. 23. & ſeqq.*, & latè probat *Gratian. dicto cap. 775. num. 15. & ſeqq.*, *Afflict. deciſ. 401. num. 4.*

10 Non obſtat deciſio in allegata *Romana Executionis Landi*, quia loquitur in legato facto de penſionibus Domus ſeparatis, & diſtinctis à penſionibus Apothecarum, per quas, nec dabatur acceſſus ad ipſam Domũ; Doctores verò in contrarium adducti procedunt in ſuis caſibus, uec adaptantur noſtræ quæſtioni, vt declatat *Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 4. nu. 8. & ſeqq.* & omnibus reſpondet *Gratian. vbi ſuprà à n. 12.*

11 Tandem ponderatum fuir, quod agitur de legato ad fauorem Vxoris, cui Teſtator non ſolum reliquit habitationem totius Domus iubens hæredibus, ne ſuper illa Caſſandram moleſtarent, etiam quod de iure moleſtari poſſet, ſed etiam eidem reliquit omnia ſua bona mobilia vbique exiſtentia, &c. Item omnia argentea, & aurea torques, anulos, veſtimenta, & alias res pretioſas, ac margaritas, ſeù perlas, necnon granum, ordeum illorum pretium, &c. vinum, credita, &c. Item omnes ſuos cenſus, & loca montium, medietatem ſuarum vinearũ ſua vita durante, beſtias caballinas, & vaccinas, &c. tranferens poſſeſſionem bonorum etiam in vita, & dans etiam facultatem illam apprehendeñ propria authoritate, abſque eo, quod illam teneatur capere de manu hæredis, & vt latius in dicto Teſtamento; Ex quibus apparet ſummoperè eandem vxorem dilexiſſe, adeòut latiſſima ſit facienda interpretatio, vt voluit *Bald. conſ. 459. ſub nu. 1. lib. 1.*, *Alex. conſ. 223. nu. 3. lib. 2.*, *Gabr. conſ. 120. num. 10. lib. 1.*, *Menoch. conſ. 142. num. 27.*, *Rot. coram Seraph. deciſ. 240. num. 1.*

Et ità deciſum vtraque, &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 4. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum in contractu factum, valet, & eſt irreuocabile, & ex quibus appareat eſſe factum in contractu vel in vltima voluntate, & plura de validitate pacti de inuicem ſuccedendo.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum poteſt fieri in contractu.*

2 *Fideicommiſſum in contractu factum reuocari non poteſt.*

3 *Diſpoſitio an ſit contractus colligitur ex numero Teſtium.*

4 *Diſpoſitio an ſit contractus deſumitur ex verbis, & eius denominatione.*

5 *Contractus præſumitur ex reſeruatione facultatis teſtandi.*

6 *Et talis facultas in bonis reſeruatis remanet libera.*

7 *Pactum de ſuccedeñ inuicem ſi non eſt vniuerſale, ſed de certis bonis ſuſtinetur.*

8 *Maximè ſi ſit factum pro decore, & conſeruatione familiæ.*

9 *Contractus præſumitur ex obligatione omnium bonorum pro obſeruantia diſpoſitionis.*

10 *Contractus præſumitur ſi in eo fuerit appoſitum pactum precarij vel conſtituti.*

11 *Contractus ex quibus præſumatur. & num. 8.*

12 *Pactũ de ſuccedendo quãdo ſit validũ. nu. 13. & 14.*

15 *Pactum de ſuccedendo conceptum per verbum dono eſt validum, & importat donationem.*

16 *Amplia etiam ſi conceptum fuerit per viam obuentionis bonorum poſt mortem.*

17 *Text. in l. licet, C. de pact. procedit in ſucceſſ. vniuerſali non autem in bonis particularibus.*

18 *Donatio pro filijs naſcituris ſufficit quod fuerit acceptatam à primis donatarijs.*

DECISIO XXXVI.

ACQVIESCENS Comes Ioannes immiſſioni conceſſæ Helenæ, & litis conſortibus, vti hæredibus ex Teſtamento q. Franciſci de Pepulis, inſtituit contrà eoſdem iudicium vigore conuentionis initæ vſque de anno 1587. inter Comites Iacobum, Vgonem, & Ricciardum fratres, & diſputato concorditer dubio: An conſtet de fideicommiſſo, ad quod ipſe Comes ſit vocatus, obtinuit ad eius fauorem reſponderi.

Siquidem ex inſtrumento predicto apparet, non ſolùm de donatione inter eoſdem fratres cum vocatione totius deſcendentiæ maſculinæ; ſed etiam de expreſſa reciproca de linea ad lineam in perpetuum; itaut exiſtẽtia fidei-
1 commiſſi remaneat clara, & indubitabilis, quod poſſe fieri in cõtractibus, probat *text. in l. quoties 3. C. de donat. quæ ſub mod.*, *Marzar. de fideicommiſſ. part. 2. quæſt. 2. verſ. nihilominus*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 308. nu. 78.*, *Rota coram Card. Seraph. deciſ. 416. num. 16. & deciſ. 828. num. 2.* & reptobato *Menoch.* plures cumulat *Marta conſil. 191. num. 1. & ſeqq.*

2 Reuocatio verò facta à Iacobo parum releuat adhunc effectum; nam cum diſpoſitio prędicta facta fuerit per viam contractus non autem vltimę voluntatis nullo modo reuocari potuit, *l. ſicut de act. & oblig.*, *Aym. conſ. 19. n. 10. & ſeqq.*, *Pariſ. conſ. 26. num. 108. lib. 2.*, *Cephal. conſil. 301. num. 112.*, *Surd. conſ. 247. num. 11.*, *Bellon. Iun. conſ. 22. num. 10. & ſeq.*, *Boer. deciſ. 355. num. 2. & ſeqq.*, *Seraph. deciſ. 427. à princ. & deciſ. 874. num. 1.* cum alijs per *Fuſar. d. quæſt. 303. num. 88.*

3 Quòd autem diſpoſitio prædicta tranſiuerit in contractum, & verè, ac propriè contractus ſit, apparet, non ſolùm ex numero teſtium, vt aduertit *Iaſ. in l. quæ dotis num. 46. ff. ſol. mat.*, *Burſatt. conſ. 136. nu. 44. & 49. lib. 2.*, *Port. Imol. conſ. 36.*

Digitized by Google

4 *conſ.36.num.43. & 44. & num.62.* Sed etiam ex illis verbis, ibi: *Idcircò fratres prædicti ſibi, & eorum poſteritati, ac familiæ, & maſculis deſcendentibus proſpicere volentes, ad has laudabiles. & honeſtas conuentiones, concordiam, & pactum deuenerunt, &c.* quam quidem concordiam, & prædicta omnia voluerũt vim perpetuæ,& inuiolabilis donationis inter viuos habere; & quæ in caſibus prædictis ſtatim ſortiatur effectum ſuum, &c. vt ponderat *Soccin. Iun. conſil.80. à princ. lib.2. Aym.conſil.139. ſub num.2. Purpurat. conſ.538.num.1. verſ.ſed tamen, Gail. pract. obſeru. lib.2. obſeru.126.num.6.*

5 Necnon etiam ex facultate teſtañ, & diſponeñ de omnibus mobilibus, ac ſcutis mille, quam contrahentes ſibi reſeruarunt: illa enim expreſsè demonſtrat, noluiſſe paciſcentes auferre ſibi facultatem huiuſmodi:ſed voluiſſe ſucceſſionem ſuam eſſe ſeparatam à bonis donatis, vt benè in propoſito conſuluit *Gabr.conſ.137.nu.19.lib.1. Fachin.conſ.58.nu.18. lib.2. Abb. conſ.18. num.3. verſ.ſolum ergo, lib.1. Oſaſch.deciſ.Pedem.100.num.24.*

6 Et ex his patet reſpon. ad obiectum in contrarium adductum,quod huiuſmodi conuentiò ſuſtineri non poſſit tanquam auferens liberam facultatem teſtañ ad *text. in l. ſtipulatio hoc modo concepta 61. ff.de verb.oblig.* Nam attenta reſeruatione prædicta talis facultas in bonis reſeruatis remanet libera, *Bart.in l.fin. num.11. verſ.ſi verò, C.de pact. Ruin.conſ.126.num.5. & 7. lib.1. Iaſ.conſ.211. col.4. verſ.accedat ad prædictorum confirmationem, lib.2. Natt.conſil.474. num.1. & ſeqq. Menoch. conſ.92. num.49. verſ.Nec hoc in caſu, & num. ſeq. Curt.Iun.conſ.1.num.16.*

7 Neque conuentio eſt vniuerſalis de omnibus bonis: ſed particularis, & ideò eſt valida per ea, quæ tradit *Port.Imol.conſ.36.num.13. & conſil.80.num.7.& ſeqq. Oſaſch.dicta deciſ.Pedem.100. nu.26.* & pluribus probat *Fuſar.de ſubſtit.q.308. num.68. & ſeqq.*

8 Maximè cum fuerit facta reciprocè inter ipſos fratres pro decore, & conſeruatione familiæ,vt aduertit *Hond.conſ.40.n.41.& ſeq.lib.1.* & vltrà prædicta concurrat etiam prohibitio alienationis, pœna caducitatis contrà eos,qui cõtrauenerint, necnon inſinuatio,iuramentũ, precarium, & obligatio expreſſa de obſeruañ donationem prædictam, quæ omnia demonſtrant huiuſmodi diſpoſitionẽ eſſe cõtractum, nec potuiſſe per paciſcẽtes reuocari,prout de prohibitione alienationis,tenuit *Mart.conſ.191 à num.8.& præſertim num.19.* & de iuramento idem *Mart. à num.19. & ſeqq. Gozadin. conſil.87. num.13. Guidopap.conſ.31.num.2. in fine, verſ. & pro hoc, & num. ſeqq.*

9 De obligatione omnium bonorum pro obſeruantia pacti, & promiſſione de non cõtraueniẽ, probat *text. in l. vbi ita 27. ff. de mort. cauſ.donat. Iaſ.in l.quæ dotis nu.31. ff. ſol.mat. & in l.non omnis num.2. verſ.ſed iſtis non obſtantibus, ff.ſi cert.pet. Guidopap.conſil.31.num.1. Fachin.conſ.58. num.5. verſ. confirmatur ſecundo lib.2.*

10 De precario, ſeù clauſula conſtituti, *Port. Imol.conſ.36.num.39. & ſeqq. Rol.conſ.61.num.45. & 46. lib.2.* ac de clauſula omni meliori modõ, *Curt.Iun. conſ.81.num.3. Bellon.Iun. conſil.25. nu.19. & ſeqq. Thob.Non. conſ.43.nu.7. & Dilect. de arte teſtan.tit.2.caut.10.num.3. vbi etiam de inſinuatione.*

11 Et de prædictis omnibus, *Burſatt. conſil.136. per tot. & præſertim nu.49. Gabr.conſ.137.à princ. & num.33. verſ.hinc eſt, lib.1. Socc.Iun. conſ.143. num.1. 13. & ſeqq. lib.1. Mart. d.conſ.191.per tot.* & pluribus firmauit *Rot. coram Card.Seraph.deciſ.258. & deciſ.427.*

12 Nec pactum huiuſmodi dicitur de ſucceſſione futura, quæ non poteſt deberi, niſi ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſed eſt de bonis per paciſcentes poſſeſſis procedens ex obligatione ſtatim effectum habente quantum ad ipſam obligationem, licet differatur quoad exactionem, & executionem, *Alberic. in l.fin. num.2. verſ. ſed quæro, C.de pact. Oldrad.conſ.139. num.1. Dec.conſ.655.num.11. Alex. conſ.83.nu.6. verſ.nec dicitur pactum, lib.2. Purpurat. conſil.538. num.2. Gail.pract.obſ.lib.2. obſ.126.num.2. & ſeq. Craſſ.de ſucceſſ. §.ſucceſſio ab inteſtato quæſt.9.n.10. Adrian.Neguſ.quæſt.275.num.12. & 13. Peregr.de fideicomm. art.51.num.32.*

13 Nam verè hæreditas non datur per pactũ, ſed verba ipſius fundantur in perſona promittentium ſub cõditione extitura poſt mortem; ita quod eueniente caſu obligatio incipiat in perſona hæredum, *Curt.Iun. in l.licet, num.17. & 18. C.de pact. Bero.conſ.39.num.34.lib.3. Celſ. Hug.conſ.100.num.7. Mantic.de tacit.lib.13.tit.33. num.11. Anchar.quæſt.famil. lib.4.quæſt.32.num.4. & ſeqq. Mart.de ſucceſſ.leg. part.4. quæſt.25. art.2. à princ. & præcipuè nu.4. Fuſar.de ſubſtit. à q.308. & ſeq. Modern.Eugubin. controu.27.nu.3. cum alijs per Gratian.diſcept.forenſ. cap.692.num.1. & 2.*

14 Et licet collatum poſt mortem, nihilominus non eſſe à iure improbatum; ſed eſſe validum, probat *text.in verbis in l.vnica,C.vt actio, & ab hæred. & contrà hæred. §.poſt mortem inſtitut. de inutil.ſtipul. Iaſ. in l.ſtipulatio hoc modo concepta num.19. verſ.tertiò conſului,ff.de verb.oblig. Soccin. Iun.conſ.80.num.1.lib.2. Port.Imol.conſ.81.nu.12.*

15 Immò eſſe contractum donationis, firmat *Dec.in l.pactum 3. num.3.* vbi dat pro cautela, quod verba concipiantur perviam donationis *C.de pact.ibique etiam, Alciat.nu.10. verſ.& quantum ſit,* vbi quod, etiam in pacto de ſuccedendo, ſi adſit verbum dono conuentio ſuſtinetur, quia pactum donationis eſt ſeparabile ab ipſo pacto de ſuccedendo, & idem tenet *Marcab.conſil.6.num.27. & 28. Siluan. conſ.90.num.4. & ſeqq. Guidopap.conſ.30.nu.1. & 2. & deciſ.510. per tot. Boer.deciſ.355.num.2.& ſeqq. Magon.deciſ. Flor.102.nu.1. Gail. obſ.126.num.3. & ſeqq.lib.2. Molpheſ. ad conſuetud. Neap. part.1. tit. de renunc. quæſt.8.num.11.*

16 Non obſtat, quod fuerit conceptum per viam obuentionis bonorum poſt mortem. Nam,cum non loquatur de hęreditate,neque de omnibus bonis; ſed tantum de ſtabilibus, reſeruata facultate teſtañ de mobilibus,& ſcutis mille, vt ſuprà dixi, & fuerit ſtipulatum perviam donationis inter viuos irreuocabilis, parum releuat expreſſio verborum, vt benè explicat,& declarat *Dec. conſ.236.nu.4. verſ.non obſtat,*

Digitized by Google

obſtat, Pariſ.conſ.26.nu.88.lib.2. & melius conſ.72. nu.20.verſ.& aduerten.eſt, lib.4.Purpurat conſ.402. num.83.& ſeqq.Bellon.iun.conſ.22.num.11.& ſeqq. Curt.iun.conſ.81. ſub num.2. verſ.reducendo igitur, & num.ſeqq.Thob.Non.conſ.43.num.6.

17 Non obſtat *tex.in l.licet* 19. *C.de pact.* quia procedit in conuentione omnium bonorum, & ſic in ſucceſſione vniuerſali, ſecus verò in bonis patticularibus vt notant *Caſtr. conſ.* 324. *num.*1.*lib.*1.*Fuſar.d.q.*308.*num.*78. *verſ. Ad quintum*: Nam quamuis tex. loquatur de rebus, ibi *alterius rebus potiatur*, nihilominus appellatione *rerum*, de quibus in eodem textu vniuerſa hæreditas ſignificatur, ex quo non fuit datus alius cohæres, facit *tex.in l.rei appellationo* 23.*ff.de verb.ſign.* & ita explicant, & declarant *Bart.in d.l.licet, num.*3.*Bald. num.* 2.*& ſeq. Caſtr. num.*3.*&* 4.*Dec.num.*8.*Iaſ.num.*13. *Salicet.num.*2. & latè comprobat *Hond. d. conſ.*40. *num.* 53. *& ſeqq.lib.*1.*Fuſar.de ſubſtit.dicta q.*308.*num.*78.*verſ. ad quintum*.

18 Nec paritet obſtat, quod talis donatio, & diſpoſitio pto filijs naſcituris à nemine acceptata fuerit, quia, cum impoſſibile eſſet, filios nondum natos acceptare donationem lex admittit eam acceptationem, quę ſecundum naturam fieri poteſt, ſcilicet acceptationem primorum donatariorum, vt benè aduertit *Molin.de Primog.Hiſp.lib.*4.*cap.*2.*num.*75.*Cyriac.controu.*312.*nu.*89.*& ſeqq.Antonin.de Amato. reſol.*30. *num.*17.*Fontanell.de pact.nupt.clauſ.*4.*gloſ.*9. *par.*1. *num.*4.*tom.*1. *Reta in Romana Saluiani de Caſalibus* 21.*Iunij* 1641.*coram R.P.D.meo Cerro*.

Demum quod Com: Ioannes ſit vocatus ad dictum fideicommiſſum apparet ex eo, quia ipſe eſt nepos Iacobi ex altero Ioanne filio, vt conſtat ex arbore, & ex *Summ. num.* 3. *&* 4. & pars ipſa non controuertit.

Et ità deciſum fuit vtraque parte informante.

TAVRINEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 25. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur ad concedendam declaratoriam, & quomodo dicatur conſtare de non paritione, ac etiam de contrauentione.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur intimato mandato Rotali, & ſeruatis quatuor terminis ſeruari ſolitis.*

2 *Contumacia eſt voluntaria inobedientia, qua quis monitionibus Iudicis parere recuſat.*

3 *Contumacia reſultat ex renitentia in reſtituendis fructibus.*

4 *Contumacia probatur ex eo, quod quis recuſat parere mandatis Rotalibus, & illis ſe opponit.*

5 *Parito ceſſat quoties in contrarium apparet de contrauentione.*

DECISIO XXXVII.

1 REPRODVCTO in actis pro parte Lequij mandato Rotali cum eius legitima intimatione, ac ſeruatis quatuor terminis ſeruari ſolitis dixerunt Domini contra Ioannem Pettum Nicclaum, & Carolum Rubinum dandam eſſe declaratoriam iuxtà receptum, & inueteratum ſtylum Tribunalis, de quo *Felin.in cap.ad probandum num.*6.*de ſent. & re iud. Caſſad.deciſ.*6.*num.*10.*de cauſ.poſſ. & propr. Caualer.deciſ.*364.*num.*1.*in rec. deciſ.*445. *num.* 1. *&* 4. *part.*2.*& deciſ.*254. *part.*6. cum alijs pluribus *in Iuuenacen.ſeu Melphien. bonorum* 1. *Iulij* 1647. *coram R.P.D.meo Corrado*.

2 Nam eo ipſo quod non conſtat de paritione, ſatis probatur contumacia, quæ nihil aliud eſt niſi voluntaria inobedientia, qua quis monitionibus Iudicis parere recuſat, *l. contumacia* 53.*ff.de re iud.Soccin.in cap.nulli num.*9. *de ſent.excom.Rot.in rec.deciſ.*591.*num.*5.*part.*2. *& dec.* 649. *num.*2.*par.*4.*tom.*1.*& deciſ.*290.*nu.*4.*par.*4. *tom.* 2. *& deciſ.*735.*eodem num.par.*4. *tom.*3. *& deciſ.* 254. *num.*5.*par.*6.

5 Hæc verò non ſolum conſiſtit in omittendo, ex quo prædicti Nicolaus, & Rubinus moniti, & interpellati non paruerunt mandato Rotali, nec præcepto poſitiuo, in eo contento circa reſtitutionem fructuum, obuentionum, & emolumentorum *Rot.diuerſ.deciſ.*621. *num.*1. *part.* 4. *coram Seraphin. deciſ.*1113. *num.*3. *coram Caualer.deciſ.*364. *num.*2. *& coram Buratt. deciſ.*947.*eodem num.*

4 Sed etiam in committendo, dum ſe oppoſuerunt, & contradixerunt expreſsè, ne Petro reſtitueretur poſſeſſio, appellando etiam, quatenus illa veniret tradenda, vt latius in proteſtatione data in *Sum.ſub num.* 4. Qui actus ſunt de directo contrarij patientiæ, & paritioni, vt dixit *Rot.in recent.deciſ.*654.*num.*1.*&* 4. *par.*3. *coram Buratt.deciſ.*268.*ſub nu.*2. *verſ.imò non ſolum, & coram Duran.deciſ.*149.*poſt princip. &* 311. *ſub num.*3.*verſ.Dominis viſum fuit,* cum concordantibus adductis *in Leodien.Scholaſtriæ* 1.*Iulij* 1647. *coram R.P.D.meo Veroſpio*.

Et ità &c.

PLACENTINA BENEFICII.

Veneris 29. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria denegatur, quando conſtat de irreleuantia materiæ articulatæ, imò contrarium apparet per ſcripturas, & documenta publica, & cauſa eſt beneficialis, nec datur aliquis fumus.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non datur, quando articuli ſunt irreleuantes.*

2 *Remiſſoria non conceditur ad probandum id, quod Pars fatetur.*

3 *Confeſſio partis ſuperat quamcumque probationem.*

4 *Remiſſoria non datur ad probandum per Teſtes, quod reſultat ex ſcripturis.*
5 *Actus qui dederunt cauſam liti non veniunt attendendi.*
6 *Reuocatio operatur, quod actus habeatur pro non facto.*
7 *Ceſſio, & dimiſſio Beneficij non poteſt fieri niſi per publica documenta.*
8 *Probatio non admittitur per Teſtes, quando fieri debet per ſcripturam.*
9 *Scripturis maior adhibetur fides quam Teſtibus.*
10 *Remiſſoria denegatur ad probandum id, cuius contrarium apparet per ſcripturas.*
11 *in Beneficialibus non datur Remiſſoria ſinè fumo materia articulata.*

DECISIO XXXVIII.

AD euitandam dubij propoſitionem ſu-
per negocio principali, an ſcilicet ſen-
tentiæ eſſent confirmandæ, vel infirmandæ
fuerunt pro parte Nicelli producti nonnulli
articuli continentes prouiſionem beneficij
controuerſi factam de anno 1597. à Capitulo
Florentiolæ in perſonam Abbatis Vrſij cum
poſſeſſione ſubſequuta, & per aliquod tempus
continuata, nec non ceſſionem, & relaxatio-
nem eiuſdem Beneficij, & poſſeſſionis in fa-
uorem Datariæ, ſiue R. P. D. Iacobi Sanneſij
1 poſtea S.R.E. Cardinalis, Verum quia prædi-
cti articuli viſi fuerunt fruſtratorij, & irrele-
uantes DD. noluerunt remiſſoriã concedere.
2 Nam quod attinet ad primum caput, vltra
quod Reuerendiſſimus Epiſcopus id nunquã
reuocauit in dubium, ſed ſemper, & perpe-
tuò admiſit, prout etiam de præſenti admittit,
3 quo caſu remiſſoria non ſolet concedi, cum
confeſſio partis ſuperet quamcumque proba-
tionem *l. cum te la 2. C. de tranſact. & l. generaliter
C. de non num. pecun. cap. per tuas de probat.* & in
his terminis *Rota in Cæſaraugustana Diſtributio-
num 10. Februarij, & 15. Iunij* 1640. *coram Emi-
nentiſſ. Card. Panzirolo, & in Barchinonen. Paro-
chialis, ſeu Vicaria 13. Iunij* 1644. *coram R. P. D.
meo Corrado.*
4 Conſtat ex Inſtrumentis publicis in actis
aliàs productis de electione Vrſij à Capitulo
facta, & poſſeſſione per eum adepta; Itaut fru-
ſtra veniant examinandi Teſtes ad probandũ,
id quod per ſcripturas apparet *Rota deciſ. 135.
num. 3. verſ. aut enim contendit par. 4. in rec. & de-
ciſ. 606. num. 15. par. 5.*
5 Et vlterius irreleuans eſſet talis probatio
cum huiuſmodi actus præbuerint cauſam li-
ti, qui propterea non veniunt attendendi, *Ro-
ta coram San. mem. Greg. deciſ. 4. num. 2. ibique Add.
litera A. deciſ. 417. num. 4. & deciſ. 569. eodem num.
Caualer. deciſ. 650. num. 2. Duran. deciſ. 23. num. 19.
& in recent. deciſ. 53. num. 49. par. 5.*
6 Maximè quia Procurator Fiſcalis Curiæ
Epiſcopalis Placentiæ, habita de prædictis no-
titia inſtetit pro illorum reuocatione, prout
Vicarius confirmationem electionis ab ipſo
factam ſtatim reuocauit præuia declaratione,
quod non intellexerat libertati beneficij præ-
iudicare; Vnde de d. beneficio, tanquam de
libero fuit prouiſus Cardinalis Sanneſius, &
poſt eius obitum R. P. D. Caſtellanus, qui il-
lud reſignauit Ripaltæ, & per reſignationem
iſtius Alexander vltimo loco defunctus; Itaut
ex prædictis non ſolum appareat, quod d. ele-
ctio non fuerit effectuata, quinimò conſtet,
reuocationem confirmationis habuiſſe execu-
tionem ſuam, vt benè deducitur in deciſioni-
bus in Cauſa factis, nempè coram *R. P. D. meo
Ghiſilerio 23. Ianuarij* 1647. *in §. nec pro Capitulo,
& coram R. P. D. meo Arguelles 11. Decembris eiuſ-
dem anni § demum non releuat.*
7 Quo verò ad alteram partem ſuper dimiſ-
ſione beneficij, & ceſſione ad fauorem Sanne-
ſij, cum iſti actus non poſſint fieri, niſi me-
diantibus documentis, & ſcripturis publicis,
tam vigore Conſtitutionis Clementis VII. in
ordine 17. Bullar. nouo tom. 1. & Greg. XIII.
Conſtit. 85. tom. 2. quam ex regula Cancella-
riæ 45. aliàs 44. & tradit *Turrecremata in cap. ſi-
cut Vir. §. Ecce num. 1. 7. quæſt. 1. cum pluribus addu-
ctis per Pariſ. de reſignat. lib. 8. quæſt. 2. ſub num. 1.
verſ. contraria tamen opinio, & num. ſeqq.*
8 Vtiquè non debet admitti probatio per te-
ſtes, ex quo poteſt, & debet fieri per ſcripturas
*Felin. in cap. 1. num. 4. verſ. conſidera de appellat. Se-
uerol. de literis remiſſorialibus cap. 10. Farinac. de
teſtib. quæſt. 77. num. 13. Rota diuerſ. deciſ. 678. nu. 8.
par. 3. lib. 3. & coram Durano deciſ. 208. num. 12.*
9 Maior enim fides adhibetur ſcripturis, quã
teſtibus *l. Cenſus 10. ff. de probat. gloſſ. in cap. tertio
loco verbo teſtium eod. tit. Mant. deciſ. 24. num. 5. Du-
ran. deciſ. 131. num. 13. & deciſ. 453. num. 6. & in rec.
deciſ. 505. num. 2. par. 4.*
10 Et multo minus in præſenti caſu, quia non
ſolùm hęc omnia debent per ſcripturam pro-
bari, quin etiam contrarium apparet per In-
ſtrumenta publica, & literas Apoſtolicas,
nempè beneficium fuiſſe collatum Cardinali
Sanneſio, non quidem per reſignationẽ Vrſij,
ſed per obitum Fuluij de Marianis immedia-
tè anteceſſoris, *Buratt. deciſ. 351. num. 1. & in rec.
deciſ. 772. num. 5. par. 3. deciſ. 135. num. 3. par. 4. de-
ciſ. 212. num. 10. par. 6. & deciſ. 217. num. 1. par. 7.*
11 Ex quibus ſtante irreleuantia articulorum,
& quia agitur de cauſa beneficiali non dato
fumo, prout requiritur materiæ articulatæ,
meritò reſponſum fuit pro denegatione re-
miſſoriæ *Buratt. deciſ. 23. num. 4. & deciſ. 28. eodem
num. & in rec. deciſ. 584. num. 8. par. 4. & deciſ. 585.
num. 2. par. 5. & in Cremonen. Parochialis 15. Iunij
1646. coram R. P. D. meo Cerro.*

Et ità vtraque parte informante reſolutum fuit &c.

ROMANA ATTENTATORVM.

Veneris 29. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Lis dicitur introducta mediante Commiſſione, nec non Citatione executa, & legitimè reproducta: Imò reſpectu Actoris ſufficit ſolum decretum citationis abſque illius executione ad effectum, vt omnia geſta coram alio Iudice dicantur attentata.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Lis dicitur pendere per Commiſſionem, & Citationem executam, & legitimè reproductam.*

2 *Lis dicitur introducta per ſolam impetrationem Cõmiſſionis, & Citationis in præiudicium impetrantis.*

3 *Lite pendente coram vno Iudice non poteſt coram alio quicquam innouari abſque vitio attentatorum.*

4 *Attentata eſt poſſeſſio capta pendente litè.*

DECISIO XXXIX.

OBTINVIT Bolognolus contrà Antoniam Benaliam prima vice mandatū de reintegrando ad poſſeſſionem trium ex quatuor partibus Domus controuerſæ in vim ſententiæ Capitanei Appellationis, & deindè ſuper alia quarta parte remanente de Voto D. Tornielli, & adepta per ipſum vera, & reali poſſeſſione, dum cauſa in gradu appellationis pendebat coram Senatore Vrbis, cui per Signaturam Sanctiſſimi de Voto Rotæ commiſſa fuerat; inſurrexit Petrus Paulus Dordonus eiuſdem Benaliæ donatarius, & à Iudice Burgi inſtetit aſſociari ad poſſeſſionem quartæ partis præfatæ Domus prout cum effectu aſſociatus fuit: Vndè vti ſubrogatus in locum bo: me: Coccini propoſui dubium, An conſtet de attentatis, & Domini ſinè difficultate affirmatiuè reſponderunt.

1 Etenim de pendentia litis ſuper huiuſmodi Domo coram Senatore Vrbis de Voto Rotæ dubitari non poteſt attenta Commiſſione illi directa, nec non citatione ad dicendum contra per eundem Dordonum obtenta, perſonaliter executa, & legitimè reproducta per *text. in clem. 2. ibique Cardin. num. 19. vt lit. pend. Rot. in rec. deciſ. 454. num. 4.* vbi ad effectum attentatorum quicquid ſit ad alios effectus, *coram ſan: me: Greg. deciſ. 27. num. 2. & in Tridentina Scholaſtriæ 30. Martij præteriti coram R. P. D. meo Otthobono.*

2 Cum tamen ex ſola impetratione Commiſſionis, & Citationis etiam antè illius executionem lis dicatur introducta in præiudicium ipſius impetrantis, vt notat *Granat. ad Veſtr. lib. 4. cap. 1. nu. 6. Staphil. de Signat. liter. iuſt. cap. 1. nu. 15 fol. mihi* 405. & probat *Felin. in cap. ſuper literis num. 13. de reſcript. Roman. conſ. 330. ſub num. 2. verſ. illud autem Pariſ. conſ. 45. num. 31. & conſ. 81. nu. 9. in fine lib. 4. Rot. deciſ. 6. vt lit. pend. in antiq. & coram Caual. deciſ. 659. num. 2. & 3.*

3 Non poterat igitur ſtante huiuſmodi pendentia litis coram alio Iudice quicquam innouari abſque vitio attentatorum per *text. in cap. Eccleſia S. Mariæ 4. vt lit. pend. & in cap. 1. & 2. eod. tit. in 6. Lancell. de attent. part. 2. cap. 4. ampl. 6. Natt. conſ. 568. num. 4. Rot. coram Merlin. deciſ. 335. num. 6. cum concordan. in Romana Palatij 4. currentis menſis coram R. P. D. meo Cerro.*

4 Et multò minus poſſeſſio capi, prout fecit Dordonus de dicta quarta parte *Lancell. dicta part. 2. cap. 4. num. 349. Rot. coram Buratt. deciſ. 262. num. 3. deciſ. 386. num. 5. & deciſ. 431. nu. 4. & in rec. deciſ. 159. num. 2. part. 2.*

Et ità altera tantum.

ROMANA DOTIS.

Veneris 5. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Dotis promiſſio ex quibus reddatur ſuſpecta, adeout Teſtes de ea deponentes non ſint attendendi, maximè ad effectum Saluiani pro quo requiritur Creditum certum, & indubitatum.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum Saluiani non datur, niſi conſtet de credito claro, & liquido.*

2 *Dotis promiſſio poteſt aliter probari quã per ſcripturam.*

3 *Hypotheca tacita reſultat ex promiſſione Dotis.*

4 *Teſtibus inter ſe contrarijs nulla fides adhibetur.*

5 *Donatio redditur inueriſimilis attenta exceſſiuitate ſummæ promiſſæ.*

6 *Creditor non eſt veriſimile quod taceat per longum tempus in petitione crediti.*

7 *Creditor qui reportauit quietantiam de ſumma exigua non eſt veriſimile quod illam omiſerit in ſumma notabili.*

8 *Inueriſimilitudo adimit fidem Teſtibus.*

9 *Teſtibus informatis, & reddentibus concludentem rationem ſui dicti eſt ſtandum.*

10 *Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ.*

11 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

12 *Confeſſio Partis ſuperat, quamcumque probationem.*

13 *Dotis promiſſio facta poſt conſummatum Matrimonium præſumitur donatio, & ſubiacet ſolemnitatibus ſtatuti.*

14 *Solemnitates ſunt neceſſariæ quandò partes noluerunt ſinè illis contrahere.*

15 *Teſtes non poſſunt concurrere cum Inſtrumento.*

16 *Teſtes non poſſunt concurrere cum confeſſione Partis iurata.*

17 *Interdictum Saluiani ceſſat, quandò creditum apparet turbidum.*

DECISIO XL.

PROSPER Maſſainus, qui de anno 1630. matrimonium cum Victoria contraxit conſtituta ſibi à Iulio Smiraldo patre dote ſcut. 200. prætendens quod Clarix Foſſana pro dote pariter eiuſdem Victoriæ alia ſcuta 4. mill. promiſerit introduxit poſt nouem annos iudicium ſalu. contra Moniales S. Ioſephi hæredes ex teſtamento Claricis, & ab A. C. Locumtenente ſententiam fauorabilem reportauit ſuper immiſſione in poſſeſſionem Domus hæreditariæ eiuſdem Claricis: Vnde cauſa appellationis mihi commiſſa Dubitaui an intret ſaluianum, & propoſito pluries articulo, illoque nõ reſoluto tandem Domini pro Monialibus reſponderunt.

1 Dum enim non docetur de credito, & quidem claro, & indubitato ceſſat interdictum huiuſmodi vt tradit *Pacif. de ſalu. inſpect. 4. cap. 1. num. 4.* & *inſpect. 5. cap. vnico num. 34. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 67. num. 1. in rec. deciſ. 609. nu. 1.*

par. 4. & in Anconitana ſaluiani interdicti vlt. Ianuarij 1618. Pirouano.

2 Creditum verò ſcut. 4. mill. quod Maſſainus prætendit ſibi fuiſſe promiſſum pro dote pariter eiuſdem Victoriæ exiſtimarunt Domini non releuare; nam licet Conſtitutio Dotis poſſit aliter quam per ſcripturam probari *l. cum citra 15. ibique gloſſ. verb. probanti. C. de iur. dot. Bald. conſ. 461. num. 2. lib. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 568. num. 1. & ſeqq.*

3 Et ex huiuſmodi promiſſione dotis reſultare tacitam hypothecã diſponat *Textus in l. vnica, §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. §. fuerat, verſ. ſed, & tacitam inſtit. de act. Neguſ. de pignor. par. 2. membr. 4. nu. 25. cum alijs per Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 19. num. 1.*

4 Nihilominus Teſtes ad id inducti vltra exceptiones perſonales, & alios defectus quos patiuntur, diſcordant inter ſe in ſubſtantialibus, & ſunt expreſsè ſibimet ipſis contrarij; Nam primus in primo examine dicit ſe ignorare cum quibus pactis, & conditionibus fuerit concluſum matrimonium, & deinde repetitus deponit dictum matrimonium tractaſſe, & concluſiſſe cum dote ſcut. 4. mill. ſoluendorum poſt mortem Claricis, & cum alijs pactis per eum expreſſis. Negat Iulium Smiraldum promiſiſſe releuationem ad fauorem Claricis, & in minuta, quam dicit de eius ordine fuiſſe confectam, conſtat apertè de contrario: Deponit quod Clarix mandauit ſibi vt dicta minuta conficeretur ad effectum ſtipulandi Inſtrumentum. Alij verò dicunt Claricem recuſaſſe ſemper l'Inſtrumentum conficere, ex quo *la ſua parola era più che Inſtromento publico*. Diſcordant ab ipſa minuta, nam in illa debebat Clarix ſoluere fructus dotales, Teſtes verò, & præſertim ſecundus negant Claricem quicquã voluiſſe ſoluere durante eius vita. Omnes concludunt Claricem feciſſe huiuſmodi promiſſionem ob amorem quo proſequebatur Victoriam, & ſic animo donandi, & in minuta ipſa Clarix releuari debebat indemnis à Iulio patre eiuſdem Victoriæ. Vnde attenta tali contrarietate prædictis teſtibus nulla fides adhibenda venit *cap. licet cauſam ibique gloſſ. verb. contradicunt, & communiter ſcriben. de probat. Butr. in cap. in noſtra num. 5. vbi Abb. num. 3. de teſtibus. Cephal. conſ. 98. num. 37. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 298. num. 3. & deciſ. 510. num. 2. Buratt. deciſ. 367. num. 8. & deciſ. 498. num. 5. & fuit dictum in Iannen. alimentorum 3. Iulij 1645. coram R. P. D. meo Meltio.*

5 Inueriſimilis etiam viſa fuit DD. depoſitio dd. Teſtium tum attenta exceſſiuitate ſummæ ſcut. 4. mill. quam aſſerunt fuiſſe promiſſam à Clarice penitus extranea, & quæ nullam habebat neceſſitatem dotandi *ad tex. in l. cum de indebito ff. de probation. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 22. num. 8. ad fin. cum adductis per Rot. in deciſ. 69. num. 5. & 6. par. 7. in recent.*

6 Tum taciturnitate in petendo per ſpatium circiter annorum 10. *Menoch de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 91. num. 7. & ſeqq. Aym. conſ. 148. nu. 12. Gozad. conſ. 8. num. 46. in fin. Surd. deciſ. 105. num. 4. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 521. num. 1. Reatina depoſiti poſt Marcheſ. de commiſſ. tom. 2. fol. 143. num. 3. & in recent. deciſ. 244. num. 8. part. 6.*

7 Tum etiam ex negligentia in conficienda, & reportanda ſcriptura, cum tamen de ſumma minori ſcut. 200. fuerit initum Inſtrumentum publicum, vt benè in propoſito arguit *Soccin. conſ. 44. num. 4. verſ. item non eſt veriſimile, & num. ſeq. lib. 4. Rot. deciſ. 239. num. 13. par. 4. tom. 2. rec. & deciſ. 139. num. 6. & deciſ. 290. num. 10. par. 6.* & faciunt deducta *in Romana pecuniaria 18. Martij 1647. coram R. P. D. meo Royas.*

8 Inueriſimilitudo autem facit, vt teſtibus non veniat adhibenda fides *l. ob carmen §. fin. ff. de teſtib. Iaſ. in l. ſi extraneus num. 8. ff. de cond. cauſ. dat. Abb. in cap. quia veriſimile num. 3. verſ. nota quod contra teſtes, & ibi Felin. num. 4. de præſumpt. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 510. num. 4. Buratt. deciſ. 175. num. 11. & 23. & in rec. deciſ. 259. num. 13. par. 6.*

9 Et vltra prædicta dantur duo Teſtes pro Monialibus examinati qui nedum excludunt promiſſionem huiuſmodi, ſed vlterius deponunt eandem Victoriam pluries, & pluries conqueſtam fuiſſe, quod nec inter viuos, nec in vltima voluntate quicquã habuerit à Clarice Foſſana, & quod mater Proſperi publicè lamentabatur de modicitate dotis per filium obtentæ, quod vtique non feciſſet ſi prætenſam promiſſionem ſcut. 4. mill. fuiſſet conſequutus, quibus propterea teſtibus tanquam informatis, & reddentibus bonam, & concludentem rationem ſui dicti omninò eſt ſtandũ, vt in his terminis conſuluit *Soccin. iun. conſ. 12. num. 21. verſ. & tanto magis, & num. ſeq. lib. 2. Surd. conſ. 196. num. 64. Rot. deciſ. 42. num. 4. par. 4. tom. 2. rec. & deciſ. 69. num. 47. verſ. hiſq. teſtib. & dec. 237. num. 7. par. 7.*

10 Maximè cum illorum depoſitio coadiuuetur, & ex teſtamento Claricis, quæ conſtituta in articulo mortis omnia eius debita quantumuis minima expreſſit, & per hæredem ſolui mandauit, & tamen ne verbum quidem protulit de hac dote, de qua certè mentionem feciſſet, ſi in rei veritate ſe agnouiſſet obligatam, cum nemo præſumatur immemor ſalutis eternæ *ad text. in l. vlt. C. ad l. Iuliam repetund. Caſtr. conſ. 301. num. 4. verſ. quia non eſt veriſimile lib. 1. Mantic. deciſ. 363. nu. 5. Duran. deciſ. 195. nu. 7. & deciſ. 352. num. 9.*

11 Ac etiam ex Teſtamento Iulij, qui mandauit Victoriæ eius filiæ, & heredi ab eo inſtitutæ, ne præfatas Moniales moleſtare permitteret, niſi pro debitis Claricis ab eo ſolutis, & ſic omnem aliam cauſam excluſit ex vi exceptionis, quæ firmat regulam in contrarium *l. in ijs ff. de legibus, Rota coram Buratt. deciſ. 391. num. 3.*

12 Et demum concurrit confeſſio vtriuſque coniugis quod huiuſmodi matrimoniũ fuerit contractum, & conſummatum cum ſola dote ſcut. 200. conſiſtente pro maiori parte in ſubſidijs dotalibus, vt ex Inſtrumento ſub die 27. Ianuarij 1630. ibi, *Cum ſit quod fuerit contractum matrimonium illudq; poſtea conſummatũ cum dote ſcut. 200. &c. Volentes propterea pro cautela, & ſecuritate D. Victoria ne tractu temporis reperiatur indotata Inſtrumentum conficere*

re

re &c. quæ cõfeſſio ſuperat omnem aliam probationem *l.cum te la.2. C. de tranſ.l. generaliter,C.de non num.pec.cum vulg.*

13 Et ex huiuſmodi Inſtrumento inferebant etiam Domini pręten ſam promiſſionem ſcut. 4.mil. nullo modo ſuſtineri poſſe etiam quod eſſet ſufficienter probata, nam cum matrimonium fuerit contractum perfectum, & conſummatum cum ſola dote ſc. 200. quicquid promiſſum fuit etiam ſi ſub titulo, & nomine dotis continet expreſſam donationem, & ſubiacer ſolemnitatibus ſtatuti cum ceſſet in eo ratio *l.fin.C.ad Velleian.* vt benè in propoſito conſuluit *Gabr.conſ.10.per tot. lib.1. Caſanatt. conſ.54.num.36.Rota coram Coccino deciſ.433.nu.3. deciſ.479.num.4.& 5.& in rec.241.num.2.par.7.*

14 Quod eo facilius venit dicen. ex quo partes ipſę agnoſcentes huiuſmodi veritatem ordinarunt minutam cum inſertione earundem ſolemnitatum, vt patet ex lectura ipſius, ibi: *Volens modo dicta Clarix omnia quæ verbis tractata, & concluſa fuerunt in ſcriptis,& in publicum inſtrumentum redigere, cum ipſa ſit mulier, & non ignoret huiuſmodi contractũ indigere ſolẽnitatibus ſtatutarijs,* quo caſu contractus non dicitur perfectus ex ipſarum partium voluntate,& intentione, niſi poſtquam fuerit celebratum Inſtrumentum quia tunc dicitur de ſubſtantia ob neceſſatiũ dd. ſolemnitatum interuentum, ſiue ex legis diſpoſitione, ſiue ex earundem partium conuentione, *Rota deciſ.520.num.4. par. 2. recent. & deciſ.199.num.9.& 10. par.6. & dictum fuit in Ceſenaten. cenſuum 3. Iulij 1644. coram R. P. D. meo Corrado.*

15 Non obſtat, quod teſtes pro Proſpeto examinati dicant matrimonium fuiſse tractatum, & concluſum cum dote ſcut. 4. mill. quia illi non poſsunt concurrere cum Inſtrumento publico *l.cenſus 10.ff.de probat.gloſſ. in cap. 3. loco verbo teſtium eodem tit.Rot. in Placentina beneficij 29 Maij præteriti coram me.*

16 Et multo minus cum confeſſione partis iurata, quę non admittit probationem in contrarium *Dec.in l.2.§.creditum num. 18. ibique Iaſ. in fin.ff.ſi cert.pet.Aym.conſ.171. num.10. Cæſar de Graſſ.deciſ.6.num. 2. de teſtib. Caputaq. deciſ. 283. num.6.& 7.par.3.*

17 Ex quibus,vel ceſsat omnino creditum,vel ſaltem remanet adeò turbidum, itaut pro illo non poſſit intrare ſaluianum, *Pacif. de ſalu. inſpect.4.cap.1. num. 4. Rot.poſt Marcheſ. de commiſſ. tom.1.fol.1042.num.1.& in rec.deciſ.743. num. 9. par.3.& deciſ.468.num.14.par.5.*

Et ita &c.

FVLGINATEN. CENSVS.

Veneris 5.Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Hypotheca dotalis incipit à die promiſſionis, non autem à die contracti Matrimonij, & quamuis Dos promiſſa antè Matrimonium verè, & propriè non ſit Dos, tamen eſt Dos deſtinata, & conditio nuptiarum non eſt poteſtatiua, ſed caſualis, vel mixta, quæ retrotrahitur ad diem Capitulorum.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore eſt potior in iure.*

2 *Scriptura priuata, munita trino teſte, & habens requiſita neceſſariaconcurrit cũ Inſtrumento publico.*

3 *Scriptura priuata etiam abſque teſtibus concurrit cũ Inſtrumento, ſi conſtet de veritate ipſius, & ceſſet ſuſpicio antidata.*

4 *Obligatio Cameralis continet hypothecam.*

5 *Promiſſio de faciendo inducit obligationem, quando implementum pendet à poteſtate promittentis.*

6 *Hypotheca quod incipiat à die contracti matrimonij, non autem à die promiſſionis dotis, eſt opinio Baldi Nouelli, & Neguſ.*

7 *Ratio prædicta opinionis adducta per Bald. Nouellum, & ſequaces.*

Dos antè contractum matrimonium non dicitur propriè Dos, eod. num.

8 *Hypotheca quod incipiat à die promiſſionis, & capitulorum matrimonialium probatur ex textu.*

9 *Probatur authoritate Conſulentium.*

10 *Item probatur ex Tractatibus.*

11 *Similiter ex deciſionibus diuerſorum locorum.*

12 *Demum ex deciſionibus Rotæ Romanæ.*

13 *Ratio qua mouentur authores prædicti.*

14 *Conditionalis contractus purificata conditione reputatur, ac ſi à principio fuiſſet purè initus.*

15 *Conditio quatenus matrimonium ſequatur, & Dos ſoluta fuerit non dicitur poteſtatiua, ſed caſualis, vel mixta.*

16 *Reprobatur opinio Baldi Nouelli,& Neguſanty.*

17 *Dos promiſſa licet antè matrimonium nõ ſit propriè Dos, tamen dicitur dos deſtinata,& eo ſecuto gaudet priuilegio illius.*

18 *Obligatio,& promiſſio de reſtituenda dote, licet ante ſecutum matrimonium non operetur veram reſtitutionem dotis, operatur ſaltem reſtitutionem pecuniæ ſolutæ.*

19 *Gomeſij opinio, & aliorum reijcitur.*

20 *Surdi conſil.131. declaratur.*

21 *Pro dote in dubio eſt pronunciandum.*

22 *Executiuè non proceditur contrà Tertium.*

23\. *Datio in ſolutum facta pro credito claro excludit ſuſpicionem fraudis, & vitium litigioſi.*

DECISIO XLI.

NVPSIT Cæſarea Michaeli Angelo Perſichetto cum dote ſcutorũ 3100. Ipſoque ad inopiam vergente ſententiam fauorabilem pro dictæ dotis aſſecuratione reportauit, in cuius executionem idem Vir, agnoſcendo bonam fidem, Domum cum quibuſdam rertis Vxori in ſolutum dedit,& aſſignauit: Quià verò medio rempore inter capitula matrimonialia, & contractum matrimonij Michael Angelus ſe obligauit in Inſtrumento cenſus ad fauorem fratrum de Eliſeis, egerunt iſti pro fructuum conſecutione, & reportato mandato, illud exequi curarunt ſuper Domo aſſignata Cęſareæ,quæ licet oppoſuerit, ſe eſſe anteriorem in credito, eſſe Ter-

tiam, & non citatam: Nihilominus A. C. mandauit, ad vlteriora in executione procedi. Vndè ab huiuſmodi Decreto commiſſa mihi cauſa appellationis cũ clauſula, *ſi quid exequeñ*, Dubitaui, an illud exequeñ eſſet: Et Domini negatiuè reſponderunt.

1 Nam, cum Cæſarea ſit creditrix de menſe Martij 1612. debebat omninò præferri Elſeis creditoribus de menſe Iulij eiuſdem anni, & ſic poſterioribus: Nam prior in tempore potior eſt in iure, *l.potior 11. ff. qui pot. in pign. hab. l.2. & l.ſi fundum 4. C.eod.tit. Rot.coram Buratt. deciſ.836. num.1. & in Romana Dotis 27. Iunij 1644. coram R.P.D.meo Otthobono*.

2 Etiam ſi creditum eiuſdem Cæſareæ prouenįat ex Apoca priuata, quià cum ſit trino teſte munita, & habeat requiſita neceſſaria, poteſt concurrere cum Inſtrumento publico, iuxtà *text.in l.ſcripturas 11. C.qui pot.in pign.hab. & in auth. ſi quis vult cautè*, ibique *gloſſ. C. eod.* & probat *Soccin.conſ.240. ſub num.7. verſ. & pro hoc eſt caſus lib.2. Caſtr.conſ.133. ſub num.1.lib.1.*
3 *Rot.coram Duran.deciſ.259.nu.2.* Et tamen etiam ſi prædicta ceſſarent, cum ex pluribus in facto deductis appareat de veritate eiuſdem ſcripturæ, & ceſſet ſuſpicio fraudis, & antidatæ; Ipſa licet creditrix chirographaria eſſet præferenda creditoribus inſtrumentarijs, iuxtà latè deducta per *Rot. coram Buratt.deciſ.905.num.4. & coram Merlin.deciſ.135. ijſdem numeris, & in recent. deciſ.24.num.6. & 7. part.7.*

4 Hypotheca verò non controuertitur, nec controuerti poteſt, nam in dicta Apoca legitur expreſſis verbis pactum de reſtituenda dote in omnem caſum reſtitutionis, & de cõficiendo Inſtrumentum ſub obligatione in forma Cameræ, in qua contineri hypothecam firmat *Galleſ. ſuper formula eiuſdem obligationis quæſt.5.num.3.* & dixit *Rot. poſt Zacch.deciſ.194. num.15. & deciſ.266. num.1. & coram Buratt.deciſ.905.num.2.*

5 Non obſtat, quod re vera obligatio Cameralis non cadat ſuper pacto, ſed tantum ſuper promiſſione de conficieñ Inſtrumentum; Nam promiſſio de faciendo inducit obligationem; & idem operatur, ac ſi maritus præciſè ſe obligaſſet pro dotis reſtitutione, vt benè in propoſito firmauit *Gabr. conſ.58.num.11.lib.1. Surd. conſ.392. num.11.* vbi præſertim quandò implementum pendet à poteſtate promittentis, *Mantic.de tacit. lib.4.tit.3.num.14.* Et de veriori, & magis recepta, teſtatur *Gratian.forenſ. diſcept.cap.964.num.25. & ſeqq.* prout communem, & receptam dicit *Rot. coram Buratt. deciſ.719.num.6.*

6 Nec ſubſiſtit, quod huiuſmodi hypotheca incipiat à die contracti matrimonij, non autem à die promiſſionis dotis, & capitulorum matrimonialium, vt firmat *Bald.Nouell.de dote part.10. num.39. verſ. ſed nunc inſurgit, Neguſ.de pign.4.membr. 2.part. nu.79. Barboſ.in l.1. part.3. ſub num.34. verſ.poſtremò notabis, ff.ſolut. matrim.* cum alijs pluribus quos adducit *Gratian.forenſ. diſcept.cap.804. per tot.*

7 Ea moti ratione, quià antè contractum matrimonium dos promiſſa non dicitur propriè dos, *ad text.in l.1.in fin. ff.pro dot.in l.3.de iur.dot. & in l.fin. C.de donat. antè nupt.* & ita in ſpecie tradit *Becc. conſ.114.num.66.lib.2. Paciſ. qui alias cumulat de Saln. inſpect.3. cap.4. num.43. & ſeqq. Merlin.de pignor.lib.3.tit.2.quæſt.74.per tot. & præſertim à num.16.*

8 Nam in contrarium vrget *Text. in l.1. ff.qui pot. in pign. hab.* vbi propoſita quæſtione, an pignus dotale incipiat à die promiſſionis, cõcludit Papinianus diem contractæ obligationis eſſe attendeñ, cum ex cauſa promiſſionis ad vniuerſæ quantitatis exolutionem qui dotem promiſit compellatur, qui text. cum loquatur generaliter, non recipit interpretationem, & additionem, quam adducunt doctores contrarij, nempè, & contracti matrimonij, quià eſſet magna additio, vt aduertit *Franch. deciſ.667. ſub num.6. verſ.dicebatur*, & comprobat *Cutell. de donat. tract.2. diſcurſ.1. ſpecial. 13. num.20. 26. & 29.*

9 Et hanc opinionem inter Conſulentes latè defendunt *Panciról. conſ.180.num.5. & ſeqq.* vbi quod etiamſi matrimoniũ longo tẽpore poſt contractum fuerit, nihilominus retrotrahitur ad tempus dotis conſtitutæ, *Pariſ. conſil.102. num.18. lib.3. Beron. conſ.45.num.4. & ſeq. lib.2. Grammatic. conſ.114.num.1. & 2.* Et in fortioribus quamuis fuiſſet expreſſa conditio, quatenus ſequeretur matrimonium concludit *Palma conſ.21. ſub num.10. verſ.his non obſtañ, & numeris ſeqq.*

10 Inter tractatus verò *Fontanell.de pact.nuptial. clauſ.7. gloſſ.2. part.1.num.32. & ſeqq.* vbi de veriori, & quod Senatus ſequutus fuit huiuſmodi opinionem reiecta ſententia *Baldi Nouelli & Neguſ. Theſ. quæſt.forenſ.lib.4.quæſt.20. in fine & Molpheſ. ad conſuetud. Neapol part.6. de iur. do. quæſt.2.num.16. & ſeqq.* vbi relatis authoritatibus pro vtraque parte, *num.25.* ait prædictam opinionẽ ſibi magis probari vti magis piam, & beneficium mulierum, ac bonum publicum reſpicientem, *Merend.contr.iur.lib.6.cap.35. nu.6. & 7.* vbi monet cauendũ eſſe ab opinione *Baldi Nouell. Neguſ. & ſequacium*, cum contrà illos ſtet iuris ratio, & opinio Doctorum, qui ante eos ſcripſerunt, *Capyc. latro conſultat.27. num.7. tom.1.* illamque latè tuetur *Prato pract. obſeru. cap.22. cent.1.per tot.* vbi in fine addit ſe nunquam vidiſſe contrà Vxorem iudicatum, licet ab alijs attentatum fuerit, *Cutell. plures referens de donat. dicto tract.8. diſcurſ.1.ſpecial.13. ſub num.18. verſ.his ſic poſitis, & num. ſeqq.*

11 Ità quoque iudicatum fuiſſe per *Conſilium Neap.teſtatur Franch.deciſ.677.per totam præſertim à num.6. per Senatum Dolanum Griuell. deciſ.133. à nu.2.* vbi poſtquam firmauit huiuſmodi opinionem eſſe veriorem, recedendum eſſe dicit à *deciſ.67.* in qua obiter, & per tranſennam notatũ fuerat retrotractionem eſſe faciendam ad tempus matrimonij, & per *Senatum Cathaloniæ Fontanell. deciſ.363. num.4. & per tot.*, vbi quod hæc opinio eſt magis iuſta, & rationi conſona. *Medic.deciſ.Senenſ.76.ſub nu.5.verſ.nullum ideircò, vſque ad finem*; Et ità etiam concludit *Thoro in compend.deciſ.Neap.part.3.to.1.verb. hypotheca dotis fol.mihi 533. Hodiern. ad Surd. deciſ.55.*

riſ.55.num.2. Giurgius in addit.ad deciſ.36. Capyc. latr. num.7.8. & 10. vbi dicit hanc ſententiam eſſe veriorem tam in conſulendo, quam in iudicando, & ſæpius approbatam in Tribunalibus in diuerſis cauſis, quas ipſe enumerat.

12 Et in hanc ſententiam tranſiuit pariter Rota noſtra *coram Mantic.deciſ.166.num.1. & ſeqq.*, licet malè à nonnullis allegetur in contrariũ, quam habuit pro indubitata *coram Buratt. deciſ.844.num.2.& 9.*, vbi quamuis capitula fuerint cõfecta de menſe Octobris 1603., & matrimoniũ ſubſecutum de menſe Ianuar. 1604. nihilominus firmatũ fuit eſſe attendendum tempus capitulorum, & dictum fuit in *Romana Saluiani 4. Decembris* 1643. *coram R.P.D. meo Veroſpio*.

13 Et ratio eſt, vt inquit *Merend.contr.Iur. dicto lib.6. cap.35.num.5.*, quià vbi maritus in capitulis matrimonialibus promittit dotem reſtituere, & obligat omnia bona ſua, ineſt in illis tacita conditio, & dies: conditio ſi matrimonium ſequatur, & dos ſoluta fuerit; Dies verò ſoluti matrimonii, inopiæ, Viri. vltrà alios caſus in quibus dos reſtitui debet; Vndè ſtàtim atque prædicta purificantur, illicò conuentio de dote reſtituenda ità perficitur, vt cenſeatur vſque à principio ſine vlla conditione facta, & proſequitur *Palma dicto conſ.21. num.16. 17.& ſeqq. Grinell.dicta deciſ.133.num.6. & 7. & num. ſeqq.* vbi reſpondit contrarijs.

14 Hæc enim eſt natura Conuentionum conditionalium, vt adimpleta conditione videantur vſque ab initio initæ purè, *l.qui balneum 9. & l.potior 11.ff. qui pot.in pign.hab. l.ſi filiusfamilias 78. ff. de verb. oblig. Tiraq. de retract. lignag.* §.1. *gloſſ.2.num 27.*, & notat *Pariſ.conſ.48.nu.12. lib.1. Surd.conſ.179.num.11.*, & firmauit *Rot.coram Andr. deciſ.50.num.2.*

15 Nec conditio huiuſmodi, quatenus ſequantur nuptiæ, & dos tradatur dicitur poteſtatiua, ſeù potius eſt caſualis, ſeù mixtà, vt probat *Beron.conſ.46.num.17.lib.1.*, vbi fauore dotis ampliat etiam in conditione poteſtatiua, *Cutell. vbi ſuprà num.27. Fontanell. de pact. nupt.dicta clauſ.7. gloſſ.2. part.1.num.33. & deciſ. Cathalonia 365. num.13. Grinell.d.deciſ.133.num.4. & ſeqq.* & præſertim *à num.11.* vbi reſpondet contrarijs *Medic. alleg. deciſ. Senen. 76. num.12. & ſeqq.* cũ alijs pluribus adductis per *Altograd. conſ.33. per tot. lib.1.*

16 Non obſtant Doctores in contrariũ adducti, nam *Baldus Nouellus, Neguſ.& ſequaces*, dum firmant hypothecã incipere à die promiſſionis, dummodò de dicto tempore ſit contractum matrimonium, nituntur eo tantum fundamento, quod antè matrimonium dos promiſſa non ſit propriè dos; ſed fundamen-
17 tum prędictum re vera non videtur ſubſiſtere, nam vltrà quod dicitur dos deſtinata, & ſecuto matrimonio aſſumit omnia priuilegia in his, quæ facta fuerunt antè, vt docet *Bart. in l.1.num.9. ff.ſolut.matrim.* & clarius ibidem *Soccin.Iun.num.144.*, vbi quod antè matrimonium priuilegia dicuntur eſſe in ſuſpenſo, & quodammodò in ſpe, eoque ſecuto pleaum ſortiuntur effectum, & habent locum vſque ab initio, & comprobat *Fontanell. d.deciſ.365. num.9.& 10. Medic.vbi ſuprà num.21.& 22.*, vbi quod tanquam dos deſtinata, ſi non actu ſaltem potentia matrimonio ſeruit, quod ſufficit, vt dotis priuilegio gaudeat, & firmauit *Rot. coram Mantic. dicta deciſ.166.num.1.*

18 Saltem negari non poteſt, quod ſit obligatio ſub hypotheca reſtituẽdi illam pecuniam promiſſam, quæ ſicut attendenda venit in omnibus contractibus, ità, & multò magis vbi agitur de fauore dotis, ità *Cutell.de donat. dicto tract.2. diſcurſ.1. ſpecial.13.num.20. Medic. deciſ. Senen.76. num.2. Mantic. dicta deciſ.166. num.2. & ſeqq.* & admittit etiam *Merlin.exaduerſo allegatus*, quando adſunt verba in omnem euentum reſtitutionis, vt in caſu noſtro in *tract. de pignor. lib.3. tit.2.num.19.*

19 Minus obſtat *Gomeſ.in l.50. Tauri nu.38.* aliique plures relati per *Antonin. de Amat. reſol.5. num.13. lib.1.*, quià loquuntur in terminis, quandò deficit hypotheca expreſſa, & ſolum deducitur tacita ex particulari priuilegio Dotis, dum enim, vt ipſi inquiunt, matrimonium non eſt contractum, non poteſt eſſe dos, & cõſequenter intrare priuilegium tacitę hypothecæ (ſed quicquid ſit de opinione huiuſmodi, quæ communiter reprobatur) illa non applicatur caſui noſtro; Siquidem Cæſarea non fundat intẽtionem ſuam in hypotheca tacita reſultante ex priuilegio dotis, ſed deducit expreſſam contentam in prædicta Apoca matrimoniali, & ſic ceſſat argumentum huiuſmodi, vt benè in propoſito reſpondet Idem *Cutell. dicto tract.2. diſcurſ.1. ſpecial.13. ſub num.19.* & aduertit *Medic.dicta deciſ.76.ſub nu.2. verſ.quæ quidem.*

20 *Surd. vero conſ.131.num.14.& ſeqq.* loquitur, quando dos fuit promiſſa, ſed matrimonium poſteà nullo modo ſequutum fuit, & in his terminis videtur etiam loqui *Bolognett.in rubr. ff.ſolut.matrim.num.139.*, vbi quod licet ſponſa habeat priuilegia dotis propter deſtinationẽ, nihilominus ei non competit actio de dote ad repetendum, ſed tantummodò condictio ob cauſam; quam tamen opinionem non admiſit *Rot. in deciſ.166. coram Mantic.* loquens de matrimonio non effectuato, quià ibi aderat promiſſio reſtituendi dotem in omnẽ caſum, & euentum, qua attenta firmat habere locum actionem, quæ oritur ex ſtipulatione expreſſa: Vndè patet non ſubſiſtere quod tradit *Merlin. in tract.de pignor.lib.3.tit.2.num.19.*, & alii exaduerſo allegati non benè interpretantes prædictam deciſionem, nempè quod ad effectum, vt hypotheca incipiat à die promiſſionis neceſſaria ſit expreſſio illorum verborum in omnem, & quemcumque caſum; Nam hoc non dicitur in deciſione, imò contrarium; ſed tantum, quod vbi adſunt dicta verba, tunc etiã matrimonio non ſecuto datur actiõ ex ſtipulatione expreſſa, prout illam rectè, explicat, & declarat *Cutell.de donat. d.tract.2. diſcurſ.1.ſpecial.13. ſub num.21. verſ.ſed certè Rota Romana.*

21 Facilius verò tranſierunt Domini in hanc ſententiam, quià illa eſt fauorabilis doti, pro

qua

qua in dubio pronunciandum eſſe, diſponit *tex. in l. in ambiguis 86. ff. de reg. iur. Abb. conſ. 73. num. 5. part. 2.*, vbi quod in hac materia ſufficit habere Doctorem pro ſe, *Natt. conſil. 316. ſub num. 3. Magon. deciſ. Floren. 86. num. 5.*

22 Cum igitur attentis prædictis Cæſarea ſit creditrix anterior, Eliſei verò poſteriores, mandatũ A.C. non venit exequẽn, ipſa enim eſt Tertia, & poſſidet bona, de quibus agitur iure dominij in vim dationis in ſolutum reportatæ à Viro; ideòque non poterat conueniri executiuè, ſed ordinariè agendum erat, *Alex. in l. à Dino Pio, §. ſi ſuper rebus num. 38. ff. de re iudic.*, & in his terminis *Giurba deciſ. 16. nu. 9. & ſeqq. Rot. coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 22. num. 1. deciſ. 330. nu. 2. & deciſ. 362. num. 6.* ibique *Add. nu. 12. & coram Buratt. deciſ. 574. num. 2. & ſeqq.*

23 Nec executio ſuſtineri valet ſub prætextu fraudis, & quod bona eſſent effecta litigioſa; Nam dum creditum Cæſareæ apparet clarum & indubitatum, & datio in ſolutum fuit neceſſaria, non voluntaria, & facta longè antè relaxata mandata, ceſſat ſuſpicio fraudis, & vitium litigioſi, *Rot. coram Merlin. deciſ. 847. ſub nu. 7. ad finem, & in recent. deciſ. 613. nu. 8. & ſeqq. part. 4. tom. 3.*

Et ità vtraque, &c.

POSNANIEN ABBATIÆ.

Lunæ 8. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in prophanis conceditur ex ſola releuantia materiæ articulatæ, & in beneficialibus, ſi vlterius concurrat fumus. Releuantia verò reſultat, ſi articuletur defectus poteſtatis in eo, qui admiſit Reſignationem, & quod reſignatio fuerit facta per vim, & metùm, præſertim quandò metus redditur veriſimilis, & de illo datur ſufficiens fumus.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria cõceditur attenta releuantia materiæ articulatæ.*
2 *Remiſſoria etiam in beneficialibus datur, ſi concurrat fumus.*
3 *Reſignatio non poteſt fieri niſi in manibus perſonæ, habentis facultatem inſtituen., & deſtituen.*
4 *Exemptus non poteſt renunciare priuilegijs apoſtolicis, conceſſis ad fauorem Ordinis.*
5 *Remiſſoria, vt veniat concedenda, ſufficit probabilitas materiæ articulatæ.*
6 *Inſtituendi, & deſtituendi facultas de iure ſpectat ad Epiſcopum.*
7 *Calumniæ ſuſpicio ceſſat, quandò materia, ſuper qua remiſſoria petitur, recipit fomentum à iure.*
8 *Inſtitutionis, & deſtitutionis actus fieri ſolent per ſcripturam.*
9 *Remiſſoria conceditur ad proban. per Teſtes, quod poteſt probari per ſcripturam, quandò calumnia ceſſat.*
10 *Remiſſoria conceditur ſuper omnibus articulis, quandò aliqui ſunt releuantes.*
11 *Reſignatio facta per vim, & metum non ſuſtinetur.*
12 *Confeſſio extorta per vim, & metum non eſt attendenda.*
13 *Meticuloſi actus non habentur in conſideratione.*
14 *Metus ex quibus reddatur veriſimilis.*

DECISIO XLII.

SVB die prima Iulij 1647. recedendo à priori deciſione; reſponſum fuit pro validitate reſignationis, vti factæ ex cauſa legitima in manibus Superioris habentis poteſtatem inſtituendi, & deſtituendi; ſed prætendens Paulus, fundamenta ex facto corruere, produxit nonnullos articulos, quorum vigore inſtetit pro remiſſoria, necnon etiam pro compulſoria ſpeciali: diſputato itaque dubio, An eſſet concedenda, necne, fuit illud poſt ſecundam vicem reſolutum affirmatiuè propter releuã-
1 tiam materiæ, articulatæ, quæ eſt baſis fundamentalis remiſſoriæ, prout millies tenuit *Rota, vt coram Verallo deciſ. 56. num. 2. part. 3.*, vbi
2 ampliat etiam in beneficialibus, quandò fumus datur materiæ articulatæ, & in *Squillacen. Iuriſpatronatus 26. Ianuarij 1622. coram Manzanedo, & in Oxomen. Canonicatus 2. Martij eiuſdem anni coram Merlino.*

3 Releuantia verò deducta fuit ex duobus primis articulis, in quibus habetur, quod ab immemorabili tempore in Regno Poloniæ inſtitutiones, & deſtitutiones omnium Abbatum etiam Regularium, & in ſpecie Monaſterij Paradiſienſis cõſueuerunt fieri ab Ordinarijs locorum priuatiuè, quoad Superiores cuiuslibet Monaſterij, quæ probatio ſi facta fuerit, renunciatio non poſſet ſuſtineri ex defectu poteſtatis Abbatis Delplinenſis Vicarij generalis, qui Pauli reſignationem admiſit, vt ſunt *text. in cap. admonet, & cap. fin.*, ibique *gloſſ. & DD. de renunc. Gabr. conſil. 187. num. 4. & ſeqq. lib. 1.*, cum aliis per *Tambur. de iur. Abbat. tom. 1. diſp. 13. quæſt. 1. num. 3. & ſeqq.*

Nec deeſt fumus materiæ articulatæ, dum ipſemet Paulus fuit ab Epiſcopo inſtitutus, & ſic pro eodem videtur concurrere vltimus ſtatus: Quamuis enim firmatum fuerit, quod ſtante exemptione totius ordinis, nullum fue-
4 rit eidem illatum præiudicium per huiuſmodi actum, eum non valeat exemptus renunciare priuilegiis Apoſtolicis, iuxtà *text. in cap. cum tempore, §. fin. de arbitr.* & probatur *in vltima deciſione in §. non obſtat, quod electio Pauli.* Nihilo-
5 minus negari non poteſt, quin ex illo reſultet probabilitas materiæ articulatæ, quæ ſufficit pro cõceſſione remiſſoriæ, *ad tex. in l. Iudices 17. C. de fid. Inſtrum.* vbi *Bald. nu. 1. Rot. coram Buratt. dec. 68. nu. 1. & in rec. dec. 585. nu. pariter 1. part. 5.*
6 Maximè cum talis articulus ſit conformis diſpoſitioni iuris, ſecundum quam Inſtitutio, & deſtitutio pertinet ad Epiſcopum, vt probat *text. in cap. cum ex iniuncto in fine,* ibique *DD. de heret., Abb. in cap. cum veniſſent num. 10. & ſeq. de inſtitut., & in cap. cum Monaſterium nu. 1. verſ. tertio nota de elect., Card. in Clem. vnica col. 8. quæſt. 6. de ſuppl. negl. præl., Pariſ. conſ. 22. num. 15. lib. 4.*

Vnde

7 Vnde ex his videtur ceſſare omnis ſuſpicio
calumniæ cum materia recipiat fomentum à
iure, vt dixit *Rota in Calaguritana de Nagera
7. Maij* 1590. *coram Orano, & in deciſ.* 134. *n.* 11.
p. 2. *in recent.*
8 Non obſtat, quod inſtitutiones, & deſti-
tutiones ſint actus, qui ſolent fieri per ſcri-
pturam; Nàm vna cum remiſſoria petitur
etiam compulſoria; Nec eſt nouum, quod
9 ceſſante calumnia etiam in ijs, quæ poſſunt
per ſcripturam probari, ad mittatur proba-
tio per teſtes, ne coanguſtentur probatio-
nes iuxta, *deciſ. Caſ. de Graſſ.* 1. *num.* 11. *de
dilat. Turritana Bonorum* 23. *Februarij* 1615.
Vbaldo, & in recent. deciſ. 70. *num.* 5. *&* 6. *p.* 6.
& notant. Adden. ad Greg. deciſ. 253. *num.* 3.
10 Et tollitur difficultas, quià ad ſunt alij arti-
culi, qui non niſi per teſtes probari poſſunt,
nempe octauus, & ſequentes, qui concer-
nunt metum eidem Paulo illatum, quò caſu
etiam ſuper alijs ſolet remiſſoria concedi *Rot.
deciſ.* 17. *de teſtib. in nou. & coram Caual. deciſ.* 271
nu. 4. *verſ. tanto magis, & ſeq. & in rec. deciſ.* 196.
num. 9. *par.* 6.
11 De releuantia autem illorum nullo modo
dubitari poteſt, nam probatò metu reſigna-
tio corruit, vt eſt textus expreſſus *in cap.
ad audientiam de his, quæ vi metuſue cauſa fiunt,*
prout etiam firmatum fuit, *in* 1. *deciſ. ſub die*
15. *Iunij* 1646. *coram me, & melius in vercellen.
præpoſitura* 11. *Decembris* 1647. *coram R. P. D. meo
Bichio.*
12 Obiectum verò de confeſſione eiuſdem
Pauli, contrà quàm non admittitur probatio
in contrarium, viſum fuit DD. non releuare:
Nàm ſi probabitur articulatus metus, & pe-
titarum defenſionum negatio, non poterit
13 ſuper ea fundamentum conſtitui *l.* 1. *§. ſi quis
vltrò ff. de quæſtion:*, cùm actus meticuloſi non
non ſint attendendi *gloſ. verb. timere; & ibi Abb.
n.* 10. *verſ. ſed ſaluando in cap. olim de reſtit. Spo-
liat. Rota in Romana pecuniaria* 19. *Decemb.* 1608
14 *coram Manzanedo*: Et metus prædictus red-
ditur veriſimilis, & ex querela porrecta con-
tra Paulum, ac proceſſu contra eundem fa-
bricato, nec non ex proteſtatione ab ipſo
facta ſtatim ſequuta reſignatione, vt dixit,
Rota in Neapolitana profeſſionis 26. *Iunij* 1598.
coram Gypſio, in Conchen. nullitatis ordinum 10.
Martij 1606. *Penia, & in dicta Vercellen. præpo-
ſitura* 11. *Decembris* 1647. *coram R. P. D. meo
Bichio.*
Et ità deciſum vtraque &c.

AVENIONEN. ATTENTATORVM.

Mercurij 10. *Iunij* 1648.

ARGVMEMTVM.

Attentata ſunt omnia geſta poſt interpoſitam
appellationem & admiſſam per ſignaturam,
quæ retrotrahitur ad diem grauaminis, licet
ſecus ſit quando appellatio non fuit admiſ-
ſa ſimpliciter ſed cum clauſulis ſuſpenſiuis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta poſt interpoſitam appel-
lationem.*
2 *Conſtitutio Aegidiana an habeat locum in Ciuitate
Auenionenſi.*
3 *Appellatio ſimpliciter per ſignaturam commiſſa re-
trotrahitur ad diem grauaminis.*
4 *Reſcripta Signaturæ debent intelligi prout de Iure.*
5 *Appellatio ſimpliciter per ſignaturam admiſſa intel-
ligitur tam ad effectum deuolutiuum, quam ſuſpen-
ſiuum.*
6 *Proteſtatio* citrà conſensū in iuriſdictionem
*operatur, vt Proteſtans poſſit declinare iuriſdi-
ctionem.*
7 *Actus, qui non ſonat in agere, ſed tantum in pati,
non operatur conſenſum in iuriſdictionem.*
8 *Appellabilis eſt cauſa quando appellatio fuit ſim-
pliciter per Signaturam admiſſa.*
9 *Appellatio quando fuit interpoſita, non poteſt in
præiudicium illius quicquam innouari.*
10 *Clauſula,* cum facultate manutenendi, quē
de iure *non apponitur per ſignaturā ad faciendū
eam appellabilem, ſed quia ſuſpicatur de va-
liditate executionis.*
11 *Clauſula,* cum facultate manutenendi, quem
de iure *impedit executionē faciendam non autem
factam retractat, niſi quatenus minus legitimè
facta fuerit.*
12 *Et idem procedit in clauſula* ſi quid exequen.
13 *Prout etiam in clauſula* alteri qui ad legitimā.
14 *Mandatum de manutenendo conceditur pro reuoca-
tione Attentatorum.*
15 *Attentatorum reuocatio habet vim retinendæ poſ-
ſeſſionis.*

DECISIO XLIII.

POſſeſſionem captam per Iſabellam, vnà
cum omnibus indè ſequutis, cenſuerunt
Domini eſſe attentatam; & ideò Thomæ dan-
1 dam eſſe manutentionē: Nam, cum omnia
prædicta geſta fuerint poſt diē 21. Iunij 1647.
qua die per eundem Thomam appellatio in-
terpoſita fuerat, à vitio attentatorum nullo
modo excuſari poſſunt. *l. vnica in princ. ff.
nihil in nou. appell. interp. l. ſciendum ff. de appel-
latio. recipien. l. appellatione, C. de appellatio; cap.
dilectis,* 55. *vbi etiam gloſ. verbo exequendam, &
cap. ex parte* 67. *eod. tit. Rota deciſ.* 691. *num.* 1.
par. 3. *recent, & in Vrbeuetana bonorum* 20. *Ia-
nuarij* 1624. *coram Vbaldo.*
2 Non obſtat quod dicta ſententia, tanquam
lata in poſſeſſorio, non eſſet appellabilis ra-
tione Conſtitutionis Aegidianæ, quā habere
locum in Ciuitate Auenionenſi firmauit
Rot. coram Verallo deciſ. 226. *par.* 1. *& teſtantur
Add. ad Mohed. deciſ.* 5. *alias* 47. *lit. A. verſ. Item
Ciuitatē Auenionen. de Conſtit, Pontan. de ſpol. lib.* 4.
cap. 3. *n.* 42. *in fine verſ. Ideoquè porrecta, Scac. de
appell. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 17. *limit.* 6. *membr.* 3. *n.* 9. *Pacif.
de ſalu. inſp.* 4. *cap.* 2. *num.* 24. *Marcheſan. de Com-
miſſio. appellat. in poſſ. ſalu. p.* 1. *§.* 2. *n.* 5. *fol.* 997.
Nam quicquid ſit de prædicta opinione,
quàm acriter impugnat *Contard. de moment.
poſſeſſ. verbo Aegidiana quæſt.* 3. *num.* 6. *& ſeqq.*
Ceſ-

Digitized by Google

Ceſſat difficultas in præſenti caſu, ex quo Si-
gnatura cenſuit, cauſam eſſe appellabilem,
dum illã ſimpliciter michi commiſit. Vndè
retrotrahaitur ad diem grauaminis, per indè
ac ſi ab initio admiſſa fuiſſet, & omnia medio
tempore geſta dicuntur nulla, & attentata.
*Card. in Clem. 1. col. 4. quaſt. 8. verſ. ſic etiam de
ſent. & re iudicat. Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 12
limit. 6. num. 36.* & *ſeqq. & præſertim num. 44. &
par. 3. cap. 24. queſt. 31. num. 9. & 10. Rot. coram
Durano deciſ. 96. num. 4. deciſ. 191. num. 5. & 6.
& deciſ. 240. num. 3. Melenitana Mareſciallatus
10. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo De-
cano. Viterbien. fideicommiſſi, ſeu attentatorum 13.
Maij 1644. coram R.P.D. meo Cerro, & in Veru-
lana beneficiorum 31. Ianuarij 1646. & Bononien.
attentatorum 18. Iunij eiuſdem anni coram eodem,
Toletana matrimonij 20. Iunij 1645. coram R.P.D.
meo Corado, & in Aſtoricen. parochialis 26 Iu-
nij 1647. coram R.P.D. Argnelles.*

4 Nec facit, quod reſcripta Signaturæ ſint in-
telligenda prout de iure; Nam, dum cauſa
fuit commiſſa ſimpliciter, debet intelilligi ad
vtrumque effectum ſuſpenſiuum ſcilicet, &
5 deuolutiuum: ità vt, attento effectu ſu-
ſpenſiuo, quicquid actum fuit dicatur atten-
tatum. *Rota in Vrbeuetana bonorum 27. Mar-
tij 1624. coram Vbaldo, in Mantuana iuriſpaſcendi
28. Iunij 1628. coram Virili, & in Maguntina hæ-
reditatis 1. Aprilis 1639. coram R.P.D. Carillo, &
penes Poſt. de manutenen. deciſ. 246. num. 8. & 9.*

Pretenſio verò, quod fuerit ab appellatione
receſſum, mediante proteſtatione de menſe
Aprilis præteriti, nullo modo videtur ſub-
ſiſtere: Tum quià fuit facta cum clauſula
6 præſeruatiua, Citrà conſenſum in iuriſdi-
ctionem, *cap. ſollicitudinem in fine verſ. ſed ſi
verbo: ibique Franc. num. 5. 16. & ſeqq. de appel-
latio: Alexand. conſ. 130. num. 14. verſ. quia re-
ſpondeo, & numeris ſeqq. lib. 4. Surd. conſ. 35. n. 11
& 12. modern. Caſenaten. de Citation. cap. 6. n. 149.
& cap. 9. n. 136. & dixit Rot. deciſ. 500. n. 7. & 8.
par. 1. in rec.*

Tum etiam, quia non continet, niſi ſim-
plicem electionem domicillij, ad quod ci-
tationes tranſmitti deberent, quatenus con-
tingeret ipſum citari, & ſic cum actus non
7 ſonet in agere, Sed tantum in pati, non
poteſt importare renunciationē appellationis,
neque conſenſū in iuriſdictionē. *Socc. conſ. 104
n. 25. lib. 4. Add. ad Cappellam Tholoſ. deciſ. 194.
num. 4. verſ. vndecimo fallit, Gabr. de appellat.
concl. 2. n. 23. Scacc. eodem tract. quaſt. 17. limit. 2.
ſub. num. 27. & ſeqq.*

Non vrgent deciſiones in contrarium ad-
ductæ, quia non loquuntur, quandò appel-
latio fuit admiſſa ſimpliciter; ſed ſolum
quando Signatura tranſtulit executionem, re-
ſcribendo cum clauſulis ſuſpenſiuis, nempe
*cum facultate manutenendi quem de iure, vel
ſi quid exequendum*, & ſimilibus, qui ter-
8 mini ſunt valdè diuerſi. Nam in primo
caſu habet cauſam pro appellabili, *vt notat.
Imol. in cap. ſua nobis num. 4. verſ. ſecus videretur
de Appellatio: Alex. conſ. 77. eodem n. verſ. prin-
cipali fundamento lib. 2. Rot. penes Poſt. de manu-
tenendo deciſione 522. numero 10.*

9 Et ideò in præiudicium appellationis in-
terpoſitæ non poterat capi poſſeſſio, aut quic-
quã innouari, *cap. venientes 19. de iureinr. Beron.
conſ. 116. num. 10. lib. 3. Rot. coram ſanctæ mem.
Greg. deciſ. 336. num. 6. & in rec. deciſ. 503. n. 2.
part. 1. & deciſ. 210. num. 4. & 397. num. 1 p. 4.
tom. 2.*

10 In ſecundo vero caſu non facit cauſam ap-
pellabilem; ſed tantum ſuſpicatur de vali-
ditate executionis, & proptereà impedit exe-
cutionem faciendam, non autem factam re-
uocat, vel retractat, prout de clauſula, *cum
facultate manutenendi quem de iure*, firmauit
11 *Rot. deciſ. 305. num 15. & ſeqq. part. 6. recent.*
Et de clauſula, *ſi quid exequendum*, conci-
liando deciſiones in contrarium allegatas, di-
12 ctum fuit in *Ariminen. domus 7. Maij 1635. corã
Reuerendiſſimo D. meo Decano, cum alijs per Add.
ad Buratt. deciſ. 231 n. 6. & 7. & per Marcheſan.*
13 *tom. 1. fol. 706. num. 146.* Et de clauſula Alteri
qui ad legitimam, *in Romana dotis 2. Iunij 1636.
coram R.P.D. meo Ghislerio.*

Firmatis attentatis, pro illorum reuoca-
tione venit concedendum mandatum de
manutenendo, iuxtà praxim in Rota rece-
14 ptam, *vt in deciſ. 15. num. 5. poſt Pacif. de Salu.
Baren. ſeu nullius pecuniaria 24. Ianuarij 1646.
coram R.P.D. meo Cerro, & in Oriolen. decanatus
25. Iunij 2646. coram R.P.D. Corrado,* Cum talis
reuocatio habeat vim retinendæ poſſeſſionis,
vt benè per *Oldrad. conſ. 206. num. 4. verſ. nunc
autem, Rot. in Peruſina domus 23. Ianuarij 1612.
corã Coccino, cùm alijs in Taurinen. parochialis 20.
Decembris 1647. coram me.*

Et ità deciſum fuit vtraque parte infor-
mante.

TOLETANA DECIMARVM.

Lunæ 15. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Manutentio in exactione decimarum datur il-
li qui docet de ſua poſſeſſione, & habet aſſi-
ſtentiam iuris non obſtantibus priuilegijs in
contrarium, niſi illa ſint indubitata canoni-
zata per ſententias, & contineant derogatio-
nem cap. Nuper de Decimis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in exactione decimarum datur ei, qui docet concludenter de ſua poſſeſſione.*

2 *Poſſeſſio, ſeù quaſi, acquiſita contra vnum, ſuffragatur etiam contra illius Succeſſores.*

3 *Ex mutatione perſona, contra quam poſſidetur, non variatur, nec alteratur ius poſſidentis.*

4 *Archiepiſcopus habet aſſiſtentiam iuris tanquam decimator vniuerſalis.*

5 *Exemptio ab onere ſoluen. decimas ex quibus probetur.*

6 *Teſtes, vt probent exemptionem non ſoluen. debent deponere per verba excludentia ſenſum ab actu, non autem actum à ſenſu.*

7 Si-

7 *Similiter deponere debent de tempore ante motam litem.*

8 *Item probare debent ſcientiam, & patientiam Decimatoris.*

9 *Conductores, & Arrendatores non poſſunt præiudicare principali in exactione decimarum.*

10 *Patientia, & acquieſcentia excluditur ex lite mota pro conſecutione decimarum.*

11 *Poſſeſſio, vel quaſi vniuerſalis non operatur in concurſu particularis.*

12 *Manutentio non poteſt retardari ſub prætextu priuilegiorum, ſed illa diſcutienda veniunt in petitorio.*

13 *Maximè quando non continent derogationem* c. Nuper de decim.

14 *Declara, ſi ſint clara, & indubitata cum derogatione* dicto c. Nuper.

DECISIO XLIV.

RECVSANTIBVS Commendatore, & Fratribus S. Catherinæ Martyris Toletañ Ordinis Redemptionis Captiuorum ſoluere decimas pro bonis ad eos obuentis, tam ex Teſtamento Mariæ Ortiz, quàm ex diſpoſitione Ludouici Nunez, fuit illis ſub die 16. Martij præteriti conceſſa Remiſſoria ad probandam articulatam immemorabilem, cui reſolutioni, quamuis Eminentiſſimus Archiepiſcopus vnà cum Parochis acquieuerit, inſtetit tamen interim pro mandato de manutenendo in exactione earundem Decimarum; Vndè dato dubio, cui nam eſſe concedendum mandatum de manutenendo, An ſcilicet Archiepiſcopo, & Parochis in huiuſmodi exactione, vel potius Fratribus in poſſeſſione prætenſæ exemptionis, ac libertatis non ſoluendi? fuit illud ad fauorem Archiepiſcopi, & litis conſortum reſolutum.

1 Etenim poſſeſſio exigendi redditur indubitata ex ſex Teſtibus formiter examinatis, deponentibus, Eminentiſſimum Archiepiſcopum, & Parochos pro tempore per ſpatium annorum 40. & vltrà, & vſque ad obitum dd. Mariæ, & Ludouici ſemper exegiſſe Decimas ex fructibus eorundem bonorum, in qua poſſeſſione propterea debent omninò manuteneri, *§. retinendæ inſtit. de interdict., l. 1. ff. vti poſſid., Rota in Beneuentana Decimarum 16. Martij* 1597. *coram Litta, & in Ciuitaten. Decimarum* 26. *Martij* 1618. *coram bon: me: Cardinali Veroſpio.*

2 Et licet huiuſmodi poſſeſſio fuerit acquiſita tantummodò contrà Mariam, & Ludouicum, nihilominus ſuffragatur etiam contrà ſucceſſores omnes in dicto prædio, iuxtà *deciſ. Guidopap. 629. per tot. vbi ſub num. 2.* reddit
3 rationem, quia ex mutatione perſonæ, contrà quam poſſidetur, non variatur, nec alteratur ius ex parte poſſidentis, ſed ſemper remanet idem, quam deciſionem ſequitur *Gigas de penſion. quæſt. 47. nu. 10. verſ. quanto ſciendum,* aliique adducti per *Modernum Romanum diſcept. forenſ. cap. 113. num. 16. & ſeqq.* & in terminis decimarum, *Rota deciſ. 341. nu. 1. & deciſ. 562. eod. num. part. 1. recent., & deciſ. 189. num. 3. part. 2.* & penes *Poſt. de manut. deciſ. 455. num. 2.*

4 Maximè cum talis poſſeſſio habeat etiam aſſiſtentiam Iuris, ex quo Archiepiſcopus eſt vniuerſalis decimator totius Diœceſis, *c. conquerente de offic. Ordin. c. quoniam, & c. cum contingat,* ibique *gloſſ. de decim.* & ibidem *Ioãnes Andr. in princ. Hoſtien. circa med. verſ. nec obſtat.* idem *Hoſtien. in c. dudum col. 2. verſ. & ſic euidenter de decimis, Rebuff. eodem tract. quæſt. 7. num. 11.* & in puncto de Archiepiſcopo Toletano, firmauit *Rota in Toletana Decimarum de Dayniel coram Caual. deciſ. 437. nu. 1. & ſeqq. & in eadem coram Sacrato deciſ. 402. num. 1. part. 2. recent.*

5 Non obſtat, quod Fratres à die, quo bona peruenerunt ad eorũ manus prętendant, nunquam ſoluiſſe decimas, & ſic exiſtere in quaſi poſſeſſione exemptionis, & libertatis eas non ſoluendi, ex latè deductis in *Bononien. exemptionis apud Poſt. de manutenen. deciſ. 139. & in alijs;*

6 Nam, vltrà quod Teſtes deponunt per verba, *non interfui, non vidi, non audiui,* & ſimilia excludentia ſenſum ab actu, non autem actum ipſum à ſenſu, prout eſt neceſſe, cum ſolui potuerint prædictæ decimæ etiam quod ipſi non interfuerint non viderint, nec audiuerint, *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto nu. 8. de itinere actuque priuat.* & benè ratiocinatur *Bald. in rub. C. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. num. 7. verſ. & aduerte, Alex. conſ. 108. ſub num. 9. verſ. & licet dicat, & conſ. 136. nu. 21. verſ. item dictus Iacobus lib. 2. Rota in Corduben. decimarum 8. Martij* 1610. *coram Sanctiſſ. D. N. Innocentio X. & coram ſan: mem: Greg. deciſ. 325. num. 5. & deciſ. 510. n. 1. & in Hiſpalen. decimarum 15. Februarij* 1647. *coram R. P. D. meo Meltio, & in recent. deciſ. 277. num. 24., & ſeqq. part. 6.*

7 Vlterius, nec percutiunt tempus antè motam litem, *Bart. in l. Celſus num. 27. ff. de vſucap. & vſurpat., Rota in Corduben. decimarum* 10. *Maij* 1604. *coram Ortembergo, & in Vercellen. decimarum* 13. *Nouembris* 1645. *coram R. P. D. meo Cerro.*

8 Nec concludunt ſcientiam, & patientiam Archiepiſcopi, & Parochorum, ſinè qua nulla prædictis Fratribus potuit acquiri quaſi poſſeſſio, *l. quoties, §. vlt. ff. de ſeruit. l. 2. C. de ſeruitut. & aqua, Innocent. in c. querelam num. 3.,* ibique *Abb. nu. 2. & Butr. nu. 12. de elect., Alex. conſ. 136. num. 19. verſ. item requirebatur lib. 2. Seraph. deciſ. 1102. nu. 8. Buratt. deciſ. 572. num. 12. & in recent. deciſ. 667. num. 9. part. 4. & deciſ. 23. num. 5. part. 6.* cum alijs per *Moder. Peruſin. de manuten. obſer. 10. num. 101.*

9 Præſertim in præiudicium Eccleſiæ, cui Arrendatorum, ſeù aliorum Officialium negligentia non valuit præiudicare, *Bart in l. 1. §. ſi vir vxori num. 3. verſ. vel aliter, ff. de acquir. poſſeſſ., Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 65. de cauſ. poſſeſſ. & propriet., Seraph. deciſ. 1417. nu. 3.* & latè deductum fuit in *Hiſpalen. Decimarum 27. Iunij* 1644. *coram R. P. D. meo Corrado.*

10 Immò, non ſolùm non probatur huiuſmodi acquieſcentia quinimmò ex parte Archiepiſcopi, & Parochorum illa manifeſtè excluditur, dum, ſequuta denegatione, apparet ſtatim litem fuiſſe introductam, & Fratres duas ſententias contrarias reportaſſe, à quarum vltima pendet appellatio in Rota, & ſic poſſeſſionem nunquam voluiſſe dimittere, ſed eam animo retinere, *Rota in Hiſpalen. decimarum de Barzona 12. Ianuarij* 1646. *coram*

Google

ram R.P.D.meo Cerro, & in deciſ.42.nu.6. part.7. in recent. & in Hiſpalen.decimarum 27.Iunij 1644. coram R.P.D.meo Corrado.

11 Poſſeſſio verò vniuerſalis deducta pro parte Fratrum in alijs bonis, parum releuat in concurſu particularis, acquiſitæ ab Archiepiſcopo, & litis conſortibus in bonis, de quibus agitur, *Seraph.deciſ.18.num.3. & deciſ.1380. num.2. Mareſcott.variar.reſol. lib.1.cap.11.nu.28. Modern. Peruſin. de manuten. obſeru.73. num.172., & 174.*

12 Non obſtant Priuilegia Nicolai IV. Ioannis XXII.& Vrbani VIII. quia plures pariuntur difficultates,& dum diſcutitur,an veniant attendenda, nec ne, non poteſt interim retardari manutentio, ſed illorum diſcuſſio ad petitorium reijci debet, *Rota corã Seraph.dec.1380. nu.3. & in recent. deciſ.42.in fine part.7.* & penès *Poſt.de manuten.deciſ.157.nu.5. & deciſ.455.nu.3. & in d.Hiſpalen. decimarum de Baraona 12.Ianuarij 1646.coram R.P.D.meo Cerro,& in alia Hiſpalen. decimarum 15.Februarij 1647. coram R.P.D. meo Meltio.*

13 Et ſufficeret adhunc effectum, quod non contineant derogationem, *c. nuper de decimis*, quod, tanquam conciliare, ſpecificam, & indiuiduam derogationem requirit, *Archidiac.in cap.1.num.2. verſ. vel dic planius de conſtitut. in 6. Rebuff.de decim. quæſt.14.nu.56. Canaler.deciſ.101. ſub num.2. & deciſ.247. nu.19. Coccin. deciſ.279. num.6. Buratt. deciſ.704. num.2. & in recent. deciſ.103. num.2. part.7. & in Vercellen. decimarum 13.Nouembris 1645. & 15.Ianuarij 1646. coram R. P. D.meo Cerro,& in alia Vercellen. decimarum 31.Maij 1647. coram R.P.D.meo Rojas.*

14 Vndè ex prædictis patet, non applicari deciſionem *Durani 215. & deciſionem 44. part.7. recent.* aliaſque in contrarium adductas, quia loquuntur de priuilegijs claris, & indubitatis canonizatis per deciſiones; & ſententias Rotales, habentibus expreſſam, & indiuiduam derogationem *d. c.nuper de decimis*, qualia non ſunt priuilegia Fratrum, vt benè explicant, & declarant eædemmet deciſiones, & dictum fuit in *d. Hiſpalen. decimarum 27.Iuny 1644. coram R.P.D.Corrado.*

Et itá vtraque parte informante deciſum fuit.

PLACENTINA BENEFICII.

Lunæ 15.Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficia de Iure præſumuntur libera, & liberæ collationis, & illorum ſtatus, & qualitas deſumitur ex Prouiſionibus Apoſtolicis, quæ vbi ſunt iuſtificatæ veniunt exequendæ.

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones Rotales probant iuſtitiam ſententiæ.*
2 *Beneficia præſumuntur libera, & liberæ collationis.*
3 *Beneficij qualitas reſultat ex collationibus, & prouiſionibus Apoſtolicis.*
4 *Status beneficij tanquam de libero nõ dicitur immutatus ex prouiſione, quæ dedit cauſam liti.*
5 *Et maximè ſi poſteà ſubſecuta fuerit prouiſio tanquam de libero.*
6 *Prouiſiones, quæ non docentur effectuatæ, non veniunt attendendæ.*
7 *Laudum non iuſtificatum ex actis, & habens contrà ſe obſeruantiam, non eſt haben. in conſideratione.*
8 *Libertati beneficij non præiudicat Epiſcopus, declaran. illud de Iurepatronatus.*
9 *Literæ Apoſtolicæ, quando ſunt iuſtificatæ paratam habent executionem.*
10 *Vacatio beneficij quomodò probetur.*
11 *Valor per non exceſſum probatur ex Teſtibus, deponentibus per modum negatiuum.*
12 *Et talis probatio adminiculatur ex locationibus, & ex narratiua ſimilis valoris in alijs prouiſionibus.*
13 *Valor obtentorum non requirit exactam probationem.*

DECISIO XLV.

DENEGATA ex capite irreleuantiæ D.Dominico Nicellio petita remiſſoria, vt tandem Reuerendiſſimus Epiſcopus iam ſenio penè confectus poſſit poſt longam litem peruenire ad terminationem cauſæ,dubium propoſui; An ſententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda, & Domini ſinè difficultate tranſierunt in affirmatiuam, cum validitas ſententiæ non poſſit controuerti, & iuſti-
1 tia euidenter appareat ex deciſionibus in cauſa factis,in quibus firmatum fuit, beneficium controuerſum Hoſpitalis S.Lazari eſſe,eidem Epiſcopo adiudicandum, literaſque Apoſtolicas ſuæ prouiſionis tanquam iuſtificatas eſſe exequendas.

2 Etenim, non ſolum pro libertate beneficij, ac ſtatu eius collatiuo viget præſumptio iuris de qua *in c.omnes Baſilicæ, & c.nullus 16. quæſt.7.* Verùm etiam probatio facti deducta, & ex pluribus Viſitationibus nempè de anno 1482. 1579. & 1617. *Rot. coram Seraph. deciſ.780.nu.1. & 2. coram Duran.deciſ.24.num.5.* & fuit dictum *in Mediolanen.decimarum 7.Decembris 1618. coram Andrea.*

3 Et ex collationibus, & prouiſionibus vti de libero per ſpatium 200. & vltra annorum, tam per Sedem Apoſtolicam, quam per Ordinarios pro tempore factis, & effectum ſortitis, *Summ.Epiſcopi à num.14. per totum nu.28.* Ex quibus probari qualitatem, & ſtatum beneficij,notat *Felin.in c.in noſtra nu.43.de reſcript. Aretin.conſ.63.nu.5. verſ; ſed tamen, Rota deciſ.22. de probat. in antiq., Put. deciſ.413. num.7. lib. 1. Seraph. deciſ. 950. num. 2. & deciſ. 1227. num.3.* & fuit dictũ *in Lucana Iuriſpatr.de Podijs 20.Nouembris 1620. coram Coccino, & in recent.deciſ.57. num.9. & ſeqq. part.6.*

4 Neque ex prouiſione facta de anno 1597. à Capitulo Florentiolæ in perſonam Abbatis Vrlij cum confirmatione Vicarij Placentini, & poſſeſſione ſubſequuta poteſt dici mutatus
5 huiuſmodi ſtatus; nam illa non ſolum dedit cauſam liti, ſed etiam poſteà de anno 1598. prouiſus fuit de dicto beneficio ex eadem vacatione

cationе tanquam de libero Cardinalis Sanneſius tunc Prælatus, qui illud poſſedit vſque ad obitum, vt plenè deductum fuit in deciſionibus in cauſa factis, & vltimo loco in diſputatione remiſſoriæ ſub die 29. Maij præteriti coram me; *& in Vrgellen. Parochialis* 13. *Ianuarij* 1606. *coram Marcomontio*.

6 Aliæ verò pretenſæ electiones vel loquuntur de Hoſpitali Florentiolæ, non autem de Hoſpitali Sancti Lazari Ciuitatis Placentiæ, vel nullo modo docentur effectuatæ, & ſic non veniunt attendendæ, *Rota corā Put.dec.*136. *lib.*3., *Mantic.deciſ.*322.*num.*8., *Duran. deciſ.*226. *in fine, & in recent.deciſ.*39.*num.*8., *& deciſ.*124. *num.*5. *part.*3.

7 Nec releuat laudum latū ab Epiſcopo Placentino de anno 1438., & per Capitulum acceptatum; Nam, cum illud non iuſtificetur ex actis, & habeat contrà ſe obſeruantiam contrariam, non eſt habendum in conſideratione, *Rota coram Duran.deciſ.*56.*num.*6., & latè firmatum fuit *coram R.P.D.meo Ghiſilerio* 23.*Ianuarij* 1647. *§.neque poteſt, & coram R. P. D. meo Arguelles* 11. *Decembris eiuſdem anni*, *§.prout nec releuat*.

8 Maximè quia non potuit Epiſcopus ſine licentia,& auctoritate Papæ præiudicare Eccleſiæ, declarando de Iurepatronatus beneficiū, quod erat liberum, vt notat *Calder. conſ.vlt. de Iurepatr., Garz. de benefic. part.*5.*cap.*9. *num.*129. *Caputaq.deciſ.*128. *num.*4.*part.*2., *& in recent. deciſ.*421. *num.*3. *in fine part.*2. *& deciſ.*27. *num.*5. *part.*4. *tom.*2.

9 Vndè ceſſante ex prędictis iure eligendi prętenſo à Capitulo, rectè pronunciatum fuit ad fauorem Reuerendiſſimi Epiſcopi pro executione literarum Apoſtolicarum; Nam quando illæ apparent iuſtificatæ, executionem paratam habent, & prouiſo competit immiſſio ad inſtar, *l.final. C. de edict.Diu.Adr. toll. Mobed. deciſ.*13. *antè finem, vt lit. pend. Buratt. deciſ.*435. *num.*1.*& in recent.deciſ.*585.*nu.*18. *part.*5. & latè deductum fuit *in Bonon. Archipresbyteratus* 23. *Martij præteriti coram R.P.D.meo Corrado*.

10 Iuſtificatio autem euidenter apparet ex deductis in deciſionibus factis in pręſenti cauſa; ſiquidem vacatio beneficij per obitum Alexādri vltimi poſſeſſoris extrà Romanam Curiam ſequutum de menſe Decembris 1641. probatur nedum ex teſtibus, & ex confeſſione partis, ſed etiam ex partita libri mortuorum per Parochum formiter extracta, quæ optimè probat *Modern.de re benef.lib.*3 *quæſt.*10. *nu.*45., *Rota coram ſanct.mem.Gregor.deciſ.*78 .*nu.*2. ibique *Add. litera A.*, *Buratt. deciſ.*563. *num.*1., *Illerden. Canonicatus* 4.*Decembris* 1623.*coràm Pirouano, deciſ.*700. *num.*4.*part.*1. *in recent.*

11 Valor ducatorum 150. per non exceſſum remanet iuſtificatus ex teſtibus formiter examinatis, quorum quartus quintus, & vltimus rectè deponunt per modum negatiuum expreſſum in eiſdem literis, & vti informati rationem reddunt ſui dicti, *Seraph. deciſ.*974. *num.*1. *& in recent.deciſ.*160.*num.*3.*part.*2. *& deciſ.*583. *num.*7. *& ſe q. part.*4.*tom.*3.

12 Et eorum depoſitio adminiculatur ex locationibus bonorum eiuſdem beneficij percutientibus tempus vacationis, *Buratt.deciſ.*411. *num.*3. & ex narratiua eiuſdem valoris facta in duabus præcedentibus prouiſionibus Apoſtolicis, *Cæſar de Graſſ. deciſ.*3. *nu.*2. *& ſeqq. de probat.*, *Mantic.deciſ.*81.*num.*2.

13 Quod beneficium ſit grauatum annua penſione ſcut.150. ad fauorem R.P.D. Caſtellani deponunt 4. teſtes ſeruatis ſeruandis examinati, & ex ijſdem probatur etiam quod obtenta non excedant ducatos 24. de Camera, Penſiones verò 90. cum tamen ad dictum effectum ſufficiat qualis qualis probatio, *Rota deciſ.*572. *num.*4. *part.*1. *recent.*, *& deciſ.*10. *num.*5. *part.* 2. & penes *ſanct.mem.Gregor. d.deciſ.*84. *nu.*3. *&* 4.

Et ex his, & ex alijs rationibus deductis in deciſionibus factis in cauſa, quæ etiam hodiè Dominis placuerunt, Epiſcopo ſolo informante reſolutum fuit pro confirmatione ſententiæ Rotalis.

ASCVLANA HÆREDITATIS

Veneris 19.*Iunij* 1648.

ARGVMENTVM.

Fœminæ ſuccedunt æqualiter cum maſculis in bonis Maternis,& Statutum excluſiuum illarum intelligitur in bonis Dotantis,nec extenditur vltrà perſonas expreſſas, & Pater tranſiens ad ſecunda vota amittit proprietatem bonorum, quæ fuerat conſequutus ex filijs primi matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Sorori vnà cū fratribus æqualiter debetur ſucceſſio in bonis Matris.*

2 *Statutum, excludens fœminas dotatas, intelligitur ab hæreditate Donantis.*

3 *Statutum reſtrictum ad certas perſonas, non extenditur ad alias.*

4 *Succeſſio debetur Patri in bonis filij.*

5 *Pater, tranſiens ad ſecunda vota, quicquid ex vno ex filijs primi matrimonij conſequutus fuit, tenetur reſeruare filijs eiuſdem matrimonij.*

6 *Text. in l.fœmina, C.de ſecund. nupt.licet loquatur in Muliere procedit etiam in Viro.*

7 *Fratres vtrinque coniuncti præferuntur fratribus ex latere tantum.*

8 *Pater, qui ſtipulatus fuit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, poteſt diſponere de bonis ſibi renunciatis etiam in Extraneos.*

9 *Text. in l.fœminæ, procedit in ijs bonis, quæ parentibus obueniunt ab inteſtato, ſecus verò ex Teſtamento, vel ex Contractu.*

10 *Appellatio interpoſita in vna cauſa nō impedit proceſſum in cauſa diuerſa.*

11 *Interdictum quorum bonorum competit filijs pro immiſſione in bonis Matris.*

DECISIO XLVI.

POSTQVAM firmatum fuit mandatum ad fauorem Marcellinæ relaxatum pro Dotis

Digitized by Google

reſtitutione eſſe exequendum, nec promiſſionem factam à Federico primo eius Viro potuiſſe illi præiudicare, vt in deciſionibus coram me editis. Propoſui dubium, an eidem Marcellinæ ſit danda immiſſio in bonis maternis; & Domini ipſa tantum informante pro duabus ex tribus partibus dandam eſſe reſponderunt.

1 Siquidem quoad tertiam partem, quam ipſa prætendit ex perſona propria aduertebãt Domini, quod cum Maria Franciſca Mater deceſſerit relicto Viro, necnon Ioſepho, Elena, & Marcellina filijs; vtique vnicuique ipſorum tertia pars hæreditatis debetur, vt diſponit *text.in l.Sorori 6. vbi gloſſ. ff.ſi pars hæred. l.maximum vitium 4. C.de lib.præter. Auth. in ſucceſſione*, ibique *Salyc. & Caſtr.num.1. C.de ſuis, & legitim. Rot.in recent. deciſ.502.num.1. part.4.tom.2.& deciſ.264.num.4. part.6.*

2 Nec obſtat Statutum Aſculi lib. 1. cap.5. Tum quia non excludit fœminas niſi ab hæreditate dotantis, iuxtà doctrinam *Bald.in l.1. num.4. verſ.Statuto cauetur, C.de legit.hæred. Alex. conſil.29. num.3. verſ. vel poteſt lib.1. Caſtr. conſil.83.num.5. & conſ.91.nu.2. lib.2. Dec.conſ.346. num.4. verſ.eſt ergo inſiſten. Rot. deciſ.247. num.6. & ſeqq. & deciſ.321.nu.1.& ſeqq.part.5. in recent.*

3 Tum etiam, quia loquitur tantum de ſucceſſione in bonis Patris, vel Fratris, ibi: *Che le Sorelle, e figliole dotate dal Padre, ouero dal Fratello non poſſano venire ab Inteſtato alla ſucceſſione, & hæredità del Padre, ouero dol Fratello, &c.* Et ideò cum diſpoſitio dicti Statuti nullam mentionem faciat de hæreditate Matris, & ad certas perſonas reſtricta fuerit, ad alias extendi non debet, *Iaſ in l.1. §.veteres nu.20.ff.de acquir. poſſeſſ. Gabr.de ſtatut. concl.7.nu.29. Pariſ.conſ.22. num.17.& conſ.23. num.52. lib.1.* & melius *conſil.49. ſub nu.25.lib.3. Socc. conſ.81.nu.2. verſ.nec videntur obſtare lib.1. Rot.dicta deciſ.247.ſub nu.2. & deciſ.321.num.13. & ſeqq. part.5. recent. & deciſ.264.num.18. verſ.nunc placuit reſponſio part.6.*

4 Quo verò ad alteram partem quæſitam Io-
ſepho pariter reſponſum fuit pro Marcellina;
Nam licet ipſi defuncto ab inteſtato ſucceſſe-
5 rit Rodulphus Pater, *ex auth. defuncto C.ad S.C.
Tertull.* Nihilominus quia idem Rodulphus
cõuolauit ad ſecunda vota quicquid per ſuc-
ceſſionẽ dicti Ioſephi ex primo matrimonio
filij conſequutus fuit Fratribus, & Sororibus
eiuſdem matrimonij reſeruare tenetur iuxtà
6 diſpoſitionem *text.in l.fœmina, §.illud, C. de ſe-
cund.nupt. qui textus*, licet loquatur in muliere;
nihilominus, quod habeat locum etiam in
Viro, firmat ibidem *gloſſ.in verb.poſſeſſione delata, Io. de Garron. in auth. ex Teſtamento num.44. C.eod. Gabr.lib.3.concluſ.3.num.3.dicto tit. Oldrad. conſ.33.num.2. & ſeqq., Dec.conſ.87.nu.3. verſ.ita pariter, & conſ.230. à nu.1., Cephal.conſ.288.nu.14. & ſeqq. lib.2., Boer. deciſ.187.num.2., & per tot., Pacific.de Saluian. inſpect.3. cap.2.num.703., Rota poſt eundem deciſ.154. num.2., & coram Caual. deciſ.50.num.4., & 5., Buratt.deciſ.82.num.1, & per tot., & deciſ.207.num.11.*, & dictum fuit *in Camerinen. Bonorum* 10.*Februarij* 1620. *coram bo:me: Cardinali Veroſpio.*

7 Neque in portione prædicta poſſunt concurrere Emigdius, Carolus, & alij de Malaſpinis Aduerſarij; Nam cum Marcellina ſit vtrinque coniuncta, præfertur Fratribus ex latere Patris tantum, *auth.hoc itaque ibique omnes C.commu.de ſucceſſ., auth.poſt Fratres, vbi gloſſ.verb. filij, C.de legit.hæred., Craſſ.in §.ſucceſſio ab Inteſtato quæſt.31.nu.1., Hond. conſ.8. nu.9., & n.19. lib.1., Rota coram Canal.dicta deciſ.50.num.1.*

8 Demum quoad reliquam partem quæſitam Elenæ dixerunt Domini immiſſionem eſſe denegãdam; Nam illa ingrediens Monaſteriũ omnia bona ſua etiam materna renunciauit ad fauorem Patris ſtipulantis pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, vt latiùs ex Inſtrumento 25. Decembris 1625. *Summ. eiuſdem Marcellinæ num.2.* Vndè dicta tertia pars eidem Patri plenè quæſita fuit, itaut potuerit liberè de ea diſponere in quoſcumque hæredes etiam extraneos, *Alex.conſ.149. à num.5.lib.7., Ruin.conſil.98.nu.16. verſ.etiam iſtud confirmatur, & nu.ſeq. lib.1., Pariſ.conſ.26.num.27.& plurib. ſeqq. lib.3., Menoch.conſ.6.nu.15.& 16., Surd.conſ.244.nu.11. verſ.addo quod iſta ceſſio vſque ad fin., Marant.in ſuo ſpeculo diſput.10.nu.14., Rota coram ſan:me:Gregor. deciſ.85.num.1., & ſeq.*

9 Nec quicquam facit allegatus *text.in l.fœminæ*, quia benè procedit in ijs bonis, quæ parenti obueniunt ab inteſtato, ſecùs verò in illis quæ ex Teſtamento, vel ex diſpoſitione inter viuos fuerunt quæſita, vt deciditur in *auth.de non eligen. ſecundo nub. §.cum igitur, & in auth. de nupt. §.hinc nos vndè ſumpta eſt auth. ex Teſtamento, C.de ſecund.nupt. Bald.in d. l.fœminæ in ſecunda lect. num.2. verſ. item nota, & in conſ.49. circà fin. verſ. præterea textus lib.5., Gabr. concl.3. num.19. eod. tit. do ſecund.nupt., Sanchez. de matrim. lib.7. diſput.89.num.41. & ſeq.*

10 Quæ verò in memoriali exaduerſo porrecto deducta fuerunt circa defectum Iuriſdictionis ob appellationem interpoſitam à decreto emanato in cauſa Dotis, viſa fuerunt Dominis non releuare attenta cauſarum diuerſitate, tàm ratione Iudicij, quàm ratione materiæ: Vndè appellatio interpoſita in vna non impedit proceſſum, nec tollit Iuriſdictionem in alia, vt poſt *Franch.in c. ſuper eo num.9. & in c.præterea nu.1. verſ.ſecundo nota, & in c.propoſuit in primo notab.de appellat. Dec.conſ.33.nu.4. verſ.ſecùs ſi articulus, Lancellott.de attent.par.2.c.12 limit.2.num.14. Scacc.de appellat. quæſt.3. num.46. & quæſt.17.limit.47.membr.2.nu.13. Rota deciſ.51. in fin. eod.tit. in nou.*

11 Ex quibus cenſuerunt Domini conceden. immiſſionem Marcellinæ ex interdicto; Quorum bonorum, iuxtà *tex.in l.1., vbi DD. C.eod. tit., Peregr.de fideicomm. art.46.num.3. Rota coram Buratt.deciſ.386.nu.1.& 2., & in recent.deciſ.526. num.1. in fin. part.1.*

Et ità àltera, &c.

ALEXAN-

ALEXANDRINA PENSIONIS.

Veneris 19. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſsio exigendi Penſionem acquiritur per vnicum actum, etiam ſi ſolutio non ſit integra, ſed facta tantummodò pro rata Penſionis.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem probatur ex confeſſione partis.*
2 *Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem reſultat ex vnico actu.*
3 *Amplia, etiam ſi ſolutio non fuiſſet integra, ſed tantum pro parte, quia nihilominus dicitur quis conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi totam.*
4 *In acquiren. quaſi poſſeſſione exigendi penſionem non attenditur actus particularis exactionis, ſed cauſa exigendi, quæ eſt vniuerſalis.*
5 *Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem eſt manutenibilis præſertim quando eſt titulata.*
6 *Milites Lauretani, etiam Vxorati poſſunt retinere penſiones.*
7 *Exceptiones turbidæ nõ admittuntur in iudicio manutentionis, ſed reijciuntur ad petitorium.*
8 *Penſionarius manuteneri debet in exactione penſionis, dum diſcutitur de validitate Tituli.*
9 *Manutentio pendet à poſſeſſione, non autem à titulo.*
10 *Appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ.*
11 *Appellatio operatur, vt non dicatur iudicatum:*

DECISIO XLVII.

DIXERVNT Domini, dandum eſſe mandatum de manutenendo D. Marcello Arnutio, quia vltrà exactiones factas ab Archidiacono anteceſſore, conſtat de quaſi poſſeſſione illius exigendi penſionem etiã à D. Mi-
1 chaele Collio ſucceſſore in eodem Archidiaconatu: Tam ex cõfeſsione iudiciali eiuſdem Michaelis ſub die 11. Aprilis 1647. *Summ. Marcelli num. 6.*, quæ ſufficit adhunc effectum, *Rot. in Cæſarauguſtana penſionum 4. Iunij 1608. coram Manzanedo, & deciſ. 429. nu. 4., & deciſ. 460. nu. 1., & per tot. part. 3. recent.*

Quam etiam ex ſolutione actuali facta ſub die 13. Iunij 1619. de duplis duodecim cũ dimidia, quæ licet vnica conſtituit penſionarium
2 in quaſi poſſeſsione exigendi, vt notat *Rip. in c. cum Eccleſia Sutrina num. 53.* ibique *Abb. nu. 23. de cauſ. poſſ. & prop.* quos in terminis penſionis ſequitur *Roman. conſ. 311. nu. 7., Rot. coram Seraph. deciſ. 436. num. 1. & deciſ. 1411. num. 2., & coram Buratt. deciſ. 542. nu. 1. Regien. penſionis apud Marcheſ. part. 1. fol. 563. num. 2.*, & penes *Poſt. de manutenen. deciſ. 143. num. 1., deciſ. 163. num. 12., & deciſ. 318. nu. 1. & in recent. deciſ. 538. eod. num. part. 4.*

Et quamuis penſio reſeruata fuerit in ſcutis 50. auri in auro; Solutio verò non docea-
3 tur facta, niſi pro medietate; Nihilominus non attenditur actus exactionis particularis; ſed cauſa exigendi, quæ, cum ſit vniuerſalis,
4 per illam penſionarius dicitur conſtitutus in quaſi poſſeſsione exigendi totam penſionem licet partem tantum habuerit, *l. ſi cui res 60.* ibiq; *Bart. de leg. 2.*, & optimè firmauit *Rot.* in his terminis *in Calaguritana penſionis 17. Iunij 1624. coram Manzanedo, apud Poſt. deciſ. 188. nu. 4. & ſeqq. & in recent. deciſ. 460. nu. 6. part. 3., & in Sipontina penſionis 8. Aprilis 1647. coram R.P.D. meo Peutingero*, cum pluribus adductis per *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 38. nu. 123. & ſeqq., & per Adden. ad Gregor. deciſ. 557. num. 11.*

Quæ concluſio eo facilius procedit in præſenti caſu, ex quo conſtat de reſeruatione
5 penſionis, & ſic poſſeſsio eſt titulata, *cap. licet cauſam de probatio: Bart. in l. ſi duo num. 4, verſ. ſed ſi vterque, ff. vti poſſidet: Bald. conſ. 420. nu. 8. lib. 1. Menoch. de retinenda remed. 3. num. 733.*, & in terminis penſionis *Rot. d. deciſ. 460. num. 5. part. 3. recent.*

Non obſtat, quod Marcellus reſignauerit officium Militis Lauretani, cuius vigore,
6 etiam ſi vxoratus eſſet, poterat retinere penſionem, quià, attento alio Indulto ſanct: me Vrbani, ceſſat huiuſmodi defectus, vt dixit *Rot. coram Buratt. deciſ. 791. nu. 1., & in Ferrarien. penſionis 14. Iunij 1624. coram Remboldo*, & ipſe remanſit habilis perindè, ac ſi nunquã duxiſſet vxorem, *Anchar. conſ. 404. num. 4. verſ. diſpenſatio enim, Dec. conſil. 542. eodem num. verſ. vnde ſatis, Rot. deciſ. 50. num. 11. & ſeqq. part. 5. recent.*

Exceptio verò, quod dictum Indultum non ſit merè gratioſum, illudque indigeat iuſtificatione, quæ deficit in præſenti caſu, viſa fuit
7 Dominis, adeò turbida, vt reijcienda veniat ad petitorium, *Rota apud Poſt. de manutenen. deciſ. 113. num. 17. & ſeqq., deciſ. 157. num. 5., & deciſ. 482. num. 3.*

Et dùm diſcutitur de validitate, vel inualiditate tituli debet interim penſionarius ma-
8 nuteneri in ſua poſſeſsione, ex adductis per *Garz. de benef. part. 1. cap. 5. num. 549. & ſeqq. Modern. Roman. diſcept. forenſ. cap. 113. nu. 28. Caputaq. deciſ. 321. part. 1., & deciſ. 317. part. 2.*, & dictum fuit *in Romana Subcollectoriæ 17. Martij 1645. coram R.P.D. meo Bichio.*

Manutentio enim pendet à poſſeſsione;
9 non autem ab Indulto, *Bald. in l. Ordinarij nu. 7. verſ. in poſſeſſorio, C. de rei vendicat. Innocent. in c. bonæ memoriæ n. 4. de poſtulat. prælat.* vltrà plures adductos *in Hiſpalen. Decimarum 27. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Corrado.*

Nec releuat ſententia lata a Vicario Mediolaneñ, quià illa fuit ſuſpenſa per appellatio-
10 nem, *c. cum teneamur*, ibique *DD. de appellatio, Scappuccin. de Salu. lib. 3. quæſt. 7. nu. 4. & 5., Garz. de beneſ. part. 1. cap. 5. num. 551. & ſeq.*, vbi quod
11 non dicitur iudicatum, quandò fuit appellatum, *Rota coram Gregor. deciſ. 313. num. 4. & in Calaguritana penſionis apud Marcheſ. de Comm. fol. 521. num. 1. & 2. part. 1.*

Et ità vtràque parte informante reſolutum fuit, &c.

PARMEN. EMPHYTHEVSIS.

Luna 22. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione partis facta in libello, necnon ex clauſula, *A moto*, & petitione aſſociationis, neque illa amittitur per ſententiam Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis, etiam ſi talis ſententia fuerit lata ſub prętextu non ſolutionis Canonum, vel deteriorationis, & alienationis bonorum, dùm mora in ſoluendo non eſt biennalis, & deterioratio, & alienatio bonorum non probatur concludenter.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis.*
2 *Probatur pariter ex clauſula*, A moto.
3 *Item probatur ex inſtantia facta contrà aliquem ad viden. aſſociari.*
4 *Manutentio datur probata poſſeſſione.*
5 *Inſtantia cœpta per defunctum continuatur in eius hæredem.*
6 *Manutentio competit hæredi eodem modo, quo competebat defuncto mediante iudicio per ipſum cœpto.*
7 *Hæredem aliquem eſſe probatur ex Teſtamento, & ex aditione hæreditatis.*
8 *Poſſeſſione non priuat Iudex, qui nulliter, & iniuſtè procedit.*
9 *Citatio non ſufficit per contradictas, ſi procurator fuit conſtitutus in actis, idque deductum ad notitiam Partis.*
10 *Sententia lata ſine citatione eſt nulla.*
11 *Emphytheuta Eccleſiæ non incurrit caducitatem ob canones non ſolutos, niſi mora ſit biennalis.*
12 *Confeſſio partis facta in indicio ſuperat quamcumque probationem.*
13 *Caducitas, vt euitetur, ſufficit qualibet cauſa.*
14 *Actor probare debet fundamentum ſuæ intentionis.*
15 *Quæ non ſunt de actis non veniunt attendenda.*

DECISIO XLVIII.

POSSESSIO Angeli Boſſelli quoad bona, de quibus agitur, probatur nō ſolum ex Inſtrumento Concordię inito de menſe Iunij 1632;
1 Sed etiam ex confeſſione explicita Laurentij facta in libello, in quo fatetur Angelum poſſeſſorem, *ad text. in l. cū precum, C. de liberal. cauſ. Rot. deciſ. 132. num. 3. part. 7. recent., & in Iuuenacen., & Melphiten. Bonorum 15. Ianuarij 1646. co-*
2 *ram R. P. D. meo Corrado*; iuncta etiam clauſula *A moto, Rota coram Buratt. deciſ. 908. num. 3., cum*
3 *alijs per Barboſ. clauſ. 5. num. 2.* Necnon petitione aſſociationis, *Rot. in Romana Domus apud Poſt. de manut. deciſ. 336. num. 1.*
4 Vndè ſicuti vigore illius eidem Angelo, ſi viueret, competeret mandatum de manutenendo, *§. retinendæ Inſtit. de interdict., c. licet cauſam*, ibique *Doct. de probat. Rot. coram ſanct. mem.*
5 *Gregor. deciſ. 582. num. 1.* ità inſtantia per ipſum cœpta continuatur in Iacobum illius hære-
6 dem, cui propterea proſequenti idem iudiciū cenſuerunt Domini, concedeñ eſſe mandatū de manutenendo, *Menoch. de retinen. remed. 3. nu. 62. Garz. de benef. part. 5. cap. 5. nu. 44. Boccacc. de interd. vti poſſid. cap. 2. nu. 23.* & dixit *Rot. dec. 315. in princ. part. 4. diuerſ., & in recent. deciſ. 241. nu. 2. & ſeqq. part. 1., & apud Pacif. de Salu. deciſ. 141. num. 3. & 4.*

7 Quod autem Iacobus ſit hæres Angeli, apparet ex Teſtamēto condito de menſe Martij 1643. & in publicam formam in actis exhibito, *Vin. com. opin. concluſ. 353. num. 1., & ſeqq.* Quodque illius hæreditatem adiuerit; conſtat ex alio Inſtrumento ſub die 11. Aprilis 1647. in quo ſe declarauit hęredem cum *benef. leg., & Inuent., Rot. in Montis Politiani pecuniaria 16. Decembris 1611. coram Penia.*

8 Non obſtat poſſeſſio Laurentij, apprehenſa ex mandato Iudicis, quià non priuauit Angelum ſua poſſeſſione, dùm nulliter, & iniuſtè proceſſit, *l. nec imperiale, C. ſi per vim, vel alio modo, gloſſ. in l. iuſtè poſſidet, ff. de acquir., vel amitt. poſſ., Rot. deciſ. 708. num. 2. part. 4. tom. 3. recent.*

9 Nullitas euidenter apparet, quià fuit proceſſum per contradictas non obſtante, quod adeſſet procurator cōſtitutus in actis, illiuſque mādatum intimatū parti, vt notant in eorum praxi, *Veſtr. lib. 4. c. 5. n. 5. verſ. nec aliàs, Saluſt. Tib. lib. 1. cap. 3. num. 8. verſ. citatio autem, Mohed. deciſ. vlt. de Iudic., Caſ. de Graſſ. deciſ. 191. aliàs 2. nu. 5. de ſent. excom., cum alijs per Add. ad Buratt. dec. 943. num. 15.*

10 Vndè ſententia eo ipſo remanſit nulla tanquam lata ſinè citatione, *Clem. ſæpè*, ibique *gloſſ. in verb. ad id de verb. ſignif., Felin. in cap. conſuluit num. 16. de offic. deleg., Rot. coram Caualer. deciſ. 35. per totam, & deciſ. 53. à principio.*

Iniuſtitia pariter videtur patens, dum non iuſtificatur prętenſa caducitas ob non ſolutionem Canonum, & bonorum deteriorationem, ac alienationem factam irrequiſito pro-
11 prietario: Siquidem pro canonibus, certum eſt, deberi tantummodò libras 860. ſingulis annis, vt ex Inſtrumento Inueſtituræ, *Summario Iacobi nu. 4.*; Ex petitione autem facta per Laurentium conſtat, Angelum non fuiſſe debitorem niſi in ſumma librarum 1004. *eodem Summario num. 2.*, & ſic cum non adeſſet mora, ſaltem biennalis, prout requiritur in Emphytheuta Eccleſiæ, non poteſt dici incurſa caducitas, per *text. in l. 2. C. de iur. Emphyt. cap. potuit, §. Emphytheuta quoque de locat., Auth. qui rem, C. de Sacroſ. Eccleſ., & Auth. de non alienan. §. ſcire autem, Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 27. nu. 1., Rot. coram Caualer. deciſ. 360. num. 1., & ſeq., & poſt Pacif. de Salu. deciſ. 287. num. 1., & in recent. deciſ. 708. nu. 4., & deciſ. 719. num. 1. part. 4. tom. 3.*

12 Maximè cum occaſione eorundem Canonum fuerint Laurentio aſſignati fructus cuiuſdam prædij durante vita tàm Angeli aſſignantis, quàm Laurentij aſſignatarij, quos fructus ab ipſo fuiſſe perceptos, apparet, & ex Teſtibus examinatis, & ex confeſſione iudiciali eiuſdem Laurentij, qua nulla maior probatio, *l. cum precium, C. de liberal. cauſ., Rot. in rec. deciſ. 49. num. 4. part. 7.*

13 Ex quibus vel reſultat vehemens pręſumptio ſatisfactionis, vel ſaltem iuſta cauſa excu-

ſandi

Digitized by Google

ſandi Emphyteutam à caducitate, prout quælibet ſufficit adhunc effectum, vt dixit *Rot. coram Buratt.deciſ.624.nu.7. & ſeqq.*, & firmatum fuit *in Romana pratenſa deuolutionis 22.Iunij* 1624 *coram Remboldo,& in Romana Vinea 7.Iunij* 1647. *coram R.P.D.meo Corrado*.

14 Quo verò ad deteriorationē dixerunt Domini, illam nullo modo probari, prout à Laurentio, qui agit ad deuolutionem, & caducitatem plenè,& concludenter probari deberet, *ad text. in l.qui accuſare,C.de edend., Rot.in bis terminis deciſ.25.num.1.part.6.in recent.,& coram Caualer.deciſ.558.eod.num.*, alioſque cumulat *Gratian. cap.152.num.1., & ſeqq.*

15 Et eodem modo reſponſum fuit reſpectu prætenſæ alienationis de ijſdem bonis, cum de ea nihil appareat in actis, itaut talis prætenſio non veniat attendenda, ſicuti in his terminis dixit *Rot.in Romana Vinearū 10.Iun.*1639. *corā Carillo, & in Romana Vinea 27.Aprilis* 1646. *coram R.P.D.meo Corrado, ac in recent. deciſ.383. num.3., & ſeqq. part.4.tom.2.*

Et ità altera tantum, &c.

GANDAVEN. EXEMPTIONIS.

Luna 22.Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Declaratoria datur contrà inobedientes executorialibus Rotalibus, ſed contrà Epiſcopum Interdictum ab ingreſſu Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur ob non paritionem concurrentibus requiſitis neceſſarijs.*

2 *Contumacia eo ipſo probatur, quod reproductis Executorialibus non docetur de paritione.*

3 *Contumacia in parendo probatur ex proteſtationibus, & actibus poſitiuis in contrarium.*

4 *Clerici non tenentur parere præceptis Curiæ Secularis.*

5 *Impedimenta præſumuntur procurata ab eo, de cuius intereſſe agitur.*

6 *Recurrens ad Iudices Laicos incidit in excommunicationem contentam in Bulla Cœnæ.*

7 *Declaratoria facilius conceditur, quandò conſtat de contrauentione.*

8 *Contumacia, & inobedientia eſt magis damnabilis in perſona Eccleſiaſtica, quam Seculari.*

9 *Interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ datur contrà Epiſcopum parere recuſantem.*

10 *Ob non paritionem Executorialibus Rotalibus datur declaratoria contrà Inobedientes.*

DECISIO XLIX.

POSTQVAM per ſententiam Rotalem, quæ tranſitum fecit in iudicatum, declaratum fuit, Monaſteria Fratrum,& Monialium Sanctiſſimi Saluatoris Ordinis S.Birgittę in oppido Teneramundano, eſſe omninò exempta, & libera à Iuriſdictione Ordinarij Gandauē, relaxatæ fuerunt literæ Executoriales contrà Reuerendiſſimum Epiſcopum, & Odiliam Vander Burght aſſertam Abbatiſſam eiuſdem Monaſterij; qui, cum non ſolùm parere recuſauerint, quinimò expreſsè ſeſe oppoſuerint; ideò contrà eoſdem cenſuerunt DD. dandam eſſe declaratoriam.

1 Siquidem ex iuribus in actis productis conſtat de relaxatione literarum Executorialium cum cenſurarum comminatione, de illarum intimatione perſonalitèr executa, & legitimè reproducta, necnon, fuiſſe ſeruatos quatuor terminos ſeruari ſolitos, quibus ſtantibus, non docto de paritione, declaratoria concedi debet, iuxtà notorium, & inueteratum ſtylum huius ſacri Tribunalis, de quo teſtatur *Felin. noſter in cap. ad probandum nu.6.de ſent.& re indic. Veſtr.in prax.lib.8. cap.vlt.num.19. Achilles dec.5. de ſent. excomm. Mantic. deciſ.74. num.1.. Duran. deciſ.149.deciſ.311.vbi in ſpecie contrà Epiſcopum, & deciſ.367. & in recent. deciſ.478. part 2. quæ eſt inter impreſſ. Buratt. deciſ.17. per tot. & deciſ.631. num.1. & ſeqq. part.4. tom.3. & deciſ.254.num.1. & ſeqq. part.6.*

2 Contumacia, & inobedientia in parendo remanet de per ſe ſufficientèr iuſtificata, dùm reproductis executorialibus, non docetur vllo modo de paritione, *ad notat.per DD.in cap.1.de ſent.excom.in 6. Rot.coram Seraph.deciſ.1113.nu.3. & in Calaguritana penſionis 4.Decembris 1624. coram Manzanedo*, penes *Poſt.de manutenen.dec.193. num.1. & in recent. deciſ.631. num.3. & 4. & deciſ.735.num.3.part.4.tom.3.*

3 Et nihilominus poſitiuè probitur ex proteſtationibus tàm ab Epiſcopo, quàm ab Odilia factis, de quibus in *Summario num.2. & 3.* per quas conſtat de expreſſa recuſatione parendi, *Rot.coram Andr.deciſ.107.la ſeconda num.1. in Mediolanen.bonorum 4.Aprilis* 1642. *coram bon: mem: Merlino, in Ampurien. ſeù Ciuitaten. connocationis ad Synodum 13.Febr.1645.coram R.P.D.meo Meltio, & in Leodien. Scholaſtria 1.Iuly* 1647. *coram R.P.D.meo Veroſpio.*

4 Nec releuat reſpectu Epiſcopi cauſa per ipſum expreſſa, nempè, quod erat inhibitus parere, attentis præceptis Curiæ Secularis; Nam ex debito ſui officij illa nullo modo ſeruare tenebatur, *cap.non minus, & cap.aduerſus de immunit. Eccleſ. Nauarr.in manuali cap.17.nu.201. verſ.quando demirari, cum alijs per Surd.deciſ.129. num.4., & ſeqq.*

5 Imò patet, prædicta impedimenta fuiſſe ab eodem procurata, & affectata ad cōfouendam propriam contumaciam, prout in dubio etiā præſumerentur, ex quo agitur de intereſſe ipſius, *Rot.coram Seraph.deciſ.1094.num. 1.& ſeq.* & penes *Poſt.de manutenen.deciſ.337.num.4. & 5. Buratt.deciſ.335.nu.4. & in recent. deciſ.529.nu.4. part.1. & deciſ.407.num.9. part.4.tom,2.*

6 Et ideò ex huiuſmodi recurſibus habitis ad Iudices laicos pro impedienda vlteriori executione dictarum literarum incidit in excommunicationem comminatam in Bulla Cœnæ Domini, de qua in *Bull. nouo tom.3. Conſtit.63. §.13.* Et probatur, non ſolùm contumacia, ſed etiam expreſſa inobedientia,& contrauentio, *Rot.d.deciſ.407.nu.3. & per tot. part.4. tom.2.*

recent. & deciſ.735. num.5. & ſeqq. part.4.tom.3.
7 qua ſtante, faciliùs venit concedenda declaratoria, vt fuit dictum in *Leodien. Decimarũ 3. Iunij* 1647. *coram R.P.D. meo Cerro*, vt tandem reſipiſcat, & debitũ iuſtitiæ præſtet obſequinm, *cap.1. verſ. vt ex hoc de except. in 6. & cap.1. de ſent. excomm. eodem lib. gloſſ. in cap. duo ſunt, verb. videbatur 96. diſt., Rot. in Iuuenacen., & Melphiten. bonorum 1. Iulij* 1647. *coram R.P.D. meo Corrado*.
8 Nam, ſi contumacia, & inobedientia damnanda, & deteſtanda venit in laicis, & perſonis ſecularibus, multò magis in Prælato, & perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta. Vndè in ſimili valdè dolendum eſſe, exclamauit Rota, quod mandata ipſius, quæ verius Apoſtolica dici poſſunt, ita indecentèr ſpernantur, & contemnantur, *vt in deciſ. Toletana Canonicatus 31. Ianuarij* 1611. *coram Lancell.. poſt ſecundum volum. conſ. Farinacc. deciſ. 308. num.1.*, & in alia *Toletana Canonicatus 18. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Otthobono*.
9 Ex quibus declaratoriam contrà Odiliam; contrà Epiſcopum verò interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ cõcedendum eſſe, cenſuerunt Domini, *iuxtà deciſ. Durani 311. num.1. & in recent. deciſ. 735. per tot. & præſertim num. 8. part.4. tom.3.*

Et ità deciſum fuit alterà tantum parte informante.

GERVNDEN, BENEFICII.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficinm illi debet adindicari, qui docet de Iurepatronatus, de præſentatione facta ad ſui fauorem ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentaſi, de Vacatione qualitate, & valore eiuſdem Beneficij, & de alijs expreſſis jn gratia.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium adiudicaũ eſt ei, qui iuſtificauit omnia narrata in gratia.*
2 *Iuſpatronatus probatur ex confeſſione Collitigantis, quandò agitur de præiudicio ipſius, non autem de præiudicio Ordinarij.*
3 *Iuſpatronatus probatur ex Inſtrumento fundationis, & dotationis.*
4 *Conſenſus Ordinarij non eſt neceſsè, quod interueniat in ipſo Inſtrumento fundationis.*
5 *Conſenſus Epiſcopi præſumitur ex curſu longiſſimi temporis, & ex præſentationibus effectum ſortitis.*
6 *Conſenſus Epiſcopi probatur ex Inſtrumento fundationis.*
7 *Pertinentia Iuriſpatronatus ex quibus remaneat iuſtificata.*
8 *Deſcendentia ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentañ, ſufficit, quamuis non probetur à primo fundatore.*
9 *Poſſeſſio vel quaſi præſentandi probatur ex pluribus præſentationibus effectum ſortitis.*
10 *Conſenſus præſtiti Reſignationibus habent vim præſentationum, & conſtituunt in quaſi poſſeſſione præſentandi.*
11 *Vacatio per obitum Alicuius probatur ex confeſſione partis.*
Beneficium non requirere reſidentiam perſonalem, probatur ex eadem confeſſione, dicto num.11.
Prout etiam valor Beneficij per non exceſſum, eodem num.
12 *Proximitas non eſt probanda per gradus diſtinctos quandò Teſtator non ſe reſtrinxit ad certũ gradum*

DECISIO L.

1 FIRMATVM fuit ſub die 11. Martij præteriti Ioanni Prim beneficium eſſe adiudicandum; cui reſolutioni cum Michael non àcquieſceret, licet poſteà informare recuſauerit propoſui dubium ſuper iiſdem: Et Domini perſtiterunt in deciſis, ex quo narrata pro eius parte fuerunt plenè iuſtificata, iuxtà *text. in cap. cum Bertholdus de re iudic., Rot. in Mutinen. beneficij 27. Martij præſentis anni corã R.P.D. Arguelles, & in Leodien. beneficij 22. Iunij currentis coram R.P.D. meo Veroſpio.*
2 Iuſpatronatus enim ex fundatione, vel dotatione remanet iuſtificatum, nedùm ex ſimili narratiua, facta à Michaele in literis ſuæ prouiſionis, ex qua reſultare ſufficientem probationem Iuriſpatronatus in præiudicium ipſius confitentis, licet ſecus in præiudicium Ordinarij, notat *Garz. de benef. part.12. cap.2. nu.276. & ſeqq., Caſſad. deciſ.7. num.1. de iurepatr., Put. deciſ.316. lib.2. & deciſ.36. num.1. lib.3., Mantic. deciſ.350. num.10., Buratt. deciſ.183. num.2. & ſeqq. vbi Add. n.25., Taurineñ Iuriſpatronatus 4 Martij 1594. corã Orano, & in Compoſtellana Parochialis de Linago 1. Iulij 1647. coram R.P.D. meo Cerro.*
3 Sed etiam ex ipſo Inſtrumento fundationis, quo melior probatio dari non poteſt, *Pariſ. de confid. benef. quæſt.28. num.214. & ſeqq., Ricc. de iurepatron. reſolut.1. nu.3., & reſolut.51. ſub num.2. verſ. dubitũ fuit, Rot. diuerſ. deciſ.563. in princ. par.4.* & fuit dictũ in *Gerunden. Beneficij 27. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Bichio.*
4 Difficultas verò circà conſenſum Epiſcopi, qui etiam ex poſt facto poteſt interuenire in creatione, & fundatione Iuriſpatronatus, iuxtà *gloſſ. in cap. nullus, verb. conferat de iurepatr. c. ſuggeſtum eod. tit., Ferrett. conſ.210. num.3. Buratt. deciſ.702. num.5. & ibi Add. qui plures cumulant nu.9.*
5 In præterita propoſitione cauſæ viſa fuit Dominis ſufficienter tolli, & ex longiſſimo temporis curſu, & ex pluribus præſentationibus ſucceſſiuè factis, & effectum ſortitis adnotata per *Dec. conſ.135. num.1., Crot. conſ.42. nu.12. lib.1., Barbat. conſ.33. num.1. lib.2., Roch. de Curte de iurepatr. verb. pro eo nu.19., Rot. coram Seraph. deciſ.871. num.3., & coram Caual. deciſ.265. num.5.* & fuit dictum *in S. Marci beneficij 24. Maij* 1608. *coram Manzanedo.*
6 Hodiè autem ceſſauit penitùs ex ipſo Inſtrumento fundationis exiſtente in actis in publicam formam, in quo eiuſdem Ordinarij conſenſus expreſsè legitur *Rot. in Aqueñ Iuriſpatronatus 7. Nouemb. 1601. corã Lancell. apud Marcheſ. tom.1. fol.454., & coram Buratt. deciſ.702. num.1.*

Perti-

7 Pertinentia reſpectu Petri, à quo Ioannes præſentationem obtinuit, non poteſt controuerti, dùm teſtes pro eius parte examinati deponunt, Petrum prædictum eſſe de familia fundatoris, & eſſe Dominum, & poſſeſſorem manſi Prim, & ſic habere qualitates ab eodem fundatore requiſitas, *Rot. coram Buratt. deciſ. 737. num. 1., Seraph. deciſ. 774. in fine, & dixit Rot. in Rom. Iuris præſentandi de Capranica 24. Ianuarij 1614. coram Manzanedo*, & fuit reſolutum *in Tridentina Iuriſpatronatus in præterita Rota ſub die 22. præſentis menſis corã R. P. D. meo Otthobono.*

8 Et vlteriùs eſſe nepotem, & heredem Iacobi, qui erat in poſſeſſione præſentandi, quamuis non probent eſſe deſcendentem à primo fundatore, ex adductis per *Lambert. de Iurep. par. 2. lib. 2. quæſt. 10. art. 6. num. 7., Caual. deciſ. 382. nu. 1. & in recent. deciſ. 337. num. 3. part. 2., & deciſ. 273. num. 2., deciſ. 606. nu. 5. verſ. & etiam, & deciſ. 723. num. 2. part. 3.*, & fuit dictum in *Firmana beneficij 3. Decembris 1621., & in Veliterna Cappellaniæ 19. Ianuary 1622. coram Manzanedo.*

9 Quod autem Iacobus exiſteret in quaſi poſſeſſione præſentandi, deſumitur ex pluribus præſentationibus ab ipſo factis, & effectum ſortitis, vt probat *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina nu. 93. verſ. quintò requiritur de cauſ. poſſ. & prop. Rot. in Piſana Cappellaniæ 20. May 1594. coram Blanchetto, apud Marcheſ. de Cõmiſſ. part. 1. fol. 134. num. 1., & dicta deciſ. 382. num. 5. coram Caual.*

10 Et ex conſenſibus prϛſtitis diuerſis Reſignationibus, quæ vim præſentationis habent, & cõſtituunt in eadem quaſi poſſeſſione præſentandi, perindè ac ſi veræ præſentationes interueniſſent, per *conſ. Abb. 54. nu. 1. lib. 1., Rot. poſt Viuian. de Iurepatronatus deciſ. 16. num. 5., & in recent. deciſ. 154. num. 4. part. 2., & deciſ. 661. num. 3. verſ. in dictis verò Reſignationibus part. 3.*

11 Cœtera penes Dominos tranſierunt ſine difficultate: Nàm, quod beneficium, de quo agitur, vacauerit per obitum Baudilij ſequutum extra Romanam Curiam, quodque illud perſonalem reſidentiam non requirat, nec excedat valorem duc. 24., omnia probantur ex confeſſione Michaelis aduerſarij, iuxtà *deciſ. Aegid. 268.*, & dictum fuit in *Caſaleñ Canonicatus 13. Ianuarij 1606. coram Ortembergo, & in Tudertina Symoniæ 16. Iunij 1614. corã Sanctiſſ. D. N. Innocentio X., & in Ratisboneñ Canonicatus 11. Ianuary 1616. coram Pirouano, inter recent. deciſ. 202. ſub num. 1. part. 4.*

12 Demùm altera qualitas, quod Ioannes ſit Presbyter proximior, & de genere fundatoris probata remanet ex quatuor teſtibus ſer. ſer. examinatis, qui licet non deponant de proximitate per gradus diſtinctos; Nihilominus cum illa non fuerit limitata ad certum, & determinatum gradum, nec alius compareat, qui ſe proximiorem prætendat viſi fuerunt ſufficienter probare, *Viuian. de Iurepatr. lib. 4. cap. 9. ſub nu. 17. verſ. attamen, & dixit Rot. in Placentina Cappellaniæ 10. Ian. & 22. Octobris 1594. coram Penia*, & latè deductum fuit in deciſione, quæ reuidetur.

Et ita denuò vna tantum parte informante, altera verò ſępè ſępius citata deciſum fuit, &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Creditum probatur ex ſolidatione, & ſubſcriptione facta per debitorem; qui etiam illud agnouit mediante ſolutione partis.

SVMMARIVM.

1 *Solidatio probat creditum in ſumma ſolidata.*
2 *Debitum probatur ex illis verbis,* reſto debitore.
3 *Subſcribens ſcripturæ fatetur omnia contenta in ſcriptura ſubſcripta.*
4 *Debitum agnoſcitur per ſolutionem partis.*
5 *Creditori, cui eſt facienda ſolutio, ſufficit negare illam fuiſſe factam.*

DECISIO LI.

RESOLVTVM fuit, conſtare de credito Eminentiſſimi Cardinalis Columnæ in ducat. 1132.53.—; monetæ Regni; Nam, cum in ſolidatione facta de menſe Aprilis 1639. Philippus remanſerit debitor occaſione ſuæ Adminiſtrationis in ducat. 2961. 29.÷, & ab inde citrà ſoluerit tantummodò in quinque vicibus ſcut. 1728.47. monetæ Romanæ conſtituentia duc. Regni 1328.76. remanet credi-
1 tũ Cardinalis in prędicta ſumma duc. 1132.53: Solidatio enim probat cõcludenter creditum in ſumma, quæ fuit in ſolidatione firmata, vt notat *Alex. conſ. 141. num. 4. lib. 6.* vbi præſertim quandò cauſa debiti fuit in ſolidatione expreſſa, & ſequitur *Genua de ſcript. priuat. lib. 2. tit. 1. de apoca manu deb. ſubſcr. num. 6., Rebuff. de liter. obligat. art. 6. gloſſ. 3. num. 37., Modern. Roman. forenſ. diſceptat. cap. 391. num. 1., Rota in Romana Pecuniaria 12. May 1544., & in Leodien. Pecuniaria 28. Ianuary 1647., & 2. Marty 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*

2 Et maximè in præſenti caſu, in quo præmiſſis partitis dati, & accepti, ac verbis illis, *Reſto debitore, &c.*, quæ debitum apertè demonſtrant; adeſt ſubſcriptio Philippi in fine, ibi: *Io Filippo Matthei Erario confermo quãto di ſopra.*

3 Per quam ſubſcriptionem omnia in apoca, & ſcriptura cõtenta cenſentur approbata, *§. primo Inſtit. de emptio, & vendit., l. ſicut, §. non videtur, vbi Bart. num. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu., Ang. in l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus num. 1. ff. de verb. oblig., Dec. in c. quoniam contrà num. 210. de probat., Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 66. nu. 7. Gabr. eod. tract. concluſ. 3. num. 1., & ſeqq., Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 60. num. 3., & num. 17., & ſeqq., Rot. coram Buratt. deciſ. 750. num. 1., & in re cent. deciſ. 263. num. 13., & 14. part. 4. tom. 2.*

4 Immò vltrà prædictam ſubſcriptionem, debitum huiuſmodi fuit agnitum, & acceptatum per ſolutionem partis: Itaur amplius impugnari non valeat, *l. ſi cui res, vbi Bart. ff. de legat. 2., l. cum fidem, C. de non numer. pecun., Bald. in l. ſi certis annis num. 10. C. de pact., Dec. conſil. 618. num. 2., Menoch. præſ. 135. nu. 18. lib. 3.*, & dictum

fuit

fuit in *Eſina Pecuniaria 26. Iunij 1647., & 17. Februarij 1648. coram R.P.D. meo Peutingero*, & in allegata *Leodien. Pecuniaria coram R. P. D. meo Bichio*.

5 Non obſtant reliquæ prætenſæ ſolutiones; Nam, dùm illæ nullo modo probantur, ſufficit Eminentiſs. Cardinali, negare, illas fuiſſe factas, *ad text. in l. quinquaginta, ff. de probat. gloſſ. in l. 2. verb. repellere*, ibique *Bart. num. 9. C. de iure emphyt., Rot. deciſ. 516. nu. 2. part. 2. recent., & coram ſanct: mem: Gregor. deciſ. 139. num. 1. & ſeqq.*

Et ità deciſum fuit altera tantum parte informante.

PAMPILONEN. DECIMARVM de Vſſurbil.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio, vel quaſi exigendi decimas probata reſpectu partis operatur etiã reſpectu totius, & acquiſita per anteceſſorem ſuffragatur ſucceſſori.

SVMMARIVM.

1 *Rector habet aſſiſtentiam iuris ſuper decimis.*
2 *Poſſeſſio Anteceſſoris in exactione decimarum ſuffragatur etiam ſucceſſori ad effectum manutentionis.*
3 *Poſſeſſio, vel quaſi exigendi partem operatur reſpectu totius attenta vniuerſalitate cauſæ.*
4 *Aſſiſtentia iuris, quam habet Rector ſuper decimis, prodeſt etiam alijs, qui admittuntur ad illarum participationem.*
5 *Teſtes deponentes ex certa ſcientia de exactione decimarum optimè probant.*
6 *Laici ſunt incapaces decimarum, niſi doceant de legitimo titulo.*
7 *Teſtes, ad probañ Immemorabilem, debent deponere cum requiſitis gloſſæ.*
8 *Immemorabilis ceſſat, quandò aliquid fuit viſum, vel auditum in contrarium.*
9 *Manutentio in exactione decimarum non poteſt negari habenti poſſeſſionem, & aſſiſtentiam iuris ſub prætextu exceptionis diſcutiendæ in petitorio.*

DECISIO LII.

RECTORI, & Beneficiatis tantùm informantibus, reſponſum fuit, dandum eſſe mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſ-
1 ſione exigendi decimas; ſiquidem reſpectu Rectoris non ſolum illius intentio remanet iuſtificata ex diſpoſitione iuris communis, iuxtà *text. in cap. cum contingat, & cap. cum in tua de decimis, cap. ſtatuimus, & cap. in ſacris 16. quæſt. 1. cap. fin. de reſtit. ſpol. in 6. gloſſ. in cap. conquerente verb. decimationum de offic. ordin., Butr. in cap. à nobis nu. 4. de decim. Rebuff. eod. tract. quæſt. 7. num. 3., & 4., Abb. conſ. 58. in fine, verſ. concludo ergo lib. 1., Menoch. conſ. 36. num. 20., Rot. deciſ. 76. & deciſ. 178. vtrobique nu. 1. part. 1. rec., deciſ. 193. nu. 5. verſ. vltra quod, part. 2. deciſ. 666. nu. 2. par. 3., & deciſ. 226. num. 12. part. 7., & coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 205. num. 18. & in alijs.*

Verùm etiam ex cõfeſſione propria coniugum de Zabalà, & ex teſtibus formiter examinatis, deponentibus, de quaſi poſſeſſione Rectorum pro tempore exigendi quartam
2 partem earundem decimarum, quæ ſanè poſſeſſio ſuffragatur moderno ſucceſſori agenti nomine Eccleſiæ pro defenſione, & manutentione iurium illius, iuxt. not. per *Felin. in c. conſtitutus num. 19. de reſcript., Rot. coram Seraph. deciſ. 1417. num. 3., Beneuentana Decimarum* penes *Marcheſ. de commiſſ. tom. 2. fol. 515. per tot., Duran. deciſ. 21. num. 2.*, & dictum fuit in *Hiſpalen. Decimarum 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado*.

3 Et operatur non ſolum reſpectu dictæ quartæ partis; ſed etiam reſpectu totius integræ decimæ, cum proueniat à cauſa, & iure vniuerſali, vt benè per *Butr. in cap. fin. nu. 46. de cauſ. poſſeſſ. & prop., Seraph. deciſ. 147. num. 1., Coccin. deciſ. 134. eodem num., & in recent. deciſ. 484. nu. 2. part. 3., cum alijs per Add. ad Greg. deciſ. 557. nu. 11. & per Moderu. Peruſin. de manut. obſeru. 73. nu. 154. & ſeqq.*

4 Reſpectu verò Beneficiatorum eadem aſſiſtentia iuris, quæ ſtat pro Rectore iuuat etiam ipſos, qui admittuntur ad participandum de iſtis decimis, & vna cum Rectore agunt ad excluſionem Tertij illas occupantis, iuxtà *deciſ. Seraph. 899. num. 3. & ſeqq., & deciſ 908. nu. 3., & 4., & in recenc. deciſ. 667. num. 3. & ſeqq. part. 4.* & notant *Add. ad Buratt. deciſ. 402. num. 6.*

5 Et vlterius probatur exactio ab ipſis facta de integra decima vna cum Rectore tunc viuente de anno 1640., & duobus ſequentibus, vt deponunt teſtes dati in *Summario nu. 6.*, qui cum ſint plures, & reddant optimam cauſam ſcientiæ, ex quo decimas collegerunt, benè probant in hac materia *l. ſolam*, & ibi *gloſſ. C. de teſtib., Bald. in l. Presbyteri num. 14. verſ. quidam petijt, C. de Epiſcop. & Cleric. Rot. deciſ. 189. nu. 2., & deciſ. 272. nu. 1. in fine part. 2. recent.*, cum alijs adductis per *Add. ad Gregor. deciſ. 449. num. 11.*

6 Nec quicquam releuat pretenſa quaſi poſſeſſio acquiſita per dictos coniuges, quià tanquam laici nullam potuerunt acquirere poſſeſſionem manutenibilem in exactione decimarum ſpiritualium ob vehementem reſiſtentiam iuris, nullo adducto legitimo titulo, *cap. cum perſona, §. penult. & vl. de priuileg. in 6., cap. tua 26. de decim. cap. cauſam quæ 7. de præſcript. Abb. in cap. ad hæc num. 1. & 2., & in cap. quamuis eiſdem numeris de decim. Menoch. de retinen. remed. 3. nu. 589., & ſeqq., Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 11. num. 23. 24. & 38. & ſeqq., Rot. in recent. deciſ. 624. num. 12. part. 1., & in Rauennaten. ſeù Ferrarien. decimarum 25. Februarij, & 26. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Cerro.*

7 Immemorabilis verò non obſtat, tum quià teſtes ſuper ea examinati non deponunt cum requiſitis gloſſæ cõmuniter receptæ *in cap. 1. verb. memoria de præſcript. in 6.* prout neceſſarium eſſe firmat *Gabr. eod. tit. concl. 1. num. 81., Couar. in cap. poſſeſſor part. 2. §. 3. num. 7. de reg. iur. lib. 6., Seraph. deciſ. 1102. num. 2., Caual. deciſ. 174. num. 1., & in recent. deciſ. 248. num. 2., & deciſ. 272. num. 4. part. 2., & deciſ. 101. num. 6. part. 4. tom. 2.*

Tùm

8 Tùm etiam, quià alij Teſtes inducti à Beneficiatis dictam immemorabilem expreſsè excludunt, dum dicunt audiuiſſe ab eorum parentibus, & antianis, quod anteactis temporibus Rectores, & Beneficiati inſimul exigebant integrè dictas decimas, *vt in Summ.nu.7.*, quod ſufficit pro excludenda immemorabili ad cuius iuſtificationem requiritur, quod nihil vnquam actum, viſum, vel auditum fuerit in contrarium, *Balb.de præſcript.part.2. partis 3. principalis quæſt.6.num.24. verſ.dicit enim, & ſeq., Specul.de probat. verb.probare n.20., Rot.poſt 2.vol. conſ.Farinacc.deciſ.276.num.5. & coram ſan:mem: Gregor.deciſ.196.num.1., Add.ad eundem deciſ.298. num.13.*, & latè firmatum fuit *in Pampilonen.decimarum 10.Ianuarij 1639.coram Eminentiſſ.Card. Veroſpio*.

9 Et in omnem caſum, dùm prædicta omnia exactiùs diſcutiuntur in petitorio, non poteſt intereà Rectori, & Beneficiatis ſimul agentibus negari manutentio, *Rot.in recent.deciſ.205. nu.3.part.2., deciſ.42.nu.9.& ſeq.part.7., Hiſpalen. Decimarum 27.Iunij 1644.coram R.P.D.meo Corrado, & in Toletana Decimarum 15.Iunij præſentis anni coram me*.

Et ità, &c.

NVLLIVS, ſeù BVRGEN. Iuris viſitandi.

Mercurij 1.Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Tertius admiſſus ad cauſam cum clauſula *cõſtito de intereſſe, & in ſtatu, & terminis*, quomodò docere debeat de intereſſe, & an poſſit impedire proſecutionem Iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe ad effectum admiſſionis ad cauſam ſufficit, quod ſemiplenè, & apparenter probetur.*
2 *Intereſſe ad effectum admiſſionis ad cauſam ex quibus probetur.*
3 *Confeſſio partis ſuperat quamcumque probationem.*
4 *Tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe, & ad excluſionem vtriuſque Collitigantis non poteſt impedire proſecutionẽ iudicij, & expeditionem cauſæ.*
5 *Et ratio eſt, quià parùm refert, quod poſſeſſio ſit penes Vnum, vel penes Alium.*
6 *Clauſula* in ſtatu, & terminis, *præſeruat cauſam in eo ſtatu, & qualitate, prout reperitur.*

DECISIO LIII.

VERTENTE lite coram me inter Abbatem S.Æmiliani, & Monaſterium B.Mariæ del Spino, in qua ſub die 7.Februarij præteriti reſolutum fuit, eidem Abbati conceden̄ eſſe mandatum de manuten̄ in quaſi poſſeſſione viſitandi Monaſterium prædictum, inſurrexit Generalis Ordinis S.Benedicti Hiſpaniarum, & obtinuit Cõmiſſionem admiſſionis ad cauſam *in ſtatu, & terminis, conſtito de intereſſe*; Vndè diſputato dubio iuxtà formam Commiſſionis, An conſtaret de intereſſe ad effectum admiſſionis prædictæ; Reſponſum fuit affirmatiuè.

1 Nàm, vt dicatur ſatisfactum conditioni, quæ continetur ſub clauſula *Conſtito*, non eſt neceſſaria concludens, & exacta probatio, ſed ſufficit talis, quæ conducat ad præparationem cauſæ, & ſic. quod intereſſe ſemiplenè, & apparenter probetur, vt notant *Abb.in c.veniens 38. num.9.*, ibique *Felin. num.13., & ſeqq. de teſtib., Mantic.deciſ.333.num.2., Coccin.deciſ.47. num.19., deciſ.801.nu.3.part.1.diuerſ., & in recent. deciſ.185.num.3.part.4.tom.2., & deciſ.490.nu.6. part.5.*, & fuit dictum in *Colonien. Abbatiſſatus 29.Martij 1647. coram R. P. D. meo Meltio, & in Ceſenaten. Iuriſpatronatus 26. Iunij præteriti coram R.P.D.meo Arguelles*.

2 Sufficiens autẽ viſa fuit probatio pro parte Generalis deducta ex aſſiſtentia Iuris, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac etiam ex confeſſione eiuſdem Abbatis S. Æmiliani, qui ſub die 8.Septembris 1628. coram D.Nuncio inſtetit, citari Generalem Ordinis, ex quo agebatur de iuribus ab ipſo prætenſis; vndè, cum huiuſmodi intereſſe appareat ex confeſſione
3 Partis, non eſt neceſſaria vlterior probatio, quià illa ſuperat omnẽ aliam; quæ dari poſſit in hac materia, *l.cum te la ſeconda, C.de tranſaction. l.generaliter, C.de non numer.pecun., Alex.conſi.34. num.3. lib.3., Rot. deciſ.348. num.7. part.5. recent.*

4 Et hæc dixerunt Domini, eſſe intelligenda ſinè retardatione proceſſus, & mandati de manutenendo, petiti per Abbatem S. Aemiliani contrà Abbatem S. Mariæ del Spino; Tùm quia idem Generalis non venit ad cauſam pro defenſione alterius ex Collitigantibus; ſed principaliter pro ſuo intereſſe, & ad excluſionem vtriuſque, quo caſu non poteſt impedire proſequutionem iudicij, ac cauſæ expeditionem, vt probat *I.C.in l.is à quo, ff.de rei vendicat., Felin.in cap.cum ſuper num.13.& ſeqq., & præſertim nu.17.de re iudic., Couarr.pract.quæſt. cap.14.num.4. verſ. nos verò, Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ.26.nu.26. & 27., Vinc.de Franch. deciſ.261. nu.7.& ſeqq., Rot.in antiquioribus deciſ.4.de Iudic., & coram Coccin.deciſ.237.num.1., & in recent.deciſ.357.nu.6. & ſeqq. part.6. vbi nu.8.* reddit ra-
5 tionem, quia parum refert, quod poſſeſſio ſit magis penes vnum; quam penes alium, & in *Bononien Seruitutis 15.Martij 1619 coram Pirouano, & in Auximana Hæreditatis 18.Decemb. 1637. coram Buccabella*.

6 Tùm etiam attenta clauſula *In ſtatu, & terminis*, quę pręſeruat cauſam in eo ſtatu, & qualitate, prout reperitur; Itaut, ſi ſit inappellabilis, remaneat talis, etiam reſpectu illius, qui ad cauſam admiſſus fuit, *Rot.coram Put.deciſ.71.num.1. lib.1., & in recent.deciſ.357.num.9., & 10.part.6., & deciſ.214.num.12. & 13., & deciſ.104.num. 5.part.7.*

Et ità vtraque, &c.

BONO-

BONONIEN. LITERARVM CAMBII.

Veneris 27. Nouembris 1648.

ARGVMENTVM.

Literæ Cambij etiam ſi fuerint acceptatæ, ſi tamen non fuerint ſolutæ, non liberant debitorem; nec important in dubio delegationem, vel dationem in ſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Literas Cambij recipiens, ſi illas non potuit exigere, rectè agit contrà debitorem.*

2 *Delegatio, & Datio inſolutum ceſſat, ſi non concurrant requiſita neceſſaria.*

3 *Creditor præſumitur recipere literas Cambij potius loco cautionis, quam in extinctionem crediti.*

4 *Ceſſio ad commodum cedentis ſolutionis cauſa non importat exſtinctionem debiti, ſed ſimplex mandatum.*

5 *Mens, & intentio Contrahentium omnibus præualere debet.*

6 *Reſeruatio hypothecæ ſuper bonis venditis, donec pretium fuerit ſolutum, excludit Delegationem, & debiti extinctionem.*

7 *Verba clara non admittunt interpretationem in contrarium.*

8 *Literarum acceptatio in ſatisfactionē crediti ex quibus excludatur.*

9 *Delegatio excluditur, ſi debitor promittat nomen ceſſum bonum, & exigibile.*

10 *Delegatio liberat debitorem, & transfert periculum nominis ceſſi in accipientem.*

11 *Delegatione ceſſante poteſt Ceſſionarius agere contrà Cedentem, etiam ſi fuerit moroſus in exigendo.*

12 *Impedimentum prouenieus ex facto Aduerſarij excuſat.*

13 *Diligentiæ quandò dicantur factæ.*

DECISIO LIV.

QVAMVIS exceptiones Chriſtophori ſufficienter ſublatæ fuerint per deciſiones in cauſa factas, adhuc tamen ipſo nō acquieſcente propoſui dubium, an ſentētia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda; & Domini pro confirmatione reſponderunt; nam creditum Petri Poterij clarè reſultat ex Inſtrumento venditionis prædij de menſe Iulij 1638., in
1 quo inter alia prædictus Chriſtophorus ad computum pretij dedit, & conſignauit Poterio literas cambij debitas per Spuntonos in ſumma lib. 4000. quæ cum nunquam fuerint ſolutæ, rectè egit Poterius contrà cedentem pro illarum conſecutione, *l. ſi debitorem 21. vbi Caſtr. num. 3. ff. de nouat. l. ſi literarum 23.* ibique *gloſſ. Bart. & communiter ſcribentes, C. de ſolut., Gabr. de nouat. concl. 1. num. 19. verſ. contrarium, & num. ſeqq. Dec. conſ. 99. num. 4., Rot. deciſ. 244. num. 8., & deciſ. 445. part. 4. diuerſ., & in recent. deciſ. 679. nu. 2. part. 1., & deciſ. 716 num. 1. part. 3., Buratt. deciſ. 486. à princip., & deciſ. 497. num. 1., & ſeqq., cum alijs per Capyc. Galeot. lib. 1. controu. 32 num. 17. verſ. videtur enim, & ſeqq.*

2 Delegatio verò, vel datio inſolutum nullo modo prætendi poteſt. Siquidem delegatio excluditur, cum non concurrant requiſita, *per gloſſ. in l. quamuis, §. ſi mulier il ſecondo, ff. ad Velleian. Alex. conſ. 173. nu. 4. lib. 7., Gozad. conſ. 38. num. 2. verſ. tamen ſecus, Rot. d. deciſ. 445. num. 1. part. 4. diuerſ., & coram ſan: mem: Gregor. deciſ. 217. num. 1., & ſeqq.*, & plures cumulat *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 64. num. 16.*

3 Et præſumptio ſtat ſemper pro creditore, quod potius recipiat literas loco cautionis, & pro faciliori exactione, quam in extinctionem, & ſolutionem crediti, *l. vbi quis, ff. de conſtit. pec., l. fin. C. de nouat., Bald. conſ. 348. num. 2. verſ. amplius ſciendum lib. 1., Rot. deciſ. 716. num. 1. part. 3. in recent.*

Idque etiam affirmant teſtes ſer. ſer. examinati, dati in *Summario ſub num. 2.* deponentes, quod Poterio, conquerenti de mora, & impotentia Spuntoni in ſoluendo, reſpondebat Chriſtophorus, quod ſi Spuntonus non erat idoneus, ipſe poterat ſatisfacere, & quod interim pro cautela exhibebat facere fictū fran-
4 cantem. Ex quibus apparet, ceſſionem fuiſſe factam ad commodum cedentis ſolutionis cauſa, quæ importat ſimplex mandatum, non autem extinctionem debiti, *Imol. in l. facta, §. ſi hæres ſcriptus num. 4. ff. ad Trebell., Soccin. conſ. 37. num. 4. & ſeqq. lib. 4. Corn. conſ. 139. num. 4. lib. 3. Surd. conſ. 22. nu. 10., Oſaſch. deciſ. Pedem. 61. nu. 7. Rot. coram Duran. deciſ. 266. num. 16. & 17.*

5 Dationi verò inſolutū expreſsè repugnant, non ſolùm pacta in Inſtrumento adiecta, ſed etiam mens, & intentio contrahentium, quæ omnibus præualere debet, *l. in conuentionibus, ff. de verb. ſignif., l. vlt. C. quæ res pign. obl. poſſ., Bald. in l. etiam nu. 3. C. de iure dot., & in conſ. 343. in fin. lib. 1., Rot. in Ceſenaten. Hæreditatis 8. Iunij* 1618. *coram Sacrato.*

6 Etenim Poterius venditor conuenit in Inſtrumento, quod donec pretium ſolutum fuerit intelligeretur reſeruata ſpecialis hypotheca, & dominium ſuper bonis venditis; ſignum euidens, quod debitum non erat extinctum, & pretium non erat ſolutum, vt aduertit *Cagnol. in l. ſingularia in 1. lect. nu. 188. ff. ſi cert. petat., Surd. deciſ. 23. num. 8., & ſeqq.*, & ponderatur *in 1. deciſ. R. P. D. mei Veroſpij in §. hinc quoque eliditur, & in deciſ. R. P. D. mei Rojas in §. nec ſubſiſtit.*

Nec dicatur, quod reſeruatio huiuſmodi intelligi debeat reſpectu pretij, quod remanebat ſoluendum vltrà libr. 4000. prædictas. Nam partes id meliùs, & clariùs declararūt in alio Inſtrumento celebrato de anno 1641. vbi eadem reſeruatio ſub his verbis repetita fuit, ibi: *Saluis tamen iuribus contrà Chriſtophorū, prout illi ſpectabant ante confectionem præſentis Inſtrumenti pro ſumma libr. 4000. in caſum, in quem ipſe Poterius non poſſet exigere literas cambij cum Ludouico, & Iulio de Spuntonis aliàs aſſignatas, quæ cantarunt, & cantant ſub nomine dicti Chriſtophori, & ipſe tenetur dictas literas exigibiles manutenere,*
7 vt latiùs in eodem Inſtrumento. Quæ verba cum ſint ſatis clara nō admittunt interpretationem in contrariū, *l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonius*

gonius

gonus in fin. ff. de verb.obl., l.ille aut ille , §.cum in verbis , ff. de leg.3.,& benè demonſtrant qualis fuerit intentio partium in Inſtrumento præcedēti, *l.ſed Iulianus, §.proindè,ff.ad Maced..Surd. conſil.441. num.29. in fin. & num. ſeq., Rot. coram Buratt.deciſ.476.num.12.*

8 Neque à prædicta reſeruatione poteſt dici receſſum ex eo, quod idem Petrus exegerit poſteà cambia à dictis de Spuntonis,nam benè id licuit facere mādatario nomine vigore facultatis ei demandatæ per Chriſtophorū, vt deponunt teſtes formiter examinati,ibi: *Detta Chriſtofora gli diſſe , che teneſſe detta lettera in pegno , e che detto Pietro riſcoteſſe ſolo li frutti di detta lettera dalli Mercanti, &c.* vt ponderatum fuit in 2.*deciſ.R.P.D.mei Veroſpij, §.neque dici*, vndè talis exactio non poteſt importare literarum acceptationem , ſed dicta cambia debent cedere in ſatisfactionem fructuum recompenſatiuorum,qui eidem pro rata pretij non ſoluti veniebant ſoluendi, iuxtà *text.in l.curabit, C.de action. empt., Rot. in Romana Domorum 1. Decembris 1606. coram S.D.N.Innocentio X.*

9 Chriſtophorus etiam emptor eaſdem literas bonas, & exigibiles manutenere promiſit, & ità declarauit expreſsè noluiſſe facere delegationem, vt reſpondit *I.C. in l.ſi mandato meo, §.fin. ff.mand.,Surd.deciſ.23.num.6. verſ,& in primis , & num.ſeqq., Gratian. diſcept. forenſ. cap.64. num.1. & ſeqq., & nu.22. & 26. & cap.527.nu.4. & ſeqq.*

10 Delegatio enim, prout datio inſolutum liberat debitorem , & transfert periculum nominis ceſſi in accipientem , *l. inter cauſas 26. §.abeſſe, ff.mand., l.ſi.nomen 4. ff.de hæredit.vel act. vend., l.3. poſt med. verſ.quod ſi delegationem, C.de nouat., Surd.conſ.22.num.32. in fine , & num. ſeq., Rot.coram Buratt.deciſ.476.nu.7.,& coram Duran. deciſ.266 num.15. & 17.*

11 Quibus ſtantibus corruit obiectum exaduerſo deductum reſpectu moræ, & negligentiæ Poterij in exigendo prædictas literas, quia ceſſante delegatione, illa non nocet , quominus creditor redire poſſit contrà cedentem, vt dixit *Rot.deciſ.445. circà fin. part.4.diuerſ.* repetita apud *Pacif.deciſ.50.nu.4., & coram Buratt. deciſ.497. in fine .*

12 Imò etiam excluditur ex facto ipſius Chriſtophori , qui poſt dictam aſſignationem , eaſdem literas in ſui faciem renouauit,illaſq; requiſitus recuſauit exhibere,vt patet ex *Summar.num.6. & 7.*, itàut Poterius earum executionem , etiam iudicialiter petitam, non valuerit obtinere, *l.intra vtile 40. vbi Bald.& alij, ff.de minor., l.ſi cū ipſe 42. ff.de excuſ.tutor., Gonzal. ſuper reg.8. §.3. proœm.num.41., Rot.coram Verall. deciſ.108. num.6. & ſeq. part.2. , & coram Buratt. deciſ.896.num.3.*

13 Ceſſat pariter aliud obiectum de diligentijs per Poterium faciendis , nam ſi Chriſtophorus fecit ipſe omnem diligentiam pro conſequenda ſatisfactione, fruſtra alia erat facienda per Poterium, qui in omnem caſum ſtante citatione executa contrà Chriſtophorum ad indicandū bona debitoris, videtur huiuſmodi onus ſufficienter adimpleuiſſe , iuxtà theoricam *gloſſ. in l.à Diuo Pio, §.in venditione verb.capiantur,ff.de re iudic.,Caroc.de excuſſ. bonorū par.2. quæſt.32.nu.1., Cyriac.controu.forenſ.cap.5.nu.144. & ſeq., Rot.in Bononien. Pecuniaria 17.Iunij 1641. coram Reuerendiſſ. Salamantino .*

Et ità deciſum fuit altera tantum parte informante .

GERVNDEN. CANONICATVS, & Præcentoriæ .

Lunæ 14.Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Arbitrium ſi cadat ſuper clauſula *parito Breui* , relaxat aliquid de rigore iuris , & operatur , vt attenta nullitate , vel iniuſtitia ſententiæ , ſeù dato fumo boni iuris , ſit superſedendum in executione eiuſdem Breuis .

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium intrat pro retardañ executione Breuis , quandò ſententia illius vigore lata detegitur nulla, vel iniuſta .*

2 *Clauſula* parito Breui, *modificatur per ſubſequentia verba, arbitrio Rotæ .*

3 *Clauſula* expulſis quibuſcumque Detentoribus,& Intruſis, non autem à Nobis prouiſis, *excludit Prouiſos Apoſtolicos .*

Et hoc procedit ſiuè prouiſio ſit bona , ſiuè mala eodem num.

4 *Forma Breuis eſt omninò ſeruanda .*

5 *Forma Breuis, quandò non fuit ſeruata, tunc intrat arbitrium pro retardatione executionis .*

6 *Supplicatio ſola ſufficit abſque productione literarum , quandò non agitur de canonizanda gratia , ſed tantū ad effectum repellendi Actorem, & obtinendi abſolutionem ab impetitis .*

7 *Regula de non iudicañ iuxtà formam ſupplicationis, quo caſu non habeat locum .*

8 *Reſeruatio ratione Subcollectoriæ probari debet ab eo, qui ſe fundat in eadem Reſeruatione .*

9 *Subcollector non ſolum debet eſſe vnicus, ſed requiritur etiam, quod ſit deputatus cum omnimoda Iuriſdictione .*

10 *Reſeruatio ratione vnicitatis Subcollectoriæ excluditur, ſi in contrarium probetur, adeſſe alios Subcollectores .*

11 *Teſtes , etiam minus legitimè examinati , ſufficiunt, vt Reſeruatio reddatur turbida, & ſuperſedeatur in executione Breuis .*

12 *Arbitrium intrat pro retardanda executione Breuis, ſi pars , inſteterit pro faciendis probationibus , & Iudex illas denegauerit .*

DECISIO LV.

VACANTE Canonicatu, necnon Præcentoria in Eccleſia Collegiata S.Fœlicis, fuit à Sede Apoſtolica prouiſus de Canonicatu Ioſeph Andreu; de Præcentoria verò Ioannes Paulus Combelles , & vterque poſſeſſionem accepit .

Sed quia Narciſus Viuos reportauit poſteà ſimilem prouiſionem à Sede Apoſtolica , & vigore Breuis de capienda poſſeſſione nomine

ne

Digitized by Google

ne Cameræ ſententiam immiſſionis,& etiam
declaratoriam ab A.C. cõtrà poſſeſſores obti-
nuit: Propoſui dubium ad formam reſcripti
1 Signaturæ. An intret arbitrium pro retarda-
tione executionis, quod affirmatiuè reſolu-
tum fuit attenta nullitate, & iniuſtitia ſenten-
tiæ, vt bene in propoſito firmauit *Rot. coram ſan:mem:Gregor.deciſ.53.in princ.,& coram Coccin. deciſ.177.num.2.*

2 Clauſula enim *Arbitrio* relaxat,& temperat aliquantulum rigorem illorũ verborum *parito Breui*, ſuſpendendo executionem, vel eam modificando, prout iuſtitia negotij, & ſubiecta materia patitur, ex doctrina *Bart. in l.1. ſub num.4. & 5. C.de legib. Innoc. in cap.1.num.2. de conſt.*, & notat *Gonzal.ad reg.8.gloſſ.9. poſt* §.1. *in annot. contrà nullitates, & attentata in cauſis beneficialibus num.285., & ſeqq.*. & firmauit *Rot. in Leodien.Parochialis 16.Decemb.1594. coram Litta*, apud *Marcheſ.de commiſſ. part.1. fol.435.*

3 Nullitas apparebat ex eo, quia in Breui leguntur infraſcripta verba; *Expulſisquibuſcumque Detentoribus,& Intruſis, non tamen à Nobiſmet ipſis antè datam præſentium prouiſis, &c.* Vndè cum
ambo haberent prouiſionem Apoſtolicam in
data anteriorem,& eſſent legitimi cõtradicto-
res, non poterant conueniri executiuè, & à
poſſeſſione expelli contrà formam eiuſdem
4 Breuis, ſed illa omninò ſeruari debebat, per
ea quæ tradit *Garz.de benef.part.5.cap.1.nu.653., & cap.3.num.16.,& part.6. cap.3.num.79 .& 80.,*
vbi ampliat, ſiuè prouiſio ſit bona,ſiuè mala,
quia hoc eſt cognoſcendum in petitorio, *Rot. deciſ.711.,& 723. vtrobique num.1. part.3. lib.3. diuerſ., & coram Coccin.deciſ.431.per tot.,& coram*
5 *Caualer.deciſ.355. num.2. & 3.* Et in his termi-
nis, quod ſit locus arbitrio pro retardatione
executionis, firmatum fuit coram *Buratt. deciſ.122 à princ.*,repetita in *par.2.recent.deciſ.728. num.1. & 2*

6 Non obſtat, quod in actis non fuerint exhi-
bitæ literæ Apoſtolicæ, ſed tantum ſupplica-
tio, dùm enim non agitur de canonizanda
eorum gratia, ſed tantum ad effectum repel-
lendi actorem, & obtinendi abſolutionem ab
7 impetitis, ſola ſupplicatio ſufficiens fuit,non
obſtante regula de non iudicando iuxtà for-
mam ſupplicationis,vt declarat *Gabr.conſ.190 num.13.lib.1.; Garz.de benef.part.4.cap.2.num.23. & 24., Sarnen.*qui teſtatur ità in pluribus cauſis ſuo tempore vidiſſe iudicare, *ſuper reg.de nõ iudicañ*, iuxtà formam ſupplicationis *quæſt.4. verſ. & ideò, Rot. coram Seraph.deciſ.538. num.4., & deciſ.775.num.3.*,vbi quod ſępiſſimè ſic fuit à Rota reſolutum, *& coram Mantic.deciſ.355. num.2., & coram Coccin.deciſ.263.num.5. verſ.nec minus, & num. ſeq.*

8 Iniuſtitia etiam viſa fuit patens, quia Ioſeph fundat intentionem ſuam in reſeruatione, quod Petrus Ioannes Boſchius,per cuius obitũ vacarunt beneficia prędicta,eſſet Collector, vel vnicus Subcollector ſpoliorũ,quæ clauſula debebat omninò verificari per ea,quæ dixit *Rot.deciſ.4.nu.1.part.4.recent.,& deciſ.143.eod.nu. part.7.* Et in his terminis aduertunt *Maſcard.de probat.concluſ.317.num.23., Garz.de benef.part.6. cap.3. num.64., Gonzal.ad reg.8. gloſſ.51. num.73.*

9 Imò non ſolum probari debebat ad effectũ Reſeruationis, quod Petrus Ioannes deputatus fuerit Subcollector, cum in reliquis de iure præſumatur vnicus, ſed etiam quod deputatio facta fuerit cum omnimoda Iuriſdictione ex deductis per *Lotter. de re benef. lib.2. quæſt.32.num.158.*, & dixit *Rot.in Bononien.Beneficiorum 29.Maij 1645., & 24. Maij 1647. coram R.P.D. meo Bichio, & in Monopolitana Canonicatus 1.Iulij 1647. coram R.P.D. meo Rojas.*

10 Et quod magis vrget, contrarium conuincitur ex Teſtibus, pro parte Informantium examinatis, deponentibus,quod toto tempore Subcollectoriæ Boſchij, ac etiam eo defuncto in Ciuitate,& Diœceſi Gerundeñ fuerunt ſemper alij duo Subcollectores, ex quibus excluditur reſeruatio, & conſequenter eſt locus arbitrio, *Garz.de benef. dicta part.6. cap.3. nu.9.& 10.*, & bene firmauit *Rot. in Tarraconen. Parochialis 4. Februarij 1604. coram Pamphilio*, apud *Marcheſ. part.1. fol.434. num.2., & coram ſan:mem:Gregor.deciſ.53. eod. num.*, & clarius *deciſ.71.num.1., & ſeqq. part.6. recent.*

11 Nec releuat, quod dicti Teſtes minus legitimè examinati fuerint,quia nihilominus præbent ſufficientem fumum pro retardãda executione Breuis,vt in proprijs terminis aduertit *Gonzal. ad reg.8. dicta gloſſ.9. poſt* §.1. *in annot. cont.nullit.& attent.in cauſ.benefic.num.287.verſ.& in dictis deciſionibus fol.mihi 290.*, & dictũ fuit in *Aſtoricen.Prioratus 9.Decembris 1596.coram Litta*, apud *Marcheſ.de Commiſſ.part.1. fol.448. in fine, & in Aurien. Parochialis 27. Aprilis 1598. coram Lancell., penes eund. dicta part.1.fol.436.num.2.*

12 Maximè cum pro parte Ioſephi, & Ioannis Pauli producti fuerint articuli,& facta inſtantia coram Iudice pro illorum admiſſione ad effectum examinandi in Curia,& extrà,& nihilominus Iudex inſtantiam reiecerit, & ad vlteriora in executione procedi mandauerit; adeòut grauamen ſit manifeſtum, quod ſolùm ſufficeret, vt intret arbitrium pro retardanda executione Breuis; *Rot.coram Coccin. deciſ.177. num.3. verſ.& ideò.*

Et ità, &c.

ALEXANDRINA PENSIONIS.

Luna 15.Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Ad euitandam Declaratoriam non ſufficit ſolà patienria, quandò mandatum præceptum poſitiuum continet.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur,quãdò, intimato mandato de manutenendo, & ſeruatis quatuor terminis, non docetur de paritione.*
2 *Patientia habetur pro paritione.*
3 *Declara, vt hoc procedat, quandò mandatum nullum præceptum poſitiuum continet, & nihil adimpleñ venit.*

4 Se-

Digitized by Google

4 *Secus verò, ſi aliquid ſit ſoluen., vel adimplendum.*
5 *Paritio non ſufficit quoad præterita, quandò mandatum reſpicit etiam futura, & tractum ſucceſſiuum habet.*

DECISIO LVI.

CONTVMACIA Collij viſa fuit DD. ſufficienter probari ad effectum, vt contrà Ipſum ſit relaxanda declaratoria. Siquidem
1 poſt intimatum perſonaliter mandatum de manutenendo cum expreſſa Comminatione cenſurarum, ac ſeruatos quatuor terminos ſeruari ſolitos, nullo modo fuit doctum de paritione, iuxtà *text. in cap. 1. in fin. vt lit. non conteſt., gloſſ. in l. in actionibus in verb. non etiã de in litem iuran., Abb. in cap. 1. num. 10.*, ibique *Adden. litera B. de Iudic., & de ſtylo huius ſacri Tribunalis*, teſtatur *Feſtr. in ſua praxi lib. 8. cap. 11. num. 19.*, Et in terminis mandati de manuteneñ, *Rota coram Canal. deciſ. 364. num. 1., in Brixien. Clericatus 26. Ianuarij 1598. coram Orano, in Cremonen. Penſionis 28. Maij 1612. coram Vbaldo, & in Aſten. Penſionis 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Otthobono.*

2 Nec idem Collius excuſati valet ex eo, quod non ſe opponat mandato prædicto, ſed præſtet patientiam, quod illud habeat effectum ſuum, quo caſu patientia habetur pro paritione, *Buratt. deciſ. 825. num. 3., Vicentina Canonicatus 10. Maij 1623. coram Merlino, & in recent. deciſ. 310. num. 1. part. 2., & deciſ. 166. num. 3. part. 7.*

3 Nàm concluſio benè procedit, quandò mandatum nullum præceptum poſitiuum continet, nec ex parte eius, qui fuit condemnatus quicquã præſtandum, vel adimplendum venit, in quibus terminis loquuntur deciſiones ſupra allegatæ, & firmat *deciſ. Mohed. 9. de ſent. & re iud., Duran. deciſ. 311. nu. 2. & 3., Canal. deciſ. 364. num. 2. & ſeq.*, & penès *Poſt. de manut. deciſ. 193. nu. 5. & 6.*, cum alijs per *Garz. de benef. part. 6. cap. 3. num. 145., & ſeqq.*

4 At in præſenti caſu condemnatur Collius pro effectu manutentionis, ad ſolueñ penſionem, & ſic ſola patientia non ſufficit, ſed requiritur vera, & realis paritio, vt dixit *Rot. coram Seraph. deciſ. 1113. nu. 2. verſ. tertio opponitur, & nu. ſeqq.*, & penes *Poſt. de manut. deciſ. 121 num. 1., & deciſ. 193. num. 6. & 7., & in Bononien. Pecuniaria, ſeù Dotis 10. Iunij 1648. corã R. P. D. meo Arguelles*: Et diſtinguendo inter vtrumque caſum dictũ fuit in *Toletana Admiſſionis 2. Decembris 1619., & 16. Decembris 1620. coram Vbaldo, in Leodien. Canonicatus S. Pauli 8. Aprilis 1622. coram Merlino*, cum pluribus adductis per *Add. ad Buratt. deciſ. 17. num. 7. & 8., & per Poſt. vbi ſuprà, obſeru. 103. num. 10. & ſeqq.*

5 Imò, cum mandatum de manutenendo tractum ſucceſſiuum habeat, & futurũ quoque tempus contineat, non ſufficeret præſtatio aliquorum terminorũ iàm decurſorum, ſed ſucceſſiuum, & continuum adimplementum requiritur, iuxtà *text. in l. Item 6. §. quod ſi actor*, ibique *gloſſ. in verb durat, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin. Rot. coram Buratt. deciſ. 268. nu. 2., & in Cæſaraugustana Diſtributionum, ſeù Attentatorum 25. Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerro*, cum alijs relatis per eundẽ *Poſt. dicta obſer. 103. nu. 17. verſ. debetque pariter.*

Et ità deciſum altera tantum parte informante, &c.

PAMPILONEN. DECIMARVM de Vſſurbil.

Lunæ 1. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Manutentio in exactione decimarum datur ei, qui probauit poſſeſſionem ſuam, vel per Teſtes, vel per confeſſionem Partis, quæ non extinguitur per mortem Prælati, ſed tranſit in ſucceſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in exactione decimarum datur Rectori, qui probauit poſſeſſionem ſuam de tempore motæ litis.*
2 *Poſſeſſio, vel quaſi exigendi decimas probatur ex Teſtibus.*
2 *Poſſeſſio ſupradicta probatur ex confeſſione Partis.*
4 *Manutentio in exactione decimarum datur Rectori, qui docet de ſua quaſi poſſeſſione, & habet aſſiſtentiam iuris.*
5 *Poſſeſſio exiſtens penès Eccleſiam nõ extinguitur per mortem Prælati.*
6 *Poſſeſſio Anteceſſoris in exigendis decimis ſuffragatur etiam Succeſſori ad effectum manutentionis.*
7 *Laici in iure decimandi habent contrà ſe reſiſtentiam iuris.*
8 *Declara, hoc non procedere, vbi agitur de ſola commoditate, & emolumentis decimarum.*
9 *Poſſeſſio quando eſt turbida, & pendet à negocio principali, Rota ſolet cognoſcere de bono iure.*

DECISIO LVII.

RESOLVTVM fuit die prima Iulij proximi præteriti, Rectori, & Beneficiatis dumtaxat informantibus dandum eſſe mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi decimas; Hodiè cauſa repropoſita, & informantibus etiam Coniugibus de Achega, Domini quoad quartam partem Rectori debitam ſteterunt in deciſis, quo verò ad reliquas tres aliàs partes ordinarunt; vt videatur de bono iure.

1 Etenim reſpectu Rectoris res viſa fuit tranſire ſine difficultate, nam, cum ipſe probauerit eius quaſi poſſeſſionem percipiendi decimas ex bonis exiſtentibus intrà limites ſuæ Parochiæ de tempore motæ litis, in ea venit manutenendus, iuxtà *vulg. text. in §. hodiè inſtit. de interdict.*, & pluries in materia decimarum, reſpondit Rota, *vt in deciſ. 512., & 685. vtrobique num. 1. part. 1. recent., deciſ. 573. à princ. part. 2., deciſ. 42. num. 2., & deciſ. 44. num. 1. part. 7.*, cum pluribus relatis in *Hiſpalen. Decimarum 15. Februarij 1647. coram R. P. D. meo Meltio.*

Digitized by Google

2 Poſſeſſio autem ſufficienter iuſtificatur ex
teſtibus, formiter examinatis deponentibus,
Rectores pro tempore exegiſſe ſemper quar-
tam partem decimarum, *Rot. in recent. deciſ. 341.
num. 1. part. 1., & deciſ. 205. part. 2., & coram Du-
rano deciſ. 21. num. 1. verſ. poſſeſſio.*
3 Et ex confeſſione propria dd. Coniugum,
qua nulla maior probatio, *l. cum precium, C. de
liber. cauſ., l. cum te la ſeconda, C. de non num. pecun.,
Rot. deciſ. 376. num. 1. part. 3. recent.*
4 Iuncta etiam aſſiſtentia iuris per *text. in c. cum
contingat, & cap. cum in tua de decim., cap. fin. de
paroch., cap. ex tranſmiſſa, vbi gloſſ. in verb. decimas
de praſcript., Card. in cap. à nobis num. 1., & in dicto
cap. cum contingat nu. 2. de decim., Rot. in Hiſpalen.
Decimarum 27. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Cor-
rado, & 16. Martij 1646. coram R.P.D. meo Cerro,
& in Pampilonen. Decimarum 11. Martij 1648. co-
ram R.P.D. meo Arguelles.*
5 Quibus ſtantibus manutentio non poteſt
denegari, etiamſi modernus Rector non do-
ceret de vlla exactione per ipſum facta, prout
docet ex teſtibus, *datis in Summario poſitionis
præterita num. 6.*, quia cum ipſe agat nomine
Eccleſiæ, penès quam poſſeſſio exiſtit, per
6 mortem Anteceſſoris ius illius non fuit extin-
ctum, ſed tranſiuit in Succeſſorem abſque
alia apprehenſione, *Innoc. in cap. cum ſuper nu. 3.
& 4. de cauſ. poſſeſſ., & propr., Tiraq. in tract. le
mort Saiſit le vif part. 1. declarat. 5. nu. 1. verſ. nam
poſſeſſio, Garz. de beneſic. part. 5. cap. 5. nu. 37., & ſeqq.
Surd. conſ. 183. nu. 37. & 38., Marcheſ. de Commiſſ.
appellat. in cauſ. decim. part. 1. §. 1. in fine, verſ. con-
cludo igitur fol. 674., Rot. poſt eundem in Beneuen-
tana Decimarum coram Litta tom. 2. fol. 514., & co-
ram Durano deciſ. 21. num. 2.*, & fuit dictum in
*Hiſpalen Decimarum de Baraona 12. Ianuarij 1646
coram R.P.D. meo Cerro*, & in alia *Hiſpalen Deci-
marum 13. Febr. 1647. coram R.P.D. meo Meltio.*
7 Quo verò ad reliquas tres aliàs partes, licet
ex depoſitionibus teſtiũ appareat de exactio-
ne facta tam de anno 1640. & duobus ſequen-
tibus, quam etiam de antiquiſſimo tempore,
vt in Summ. præterita poſitionis nu. 7., & Coniu-
ges laici habeant contrà ſe reſiſtentiam iuris;
Nihilominus quia iidem Coniuges prætén-
dunt, recentes exactiones non fuiſſe factas ipſis
ſcientibus, & patientibus, imò dediſſe cauſam
liti; Antiquas verò nõ eſſe attendendas atten-
tis ſententijs latis contrà Beneficiatos, qui
proptereà deſierunt percipere, & habuerunt
ſe pro ſpoliatis; & incapacitatem omninò ceſ-
8 ſare, quia non agitur de iure decimandi, ſed
de ſola commoditate, & emolumentis deci-
marum, quas Coniuges recognoſcunt ab Ec-
cleſia, dum illi obſequium præſtant, & Be-
neficiatis congruam, & groſſam tribuunt, vt
concludunt Teſtes in *Summario num. 4.* Ideò
DD. aduertentes ex prædictis, & ex alijs pluri-
9 bus latè deductis, poſſeſſionem Beneficiato-
rum reddi aliqualiter turbidam, & pendere
à negotio principali, ordinarunt, vt videatur
de bono iure, vt aliàs factum fuit in *Hiſpalen.
Decimarum 26. Nouembris 1635. coram Coccino,
deciſ. 583. num. 8. & 9. part. 5. recent., & deciſ. 44.
num. 10. part. 7.* Et ità, &c.

MAIORICEN. PAROCHIALIS.

Mercurij 10. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Parochialis illi venit adiudicanda, qui habet pro
ſe relationem Examinatorum, iudicium Or-
dinarij, & qualitates præponderantes; adeòut
prætendens iudicium eiuſdem Ordinarij eſſe
doloſum, & irrationabile debeat id plenè,
& concludenter probare.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij iudicium habet præſumptionem pro ſe.*
2 *Electus ab Ordinario non debet probare iuſtitiam
Electionis.*
3 *Sed illam impugnans tenetur docere de dolo, & irra-
tionabili iudicio eiuſdem.*
4 *Nec ſatisfacit probando ſe dignum, niſi digniorem
in concurſu ſe oſtendat.*
5 *Examinatoribus Synodalibus plurimum deferendum
venit non ſolum quoad literaturam, ſed etiam circa
aliàs qualitates.*
6 *Examen non poteſt deſeruire niſi ad probandã ſcien-
tiam.*
7 *Ordinarij iudicium non conuincitur doloſum, & irra-
tionabile ex quo prælectus ſit minus doctus, quan-
do aliæ qualitates in eo præponderant.*
8 *Parochialibus in conferendis præfertur ætate maior.*
9 *Similiter præfertur ille, qui prius charactere Sacer-
dotali inſignitus fuit.*
10 *Item præfertur qui per plures annos exercuit curam
animarum.*
11 *Præfertur pariter ille, qui ad audiendas confeſſiones
etiam Monialium præpoſitus fuit.*
12 *Parochialis adiudicari debet digniori, & habenti
maiores qualitates.*

DECISIO LVIII.

IACOBVS Balleſter, qui in nouo examine
peracto in Curia repertus fuit idoneus, inſte-
tit diſputari dubium, An, & Cui ex Oppoſi-
toribus adiudicanda eſſet Parochialis contro-
uerſa. Et Domini ad fauorem Andreæ reſpon-
1 derunt: Ipſe enim habet pro ſe iudicium Or-
dinarij, pro quo in dubio præſumendum eſſe,
probat *text. in cap. in præſentia 6.* ibiq; *DD. de re-
nunc.*, & notat *Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 4. nu. 117.
& num. 132., Rot. coram Buratt. deciſ. 635. num. 8.*
ibique *Add. num. 10., & in recent. deciſ. 36. num. 1.
part. 2.*, cum alijs pluribus in *Calagurritana Bene-
ficiorum 26. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Bichio.*
2 Vndè non tenetur Andreas probare iuſti-
tiam, & rationabilitatẽ electionis, de ſe factæ,
vt aduertit *Rot. deciſ. 551. in princ. part. 3. recent.*
3 Sed ſpectat ad Iacobũ docere de dolo, & irra-
tionabilitate illius, & quidem plenè, & con-
cludenter per ea, quæ tradit *Mareſcott. var. re-
ſolut. lib. 1. cap. 52. num. 23. & 24.*, & dixit *Rot. co-
ram ſan: me: Gregor. deciſ. 11. num. 2., vbi Add. lit. A.
& coram Buratt. deciſ. 22. num. 31.*, cum concor-
dantibus adductis in *deciſ. 612. nu. 2. coram Mer-
lino*, vbi, quod ad effectum prædictum non
ſuffi-

4 ſufficit Appellanti docere ſe dignum, & ido-
neum, ſed digniorem, & aptiorem ſe præbe-
re debet, & notat *Garz. de benefic. part. 9. cap. 2.
num. 252. ad med. verſ. vt enim Appellans*, & fir-
matum fuit in *deciſ. 551. ſub num. 3. verſ. nihilo-
minus ſufficere part. 3. recent.*, *& coram Durano de-
ciſ. 137. num. 14.*
5 Verùm tantum abeſt, quod pro parte Iaco-
bi facta fuerit huiuſmodi probatio, quod imò
Andreas doceat, ſe eſſe digniorem mediante
atteſtatione Examinatorum Synodalium, qui
medio iuramẽto retulerunt, ipſum Andream
eſſe longè digniorem perpenſis circumſtantijs
ſcientiæ, morum, experientiæ in adminiſtra-
tione Sacramentorum, & prudentiæ iuxta
communem Populi acclamationem, vt latiùs
in Summ. num. 2., quibus Examinatoribus plu-
rimum in hac materia deferendũ eſſe nedum
quoad literaturam, firmauit *Rot in Sabinen. Con-
curſus 6. Aprilis 1609. coram Sacrato apud Marcheſ.
de commiſſ. part. 1. fol. 291.* Sed etiam circa aliàs
qualitates, vt in *deciſ. 223. num. 1. verſ. præſertim
poſt 2. volum. conſ. Farinacc., & deciſ. 628. num. 1.
part. 4. diuerſ., ac in recent. deciſ. 149. num. 4. part. 4.*
6 Hinc non refert, quod Iacobus Lauream
Doctoratus aſſecutus fuerit, & acceſſerit ad
Vrbem prouocando ad nouum examen, in
quo repertus fuit idoneus; nàm admiſſo, quod
prædicta concluderent reſpectu ſcientiæ, & li-
7 teraturę, adhuc illa non ſufficit, ad redarguen-
dum de dolo, & irrationabilitate iudicium
Ordinarij, niſi conſtet vlterius de maiori ha-
bilitate, & aptitudine quoad mores, prudentiã,
experientiã & aliàs qualitates pro exercenda
animarum cura neceſſarias, iuxtà *text. in c. cum
in cunctis.* vbi *Dec. nu. 9. de elect.*, & probat *Lotter.
de re benefic. lib. 2. quæſt. 31. num. 137. & num. 142.,
& ſeqq.*, & vltrà authoritates relatas in vltima
deciſione ſub die 28. Iunij 1647. firmatum fuit
per Rotam penès *Garz. de benefic. part. 9. cap. 2.
num. 213., & deciſ. 654. ſub num. 1. 2. & 6. part. 4.
diuerſ., & in recent. deciſ. 521. nu. 1. & ſeq., & 551.
per tot. part. 3., & deciſ. 149. num. 5. part. 4. tom. 2.*,
& latè deductum fuit *coram Merlino deciſ. 612.
à num. 3., & deciſ. 821. num. 2.*
8 Sed ceſſat difficultas, quia Andreas præpon-
derat etiam in alijs qualitatibus; Eſt enim æta-
te maior, apta tamen ad curam animarum
exercendam, vt habetur in *dicto c. cum in cunctis*,
ibique *gloſſ. verb. ætatis maturitas de elect.*, & pon-
derat *Roland. conſ. 47. num. 70. lib. 1., Lotter. de re
benefic. dicto lib. 2. quæſt. 31. num. 135. verſ. veluti
ætas, Rot. deciſ. 628. poſt princ. verſ. nempè ætatem
part. 4. diuerſ., & coram Buratt. deciſ. 316. num. 13.
& in recent. deciſ. 149. num. 3. part. 4. tom. 2.*
9 Vlterius inſignitus fuit Sacerdotali characte-
re longè prius, quam Iacobus, quod etiam
ponderandum eſſe ad effectum prælationis,
notat in ſimilibus *Natt. conſ. 638. num. 17.*, & te-
nuit *Rot. dicta deciſ. 628. in princ. part. 4. diuerſ. & in
rec. deciſ. 521. nu. 2. verſ. tum quia antiquior part. 3.*,
cum alijs *in Calaguritana Beneficij de Cornago 28.
Iunij 1647. coram R.P.D. meo Otthobono*.
10 Exercuit cum magna laude curam anima-
rum per multos annos. vt apparet ex fide da-
ta in reſponſione facti *liter. A.*, quam circum-
ſtantiam attendendam eſſe, probat *text. in c. cum
ſit ars 14. de ætat. & qualit.*, & in propoſito aduer-
tit *Lotter. dicto lib. 2. quæſt. 31. num. 138. ad finem*,
& dixit *Rot. poſt ſecundum vol. conſ. Farinacc. de-
ciſ. 223. nu. 2. verſ. & curati, & in recent. deciſ. 521.
ſub num. 2. verſ. diùque verſatus part. 3.*
11 Et demùm habuit facultatem, audiendi cõ-
feſſiones Sacramentales non ſolũ Secularium,
ſed etiam Monialium, quæ facultas fuit ex-
preſsè prohibita, & denegata Iacobo; adeout,
cum ex prędictis manifeſtè conſtet Andream
præelectum eſſe digniorem, meritò reſpon-
12 derunt Domini, Parochialem controuerſam
eſſe eidem adiudicandam iuxtà diſpoſitionem
*Sac. Concil. Trid. cap. 18. ſeſſ. 24. de reformat. verſ.
Peracto deindè examine*, & latè firmauit *Rot. dicta
deciſ. 628. nu. 2. part. 4. diuerſ., & in recent. deciſ. 93.
num. 10. part. 7.*, cum alijs pluribus per *Add. ad
Buratt. deciſ. 635. num. 11.*

Et ità vtraque, &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 16. Aprilis 1649.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum non poteſt dici remiſſum per
Diuiſionem, & Tranſactionem conceptam
etiam ſub ampliſſimis verbis, & clauſulis,
quandò conſtat de intentione Contrahentiũ,
quod voluerint illud præſeruare.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non poteſt dici remiſſum per Tran-
ſactionem., & Diuiſionem, quandò illud apparet
expreſsè præſeruatum.*
2 *Verba vniuerſalia reſtringuntur per exceptionem,
in eis appoſitam.*
3 *Capitula recipiunt declarationem ex verbis Inſtru-
menti.*
4 *Pacta appoſita in diuerſis caſibus, ſingula operan-
tur in caſu ſuo.*
5 *Clauſulæ etiam ampliſſimæ non operantur effectum
ſuum in caſu excepto.*
6 *Clauſula,* pro hæredibus, & ſucceſſoribus, *in-
telligitur de capacibus iuxtà intentionem partium.*
7 *In Contractibus attenditur potius intentio quam
veritas.*
8 *Inſtrumentum celebratum in executionem præceden-
tis conuentionis debet intelligi iuxta illius tenorem.*

DECISIO LIX.

CONTRA deciſionem coram me editam,
in qua firmatum fuit, conſtare de fidei-
commiſſo ad fauorem Comitis Ioãnis, inſur-
rexerunt hæredes Franciſci de Pepulis oppo-
nentes de Tranſactione inita ſub die 18. No-
1 uembris 1637., quam Domini dixerunt non
obſtare, quia tantum abeſt, quod per illam
fuerit ſublatum, vel remiſſum fideicommiſ-
ſum, de quo agitur, quod imò verbis expreſ-
ſis appareat exceptum, & reſeruatum, ibi:
*Et cum expreſſa declaratione vltrà prædicta, quod
per tranſactionem, ac diuiſionem, quæ fit rebus ſic
ſtantibus ſalua ſint iura fortaſſe purificanda ad fauo-*

rem alterius dictorum tranſigentium. Altero decedente ſine filijs capacibus fideicommiſſorum, vel inueſtiturarum, quorum iura ſibi reſeruarunt venientibus caſibus, prout iuris fuerit &c. quæ verba neceſſariò excludunt quamcumque prætenſam remiſſionem, & renunciationem, vt in ſpecie latè probat *Grat. conſ. 29. num. 19. & ſeqq. lib. 2. Roland. conſ. 51. à num. 16. & conſil. 54. ſub nu. 14. verſ. non inficiari, & numer. ſeqq. lib. 4. Pariſ. conſ. 26 num. 53. lib. 2. Decian. conſ. 3. ſub num. 128. & ſeqq. lib. 1. Cephal. conſ. 296. num. 9. & ſeqq. Becc. conſ. 24. ſub num. 16. verſ. quod plenius lib. 1. Rota in Bononien. fideicommiſſi 22. Iunij* 1639. vbi aliæ cumulantur *coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana Caſalis Aguzzani 27. Aprilis 1644. coram Reuerendiſſ. Terracinen.*

2 Verba enim quantumuis generalia debent interpretari, & reſtringi ſecundum exceptionem in eis appoſitam *l. nam quod liquidè* 4. §. *final. ff. de penu legata, Bartol. in l. generali, §. vxori ff. de vſufruct. legat. Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 114. num. 5. & in recent. deciſ. 361. num. 2. par. 3.*

Nec repugnat, quod in Capitulis, ſuper quibus inita fuit tranſactio, præſeruata fuerint iura fideicommiſſi contra tertios tantummodò, exceptuato expreſsè Comite Franciſco, & illius hæredibus. Nam alia erant iura, quæ prætendebat Comes Ioannes tunc temporis ſibi competere, tam ex cauſa fideicommiſſi ob incapacitatem Comitis Franciſci, quam etiam ex cauſa legitimæ, & aliorum creditorum, & licet quoad illa voluerit tranſigere, reſpectu eiuſdem Comitis Franciſci: nihilominus noluit ſibi præiudicare reſpectu aliorũ, ſed illa intacta, & reſeruata eſſe voluit, vt habetur expreſsè non ſolum in dictis Capitulis, ſed declaratur melius in Inſtrumento, poſtea ſubſecuto ibi, *Et cum expreſſa proteſtatione quod ea, quæ prædicti Tranſigentes conſecuti fuerunt ex tenore dictorum Capitulorum, & præſentis tranſactionis &c. Pro maiori eorum cautione, & præſeruatione iurium contra alios veniant cumulatiuè, non autem extinctiuè, nec faciant præiudicium, aut nouationem, ſed illis vti liceat contra quaſcumque perſonas tertias &c. quemadmodum licuiſſet ante dicta Capitula, & præſentem tranſactionem, ſi illa ſecuta non*
3 *fuiſſet* Ex quibus ſanè verbis Inſtrumenti, Capitula præcedentia in illo inſerta, congruam recipiunt declarationem *ad text. in l. ſed Iulianus, §. proinde, vbi gloſ. & DD. ff. ad Maced. Aym. conſ. 964. num. 24. verſ, ſecundo, Rota deciſ. 174. numer. 4. part. 4. tom. 2. recent. in Romana ſitus 15. Decembris 1642. coram R. P. D. meo Royas, & in Piſauren. Donationis 31. Ianuarij 1648. coram R. P. D Ottbobono.*

4 Alia verò erant iura de futuro, reſpicientia idem fideicommiſſum, incerta & nondum purificata, ſed fortaſſe purificanda caſu, quo alter ipſorum decederet ſine filijs, & illa nemo remittere voluit, ſed venientibus caſibus, prout iuris fuerit, vterque reſeruare decreuit, & ſic apparet, quod dicta pacta, tanquam appoſita in diuerſis caſibus, non ſunt inter ſe contraria, ſed inuicem compatiuntur, & vnumquodque procedit in caſu ſuo iuxta *textum in l. final. C. de nouat. Decius in l. vbi repugnantia num. 4. verſ. ſecus, & ibi Cagnol. eodem num. ff. de reg. iur. Pariſ. conſ. 1. num. 72. lib. 4. Rota in Bononien. fideicommiſſi de Elefantuccys penes Gionagnon. conſil. 39. num. 42. lib. 1. & in recent. deciſ. 121. nu. 2. part. 3. & deciſ. 9. num. 5. part. 4. tom. 2. & fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Maximis 11. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Cerro.*

4 Vndè non obſtant clauſulæ, exaduersò põderatæ pro remiſſione, & renunciatione fideicommiſſi, quia illæ operantur quidem effectum ſuum, ſed non in caſu excepto, & reſeruato, prout de clauſula *ad habendum*, promiſſione perpetuæ obſeruantiæ, & ſimilibus *Grat. conſ. 29. num. 34. & ſeqq. & conſ. 126. num. 41. verſic. nihilominus lib. 2. Roland. conſ. 51. num. 12. & ſeqq.* & præſertim *num. 16. & 17. lib. 3. Chartar. deciſ. Gen. 70. num. 32. Rota in Camerinen. Domus 4 Iunij 1593. coram Gypſio, in Firmana honorum 15. Aprilis 1616. & 12. Iunij 1617. coram Remboldo, & in Bononien. fideicommiſſi 22. Iunij 1639. coram R. P. D. Bichio*, cum pluribus adductis per *Fuſarium de ſubſtit. quæſt. 593. num. 16. & num. 161.*

6 Minus obſtat clauſula *pro hæredibus, & ſucceſſoribus*, quia attenta præſeruatione prædicta, non poteſt intelligi, niſi de deſcentibus, vel de hæredibus, & ſucceſſoribus capacibus iuxtà formam, & diſpoſitionem prædicti fideicommiſſi, prout partes in Inſtrumento declararunt, vt benè reſpondet idem *Grat. dicto conſil. 29. num. 39. & duob. ſeqq. lib. 2. Peregrin. conſ. 93. num. 15. lib. 1. Cephal. conſ. 371. n. 25. in fine, Dec. conſ. 395. num. 7. Rota in Romana fructuum cenſus 22. Iunij 1646. coram Rou. P. D. meo Cerro.*

7 Nec dicatur, quod Comes Franciſcus, vti natus ex matrimonio illegitimo, non eſſet comprehenſus, immò excluſus à fideicommiſſo, de quo agitur; nam ad hoc, vt reſeruatio prædicta verificari, ac effectum habere valeat, ſufficit, quod de facto ad illud fuerit admiſſus, cum in ijs, quæ à voluntate contrahentium dependent, magis eorum intentio, quam ipſa veritas ſit attendenda, vt notat *Bald. in l. quo loco num. 1. verſ. nota quod in bis ff. de hæred. inſtituen. Iaſ. in l. is, qui putat. ff. de acquirenda hæreditate, Rota coram Seraph. deciſ. 534 num. 4. & deciſ. 739. num. 7.*

8 Demum non obſtat Inſtrumẽtum diuiſionis ſub die 19. Nouembris 1639. quia cum fuerit celebratum in executionem præcedentis tranſactionis debet intelligi iuxtà illius tenorem, & ſeriem, & ſaluis quibuſcumque in ea contentis abſque vlla nouatione, *Crot. in l. qui Romæ §. duo fratres, ff. de verb. obligat. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 3. num. 8. Odd. conſ. 49. n. 16 Cephal. conſ. 351. num. 23.* cum alijs per *Fuſar. quæſt. 593. num. 162.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

CRACOVIEN FVNDATIONIS Monaſterij.

Luna 19. Aprilis 1649.

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur pro erigendis de nouo Monaſterijs.

SVMMARIVM.

1 *Monaſteriá non poſſunt erigi ſinè licentia Sedis Apoſtolicæ.*

2 *Diſpoſitio ſecunda non derogat primæ, quando eſt compatibilis cum illa.*

3 *Monaſteria, vt poſſint erigì, requiritur tam licentia Ordinarij, quam Sedis Apoſtolicæ.*

4 *Declarationes Concilij Tridentini Rota ſolet reuerenter ſuſcipere.*

5 *Licentia, concedenda ab Ordinarijs, requirit cognitionem cauſæ, & citationem Partis.*

6 *Decretum primum circumducitur per ſecundum.*

7 *Clauſula* ſublata,& decretum irritans *claudit os Parti, & tollit facultatem, aliter iudicandi.*

DECISIO LX.

1 DIXERVNT DD. non eſſe locum fundationi Monaſterij, quod Patres Carmelitæ antiquæ obſeruantiæ prætendunt erigere in Ciuitate Lublini, dum non docent de ſpeciali licentia, Sedis Apoſtolicæ, requiſita in ſimilibus erectionibus *iuxta textum expreſſum in cap. 1. de exceſſib. Prælat. in 6. & in cap. vnico §. confirmatos vbi Franch. & Geminian.num.8. de Relig. Domib. eodem lib.*

2 Neque licentiam huiuſmodi videri ſublatã per Concilium Tridentinum ſeſſ.25. cap.3. in fine de regular. dum diſponit, quod nec de cætero ſimilia loca erigantur ſine Epiſcopi, in cuius Diœceſi erigenda ſunt, licẽtia prius obtenta: Nam cum inter diſpoſitiones prædictas nulla poſſit conſiderari incompatibilitas, per ſecundam non cenſetur derogatum primæ *l. ſed & poſteriores ff. de legib. Felin. in cap. 1. nu. 19. verſ. 2. caſus de Conſtit.* & in proximis terminis firmauit *Rot. in Ianueñ Priuilegiorum 24. Ianuarij 1648. coram R.P.D. meo Royas.*

3 Et propterea vtramque licentiam, in erigendis nouis regularium Monaſterijs, neceſſariam eſſe, decreuit S.Congregatio Eminentiſs.Card. S.Concilij Tridentini interpretum, vt teſtantur moderni quam plures, nempè *Tamburin. de Iure Abbatiſſar. & Monial.tom.3.diſput.33.quæſit.1.Campanil. in diuerſor.iur.canon.rub 12.cap.13.nu.80. verſ. verum cum diſpoſitione,* vbi reprobat Sorbum contrarium tenentem, *Zerol. in praxi Epiſcop. verbo Monachi verſ. ad ſecundum fol. mihi 157. Io:Gallemart. in collect.declarat. Concil.cap.3.ſeſſ.25.num.5. de regular.Emanuel. Roderic.quæſt.regular.tom.1. quæſt.23. art.7. & tom.2. quæſt.49.art.3. in fin. verſ. nam licet, alter Roderic. reſolut. regular. 55. num.12. & probat. Barboſ. in d. cap.1.num.3. de exceſſ.Prælat. in 6. & de off. & poteſt.Epiſc.allegat.26.num.4.*

4 Non obſtat *Deciſio 745. par. 2. in recent. & deciſ.115.num.7.& ſeqq.par.5.* Nam cum dicta Sacra Cõgregatio contrarium declarauerit, Rota ſimiles declarationes reuerenter ſuſcipit, & obſeruat, vt dictum fuit *coram Buratt.deciſ.479 num.3. ibique Adden. num.20. in Vicen. Iuriſdictionis 21. Iunij 1638. & in Maceraten.Beneficij 16. Ianuarij 1640. coram bo:me: Merlino, in Maioricen. Parochialis 13. Iunij 1646. coram me, & ſæpè in alijs.*

4 Et eo libentius inclinarunt Domini in hanc ſententiam, quia in præſenti caſu non ſolum deſideratur licentia ſummi Pontificis, ſed etiã deficit licentia Ordinarij: Nam tres Epiſcopi Cracouienſes ſucceſſiuè ſemper illam denegarunt; Primus enim de anno 1623. inhibuit Patribus, ne auderent dictum Monaſterium ædificare, & licet poſteà de anno 1624. Idem Epiſcopus declarauerit, ſe non fore difficilem, imò promptum, & alacrem ad præſtandum conſenſum huiuſmodi, quando Carmelitæ authenticè docuiſſent de prouiſione ſufficienti; Attamen vltra quod talis prætenſa licentia non fuit obtenta cauſa cognita, & vocatis alijs religioſis iuxtà formam præſcriptam à ſan:mem: Clem. VIII. in eius conſtit. in ordine 99. & ponderat *Gratian. diſceptat. forenſ.lib.3. cap.517. nu.18.* Illa continet potius declarationem animi præſtandi dictum conſenſum ſtante ſufficienti redditu, quam veram, & poſitiuam licentiam, Vndè dum poſteà alter Epiſcopus de anno 1636. conceſſit nouam Inhibitionem, & deinde de anno 1639. pronunciauit per ſententiam diffinitiuam, non eſſe locum Erectioni, & fundationi dicti Monaſterij, imponendo Patribus perpetuum ſilentium ſuper illius fundatione, *vt in Summ. num. 3.* Et demum tertius de anno 1646. approbauit Decreta aliàs facta per Ordinarios Anteceſſores, iterum inhibendo Patribus, ne aliquid aude-
6 rent in futurum attentare, vtique ſuper dicta prætenſa licentia, ſeù declaratione nullum poteſt fundamentum fieri, cum fuerit ſublata, & circumducta per actus ſubſequentes, & decreta poſteà emanata *l. & poſt edictum §. & quod ſi Is ff. de Iudic. Rot. coram Buratt.deciſ.574.nu.11. & in Nullius, ſeù Sublacen. Attentator. 1. Iulij 1647 coram R.P.D. meo Bichio.*

Prædictis accedit Bulla ſan:me: Vrb. VIII. in ordine 25. per quam prohibetur expreſsè recipi, erigi, fundari, & inſtitui noua Monaſteria, ac etiam incæpta perfici, & abſolui niſi de expreſſa Ordinariorum licentia, ac ſeruatis in omnibus, & per omnia ſacrorum Canonum, & Concilij Tridentini Decretis, nec non Conſtitutionibus ſan: mem: Clementis VIII. & Greg. XV. quæ propterea Conſtitutio
7 cum contineat Clauſulam *ſublata, & decretum irritans,* claudit os parti, & tollit facultatem aliter iudicandi *Cardin. in Clem. quia diligenti in ſecunda quæſt. de elect. Buratt. deciſ. 831. num.4. & in rec.deciſ.180.num.1.par.2. & dec.252 num.6.par.4.tom.2.*

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit.

TOLETANA DECIMARVM.

Veneris 3. Aprilis 1649.

ARGVMENTVM.

Declaratoria datur ob non paritionem, nec retardatur prætextu illiquiditatis crediti, quia vel tenetur Debitor inſtare pro liquidatione, vel aliquid ſoluere cum oblatione reſidui ſecuta liquidatione.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur, quando intimato mandato de manutenendo, & ſeru. quatuor terminis non apparet de paritione.*

2 *Declaratoria ob non paritionem datur, tam in executorialibus rei iudicatæ, quam mandati de manuteneudo.*

3 *Declaratoria non datur ante factam liquidationem ob incertitudinem ſummæ.*

4 *Certum dicitur illud, quod per relationem ad aliud ſtatim certificari poteſt.*

5 *Paritio realis requiritur mediante ſolutione, quando quantitas eſt liquida.*

6 *Declaratoria non euitatur ob crediti illiquiditatem, ſed Debitor tenetur inſtare pro liquidatione.*

7 *Imò debet ſoluere aliquam ſummam, cum oblatione ſoluendi reſiduum ſecuta liquidatione.*

8 *Manutentionis in iudicio non veniunt fructus ante motam litem.*

9 *Fallit quando fructus non petuntur tanquam quid acceſſorium ad ipſam rem, ſed tanquam ſors, & iure dominij.*

DECISIO LXI.

1 CENSVERVNT DD. dandam eſſe declaratoriam contra Fratres Redemptionis Captiuorum Ciuitatis Toletanæ, recuſantes ſoluere decimas, & parere præceptis Rotalibus. Dum enim Capitulariter fuit illis intimatum mandatum de manutenendo cum expreſſa comminatione cenſurarum, & ſeruatis quatuor terminis ſeruari ſolitis, adhuc non conſtat de paritione, contumacia remanet clara, & conſequenter intrat declaratoria *Felin. in cap. ad probandum de re iudic. Veſtr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 19. Rota coram Achill. deciſ. 5. num. 2. de ſent. excomm. & in recent. deciſ. 502. num. 1. par. 5 cum alijs in Tullen. Prioratus 28. Iuny 1645. & in Bouen. Abbatiæ 10. Nouembris eiuſdem anni coram R.P.D. meo Arguelles.*

2 Huiuſmodi verò praxim procedere tam in executorialibus rei iudicatæ, quam in Executorialibus mandati de manutenendo firmauit *Rot. coram Andrea deciſ. 107. num. 2. & in recentior. deciſ. 591. num. 5. par. 2. & deciſ. 303. num. 1. & ſeqq. par. 6. & penes Poſt. de manuten. deciſ. 456. num. 1. & 2. in Aſten. penſionis 4. Iulij 1646. coram R.P.D. meo Otthobono, & plures cumulant Adden. ad Buratt. deciſ. 17. num. 5.*

3 Non obſtat quod ante factam liquidationẽ ob incertitudinem ſummæ non detur Declaratoria; Siquidem reſpectu quotæ decimarum
non cādit dubitatio, ex quo illa ſemper eſt certa, reſpectu verò fructuum, cum Fratres retineant libros, in quibus fructus deſcribi ſolent,
4 certitudo non poteſt controuerti, cum certū
dicatur illud, quod per relationem ad aliud
ſtatim certificari poteſt. *l. 1. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. Dec. in l. certum num. 3. ff. ſi cert. pet. Menoch. conſ. 248. num. 30. & conſ. 287. nu. 28. & ſeqq. Surd. conſ. 296 num. 19. verſ. ſimiliter, & ſeqq. Caſ. de Graſſ. deciſ. 5. num. 5. de reſtit. ſpoliat. & in recent. deciſ. 254. num. 9. par. 6. Meleuitana Commendæ Sancti Leonardi 17. May 1645. coram R.P.D. meo Bichio*, & in his præciſè terminis contra eoſdem Fratres Redemptionis Captiuorum firmatum fuit in *Dertuſen. decimarum 11. May 1609. coram Marcomontio, penes Marcheſ. tom. 1. fol. 675. num. 3.*

5 Et in omnem caſum, vel quantitas erat liquida, & requirebatur vera, & realis paritio mediante ſolutione effectiua *Seraph. deciſ. 1113. nu. 3. Caualer. deciſ. 364. ad fin. in recentior. dec. 303. num. 4. & 5. par. 6.* & fuit dictum in *Bononien. pecuniaria, ſeù dotis 10. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Arguelles.*

6 Vel erat illiquida, & debebant Fratres inſtare pro liquidatione ad euitandam declaratoriam, vt notat *Genuen. in praxi Cur. Archiep. Neap. cap. 29. num. 24. & 25. in addit. Rota coram Achill. deciſ. 1. nu. 2. & ſeqq. de ſentent. excomm. Calaguritana penſionis 4. Decembris 1624. coram Manzanedo, Camerinen. Prædij 13. Ianuarij 1625. coram Remboldo, & deciſ. 254. num. 8. par. 6. in recent.*

7 Imò aliquam ſummam ſoluere cum oblatione reſidui ſecuta liquidatione iuxta doctrinam *Angel. in l. quarta §. Prætor ait, ff. de re iud. Rota in dicta Dertuſen. decimarum poſt Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 675. nu. 2. & in Vicen. penſionum 18. Martij 1639. & 4. Decembris 1641. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

8 Non obſtat prætenſus exceſſus, ex quo mādatum contineat Decimas etiam ante motam
litem, quæ regulariter non veniunt etiam in
iudicio manutentionis; Nam obiectum benè
procederet, ſi fuiſſet actum ſuper iure decimandi,
non autem ſuper ipſis decimis, quo
caſu illæ venirent tanquam fructus, & quid
9 acceſſorium ad ipſum ius, ſecus verò, vt in
præſenti caſu, quando ipſæ decimæ principaliter petitæ fuerunt independenter a quocumque iure; Nam tunc debentur etiam ante motam litem, non quidem ratione moræ, vel malæ fidei, ſed benè iure dominij eiuſdem petentis, qui alias rem ſuam integrè non conſequeretur per *tex. in l. cum vnus §. 1. & l. libertis §. manumiſſis, ff. de alim. & cibar. legat.* & benè firmauit *Rota deciſ. 3. à princ. & præſertim nu. 17. & ſeqq. par. 7. recent. Mediolanen. penſionis 31. Ianuary, & 27. Iuny 1646. coram R. P. D. meo Bichio, Hiſpalen. decimarum 19. Iuny 1648. coram R.P.D. meo Meltio, cum alijs per modern. Peruſ. de manut. obſer. 74. num. 11.*

Et ita vtraque Parte &c.

BONONIEN. BONORVM Emphyteuticorum.

Veneris 30. Aprilis 1649.

ARGVMENTVM.

Ex Inſtrumento Emphyteuſis, & Inueſtituræ datur immiſſio, prout conceditur ex Teſtamento, & quid operetur pactum in eo appoſitum de renouañ de 29. in 29.

SVMMARIVM.

1 *Remedium* l. fin. *habet locum etiam in bonis Emphyteuticis.*

2 *Immiſſio petita vigore Inueſtituræ, gaudet iiſdem priuilegijs, quibus gaudet immiſſio ex Teſtamento.*

3 *Emphyteuſis, ſi ſit conceſſa duobus in ſolidum pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus portio deficientis ſine filijs accreſcit Alteri.*

4 *Emphyteuſis cum pacto, ne tranſeat ad extraneos, non admittit Religioſos profeſſos.*

5 *Emphyteuſis, conceſſa ad 29. elapſo tempore expirat, & ceſſat omne ius, ſi renouatio non fuerit petita.*

6 *Pactum de renouando de 29. in 29. cenſetur appoſitum pro faciliori probatione.*

7 *Declara id procedere in emphyteuſi perpetua cum pacto de renouando, ſecus verò in Conceſſione ad tempus adiecto ſimili pacto.*

DECISIO LXII.

1 RESPONDERVNT Domini pro confirmatione ſententiæ Rotalis, concedentis Ioanni Ludouico hæredi Anibalis primi Inueſtiti Immiſſionem ſuper bonis Defuncti vigore *l. fin. C. de edict. Din. Adr. toll.* quia huiuſmodi remedium habet etiam locum in bonis Emphyteuticis, vt notat *Iaſ. ad dictam l. fin. numer. 26. Cald. de Emphyt. lib. 2. tit. de nominat. Emphyt. quæſt. 8. nu. 26. & 33. Rot. in rec. deciſ. 16. nu. 1. & deciſ. 26. eod. num. par. 3. & deciſ. 242. nu. 3. par. 7 & coram Duran. deciſ. 301 num. 3. & latè deductum fuit in Fanen. ſeù Senogallien. bonorum ſuper immiſſione 14. Martij 1646. coram R.P.D. meo Meltio.*

2 Non enim eſt minus priuilegiata Immiſſio huiuſmodi, quam illa quæ petitur ex Teſtamento, *Rolan. conſ. 1. num. 51. lib. 1. Surd. conſ. 571 num. 4. & ſeqq. Argel. de acquir. poſſ. quæſt. 4. nu. 196. Rot. in rec. deciſ. 585. num. 22. & ſeqq. part. 5. & deciſ. 204. num. 8. & 9. par. 7.*

3 Non obſtat, quod dicta bona non ſolum fuerint conceſſa Anibali, ſed etiam Ioanni Franciſco ex Alphonſo fratre nepoti; Nam cum Conceſſio facta fuerit vtrique in ſolidū pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, & Idem Io: Franciſcus deceſſerit ſinè filijs; portio illius accreuit Ioanni Ludouico, vt benè per *Bald. in l. vnica nu. 28. per tot. & præſertim in verſ. ex quibus concluditur C. quand. non peten. part. & in cap. 1. §. filia num. 4. de ſucceſſ. feud. Iaſ. in l. ſi mihi, & Titio 110. num. 10. verſ. amplia iſtam fallentiam, ibique Alex. num. 18. ff. de verb. oblig. & in conſ. 30. num. 8. & ſeqq. lib. 1. Dec. conſ. 326. num. 2. Pariſ. conſil. 16. num. 3. & ſeqq. lib. 4. Menoch. conſ. 464. num. 2. Corbul. de cauſ. priuat. ob lineam finit. nu. 86. & 87. Cald. de Emphyt. lib. 3. quæſt. 13. num. 44. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 34. num. 28. Gratian. cap. 272. num. 28. & ſeqq. Rot. deciſ. 383. num. 7. par. 4. tom. 2. rec. & deciſ. 176. num. 6. & ſeqq. part. 5. vbi alia cumulantur.*

4 Minus obſtat, quod ex eod. Alphonſo remanſerit etiam frater Hyacinthus, comprehenſus in antecedenti Inueſtitura de an. 1587. vigore clauſulæ *pro hæredibus, & ſucceſſoribus*; Nam, cum Idem eſſet profeſſus in Monaſterio S. Iacobi Ordinis Sancti Auguſtini, non poterat in dicta Inueſtitura ſuccedere, reſiſtente pacto, ne illa tranſiret in perſonas extraneas *Butr. conſ. 23. num. 3. Aldob. conſ. 40. num 9. lib. 1. Rot coram ſan. mem. Greg. deciſ. 529. num. 9. in Vrbeuetana fideicommiſſi 1. Martij 1613. & 14. Aprilis 1614 coram bon: mem: Manzanedo, in Mediolanen. bonorum 30. May 1633. coram Merlino*, & latè probatum fuit *in Deciſionibus in cauſa factis coram RR. PP. DD. meis Meltio, & Veroſpio.*

5 Et hoc eo facilius venit dicendum quia dicta Conceſſio, facta de anno 1587. reſtricta fuit ad tempus 29. annorum, quibus elapſis, cum idem frater Hyacinthus nō petierit renouationem, ius, ſi quod habuit, indubitanter amiſit, *per text. in cap. 1. quo temp. Milit. inueſt. pet. deb. & in cap. 1. §. Titius filios, ſi de feud. def. fuer. controu. & cap. 1. §. præterea de prohib. feudor. alien. per Frideric. Iaſ. in l. 2. num. 23. C. de iur. Emphit. Bald. conſ. 127. num. 1. Ceph. conſ. 142. nu. 22. & ſeq. Gozadin. conſ. 71. num. 1. verſ. ſecundo reſpondetur, Corbul. de cauſ. priuat. ob non petit. Inueſtit. num. 7. Franch. deciſ. 425. num. 1.* & firmauit *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 348. num. 1. verſ. non obſtat pactum, & num. ſeq. & deciſ. 567. num. 1. & ſeqq. & in rec. deciſ. 215. num. 1. & 2. par. 1.*

6 Nec releuat, quod pactum de renouando de 29. in 29. cenſeatur appoſitum pro faciliori probatione dominij, & conſecutione laudemij, non autem ad ſubſtantiam contractus,

7 Nam obiectum benè procedit in Inueſtitura perpetua cum pacto renouandi de tempore in tempus, ſecus verò, vt in præſenti caſu, quando Conceſſio eſt facta ad tempus, adiecto pacto de renouando in perpetuum, vt benè diſtinguendo inter vtrumque caſum firmauit *Rot. deciſ. 438. num. 3. part. 1. rec. cum concordantibus adductis per Add. ad ſan. mem. Greg. deciſ. 348. litera B. & per Rub. in ſuis ſingul. part. 1. fol. 11. num. 1. & ſeqq.*

Et ita &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 7. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Societas Officij an ſpectet ad illum, cuius fauore contracta fuit, vel potius ad eum, qui reſeruauit ſibi facultatem exigeñ fructus, nominañ periculum vitæ, & illam diſdicendi; Et quid operetur Cōmiſſio cum clauſula *ſi quid exequen.*, conceſſa poſt mandati relaxationem.

SVM-

Google

SVMMARIVM.

1 *Creditum probatur ex inſtrumento.*
2 *Executiuè agitur vigore obligationis Cameralis.*
3 *Pecuniæ dicuntur extare, quandò conſignatæ fuerunt ſub obligatione de reſtituen., & ad omne mandatum Domini.*
4 *Clauſula* ſi quid exequen͂, *non vulnerat obligationem Cameralem, ſed conſtito de validitate, & iuſtitia mandati, proceditur ad vlteriorem executionem.*
5 *Citationes, & alij actus iuſtificantur ex reuolutione proceſſus.*
6 *Reſeruatio facultatis exigen. fructus, nominan. periculum vitæ, & diſdicen. denotant dominium ſocietatis.*
7 *Fallit, quandò apparet de dominio Alterius, & pecunias ad eum ſpectare.*
8 *Reſeruatio enim tali caſu denotat nudam adminiſtrationem.*
9 *Præſcriptione tollitur omnis actio.*
10 *Præſcriptio non currit contra pupillum, & minorem.*
11 *Reſtitutio in integrum conceditur minori aduerſus præſcriptionem legalem.*
12 *Reſtitutio in integrum competit hæredibus ex capite probabilis ignorantiæ.*
Ignorantia præſumitur in hæredibus, eod. num. 12.
13 *Præſcriptio ſtatutaria fundatur in præſumptione ſolutionis.*
Præſcriptio ſtatutaria non currit contrà exiſtentem in patria poteſtate, eod. num.
14 *Et talis præſumptio tollitur per contrarias præſumptiones.*
15 *Exceſſus impedit executionem mandati:*
16 *Hæres vnus ex pluribus, eundem gradum obtinentibus, poteſt totum petere, ſi alij non inſtent.*

DECISIO LXIII.

VIGORE promiſſionis factæ per Petrum Antonium Catalonum de reſtituendo pecunias ſibi conſignatas prioribus, & potioribus creditoribus Creſcentij, & ad omne mandatum Domini, obtinuerunt Lauinia, & alij de Achillis, vti hæredes Camillæ matris pro illarum reſtitutione mandatum executiuum contrà hæredem dicti Petri Antonij: Quod
1 hodiè, dubio propoſito, Dixerunt Domini, eſſe exequendum. Etenim de credito non dubitatur propter inſtrumentum publicum ſocietatis officij; & ſuper anterioritate non cadit controuerſia, cum illa emanauerit de anno 1598. Alia verò ad fauorem Petri An-
2 tonii fuerit inita de anno 1601. Vndè, attenta obligatione Camerali, rectè fuit actum via executiua pro mandati relaxatione, vt not. *Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 1. nu. 18. & quæſt. 2. nu. 8. & 9.* ibiq; *Add. nu. 5. Saluſt. in prax. lib. 1. quæſt. 38. poſt princ. & quæſt. 49. ſub nu. 3. Rot. coram Duran. deciſ. 404. num. 4. & poſt Zacch. de oblig. Cameral. deciſ. 135. num. 1.*
3 Maximè cum, vltrà obligationem prædictam, adſit etiam clauſula, *Et ad omne mandatum Domini*, quæ operatur, vt pecuniæ dicantur extare, perindè, ac ſi nunquam conſignatæ fuiſſent, & faciliorem præbet executionem, vt not. *Marcheſ. de comm. appell. ab oblig. Cameral. part. 1. §. 1. num. 173. & ſeqq. & præſertim nu. 177. fol. 709. Rot. coram Seraph. deciſ. 1396. nu. 1. & 2.*
4 Nec refert, quod Signatura reſcripſerit cum clauſula, *ſi quid exequendum*, quia illa non vulnerat obligationem Cameralem, ſed conſtito de validitate, & iuſtitia mandati proceditur ad vlteriorem executionem, vt dixit *Rot. coram Millin. deciſ. 362. nu. 2. & 3. & in recent. deciſ. 607. num. 2. part. 4. tom. 3. & poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 12. num. 4.* cum alijs adductis per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 968. num. 2. & ſeqq.*
5 Exceptiones verò exaduerſo deductæ, aliæ tollũtur ex facto, & aliæ nõ ſubſiſtunt in iure; Quod enim adſit citatio ad reſtituendum pecunias iuxtà formam iurium, de quibus in actis, quodque conſtet de legitimatione perſonarum, iuramento calumniæ, necnon de ſufficienti mandato procuræ tàm ex parte hæredum in perſona Victorij, quam ex parte Cataloni in perſona Labentij, apparet ex notula particulari data in reſponſione facti: Itaut inuerecundum ſit, opponere defectus huiuſmodi, qui ceſſant ex viſione oculari, & ex lectura, & reuolutione proceſſus, *Rot. coram ſanct:me: Gregor. deciſ. 94. ſub num. 5. & 6. coram Duran. deciſ. 321. nu. 1. & in recent. deciſ. 261. num. 4. part. 2.*
6 Quod autem ſocietas officij, cuius bonam fidem recognouit Creſcentius, licet cõtracta ad fauorem Camillæ, nihilominus ſpectaret ad virum, qui facultatem exigendi fructus, nominandi periculum vitæ, illamque diſdicendi, & cedendi expreſsè ſibi reſeruauit iuxtà
7 *deciſ. 771. num. 2. part. 2. recent.* Tollitur ex lectura eiuſdem inſtrumenti ſocietatis, in quo apparet, pecunias prouenire ex precio locorum Montium, quorũ omnimoda diſpoſitio pertinebat ad Camillam vigore donationis, ad ſui fauorem factæ à Dominico de Achillis 18. Septembris 1593. pacto adiecto, quod in caſum diſdictæ pecuniæ deberent reinueſtiri,
8 iuxtà formam præfatæ donationis. Vndè, reſeruatio ad fauorem mariti, importat tantummodò nudam adminiſtrationem in perſonam ipſius, vt dixit *Rot. coram Duran. deciſ. 197. nu. 4. verſ. ſed placuit, & deciſ. 245. num. 2. & in Romana Separationis bonorũ 20. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio.* Non autem excludit, quin dominium ſocietatis ſpectet ad Camillam vxorem, cuius nomine contracta fuit, & cui proptereà plenè fuit acquiſita, iuxtà not. *per D. D. in l. multum intereſt, C. ſi quis alt. vel ſibi, Rot. deciſ. 262. num. 1. & ſeqq. part. 1. recent. & in Romana Domus 18. Decembris 1620. coram bon:mem: Manzanedo, & in Romana de Marcſcottis 18. Iunij 1646. coram d. R. P. D. meo Veroſpio.*
9 Minus obſtat, quod ſiuè attendatur creditum Camillæ, ſiuè debitum, & obligatio Petri Antonij, ſemper effluxerint plus quam 30. anni: Et ſic non ſolum adſit præſcriptio ſtatutaria, ſed etiã iuris cõmunis, per quã perimitur omnis actio, *l. ſicut, & l. omnes, C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Siquidem præſcriptio iuris cõmunis ceſſat attenta ætate hæredum, quorum primus mortua Camilla erat in decimo ſuæ

ætatis

ætatis anno conſtitutus; Alter in nono, tertius in ſeptimo, & vltimus in ſecundo. Itaut
10 præſcriptio contrà eos non potuerit currere, cum durante tempore pupillaris, & deindè minoris ætatis ſemper dormiat, & conquieſcat, prout in terminis de pupillo eſt, *text. in d.l.ſicut, C.de præſcript.30.vel 40. ann. & in l.cum notiſſimi, ibique gloſſ.verb.excipiendo, C.eod. gloſſ.in cap.cum non liceat, verb.non obſtante, verſ.item pupillo de præſcript. Abb.in cap.1.num.2. eod.tit. Rot. deciſ.61. n.13. part.7. in rec.* Et de minore, *Rot. diuerſ.deciſ.454.nu.2.part.4.coram Millin.dec.334. num.4. & in recent.deciſ.270.num.4. part.6.*
11 Et in omnem caſum competeret iiſdem hæredibus reſtitutio in integrum, in actis petita tàm ex capite dictæ minoris ætatis ad *text. in l. fin. C. quib.ex cauſ. reſt. in integr. non eſt neceſſ. Alex.conſ.116.ſub num.1. verſ.poſt verò pupillarem lib.5. Odd.de reſtit.in integ.part.2.quæſt.90. num.3.& ſeqq. Rot.coram ſan.me:Gregor.deciſ.489. num.14. in recent. deciſ.372.num.10. part.4.tom.2. & in Peruſ. Reintegrationis* 11. *Ianuarij* 1647. *co-*
12 *ram R. P. D.meo Royas*. Quam ex capite probabilis ignorantiæ, quæ præſumitur in hæredibus per *text.in l.qui in alterius,ff.de reg.iur. Alex. conſ.71.nu.2.& 3. lib.1. & conſ.89.num.10. lib.2. Rot.coram Buratt.deciſ.457.num.2.& in recent. deciſ.315.num.7. & ſeq. part.4. & deciſ.360.num.1. & 6. part.6.& poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.319. num. 10. cum alijs*, quos cumulat *Cyriac. contron.329.num.77.*
13 Præſcriptio verò ſtatutaria, fundata in præſumptione ſolutionis, vltrà quod non comprehendit hæredes prædictos, qui ſemper fuerunt ſub patria poteſtate, *Auth.niſi triennale, vbi gloſſ. verb.apparuerit, C.de bon.matern. Abb.in c.ex tranſmiſſa num.9. de præſcript. & conſ.32. in princ. & conſil.101.num.6.lib.1.& conſil.22.num.2.lib.2. Rot.coram Caual.deciſ.346.nu.6. & in rec.dec.425.*
14 *nu.20.part.5.* Ceſſat etiam in præſenti caſu, in quo ex forma donationis Dominici. & inſtrumento ſocietatis officij pecuniæ debebant reinueſtiri Vndè non docto de dicto inueſtimento, non habet locum præſumptio huiuſmodi, cum illa tollatur per contrarias præſumptiones, vt in verbis diſponit idem Statutum cap.158.lib.1.ibi,*niſi contraria præſumptio præponderans, ac præualens adducatur, Gabr. conſil.148. num.10. & ſeqq. lib.2. Mantic. deciſ.151. num.6. Duran. deciſ.210. num.15.* & fuit dictum *in Romana Dotis coram Pirouano, poſt Fenzon. ad d.Statutum deciſ.157. à princ.*
15 Demum non obſtat, quod dictum mandatum non potuerit relaxari, niſi pro quatuor ex ſex partibus, ex quo aliæ duæ ſpectabant ad Bartholomæum, & Ioannem Antonium pariter filios dictæ Camillæ. Et ideò, vti obtētum pro tota ſumma ſit exceſſiuū, & conſequenter non exequeñ. Nam cum iidem Bar-
16 tholomæus, & Io: Antonius obierint antè matrem, de illis nulla eſt habenda ratio, vel quatenus viuerent, ſaltem negari non poſſet, quod ipſis non adeuntibus potuerint alij, qui hodiè agunt, totum petere per *text.in l.1.& ibi gloſſ. verb. omittentibus, C. quando non pet. partes, l.ſi ex pluribus, vbi pariter gloſſ.in verb. non adeuntibus, ff. ſi pars hæred. pet l.ſi ponas, §.ſi cum duo, C.de inoff.teſtamento, Surd.conſ.359.nu.15. & ſeqq.* Et ità deciſum. &c.

LEODIEN. PECVNIARIA.

Lunæ 10.Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Mandatum procuræ præſumitur in eo, qui fecit expenſas, & interpoſuit appellationem, quam Principalis proſecutus fuit, & debitum eiuſdem Principalis probatur ex ſolidationibus per eum ſubſcriptis, & ex ſolutione partis.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, quando vna eſt confirmatoria alterius.*
2 *Actus geſti contrà procuratorem, perindè eſt, ac ſi eſſent facti contrà Principalem.*
3 *Teſtes reddentes concludentem rationem ſui dicti optimè probant.*
4 *Mandatum procuræ præſumitur ex expenſis factis, & ex alijs.*
5 *Ratificati cenſentur actus geſti per Procuratorem ex proſecutione appellationis per ipſum interpoſita.*
6 *Deciſiones rotales probant iuſtitiam ſententiæ.*
7 *Subſcribens ſcripturæ cenſetur omnia in ea contenta approbare.*
8 *Solidatio Computorum probat creditum inter ipſos ſolidantes.*
9 *Accollatarius, per accollationem debiti in ſe, efficitur debitor principalis.*
10 *Solutione partis, debitum agnoſcitur in totum.*
11 *Approbans actum non poteſt amplius illum impugnare.*
12 *Res inter alios acta Tertio non præiudicat.*

DECISIO LXIV.

CVM ex tribus ſententijs latis ad fauorem hæredum Antonij de Roſmarino, vna ſit confirmatoria alterius; meritò reſponſum fuit cōſtare de tribus conformibus, iuxtà *gloſſ.* communiter receptam *in Clem* 1. *verb. alicuius de ſent. & re iudic. Rota corā Caualer.deciſ.387.n.1. & in recent. deciſ.292. eodem nu. part.6.* cum alijs relatis *in Romana Saluiani 13.Aprilis 1646. coram R.P.D.meo Otthobono.*

2 Nec ſubſiſtit prætenſa nullitas, quod in 1. & in 2. inſtantia Gulielmus, qui repetitur citatus fuit conſtitutus Procurator tantummodò à duobus ſtatibus, nempè à Nobilibus, & Ciuibus, non autem à Capitulo Cathedralis Leodieñ, & quod proindè reſpectu Capituli ſententiæ dicantur nullæ, quoniam ex datis in *Summario pro parte hæredum nu.4.& ſeqq.* conſtat, à principio fuiſſe citatos eoſdem ſtatus inſimul congregatos, eorumque Miniſtros, & Officiales, illoſque in Congregatione habita 27. Aprilis 1641. cōſtituiſſe Henricum Procuratorem ſpecialem in huiuſmodi cauſa, cum facultate ſubſtituendi, cuius vigore fuit per ipſum ſubſtitutus Gulielmus à Mera; imò apparet vlterius, quod Deputati dd. ſtatuū ſub die 26.Auguſti ſubſequentis, præ via litis conteſtatione, denuò eoſdem Procuratores conſtituerunt, & reſpectiuè confirmarunt,

itaut

itaut dubitari non poſſit, quod actus geſti, ipſis citatis ſuſtineantur perinde ac ſi contra coſdem ſtatus facti fuiſſent, *Felin. in cap. ſuborta num. 1. de re iudic. Caſſad. deciſ. 3. num. 2. de reſcript. Caputaq. deciſ. 36. num. 5. par. 1. & coram Buratt. deciſ. 849. num. 2. & in alijs.*

Non obſtat quod conſtitutio Procuratoris
legatur facta ſimpliciter à ſtatibus, abſque vl-
la mentione Capituli; nam, cum illa emana-
uerit in Congregatione & coadunatione ſta-
tuum, ab omnibus facta cenſetur, vt depo-
3 nunt Teſtes ſer. ſer. examinati, aſſerentes vl-
terius, in eadem Congregatione interueniſſe
nonnullos Canonicos, qui non niſi vti depu-
rati à Clero, & Capitulo Cathedralis prædi-
ctæ poterant interuenire, quibus propterea te-
ſtibus vti practicis, & informatis de conſuetu-
dine illarum partium, & reddentibus bonam,
& concludentem rationem ſui dicti plena fi-
des adhibenda venit, *Cagnol. in l. 2. num. 241. C.
de reſcind. vend. Surd. conſ. 196. num. 64. Rota in Ca-
merinen. læſionis, ſeù ſubhaſtationis 20. Iunij 1608.
coram Penia, & in recent. deciſ. 237. num. 7. par. 7.
& notat Felin. in cap. ad aures num. 17. de reſcript.*

4 Prædicta corroborantur, tũ ex notabili impenſa facta ab eodem Procuratore in proſecutione litis, & appellatione ad Curiam, ex qua deduci ſolet præſumptio legitimi mãdati iuxtà notata per *Bart. in l. cum ſeruus 104. num. 4. ff. de verb. oblig. Caſſad. deciſ. 1. num. 2. & deciſ. 3. nu. 4. de Procur. & in rec. deciſ. 89. n. 3. par. 1. & deciſ. 78. num. 8. & ſeqq. par. 7.*

5 Tum etiam ex eo, quod Capitulum, proſequendo appellationem à dicto Procuratore interpoſitam, cenſetur geſta per ipſum approbaſſe, & ratificaſſe, *Aym. conſ. 159. num. 5. Vant. de nullit. tit. qualiter ſent. num. 103. Lancellott. de attent. par. 1. cap. 1. num. 63. & ſeq. Rota coram ſan. me. Greg. deciſ. 176. num. 9.*

6 Iuſtitia pariter earundem ſententiarum re-
manet abundè iuſtificata ex deciſionibus, in
cauſa factis coram R.P.D. meo Bichio: ſiqui-
dem creditum Antonii aduerſus clar. me. Her-
neſtum Principem, & Epiſcopum Leodien.
non poteſt in controuerſiam deduci, cum il-
lud appareat non ſolum ex pluribus explici-
tis confeſſionibus, & cedulis per eum ſub-
7 ſcriptis, quæ ſubſcriptiones operantur, vt
omnia in ijſdem Cedulis contenta videantur
approbata, & confirmata, *l. ſi ita ſtipulatus 126.
§. Chryſogonus, ibique Iaſ. num. 2. & 12. & commu-
niter DD. ff. de verb. oblig. Aym. conſ. 73. num. 40.
Caputaq. deciſ. 360. num. 7. par. 2. Duran. deciſ. 6. n. 8.
& deciſ. 136. num. 4. & in recent. deciſ. 263. num. 13
par. 4. tom. 2.*

8 Sed etiam ex ſolidatione computorum facta de anno 1627. quæ inter ipſos ſolidantes creditum plenè probat, *Rebuff. de liter. oblig. art. 6. gloſ. 3. num. 27. Gratian. cap. 391. & cap. 728. vtrobique num. 1. Altograd. conſ. 6. num. 68. lib. 1. Rot. Gen. deciſ. 141. nu. 2. verſ. quanta autem, & dec. 176. num. 5. & fuit dictum in Hiſpalen. Salarij prima Iunij 1618. coram bo: mem: Cardinali Veroſpio, & in Romana Pecuniaria 13. Maij 1644. coram R.P.D. meo Bichio, & in recent. & deciſ. 287. num. 18. verſ. quinta partita, & num. ſeq. par. 7.*

9 Vnde cum dicti tres ſtatus, nempè Clericorum, Nobilium, & Ciuium, accollauerint, & in ſe ſuſceperint debita dicti Principis, & ſignanter iſtud, de quo agitur, effecti fuerunt debitores Antonij, perindè ac ſi debitum prædictum à principio contraxiſſent, & primordium obligationis in eis inchoaſſet, *Giurb. deciſ. 53. num. 10. in fin. Caſtill. deciſ. 40. num. 9. Cinc. de cenſ. quæſt. 73. num. 16. & quæſt. 105. num. 71. Rota poſt eundem deciſ. 547. num. 1. & ſeqq. & in recent. deciſ. 490. num. 10. & 11. par. 4. tom. 2. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 386. num. 1. & in Romana reintegrationis 23. Iunij 1642. coram Reuerendiſſimo Patauino.*

10 Non obſtat, quod prædicta accollatio non
contineat debitum, de quo agitur, nam con-
trarium apparet ex notula per ſtatus accepta-
ta, in qua in ſpecie regiſtrata legitur partita
debiti ad fauorem Antonij Roſmarini, iun-
cta etiam agnitione ipſius mediante ſolutione
partis, *l. ſi cui, vbi Bart. de leg. 2. l. ſed Iulianus
§. fin. in fin. ibique gloſſ. verb. ceſſabit ff. ad Macedo-
nianum, l. ſiquidem C. de tranſact. Rota coram Du-
ran. deciſ. 324. num. 5.* itaut ſtante approbatione
11 prędicta non valeat amplius d. debitum im-
pugnare, *l. obſeruare §. vltimo ff. de offic. Proc.
Bart. in l. 1. num. 4. C. vbi de crimin. agi oport. Surd.
conſ. 405. num. 34. cum pluribus adduct. in Romana
cenſus 18. Maij 1646. coram R.P.D. Meltio.*

Diuiſio verò eiuſdem debiti, de qua in duabus liſtis datis in *Summ. num. 3. & 7.* parum releuat ad hunc effectum, nam cum illa emanauerit inter ipſos ſtatus de anno 1611. & ſic poſt quadriennium à die ſequutæ accollationis, nullum potuit præiudicium inferre creditoribus abſentibus, quibus iam erat Ius quęſitum, & per eandem accollationem orta obligatio *ad text. in l. ſi quis putans §. ſi fundus, vbi gloſ. verb. creditori, & Bart. num. 1. & 4. & communiter DD. ff. commun. diuid. l. 3. §. fin. ff. qui pot. in pign. habeant., l. debitorum pactionibus C. de pact. Surd. deciſ. 286. num. 1. Rota in recent. deciſ. 205. n. 2. & 3. par. 7.*

Reliqua tolluntur per deciſiones factas coram R. P. D. meo Bichio, Et ità deciſum vtraque &c.

MELEVITANA HAEREDITATIS.

Veneris 28. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Saluianum an detur pro obſeruantia Donationis & An Clericus poſſit per viam contractus diſponere de fructibus ſui Beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum Saluiani competit ſuper bonis donatis concurrentibus extremis.*

2 *Interdictum Saluiani competit contra Tertium titulo poſſidentem.*

3 *Clericus poteſt diſponere per viam contractus, & donationis de fructibus ſui beneficij.*

4 *Cle-*

4 *Clericus habens adminiſtrationem Beneficij, æquiparatur Vſufructuario.*
5 *Clericus poteſt impendere fructus beneficij in propria alimenta, & de patrimonialibus liberè diſponere.*
6 *Qui Altari inſeruit, de Altari viuere debet.*
7 *Remedium* l. fin. *competit ei qui producit teſtamentum non vitiatum nec cancellatum.*
8 *Exceptio de Iure Tertij non admittitur in iudicio Immiſſionis.*
9 *Legatarius tenetur capere de manu hæredis.*

DECISIO LXV.

SENTENTIAM Rotalem, per quam Andreæ Vaſſallo conceditur immiſſio in bonis
1 Bartholomæi fratris, dixerunt Domini, eſſe confirmandam: Siquidem conſtat de donatione ad eius fauorem facta cum clauſula Conſtituti, necnon hypotheca, & obligatione omnium bonorum mobilium, & ſtabilium pro illius obſeruantia, cuius vigore concurrentibus extremis intrare ſaluianum probat *tex. in l.* 1. *vbi Bart. ff. de ſalu. interd. l.* 1. *C. de precar. & ſalu. Aretin. in §. item Seruiana nu.* 9. *inſtit. de actio.* & in his terminis dixit *Rot. dec.* 292. *n.* 2. *poſt Pacif. de Saluian. & in rec. dec.* 539. *n.* 1. *p.* 4. *dec.* 308. *in princ. & dec.* 578. *n.* 1. *p.* 5. *& deciſ.* 205. *per tot. par.* 7.

2 Dari autem ſaluianum, etiam contra tertium titulo poſſidentem, *notat gloſ. in l.* 1. *verbo vtile ff. de ſalu. Rol. conſ.* 14. *num.* 1. *lib.* 1. *Menoch. de adipiſc. remed.* 3. *nu.* 57. *Pacif. de ſalu. inſp.* 1. *cap.* 7. *num.* 14. *Rota coram Seraph. deciſ.* 935. *numer.* 3. & etiam pro conſequendis bonis donatis *d. deciſ.* 308. *num.* 3. *par.* 5. *in recent.*

3 Quibus ſtantibus non intrat ſpolium ſub prætextu, quod eadem bona præſumantur acquiſita ex fructibus beneficij, quod retinebat Bartholomæus in Eccleſia Cathedrali Meliteñ cum poſſit Clericus ceſſante fraude de illis diſponere per viam contractus, & donationis, *iux. gloſ. communiter recept. in cap. præſenti, verbo reſeruari de off. ord. in* 6. *Abb. in cap. ad hæc num.* 4. *verſ. ſed quando de teſtamentis, & in cap. cum conſtet numer.* 5. *de pignor. & alijs cautel. Redoan. de reb. Eccl. non alien. q.* 1. *cap.* 5. *in princ. fol. mihi* 282. *& cap.* 14. *num.* 2. *& ſeqq. & cap.* 16. *à num.* 1. *Molin.* qui affirmat, ſemper vidiſſe, ita pronunciari, *de primog. Hiſp. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 33. *&* 34. *alter Molin. de iuſt. & iur. diſput.* 148. *verſ. ſecunda concluſio, Sarmient. de reddit. Eccleſ. par.* 4. *cap.* 4. *nu.* 5. *in fin. & num. ſeq. Azor. inſtit. moral.* 2. *par. lib.* 7. *cap.* 9 *q.* 5. *Garz. de benef. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 10. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 36. *num.* 45. *Corn. conſ.* 314. *num.* 2. *lib.* 3 *Petr. Nunez reſp.* 19. *num.* 7. *Rota coram ſan. mem.*
4 *Greg. deciſ.* 401. *nu.* 1. Beneficiatus enim habens adminiſtrationem in vita, æquiparatur vſufructuario, *Clar. lib.* 3. *ſent. §. teſtamentum q.* 27. *nu.* 8. *Barboſ. in cap. præſenti eod. num. de off. Ord. in* 6. *Bellon. conſ.* 3. *num.* 2. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 41. *num.* 2. *& ſeqq. de prob. in antiq. & coram Seraph. deciſ.* 594. *num.* 7.

5 Vlterius ex teſtibus formiter examinatis cõſtat, Bartholomæum non ſolum poſſediſſe bona beneficij, ſed etiam patrimonialia, & fuiſſe ſolitum lucrari ex induſtria licita; Itaut præſumendum ſit, conſumpſiſſe fructus beneficij in alimenta, & alias impenſas neceſſarias excedentes redditus eiuſdem beneficij, prout deponunt ijdem teſtes, & de bonis patrimonialibus, & induſtrialibus diſpoſuiſſe, quod vtique facere potuit *iux. not. per Abb. qu.* 4. *num.* 14. *Soce. conſ.* 91. *col.* 3. *nu.* 3. *verſ. ſecundum quod præſupponitur lib.* 3. *Alex. conſ.* 116. *nu.* 3. *& ſeqq. lib.* 7. *cum pluribus adductis per Surd. de alim. tit.* 9. *q.* 12. *nu.* 11. *& ſeqq.*

6 Et ratio eſt quia Altari inſeruiens de Altari viuere debet *cap. cum ſecundum Apoſtolum de præbend. Innocen. in cap. Epiſcopus num.* 1. *eodem tit. Abb. in cap.* 1. *num.* 3. *de magiſtr. Menoch. de arbitr. caſ.* 195. *num.* 5. *Rota coram Verall. deciſ.* 306. *num.* 5. *par.* 3. *& in recent. deciſ.* 50. *numer.* 17. *par.* 7.

7 Eoque faciliùs Domini pro confirmatione reſponderunt, quia idem Andreas vltra, prædictam donationem, exhibet etiam teſtamentum à præfato Bartholomæo conditum non vitiatum, nec cancellatum, in quo ipſe reperitur inſtitutus hæres, itaut benè propterea illius vigore fuerit conceſſa immiſſio *ex rem. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Contard. in l. vnica in ampliat. ſeu quaſi num.* 98. *C. ſi de mom. poſſ. Saluſt. in prax. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. *Menoch. de adipiſc. rem.* 4. *num.* 56. *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ.* 206. *num.* 1. *& in recen. deciſ.* 140. *eod. num. par.* 6.

8 Non obſtat exceptio quoad legata, facta ab eodem Bartholomæo, nam illa, vti de iure tertii, non admittitur in hoc iudicio, *Alex. in d. l. fin. num.* 23. *circa med. verſ. ſecus ſi allegatur, C. de edict. D. Adr. toll. Peregr. de fideicommiſſis art.* 48.
9 *num.* 45. *Rot. in Forolinien. de Monſignanis* 3. *Iunij* 1602. *coram Penia*; Et tamen eſt certum, quod legatarij tenentur capere de manu hæredis *cap. Raynaldus, vbi gloſ. & DD. de teſtam. Rot. coram Duran. deciſ.* 62. *num.* 8. *& ſeq. & in recen. deciſ.* 35. *num.* 5. *par.* 5.

Ex quibus, & alijs latè deduct. in deciſionibus R.P.D. mei Royas, reſponſum fuit pro confirmatione ſententiæ Rotalis, altera tantùm &c.

ASCVLANA HAEREDITATIS.

Luna 31. *Maij* 1649.

ARGVMENTVM.

Filij tam maſculi, quã fœminæ ſuccedunt æqualiter in bonis Parentum; Et Statutum excludens dotatam ab hæreditate dotantis non excludit ab hæreditate Aliorum, & demum declaratur Textus *in l. fœminæ C. de ſecund. nupt.*

SVMMARIVM.

1 *Matri ſuccedunt æqualiter filij tam maſculi quam fœminæ.*
2 *Statutum, excludens fœminas ab hæreditate dotantis, non excludit ab hæreditate Aliorum.*
3 *Pater, tranſiens ad ſecunda vota, quicquid acquirit ex filijs primi Matrimonij prædefunctis, tenetur alijs reſeruare.*

4 *Pa-*

Digitized by Google

4 *Pater tranſiens ad ſecunda vota non conſequitur niſi ſolum vſumfructum.*

5 *Frater præſumitur magis diligere fratrem vtrinque coniunctum, quam ex latere tantum.*

6 *Bona, acquiſita per Patrem mediante renunciatione filiæ, efficiuntur patrimonium paternum.*

7 Text. in l. fœminæ C. de ſecundis nupt. *procedit ab inteſtato, non autem ex teſtamento.*

DECISIO LXVI.

OBTINVERVNT fratres de Malaſpinis de nouo audiri aduerſus deciſionem coram me editam ſub die 19. Iunij præteriti: Sed quia poſteà pluries citati non curarunt comparere, ipſis non informantibus propoſui dubium ſuper iiſdem. Et Domini ſteterunt in reſolutis, deberi immiſſionem Marcellinæ in bonis maternis pro duabus ex tribus partibus, nempè pro tertia ex perſona propria, pro altera verò tertia ex perſona Ioſephi fratris.

1 Et quod attinet ad tertiam partem prætenſam per Marcellinam ex propria perſona, res tranſit ſinè difficultate; Nam mortua matre ab Inteſtato, ipſa de iure communi ſucceſſit in dictis bonis pro æquali portione vna cum Ioſepho fratre, & Elena ſorore, ſublata qualibet differentia ſexus, *per tex. expreſſum in l. maximum vitium 4. C. de lib. præt. l. inter filios 11. C. fam. Erciſc. l. lege 14. C. de legit. hæred. Dec. conſ. 538 num. 1. & conſ. 616. num. 3. & dixit Rot. coram Penia deciſ. 403. num. 1. & coram Buratt. deciſ. 362. num. 12. & deciſ. 796. num. 4.*

2 Diſpoſitio verò ſtatuti Aſculani, excludentis fœminas ab hæreditate dotantis, non applicatur in præſenti caſu, in quo Marcellina non fuit dotata à matre, de cuius hæreditate agitur, ſed à Patre, & de bonis paternis, itaut hæreditatem paternam nullo modo comprehendere valeat *iux. not. per Caſtr. in l. 1. ſub n. 3. verſ. nota etiam C. de legit. hæred. Dec. conſ. 589. poſt num. 2. verſ. qui ex hoc infert, & conſ. 625. num. 1. Rot. coram Buratt. deciſ 310. nu. 2. & in rec. dec. 329. num. 51. & ſeqq. par. 6. & deciſ. 175. num. 29. & 30. par. 7.*

3 Similiter quoad aliam tertiam debitam Ioſepho in prædictis bonis, Placuit Dominis fundamentum aliàs deductum *ex tex. in l. fœminæ C. de ſec. nupt.* per quem Parentes tranſeuntes ad ſecunda vota coguntur reſeruare filiis primi matrimonij bona acquiſita ex filiis prædefunctis ex eodem matrimonio natis, & notat ibidem *gloſ. communiter approbata in §. illud verbo poſſeſſione delata, Rol. conſ. 95. num. 8. & ſeqq. lib. 1. Ioſ. Ludou. Commun. opin. concl. 33. verſ. amplia 3. Caſtill. deuſuf. cap. 2. num. 14. & vltra relatos per Concer. vor. reſol. lib. 1. cap. 5. de ſucceſ. ab inteſt. num. 25. fir. Boer. deciſ. 185. num. 6. & 7. Rot. coram Buratt. deciſ. 82. num. 1. & ſeqq.*

4 Vndè, cum Rodulphus Pater conuolauerit ad ſecunda vota, excepto vſufructu illi debito, proprietas eiuſdem portionis quæſita fuit Marcellinæ dicti primi matrimonij filiæ, prout in terminis de viro, qui ſecundas contraxit nuptias probat *Dec. qui de communi conſil. 230. à principio, Gomeſ. ad l. 14. Tauri n. 4. verſ. Item etiom, Gail. pract. obſ. lib. 2. cap. 98. num. 3. Couarr. de Matrimonio par. 2. cap. 3. §. 9. num. 7. Rot. coram Caual. deciſ. 50. num. 4. & in rec. deciſ. 45. num. 1 & pluribus ſeqq. por. 7.*

5 Reſpectu verò alterius Tertiæ, ſuper qua cadit renunciatio Elenæ; Quamuis iterum Marcellina prætenderet, quod illa eſſet facta ſibi, & Ioſepho fratri vtrinque coniunctis, & ipſorum contemplatione, quos renuncians magis dilexiſſe cenſetur, quam fratres ex latere Patris tantum: Attamen etiam in hac parte

6 voluerunt Domini in deciſione perſiſtere, cū obiectum tollatur ex facto, & ex verbis renunciationis, quæ legitur facta per Elenam erga Rodulphum Patrem præſentem, & acceptantem pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, itaut eadem portio fuerit effecta patrimoniū paternum, de qua propterea potuit Rodulphus diſponere, prout diſpoſuit, pro libito ſuæ voluntatis; vt benè probat *Alex. conſ. 149. num. 5. lib. 7. Pariſ. conſ. 26. num. 31. lib. 3. Gab. conſ. 135. num. 1. lib. 2. Rot. in recent. deciſ. 75. num. 1. in fine par. 2.*

7 Neque reſpectu iſtius portionis vrget adductus *tex. in l. fœminæ,* cum ille procedat tantum ab inteſtato, ſecus verò ex teſtamento, vel ex contractu *iux. tex. in Auth. ex teſtamento, ibique Cyn. num. 1. & Bald. in prima lect. in princ. verſ. Reſpondit Imperator, & in ſecunda lect. num. 1. C. de ſec. nupt. Idem Bald. in l. mater C. Ad S. C. Tertull.* vbi reddit rationē, *quia tali caſu pater ſuccedit, vt quilibet extraneus, Iaſ. in l. 2. num. 41. verſ. iſtam conſequentiom ff. de vulg. & pupill. &c.*

Et ita vtraque &c.

ANCONITANA ALIMENTORVM.

Lunæ 14. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Obligatus præſtare alimenta in Domo, an ſuperueniente noua cauſa teneatur extrà Domum illa ſubminiſtrare, & quæ cauſa dicatur iuſta.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta ſunt ſubminiſtranda ab eo, qui tenetur ex propria obligatione.*

2 *Obligatus præſtare alimenta in Domo non tenetur extrà Domum illa ſubminiſtrare.*

3 *Fallit ſi ſuperueniat iuſta, & legitima cauſa.*

4 *Inter iuſtas autem cauſas reputantur lites inter partes exorta.*

5 *Item, ſi Alendus fuerit è Domo expulſus.*

6 *Alimenta debita iure actionis non ceſſant, etiam ſi alendus habeat aliundè.*

7 *Alimentorum taxatio remittitur arbitrio Iudicis.*

8 *Alimenta non ſunt commenſuranda iuxta valorem bonorum donatorum, quando obligatio illa præſtandi non fuit correſpectiua ad bona donata, ſed libera.*

DE-

DECISIO LXVII.

DONAVIT Thomas omnia eius bona Antonio Franciſco fratri, qui vice verſa promiſit eidem *ſoluere ſcuta 700. moneta ſingulis annis, ac pro ſua perſona tantùm dare habitationem, & victum neceſſarium in Domo ipſius Antonij Franciſci poſità in Ciuitate Ancona iuxtà eius cõditionem, donec ipſe Thomas naturaliter vixerit, & commoraverit in dicta Ciuitate*, vt ſunt verba præciſa Inſtrumenti *data in Summario nu.1.* Ob diſcordias, & lites exindè exortas prætendens Thomas etiam extrà domum alimenta prædicta; Propoſui dubium: An, & ad quam ſummam illa debeantur. Et reſponſum fuit Alimenta deberi ad rationem ſcutorum 12. pro quolibet menſe.

1 Obligatio enim, illa præſtandi, reſultat ex inſtrumento publico, quo ſtante, non poſſunt amplius cõtrouerti, ſed omninò ſubminiſtrari debent, *Bart. de Alim. num. 34. verſ. item alimenta, Pontan. eodem tract. cap. 1. in fine, & cap. 16. num. 1. & ſeqq. Vin. comm. opin. cap. 45. nu. 12. Rota deciſ. 186. num. 1. verſ. nam cum illa part. 4. recent.* cum alijs per *Grat. diſcept. forenſ. cap. 613. nn. 21. & ſeq.*

2 Nec refert, quod dicta obligatio fuerit reſtricta, & limitata in domo, itaut, dum Thomas illa extrà domum petit, plus petere videatur, vt aduertit *Ruin. conſ. 81. num. 3. verſ. quia plus lib. 2. Rolan. conſ. 22. num. 10. lib. 1.* Nam cum
3 adſit iuſta, & legitima cauſa, etiam ſi fuerint in Domo promiſſa, debent nihilominus extrà eam præſtari, *l. Caio 13. §. fin.* ibique *Bart. nu. 2. ff. de Alim. & Cib. leg. Caſtr. conſ. 167. num. 1. in fine, & num. 2. lib. 1. Molpheſ. ad Conſuetud. Neap. part. 5. quæſt. 3. num. 2. & 3. Rota coram Millino deciſ. 371. num. 2. & in recent. deciſ. 418. num. 1. part. 4. tom. 2.*

4 Iuſtà autem, & ſufficiens cauſa viſa fuit DD. non ſolum denegatio Alimentorum, & preſtationis annuæ promiſſæ in Inſtrumento Donationis, ob quam denegationem coactus fuit Thomas, deuenire ad mandati relaxationem, & ſubindè inter Fratres prædictos plures lites, & controuerſiæ exortæ fuerunt, *Iaſ. conſil. 44. ſub num. 3. verſ. circa aliud quæſitum, & num. ſeq. lib. 1. Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 170. nu. 16. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 16. nu. 57. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſina 46. num. 10. Rot. coram Duran. deciſ. 148. num. 4. in fin. verſ. tamen ex quo, in Romana legati Cibi, & potus 13. Iunij 1635. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in recent. deciſ. 199. num. 6. part. 4.*

5 Sed etiam Monitorium, de non accedendo ad Domum coram A. C. ab Antonio Franciſco obtentum, & contrà Thomam exequutum, *vt in Summario num. 4. & 5.* itàut culpa Fratris non poſſit Thomas in eius Domo permanere, ibique debita alimenta conſequi, vt in proximis terminis de eo, qui fuit, è domo expulſus, firmauit *Rot. in Romana reſciſionis contractus 6. Aprilis 1612. coram Penia.*

6 Non obſtat, quod Thomas habeat ab Antonio Franciſco ſcut. 700. annua, cum quibus commodè viuere poteſt; nam, cum donauerit omnia eius bona ea lege, & pacto, vt vltrà præſtationem prædictam deberet Frater Donatarius, dare ei habitationem, & victum neceſſarium, vtrumque conſequi debet. Alimenta enim, quæ ſunt debita Iure actionis, non ceſſant ex eo, quod quis habeat, vndè ſe alat, vt probat *Dec. in l. de Alimentis nu. 5. verſ. ſecus eſt, C. de tranſact. Surd. de Alim. tit. 7. quæſt. 15. nu. 27. Rot. in Romana fructuum dotis 19. Ian. 1598. coram Orano, & in Romana Pecuniaria 17. Nouembris 1608. coram Manzanedo, & in recent. deciſ. 186. nu. 1. & deciſ. 199. num. 5. part. 4.*

7 Quo verò ad quantitatem, cum taxatio Alimentorum debeat fieri arbitrio Iudicis. Domini, ponderatis verbis Inſtrumenti, qualitate perſonarum, Conſuetudine loci, & depoſitionibus teſtium, cenſuerunt, illa eſſe pręſtanda in ſcut. 12. pro quolibet menſe, *Menoch. de arbitr. caſu 169. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Simon. de Pret. de Interpret. vlt. volunt. lib. 4. dubit. 11. nu. 58. & ſeqq. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 83. num. 12. Rot. deciſ. 418. num. 5. part. 4. tom. 2. recent.*

8 Nec obſtare, quod bona donata non excedant ſcuta 8. mil. monetæ, & ideò in taxatione prædicta Antonius Franciſcus remaneat grauatus: nam, vltra quod, bona fuerunt donata in perpetuum; Alimenta verò expirant per mortem: ceſſat obiectum in pręſenti caſu, dum promiſſio non fuit reſtricta ad quantitatem, & valorem bonorum, ſed fuit libera, & abſoluta, quæ propterea eſt omninò ſeruanda, nec admittit exceptiones in contrariũ, *l. 1. ff. de pact., cap. 1., & cap. qualiter eodem titulo*

Et ità vtraque parte informante, &c.

BVRGEN. IVRISDICTIONIS.

Veneris 18. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Tranſactio inita inter Ordinarium, & Capitulum ſuper exercitio Iuriſdictionis, & confirmata à Papa ligat etiam Succeſſores, Quomodò autem probetur exemptio ab eadem Iuriſdictione, & qualiter Teſtes de ea deponere debeant, latè diſcutitur in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio imponit finem liti, & impedit illius ingreſſum.*
2 *Tranſactio confirmata à Papa ligat Succeſſores.*
3 *Maximè quando fuit obſeruata per longum tempus.*
4 *Tranſactio non indiget interpretatione quoad ea; quæ leguntur expreſſa.*
5 *Delinquens in loco exempto, non eximitur à Iuriſdictione Ordinarij, & num. 7.*
6 *Exemptio à Iuriſdictione debet plenè, & concludenter probari.*
8 *Ordinarij Iuriſdictio non euitatur prætextu protectionis Regiæ, vel Apoſtolicæ.*
9 *Iuriſdictio delegata non tranſit in Capitulum ſede vacante.*
10 *Immemorabilem non probant Teſtes, niſi deponant cum requiſitis gloſſæ in cap. 1. de præſcript. in 6.*
11 *Teſtes, vt probent exercitium iuriſdictionis priua-*

tiuè quoad alium, debent deponere eueniſſe caſum illam exercendi.

12 *Imò quod volens exercere fuerit impeditus, & impedimento acquieuerit.*

DECISIO LXVIII.

IN Concordia inita inter Archiepiſcopum Burgeñ ex vna, & Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis ex altera, cõfirmata de anno 1492. ab Alexãdro Papa VI., expreſſi fuerunt caſus, in quibus perſonæ dictæ Eccleſię deberent iudicari cum interuentu Archiepiſcopi, & in quibus á ſolo Decano, & Capitulo, ſiue eorum Iudicibus quatuor temporum nuncupatis.

Vndè cum Iudex Capituli procedere voluerit ad carcerationem Dominici de Torres Cappellani dictæ Eccleſię, & è contrà Archiepiſcopus ſe oppoſuerit, prætendens cauſam ad ſe ſpectare, & plures hinc indè latæ fuerint ſententiæ; Cauſa ad Rotam deuoluta, & mihi cõmiſſa propoſitum fuit dubium Ad quem ſpectet Iuriſdictio. Et Domini pro Capitulo reſponderunt.

1 Nam concordia imponit finem liti, *l. Fratris 10. C. de tranſact. cap. 1. de lit. conteſt. in 6. Rot. in Romana, ſeù Veliterna Affictus 28. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Bichio, & in Romana Reſciſſionis Concordiæ 15. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Corrado.*

2 Et quando habet confirmationem à Papa, non poteſt à ſucceſſoribus impugnari, vt in terminis huius concordiæ, tradit *Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 25. num. 14. & eſt text. in cap. veniens 8. vbi gloſſ. verb. confirmatam, & Hoſtien. n. 3. verſ. authoritate Apoſtolica de tranſact. Rot. in rec. deciſ. 87. num. 15. & deciſ. 222. num. 29. part. 7. & deciſ. 256. num. 3. part. 8. & in Salisburgen. Iuriſdictionis ſuper Remiſſoria 1. Iulij 1647. coram R.P.D. meo Rojas.*

3 Maximè cum illa fuerit ſemper obſeruata, vt teſtatur Rota loquens de huiuſmodi Concordia *coram Seraph. deciſ. 738. num. 7.* & aduertit *Menoch. conſ. 401. nu. 185. & ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. num. 47.* & firmatum fuit in *Barchinonen. Iuriſdictionis 4. Iulij 1646. & 8. Aprilis 1647. coram R.P.D. meo Bichio.*

Nec dubitari poteſt, quod inter caſus, in quibus datur facultas Capitulo procedendi ſine interuentu Archiepiſcopi comprehendatur delictum commiſſum à Dominico de Torres; Nam illud ad literam legitur expreſſum in eadem tranſactione, itaut non ſit opus argumentis, neque coniecturis, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. Aym. conſ. 294. num. 6. Rot. coram Cocc. deciſ. 203. num. 1.*

5 Et quamuis replicetur exaduerſo, delictum commiſſum fuiſſe in Hoſpitali, atque ideò cum locus prætendatur exemptus, non competat Archiepiſcopo iuriſdictio ordinaria, ſed
6 tantùm delegata. Nihilominus quicquid ſit de huiuſmodi exemptione, de qua nulla exhibetur iuſtificatio prout plenè, & concludenter probari deberet ab allegante, *cap. cum perſonæ de priuileg. in 6. Rot. in Barchinonen. Prioratus poſt Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 237. num. 3. & in recent. deciſ. 243. num. 1. part. 2.*

7 Certum eſt quod delinquens in loco exempto non eximitur à Iuriſdictione Ordinarij pro delictis ibi commiſſis iuxtà *doctr. Io. Andr. in cap. 2. nu. 5. & 6. de conſtit. in 6. Anchar. in c. poſtulaſti num. 44.*, vbi latè *quæſtionem tractat de foro compet. Feder. de Sen. conſ. 2. num. 4. verſ. prætereà*, & dixit *Rot. in Cæſaraguſtana iuriſdictionis 28. Iunij 1623. coram Manz. poſt Tambur. de Iur. Abbat. tom. 3. deciſ. 80. num. 1. & 2.*

8 Non obſtat, quod Hoſpitale prædictum afferatur eſſe ſub protectione Regia, quia hoc non ſufficit ad effectum exemptionis à Iuriſdictione Ordinarij, vt ſunt *text. expreſſi in c. recepimus 8. & cap. ex parte 18. de priuileg.*, & in his terminis *Gabr. conſil. 195. num. 1. & 2. lib. 2. Rot. coram ſan: mem: Gregor. deciſ. 4. num. 3.*

9 Et tollitur difficultas, quia ex Iuribus datis pro parte Capituli apparet, Hoſpitale non eſſe exemptum, & Epiſcopum non ſolum ſuper illo exercuiſſe Iuriſdictionem ordinariam, ſed etiam Capitulum ſede Archiepiſcopali vacante ſimili Iuriſdictione vſum fuiſſe, ſignum euidens, quod Hoſpitale ſubeſt Archiepiſcopo vti Ordinario, non vti delegato; cum delegata, Sede vacante non tranſeant in Capitulum, *Abb. in c. cum olim ſub nu. 2. de maior. & obed. Card. Zabarell. in Clement. 1. quæſt. 8. de Hæretic.* vbi teſtatur de veriori; & quod hæc opinio ſit communis, & tenenda notat *Franch. in c. unic. num. 6. de maioritat. & obed. in 6. Federic. de Sen. conſ. 30. poſt prin. verſ. ſuo iure igitur*, & aduertit *Garz. de beneſ. part. 5. cap. 7. num. 42. Franc. Leo in Theſau. for. Eccleſ. part. 1. cap. 10. ſub num. 8. verſic. quarto fallit*, & firmauit *Rot. dec. 6. de off. deleg. in antiq.*

10 Demum non releuant Teſtes pro Archiepiſcopo examinati ad probandam immemorabilem, quia non deponunt cum requiſitis *gloſſæ in c. 1. verb. memoria de præſcrip. in 6.* prout neceſſarium eſſe, probat *Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 100. num. 9. & ſeqq.*, & dixit *Rot. coram ſan: mem: Gregor. deciſ. 252. num. 3.*, ibique *Adden. num. 15. & deciſ. 434. nu. 11. & in recent. dec. 101. num. 6. part. 4. tom. 2.*

11 Minuſq; affirmant Archiepiſcopum exercuiſſe Iuriſdictionem priuatiuè quoad Canonicos, & Capitulum in caſibus exceptis in Concordia, vt enim probetur vſus debet doceri aduenïſſe caſum vtendi per ea, quæ tradit *Decian. conſ. 66. num. 65. lib. 3. Rot. coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 325. num. 11. & in recent. deciſ. 491. num. 10. part. 1.* cum alijs adductis per *Poſt. de*
12 *manut. obſer. 45. num. 18.* Et quod Capitulum volens exercere fuerit impeditum, & huiuſmodi impedimento acquieuerit, *Innoc. in c. dilectus num. 3. in fin. verſ. vel quia expellatur*, ibique *Io. Andr. col. 3. in princ. verſ. puta quia, & Henric. Bouich. nu. 6. de Cappel. Monach.*, & aduertit *Socin. Sen. conſ. 187. num. 21. ad med. verſ. quintò, & vltimò lib. 2. Rot. in recent. deciſ. 501. nu. 4. part. 2. & coram Merlin. deciſ. 461. num. 14.*

Et ità vtraque, &c.

FIR-

FIRMANA PENSIONIS.

Veneris 25. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Clericus effectus Miles amittit penſiones, & beneficia, etiam ſi Sæua non exerceat.

SVMMARIVM.

1 *Militia probatur ex deſcriptione facta in matricula.*
2 *Militia probatur ex literis patentibus, in quibus Aliquis declaratur Cuſtos, & Præfectus Arcis.*
3 *Miles dicitur ille, qui militare iuramentum præſtitit.*
4 *Penſio temporalis eſt illa, quæ aſſignatur laico pro remuneratione ſeruitij temporalis.*
5 *Penſio reſeruata Clerico, vt commodius ſe ſuſtentare valeat, dicitur data loco alimentorum.*
6 *Penſio aſſignata in titulum beneficij non eſt temporalis.*
7 *Sed conſideratur vtiquid ſpirituale, vel ſpiritualitati annexum.*
8 *Militia ſecularis eſt de directo contraria Clericatui.*
9 *Militia Secularis eſt omnino prohibita Clericis.*
10 *Clerici non poſſunt ſumere arma militaria.*
11 *Clericorum arma ſunt lacrymæ, & orationes.*
12 *Miles, effectus miles Chriſti, deſinit eſſe miles ſeculi.*
13 *Clericus, per aſſumptionem militiæ ſecularis, deſinit eſſe miles Chriſti.*
14 *Militias duas, inuicem contrarias, quis retinere non poteſt.*
15 *Miles, per aſſumptionem nouæ militiæ, videtur alteri renunciare.*
16 *Clericus, effectus miles, ſtatim beneficium amittit.*
17 *Item amittit penſionem.*
18 *Per militiam aſſumitur ſtatus alienus ab Eccleſia.*
19 *Clericus, effectus miles, etiam ſi ſæua non exerceat, beneficium & penſiones amittit, & num. 22.*
20 *Declaratur doctrina Hoſtienſ. & Innoc.*
21 *Clericus effectus miles non amittit priuilegium clericale, ſi Sæua non exerceat.*
22 *Ideò gaudet priuilegio Canonis, & fori.*
23 *Clericus poteſt priuilegium clericale retinere, & nihilominus beneficia, & penſiones amittere.*
24 *Clericus, contrahens Matrimonium cum Virgine, ſi incedat in habitu, & tonſura, non amittit priuilegium clericale.*
25 *Clericus prædictus beneficium, & penſionem amittit.*
26 *Declaratur doctrina Rebuffi, & Azerij.*
27 *Diſpenſatio non poteſt extra caſum extendi.*
28 *Amplia, etiam ſi concurrat identitas, vel maioritas rationis.*
29 *Diſpenſatio duplex requiritur, vbi concurrit duplex impedimentum.*

DECISIO LXIX.

CVM Scipio, ad cuius fauorem vſque de anno 1630. reſeruata fuit annua penſio ſcutorum 65. ſuper fructibus Parochialis Eccleſiæ Sanctiſſimi Saluatoris Oppidi Sancti Angeli; aſſumpſerit militiam ſecularem: Dubitaui ad inſtantiam Rectoris, An Penſio ſuſtineretur.

1 Et Domini non reuocarunt in dubium, quod idem Scipio fuerit effectus miles; Nam, id probatur, non ſolum ex matricula, in qua ipſe ſe deſcribi fecit, *iux. tex. in l. ex eo tempore 48. ibique gloſ. verbo electi ff. de milit. teſtam. l. fin. §. iubemus C. locat. Piccard. in princ. tit. num. 17. verſ. Vndè arbitror Inſtit. eodem tit.*

2 Sed etiã quia fuit deputatus Cuſtos, & Præfectus Arcis Arquatæ, vt apparet ex litteris patentibus, in eius Perſonam factis; Et quia
3 vti talis ſolitum Iuramentum militare præſtitit *gloſ. in princ. tit. Inſtit. de mil. teſtam. Garz. de Nobilit. gloſ. 2. num. 34.*

4 Prout etiam non dubitarunt, penſionem controuerſam non eſſe penſionem temporalem, cum illa non fuerit aſſignata Laico pro remuneratione alicuius ſeruitij temporalis, vt aduertit *Card. in clem. 1. §. eadem num. 5. verſ. ſexto quæro, ibique Imol. num. 26. de Suppl. negl. Præl. Gig. de Penſio: quæſt.* [illegible] *num. 1. & ſeqq. Rot. in Monopolitana Penſionis 5. Feb. 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*

5 Sed fuerit aſſignata, & reſeruata Clerico, vt commoditis ſe ſuſtentare valeat, quo caſu dicitur data loco alimentorum *Roman. conſ. 388 num. 3. ibique Add. lit. C. verbo Manifeſtans, Garz. de Benef. par. 1. cap. 5. num. 32. Rot. in Abulen̄ Penſionis 15. Decembris 1610. coram Pirouano penès Marcheſ. tom. 1. fol. 536. num. 2. & coram Buratt. dec. 261 num. 1. & 2.*

6 Imò in titulum Beneficij, vt notat *Garz. de Benef. par. 1. cap. 5. n. 9. & 81. Gig. de Penſio qu. 54. ſub num. 4. & quæſt. 67. eodem num. 4. Caccialup. eodem tract. quæſt. 17. col. 2. verſ. non eſt autem dubium.*

7 Et ideò conſideratur vti quid ſpirituale, vel ſaltem ſpiritualitati annexum *Pariſ. de reſignat. lib. 6. quæſt. 4. num. 54. in princ. Rot. in Nolana Penſionis 10. Ianuarij 1610. coram Sacrato, poſt Marcheſ. par. 1. fol. 127. num. 4. Tullen. fructuum 21. Iunij 1619. coram Cocc. & in rec. deciſ. 585. n. 3. par. 4.*

8 His poſitis reſponſum fuit pro extinctione Penſionis; Nam Militia, vti de directo contraria Clericatui *gloſ. in cap. qualiter verbo quadriennium de Cleric. non reſid. Nauarr. in Miſcel*
9 *lan. tit. de orat. miſcell. 50. n. 115.* Clericis eſt omnino prohibita *can. 1. 23. q. 1. Barboſ. de Iure vniu Eccl. lib. 1. cap. 39. §. 2. ſub num. 79. cum alijs per moder. Vrbinaten. de fratribus par. 3. cap. 48. num. 6.*

10 Qui propterea non poſſunt ſumere arma militaria, neque illa deferre, vel mouere *can. Clerici, & can. 23. quicunque q. 8. gloſ. in can. 1. verbo quod militare 23. quæſt. 1. & in cap. 2. verbo Clerici de vit. & hon. Cler. Fel. in cap. pen. num. 3. de Homicid. & comprobant relati per Menoch. de Arbitrar. caſ. 394. nu. 31. Farin. de Inquiſitione quæſt. 8. nu. 96.*

11 Cum arma illorum ſint lacrymæ, & orationes, vt habetur in *can. conuenior. 23. quæſt. 8. Capra Reg. 96. num. 27. Cyriac. controu. 245. n. 10. alioſque refert Barboſ. in cap. 2. num. 2. de Vit. & hon. Cleric.*

12 Hinc notant communiter DD. quod ſicut Miles Seculi, effectus miles Chriſti, deſinit eſſe miles Seculi, & ad literam diſponit *tex. in cap. 1. ibique Bald. ſub num. 1. verſ. deſinit enim, & Balzaran. num. 11. & ſeq. de Vaſſall. mil. qui arma Bell. depoſ. gloſ. marg. in cap. fin. verbo ſicut, vbi Anchar. num. 2. & Imol. num. 3. de Cleric. Coniug.*

Digitized by Google

Ita etiam Clericus, per aſſumptionem mi-
13 litiæ ſecularis, deſinit eſſe miles Chriſti, vt be-
nè *per Io. And. in cap. fin. de Cleric. Coniug.* vbi ait,
quòd ſicut quis duo Beneficia Eccleſiaſtica
14 retinere non poteſt, Ita nec etiam duas mi-
litias, & probat *Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 73. num. 6. Gig. de Penſiõ quæſt. 55. num. 1.*

15 Nam, per electionem nouæ militiæ, videtur
alteri renunciare *Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 15. n. 54 Barbat. conſ. 11. num. 2. verſ. præterea lib. 1. Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 26. num. 7. & 87. Layman. Theolog. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 17. num. 4. in fine.*
Cum non poſſit Deo, & ſeculo militare *can. quicunque il ſecondo 23. quæſt. 8.*

16 Vndè attenta incompatibilitate prædicta,
ſtatim atque efficitur miles, Beneficium, &
Penſiones amittit, Prout in terminis de Be-
neficijs notat *gloſ. in cap. fin. verbo redierint de Cleric. non reſid. Clar. d. lib. [illegible]t. §. fin. quæſt. 73. n. 6. verſ. Item Clericus qui effectus eſt miles*, vbi de
communi, *Rebuff. in Prax. par. 2. tit. de tacit. renunc. in fin. verſic. duodecimò tacitè renunciat, Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 1. num. 22. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 14. ſub num. 63. verſ. vel ſi efficiatur, & gloſ. 15. num. 54. Chockier ſuper reg. Cancell. gloſ. 7. verſ. decimus vacat, Ricc. in Prax. par. 3. reſol. 199. num. 4. Riccull. de Iure Perſ. lib. 7. cap. 5. à num. 9. & præſertim num. 19. Barboſ. de off. & Poteſt. Epiſcopi par. 3. alleg. 57. num. 216. & in cap. fin. num. 3. de Cleric. non reſid.*

17 Et de Penſionibus probat *Azor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 8. cap. 10. quæſt. 4. Paulus de Roma de Penſio: cap. 3. num. 4. Gig. eodem tract. quæſt. 55. per tot. Caccialup. pariter de Penſ. quæſt. 15. à principio Gambar. de off. legat. lib. 6. num. 743. & ſeq. Lælius Zecchuſ. de Benef. & Penſio Eccleſ. cap. 11. num. 9. verſic. quintò eam amittit ſol. mihi 120. Vivian. de Iurepat. lib. 13. cap. 9. num. 55. in fin. verſ. vel ſi fiat miles, Riccull. de Iure Perſ. d. lib. 7. cap. 5. num. 26. & ſeqq. Ferdinandus à Caſtropalao Oper. moral. p. 2 tract. 13. diſput. 1. punct. 11. §. 10. num. 9.* vbi reddit
18 rationem, quia per militiam aſſumitur ſta-
tus alienus ab Eccleſia, & conſequenter quis
efficitur indignus, cui concedantur illius fru-
ctus, cum alijs pluribus deductis *per Ciarlin. qui latè materiam tractat. controu. forenſ. lib. 1. cap. 36 num. 37. verſ. nam primò, & ſeqq. & præſertim. numer. 42. & 43. & lib. 2. cap. 136. num. 7.* vbi in ſpe-
cie loquitur de Penſione aſſignata Clerico, vt
commodius ſe ſuſtentare valeat, *& num. ſeqq.*

19 Non obſtat, quod dictus Scipio, licet aſ-
ſumpſerit militiam ſecularem; Nihilominus
nunquam fuerit in bello, nec ſæua exercuerit
Quia Nihilominus remanere incapacem pen-
ſionis, & beneficii probat latè *Barboſ. de Iure vniuerſ. Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 79. & lib. 3. cap 14. num. 31. & 32. Riccull. de Iure Perſ. d. lib. 7 cap. 5. num. 22. & ſeqq. Alijque ex ſupra allegatis.*

20 Nec contrarium dicunt DD. exaduerſo ad-
ducti, *Nam Innoc. in cap. 1. ſub num. 3. ibique Hoſt. num. 4. verſ. Alij contra de Apoſtat.* firmant tan-
tummodo, quod Clericus, qui fecit ſe mili-
tem, & ſæua non exercuit non priuatur in
perpetuum priuilegio Clericali, ſed eatenus,
quatenus Ipſa militia durat, *iux. tex. in clem. 1. verſ. quamdiù, ibique gloſ. de vita & hon. Cleric.*

21 Et quod non perdat priuilegium clericale,
ſi effectus miles ſæua non exerceat, *ſentit Abb. in eodem cap. 1. num. 7. & 8. de Apoſt. ibique etiam Petr. de Anchar. num. 2. Io. And. paulò poſt. princ. verſ. diſtinguebat etiam, Soct. num. 8. Card. num. 4. verſ. quæro nunquid, Anan. ſub num. 11. verſ. ſecus ſi non exerceat; Et eſt bona gloſ. in cap. in audientia 25. verbo Clerici de ſent. exc.* Et in his terminis lo-
quitur *Graff. de eff. Cleric. eff. 1. nu. 662.* vbi quod
militia non tollit Priuilegium Clericatus, ſed
oportet, vt ſit perſeueratum ſæua exercendo,
Chaſſane in Conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. num. 54. Capyc. deciſ. 161. per tot Ricc. deciſ. 154. nu. 6. par. 4.

22 In præſenti verò caſu non agitur de priui-
legio clericali, nempè Canonis, & fori, in
quibus terminis procedunt Authoritates ſu-
pra allegatæ; Sed tantum de penſionibus, quas
Clericus effectus miles amittit ipſo Iure, etiã
ſi re integra, antequam ſæua exerceat, mili-
tiam deſerat, & habitum clericalem reaſſu-
mat, vt latè probat *Barboſ. de Iure vniu. Eccl. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 79. circa med. verſ. nec refert, & lib. 3. cap. 14. num. 32. verſ. quod adeò verum eſt, & in cap fin. num. 2. de Cleric. Coniug.* vbi reprobat
Graſſium contrarium tenentem.

23 Ex quibus patet, decipi *Carenam, qui in c. 11. practicar. reſol.* confundit amiſſionem pri-
uilegij clericalis cum amiſſione beneficij,
vel penſionis: Nam ſtant ſimul, quod quis,
non perdat Priuilegium Clericale, & Nihilo-
minus Beneficium, & Penſionem amittat;
24 Exemplum habemus in Clerico, qui con-
trahit matrimonium cum Virgine, Nam ſi
incedat in habitu, & Tonſura, non amittit
priuilegium clericale *tex. eſt. in cap. vnico de Cleric. coniug. in 6. Abb. in cap. Ioannes num. 3. eod. tit. Henric. Boubic. in cap. ex literis ſub num. 4. de Vit. & hon. cler. & ita reſpondendo ad doctr. Innoc. declarat Barboſ. de Iure vniu. Eccl. lib. 1. cap. 39. §. 2. nu. 79.*

25 Attamen idem Clericus Beneficium & pẽ-
ſionem amittit, vt habetur in *cap. 1. cap. 3. & c. 5. de Cleric. Coniug. & reſpondit Rot. in Cæſaraugustana Penſionis poſt 2. vol. conſ. Farinac. dec. 293. n. 5*

26 Nec obſtat *Rebuff. de nominat. quæſt. vlt. num. 19 Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 15. verſ. Item ſi Beneficiatus*; Quia firmant tantummodò, quod
ſi Clericus progreditur ab Bellum, & in eo di-
micat, Beneficium perdit, & illud impetrari
poteſt; non autem tenent contrarium in caſu,
quo non dimicat, & ſæua non exercet.

27 Demum non obſtat diſpenſatio obtenta per
Scipionem; Nam illa eſt reſtricta ad matrimo-
nium, & geſtationem habitus Secularis, non
autem ad militiam; Et Ideò non venit exten-
denda *cap. Paſtoralis, ibique gloſ. not. de Priuil. Rebuff. de diſpenſ. ſuper def. natal. num. 47. & ſeqq. Rot. diu. deciſ. 233. num. 20. verſ. quoad tertiam par. 1. & coram Penia deciſ. 488. num. 2. Abb. in cap. ad aures*
28 *num. 7. & ſeq. de reſcript.* vbi ampliat, etiam ſi
concurrat identitas, vel etiam maioritas ra-
tionis, *Felin. in cap. poſtulaſti ſub num. 8. verſ. Circà tertium eodem tit. Pont. de matrim. lib. 8. cap. 21. num. 2. & 8. Rot. in rec. deciſ. 497. nu. 2. verſ. Et in his par. 1. & deciſ. 94. num. 5. par. 6.*

29 Vndè cum in illo adeſſet duplex impedi-
mentum, nempè, & habitus ſecularis geſta-
tio,

Digitized by Google

rio, & militiæ profeſſio, duplici indigebat diſpenſatione *Rot. coram Caſſad. deciſ.9. num. 4. de Præb. & coram ſan.mem. Greg.deciſ.87.nu.6. & deciſ. 109. eodem num. cum alys per Gratian. diſcept. for.cap.397.num.39.*

Et ità vtraque &c.

GERVNDEN. PORTIONVM

Lunæ 25. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Vnio, quæ per longiſſimum tempus ſortita fuit effectum, præſumitur valida.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, ſi per multos annos non fuit proſecuta, cauſa remanet deſerta, & ſententia facit tranſitum in iudicatum.*
2 *Sententia, quæ tranſiuit in iudicatum, debet executioni demandari.*
3 *Sententiæ validitas reſultat ex reuolutione proceſſus*
4 *Hæres Beneficiati tenetur ſoluere onera beneficij pro tempore, quo eius author exegit fructus.*
5 *Valor ver non exceſſum probatur ex teſtibus, deponentibus per modum negatiuum.*
6 *Vnio, quæ habuit effectum per longiſſimum tempus, præſumitur valida.*
7 *Obſeruantia inducit præſumptionem veritatis narratorum in gratia vnionis.*
8 *Vnio fieri poteſt per applicationem fructuum.*
9 *In annuis præſtationibus tot requiruntur præſcriptiones, quot anni.*
10 *Præſcriptione ſexagenaria, & centenaria gaudent regulares quam plures.*
11 *Priuilegiorum communicatio operatur idem, ac ſpecialis Conceſſio.*
12 *Reſtitutio in integrum ceſſat ceſſante læſione.*

DECISIO LXX.

LICET à ſententia, lata ad fauorem Monaſterij, & Monialium S.Claræ de Petra alba appellauerit de anno 1626. Franciſcus Aduerſarius. Nihilominus quia per annos 25. & vltra non fuit appellationem proſequutus, propoſui dub. iuxtà formam Commiſſionis mihi directæ; An conſtet de re iudicata, quæ veniat exequenda, vel potius de cauſis reſtitutionis in integrum; Et affirmatiuè quoad primam partem, negatiuè verò quoad ſecundam
1 reſponſum fuit. Etenim ob non proſecutionem appellationis per ſpatium tanti temporis cauſa remanſit deſerta, & ſententia tranſiuit in iudicatum *Auth. ei qui C. de temp.app.clem. ſicut, & clem. ſi appellationem de appell. cap. cum ſit Romana eodem tit. Rot. in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Cerro.*
2 Vndè prædicta ſententia debet executioni demandari *l. ſi contra, & ibi Bald. in princ. C. de appell. l. quoniam, vbi Bart. num.1.C. de eod. Rot. dec.69. num. 3. par.6. rec.* Cùm executio ſit fructus rei iudicatæ *l. ſi ſe non obtulit, §. ſi ex conuentione ff. de re iud. Rot. in Romana fideicommiſſi de Incoronatis 16. Ianuarij 1643. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*
3 Nec validitas dictæ ſententiæ, quæ requiritur ad hunc effectum per *tex. in l.4.§. condemnatum, ff. de re iud.* vllo modo controuerti poteſt. Illa enim reſultat ex lectura, & reuolutione Proceſſus, in quo apparet de citationibus, mandato procuræ, alijſque neceſſarijs, iuxtà *deciſ.Caput.260. par.2.* paſſim canonizata à *Rota, vt in rec.deciſ.7.num.1. & deciſ.178. nu.3. par.6. & in alys.*
4 Iuſtitia verò deſumitur ex inſtrumẽto vnionis, factæ ab Epiſcopo Gerunden. in quo Vicarius pro tempore Eccleſiæ S. Fælicis grauatur ſoluere Monaſterio S. Claræ portionem annuam 30.libr. Vndè cum dictus Franciſcus poſſederit Vicariam, de qua agitur, & per annos 29. retinuerit præfatam portionem, ſequitur, quod eius hæres teneatur ad ſolutionem illius *l.vlt.§. cum igitur C. de iure delib. can. Epiſcopus 12. q.2. ibique gloſ. verbo ab hæredibus in fine, cap. ex præſentium, vbi DD. de pignor. Alban. conſ.2.num.10. & ſeqq.Gig. de penſion.quæſt.39.n.8. Gratian qui alios tumulat diſcept.forenſ cap.94.n.53 & probat.Nauarr. de ſpol, Cleric.§.10.num.6. verſ. quinto, tom.1.fol. mihi 111.*
5 Non obſtat, quod Ioannes Papa Vigeſimus ſecundus mandauerit, vniri ea tantum beneficia, quæ non excedant lib.200. nam tantum abeſt, quod huiuſmodi exceſſus, requiſitus de temporevnionis, vllo modo iuſtificetur, quod imò ex teſtibus exaduerſo examinatis, & datis in *Summ.num.5.* conſtet expreſsè de contrario, dum deponunt huiuſmodi beneficium non excedere dd. lib.200. & ſic per modum negatiuum contentum in ijſdem literis *Rot.dec.186 num.5. & 6.par.1.recent. & deciſ.439.num.3.par.4* & latè firmatum fuit in *Gerunden. Prioratus 29. Ianuarij 1646. coram R.P.D. meo Bichio.*
6 Et tamen, attenta effectuatione prædictæ vnionis per curſum tanti temporis, intrat præſumptio pro illius validitate, vt dixit *Rot. coram Buratt. deciſ. 734. num.6. & ſeqq. & in recent. deciſ.222.num.4.par.2.deciſ.139. num.6. par.6. deciſ.174.num.14. & 196.num.8.par.7. cum alys adductis per Lotter. de re benef. lib.1.q.28. num.37. & ſeq.*
7 Iuncta præſertim obſeruantia, deducta, & ex ſententia Ordinarij Gerunden. vſque de anno 1358. & ex pluribus ſolutionibus, & ex lapſu annorum 300. & vltra, vt notat *Garz. de benef. par.12. c.2. num.179. Rot. coram Seraph. deciſ.1432.num.4. & in recen.deciſ.580.num.3. in fin. par.4.tom.3. & deciſ.441.num.4.par.5.*
8 Minus obſtat, quod Epiſcopus non vniuerit iuxtà formam literarum Apoſtolicarum, ſed potius proceſſerit perviam diſmembrationis, aſſignan. portionem annuam lib. 30. ſuper fructibus Parochialis, de qua agitur. Nam contrarium apparet ex ipſo inſtrumento dato in *Summ. ſub num.2.* Applicatio verò fructuum nullo modo vnionem excludit, cum illa potuerit fieri non ſolum per applicationem fructuum ad fauorem Monaſterij, retenta congrua pro Vicario, ſed etiam aſſignando eoſdem fructus Vicario prædicto, & portionem

pro ſe retinendo per tex. *in cap. Auaritia 10. vbi gloſ. verbo redditus de præbend. gloſ. in cap. de Monachis verbo de Prouentibus eodem tit. Rot. deciſ. 37. numer. 10. par. 4. rec. & deciſ. 580. num. 7. & ſeqq. par. 4 tom. 3. & deciſ. 441. num. 10. & deciſ. 445. num. 11. par. 5.*

9 Nec releuat allegata præſcriptio, quia in annuis præſtationibus, qualis eſt iſta, de qua agitur, non ſufficit præſcriptio vnica, ſed tot requiruntur, quot ſunt anni *l. cum notiſſimi §. in iis, ibique etiam gloſ. verbo cuiuſque C. de præſcript. 30. ann. Hoſtien. in ſumma tit. de præſcript. rerum immob. §. quæ res præſcribi poſſ. verſ. quid ergo dices fol. 198. col. 1. Aym. de antiquit. temp. par. 4. §. materia num. 34. verſ. ſed vbi ageretur, Gail. pract. obſ. lib. 2. obſ. 73. num. 1. alioſque cumulat Cenc. de cenſib. quæſt. 118. num. 17. Rot. poſt eandem deciſ. 302. nu. 3. deciſ. 304. num. 2. & deciſ. 487. num. 5. & in rec. deciſ. 21. num. 19. deciſ. 264. num. 13. & deciſ. 265. n. 20 par. 7.*

10 Imò ab anno 1562. quo conſtat de ſolutione vſque ad annum 1619. quo tempore fuit mota lis non interuenerunt tot anni, qui ſufficiant ad præſcriben. contrà Monaſterium S. Claræ, quod per Priuilegia Summorum Pontificum quam pluribus Regularibus conceſſa & ſibi communicata, gaudet ſexagenaria, & centenaria, vt de Benedictinis dantur Priuilegia quo ad ſexagenariam in *Summ. Monialium num. 6. & 7.* Imò habent etiam centenariam, vt in Bulla 15. §. 6. & 8. Pauli Tertij, & ſexagenariam habent Oliuetani ex Indulto Iulij Se-
11 cundi Bulla 12. §. 28. Communicatio enim Priuilegiorum operatur idem, ac ſi dicta Priuilegia ſpecificè eidem Monaſterio conceſſa fuiſſent *Oldrad. conſ. 300. num. 5. in fin. Pariſ. conſil. 22. num. 5. lib. 4. Creſc. deciſ. 9. num. 5. verſ. ſecundo quia de Priuil. in recent. deciſ. 30. nu. 2. par. 4. to. 2. & dictum fuit in Valentina Decimarum coram Lancellotto, poſt Marcheſ. de Commiſſ. tom. 1. fol. 639. num. 1. & in Ianuen. priuilegiorum 24. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Rojas.*

12 Stante itaque validitate, & iuſtitia ſententiæ ceſſat læſio, exaduerſo prætenſa, & conſequenter reſtitutio in integrum *l. quod ſi minor §. 1. ff. de minor. cap. 1. vbi Abb. de reſt. in integr. Odd. eodem tract. part. 1. quæſt. 4. art. 1. num. 1.* Et pluribus adductis firmauit *Rot. in Vrbinaten. emphyteuſis 29. May 1643. coram R.P.D. meo Otthobono, & in Romana Vineæ 26. Iunij eiuſdem anni coram R.P.D. meo Corrado.*

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit.

ROMANA VSVSFRVCTVS.

Lunæ 28. Iunij 1649.

A R G V M E N T V M.

Adminiſtratio bonorum hæreditariorum quando cenſeatur prohibita Minoribus, & demandata Executoribus Teſtamentarijs.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtatoris voluntas eſt omnino ſeruanda.*
2 *Amplia, etiamſi illa ſit tacita, reſultans ex coniecturis.*
3 *Vſusfructus bonorum fideicommiſſariorum ſpectat ad hæredem ante reſtitutionem fideicommiſſi.*
4 *Fallit, quando aliter fuit à Teſtatore diſpoſitum.*
5 *Adminiſtratio bonorum quandò cenſeatur conceſſa Executoribus teſtamentarijs.*
6 *Minores non ſolent, rectè adminiſtrare bona ſua.*

DECISIO LXXI.

RESPONSVM fuit pro Executoribus Teſtamentarijs, qui pulſati à Fuluio, & Alijs de Paſqualonibus hæredibus Domitiani, ad traden. integrum vſumfructũ, excipiunt demptis tantummodo ſcutis 10. menſtruis, illum inueſtiri debere, donec iidem hæredes perue-
1 niant ad maiorem ætatem iuxtà formam præſcriptam à Teſtatore, cuius voluntas omninò ſeruanda venit, ſiuè ſit expreſſa ad *text. in §. diſponat auth. de nupt. & l. in conditionibus ff. de condit. & demonſtr. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 3.*
2 *num. 1. cum alijs per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 245. n. 17* ſiuè tacitè ex coniecturis colligatur *l. cum proponebatur 66. ff. de legat. 2. Rot. in Tranen. Iuriſpatronatus 10. Martij 1627. coram Vbaldo, & in Romana hæreditatis 8. Iunij 1637. coram Coccino.*

3 Vndè non vrget Concluſio, quod Vſusfructus etiam Bonorum fideicommiſſariorũ ſpectet ad hæredem ex *Peregr. de fideic. art. 49. num. 20. Gabr. conſ. 121. num. 58. lib. 1. Rot. in Romana conſignationis Cedulæ 9. Aprilis 1612. coram Penia*, quia id venit intelligen. dummodo ali-
4 ter non fuerit à Teſtatore diſpoſitũ, *vt eſt text. in l. in fideicommiſſariam 18. & in l. Baliſta 32. ff. ad Trebell. & tradit Idem Peregr. de fideic. d. art. 49. num. 24.*

Prout pariter non obſtat, quod Diſpoſitio huiuſmodi fuerit reſtricta ad caſum Diuiſionis, quia in Codicillis Teſtator declarando melius ſuam voluntatem mandauit expreſsè, quod ipſius hæreditas, & quicunque fructus ex ea percipiendi, donec hæredes fuerint effecti maiores quoad portiones minorum adminiſtrentur, & exigantur à ſuis Executoribus
5 teſtamentarijs: Ex quibus verbis apparet diſpoſitionẽ non fuiſſe factã à Teſtatore ob timorem diuiſionis, ſed benè ob minorem ætatem & ne hæredes fructibus abuterentur ad *text. in l. 1. ibique gloſſ. ff. de minor. Pariſ. conſ. 98. n. 27. lib. 1 Caſ. Manent. deciſ. 63. num. 10.*

6 Nec eſt veriſimile, quod Teſtator, qui plurimum confidebat de perſona Executorũ, voluerit pecuniam, & adminiſtrationem minoribus committere, qui res ſua rectè adminiſtrare non valent *l. fin. ff. de condit. & demonſtrat. Lauren. de Pinu conſ. 65. num. 28.*

Et ita &c.

FA-

FAVENTINA BONORVM.

Lunæ 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Mater tranſiens ad ſecunda Vota amittit proprietatem bonorum, quæ immediatè à Patre peruenerunt in filium, ſecùs verò illorum, quæ deuenerunt ad filium per ſucceſſionem alterius fratris, & latè explicatur materia, *Text. in l. fœmina, C. de ſecund. nupt.*

SVMMARIVM.

1 *Læſio eſt fundamentum reſtitutionis in integrum.*

2 *Mulier, per tranſitum ad ſecunda vota, amittit proprietatem, & conſequitur ſolum vſumfructum in bonis filij primi matrimonij.*

3 *Maritus quando cenſeatur remittere pœnas,* l. fœminæ, C. de ſecund. nupt.

4 *Maritus, conſentiens, quod Mulier tranſeat ad ſecunda vota, cenſetur remittere pœnas* l. fœminæ quoad bona propria.

5 *Secus verò quoad bona, & hæreditatem filiorum.*

6 *Conſenſus expreſſus non præſumitur, ſed probari debet.*

7 *Conſenſus tacitus filiorum non ſufficit adhoc, vt Matri cenſeantur remiſſa pœna,* l. fœminæ.

8 *Filius non cenſetur conſentire ſecundis nuptijs, nec remittere pœnas,* l. fœminæ, *etiamſi fuerit author ſecundi matrimonij.*

9 *Conſenſus expreſſus requiritur, nec ſufficit tacitus, quando agitur de præiudicio notabili, & de renunciatione proprij iuris.*

10 *Filius cenſetur conſentire ſecundis nuptijs ob metum reuerentialem.*

11 *Filius, etiamſi conſentiat ſecundis nuptijs, non propterea cenſetur remittere Matri pœnas,* l. fœminæ.

12 *Filius, vt dicatur renunciare iuri, ſibi competenti,* ex Textu in l. fœminæ, *neceſſe eſt, vt de illo certioratus fuerit.*

13 *Conſenſus excluditur ex proteſtatione contraria.*

14 *Deciſio 74. coram Andrea procedit in ſucceſſione mediata.*

15 *Mater tranſiens ad ſecunda vota amittit proprietatem bonorum paternorum, quæ immediatè ad filios, & ab eis ad ipſam Matrem peruenerunt.*

16 *Secus verò illorũ, quæ peruenerunt ad filios ex ſucceſſione aliorum fratrum.*

17 *Diſtinctio inter ſucceſſionem mediatã, & immediatam approbatur à multis Doctoribus.*

18 *Mater non amittit proprietatem bonorum, quæ extrinſecus perueniunt ad filium, & aliundè quam ex ſubſtantia Patris.*

19 *Bona, quæ filius habet ex ſucceſſione alterius fratris, non conſiderantur vti bona paterna, quamuis proueniant à Patre, ſed vti fraterna.*

20 Text. in l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. *habet locum non ſolum in filijs, ſed etiam in nepotibus.*

21 *Pœnæ ſecundo nubentium ſunt inductæ fauore totius poſteritatis.*

22 *Hæres Matris cum beneficio leg. & Inuent. poteſt, opponere de tranſitu illius ad ſecundas nuptias.*

23 *Hæres cum beneficio leg. & Inuent. poteſt impugnare factum defuncti tanquam nullum.*

DECISIO LXXII.

DIXERVNT Domini non conſtare de
cauſis reſtitutionis in integrum aduerſus
tres ſententias conformes latas contra Carolum Vincentium, & alios à Pane. Nam tantũ
1 abeſt, quod pro parte ipſorum doceatur de
læſione, quæ eſt fundamentum reſtitutionis,
quod imò Maria, & alij de Baldinis, ad quorũ fauorem ſententiæ fuerunt latè, oſtendunt
illarum iuſtitiam per deciſiones in cauſa factas, dum in eiſdem firmatur, Iſabellam per
2 tranſitum ad ſecundas nuptias remãſiſſe ſimplicem vſufructuariam in bonis, ſibi obuentis
ex hæreditate Ioannis filij illaque quoad proprietatem ſpectare ad Fratres, & Sorores eiuſdem Ioannis, iuxtà *text. expreſſum in l. fœmina. §. illud, C. de ſec. nupt. vbi Ang. circa med. verſ. Si verò filij, idem Ang. in Auth. ex teſtamento, verſ. hodie verò, C. eodem, Sarmient.* qui reddit bonam, & cõcludentem rationem, *Select. Interpr. lib. 1. cap. 4. nu. 3. Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato q. 17. n. 4. Gail. pract. obſ. lib. 2. cap. 98. num. 1. Gomeſ. ad l. 15. Tauri num. 3. verſ. item adde, Couarr. de matrimonio 2. parte cap. 3. §. 9. num. 7. Cyriac. controu. 367. num. 42. Cancer. var. lib. 1. cap. 5. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 25. & ſeqq. Rot. coram Buratt. deciſ. 82. num. 1. repet. in recent. deciſ. 638. eod. num. & per tot. part. 1. deciſ. 80. num. 3. & ſeqq. part. 6. deciſ. 45. à num. 2. & ſeqq. part. 7.* Et dictum fuit in *Aſculana Hæreditatis 19. Iunij 1648. coram me.*

3 Conſenſus verò, qui dictis ſecundis nuptiis
prętẽditur præſtitus tàm per Maritũ, quàm per
filios Iſabellæ, nullo modo ſubſiſtit in facto:
Non quidem reſpectu Viri, nam licet ipſe reliquerit Vxori in caſu tranſitus ad ſecunda vota lib. 400. de bononenis, diſpoſuit tamen per hæc verba, *Eaſdem libras gaudendas, & vſufructuandas eſſe, donec vixerit, & poſt eius mortem redire, & reſtitui debere hæreditati ipſius Teſtatoris:* Ex quibus videtur potius, ſe voluiſſe conformare eum diſpoſitione *d. l. fœmina,* quam illius pœnas vllo modo remittere, vt benè in his terminis aduertit *Peregr. conſ. 78. num. 20. lib. 1.* & faciunt notata per *Rotam deciſ. 16. nu. 9. par. 4. tom. 2. recent.*

4 Et in omnem caſum dictus conſenſus poterit operari tantummodò quo ad vſumfructum, à Marito legatum, & in bonis ipſius Mariti, iuxtà *text. in §. ſi verò ſolum,* ibique *gloſſ. verb. manere auth. de nupt. Iaſ. in l. filium quem habentem num. 13. C. fam. Erciſc. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius part. 1. verb. qui cum alia nu. 207. & ſeqq. de teſtam. Io. de Caron. in Auth. ex teſtamento num. 25. verſ. quia reſpondeo, C. de ſecund. nupt. Viu. comm. opin. verb. Mulier nu. 7. Gail. pract. obſ. lib. 2. cap. 98. nu. 24. & ſeqq. cum alijs per Natt. conſ. 466. num. 2. & 3.*

5 Secùs verò quoad bona, & hæreditatem filiorum, vt probat *Valentin. Forſter. de ſucceſſ. ab inteſtato tit. quibus caſibus Parentes à liberorum ſucceſſione arceantur caſu 1. ſublimit. 3. fol. mihi 298. & ſeqq. Bertrand. conſil. 280. num. 9. lib. 2. part. 1.* vbi quod Pater non poteſt in præiudicium filiorum renunciare beneficio inducto fauore illorum vigore, *l. fœminæ, Decian. conſil. 35. num. 27.*

&

Digitized by Google

& ſeqq. lib.1. Grat. conſil.83.num.17. lib.2. Theſ. quæſt. forenſ. lib.1. quæſt.30. num.4.

6 Minus etiam deduci poteſt conſenſus aliquis ex parte filiorum; Siquidem expreſſus nullo modo probatur prout probari deberet, *Gutierez.de matrim.cap.109.nu.15. Fachin.controu. iuris lib.3.cap.65. verſ.quinta eëluſio, Cancer.var. lib.1.cap.5.de ſucceſſ.ab inteſt. num.29. Rot.dec.80. num.20. & ſeqq. part.6. recent.*

7 Tacitum verò non ſufficere, tradit *Parlador. rerum quotid.differ.121.quæſt.7. verſ.tacitus autem, Moder.Vrbinaten.de fratribus part.3.cap.13.nu.69. & ſeqq.* Siue ille deducatur ex præſentia, & taciturnitate, vt latè per *Menoch. conſ.237.nu.25. & ſeqq. Sanchez de matrim.lib.7. diſput.89. nu.44. Noal.de traſmiſſ. caſu 13. ſub num.11. verſ.& moueor, Rot.coram Buratt.deciſ.82.nu.9.* ibique *Addit.E.* ſiuè ex cohabitatione cum Matre, & Vitrico, *Rot.coram Martin.Andr.deciſ.51.n.10.& ſeq. & in recent.deciſ.197.num.4. & 242.nu.14.part.6.*

8 Siue ex alijs actibus deductis per informantes, & cõſenſum denotantibus *Cæſar. Manent.*, qui exemplificat etiam ſi filius fuerit author matrimonij, & ſecundarũ nuptiarum *deciſ.47. nu.13.& per tot.* vbi latiſſimè materiam tractat *Theſ.quæſt.forenſ. lib.1.quæſt.30.nu.5. Rot. dec.80. num.13. & plurib.ſeqq. part.6. in recent.*

9 Quando enim agitur de præiudicio notabili, & de renunciatione beneficij certi, & in iure ſcripti, Taciturnitas nõ ſufficit, ſed conſenſus expreſſus eſt neceſſarius, *Bart. in l. quæ dotis 34. num.24. verſ.tunc ſiquidem, ff.ſol.matrim. Felin. in cap.Nonne num.5. de præſumpt., Modern. Vrbinaten. de fratribus dicta parte 3. cap.13.nu.73. & ſeqq. Rot.in ſupradicta deciſ.242.num.14. & 15. part.6. recent.*

10 Præſertim in filio, qui præſumitur, id feciſſe potius ob metum reuerentialem, quam quod verè ſecundis nuptijs conſenſum præſtare voluerit, *Barboſ.in l.2. §.final. num.8. & in dicta l.quæ dotis num.169. verſ. limitat tamen, ff.ſol. matrim. Fontanell. de pact. nupt. clauſula 5. gloſſ.8. part.11.num.36. Cancer. var. lib.1.cap.5. num.29. Rimin.Iun. conſ.295.num.73. & ſeqq. lib.3.*

11 Et tamen, eſto quod dictus conſenſus poſſet importare approbationem nuptiarum; non tamen importare poteſt renunciationem Iuris, & remiſſionem pœnæ, de qua in dicta *l.fœmina, Sarmient.Select.Interpr.lib.1.cap.4.nu.1. & ſeqq.* vbi quod etiã ſi filij non conſentirent, adhuc non poſſent matrimonium impedire, *Fachin.controuerſ.Iuris lib.3.cap.65. verſ.iam quid mihi videatur, Surd. dec.100.nu.6. verſ.non omitto, & numeris ſeqq. Manent. d.deciſ.47. à num.12.*

12 Imò, quod ad effectum prædictum requiratur non ſolum renunciatio expreſſa, ſed etiã ſcientia, & certioratio Iuris quæſiti ex diſpoſitione *d.l.fœmina*, notat. *Iaſ. in conſ.53.num.10. verſ.& maximè, & n.ſeq. lib.1. Cyriac.controu.139. nu.39. Rot.coram Buratt.deciſ.82.num.11.in recent. deciſ.177.num.7.part.4. tom.2. & deciſ.197. nu.4. part.6.*

13 Et ceſſat difficultas ex Inſtrumento publico, in quo, & Maria, & Nepotes ex altero filio proteſtati fuerunt, quod Mater ad ſecundas nuptias conuolabat contrà eorum voluntatem, vt benè in propoſito conſuluit *Peregr. conſ.78.num.9. verſ.intelligunt etiam lib.1. Cyriac. d. controu.139. ſub num.43. verſ. prædicta autem:* Quæ proteſtatio non ſolum excludit conſenſum, quinimò diſſenſum expreſſum importat per *text. in l.ſi mihi, & tibi 12. §.vltim. ff.de leg.1. Bart. in l.non ſolum, §.morte num.16. ff.de non.operum nunc. Surd.deciſ.154.num.18. & ſeqq.*

14 Nec in contrarium facit *deciſ.74. coram Andrea repetita in recent.deciſ.771.part.3.* quia illa loquitur in diuerſis terminis, nempè in ſucceſſione mediata, & in bonis paternis, quæ de vno in alterũ filium in Matrem peruenerunt;

15 Bona enim paterna ſunt in duplici differentia, & dupliciter conſiderari poſſunt; Alia quę immediatè ad filios, & ab eis ad Matrem perueniunt, & in his Mater ſolum vſumfructum cõſequitur, reſeruata proprietate iiſdem filijs, vt diſponit *text.in Auth.ex Teſtamento, C.de ſec. nuptijs*, ibi: *Sed ab inteſtato eorum ſolum vſufructum percipit, quæ ex paterna ſubſtantia ad filium peruenerunt*, & in *Auth.de nuptijs, §.hinc nos*, ibi: *Sed contrà quidem, quæ ex paterna ſubſtantia ad filium peruenerunt eorum ſolum habeat vſum ad ſecundas omninò ſiue prius, ſiue poſtea veniens nuptias, Salicet. in d. Auth.ex Teſtamento num.1. verſ. quæro ſecundò, Petr.Greg.Syntagm.Iuris lib.9.cap.26.nu.47. Vinc.de Franch. deciſ.18. per tot. præſertim num.9.*

16 Alia verò ſunt bona paterna, quæ obueniunt Matri ex ſucceſſione filiorum, qui prius ſuis Fratribus ſucceſſerant, & in his non habere locum diſpoſitionem *d.l.fœminæ*, loquitur *dicta deciſ.74. coram Andr., vt patet in princ. eiuſdem, & num.22. 24., & ſeqq. vſque ad finem, Inde Garron.in Auth.ex Teſtamento nu.40.& ſeqq. verſ.nota ſeptimò, C.de ſecundis nuptijs*, vbi quod plures *DD. Auenionen. adhæſerunt huic opinioni, Boerius deciſ.192.num.3.Vinc.de Franch.deciſ.666. nu.5. in fine, verſ.quid ſi Mater, & num.ſeq. Rot.in recent.deciſ.271.nu.14.part.6. cum alijs per Merlin. de legitima lib.4.tit.2.quæſt.1.num.6.*

17 Quam diſtinctionem ex ſententia *Imol., & Florian.de S. Petro ſequitur Corn. conſ.286.num.3. verſ. ſubſtantia autem lib.1. Peregr. conſ.78.num.2. & ſeqq. & præſertim num.16.lib.1. Caſtill.de vſufr. lib.1.cap.2.num.60. & ſeqq. Barboſ. in l.poſt dotem ſub num.76. verſ.quod confirmo, & numeris antecedentibus, & ſubſequentibus, ff ſolut.matrim. Cyriac. controu.367.nu.50.& 51. Mangil.de Imput.quæſt.7. nu.15.& ſeq. Rot. deciſ.527. nu.9. & ſeqq. part.4. tom.3. recent. & deciſ.242. num. 6. & ſeqq. part.6. & in Romana Succeſſionis de Comitibus 15. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

18 Et ratio eſt, quia Mulier per tranſitum ad ſecunda vota non amittit proprietatem illorum bonorum, quę extrinſecus ad filium perueniunt, & aliundè, quàm ex ſubſtantia paterna, vt diſponitur in *l.Mater, C. ad Tertull.*, ibi: *Extrinſecus quidem quæſita filio, filiaue ſimili firmitate poſſideat*, ibique *Caſtr. num.1., & ſeqq.*; Et conciliando contrarias conſtitutiones diſpoſuit, *Iuſtinianus in §. hinc nos, Auth. de nupt. Odofred.in auth.ex Teſtamento, verſ.ſecundò dicitur*, ibique etiam *Bald. poſt princ. verſic. ſed in bonis aliundè prouentis, C.de ſec.nupt., Roman. conſ.405. ſub num.1. verſ.his tamen non refragantibus, & numeris*

moris ſeqq., quem ſequitur *Io: de Garronibus in d. Auth. ex Teſtamento nu.45. C. eodem, Io: de Anan. conſ.73.nu.2. verſ. ſi verò*, ibique *Bolognin. in addit. verſ. Nihilominus, Aym. conſil.37.num.2. Rip. in d. l. fæmina num.52. Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt.25. num.4. Theſaur. quæſt. forenſ.29. num.10. lib.1. Caſtill. de vſufructu lib.1. cap.2. num.37. Boer. deciſ.185. num.6. Afflict. deciſ.75. num.4.*

19 Bona autem, quæ filius habet per obitum alterius Fratris, non conſiderantur amplius vti bona paterna, ſed vti fraterna, & extrinſecus illi obuenta: Et ideò in his non habere locum diſpoſitionem, *text. in l. fæmina*, probat *Molpheſ. ad Conſuetud. Neap. part.3. quæſt.22. nu.7. & ſeqq., præſertim num.10. verſ. ſed prior opinio, Caſtill. de vſufructu lib.1. cap.2. num.60., & ſeqq. Vinc. de Franch. dicta deciſ.666. num.6. & 7. Rot. coram Andr. d. deciſ.74. nu.31. & ſeqq. & in recent. deciſ.177. num.8. part.4. to.2. & deciſ.242. eod. num. part.6.*

20 Non obſtat, quod Io: Maria, & Magdalena filij Iſabellæ deceſſerint; Nam cum ex illo ſuperſit Margarita filia, ex Magdalena verò Innocentius, in eorum etiam perſonis habet locum d. diſpoſitio, iuxtà *text. in l. in quibus, C. de ſec. nupt., Rip. in d. l. fæmina quæſt.6. num.8. Dec. conſil.87. num.3. in fine, Rot. coram Andr. deciſ.51. num.4.*

21 Pœnæ enim ſecundò nubentium non ſolũ fauore filiorum, ſed totius poſteritatis fuerunt inductæ, *Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato qu.17. num.8. Caſtill. de vſufructu lib.1. cap.2. num.12.* & plures cumulant *Adden: ad Buratt. deciſ.82. num.15. & 16.*

22 Demùm non obſtat, quod Maria vna ex filijs primi matrimonij, quæ hodie agit fuerit hæres inſtituta ab Iſabella Matre: Et ideò non poſſit opponere de tranſitu illius ad ſecundas nuptias; nam cum hæreditatem adiuerit *cum benefic. leg. & Inuent.* præſeruata fuit eidem omnis actio, perindè, ac ſi nunquam hæreditatem prædictam adiuiſſet, *Rot.* in his terminis *deciſ.80. num.25. & 26. part.6. recent.*

23 Imò, quod poſſit impugnare factum Matris tanquam nullum, & contrà legis prohibitionem, *Surd. conſ.196. num.54. & ſeqq. cum alijs per Gratian. diſcept. forenſ. cap.862. num.16. & 17.*

Cœtera remanent abundè ſublata per deciſiones in cauſa factas, cum quibus DD. tranſierunt.

Vtraque, &c.

POSNANIEN. ABBATIAE.

Lunæ 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Alimenta, quæ petuntur officio Iudicis, non debentur niſi in ſubſidium, quando quis alio modo ſe alere non poteſt, & ſi ſemel fuerunt acceptata, augeri non debent, niſi conſtito de diminutione, vel ſuperueniente noua cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta non ſunt ſubminiſtranda ei, qui habet aliundè, vt viuere poſſit.*
2 *Alimenta, quæ petuntur officio Iudicis, non debentur niſi in ſubſidium.*
3 *Poſſeſſio, & aſſignatio probatur per Inſtrumentum publicum.*
4 *Poſſeſſio, & aſſignatio probatur per confeſſionem Partis.*
5 *Poſſeſſio, ſemel acquiſita, præſumitur adhuc durare.*
6 *Alimenta, quæ fuerunt acceptata, præſumuntur ſufficientia.*
7 *Alimenta non debent augeri, niſi conſtet de diminutione; vel ſuperueniente noua cauſa.*

DECISIO LXXIII.

1 REMANENTE Paulo in poſſeſſione Villæ, ſibi aſſignatæ, firmarunt DD. non eſſe locum nouæ præſtationi alimentorum, cum ceſſet ratio diſpoſitionis *text. in cap. ex parte 11. & cap. olim 26. de accuſat.*; nempè quia aliundè habet, vt viuere poſſit, vt not. *Abb. in d. cap. ex parte num.9. verſ. & tunc aut habet, Felin. num.4. verſ. ſi autem accuſauit, Soccin. num.13. Rebuff. de conſtit. ſeù ordinat. to.1. tit. de ſent. præiud. in præfat. num.103. verſ. ſi ille, cum alijs per Surd. de alim. tit.1. quæſt.121. num.1.*

2 Et Regulare eſt, quod alimenta, quæ petuntur officio Iudicis; non autem iure actionis, non debentur niſi in ſubſidium, & quando quis non habet, vndè ſe alat, *gloſſ. in l. ſi quis à liberis verb. ſi quis in fin. ff. de lib. agnoſc. Dec. in l. de alimentis nu.5. verſ. eſt, & alia differentia, C. de tranſact. Bart. in Auth. res quæ ſub num.6. verſ. & ſicut, C. comm. de leg. Alex. conſ.27. nu.3. in fin. lib.4. Cancer. var. lib.1. cap.16. nu.39. Seraph. deciſ.1098. nu.1. Mantic. deciſ.171. nu.2. & in recent. deciſ.170. num.4. part.4.*

3 Aſſignatio verò, & poſſeſſio Villæ non controuertitur ab eodem Paulo, & de ea conſtat non ſolum per Inſtrumentum publicum, *datum in Summ. nu.1.* ad *text. in cap. cum olim 24. in fine de verb. ſignific. gloſſ. in l. fin. verb. manifeſtum,* ibique *Bart. & communiter DD. C. de reb. cred.*;

4 Sed etiam ex propria confeſſione ipſius, de qua in proteſtatione ſub die 23. Maij 1645. *in Summario num.2. l. generaliter 13.* vbi *Bart. in fine verſ. vltimo nota, C. de non numerat. pecun. Rot. deciſ.306. num.7. part.5. in recent.*

5 Vndè, ſi Paulus prætendit, hodiè ſe amplius non poſſidere, & à dicta poſſeſſione Villæ fuiſſe eiectum, tenetur vtique concludẽn probare, cum aliàs præſumptio ſtet cõtrà ipſum, quod in eadem poſſeſſione permaneat, *l. ſiue poſſidetis*, ibique *gloſſ. & DD. C. de probatio. Butr. in cap. cum ad Sedem num.25. verſ. dic colligendo*, ibique *Abb. num.15. verſ. his tamen de reſtit. ſpol. Gabr. de præſumpt. concl.10. à nu.1. Menoch. eodem tract. lib.6. præſumpt.64. num.1. & ſeqq. Peregr. de fideicommiſſis art.44. num.16. Rot. deciſ.4 de probat. in nou. & coram Buratt. deciſ.386. num.3. & in Piſauren. Manutentionis 1. Febr. 1647. coram R.P.D. meo Arguelles.*

6 Nec releuat dicere, quod dicta Alimenta non ſint ſufficientia; Nam ſtante aſſignatione

præ-

prædicta, acceptata ab eodem Paulo in actu Reſignationis, alimenta præſumuntur ſufficere, nec interim Paulus poteſt contrà aſſignationem venire, *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Gratian. qui plures cumulat, cap. 613. nu. 21. & ſeqq.*
7 niſi doceat de diminutione, & de cauſis, ex quibus illa augeri debeant, *l. alimenta, §. Baſilicæ*, ibique *gloſſ. verb. ampliaret de alim. & cib. legat. Mantic. deciſ. 331. per tot.*

Et ità deciſum fuit Partibus hinc indè informantibus.

OSCEN. EXPENSARVM.

Lunæ 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Expenſæ tam iudiciales, quam extraiudiciales quomodo ſint taxandæ, & ſtylus, qui ſeruatur in cauſis vltrà Montes

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ iudiciales, ſeù viuæ ſunt illæ, quæ iuſtificantur ex actis, & ex proceſſu.*
2 *Expenſæ iudiciales integrè refici debent.*
3 *Expenſas tenetur victus reficere, etiam ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi.*
4 *Expenſas extraiudiciales ſolet Rota moderatè taxare.*
5 *Expenſas extraiudiciales alias Rota taxauit in ſcutis 10. pro qualibet inſtantia.*
6 *Expenſæ in cauſis vltrà Montes, licet factæ in moneta Romana, taxantur in ſcutis auri, quando pars non offert ſolutionem in Curia.*
7 *Expenſæ in legitimanda perſona Actoris veniunt etiam reficiendæ per Reum.*

DECISIO LXXIV.

1 TAXATIO, de qua agitur, quoad ſcuta 102. pro expenſis iudicialibus, factis in Regeſtris, Citationibus: In examinatione Teſtium, Nota ſententiæ, & ſimilibus, quæ etiam viuæ appellari ſolent, nullo modo poteſt dici exceſſiua, quia illæ iuſtificantur exactis, & ex oculari inſpectione proceſſus, vt notat *Veſtr. in prax. lib. 8. cap. 12. num. 11.*, *Rota coram Duran. deciſ. 161. nu. 2., & in recent. dec. 744. num. 9. part. 4. tom. 3.*, *& in Romana Expenſarum 14. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Corrado*, cum alijs per *Adden. ad Buratt. deciſ. 921. num. 12.*

2 Et propterеà ad illarum refectionem teneri victum, eſt *Text. in l. properandum 11. §. Siu autem ex geſtis, & §. Siue autem alterum*, ibique *DD. C. de Iudic. cap. finem litibus de dol. & contum. c. calumniam de pœnis, Papien. in prax. tit. 1. verb. & expenſis num. 3. verſ. quandoque enim fol. 56., Gail. pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 151. num. 1. verſ. itaque iudicialium, & plurib. ſeqq., Rot. in Caurien. Iuriſpatronatus, ſeù Expenſarum 16. Martij 1646. coram R. P. D. meo Arguelles*,

3 Huiuſmudi verò expenſas reficiendas eſſe, nulla habita conſideratione an fuerit iuſta, vel iniuſta cauſa litigandi, firmauit ſemper Rot. vt teſtatur *Couarr. practic. quæſt. cap. 27. nu. 3. verſ. Iudices verò, Antonius Auguſtinus in tit. de expenſ. n. 1. Gomeſ. in Reg. de annal. quæſt. 41. in princ. & in §. patet igitur, Scacc. de ſent. & re iud. gloſſ. 14. quæſt. 13. num. 70. verſ. & prout ſeruat, Chartar. deciſ. Gen. prima num. 4. Rot. deciſ. 18. num. 3. part. 4. diuerſ., coram Buratt. deciſ. 449. num. 8. Adden. ad eundem deciſ. 921. num. 9.*, & latè firmatum fuit in *Maceraten. Hæreditatis 24. Ianuarij 1642. coram R. P. D. meo Bichio.*

4 Quo verò ad extraiudiciales, quæ fiunt in Aduocatis, & Procuratoribus, licet Rota non ſequatur rigorem Iuris, ſed illas ſoleat moderatè taxare arbitrio ſuo, vt probat *Veſtr. in ſua praxi d. lib. 8. cap. 2. num. 11. verſ. ſuprà quarum ſummam*, & dixit *Rot. in Bononien. Damnorum, & intereſſe 15. Nouembris 1610. coram Coccino, Duran. d. deciſ. 161. num. 3., Buratt. deciſ. 921. num. 2.*, & notat *Adden. ibidem num. 11.*

5 Attamen, ſtylum prædictũ fuiſſe ſeruatum in præſenti cauſa patet, dum dd. expenſæ taxatę fuerunt tantummodo in ſcutis decem, non obſtante, quod cauſa ſit grauis, & terminata per duas ſententias præuijs pluribus propoſitionibus, & deciſionibus, itaut taxatio viſa fuerit potius remiſſa, & modica, quam grauis, & exceſſiua cum alias conſueuerit Rota pro qualibet inſtãtia decernere ſcuta decem, vt in dicta *Maceraten. Hæreditatis 24. Ianuarij 1042. coram R. P. D. meo Bichio, in Romana Liberationis à moleſtijs 3. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Otthobono, & in Senogallien. Supplementi legitimæ 11. Ianuarij præſentis anni coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

6 Non obſtat; quod dicta taxatio facta fuerit in ducatis auri de Camera, non autẽ in moneta iuxtà liſtas Notariorum, quia ità ſeruari in cauſis vltrà montes, quando pars non offert ſolutionẽ in Curia ante mãdati relaxationem teſtantur quatuor ex ſenioribus Notarijs, quibus in hac materia credendũ eſſe probat *Bart. in l. de quibus in ſecunda repetitione nu. 21. verſ. nec obſtat, ff. de legib., Vant. de nullit. ſentent. ex defect. proceſſ. num. 80. verſ. de quibus fol. 314. Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 484. num. 5. repetita in recent. deciſ. 298. num. 3. part. 3. & deciſ. 487. nu. 10. part. 4. tom. 2., & coram Buratt. deciſ. 399. num. 7.*

7 Minus obſtat, quod nonnullæ ex prædictis expenſis factæ fuerint pro legitimanda perſona ipſius actoris, quia, dum Aduerſarius non ceſſauit ſtatim à lite, illas quoque fuiſſe debitas, probat *Dec. in l. qui in alterius num. 8. verſ. ſed ſi Reus, & num. 9. verſ. ſecus videtur, ff. de reg. Iur., Rom. ſing. 401. verſ. aut condemnatus negat, Natt. conſ. 232. num. 4.*

Et ità deciſum vtraque, &c.

ALBEN.

ALBEN. BENEFICII.

Lunæ 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Contra Sequeſtrem, ſeù Oeconomum datur via executiua pro ſumma per ipſum exacta, ſeù debita.

SVMMARIVM.

1 *Solutio, & exactio probatur ex quietantijs, & receptis.*
2 *Sequeſter, ſeù Oeconomus æquiparatur Depoſitario.*
3 *Sequeſter dicitur Depoſitarius, & contra eum datur actio depoſiti.*
4 *Via executiua ſicuti datur contrà Depoſitarium, ità etiam competit contrà ſequeſtrem.*
5 *Sequeſter non tenetur niſi de dolo, & lata culpa.*

DECISIO LXXV.

ORTA controuerſia inter Bartholomæum Peculium, & Ioannem Angelum Vaciolum ſuper manutentione in poſſeſſione vnius Beneficij in loco Cairi Alben. Diœceſis, placuit Rotæ, vt appoſito Sequeſtro videretur de bono iure; Vndè cum in Sequeſtrem, ſeù Oeconomum deputatus fuerit Petrus Paulus Chriſtinus Archipresbyter eiuſdem loci: Dubitaui ad inſtantiã Peculij, qui ſententiam fauorabilem ſuper adiudicatione beneficij reportauit vna cum ſequeſtri reuocatione, An, & pro qua ſumma mandatum contrà ſequeſtrem eſſet relaxandum: Et Domini pro nunc relaxandum eſſe cenſuerunt pro ſumma du-
1 catorum 289., quia totidem apparent ab ipſo exacta ex quietantijs, & receptis in actis exhibitis, *Summario Peculij num. 3.* ex notatis per *Maſcard. de probat. concluſ. 1324. num. 6. Rot. coram Seraph. deciſ. 1339. num. 2. & in Baren. Pecuniaria 7. Iulij 1647. coram me.*

2 Nam Sequeſter, ſeù Oeconomus æquiparatur Depoſitario, vt notat *Cyriac. contr. forenſ. cap. 358. num. 2.*, & ſentiunt *Marcheſ. de Commiſſ. appell. ab interlocut. part. 1. §. 1. num. 73. & pluribus ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 167. num. 28. & 29. Franc. Marc. deciſ. Delphin. 443. per tot. part. 1.*

3 Imò, quod Sequeſter dicatur Depoſitarius tradunt quamplures relati per *Mauſon. de cauſ. execut. lib. 1. ampliat. 37. num. 2. & 11.*, & probat *Connan. in Commentar. iur. ciuil. lib. 7. cap. 4. num. 6.*,
4 vbi quod contrà ipſum datur actio depoſiti, vt bona ſequeſtrata exhibeat, *l. ei apud quem 5. §. 1. ff. depoſit.*, *gloſſ. in l. Sequeſter 109. verb. occurrent, ff. de verb. ſignif. Surd. conſ. 411. nu. 3.*, & alios adducit *Oınate de contract. tom. 2. diſput. 54. nu. 56.*

5 Vndè quemadmodum contrà Depoſitarium datur via executiua, *l. ſi quis 11.*, ibique *Bart. & Caſtr. num. 3. C. depoſit. Alex. in l. ait Prætor, §. ſi Iudex num. 4. in fine, verſ. fallit tamen in inſtrumento Depoſiti, ff. de re iudic. Rot. coram Caualer. deciſ. 29. num. 1.*, ac in *Romana Cenſus, ſeù Depoſiti 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Meltio.* Ità etiam datur cõtrà ſequeſtrem ex adductis per *Cyriac. dicto cap. 358. num. 14.*

Quia verò prætendebatur etiã eſſe relaxandum pro fructibus Cenſus ſpectantis ad idem beneficium Domini, quoad hanc partitam inclinarunt in partem negatiuam, quia ab informantibus pro Peculio, nec doctum fuit de Inſtrumento, & exiſtentia præfati Cenſus, nec quod fructus per ſequeſtrem fuerint exacti, vel deſierint exigi ex defectu ipſius: Se-
6 queſter enim non tenetur niſi de dolo, & lata culpa, prout de Depoſitario eſt *text. in §. prætereà inſtit. quib. mod. re contrahit. oblig.*, & notant *Dec. conſ. 473. ſub num. 1. verſ. ſed dato, Hondcd. conſ. 43. nu. 1. verſ. cum enim lib. 2. Rot. coram Merlin. deciſ. 188. num. 4.* Et de Sequeſtre, ſeù Oeconomo, latè *Cyriac. dicta controu. 358. à num. 22.*

Et ità per Contradictas, &c.

VRGELLEN. DECANATVS, & CANONICATVS.

Lunæ 29. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Sententia, continens plus, quam libellus eſt nulla; & literæ Apoſtolicæ, expeditæ contrà formam ſupplicationis non ſunt attendende.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Executio ſententiæ ſuſpenditur, quando Iudex nulliter, vel iniuſtè proceſſit.*
3 *Monitorium debet fieri cum inſertione literarum ad hoc, vt Reus ſit certus de Iuriſdictione Iudicis, & de prætenſione Actoris.*
4 *In beneficialibus ſufficit vnicum Monitorium expeditum ſuper prima gratia, & quare.*
5 *Declara, vt hoc procedat, quando ſecunda gratia expedita fuit ſuper eodem beneficio, ſecus ſi ſuper diuerſo.*
6 *Sententia lata ſuper eo, quod non eſt deductum in Monitorio, eſt nulla.*
7 *Vnio ſemper præſumitur facta æquè principaliter.*
8 *in Monitorio debet fieri expreſſa mentio de beneficio, quando æquè principaliter fuit vnitum.*
9 *Monitorij defectus ſanatur per ſeruationem terminorum ſubſtantialium.*
10 *Citatio ad terminos ſubſtantiales ſupplet defectum citationum, quæ malè, & nulliter fuerunt executæ, ſecus illarum, quæ omninò fuerunt omiſſæ.*
11 *Supplicationi ſtandum eſt potius, quam ipſis literis.*
12 *Expeditores Cancellariæ poſſunt expedire nouas literas ſuper eadem ſupplicatione, ſed non poſſunt alterare ſubſtantiam gratiæ.*
13 *Incompatibilitas gratiæ declarat defectum intentionis.*
14 *Beneficia plura incompatibilia, ſeù plures præbendæ retineri non poſſunt ſub eodem tecto.*
15 *Valor malè expreſſus vitiat gratiam.*
16 *Valor declarat quid fuerit comprehenſum in conceſſione.*
17 *Negatiua probatur ex reuolutione Regeſtri.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO LXXVI.

1 RESOLVTVM fuit, Intrare arbitrium pro retardanda vlteriori executione literarum Apoſtolicarum, & ſententiæ earum vigore latæ; Nam, cum illud reguletur à iure, gloſſ. in l. qualem verb. videtur, ff. de recept. arb., Bart. in Extrauag. ad reprimendum verb. videbitur nu. 8. Rot. deciſ. 71. num. 1. part. 6. recent. & in alijs.

2 De iure ſemper executio ſuſpenditur, quando Iudex nulliter, vel iniuſtè proceſſit, Marcheſ. de comm. appell. ab exec. Bren. & lit. Apoſt. par. 1 §. 2. num. 7. fol. 397. Rot. in Tarraconen. Parochialis poſt eundem d. part. 1. fol. 434. num. 5., & coram bo: mem: Cocc. deciſ. 177. num. 2.

3 Conſtat autem, nulliter fuiſſe proceſſum, ex quo ſententia lata fuit ſuper Decanatu, & Canonicatu, & tamen Monitorium, quod deſeruit loco libelli, emanauit tantummodò ſuper primis literis loquentibus de ſolo Decanatu; Aliæ verò literæ poſteà expeditæ ſuper Canonicatu, de quo agitur fuerunt quidem in actis productæ, ſed nullum deſuper monitorium obtentum fuit cum earundem inſertione, prout neceſſarium eſt ad effectum, vt citatus notam habeat iuriſdictionem Iudicis, & informatus de petitis ab Actore deliberare poſſit, An velit cedere, vel contendere, iuxtà text. in cap. præterea, ibique gloſſ. de dilatio, & notat Saluſt. in ſua praxi lib. 3. cap. 2. ſub num. 5. & in cap. 12. num. 3., Rot. in Salernitana Beneficij 15. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Bichio.

4 Nec obiectum euitari poteſt ex eo, quod in beneficialibus ſufficiat vnicum monitorium, expeditum ſuper prima gratia ad effectum, vt etiam vigore alterius obtentæ lite pendente procedi poſſit ad executionem abſque alio monitorio, imo abſque alia ſeruatione terminorum ſubſtantialium, ea ratione, quia in beneficialibus cenſetur ab initio deductũ omne ius, tam præſens, quam futurum, vt egregiè ponderauit, Rota coram Aegid. deciſ. 661. per tot., & in Maioricen. Parochialis 1. Aprilis 1643. coram Reuerendiſſ. Salamantino.

5 Quoniam prædicta benè procedunt, quando ſecunda gratia emanauit ſuper eodem beneficio, ſuper quo ab initio lis conteſtata fuit, in quibus terminis loquitur Aegid. & alleg. Maioricen. Parochialis, ſecus verò ſi illa expedita fuerit ſuper beneficio diuerſo, quia tunc diuerſitas beneficiorum efficit, ne petitio vnius ſuffragetur pro alio, ſed requiritur noua citatio, & nouum monitorium, vt docet Bart. in l. aut qui aliter, ff. quod vi, aut clam., & optimè firmauit Rot. in Hiſpalen. Canonicatus 15. Nouembris 1560. coram Oradino, & in Lucana Penſionis 28. Iunij 1617. coram bo: me: Seleucien.

6 Et ſi aliter Executor procedit, ſententia remanet nulla, tanquam difformis à petitione, & libello, l. vt fundus, ff. comm. diuid., gloſſ. in cap. 1. verb. libelli poſt med. de libell. oblat., & in cap. quoniam contrà, verb. petitiones de probation. Rot. coram Pen. deciſ. 8. num. 3., & in recent. deciſ. 99. num. 1. in fin. part. 4., & deciſ. 278. num. 1. part. 6.

7 Quod autem in præſenti caſu Gratiæ, productæ à Iacobo, emanauerint ſuper diuerſis beneficijs, patet ex eo, quia primæ literæ loquuntur de Decanatu, ſecundæ verò, non ſolum de Decanatu; ſed etiã de Canonicatu, qui nec venire poterat appellatione annexorũ in primis literis, quamuis Decanatui eſſet vnitus; nam cum vnio facta fuerit æquè principaliter, prout partes videntur admittere, & in dubio ſemper præſumitur, Rebuff. in prax. tit. de vnio. benef. nu 20., Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 5. §. 7. num. 134. Rot. coram Caualer. deciſ. 330. nu. 2., & in Meleuitana Vnionis 13. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.

8 Vtique de eo debebat fieri expreſſa mentio, vt aduertit Felin. in cap. in noſtra num. 30. de reſcript. Caccialup. de vnion. art. 8. ſub num. 7. verſ. quam tamen, cum alijs pluribus relatis per Viu. de iurepatr. lib. 14. cap. 5. num. 28., & per Modern. Alexandrinum in prax. hab. concurſ. prælud. 13. dubio 1. num. 51.

9 Replicatio verò, quod defectus huiuſmodi ſanatus fuerit per reiterationem terminorum ſubſtantialiũ, in quibus continetur citatio ad libellandum deſeruiens loco monitorij, iuxtà deciſ. Seraph. 1451. nu. 4. verſ. non obſtant, & coram
10 Duran. deciſ. 457. nu. 1. Viſa fuit Dominis non releuare; Cum enim circa Canonicatum monitorium nullo modo præceſſerit, poteſt quidem talis citatio ad terminos ſubſtantiales ſupplere defectum citationum, quæ malè, & nulliter fuerunt executæ, ſecus verò illarum, quæ penitus fuerunt omiſſæ, vt aduertit Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 3. num. 265., & declarat Rot. coram Verall. dec. 149. in fin. part. 3. & Mantic. deciſ. 254. num. 5. & 6. & poſt Pacif. de ſalu. deciſ. 6. num. 3., & fuit dictum in Elboren. iuris conferendi 8. Martij 1641. coram Eminentiſſ. Card. Panzirolo, & in Toletana Canonicatus pænitentiarij 10. Martij 1645. coram R. P. D. meo Otthobono.

11 Iniuſtitia etiam manifeſtè reſultat, ex quo dictæ ſecundæ literæ fuerunt expeditæ contrà formam, & tenorem ſupplicationis, ad quam in dubio, tanquam ad matricem, recurrendũ erat, Pariſ. conſ. 51. nu. 17. lib. 4. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 71. num. 9. Caputaq. deciſ. 75. nu. 5. & 6. part. 1. Mohed. deciſ. 17. num. 1. de præbend., & firmatum fuit in Sipontina, ſeù nullius Archipreſbyteratus 25. Iunij, & 28. Nouembris 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Tiraſonen. Vnionis 26. Februarij præteriti coram R. P. D. meo Otthobono.

12 Nam, licet expeditores Cancellariæ poſſint corrigere literas, & nouas expedire ſuper eadem ſupplicatione, non tamen in præiudiciũ partium poſſunt alterare, vel immutare ſubſtãtiam gratiæ, quia hoc pendet à plenitudine poteſtatis, quam non habet Cancellaria, Butr. conſ. 49. num. 4. Pariſ. conſ. 112. num. 8. & ſeqq. lib. 4. Mareſcott. var. lib. 2. cap. 71. num. 10. & ſeqq. Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 2. nu. 37. verſ. procedit verò, Rota coram Caual. dec. 285. nu. 1. & 2. & deciſ. 313. num. 1., in recent. deciſ. 730. per tot., & præſertim num. 5. part. 2., & deciſ. 225. num. 12. & 13. part. 4. tom. 2., & in Montis Alti Beneficij 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Bichio.

13 Præſertim contrà mentem, & intentionem Pontificis, qui tantum abeſt, quod appellatione annexorum intellexerit de hoc Canonicatu,

-catu, vti Decanatui vnito, quod imò derogauit vnioni, quatenus eſſet facta nullitet, & de facto, vt legitur in ſupplicatione, *data in Summ. nu.* 5. Repugnant enim inter ſe hæc duo, quod Papa derogauerit vnioni, & contextualiter tanquam de vnito prouidere voluerit; vnde attenta repugnãtia prædicta excluditur intentio, & voluntas Pontificis circa ſimilem comprehenſionem, vt benè ad propoſitum ratiocinatur *Rot. coram Card. Seraph. deciſ. 398. num.* 10.

14 Prout pariter intentio eiuſdem excludi videtur ex eo, quod in gratia de Decanatu conceſſit retentionem Iacobo alterius Canonicatus, & Præbendæ in eadem Eccleſia, quam ſanè non conceſſiſſet, ſi in prouiſione Decanatus, fuiſſet etiam Canonicatus annexus; Quia ſic Prouiſus tres haberet Præbendas in eadem Eccleſia, cum tamen, nec duæ concedi ſoleant, etiamſi altera ex illis alicui dignitãti ſit annexa, & vnita, *Clement. vlt. ibique gloſſ. in fin., & Card. num. 4. de præb. Abb. in cap. literas num. 2. de conceſſ. præb. Gemin. in cap. 1. nu. 12. de conſuetud. in 6.* latè *Garz. de benef. part. 11. cap. 5. num. 187. & ſeqq.*

15 Imò non ſolum cenſuerunt Domini conſtare de defectu intentionis Pontificis quoad huiuſmodi comprehenſionem, ſed etiã ipſius impetrantis, dum in gratia Decanatus expreſſit valorem per nõ exceſſum in ducat. 24. vnà verò cum incertis in ducat. 60. cum tamen admiſſa comprehenſione valor vna cum incertis aſcendat ad ducatos 130., vt idem Iacobus fatetur in ſecundis literis ſuę prouiſionis; Itaut gratia, vel penitus corruat, ob malam expreſſionem valoris, *Felin. in cap. ad aures ſub nu. 4. verſ. ſecunda concluſio de reſcript. Rot. deciſ. 41. eodem tit. in antiq.* & probat *Mandoſ. ſuper reg. Can-*
16 *cell. reg. 27. quæſt. 20. ſub num.* 1. Vel ſemper ſit verum dicere, in ea Iacobum nullatenus voluiſſe Canonicatum comprehendere ex adductis per *gloſſ. in l. 1. §. qui ſuperficiem verbo agendo, ff. de ſuperficieb. Bald. in l. emptorem nume 15. C. locati, Menoch. præſumpt. 73. num. 5. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 9. num. 8. & ſeqq.*

17 Obiectum, quod ſecunda gratia potuerit expediri vigore alterius ſupplicationis diuerſę à prima tollitur ex diligentijs factis in Regiſtris, ex quorum reuolutione probari negatiuam firmauit in his terminis, *Rot. in Pampilonen. de Ianzi 12. Nouembris 1612. coram bon: mem: Coceino.*

Ex quibus ita reſolntum fuit vtraque parte ſnformante, &c.

ROMANA CENSVS.

Luna 24. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Manutentio danda eſt ei, qui poſſidet authore Prætore non obſtantibus exceptionibus in contrarium, niſi illæ ſint claræ, & liquidæ, & quæ nullo velamine offuſcari poſſint; Et citatio per diligentias ſufficit, quando quis ſemel comparuit, & poſteà latitare cœpit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta de mandato Iudicis eſt manutenibilis.*
2 *Amplia etiam in concurſu anterioris.*
3 *Manutentio non retardatur ſub prætextu nullitatis, vel iniuſtitiæ niſi illa ſit clara, & manifeſta.*
4 *Citatio poteſt fieri per diligentias, quando quis comparuit, & poſteà ſe abſentauit. & num. 5.*
5 *Citatio admittitur per diligentias, quando præceſſit citatio perſonalis.*
6 *Maximè ſi fuerit executa citatio, etiam domi dimiſſa copia.*
7 *Citatio facta contrà Curatorem, qui cauſa defenſionem ſuſcepit, ſuffragatur, etiam non citato minore.*
8 *Fructuum perceptio non præſumitur ex poſſeſſione inſtrumentali, niſi quoque probetur vera, & actualis exactio.*
9 *Exceptio fideicommiſſi turbida non retardat effectũ iudicij poſſeſſorij.*

DECISIO LXXVII.

D. Mutius Marerius, ad cuius fauorem vſque de anno 1623. impoſitus fuerat Cenſus ſcutorum mille in ſorte ſuper Caſali Aguzzani: obtinuit præuijs duabus deciſionibus mandatum de aſſociando ſuper fundo cenſito, ad effectum ſibi ſatisfaciendi de fructibus decurſis, & decurendis. Et quia poſt executionem dicti mandati Domini de Maximis impetrarunt Commiſſionem mihi directam cum facultate manutenẽdi quem de iure: Dubium propoſui: An, & cui eſſet dandum mandatum de manutenendo, quod ad fauorem eiuſdem Marerij reſolutum fuit.

1 Etenim per Inſtrumentum publicum conſtat de eius poſſeſſione, capta in vim mandati ſeru: ſeru: per Iudicem relaxati, quæ propterea eſt manutenibilis, *ad tex. in l. iuſtè poſſidet 11. ff. de acquir. poſſ. Rot. coram ſan: mem: Gregor. XV. deciſ. 582. num. 2. cum alijs in Senogallien. Saluiani 3. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Corrado.* Etiam
2 in concurſu anterioris, *per text. in l. qui vniuerſas 30. §. item cum Prætor, ff. de acquir. poſſ. Rot. in Ariminen. Manutentionis 1. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Ghiſilerio.*

3 Nec obſtant nullitates oppoſitæ contrà validitatem; & iuſtitiam ſententiæ; Nam ad effectum, de quo agitur, illæ debent eſſe claræ, & euidentes, & quæ nullo velamine offuſcari poſſint, vt aduertit *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 912. num. 53. & 54.*, & firmatum fuit in *Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Sacrato apud Poſt. de manut. deciſ. 9. & in recent. deciſ. 362. num. 2. & deciſ. 414. num. 3. part. 4.*

4 Talis autem non videtur nullitas deducta ex eo, quod Marchioniſſa Tutrix, & Curatrix filiorum citata fuerit per diligentias; nulla præcedente citatione perſonali: Nam, cum ipſa comparuerit in iudicio, pręſentando Cõmiſſionem vna cum citatione ad diceñ contrà, & poſteà ſe abſentauerit, potuit ex ſtylo Curiæ citari per diligentias, vt teſtatur *Vbert. de Citat. cap. 12. nu. 215. & ſeqq. & cap. 7. nu. 341.* & dixit *Rot. deciſ. 1. in princ. verſ. vel ſemel comparuit de dol. & contum. in nou.*, & in ſpecie de Mu-

 lieri-

lietibus, quæ cum difficultate citari poſſunt, *Put.deciſ.271.lib.2.*

5 Ad effectum enim validitatis citationis per diligentias ſufficit, vel quod præcedat citatio perſonalis, vel comparitio ipſius citati, iuxtà notata per *Innoc.in cap.fin.ſub num.3, verſ.& hæc intelligo vera de eo qui mittit.in poſſ. Gratian.forenſ. diſcept. cap.145. num.12., Chartar.deciſ.Genu.14. num.2. & ſeqq., Rot.deciſ.173.num.4. verſ.& licet part.4. recent.*

6 Quod facilius procedit in præſenti caſu, in quo ad cautelam executa fuit citatio contrà Marchioniſſam etiam domi dimiſſa copia in manibus Domeſticorum, *Abb.in cap.cauſam 3. de dol.& contum., Rot.coram Seraph.dec.1123.nu.1. & in recent.deciſ.634.num.9.part.4.tom.3.*

7 Altera vero nullitas, quod non fuerit citatus vnus ex filijs Marchioniſſæ, quæ exceſſerat pupillarem ætatem, ceſſat ex eo, quia eadem Marchioniſſa erat curatrix, & non ſolum vti talis citata fuit, ſed etiam acerrimè ſe defendẽdo omnes exceptiones deduxit, vt apparet ex proceſſu, & ex deciſionibus in cauſa factis. Vndè citatio cõtrà eam executa ſuffragatur, *Rot.coram Andr.deciſ.29.nu.9.ad finem, & in Ciuitatis Caſtelli ſpolij 10.Maij 1641. corã R.P.D. meo Ghiſ.erio apud Zacch. de obligat. Camerali deciſ.198.num.7.*

8 Ceſſat etiam iniuſtitia ratione exceſſus, dum prætenditur, quod Marerius ante execntum mandatum de aſſociando acceperit poſſeſſionem Caſalis prædicti, illudque per biennium poſſederit: Nam cum illicò ſuperuenerint moleſtiæ, & Inhibitiones ad inſtantiam Alexandri de Blanchis, & Societatis Sanctiſſimæ Annunciatæ, deberet exaduerſo probari realis, & actualis poſſeſſio vna cum perceptione fructuum, *Rot.coram Caualer.dec.138. per tot. & in recent. deciſ.306.num.17.part.7.*

9 Demum non releuat exceptio fideicommiſſi, nam cum illa reſidatur turbida ex ſententia contraria reportata in Rota, non poteſt retardare executionem iudicij poſſeſſorij, *Rot. in Romana Cenſus 22. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Bichio*, & firmatum fuit in hac cauſa *22. Maij 1648. coram Reuerendiſſimo Terracinen., & 17. Martij 1649. coram Reuerendiſſimo D. meo Dunozetto Decano.*

Et ita per contradictas, &c.

FERRARIEN. TRANSACTIONIS.

Veneris 28. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Exceptio non implementi, & contrauentionis repellit agentem à limine iudicij præſertim ſi concurrat dolus qui ſemper cenſetur exceptus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non implementi repellit agentem à limine iudicij.*

2 *Implementi defectus non ceſſat ex eo, quod quis prætendat euincere bona ex alia cauſa, ſed potius probat illius contrauentionem.*

3 *Implere contractum non dicitur.qui actum malitiosè gerit.*

4 *In his, quæ tractum ſucceſſiuum habent, implementum debet eſſe durabile, nec ſufficit momentaneum.*

5 *Paciſci non dicitur, ſed decipi, qui per fallaciam inducitur ad tranſigendum.*

6 *Dolus in omni contractu cenſetur exceptus.*

7 *Dolus illicò probatus dicitur quando non fuit expreſſum id, quod retraxiſſet à contrahendo.*

8 *Dolus impedit effectum tranſactionis, & tandem inficit.*

9 *Præſeruatio iurium nunquam ad ea extenditur, quæ captionem, & læſionem important.*

10 *Fabrica S.Petri priuilegia non intrant, ſi legata ſunt certa.*

11 *Fabrica priuilegia ex defectu inſufficientiæ ceſſant quando non fuit præfixus terminus, ad obtinen. commutationem voluntatis.*

12 *Tranſactio eſt ſtricti iuris, nec comprehendit niſi ea, de quibus actum fuit.*

13 *Bona poſtquam peruenerunt ad aliquem, conſiderantur, vti propria illius.*

DECISIO LXXVIII.

1 OBSTARE dixerunt Domini executioni Tranſactionis non ſolum exceptionem non implementi, ſed etiam manifeſtæ contrauentionis, & doli: Nam cum Comitiſſa Vienna in Inſtrumento deſuper celebrato, ceſſerit, & relaxauerit Comitibus de Manfredis Piſcationes, & Bona Portus maioris receptis ſcutis 1100. pro eius prætenſis creditis, & pro dote, & fructibus, retentis loco pignoris ijſdem bonis, vltrà alias promiſſiones, & obligationes; Vtique dum bona prædicta adhuc penes ſe ex diuerſo titulo retinere prætendit, obſtat illi defectus adimplementi, qui repellit Agentem à limine iudicij, *ad text. in l.Iulianus, §.offerri. ff. de act. empt, l.cum proponas la ſeconda,* ibique *Bart. & communiter Doct. C.de pact. Put.deciſ.357. circa finem lib.3. Mant.dec.91. num.4. & coram Penia deciſ.637. num.1. & ſeqq.*

2 Ceſſio verò reportata à Fabrica, qua mediante in bonis tranſactis prætendit, mutaſſe cauſam poſſeſſionis, ac ſibimet ipſi illa euiciſſe non excludit defectum huiuſmodi, ſed demõſtrat potius contrauentionem, dum denegat reſtituere bona, quæ ex lege Tranſactionis conceſſerat, vt probat *text.in l.ſi quis maior* ibi, vel interpellando Iudicem, vel ſupplicando Principi, vel non obſeruando promiſſa, vbi etiam *gloſſ.verb.Iudicem, & verb. ſupplicando, & Bald.num.2. C.de tranſact. Felin. in cap. ex tenore 16. ſub num.1. verſ.facit lex de reſcript.Mantic.de tacit.lib.3. tit.16.num.30. Rot.poſt Zacch. de obligat. Camerali deciſ.210. num.3.*

3 Imò ex ceſſione prædicta detegitur dolus, ſeù malitia Comitiſſæ, quæ eodem tempore, quo ſtipulabatur tranſactio, procurabat ceſſionem à fabrica, à qua iam antea reportauerat reſcriptum fauorabile ſuper compoſitione facienda; Itaut nunquam habuerit animum dimit-

dimittendi bona, ſed ſemper ea retinendi, dum vna manu fingebat illa relaxare, altera verò tentabat eripere, vt in proximis terminis conſuluit *Neuizan. conſ. 50. per tot. præſertim à nu. 36.* & faciunt notata per *Larream allegat. 66. nu. 25. Surd. deciſ. 326. num. 83. verſ. & quia ſupra, & nu-*
4 *meris ſeqq., vbi plures cumulat.* In his enim, quæ tractum ſucceſſiuum habent, non ſufficit ab initio implere, dum implementum non eſt durabile, ſed momentaneum, *Bart. in l. inter Statilianum 49.* ibique *Bald. num. 1. & 2. ff de recept. arbitr. Soccin. conſ. 133. num. 7. lib. 1. Surd. conſil. 381. num. 19. Rot. deciſ. 618. num. 3. part. 4. recent.*

5 Nec obſtat, quod in eodem Inſtrumento conuentum fuerit, quod in euentum in quem bona prædicta euincerentur, tenerentur Comites de Manfredis dotem in pecunia, vel alijs bonis reſtituere, quia nihilominus ſub dictis verbis non cenſetur comprehenſus caſus, quo Comitiſſa euictionem affectaret, & ſibi moleſtias inferret, qui ſanè caſus cum à Dominis de Manfredis non fuerit veriſimiliter præuiſus, cenſetur propterea exceptus, & reſeruatus, iuxtà *text. in l. qui cum tutoribus, §. qui per fallaciam. ff. de tranſact.*, vbi quod tali caſu quis non tam paciſcitur, quam decipitur, *& in l. 2. §. fin. ff. ſi quis caut. Cæſar Manent. conſ. 140. num. 21. & ſeqq., & conſil. 146. num. 8. lib. 2. Surd. conſil. 371. num. 87.*

6 Etenim in omni contractu cenſetur ſemper exceptus dolus, *l. Creditor, §. Lucius, ff. mandat., Bart. in l. fin. num. 3. in fin. ff. de prætor. ſtipulat. Rot. deciſ. 103. num. 20. part. 5. in recent. & deciſ. 239.*
7 *num. 19. part. 7.* Qui dolus dicitur benè probatus, dum fuit tacitum id, quod, ſi fuiſſet expreſſum, retraxiſſet Comites à tranſactione, *Berou. conſ. 177. nu. 43. lib. 1. Fachin. conſ. 18. nu. 26. lib. 1. Manent. dicto conſ. 140. num. 21. & ſeqq. lib. 2. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 4. num. 15. & 16. Rot. in Bonon. nullitatis concordiæ 12. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Cerro.*

8 Et propterea impedit effectum Tranſactionis remedio replicationis, vel actionis de dolo, *Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 8. nu. 11.* Imò eandem Tranſactionem inficit, & extinguit, *l. & eleganter, ff. de dolo, Bart. in l. ſub prætextu in 1. lect. num. 4. & 5. & in 2. lect. num. 3. C. de tranſact. Cuman. conſ. 156. num. 4. Rot. deciſ. 271. num. 24. part. 6. recent.*

9 Et ex his patet reſponſio ad obiectum, in contrarium adductum, quod per eandem tranſactionem fuerint quoque præſeruata iura, quæ ex qualibet cauſa eidem Comitiſſæ, eiuſque filiæ poſſent in futurum competere, quia dicta præſeruatiua debet intelligi de iuribus, quæ legitimo modo cōpetere poſſunt, nec ſunt extendenda ad eum caſum in quo captio, vel læſio interueniat, vt aduertit *Bald. in cap. 1. §. hoc quoque nu. 19. de ſucceſſ. feudi,* quem refert, & ſequitur *Cyriac. controu. 254. num. 33.*

10 Facilius verò inclinarunt Domini in hanc ſententiam, ex quo iura fabricæ viſa fuerunt non releuare, neque ex capite incertitudinis, neque ſub prætextu inſufficientiæ; Non quidem ex primo capite, nam Confraternitates, quibus Ioannes Ludouicus legata reliquit, ſunt certæ, & in Ciuitate, & diſtrictu Ferrariæ exiſtunt; & ſic deficit qualitas requiſita per Conſtitutionem ſanct: mem: Clementis Septimi, vt benè per *Rot. coram Canaler. deciſ. 212. nu. 1*
11 *& 2.* Minus ex ſecundo, quia inſufficientia non fuit probata, & probata non releuaret, niſi præcedente præfixione termini pro obtinenda commutatione voluntatis, vt diſponitur per Conſtitutionem ſanct: me: Pij Quinti in ordine 97., & declarauit Congregatio Fabricæ, de qua per *Quarant. in Bullario verb. Fabrica S. Petri, §. præterea fol. mihi 247.* & dixit *Rot. d. deciſ. 212. num. 6. verſ. nec etiam viſa ſunt obſtare, coram Canalerio.*

12. Demum non obſtat, quod in eadem Tranſactione nulla fuerit facta mentio de teſtamēto Ioannis Ludouici, condito de anno 1542., ſed tantum de ſucceſſionibus Comitum Antonij, & Franciſci; & ideò, cum illa ſit ſtricti iuris, non poſſit trahi niſi ad ea, de quibus actū fuit, *Gabr. conſ. 90. nu. 43. & ſeq. lib. 1.* Nam
13 cum dicta bona Ioannis Ludouici iure ſucceſſionis peruenerint ad Comitem Antonium, non conſiderantur amplius vti bona eiuſdem Ioannis Ludouici, ſed vti propria, & de patrimonio Comitis Antonij: vt dixit *Rot. deciſ. 247. num. 3. & 28. part. 5. & deciſ. 664. num. 4. & ſeq. part. 4. tom. 3. recent.*

BONON. NVLLITATIS CONCORDIÆ.

Veneris 4. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Hæres fideiuſſoris, qui ſoluere coactus fuit, rectè agit contrà principalem pro repetitione ſoluti, ac pro damnis, & intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, qui ſoluit repetit ſolutum ab obligatis vnacum damnis, & intereſſe.*
2 *Confeſſio impugnari non poteſt à confitente.*
3 *Liberatio, facta per errorem, & ex falſa cauſa, non ſuſtinetur,*
4 *Nihil eſt tam contrarium conſenſui, quam error.*
5 *Tranſactio, detecto, & probato errore corruit.*
6 *Exceptio cedendarum obſtat ei, qui liberauit releuatorem.*
7 *Liberatio, reſtricta ad titulum hæreditarium, non prodeſt hæredi obligato nomine proprio.*
8 *Reſeruatio iurium, appoſita in Tranſactione, præſeruat iura proteſtantis. prout erant antè illam initam.*

DECISIO LXXIX.

POST ſex Deciſiones, & tres Sententias Rotales iterum Cauſa mihi commiſſa: Domini ſuper Dubio propoſito. An eſſet procedendum ad vlteriora, reſponderunt affirmatiuè, attenta clara obligatione Co: Alamanni, qui in Inſtrumento publico anni 1614. tàm vti hæres Rodulphi Patris, quàm etiam nomine proprio, promiſit non ſolum ſoluere

intra triennium libr. 2000. adhoc, vt cum illis
extingueretur Cenſus controuerſus, impoſi-
tus ad fauorem Hoſpitalis Orphanorum, &
interim fructus pro tempore decurrendos, ſed
etiam conſeruare indemnes omnes obligatos
1 in primo Inſtrumento. Vndè cum Marchio-
niſſa Iuliana, vti hæres Vincentij Bancij fide-
iuſſoris in dicto Cenſu, coacta fuerit ſortem,
& fructus ſoluere, rectè egit pro ſua indemni-
tate, & illorum repetitione, ac pro damnis,
& intereſſe, iuxtà *tex. in l. quero* 56, ibique *Doct.*
ff. locati, Ruin. conſ. 187. *nu.* 3. *lib.* 1. *Honded. conſ.* 25.
num. 1. *& conſ.* 40. *nu.* 2. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 150. *nu.* 3.
& 4. *& conſ.* 345. *num.* 15. *Rota deciſ.* 373. *num.* 2.
in fine part. 1. *recent. & coram Buratt. deciſ.* 194.
eodem num.

2 Obiectum verò, quod dicta ſolutio eſſet fa-
cienda Bancio, & Pirrho, non autem Credito-
ri Cenſus, & ideò cum illa fuerit facta Pirrho,
qui voluit potiùs eam minutatim erogare in
ſolutionem fructuum, quam in extinctionem
ſortis, Alamannus rem inſerit liberatus, dum
ſatisfecit propriæ obligationi, nullo modo
ſubſiſtit in facto. Etenim ex lectura Inſtru-
menti anni 1630. apparet, quod ipſe Alaman-
nus ſoluit Hoſpitali Creditori, & quod ſolu-
tio facta fuit in cauſam fructuum, non autem
in extinctionem ſortis, ibi; *Sed in vim verbi,*
per eum ſapiùs dati, ſoluiſſe Officialibus, & Guberna-
toribus Hoſpitalis mediante Pirrho de Blanchis de-
bitore pro Cenſibus decurſis libr. 2100. Vndè talis
confeſſio, vti facta ab ipſo Alamanno, ab eo-
dem impugnari non poteſt, *cap.* 1. *&* 2. *de con-*
feſſ. Rot. deciſ. 98. *num.* 2. *part.* 2. *diuerſ.*

3 Liberatio pariter, reportata à Marchioniſſa
Iuliana in Inſtrumēto tranſactionis anni 1630
viſa fuit Dominis non releuare, nam, cum
emanauerit per errorem, & ex falſa cauſa,
nempè cum ſuppoſito, quod dictus Comes
non teneretur extinguere Cenſum, cuius cō-
trarium demonſtrar Inſtrumentū anni 1614.,
poſteà repertum, vtiquè illa non venit atten-
dēn, *l. in ſumma* 65. *§. ſin autem, ff. de condit. indebit.*
l. ſub pretextu 29. *C. de tranſact. Rota coram Caſ. de*
Graſſ. deciſ. 14. *aliàs prima eodem tit. & deciſ.* 765.
num. 2. *part.* 4. *diuerſ. & in recent. deciſ.* 20. *num.* 16.
& deciſ. 429. *num.* 18. *&* 19. *part.* 4. *tom.* 2.

4 Nihil enim eſt tàm contrarium conſenſui;
quam error, *l. ſi per errorem, ff. de Iuriſd. omn. Iud.*
l. error, ff. de Iur. & fact. ignor, l. nihil conſenſui 117.
de reg. iur. Surd. deciſ. 114. *nu.* 20. *& deciſ.* 130. *nu.* 1.
Ideò, cum ex lectura præfati Inſtrumenti cō-
ſtet de veritate in contrarium, & quod res
non ità ſe habebat, prout Iulianæ expoſitum
fuerat, *Bart. in l. ſed ſi me putem in princ. ff. de con-*
dict. indeb. Rot. coram Greg. deciſ. 522. *num.* 16. *& in*
5 *recent. deciſ.* 158. *nu.* 4. *par.* 2. Detecto, & probato
errore Tranſactio corruit, *Seraph. dec.* 275. *nu.* 1.
& deciſ. 1190. *num.* 2. *&* 3. *& deciſ.* 458. *nu.* 1. *par.* 1.
diuerſ. cum alijs adductis per Gratian. cap. 788. *nu.* 1.
& ſeqq.

6 Non obſtat, quod in eadem tranſactiōne
Co: Alamannus fuerit etiā liberatus à Pirrho,
& ſic attenta liberatione prædicta etiam Mar-
chioniſſa Iuliana remanſerit liberata, tanquā
tuta exceptione cedendarum actionum, quas
Pirrhus Marchioniſſæ cedere non potuiſſet,
ex quo Co: Alamānum liberauerat. Reſpon-
detur enim, quod Marchioniſſa non ſolum
poterat moleſtari à Pirrho, ſed etiam à Fran-
ciſco Bocchio, ad cuius fauorem remanebat
obligata, & ideò, cum talis liberatio illam
non eximeret ab obligatione contracta per
eius authorem, non impedit quominus age-
re poſſit pro conſequenda ſua releuatione,
iuxtà deducta per *Soccin. Iun. conſil.* 94. *num.* 15.
& ſeqq. vol. 3. *Surd. qui plures cumulat conſil.* 150.
num. 10. *Rot. coram Buratt. deciſ.* 470. *num.* 6.

7 Maximè quia liberatio prædicta facta fuit
ergà Co: Alamannum vti hęredem beneficia-
tum Rodulphi Patris, ibi: *Dummodò per eam,*
& dictum Pirrhum, ac Officiales Hoſpitalis fiat abſo-
lutio ſibi vti hæredi cum beneficio legis, & inuentarij
Rodulphi eius Patris, & ibi: *Spontè, &c. abſolue-*
runt, & plenariè liberarunt præfatum D. Co: Alamā-
num vti hæredem, vt ſupra Beneficiatum. Et con-
ſequenter vti reſtricta ad titulum hæredita-
rium non poteſt illi prodeſſe reſpectu obliga-
tionis contractæ nomine proprio, vt probat
text. in l. ſi ex pluribus 89. *ff. de ſolut.* & in ſimili
Bald. in l. ſi pater, §. qui duos, ff. de adopt. Angel. in l. ſi
proponas, §. 1. *in princ. ff. de inoffic. teſtam. Mantic. de*
tacit. lib. 3. *tit.* 10. *num.* 28. *cum alijs per Add. ad Se-*
raph. deciſ. 1053. *in fine.*

8 Et vlterius habet præſeruatiuam, repetitam
in principio, medio, & fine Inſtrumenti, quod
eidem Pirrho intelligantur reſeruata eius iu-
ra contrà quemcumque, ſeù quoſcumque
ſibi obligatos pro conſequenda totali abſolu-
tione à ſe promiſſorum in dicto Inſtrumento
Cenſus. Quæ proteſtatio conſeruauit ſibi iu-
ra in eodem ſtatu, quo antè tranſactionem
reperiebantur, & repugnant prætenſæ abſolu-
tioni, & liberationi, *l. ſi debitor* 4. *§.* 1. *ff. quibus*
mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. & ſi quis 14. *circa med.*
verſ. plerique filij, ff. de Relig. & ſumpt. funer. Bart. in
l. penult. num. 4. *C. depoſit. Surd. deciſ.* 246. *num.* 11.
Rot. in Romana Separationis Thori 25. *Martij* 1658
corā Reuerendiſſ. D. meo Decano, & paſſim in alijs.

Ex quibus, & ex alijs plenè deductis in De-
ciſionibus huius Cauſæ DD. ad vlteriorem
executionem procedēdum eſſe reſponderunt,
vt tandem liti adeò diuturnæ debitus impo-
natur finis.

AVENIONEN. ATTENTATORVM.

Lunæ 14. *Februarij* 1650.

ARGVMENTVM.

Attentans ad quæ teneatur pro ſufficienti pur-
gatione Attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non dicuntur ſufficienter purgata, niſi omnia*
reducantur in eum ſtatum, in quo erant ante com-
miſſum attentatum.
2 *Pro purgatione attentatorum debent reſtitui omnes*
fructus percepti, necnon expenſa.

Depo-

3 *Depoſitum non ſuffragatur, niſi præcedat citatio ad recipien.*
4 *Depoſito non eſt locus, quando pars eſt prompta recipere.*
5 *Attentatorum purgatio requirit refectionem expenſarum tàm iudicialium. quàm extraiudicialium.*
6 *In iudicio Attentatorum expenſæ debent realiter refici, nec ſufficit depoſitum vnius iulij, cum obligatione ſoluendi reſiduum facta liquidatione.*
7 *Expenſæ extraiudiciales ex quibus dicantur iuſtificatæ, ad effectum purgationis Attentatorum.*
8 *Attentans tenetur reficere etiam damna, & intereſſe.*
9 *Attentans tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt.*
10 *Iuramento in litem ſuper probatione valoris quando locus ſit.*
11 *Attentans non tenetur reficere expenſas voluntarias, & ſuperfluas factas à parte.*
12 *Attentans tenetur tantummodò ad expenſas neceſſarias.*

DECISIO LXXX.

IN executionem reſolutionis Rotalis, & De-
creti deſuper facti, renunciauit Iſabella de
Gaij poſſeſſioni per ipſam captæ pendẽte ter-
mino ad appellandum; ſed ea non obſtante,
dixerunt Domini, non conſtare de ſufficienti
purgatione Attentatorum, quia non ſufficit
dimiſſio, & renunciatio poſſeſſionis, niſi fru-
1 ctus etiam, & expenſæ reſtituantur, & omnia
reducantur ad eum ſtatum, in quo erant ante
commiſſum attentatum, *Dec. conſil. 103. nu. 1., Rot. coram Buratt. deciſ. 356. num. 4. & in Bononien. fideicommiſſi de Vizzanis 4. Maij 1643. coram R.P. D. meo Bichio.*

Deficit autem in præſenti caſu reſtitutiò
frumenti, recollecti ex Caſali S. Gabrielis in
quantitate ſalmarum 32., necnon rubrorum
quatuor auenæ, vna cum pecuniis, & rega-
lijs, quæ omnia, faſſa fuit, habuiſſe Iſabella in
2 eius *Summario nu. 2.* & quæ propterea veniunt
omninò reſtituenda, iuxtà *text. in cap. grauis de reſtit. ſpol. Ruin. conſ. 75. ſub num. 4. verſ. quia ergo lib. 5. Rot. coram Duran. deciſ. 305. nu. 1. & in Oriolen. Decanatus 1. Iulij 1648. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano:*

Neque ad dictum effectum poteſt ſuffraga-
ri Iſabellæ depoſitum ab ipſa factum: Tum
3 quia non præceſſit citatio ad recipieñ, *l. ſi creditrici, & l. acceptam C. de vſur., Maur. de ſolut. cap. 2. §. 4. num. 9.*, cum alijs pluribus adductis
per *Gratian. diſcept. for. lib. 4. cap. 686. num. 6.* & per
Cinc. de cenſib. quæſt. 111. num. 23.

4 Tum etiã quia nunquam Thomas eoſdem
fructus recuſauit recipere; Et ideò depoſito
non erat locus, *§. illud quoque, verſ. qui enim, Auth. vt exact. inſtant., Bald. in dicta l. acceptam in primo notab. C. de vſur., Iaſ. conſ. 9. num. 29. lib. 1. & conſ. 216. num. 2. lib. 2., Roland. conſ. 63. num. 29. lib. 1., Rota in Auximana prædij 14. Ianuarij 1647. coram R.P.D. meo Bichio.*

Deficit quoque refectio expenſarum tàm
iudicialium, quàm extraiudicialium. Etenim
5 quoad iudiciales, quæ integrè non fuerunt
exhibitæ, Rota nõ contentatur depoſito vnius
Iulij cum oblatione ſoluendi reſiduum facta
6 liquidatione; ſed requirit veram, realem,
& integram purgationem vſque ad obolum,
ſequendo doctrinam *Baldi in cap. conquerente de reſtit. ſpol.* vt latè *coram Seraph. deciſ. 1176. num. 2. & ſeq. & coram Coccino deciſ. 371. per tot. & in Gerunden. Beneficij 11. Ianuarij 1621. coram eodem, in recent. dec. 269. nu. 1. verſ. nec adhunc effectũ part. 1. & in Ciuitatis Caſtellanæ Attentatorũ 5. Maij 1649. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, & concor-
dantes referunt *Adden. ad ſanct. mem. Gregor. deciſ. 503. num. 6.*

7 Quo verò ad extraiudiciales, & quæ factæ
fuerunt in Signatura Iuſtitiæ, & in Rota pro
Aduocatis, Procuratore, Copiſta, & ſimilibus,
attenta illarum veriſimilitudine viſæ fuerunt
DD. ſufficienter iuſtificatæ ex notula, & alijs
iuribus datis, *in Summario num. 17.* per ea quæ
dixit *Rot. deciſ. 744. num. 14. part. 4. tom. 3. recent., & in Romana Vineæ 9. Decembris 1648. coram R.P. D. meo Rojas*, quam ſecuta fuit *Rot. in dicta Ciuitatis Caſtellanæ Attentatorum 5. Maij 1649. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Vlterius tenetur Iſabella ſoluere ſcuta 250.
pro Penſionibus Domus, quam Thomas ad
triennium locauerat, licet enim ipſa nullos
8 fructus ex ea perceperit; Tamen, quia ex cau-
ſa Attentati locatio nõ habuit effectum; vndè
Thomas coactus fuit reſtituere ſcuta 80. per-
cepta pro primo anno, eadem ſumma venit
reficienda ſaltem ratione damnorum, & inte-
reſſe, *Lancellott. de attent. part. 3. cap. 31. num. 164. Caputaq. deciſ. 56. part. 1.* & fuit dictum *in Vladiſlanien. Attentatorũ 1. Aprilis 1647. coram Reuerendiſſimo Terracineñ*: Cum attentans teneatur non
9 ſolum ad fructus perceptos, ſed etiam ad illos,
qui percipi potuerunt, *Menoch. de recuper. remed. vlt. num. 36. Lancellott. de attent. dicta part. 3. cap. 31 num. 22. & ſeqq., Gonzal. ſuper reg. 8. §. 7. proœm. num. 161. verſ. tertio contrà, Rot. deciſ. 552. num. 1. part. 1. diuerſ. & coram Buratt. deciſ. 777. num. 8.* ibique *Adden. litera B.*

Demum veniunt reſtituenda mobilia in Do-
mibus reperta, ſiue illorum pretium, & ad
dictum effectum debet concedi Thomæ iu
10 ramentum ſuper valore, cum concurrant re-
quiſita neceſſaria, & in ſpecie conſignatio fa-
cta Iſabellæ, vt conſtat ex eius confeſſione
& ex publico Inuentario, necnon difficultas
probationis cauſata ex culpa ipſius, *Rot. coram Coccino deciſ. 34. per tot. & in Romana Reſtitutionis Dotis 24. Martij 1645. corã R.P.D. meo Otthobono.*

Quia verò Thomas, non contentus de
prædictis, aſſerit occaſione huius litis acceſſiſſe
ad Vrbem, & prætendit expenſas in itinere
11 factas, DD. dixerunt, illas nullo modo debe-
ri, cum ſint voluntariæ, & ſuperfluæ; Et ne-
12 ceſſariæ tantùm reficiendæ veniant per atten-
tantem, *Imol. in cap. finem litibus de dol. & contum. Duran. deciſ. 3. num. 7. & 8. & deciſ. 102. & 106. per tot.* & fuit dictum *in Bononien. fideicommiſſi de Vizzanis 4. Maij 1643. coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ità vtraque parte informante deciſum
fuit.

Digitized by Google

CORDVBEN. PRAESTIMONII.

Veneris 18. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Subrogatus in ius, & poſſeſſionem Alterius non
teneтur iuſtificare propriam gratiam, ſed po-
teſt petere executionem gratię defuncti, prout
ipſe defunctus poſſet, quæ dicitur ſufficienter
iuſtificata, ſi omnia in ea narrata probata
fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio conceſſa Alteri, quam Collitiganti eſt potius quædam prouiſio Papæ, quam vera ſubrogatio.*
2 *Subrogatus in ius defuncti poteſt petere immiſſionem & executionem gratiæ ipſius defuncti, prout idem, ſi viueret, conſequi poſſet.*
3 *Menſis Ianuarij eſt fixus, & ſemper reſeruatus Papæ.*
4 *Clericatus probatur ex confeſſione Partis.*
5 *Clericatus probatur eo ipſo, quod docetur, aliquem eſſe Canonicum.*
6 *Obitus Alicuius in poſſeſſione beneficij probatur ex confeſſione Partis.*
7 *Subrogatus gratioſè quæ teneatur iuſtificare.*

DECISIO LXXXI.

VIGORE ſubrogationis gratioſæ reſolutum
fuit coram Reuerendiſſimo Terracineñ,
dandam eſſe immiſſionem Franciſco Salga-
do in poſſeſſionẽ ſimplicis beneficij, ſeù præ-
ſtimonij controuerſi, quod per obitum Roc-
chi Belmudes obtinuerat à Sede Apoſtolica:
Hodie, mortuo Salgado, cum Ioannes Fer-
nandez non ſolum fuerit de huiuſmodi bene-
ficio prouiſus, ſed etiam ſubrogatus tam in
ius, & poſſeſſionem Rocchi, quam in ius dicti
Salgadi, etiam quoad litis, & cauſæ proſecu-
tionem: Dubitaui ad eius inſtantiam, An eſſet
perſiſteñ in deciſis, & affirmatiuè reſponſum
fuit.

1 Nam licet gratia per eum obtenta nõ ſit ve-
rè, & propriè ſubrogatio, nec cadat ſub regula
de ſubrogandis, ſed ſit potius quædam pro-
uiſio, & collatio merè gratioſa, nihilominus,
quia Papa, hoc non obſtante, voluit illum
gratioſè ſubrogare, non attenditur, an adſit
lis, ſed ſufficit voluntas, & decretum Papæ,
vt aduertit *Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 20. nu. 169.
Garz. de benef. part. 6. cap. 4. num. 41. col. 2. circa fin.
verſ. & tanto magis, & in Hiſpalen. beneficij 24. Ia-
nuarij 1650. coram R. P. D. meo Bichio.*

2 Et conſequenter, ſicut Salgado firmatum
fuit, dandam eſſe immiſſionem ob iuſtifica-
tionem ſubrogationis, per eum obtentæ, ita
etiam ob eandem iuſtificationem veniat con-
cedenda Fernandez, qui ob vim dd. clauſularũ
non arctatur ad propriæ gratiæ iuſtificatio-
nem, ſed executionem conſequi debet gratiæ
defuncti, prout idem defunctus, ſi viueret,
conſequi potuiſſet, vt benè firmauit *Rot. in
Toletana Beneficij coram Iuſto poſt Marcheſ. de com-
miſſ. part. 1. fol. 384. ſub num. 9. verſ. & vltimam,
& in recent. deciſ. 97. in princ. part. 4. tom. 2. coram
Buratt. deciſ. 590. num. 6. & ſeqq. & in Nazarena.
ſeù Montis Viridis Beneficij 15. Decembris 1645.
coram R. P. D. meo Veroſpio.*

3 Neque in dubium reuocari poteſt, quod
gratia Salgadi fuerit ſufficienter iuſtificata,
cum ipſe docuerit de reſeruatione per quin-
que Teſtes formiter examinatos, deponentes,
Rocchum Belmudem vltimum præſtimonij
poſſeſſorẽ obijſſe de menſe Ianuarij, qui men-
ſis ſemper eſt reſeruatus Papæ, &, vt dicitur,
fixus iuxtà *regul. Cancellar. 8. hodie 9.*, vt tradit
*Gonzal. ad d. reg. 8. gloſſ. 45. §. 1. num. 22., Rot. co-
ram Caualer. deciſ. 196. num. 4. verſ. quo caſu.*

4 De Clericatu verò ex cõfeſſione partis, quæ
in mandato Procuræ ſpecialiter facto ad de-
fendeñ hanc cauſam, vocat Salgadum Cano-
nicum Toletanum, quæ dignitas neceſſariò
5 præſuponit eum clericali charactere inſigni-
tum per ea, quæ tradit *Abb. in cap. niſi eſſent n. 3.
verſ. & pro hoc de præben. Felin. in cap. vnic. num. 2.
verſ. item limita de lit. conteſt. Rot. deciſ. 162. à princ.
& præſertim num. 3. part. 7. recent.*

6 Prout etiam ex eadem confeſſione, conten-
ta in dicto mandato probauit obitum Rocchi
in poſſeſſione præſtimonij controuerſi in illis
verbis, ibi: *Sopra il preſtimonio in queſta Città di
Cordona, quale vacò per morte di Rocco Bulmudes
ſuo vltimo poſſeſſore*, nulla autem maior proba-
tio, quam partis aduerſæ confeſſio, *l. cum te la
ſeconda, C. de tranſact. l. generaliter, C. de non numer.
pecun.*, & in his terminis *Rota deciſ. 401. num. 4.
part. 2. recent. & coram Burat. deciſ. 300. num. 6.*

7 Quibus ſtantibus meritò fuit ad eius fauo-
rem reſponſum pro immiſſione, cum gratia
illius non indigeret vlteriori iuſtificatione,
*Rot. coram Penia deciſ. 669. num. 4. & coram ſan: me:
Gregor. deciſ. 166. nu. 5. & in recent. deciſ. 523. nu. 1.
part. 2., & deciſ. 715. num. 3. part. 1., & deciſ. 225.
num. 16. & 17. part. 7.*

Non obſtat, quod vlterius probandũ eſſet
ius Rocchi, ad quod idem Salgadus fuit ſub-
rogatus ea ratione, quia ſubrogatio eſt con-
ditionalis; Vndè, non conſtito de iure defun-
cti, conditio nihil ponit in eſſe, *Rot. coram Coc-
cino deciſ. 183. num. 12.* Nam cum ſubrogatio
facta fuerit nõ ſolum ad ius, ſed etiam ad poſ-
ſeſsionem probata poſſeſsione prædicta, ſub-
rogationis conditio remanſit purificata, *Garz.
de benef, part. 6. cap. 4. num. 26.*

Et ex his, & alijs deductis in *deciſ. Reuerendiſſ.
D. Terracinen.* DD. ſteterunt in reſolutis ad
fauorem Ioannis Fernandez cum Clericatus
illius non cadat in controuerſia, & benè pro-
betur ex literis patentibus ſui Ordinarij.

Obitus verò Salgadi ſit indubitabilis, tum
attentis Teſtibus de illo deponentibus; Tum
etiam partita formiter extracta ex lib. mor-
tuorum.

Et ità deciſum vnica tantum parte infor-
mante.

VR-

Digitized by Google

VRGELLEN. DECANATVS, & CANONICATVS.

Veneris 11.*Martij* 1650.

ARGVMENTVM.

Manutentio eſt danda ei, de cuius anteriori poſſeſſione conſtat, etiamſi authoritate Iudicis fuerit eiectus, dum ipſe non habuit ſe pro ſpoliato, & Iudex nulliter, & iniuſtè proceſſit.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio eſt danda anteriori poſſeſſori.*
2 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione Partis, quæ in monitorio nominauit aliquem intruſum, & occupatorem.*
3 *Poſſeſſio probatur ex ſententia immiſſionis lata contra aliquem.*
4 *Poſſeſſione quis non priuatur per ſententiam Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis.*
5 *Manutentio eſt danda ei, qui non obſtante expulſione nulla non habuit ſe pro ſpoliato.*
6 *Attentata non eſt poſſeſſio, quæ capta fuit non præcedente lite.*
7 *Attentata non cauſantur propter litem in re diuerſa.*

DECISIO LXXXII.

1 POST emanatam deciſionem, in qua firmatum fuit, intrare arbitrium pro retardanda executione literarum Apoſtolicarum, Propoſui dubium: Cui eſſet dandum mandatum de manutenendo in poſſeſſione Decanatus, & Canonicatus controuerſi; & Domini attenta anteriori poſſeſſione Franciſci, eidem concedendum eſſe reſponderunt, *cap. licet cauſam*, ibique *Felin. nu.* 8. *verſ. tertia cauſa, & nu. ſeq. de probat. Bart. in l.* 1. §. 1. *ſub num.* 8. *verſ. ſi verò vterque, C. vti poſſidet, & l. ſi duo ſub nu.* 4. *verſ. tunc ſi vnus, ff. eodem, Alex. conſ.* 88. *ſub num.* 12. *lib.* 5. *Rot. in recent. deciſ.* 114. *nu.* 6. *par.* 7, & fuit dictum *in Calaguritana Beneficij de Cornago* 17. *Maij* 1645 *coram R.P.D. meo Bichio*.

2 Anterior verò poſſeſſio ipſius viſa fuit, non ſolum ſufficienter probari ex confeſſione Iacobi Aduerſarij, emiſſa in monitorio, in quo Franciſcum intruſum, & occupatorem vocat, quæ confeſſio, reiecta vitioſa qualitate intruſionis, & occupationis, tanquam habente contrà ſe præſumptionem iuris, optimè poſſeſſionem probat, etiam ad effectum manutentionis, iuxtà doctr. *Bart. in l. Aurelius* 29. §. *idem quæſijt, ff. de liberat. legat.*, quam ſequuta fuit *Rot. deciſ.* 802. *num.* 1., *& ſeqq. part.* 1. *diuerſ. Buratt. deciſ.* 529. *nu.* 1. & 2. *Canal. deciſ.* 535. *nu.* 2., *& in Toloſana Territorij* 3. *Martij* 1648. *coram R.P.D. meo Otthobono*, & in his terminis *ſan: me: Gregor. deciſ.* 458. *num.* 2. *& ſeqq. in Ferrarien. ſupplementi legitimæ* 28. *Iunij* 1645. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Piſauren. Manutentionis* 4. *Iulij* 1646. *coram R.P.D. meo Arguelles*.

3 Sed etiam ex ſententia immiſſionis contrà eundem Franciſcum lata, & executioni demandata, quæ præſupponit poſſeſſionem antecedentem, vt dixit *Rot. coram Buratt. deciſ.* 160. *num.* 4. & 5. ibique *Adden. nu.* 17. *in Romana Cenſus, ſeù Saluiani interdicti* 10. *Iunij* 1613. *coram Sacrato, & in Romana Saluiani* 1. *Iulij* 1648. & 17. *Martij* 1649. *corā R.P.D. meo Otthobono, & paſſim in alijs*.

4 Nec releuat, quod per dictam ſententiam, ipſo citato latam, fuerit priuatus poſſeſſione prædicta. Quia, cum Iudex nulliter, & iniuſtè proceſſerit, vt fuit firmatum in deciſione in cauſa facta non priuauit Franciſcum ſua poſſeſſione, iuxtà notata per *Doctores in cap. conquerente de reſtit. ſpoliat. Soccin. in cap. quoniam nu. vlt. circa med. verſ. cum iudicialis poſſeſſio. vt lite non conteſt. Ang. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas num.* 2. *in fin. ff. de acq. poſſ. Rot. coram ſan: mem: Gregor. deciſ.* 46. *num.* 5. *in recent. deciſ.* 538. *num.* 3. *verſ. quia cum Iudex part.* 5. *deciſ.* 139. *nu.* 8. *part.* 7., & fuit dictum *in Bononien. Parochialis* 26. *Aprilis* 1649. *coram R.P.D. meo Rojas*.

5 Vndè cum ipſe non habuerit ſe pro ſpoliato, vt patet ex appellatione interpoſita, & ex proteſtatione emiſſa, quod non intendebat cadere à ſua poſſeſſione, & ex alijs iuribus datis in *Summario num.* 4. vtiquè in ea venit manutenendus, *Rota coram ſanct. mem. Gregor. deciſ.* 203. *num.* 2. *Canal. deciſ.* 305. *ſub num.* 2. *verſ. præſertim, & num.* 3. *in Piſauren. Beneficij* 28. *Iunij* 1647. *coram Reuerendiſſ. Terracinen. & in Toloſana Territorij* 30. *Martij* 1648. *coram R.P.D. meo Otthobono*.

6 Quod verò dicta poſſeſſio ſit attentata, vti capta lite pendente, & poſt executionem monitorij A. C., nullo modo ſubſiſtit in facto; Imò ceſſat ex lectura eiuſdē, dum in eo Franciſcus appellatur poſſeſſor, intruſus, & occupator ſignum euidens, quod tunc poſſidebat; ſublata autem lite, ceſſat quodcumque attentatum, *Lancellott. de attent. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. *Rot. diuerſ. deciſ.* 1. *num.* 2. & 14. *part.* 2. *Caſſad. deciſ.* 6. *num.* 2. *ſuper reg.*, & fuit dictum *in Cæſarauguſtana Diſtributionum, ſeù Attentatorum* 26. *Iunij* 1645. *coram R.P.D. meo Cerro*.

7 Et in omnem caſum, cum monitorium contineret literas ſolius Decanatus, non potuit inducere litem ad effectum attentatorum reſpectu Canonicatus, ab ipſo totaliter diuerſi licet æquè principaliter vniti, *Lancellott. de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 2. *num.* 10. *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 914. *num.* 30. *& ſeqq. cum alijs per Adden. ad Buratt. deciſ.* 644. *num.* 10.

Et ità, &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE RVBEIS.

Lunæ 14. *Martij* 1650.

ARGVMENTVM.

Hæres tenetur de euictione prædij, venditi per eius authorem, nec iuuatur beneficio inuentarij, quatenus ſuppetunt vires hæreditariæ, & ipſe factus eſt locupletior.

SVMMARIVM.

1 *Euictionem paſſus rectè agit contrà obligatum pro liberatione à moleſtijs.*

2 *Euictio*

2 *Euictio debetur ab hærede, prout erat præſtanda à defuncto, principaliter obligato.*

3 *Omnes actiones tàm actiuè, quàm paſſiuè tranſeunt de defuncto in hæredem.*

4 *Beneficium Inuentarij præſeruat hæredem à damno, ſed illum non conſtituit in lucro.*

5 *Hæres cum beneficio Inuentarij tenetur pro viribus hæreditarijs.*

6 *Frater tenetur in ſubſidium dotare Sororem.*

7 *Frater, ſoluendo dotem Sororis ex bonis paternis, dicitur gerere negotium proprium, & ſatisfacere propriæ obligationi.*

8 *Excuſſio an ſit facienda contrà bona ſpecialiter obligata.*

9 *Promiſſio de faciendo differt ab ipſo adimplemento facti.*

10 *Hæres tenetur pro ſumma, quam ex bonis hæreditarijs erogauit in proprios vſus.*

11 *Confeſſio ſuperat omne genus probationis.*

12 *Hæres quis non præſumitur, niſi probetur eſſe talis.*

DECISIO LXXXIII.

1 COMITES de Vrſis, qui paſſi fuerunt immiſſionem ſuper Prædio vendito per Tiberium de Rubeis Henrico eorum authori, egerunt pro liberatione à moleſtijs contrà hæredes eiuſdem Tiberij, & præuijs duabus deciſionibus ſententiam fauorabilem reportarunt, quam Domini dixerunt eſſe confirmandam, cum moleſtiæ non controuertantur, & obligatio pro illarum liberatione, & de tradēdo rem liberam cum promiſſione damnorum, & intereſſe reſultet ex publico Inſtrumento ſub die 24. Ianuarij 1622. Quibus ſtantibus Iuſtitia ſententiæ remanet clara, & indubitata, ex notatis per *Bart. in l. quæro 56. num. 4. in fine, verſ. quarto nota, ff. locat. Dec. conſ. 551. nu. 7. Rot. coram Buratt. deciſ. 194. num. 2.* & poſt *Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 262. per tot.*, & firmatum fuit *in Bononien. Nullitatis Concordiæ 4. Februarij præteriti coram me.*

2 Vnde ſicuti vigore præfatæ obligationis tenebatur Tiberius prædictus; Ità etiā adſtringi poſſunt Ludouicus Antonius, & alij de Rubeis filij, & hæredes illius, *l. ſi controuerſia, & l. ſi ſtatus, C. de euictio, Pariſ. conſ. 16. num. 124. & ſeqq. lib. 2. Rot. in Fauentina fideicommiſſi 14. Februarij 1633. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano, & in Anconitana Dotis 24. Aprilis 1643. coram R.P.D. meo Cerro.*

3 Omnes enim actiones tàm actiuè, quàm paſſiuè tranſierunt in ipſos vti hæredes Tiberij Patris, *l. cum hæredes 23. ff. de acquir. poſſeſſ. l. hæres 37. de acquir. hæred. Cagnol. in l. hæredem nu. 17. verſ. quia tale ius de regul. iur. Rot. deciſ. 10. num. 4. part. 3. rec.* & ibi *Adden. nu. 36. & ſeqq. deciſ. 590. num. 30. part. 4. tom. 3. & deciſ. 19. num. 9. part. 6.*

4 Nec obſtat, quod dd. de Rubeis ſint hæredes Patris cum benef. leg. & Inuent., quia tale beneficium præſeruat quidem hæredem à damno, quatenus vires hæreditariæ non ſufficiant, non autem ei lucrum præſtat cum aliena iactura, *l. vltima, §. in computatione,* ibique *Bart. num. 5. & 6. Bald. num. 11. C. de iure delib., Rot. coram Seraph. deciſ. 504. num. 4. & in Bononien. Bonorum 11. Martij 1647. coram R.P.D. meo Otthobono.*

5 Vndè cum ex publicis Inſtrumentis datis in *Summ. num. 3.* conſtet, quod hæredes Tiberij receperunt ad proprium commodum lib. 11. mill. nempè ex alienatione duorū Cenſuum lib. 7. mill. & alias lib. 4. mill. ex ratificatione venditionis à prædicto Tiberio factæ Marchioni Pepulo de 33. Tornaturis, quæ ex conuentione fuerunt redemptæ, & ſtare debebant pro multiplico, & regreſſu Emptoris; vtiquè pro dicta ſumma rectè fuerunt condemnati reiecta prætenſione Com. de Vrſis quoad reliquas lib. 4. mill., iuxtà *text. in l. qui autem 6. §. in hoc tamen, ff. quæ in fraud. credit.*, ibi: *hactenus actio erit danda quatenus locupletiores facti ſunt, vltra non, Gabr. conſil. 125. num. 12. lib. 1. Rot. coram ſanct. mem. Gregor. deciſ. 67. num. 11. & in Tudertina Redditionis Rationis 28. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Otthobono.*

6 Nec releuat quod ex dictis lib. 11. mill. ſeptem mille erogatæ fuerint in ſolutionem dotium filiarum eiuſdem Tiberij, & ſic pro extinguendis debitis hæreditarijs, non autem proprijs; Nam cum hæreditas Tiberij non eſſet ſoluendo, vt eſt in confeſſo apud Partes, fratres ipſi in ſubſidium tenebantur dotare ſorores, *gloſſ. in l. cum plures, §. cum Tutor, verb. alio patre ad fin. ff. de admin. Tut., Bald. in l. qui liberos, verſ. ſed quæro vtrum frater, ff. de rit. nupt. Iaſ. in l. 1. num. 29. ff. ſolut. matrim. Campegg. de dot. part. 1. quæſt. 22. per tot. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 25. nu. 8. & 9. Boer. deciſ. 129. num. 7. verſ. ſed hoc videtur, Rota coram Coccino deciſ. 77. nu. 3. Duran. deciſ. 26. num. 5.*, & fuit dictum *in Romana Domus 4. Maij 1646. coram R.P.D. meo Meltio.*

7 Ac propterea, ſoluendo dotem eiſdem ſororibus de bonis Patris, propriū egerunt negociū, & locupletiores ex d. pecunijs facti ſunt; dum mediante illarum ſolutione propriæ ſatisfecerunt obligationi, *Ancharan. conſ. 434. ſub nu. 3. verſ. cum ergo, Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 25. num. 10., Coſta de remed. ſubſid. remed. 66. num. 8.*

8 Nec dicatur, quod ſaltem adeſſet multiplicum, obligatum pro euictione Prædij, quod propterea Vrſi tenebantur excutere, ad *text. in l. 2. C. de pignor.* Nàm Conuentio de facien-
9 do multiplico non concludit illud fuiſſe factum, cum aliud ſit promiſſio, aliud implementum facti promiſſi, vt benè firmatur in ſecunda deciſione Reuerendiſſimi D. mei Decani, & probat *text. in l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtychum §. fin. ff. de verb. obligat., Tiraq. de retract. conuent. in fin. num. 4. & ſeq. Roland. conſ. 69. num. 17. & ſeq. lib. 3. Surd. conſ. 52. num. 13. Rota coram ſanct. mem. Gregor. deciſ. 28. num. 2.* ibique *Adden. num. 4.* Vel
10 quatenus probaretur contrarium. & multiplicum appareret completum, adhuc pro rata lib. 11. mill. quas hæredes Tiberij erogarunt in proprium vſum, & locupletiores facti ſunt, nullo pacto ſolutionem euitare poſſent, per *text. in d. l. qui autem, §. in hos tamen, ff. quæ in fraud. Credit. Surd. deciſ. 205. num. 12. Rota in Tiburtina Redditionis Rationis 10. Februarij 1648. coram R.P.D. meo Meltio.*

Pæ-

Prætenſio verò, quod Henricus emptor
aſſumpſerit in ſe onus, faciendi dictum mul-
plicum, & ſic teneatur ad damna, & intereſſe,
nullo modo ſubſiſtit in facto: Nàm ipſe pro-
miſit tantummodo redimere 33. Tornaturas,
alienatas à Tiberio venditore, adhoc, vt ex illis
multiplicum componi deberet. Onus autem
prædictum translatum fuit in Marchionem
Pepulum, à quo propterea ob non factũ inue-
ſtimentum illi de Rubeis exegerunt lib. 8200.
11 pro fructibus recompenſatiuis, vt conſtat ex
propria eorum confeſſione, de qua in Inſtru-
mento publico, *Summ. nu. 4.* Itaut maior non
poſſit deſiderari probatio, *l. cum te la ſecũd. C. de
tranſact. & l. generaliter, C. de non numerat. pecunia
cum vulgat, &c.*
12 Verùm, quia in ſententia condemnatur
etiam pro rata Iacobus de Rubeis, quem li-
cet prætendatur eſſe hæredem Ioannis Galea-
tij ſui Patris; Nihilominus id in actis proba-
tum non fuit. Ideò in hac parte Domini dixe-
runt, ſententiam eſſe reformandam.

Et ita vtraque, &c.

COLONIEN. MATRIMONII.

Veneris 18. *Martij* 1650.

ARGVMENTVM.

Attentata ceſſant, quando cauſa eſt diuerſa, & di-
uerſitas deſnmitur à Cõmiſſione non obſtan-
te clauſula *quam, & quas*, quia illa non opera-
tur niſi fuerit deducta ad ſpeciem, præſertim
concurrerente alia clauſula *ſuper præmiſſis*.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ceſſant, quando cauſa à qua fuit appella-
tum eſt diuerſa.*
2 *Inhibitio regulatur à Commiſſione.*
3 *Inhibitio non arctat niſi in cauſa, de qua loquitur
Commiſſio.*
4 *Inhibitio non extenditur ad cauſas non contentas in
Commiſſione.*
5 *Cauſa priuilegiata non comprehenditur ſub verbis
generalibus.*
6 *Alimentorum cauſa non admittit appellationem ſu-
ſpenſiuam.*
7 *Clauſula* quam, & quas, *non operatur antequam
fuerit deducta ad ſpeciem.*
8 *Clàuſula* quam, & quas, *reſtringitur per ſubſe-
quentem clauſulam* ſuper præmiſſis.
9 *Attentatis renunciare videtur, qui Decretum ali-
quo modo acceptauit.*

DECISIO LXXXIV.

COMMISSIO mihi directa cuius vigo-
re fuit conceſſa Inhibitio non continet
appellationem à Decreto prouiſionali ſuper
præſtatione Alimentorum, ſed à ſententia
diffinitiua condemnante Gaſparem ad du-
cendam in vxorem Annam ab eo deflora-
tam, vel illam dotandam in Imperialibus ſex
1 annis: Vndè cum omnia, quæ in partibus
geſta fuerunt emanauerint in executionem
dicti Decreti alimentorum, à quo nunquam
appellatum fuit, non autem in vim ſententiæ;
Sequitur, quod nullo modo poſſint prætendi
attentata tanquam geſta in cauſa diuerſa,
vt aduertit *Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 4.
limit. 2. num. 1. & cap. 12. limit. 2. num. 15. Gratian.
qui alios cumulat forenſ. diſcept. cap. 914. num. 30.
& ſeqq. Rot. coram ſanct. mem. Gregor. deciſ. 345.
num. 1.* ibique *Adden. nu. 6. & in recent. deciſ. 500.
num. 6. & 10. part. 1. & coram Buratt. deciſ. 4. nu. 3.
& 644. num. 5.*
2 Inhibitio enim regulatur à Commiſſione,
& reſcripto Signaturæ, vt inquit idem *Lan-
cellott. de attent. part. 2. cap. 20. declarat. 3. num. 1.
& ſeqq.* & notat *Dec. conſ. 33. nu. 4. Pariſ. conſ. 39.*
3 *num. 8. & 9. lib. 1.* Et non arctat niſi in cauſa,
de qua Commiſſio loquitur, iuxtà deducta
per *Rot. coram Buratt. deciſ. 51. num. 2. & in Cæſa-
rauguſtana Diſtributionum, ſeù Attentatorum 26. Iu-*
4 *nij* 1645. *coram R. P. D. meo Cerro.* Vndè ad
aliam cauſam extendi non poteſt, *text. eſt in
cap. cum olim 32.* ibique *gloſſ. verb. protinus in fine,
ff. de off. Iudic. delegat. Rot. deciſ. 85. nu. 3. verſ. vndè
dum Commiſſio, & num. ſeq. part. 6. recent.*
5 Non obſtant verba in Commiſſione adiecta
cum præſtatione expenſarum, & intereſſe,
quia ſub huiuſmodi inuolucro verborum
non cenſetur comprehenſa cauſa priuilegiata
qualis eſt illa alimentorum, *Aym. conſ. 189. poſt
princ. verſ. nec etiam clauſula, Surd. de alim. tit. 8.
priuil. 20. nu. 5. & ſeqq. & deciſ. 325. iiſdem numeris,
Rot. coram Verall. deciſ. 22. num. 3. & 4. part. 1.*
6 Et quæ de ſui natura non admittit appellatio-
nem ſuſpenſiuam, *Bart. de aliment. nu. 47. Surd.
eodem tract. tit. 8. priuil. 60. num. 5. Dec. in l. de ali-
mentis num. 10. C. de tranſact. Natt. conſ. 108. nu. 1.*,
& firmauit *Rot. coram Verall. deciſ. 24. & deciſ. 48.
per tot. part. 1.*
7 Minus obſtat clauſula *quam, & quas*, quia
illa non operatur vltrà expreſſa priuſquam
in judicium, & ad ſpeciem deducta fuerint,
vt dixit *Rot. coram Seraph. deciſ. 1013. nu. 3. & co-
ram Cæſar de Graſſ. deciſ. 1. num. 7. de indic. & poſt*
8 *Pacif. de Salu. deciſ. 68. num. 12.* Maximè quia
illa fuit modificata per ſubſequentem clauſu-
lam de, & ſuper præmiſsis, iuxtà notata per
*Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 20. nu. 3. Rot. deciſ. 87.
num. 2. part. 4. recent.* & concordantes adducit
Mart. clauſula 120. ſub num. 16.
9 Et hæc eo faciliùs exiſtimarunt Domini pro-
cedere in præſenti caſu, quia Gaſpar non
ſolum non appellauit à dicto Decreto ſuper
præſtatione alimentorum, ſed potius illud
acceptauit, dando cautionem de illis ſoluen-
dis; vndè videtur attentatis renunciaſſe, vt
benè per *Rot. coram Mantic. deciſ. 62. ſub num. 4.
verſ. præterea, & deciſ. 73. num. 1. & in recent. de-
ciſ. 83. num. 1. verſ. quantum verò*, vbi adducit ra-
tionem *part. 2.*

Et ita vtraque, &c.

SVLMONEN. BENEFICII

Merc. 23. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Agitur de materia Iuriſpatronatus, quod de gentilitio poteſt fieri hæreditarium, & in eo ille venit inſtituendus, qui habet maiorem numerum vocum.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus à maiori parte patronorum venit inſtituendus.*

2 *Narrans, ſe præſentatum à medietate patronorum, non poteſt iuuari gratia, niſi iuſtificet dictam narratiuam.*

3 *Negligens præſentare per 40. annos, præſcribitur illius vox.*

4 *Præſentatio, facta ante confirmationem Ordinarij, an ſuſtineatur fauore vltimæ voluntatis.*

5 *Iuſpatronatus, & præſentandi ius remanet penès hæredem.*

6 *Aditio inducitur ex præſentatione, facta ad Iuſpatronatus hæreditarium.*

7 *Hæreditas ſemel adita amplius repudiari non poteſt.*

8 *Repudiatio hæreditatis nō poteſt fieri ab Eccleſia ſine beneplacito Apoſtolico, & ſolemnitatibus neceſſarijs.*

9 *Maior pars Capituli conſtituitur per Canonicos præſentes, non habita ratione abſentium.*

10 *Præſentatio facta à Capitularibus præſentibus non vocatis abſentibus valet, quamuis iſti poſſint dare de contemptu.*

11 *Conſuetudo Eccleſiæ, non vocandi abſentes ad electionem, attendi debet.*

12 *Iuſpatronatus gentilitium in defectum lineæ efficitur hæreditarium.*

DECISIO LXXXV.

1 POST ſententiam Rotalem, in qua pronunciatum fuit, Fabium de Sanitate eſſe inſtituendum prodijt *deciſio ſub die 10. Martij 1649. coram bon. mem. Arguelles* pro illius confirmatione; & hodie repropoſita cauſa, iterum DD. perſtiterunt in reſolutis, moti ex eo, quia Fabius præſentatus fuit à maiori parte patronorum, itaut meritò concedenda ſit illi inſtitutio, *iux. tex. in cap. quoniam, & ibi gl. verb. qui maioribus de iurepatr. Lambert. eod. tract. par. 3. lib. 2. quæſt. 4. art. 1. per tot. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 257. Gutt. canonic. quæſt. lib. 2. cap. 11. num. 20. Rot. in Lucana Iuriſpatronatus 24. Iunij 1638. coram Reuerendiſſ. Salamantino, in Neapolitana Iuriſpatronatus 27. Ian. 1644. coram Eminentiſſ. Card. Ottobono, in Comen. Capellæ 27. April. 1648. & 26. Febr. 1649. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, in Piſcien. beneficij 26. Nouembris 1650. coram me, 21. Aprilis 1651. coram R. P. D. meo Rojas, & 20. Nouembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Zarate, & in Cracouien. præpoſituræ Sancti Floriani 28. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

2 Quod autem huiuſmodi fundamentum ſubſiſtat, patet manifeſtè; quia ex quatuor partibus ſpectantibus olim ad Catharinam de Ariſtotile, quod exaduerſo non controuertitur, & deſumitur ex ſentētia Ordinarij lata de anno 1552. ipſe habet duas peruentas in Ioannem Carolum de Nigris, & eius hæredes, & quartam partem totius Iuriſpatronatus competentem Capitulo Cathedralis Sulmonẽſis, ita vt Tabaſſius, qui ſolum habet duas, pertinentes ad Margaritam, & alias duas prætenſas à Cęleſtinis, non poſſit cum eo concurrere, & falsò narrauerit Papæ, ſe habere medietatem vocum *iuxt. text. in cap. ſi motu proprio 23. de præben. in 6. Rot. poſt Garz. de benef. par. 10. c. 3. n. 12. verſ. narratiuam quoque, ſan. mem. Greg. deciſ. 452. ſub num. 3. Baratta deciſ. 316. n. 13. Duran. deciſ. 100. num. 6.* & firmatum fuit *in Aquilana Iuriſpatronatus 24. Ian. & 4. Iun. 1646. coram R. P. D. meo Corrado.*

3 Maximè, quia vox Cæleſtinorum, quos ab anno 1552. non apparet vnquam præſentaſſe, ſublata fuit per præſcriptionem, quæ inter Compatronos inducitur etiam per ſpatium 40. ann. vt notat *Bald. in l. 2. num. 10. C. de ſeruit. & aqua, Rot. din. deciſ. 229. à nu. 1. par. 1. coram Duran. deciſ. 125. num. 6. & in recen. deciſ. 146. ſub num. 5. verſ. vndè poſſent, par. 2. & deciſ. 191. nu. 13. par. 5.* & latè *in Mutinen. beneficij 27. Martij 1648. coram bon. mem. Arguelles.*

4 Nec facit, quod Hercules legatarius præfati Ioannis Caroli præſentauerit antè confirmationem, obtentā ab Ordinario, quæ licet poſtmodum ſuperuenerit, non poſſit tamen retrotrahi ad diem præſentationis in præiudiciū Tabaſſij, cui medio tempore fuit ius quæſitū: Nam, aut talis præſentatio eſt attendenda, etiam ſi cōfirmatio poſtea ſuperuenerit, cum emanauerit intra quadrimeſtre, & agatur de legato, & fauore vltimæ voluntatis, vt probat *Rocch. de iurepat. verbo pro eo ſub numer. 9. verſ. in contrarium, Sanchez conſ. morat. lib. 2. cap. 3. dub. 77. num. 6.* & firmauit *Rot. coram Duran. deciſ. vlt. num 10. & 11.*

5 Aut verò nō eſt attendenda, & adhuc ſuffragatur Fabio præſentatio, obtenta à Gubernatoribus, & Officialibus Sanctiſſimæ Annunciatæ, hæredis Ioannis Caroli de Nigris, exiſtentis in quaſi poſſeſſione præſentandi, penès quos hæredes remanſit dictum Iuſpatronatus, & præſentandi facultas, *iux. doct. Abb. in c. cum ſeculum in fin. de iurepat. Rocch. eod. tract. verb. ipſe, vel is q. 7. num. 15. verſ. hinc dicunt, & num. 16. Rota coram Put deciſ. 18. per tot. lib. 2. Pen. dec. 31. num. 4. & in recen. deciſ. 337. num. 7. par. 2.*

6 Obiectum verò, quod Officiales præfati non adiuerint illius hæreditatem, ceſſat ex facto, & ex Summ. dato in calce reſponſionis *num. 2.* & dum ipſi, vti tales præſentarunt, cenſentur hæreditatẽ eiuſdẽ Ioannis Caroli adiuiſſe, *l. pro hærede 20. & l. gerit 77. ff. de acq. hæredit.* & in his terminis *Rot. in Auerſana Iuriſpatronatus 23. Iunij 1603. coram Litta, & deciſ. 539. num. 8. in fine coram Merlino, & in recen. deciſ. 265. num. 2. par. 3. & deciſ. 77. eod. num. par. 4.*

7 Nec obſtat prætenſa repudiatio deducta ex quadā comparitione, & declaratione facta corā Commiſſario Fabricæ; Nam cū hæreditas iam eſſet adita, amplius repudiari non valuit,

l. ſicut,

l. ſicut, C. de repud. hæredit. Dec. conſ. 14. ſub num. 6. verſ. & retenta, Rot. deciſ. 495. num. 7. in fine par. 1. recen. & ſemel hæres per repudiationem non deſinit eſſe hæres, *Rot. coram Buratt. deciſ. 847. numer. 10. & in Romana hæreditatis de Gabriellibus 20. Febr. & 1. Decemb. 1617. coram S. D. N. Innocentio X.*

8 Præſertim cũ talis declaratio fuerit ſimplex ſubterfugium, ad euitandas moleſtias, quæ inferebantur ab eodem Commiſſario Fabricæ, & emanauerit abſque beneplacito Apoſtolico, & alijs ſolemnitatibus omnino requiſitis, vt tradit *Bald. in l. pupillorum num. 2. C. de repud. hæred. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. verb. pariter repudiatio, col. 2. num. 10. in fine, & num. ſeq. fol. mihi 14. Surd. conſ. 501. num. 11.* & pleuè firmatum fuit *in Callien. hæreditatis* 1. *Feb.* 1638. *coram R. P. D. meo Veroſpio.* Imò dum poſtea ijdem Officiales, vti hæredes præſentarunt, cenſentur præfatam repudiationem reuocaſſe, *Rot. deciſ. 255. num. 2. par. 1. recen. & deciſ. 96. num. 10. & ſeq. par. 6. & coram Merlino deciſ. 539. ſub num. 8. verſ. vltra quod, & numer. ſeqq. & deciſ. 798. num. 18. & 19.*

9 Minus releuat, quod ex vndecim Canonicis dictę Cathedralis Sulmoneñ quinque tantum Fabium præſentauerint, qui non conſtituunt maiorem partem, vt eſt neceſſe ex adductis *per Rot. deciſ. 809. coram Buratt.* Nam, cum in Capitulo habito pro huiuſmodi præſentatione, & legitimè congregato, non interuenerint niſi nouem Canonici, dicti quinque faciunt maiorem partem; cum maior pars attendatur habito reſpectu ad præſentes, non autem ad abſentes, ac omnes de Capitulo *iux. not. per Abb. in cap. licet 6. num. 14. & in cap. Cum inna 50. num. 9. verſ. pro declaratione, & in cap. Eccleſia veſtra 57. num. 6. de elect. Feder. de Senis conſ. 65. num. 1. verſ. ad id, quod dicitur, Lap. alleg. 131. n. 3. Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 3. qu. 4. art. 2. num. 8. Rot. in recent. deciſ. 20. num. 5. & ſeqq. par. 6. coram Buratt. deciſ. 225. nu. 2. cum alijs per Adden. ad eumdem deciſ. 573. num. 22.*

10 Nec dicatur, quod ſaltem duo abſentes erãt vocandi, quia nihilominus valet præſentatio facta à præſentibus; quamuis non vocati poſſint dare de contemptu *Innocen. in cap. in Geneſi 55. num. 8. verſ. iſtis computatis, ibiq. Abb. num. 10. de elect. Calder. conſ. 11. de iurepat. Lambert. eod. tract. lib. 2. par. 2. art. 19. num. 15. poſt med. & num. ſeq. Gonzal. ſuper reg. 8. gl. 56. num. 79.*

11 Quæ concluſio eo facilius procedit in præſenti caſu, quia conſtat de conſuetudine, non vocandi abſentes, de qua teſtantur omnes Canonici eiuſdem Eccleſiæ, illa enim in hac materia plurimum attendi debet, *vt eſt tex. in cap. cum in Eccleſijs 33. de præb. & explicat gl. in c. corã dilecto 35. verb. in in prouincia, verſ. in talibus, & in dicto cap. in Geneſi 55. verb. de conſuetudine de elect.* & vltra adductos per *Barboſ. de iur. Eccl. vniuerſ. cap. 19. num. 89. lib. 1.* firmauit *Rot. coram Put. deciſ. 14. ſub num. 1. lib. 2.*

12 Demum nõ obſtat, quod Iuſpatronatus, de quo agitur, ſit Gentilitium, quia defecta linea de Ariſtotile, fuit effectum hæreditarium *iux. conſ. Anchar. 81. num. 1. & per tot. Pariſ. conſ. 48. num. 21. lib. 4. Rot. diu. deciſ. 385. num. 1. & per totum. par. 1. & coram Merlino deciſ. 450. num. 14. & deciſ. 798. num. 25.*

Et ex his, & alijs deductis in deciſionibus huius cauſæ ita reſolutum fuit, informante vtraque parte coram bon. mem. Arguelles, in cuius locum ego ſubrogatus de ordine Reuerendiſſ. D. mei Decani Deciſionem extendi &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 28. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Tranſactio, quamuis verbis generalibus concepta, non poteſt operari contra intentionem tranſigentium, nec extendi ad ea, quæ fuerunt expreſsè præſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio regulariter non comprehendit ius de futuro.*
2 *Amplia, præſertim quando tale ius non eſt in lite.*
3 *Tranſactio non comprehendit ius expreſsè præſeruatum.*
4 *Præſeruatio iurium, appoſita in tranſactione, declarat mentem tranſigentium.*
5 *Clauſula, & vltrà prædicta nullam patitur reſtrictionem.*
6 *Tranſactionis pacta reſtringenda ſunt ad ea, quæ fuerunt in lite.*
7 *Intentio contrahentium eſt potius attendenda, quam ipſa veritas.*
8 *Capitula ſunt potius attendenda, quam Inſtrumentum.*
9 *Capitula recipiunt declarationem ab Inſtrumento ſubſequenti.*
10 *Clauſula ad habendum, & ſimiles non poſſunt operari contra intentionem partium, & in caſu excepto.*
11 *Non tenetur reſtituere accepta, qui non impugnat tranſactionem, ſed excipit caſum non eſſe comprehenſum.*

DECISIO LXXXVI.

1 QVamuis tranſactio, de qua agitur, verbis generalibus concepta appareat, adhuc tamen eam non obſtare, deciſum fuit ſub die 16. Aprilis anni præteriti, quam deciſionem cenſuerunt Domini eſſe confirmandam, tùm quia regulariter illa eſt intelligenda ſecundum tempus præſens, nec comprehendit ius de futuro *Dec. con. 27. num. 3. Peregr. de fideic. art. 52. num. 31. Surd. conſ. 418. num. 22. Rota coram*
2 *Canal. deciſ. 172. numer. 7. & 8.* Maximè quando illud nõ eſt in lite, ſuper quo propterea tranſactio adaptari nequit *l. ſi ita 135. §. final. ff. de verb. oblig. l. qui cum Tutoribus in fine ff. de tranſact. Bart. in l. ſi de certa ſub num. 1. verſ. Ideò verba C. eodem, Rota coram Canal. deciſ. 124. num. 3 & coram S. M. Greg. deciſ. 158. num. 4. vbi Add. num. 6.*
3 Tum etiam quia idem ius eueniẽte caſu, quo

alter

Digitized by Google

alter ex tranſigentibus decederet ſine filijs, expreſſis verbis pręſeruatum fuit in tranſactionę *Schrader.conſ.3.num.57.lib.1.Roland.conſ.54.n.10. & ſeqq. lib.4.Monteſperell. conſ.21. num.6. & ſeqq. Chartar.dec.Gen.70.num.32.& 33. Rota deciſ.118. num.20. par.5.rec. cum alÿs per Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.593. à num.161.*

4 Talis enim præſeruatio iurium actū modificat, & mentem tranſigentium declarat *Dec. conſ.656.num.6. Pariſ.conſ.70. num.15. lib.3.Alba conſ.13.nu.4.verſ.quia natura.* Adeò vt vbi non inueniat, quid modificet, ipſum actum extinguat, & annullet *Mareſcott.var.reſol.lib.2.c.138. numer.2. relati per Gratian.diſcept. forenſ. cap.980. num.7.& ſeqq. Rota d.deciſ.118. num.24. part.5. in recent.*

Obiectum, quod reſeruatio prædicta reſtricta fuerit contra tertios tantummodò, nullo modo ſubſiſtit in facto, nam, vt firmatum fuit in deciſione, quæ reuidetur, duplex adeſt pręſeruatiua in Inſtrumento tranſactionis. Altera circa iura de præſenti, & quæ durante eorum deſcendentia inuicem per tranſigentes remittebantur, & hæc fuit reſtricta ad perſonas tertias, contra quas Tranſigentes noluerunt ſibi præiudicare, vt patet ex illis verbis, ibi, *quod facta, & facienda, remiſſaque, & remittenda per d.Comitem Ioannem d. Com. Franciſco, & è contra non noceant ipſis tranſigentibus, cum quibuſuis perſonis tertÿs,* quæ etiam latius concepta fuerat in pręcedentibus capitulis. Altera verò circa iura de futuro, quæ nullo modo cadebant ſub tranſactione, & hæc fuit generalis comprehenſiua, etiam eorundem tranſigentium, & ſignanter caſus, quo alter eorū decederet ſine filijs, ibi: *Et cum expreſſa declaratione vltra prædicta, quod per tranſactionem, & diuiſionem, quæ fit rebus ſic ſtantibus ſalua ſint iura fortaſſe purificanda ad fauorem alterius dictorum tranſigendorum altero decedente*
5 *ſine filÿs capacibus fideicommiſſorum.* Vndè patet, quod hæc ſecunda præſeruatiua eſt totaliter diuerſa à prima, & vti generaliter concepta cum clauſula, & vltra prædicta, nullam reſtrictionem recipit, ſed alia etiam includit iuxta *text.in l. filiam C.de collat.Dec.in l.actione numer.9. C.de tranſact.Pariſ.conſ.2.num.65.lib.3.Berou.conſ. 116.num.15.lib.2.Surd.conſ.471.num.1.& ſeqq. & deciſ.275.num.11. & 12. cum alÿs per Barboſ. dict. 373.num.4.verſ. & extendit.*

6 Nec poteſt reuocari in dubium, quod hæc præſeruatiua cadat ſuper fideicommiſſo, de quo agitur, non ſecus ac ipſa tranſactio; nam Nam quamuis in eo nō benè verificetur ſucceſſio Comitis Frācíſci legitimati præexiſtente Comite Iacobo legitime nato; Attamen ſufficit, quod de hoc dubitauerint tranſigentes, vt apparet ex proœmio tranſactionis, in illis verbis, ibi: *E conuerſo autem dictus D. Com. Franciſcus fideicommiſſo conuentionali* (quod eſt fideicommiſſum hodiernum) *opponebat inter alia ſe contineri cum dicto D.Comite Ioanne &c.* iuxta quam dubitationem, quæ tranſactioni cauſam dedit, tranſactionis pacta recipienda ſunt, *l. ſi de certa C.de tranſact.Bart. in l. Aquiliana ſub nu.2. verſ.de neceſſitate ff.eodem, Natt.conſ.546. num.13. Surd.conſ.418.num.11.Rota deciſ.29. num.4. par.1.*
7 *rec.* Cum magis cōtrahentium intentio, quàm ipſa veritas attendi debeat, vt aduertit *Bald. in l.quo loco numer.1. verſ. nota de hæred. inſtit. Alciat. conſ.145.num.4.lib.9.Surd.conſ.315.num.66.Mant. de coniect.lib.3.tit.10.nu.2.Rota coram ſan.me.Greg. deciſ.265.num.5.*

8 Non obſtat, quod huiuſmodi præſeruatiua non contineatur in Capitulis, ſed ſolum in Inſtrumento, & in dubio potius ſint attendenda capitula, quam ipſum Inſtrumentum; Nam eum partes in eiſdem capitulis conuenerint; quod illa extenderentur ad conſilium ſapientis, ibi: *li quali ſi ſtenderanno à conſeglio de' ſauij.*
9 Vtiq; dum expectabant declarationem ad dictamen ſapientis, & ſic à ſubſequenti Inſtrumento, non poſſunt aliter declarari, quam ſecundum expreſſionem, & tenorem eiuſdem Inſtrumenti, *Iaſ. in l. ex parte num.3. & ſeqq. ff. de verb.oblig.Bellon. iun. conſ.22. numer.20. & ſeq. Mantic.de tacit.lib.2. tit.11.numer.4. & 5. Rota in Piſauren. donationis 31. Ianuary 1648. coram R.P. D. meo Otthobono.*

10 Non obſtant pariter clauſulæ ad habeñ, & pro hæredibus, & ſucceſſoribus, & ſimiles, quia non poſſunt operari contra partium intentionem, & ſic in caſu excepto, & præſeruato, qualis eſt obitus tranſigentium ſine filijs, *Decian. conſ.3.n.128. in fine, & ſeqq. & num.146. & 147. lib.1.Grat.conſ.29.num.34. in fine, & ſeqq. lib.2.Rota deciſ.74.num.8. & ſeqq. par.6. in rec.*

11 Demum non releuat, quod Comes Ioannes teneatur reſtituere accepta, quia ipſe non impugnat tranſactionem, ſed excipit caſum, de quo agitur, non eſſe ſub illa comprehenſum, vndè non intrat diſpoſitio *text. in l. ſi diuerſa C. de tranſact.* vt benè per *Cephal. conſ.677.nu.6. & ſeqq. vol.5.*

Ex quibus Domini perſtiterunt in reſolutis vtraque parte informante &c.

ASCVLANA HAEREDITATIS.

Lunæ 4. Aprilis 1650.

ARGVMENTVM.

Explicatur Textus in l. fœminæ C. de ſecundis nupt. & Statutum Aſculi excluſiuum fœminarum, quæ reperiuntur dotatæ.

SVMMARIVM.

1 *Pater, tranſiens ad ſecunda vota, tenetur reſeruare filÿs primi matrimonÿ acquiſita ex ſucceſſione eorum fratrum.*
2 *Statutum Aſculi excludens dotatam ab hæreditate dotantis non excludit ab hæreditate aliorum.*
3 *Maximè cum loquatur per verba alternatiua, nam intelligi debent diuiſim, & diſiunctiuè.*
4 *Mulier dotata ex bonis paternis, remanet excluſa ab hæreditate patris.*
5 *Bona renunciata per filiam ob ingreſſum Monaſterÿ, ad quem ſpectent.*
6 *Renūciatio facta per mulierem ob ingreſſum in Monaſterium, cenſetur facta contemplatione fratrum coniunctorum.*

7 *Re-*

7 *Renunciatio facta patri, acceptanti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, operatur, vt pater poſſit de dictis bonis liberè diſponere.*

8 *Inſinuatio non requiritur in donatione facta ex cauſa ingreſſus in Religionem.*

DECISIO LXXXVII.

PEr binas deciſiones coram me editas reſolutum fuit, hæreditatem Mariæ Franciſcæ fuiſſe in tres filios pro æquali portione diuidendam, nempè in Ioſephum, Helenam, & Marcellinam, eidemque Marcellinæ duas ex tribus partibus prædictæ hæreditatis fuiſſe debitas, alteram ſcilicet ex perſona propria, alteram ex perſona Ioſephi, denegata alia tertia ex perſona Helenæ. Et licet vtrinque admitterentur fundamenta deciſionũ reſpectu portionis petitæ per Marcellinam ex perſona propria; nihilominus quia quoad reliquas duas partes etiam vtrinque impugnabantur; Ideò repropoſui cauſam ſuper iiſdem, & Domini in omnibus perſtiterunt in reſolutis.

1 Et omiſſa prima parte, ſuper qua nulla cadebat difficultas, viſum fuit reſpectu ſecundæ, concernentis portionem Ioſephi, inconcuſſum fundamentum earundem deciſionum deſumptum ex *l. fœmina*; nam cum Ioſeph ex primo matrimonio filius deceſſerit viuente patre, qui ad ſecunda vota tranſiuit, portio hæreditatis maternæ, prædictum Ioſephum tangens, acquiſita fuit Marcellinæ ex primo matrimonio filiæ, vt expreſsè deciditur in dicto textu, ibique *gloſſ. in verb. redintegrabitur C. de ſecund. nupt. & in l. generaliter verſ. Dominium autem, & verſ. Itaque defuncto eod. tit. Rot. deciſ. 638. num. 1. & 2. par. 1. recent. & dec. 80. par. 6. num. 3. Caualer. deciſ. 50. num. 4. & fuit dictum in Bononien. Succeſſionis* 11. *May* 1635. & 11. *Ianuarij* 1636. *coram Motmanno, & in Bononien. Dotis* 17. *Maij* 1634. *coram Eminentiſſimo Card. Panzirolo, & in Romana Reſtitutionis Dotis* 10. *Ianuary præteriti coram R.P.D. meo Otthobono.*

2 Nec à portione prædicta remãſit Marcellina excluſa attento ſtatuto Aſculi, dato in *Summ. num. 1.* Nam dictum ſtatutum excludit tantum fœminas ab hæreditate dotantis, vt patet ex illis verbis, ibi: *Che le ſorelle, e figliole dotate dal Padre, ò dal ſratello non poſſano venire ab inteſtato alla ſucceſſione, & hæredità del Padre, ò vero del fratello* &c. quæ verba debent intelligi di-
3 ſtributiuè, & diuiſim; Ita vt ſenſus ſit, quod fœmina dotata à Patre non ſuccedat Patri, & dotata à fratre non ſuccedat fratri, non autem vt propter dotem ab vno ex illis habitam, ab omnium hæreditate remaneat excluſa, vt ponderat *Brun. ad ſtat. excluſ. fœmin. art. 8. nu. 68. Ancharan. conſ. 80. num. 2. Pariſ. conſ. 49. num. 17. lib. 3. Curt. iun. conſ. 65. num. 2. Bee. conſ. 53. num. 3. & magiſtraliter dixit Rota deciſ. 247. num. 10. & ſeqq. & præſertim à num. 17. & deciſ. 321. num. 11. par. 5. & deciſ. 329. num. 15. & ſeqq. par. 6. in rec. cum pluribus relatis per Cyriac. contr. 90. num. 41.*

4 Vndè, cum ipſa dotata fuerit tantummodò de bonis patris, ab illius tantum hæreditate remanſit excluſa, vt benè per *Caſtr. in l. 1. ſub num. 3. verſ. Nota etiam C. de legit. hæred. & conſ. 83. num. 5. & conſ. 91. num. 2. lib. 2. Hond. conſ. 9. nu. 14. eodem lib. Rota coram Millino deciſ. 68. num. 1. & in rec. deciſ. 388. in princ. par. 5. deciſ. 264. numer. 19. par. 6. & deciſ. 175. num. 29. & ſeq. par. 7.*

5 Remanet vltima portio debita Helenæ in dictis bonis; Et Domini etiam quoad illam ſteterunt in deciſis: Nam cũ Helena ingrediens Monaſterium renunciauerit omnia bona ſua Rodulpho Patri, dicta tertia pars eidem plenè quæſita fuit *Ruin. conſ. 98. num. 16. & ſeq. lib. 1. Pariſ. conſ. 26. numer. 27. & ſeqq. lib. 3. Rota coram ſan. me. Greg. deciſ. 85. num. 1. & ſeqq.*

6 Nec releuat, quod dicta bona ſaltem mortuo Patre ſpectent ad fratres vtrinque coniunctos, quorum contemplatione renunciatio cenſetur facta per ea, quæ tradit *Franciſc. Aretin. conſ. 91. num. 4. Boer. deciſ. 104. num. 9. cum alijs adductis per Cancer. var. reſolut. tom. 3. cap. 15. n. 43.*

7 Quia contrarium apparet ex verbis eiuſdem renunciationis, ibi: *Rodulpho Patri præſenti, & acceptanti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ceſſionem, & liberam renunciationem* &c. Ita vt potuerit Pater ad libitum ſuæ voluntatis diſponere, prout mediante teſtamento diſpoſuit, vt benè per *Alexand. conſ. 149. num. 5. lib. 7. Gabr. conſ. 135. num. 1. lib. 2. Franc. à Ponte conſ. 39. num. 1. & ſeqq. Altograd. conſ. 66. num. 36. lib. 1. Capyc. dec. 190. per tot. Rot. deciſ. 75. numer. 1. in fine par. 2. recen. & poſt Tambur. de iur. Abbatiſſ. deciſ. 6. n. 27.*

8 Demum non obſtat allegatus defectus inſinuationis, nam cum renunciatio proceſſerit ex cauſa ingreſſus in Religionem, inſinuatio non fuit neceſſaria, vt dixit *Rota in Maceraten. Pecuniaria* 20. *Iuny* 1644. *coram R.P.D. meo Otthobono, & in Rom. fideicommiſſi de Coſceris* 16. *Martij* 1648. *coram R.P.D. meo Corrado.*

Et ita deciſum fuit vtraque parte informante.

CESENATEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 4. Aprilis 1650.

ARGVMENTVM.

Tranſmiſſio fideicommiſſi inducitur non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè per coniecturas, quæ autem coniecturæ ſufficiant latè examinatur in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad hæredes.*

2 *Fallit attenta voluntate Teſtatoris.*

3 *Siuè talis voluntas ſit expreſſa, ſiuè tacita reſultans ex coniecturis.*

4 *Pro coniectura autem facit, quod nepotes fuerint poſiti in conditione.*

5 *Et licet talis coniectura de per ſe ſola non ſuffiiat, ſuffragatur tamen coniuncta cum alijs.*

6 *Nempè ſi filij ſint vocati cum qualitate, quod ſint legitimi, & naturales.*

7 *Item, ſi poſt mortem omnium deſcendentium fuerint ſubſtituti proximiores.*

8 *Similiter, ſi vocatio proximiorum facta fuerit poſt plures gradus ſubſtitutionum.*

9 *Rurſus ſi fideicommiſſum coniunctum fuerit cum iure accreſcendi.*

10 *Et ratio eſt, quia ſicuti ius accreſcendi tranſmittitur, ità etiam tranſmitti debet ſubſtitutio fideicommiſſaria, quæ aſſumit illius naturam.*

11 *Demum ſi nepotes in alia parte teſtamenti vocati appareant.*

12 *Licet qualibet ex dictis coniecturis de per ſe ſola non ſufficiat pro tranſmiſſione fideicommiſſi, omnes tamen ſimul iuncta ſuffragantur.*

13 *Tranſmiſſio facilius inducitur, quam vocatio.*

14 *Præſertim in deſcendentibus.*

15 *Et vbi agitur de ſeruanda æqualitate inter ſubſtitutos.*

16 *In deſcendentibus datur repræſentatio.*

17 *Nepotes ex filio prædefuncto ſuccedunt vna cum patruis.*

18 *Filius mortuo patre ſuccedit in locum illius.*

19 *Gradus non corrumpitur per obitum patris, ſed repræſentatur.*

DECISIO LXXXVIII.

LVcretia Albertina inſtituta hærede Ludouica filia, eidem Fabritium iam natum, & alios filios ex ea naſcituros legitimos, & naturales æqualiter, & æquis portionibus ſubſtituit: Moriente verò Ludouica, nec extantibus de tempore obitus Fabritio, aut alijs filijs naſcituris, tunc & eo caſu Ludouicæ prædictæ ſubſtituit filios Fabritij legitimos, & naturales; Iſtis verò decedentibus ſine filijs, & deſcendentibus ſubſtituit proximiores æqualiter, & æquis portionibus.

Mortua Teſtatrice ſucceſſit in dicta hereditate Ludouica primo loco inſtituta, qua viuente obijt Fabritius ſuperſtitibus Camillo, & Iſabella; deindè deceſſit Iſabella relictis Paulo Antonio, & alijs de Ramponibus; Et demum defecit Ludouica nullis alijs procreatis filijs, per cuius obitum prætendens Camillus, fideicomiſſum fuiſſe in totum ad eius fauorem purificatum, poſſeſſionem omnium bonorum adeptus fuit; ſed exaduerſo præfati Paulus Antonius, & alij de Ramponibus Iſabellæ filij, qui coram A.C. reportauerant ſententiam contrariam, inſteterunt ſubſcribi dubium: An conſtet de fideicommiſſo ad ipſorum fauorem pro rata ad Iſabellam ſpectante, ſuper quo Dñi reſponderunt affirmatiuè.

1 Licet enim regulariter fideicommiſſum conditionale non tranſmittatur ad hæredes, vt diſponit *text. in l. vnica, §. ſin autem, C. de caduc. toll. l. 4. ff. de alim. & cibar. legat. Rot. in recent. deciſ. 100. numer. 2. par. 1. & in Romana fideicommiſſi de Marianis*, vbi cumulantur cõcordantes, *1. Mar-*
2 *tij 1649. coram R.P.D. meo Royas*. Nihilominus attenta voluntate Lucretię fideicommittentis contrarium firmarũt Domini in præſenti caſu ad fauorem eorundem de Ramponibus, cum Teſtatrix poſſit facere trãſmiſſibile, quod ſui natura non eſt tale *l. in conditionibus 19. ff. de condit. & demonſtr. Bald. in l. vnica nu. 2. C. vt action. & ab hæred. & cont. hæred. & in l. 1. n. 10. verſ. quæro de tali quæſtione, C. de ijs, qui ante apert. tab. & in l. ſi pater ſub num. 26. C. de inſtit. & ſubſtit. Iaſ. in l. nemo poteſt, numer. 33. ibique Rip. num. 60. ff. de leg. 1. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita in 4. par. n. 103. ff. ad Trebell. Dilect. de art. teſt. tit. 5. caut. 23. num. 5. & tit. 6. caut. 33. num. 2. Rot. deciſ. 782. num. 4. & 5.*
3 *par. 1. diuerſ.* Siuè talis voluntas ſit expreſſa, ſiuè tacitè ex coniecturis eliciatur, vt notat *Dec. conſ. 594. num. 7. verſ. niſi aliquibus indicijs vſq. ad fin. Grat. conſ. 101. numer. 5. & ſeqq. lib. 2. Pariſ. conſ. 25. num. 5. conſ. 42. num. 7. conſil. 77. num. 10. & conſ. 78. num. 2. lib. 2. Caputaq. deciſ. 21. num. 3. par. 2.*

4 Huiuſmodi autem voluntas Lucretiæ deducitur ex Teſtamento per eam condito, in quo iſti de Ramponibus Nepotes Fabritij leguntur poſiti in conditione, ibi: *E morendo li figliuoli di detto M. Fabritio come ſopra ſenza figliuoli, & deſcendenti ſoſtituiſce li più proſſimi di detta Teſtatrice*; nam ex mentione de illis facta benè deſumitur voluntas, & intentio Teſtatricis pro tranſmiſſione fideicommiſſi, prout per *text. in l. Lucius 85. ff. de hæred. inſtit.* probat *Bald. in d. l. 1. num. 10. C. de ijs, qui ante aper. tab.* quem ſequitur *Soccin. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 11. & ſeqq. ff. ad Trebell. Dec. conſ. 397. num. 6. & conſ. 515. num. 1. Ruin. conſ. 140. num. 14. & ſeqq. & conſ. 145. nu. 7. verſ. & tanto magis lib. 2. Graſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 68. nu. 3. Gabr.* qui plures cumulat, *de hæred. inſtit. concluſ. 2. nu. 35. Odd. de compend. par. 6. quæſt. 1. art. 2. numer. 21. Gam. deciſ. 160. num. 3. Rot. coram ſan. me. Greg. deciſ. 551. num. 6. & ibi Add. num. 13.*

5 Et quamuis talis coniectura de per ſe ſola non ſufficiat iuxta notata per *Ladercb. conſ. 142. ſub numer. 6. verſ. coniectura eſt altera, Gabr. conſ. 3. num. 29. lib. 2. Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 27. n. 9.* Benè tamen ſuffragatur quando eſt coniuncta cum alijs, vt latè comprobat *Gionagn. conſ. 79. numer. 58. lib. 1. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 20. num. 16. & deciſ. 120. num. 1. verſ. prima eſt, ſan. me. Greg. d. deciſ. 551. num. 6.*

6 Plures autem concurrunt in præſenti caſu: nam non ſolum mentio de dictis filijs facta fuit cum qualitate, quod ſint legitimi, & naturales *Soccin. iun. conſ. 110. num. 25. & conſ. 145. num. 38. & 39. lib. 3. Magon. dec. Florent. 27. nu. 13.*
7 ſed etiam quia poſt mortem omnium deſcendentium ſubſtituit proximiores, ibi: *Et morendo li figliuoli di detto Fabritio ſenza figliuoli, e deſcendenti ſoſtituiſce li più proſſimi &c.* Vocando enim remotiores, & tranſuerſales cẽſetur voluiſſe admittere omnes deſcendentes, & ſic filios Ludouicæ filiæ inſtitutæ, prout de communi teſtatur *Alex. in l. ſi pater num. 3. ff. de vulg. Intrigl. de ſubſtit. q. 47. num. 21. Pariſ. conſ. 5. num. 40. lib. 3. Rot. coram ſan. mem. Greg. d. deciſ. 551. numer. 5. cum not. per Adden. ibid. numer. 12. & coram Buratt. deciſ. 568. num. 6.* & alios plures enumerat *Fuſar. de ſubſt. q. 490. num. 100.*

8 Quæ coniectura eo fortiùs vrget in pręſenti caſu, quia vocatio proximiorum legitur facta, poſtquam Teſtatrix plures gradus ſubſtitutionum fecit *Anchar. conſ. 74. num. 2. in fine, Trentac. de ſubſtit. par. 4. cap. 14. nu. 23. verſ. & hinc eſt, Fuſar. eod. tract. d. q. 490. num. 142. & conſ. 54. nu. 34. Ioſeph. Ludo. dec. Peruſ. 102. n. 11.*

9 Et

Digitized by Google

6 Et quia fideicommiſſum coniunctum fuit
cum iure accreſcendi, nam filij Fabritij æqua-
liter, ac æquis portionibus fuerunt inuicem
ſubſtituti ſub conditione ſi ſine filiis, quo ca-
ſu propter vnitatem ſermonis cēſentur quaſi
in vnum corpus redacti *l. re coniuncti, ff. de le-
gat.3.Cagnol.in l.vnica nu.52.C.quando non petent.
part. petent.accreſc.Mantic.deciſ.319.nu.9.& in rec.*
10 *deciſ.142.num.4.verſ.& demum par.4.* Et ideò ſi-
cuti ius accreſcendi tranſmittitur, ita etiam
tranſmitti debet ſubſtitutio fideicommiſſaria,
quæ aſſumit naturam illius, & conſequitur
qualitatem tranſmiſſibilitatis *ad text.in l.qui pa-
tri 59.ff.de acquir. hered.Bart.in l.vnica, §. ſin au-
tem, C.de caduc.toll.Bald. conſ.9.num.1.in fin.lib.2.*
vbi ait, quod licet hic articulus ſit de apicibus
iuris, nihilominus eſt ipſa veritas, *Iaſ. in l.Lu-
cius, §. Paulus num.2.verſ.Item ſecus, ff.de vulg. &
pupill.Soccin.conſ.6.nu.14.& ſeq.lib.3.Riminal. iun.
conſ.476.num.38.& ſeqq.& conſ.502. à n.81.lib.5.
Menoch.conſ.95.num.111. Viu.deciſ.398. num.15.
& 16. Rot.coram Mantic.d.dec.319. n.9.& 10.*

11 Vlterius filij Iſabellæ leguntur in alia parte
Teſtamenti vocati, & ſignanter in legato prę-
dij, quam coniecturam pro tranſmiſſione fi-
deicommiſſi ponderat *Bald. in l. ſi pater.nu.26.
C.de inſtit.& ſubſtit. Iaſ.conſ.52.numer.22.lib.3.&
& conſ.154.num.5.lib.4.Laderch.conſ.142.ſub n.6.
verſ. nec dicat quis, Grat. conſ.101 num.2.lib.2.Pe-
regr. de fideicomm. art.31. n.10.*

12 Vndè cum plures concurrant coniecturæ,
& quidem vrgentes, ac efficaces, licet quæli-
bet de per ſe non ſufficeret, omnes tamen ſi-
mul iunctæ operari debent, vt ſit locus tranſ-
miſſioni per ea, quæ tradit *Berou. conſil.104.
num.14. & ſeqq. lib.2. Fuſar.conſ.34. num.41. Rot.
dec.142.n.4. in fine par.4. in rec.*

13 Tranſmiſſio enim facilius inducitur, quam
vocatio, *Aym.conſ.62.in fine, & conſ.663. num.6.
Rimin.iun.conſ.502.num.91.lib.5.Ciouagn. conſ.79.
num.42.lib.1.Fontanell.de pact. nuptial. clauſula 5.
gloſſ.10. par.2.n.42.Noal.de tranſmiſſ.caſ.1.n.117.
& ſeq.* vbi reddit rationem, quia in vocatione
agitur de inducendo nouo grauamine, in
tranſmiſſione verò de prorogando iam indu-
cto, & firmauit *Rot.coram Buratt. d. deciſ. 568.
num.12.*

14 Præſertim, vt in caſu iſto, quando agitur in-
ter deſcendentes, idem *Buratt.vbi ſup. numer.5.
ſan.me.Greg.dec.56.num.10. repetit.in rec. deciſ.59.
num.6. par.2.Ioſeph.Ludou. deciſ. Peruſ. 102.nu.9.*

15 Et tranſmiſſio tendit ad ſeruandam inter ſub-
ſtitutos æqualitatem, ad quam reſpexiſſe Te-
ſtatricem colligitur ex illis verbis toties repe-
titis, *egualmente, & per egual portione, &c.* vt ad-
uertit *Ruin.conſ.145.numer.6. & ſeq. lib.2.Soccin.
iun.conſ.63.nu.4.lib.4.Gabr.de hered. inſtit.concl.2.
num.31.Pereg.de fideic.art.31.num.9.verſ.tacita au-
tem voluntas, Fuſar. de ſubſt. cit.q.490.n.136. Rot.
coram ſan.me.Greg.dec.56.num.3.*

16 Non obſtat, quod Camillus vti proximior
Lucretiæ veniat in ſucceſſione præferendus,
quia cum verſemur in deſcendentibus datur
17 in tota deſcendentia repræſentatio. Et ideò
cum iſti de Ramponibus repræſentent Iſabel-
lam matrem, concurrunt cum Camillo pa-
truo ad eam tamen portionem, ad quam ma-
ter, ſi viueret, admitteretur, vt eſt bonus *text.
in §. cum filius inſtit. de hered.quæ ab inteſt.defer.* &
in his terminis firmat *Hond. conſ.70. à num.20.
lib.1.Roland.conſ.68.num.23. & pluribus ſeqq. eod.
lib.Couarr. pract.quæſt.cap.38.num.4. verſ.nono ſe-
cluſis, & numeris ſeqq.Rot.coram Seraph. dec.1479.
num.2.& ſeqq. & in rec.dec.102.num.8.& 9.& de-
ciſ.198.num.11.& ſeqq. par.4.tom.2.* & hanc opi-
nionem vti veriorem, & magis communem
pluribus authoritatibus comprobat *Fuſar. de
ſubſt.q.485. à princ.*

18 Nec refert quod tempore aperti fideicom-
miſſi per obitum Ludouicæ Iſabella iam eſſet
prædefuncta, nam dum filii ſubingreſſi fue-
rant in locum illius, Camillus non remanſit
proximior, ſed in æquali gradu cū nepotibus
ratione repræſentationis latè *Hond. d. conſ. 70.*
19 *à num.44.vbi ſub num.49.* ait, quod gradus non
corrumpitur, ſed repręſentatur, *Iaſ. conſ.215.
num.22.lib.2.Soccin.iun.conſ.126.nu.25.*vbi quod
potior in fideicommiſſo non dicitur ille, qui
eſt prior in gradu, ſed qui in iure ſucceſſionis
ab inteſtato *lib.1.Pereg.de fideic.art.21. num.9. &
ſeqq. Rot.dec.426.num.5.par.4.diuerſ.*

Et ita vtraque parte informante deciſum
fuit.

ALERIEN. CANONICATVS.

Veneris 29. Aprilis 1650.

ARGVMENTVM.

Literæ Apoſtolicæ quando habeant executio-
nem paratam, & quando quis dicatur legiti-
mus contradictor, & habere parem titulum
ad illam impediendam.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ quando ſunt inſtificatæ habent exe-
cutionem paratam.*
2 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*
3 *Præſentia alicuius in Curia probatur ex relatione
examinatorum.*
4 *Valor per non exceſſum probatur ex confeſſione par-
tis emiſſa in eius impetratione.*
5 *Valor per non exceſſum probatur ex Teſtibus depo-
nentibus de auditu, & publica voce, & fama.*
6 *Beneficia vacantia per aſſecutionem incompatibilis
ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ.*
7 *Reſeruatio ligat manus Ordinarij quominus conferre
poſſit.*
8 *Gratia in forma dignum non tribuit ius Prouiſo A-
poſtolico ante illius inſtificationem.*
9 *Inſtificatio literarum Apoſtolicarum non præſumi-
tur in illo, qui poſſidet vigore prouiſionis obtentæ ab
Ordinario.*
10 *Contradictor legitimus eſt ille, qui poſſidet, & ha-
bet parem titulum Apoſtolicum.*
*Declara, vt hoc procedat ad effectum, vt ſuper eod.
tit. ſit audiendus, qui ſi fuerit repertus releuans, eſt
agendum ordinariè, ſecus verò ſi ſit irreleuans eod.
num.*
11 *Contradictor legitimus, qui non eſt, non poteſt re-*

Digitized by Google

tardare executionem literarum Apoſtolicarum.

12 *Titulus autem debet eſſe talis, vt quamuis quis non poſſideat, ex eod. veniret immittendus in concurſu cum Aduerſario.*

13 *Prouiſo Apoſtolico non poteſt immiſſionem impedire, qui in concurſu eam obtinere non valet.*

14 *Contradictor legitimus dicitur, qui habet titulum Apoſtolicum, quamuis conditionalem.*

15 *Hoc tamen procedit, quando poſſeſſio eſt capta vigore illius tituli de manu executoris, propter præſumptam eiuſdem tituli iuſtificationem.*

16 *Executio literarum Apoſtolicarum non retardatur per exceptiones turbidas, & ſignanter inhabilitatis Prouiſi.*

DECISIO LXXXIX.

1 RESolutum fuit non intrare arbitrium pro retardanda executione literarum Apoſtolicarum; illę enim attenta iuſtificatione ſemper habent executionem paratam *cap. ſi quando de reſcript. cap. ſi capit. & ibi gloſ. verb. exequatur de conceſſ. præben. in 6. Rot. deciſ. 558. num. 2. par. 1. in rec. & dec. 348. num. 1. par. 5. & in Placentina Canonicatus 16. Decemb. 1647. coram R. P. D. meo Royas.*

2 Iuſtificatio autem non poteſt controuerti, ſiquidem Clericatus Marcelli probatur ex literis patentibus Ordinarij, quibus in hac materia deferendum eſſe probat *text. in cap. 2. vbi Abb. in 1. notab. de Cleric. peregr. & in cap. poſt ceſſionem, ibique DD. de probat. Rot. coram Caual. deciſ. 483. n. 2. & in rec. dec. 34. n. 3. par. 5.*

3 Præſentia eiuſdem Marcelli in Curia deſumitur, & ex fide Examinatorum Vrbis, & ex literis Apoſtolicis, in quibus dicitur illum fuiſſe per eoſdem examinatum, & repertum idoneum, nec non ex Teſtibus ab ipſo inductis, & datis in *Summ. num. 2. & 5. Rot. in Calaguritana Præſtimonij 10. Maij 1649. coram R. P. D meo Otthobono.*

4 Valor per non exceſſum in ducat. 24. apparet tum ex confeſſione Matthæi Aduerſarij emiſſa in ſua impetratione *Seraph. dec. 318. n. 3. Cocc. dec. 145. num. 1. & in rec. dec. 91. num. 4. par. 4.*
5 *tom. 2.* Tum etiam ex Teſtibus deponentibus de auditu, & publica voce, & fama, *Rot. coram Caual. dec. 517. n. 4. coram Pen. dec. 287. num. 8. & in Placentina Beneficij 27. Maij 1647. coram Reuerendiſſ. Terracinen.*

6 Reſeruatio demum reſpectu Canonicatus controuerſi patet ex eo, quod Nantianus vltimus illius poſſeſſor fuit à Sede Apoſtolica prouiſus de Primiceriatu Tuſcanen. cum Canonicatu incompatibili, & poſſeſſionem pacificè adeptus fuit in *Summ. Marcelli num. 2. & 3:* Vnde Canonicatus prædictus remanſit Sedi Apoſtolicæ reſeruatus per *Extrauag. execrabilis, & extrauag. ad regimen. de præben. innouatam per regul. 1. Cancell.* & notat *Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 15. §. 2. num. 13. & 14. gloſ. 51. num. 36. & ſeq. cum pluribus adductis in Cæſaraugustana Parochialis de Bleſa 10. Decembris 1649. coram R. P. D. meo Otthobono.*

7 Quibus ſtantibus parum vrgent prouiſiones Matthæi de eodem Canonicatu, nam attenta reſeruatione prædicta, quæ ligabat manus Ordinarij, ne poſſet conferre, prouiſio illius non venit attendenda *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 52. num. 4. & 6. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 20. n. 184. Rot. dec. 141. num. 4. verſ. cum effectus, & dec. 570. num. 2. par. 1. in rec.*

8 Prouiſio verò Apoſtolica obtenta per ceſſum Antonelli cum gratioſa ſubrogatione in iuribus illius, qui ex eodem capite vacationis, nempè aſſecutione incompatibilis, pariter à Sede Apoſtolica prouiſus fuerat, cum emanauerit in forma dignum, quæ ſolum continet mandatum de prouidendo, antè illius iuſtificationem nullum ius prouiſo tribuere potuit, *Rot. dec. 160. num. 1. & dec. 560. num. 2. par. 2. recen. & dec. 92. num. 13. & ſeqq. par. 6.* & latè firmatum fuit *in Maioricen. Parochialis 1. Iulij 1643. coram Reuerendiſſ. Salamantino, & in Tridentina parochialis 5. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Cerro.*

9 Neque ad effectum prædictum quicquam releuat allegata poſſeſſio, nam cum illa non fuerit capta vigore literarum Apoſtolicarum, nec de manu executoris, ſed in vim prouiſionis antecedentis obtentæ ab Ordinario ceſſat quælibet iuſtificationis præſumptio, vt aduertit *Guttier. pract. quæſt. lib. 4. q. 10. in fin. Garz. de benef. par. 4. cap. 2. num. 55. Rot. in d. Tridentina parochialis coram R. P. D. meo Cerro, & clariùs in Compoſtellana parochialis 1. Iulij 1648. coram R. P. D. meo Otthobono.*

10 Non obſtat, quod Matthæus vti poſſeſſor, & habens titulum Apoſtolicum prætendat ſe eſſe legitimum contradictorem; quia id procedit ad effectum, vt ſuper eius prætenſo titulo ſit audiendus, qui ſi releuans repertus fuerit ordinariè procedendum eſt, ſecus verò ſi ſit irreleuans iuxta doctr. *Bart. in leg. fin. nu. 21. verſ. ſi verò allegat. C. de edict. Diu. Adr. Tollen. Rot. dec. 711. num. 2. par. 1. recent. dec. 641. num. 1. par. 4. tom. 1. & dec. 302. numer. 18. & ſeqq. par. 4. tom 2. & dec. 66. num. 8. & 9. par. 5. & poſt Vivian. de iurepat. dec. 51. n. 8. vbi alia cumulantur.*

11 Vnde cum ex prædictis ceſſet quælibet prætenſio Matthæi, ipſe non poteſt dici legitimus contradictor ad retardandam executionem literarum Apoſtolicarum, neque quod habeat parem, & conſimilem titulum *Argel. de legit. contradict. q. 7. art. 7. num. 144. Rot. dec. 542. num. 8. & dec. 641. num. 2. par. 4. recent. & in Bononien. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. coram R. P. D. meo*
12 *Corrado.* Cum titulus debeat eſſe talis, vt quamuis non poſſideret, attamen ex eodem in concurſu cum Marcello veniret immittendus, vt benè *Euerard. in d. l. fin. n. 346. C. de edict. Diu. Adr. Tollen. Rot. dec. 362. num. 2. par. 3. in recen. & dec. 225. num. 21. par. 7. in Vintimilien. Capellania 30. Maij 1635. coram Motmanno, & in Gadicen. Præſtimonij 2. Decembris 1648. coram bon. me. Ar-*
13 *guelles.* Alias abſurdum, & inconueniens eſſet, quod poſſit Prouiſo Apoſtolico immiſſionem impedire, qui eam in concurſu obtinere non valet, vt poſt *Euerard. loc. ſup. citat.* optimè ratiocinatur *Rot. dec. 66. num. 8. & 9. par. 5. recen. & coram Burat. dec. 388. n. 7.*

14 Neque in contrarium facit *deciſ. 842. coram*

eodem

eodem Buratt. dum firmat titulum Apoſtolicũ
quamuis conditionalem ſufficere ad effectum
vt poſſeſſor dicatur legitimus contradictor;
nam vis dictæ *deciſ.* conſiſtit in præſumpta
eiuſdem tituli iuſtificatione, quæ ceſſat in
præſenti caſu, dum poſſeſſio non fuit capta
vigore illius, nec de manu Exequutoris, vt de-
clarauit *Rot.deciſ.641.nu.2.part.4. recent.* & me-
lius in *Compoſtellana Parochialis 1. Iulij 1648.*
coram R.P.D. meo Otthobono.

15 Demum nõ obſtat obiecta inhabilitas Mar-
celli deducta ex ſententia contrà ipſum lata,
tùm quia poſt dictam ſententiam fuit ab eo-
dem Epiſcopo condemnante promotus ad
Presbyteratum. Tum etiam quia illa non
probat ſine actis, vel ſaltem redditur turbida,
itaut retardare non poſſit exequutionem lite-
rarum Apoſtolicarum, *Rot.dec.302.n.30.part.4.*
tom.2. recent. & in dicta Compoſtellana Parochialis
die 1.Iulij 1648. coram R.P.D. meo Otthobono.

Et ità deciſum vtraq; parte informante, &c.

CESENATEN. IVRISPATRONATVS.

Veneris 20. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria non datur in cauſa beneficiali ſine fumo, & maximè quando materia eſt calumnioſa, imaginaria, & improbabilis, & cauſa dicitur beneficialis ſi agatur principaliter de titulo beneficij, & incidenter de Iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio propria ſuperat omnem probationem.*
2 *Senior ex proximioribus præferri debet, quando fundator vocauit proximiorem, & ſeniorem.*
3 *Confeſſio probat contrà confitentem, & habentem ab eo cauſam.*
4 *Remiſſoria non conceditur, quando materia articulata detegitur improbabilis, & calumnioſa.*
5 *Identitas perſonæ quomodo probari debeat.*
6 *Fumus reſultans ex Teſtibus ad perpetuam rei memoriam examinatis excluditur ex alijs probationibus.*
7 *Remiſſoria in beneficialibus non datur ſine fumo.*
8 *Cauſa dicitur beneficialis, quando agitur principaliter de titulo beneficij, & incidenter de iurepatronatus.*

DECISIO XC.

SVPER articulis exhibitis pro parte Funeſti
cenſuerunt DD. remiſſoriam eſſe denegan-
dam; ſiquidem duo primi concernentes de-
ſcendentiam Matthei à Clementia q. Achillis
admittũtur pro probatis à Io: Baptiſta Aduer-
1 ſario, cuius propterea cõfeſsio ſuperat quam-
cumque probationem, *l. cum te, C. de tranſact.*
l. prima, C. de confeſſ. & ita pro denegatione re-
miſſoriæ, reſpondit *Rota deciſ.606.nu.11.part.5.*
recent. in Monopolitana Penſionis 7. Februarij 1648.
coram R.P.D. meo Bichio, & in Placentina Benefi-
cij 20. Maij eiuſdem anni coram me.

Tertius verò, in quo ponitur, quod Blaſius,
qui præſentauit Funeſtũ ſit filius Fabritij Ta-
liani, qui per ſententiam anni 1601. declaratus
fuit verus Patronus, releuans omninò eſſet
pro conceſsione remiſſoriæ, nam data proba-
tione huiuſmodi idem Blaſius eſſet æque fun-
datori proximus, ac Io: Baptiſta Aduerſarius,
2 & tanquam ſenior deberet in pręſens pręferri
cũ fundator vocauerit ad iuſpatronatus proxi
miorem, & ſeniorem; Verùm huiuſmodi
articulus habitus fuit pro imaginario, impro-
babili, & calumnioſo, nam idem Blaſius, qui
Funeſtum præſentauit, faſſus fuit medio iura-
mento ſe eſse filium Fabritij q. Gaſparis, non
autem Fabritij q. Achillis de Talianis patroni
3 Beneficij cõtrouerſi, & ſic confeſsio prædicta
probat contrà ipſum, & habentes ab eo cau-
ſam, vt in proximis terminis dixit *Rot. coram*
Verall.dec.93.n.3.in fin.par.1.in Oſcen. Archidiaco-
natus 14. Decembris 1648. coràm R.P.D. meo Peu-
tingero, & coram Buratt.deciſ.183.nu.8. & in puncto
deciſ.792.num.4. & 6. coram eodem.

Maximè, cum d. confeſsio ſit adminicu-
lata nõ ſolum ex atteſtatione Iulij fratris ger-
mani ipſius Blaſij, necnon Gaſparis fratris
conſobrini eiuſdem, qui comprobant huiuſ-
modi veritatem aſserentes dictum Blaſium
eſſe filium Fabritij q. Gaſparis de Mancinis,
ſed etiam ex partita matrimonij formiter
extracta ex libro Parochi, in qua Blaſius no-
4 minatur filius Fabritij Mancini, itaut pro-
batio in contrarium ſit omninò impoſsibilis,
& ſapiat manifeſtam calumniam, ob quam
remiſsoria nunquam conceditur, *Bald. in l. Iu-*
dices in 5. notab. & ibi Caſtr.nu.3. C. de fid.inſtrum.
Felin. in cap. de cætero num.2. de re iudic. Boccac. de
liter. remiſſor. cap.3. num.46. Caſſad. deciſ.3. num.1.
verſ. quæ remiſſio de dilat. & coram ſan. me. Gregor.
deciſ.48. num.7.

Nec obſtant teſtes pro parte aduerſa ad per-
petuam rei memoriam examinati: quia licet
deponant fuiſse aliás in rerum natura Fabri-
5 tium Talianum nuncupatum il Mancino, ni-
hilominus non dicunt illum fuiſse filiũ q. Ga-
ſparis, prout deberent deponere ad proban-
6 dam identitatem perſonæ, & tamen fumus,
qui ex dictis teſtibus reſultare poſset, exclu-
ditur ex confeſsione ipſius præſentantis, & ex
probationibus ſupra deductis, vt benè per *Rot.*
deciſ.23. num.8. deciſ.211. num.10. & deciſ.273.
num.4. & ſeqq. coram Buratt. & in Cæſarauguſtana
Beneficij de Linares 26. Iunij 1645. coram R. P. D.
meo Bichio.

7 Ceſsante autem fumo remiſsoria non po-
teſt concedi, *Rot. coram Buratt. deciſ.28. num.4.*
8 Nam lis vertitur inter pręſentatos ſuper titu-
lo beneficij, & de pertinentia iuriſpatronatus
incidenter quęritur, quo caſu cauſa dicitur bene-
ficialis, *Rot. diuerſ. deciſ.565. ſub num.2. part.4. &*
in recent. deciſ.473. num.7. part.5. Mutinen. Ple-
bis 24. Nouembris 1623. coram bon. mem. Coccin.
& in Cæſarauguſtana Beneficij de Linares 10. Fe-
bruarij 1645. coram R. P. D. Bichio, & tradunt
Adden. ad Gregor. deciſ.174. ſub num.7.

Ex quibus pro denegatione remiſsoriæ
vtraque parte informante reſponſum fuit, &c.

Digitized by Google

MELEVITANA COMMENDAE.

Lunæ 23. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Appellatio, ſi fuerit ſimpliciter per Signaturam admiſsa, retrotrahitur, & cauſat attentata, & tali caſu ſiuè poſseſsio ſit vacua, ſiuè dubitetur, an fuerit apprehenſa, venit ponenda ſub ſequeſtro.

SVMMARIVM.

1 *Attentata eſt poſſeſſio capta poſt interpoſitam appellationem, & ſimpliciter per Signaturam admiſſam.*
2 *Ignorantia appellationis interpoſitæ excuſat quidem à pæna, non autem ab attentatis.*
3 *Statuta Religionis Hieroſolymitanæ non admittunt appellationem ſuſpenſiuam.*
Declara id non procedere in appellatione interpoſita ad Sedem Apoſtolicam eodem numero.
4 *Appellabilis reputatur cauſa vſque ab initio, quando appellatio fuit poſteà per Signaturam admiſſa.*
5 *Appellatio, quando pendet in Conſiſtorio Principis, an ſit admittenda, partes abſtinere debent ab executione.*
6 *Mandatum procuræ requiritur ad capien. poſſeſſionem.*
7 *Sequeſtrum, vt apponatur ſuper poſſeſſione, ſufficit ſummaria cognitio, & præſumptiua probatio.*
8 *Poſſeſſio attentata venit ſequeſtranda.*
9 *Poſſeſſio vacua venit ſequeſtranda ne fructus dilapidentur.*
10 *Sequeſtrum ſi non eſt apponen. ad inſtantiam partis, poteſt apponi officio Iudicis.*

DECISIO XCI.

1 LATA fuit ſententia per Conſilium Cõpletum ad fauorem D. Equ. Philippi Eſcobedo, ſub die 25. Februarij 1649. à qua cum pro parte D. Equitis Mauritij Pacecchi fuerit intra decem dies interpoſita appellatio, illaque ſimpliciter per Signaturam admiſsa ipſo Eſcobedo citato, & informante: Opponebat idem Mauritius, poſseſsionem ſubindè captam eſse nullam, & attentatam, *cap. non ſolum*, ibique *gloſſ. de appellat. in 6. cap. 2. vt lit. pend. eodem lib. Rot. deciſ. 27. num. 1. de appellat. in nou.*

2 Nec ſuffragari, quod de tempore adeptæ poſseſsionis non potuerit in partibus haberi de ea notitia; Nam ignorantia in hac materia excuſat quidem à pœna, non autem efficit, quod geſta poſt reſcripta huiuſmodi non dicantur nulla, & attentata, cum ſtatim operentur effectum ſuum, vt dixit *Rot. in Valentina præceptoriæ 10. Maij 1627. coram Virili, in Peruſina Bonorũ 4. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro, in Viterbien. fideicommiſſi, ſeù Attentatorum 13. Maij 1644. coram eodem, & in Romana Vineæ 30. Maij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Roias*, in quibus deciſionibus cumulantur concordantes.

3 Obiectum verò, quod Statuta Religionis non admittant appellationem ſuſpenſiuã dicebatur non procedere in præſenti caſu; Tum ex eo, quod appellatio fuit interpoſita ad Sedem Apoſtolicam, vt aduertit *Germon. de Indult. Cardin. §. per quæ ſublatis num. 117. verſ. appellant. verò, Marcheſ. de Cõmiſſ. par. 1. cap. 6. in fin. fol. 271. Rot. coram Seraph. deciſ. 615. num. 6. & 7. in recent. deciſ. 661. num. 4. part. 1. in Meleuitana Commenda 20. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Roias, & 28. Ianuarij 1641. coram Eminentiſſ. Cardinali Veroſpio*, & in Commendis admittit etiã deciſio exaduerſo allegata in *Meleuitana Mareſciallatus 10. Decembris 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, licet hoc limitet in dignitatibus.

4 Tum etiam quia appellatio prædicta interpoſita in tempore per Pacecchum fuit poſteà ad vtrumque effectũ admiſſa per Signaturam, quo caſu ex mente, & declaratione eiuſdem reputatur cauſa vſque ab initio appellabilis, ad tradita per *Imol. in cap. ſua nobis nu. 4. verſ. ſecùs videretur de appellat. Alex. conſ. 77. nu. 4. lib. 2. Duran. deciſ. 96. num. 4. & deciſ. 191. num. 5. & 6.* & fuit dictum in *Mantuana Iuriſpaſcendi 26. Iunij 1628. coram Virili, & in Toletana Matrimonij 20. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Corrado.*

5 Et optima quidem ratione, quia dum eſt incertum an appellatio ſit admittenda, necne, & cauſa pendet in Cõſiſtorio Principis, omnia remanent in ſuſpenſo, & Partes abſtinere debent ab executione, vt eſt *Textus in l. vnica in princ.* ibi: *quoad deliberetur, vtrum recipienda ſit appellatio, an non ſit, ff. nil. nouar. appellat. interpoſ.*, & per illum *text. gloſſ. in l. appellatione verb. deliberationis, C. de appellat. Iaſ. in l. 1. nu. 1. C. de bonor. poſſ. ſecund. tab. Lancellott. de attent. appellat. pend. ampliat. 19. num. 1. & ſeqq. Rot. in dicta Meleuitana Commendæ 28. Ianuarij 1641. coram Eminentiſſimo Cardinali Veroſpio.*

6 Verùm quia poſſeſſio non fuit apprehenſa ab ipſomet principali, ſed à quodam Franciſco Ortiz, quem non conſtat eſſe procuratorem, niſi ex Inſtrumento adeptæ poſſeſſionis, in quo enunciatur mãdatum procuræ cum expreſſione diei, & Notarij de eo rogati; Ideò Domini reſponderunt tantũmodò pro appoſitione ſequeſtri: Nam licet huiuſmodi præſumptiua probatio non eſſet ſufficiens, ſi de mandato principaliter ageretur, iuxtà *dec. 275.*
7 *num. 5. coram ſan. mem. Gregor.* Attamen pro apponendo ſequeſtro, per quod nõ infertur parti præiudicium conſiderabile, viſa fuit Dominis benè ſuffragari poſſe, vt in his terminis firmauit *Rot. deciſ. 13. num. 4. & 5. coram Buratt. repetita in recent. deciſ. 503. part. 1. & in Burgen. Beneficij 1. Iulij 1619. coram Sacrato.* Tunc enim de mandato procuræ incidenter quæritur, & ſummaria cognitio ſufficit *Abb. in cap. 2. nu. 28. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Rot. in Toletana Iuriſcelebrandi 10. Februarij 1620. coram bo. me. Seleucien., & in Legionen. Beneficij 9. Decembris 1639. coram Reuerendiſſimo Terracinen.*

8 Faciliùs verò tranſierunt Domini in hanc ſententiam, quia vel poſſeſſio fuit capta, vt exaduerſo prætenditur, & vti nulla, & attentata ex ſupradictis venit ſub ſequeſtro apponenda, vt probat *Archidiac. in cap. quia res ſub nu. 10. ad med. verſ. ex quibus iuribus 11. quæſt. 1. Caſſador. deciſ. 3. nu. 6. de reſtit. ſpoliat. Caſar de Graſſ. deciſ. 2. num. 1.*

Google

num.1.de appellat. Canaler.deciſ.592.num.3. & coram ſan.mem.Gregor.deciſ.10. & deciſ.91. vtrobique *num.1.& deciſ.251.num.1. & 2.* Aut verò non fuit apprehenſa, & de præſenti reperitur vacua,& adhuc eſt locus ſequeſtro, ne fructus dilapidentur, *cap.cum vos*, ibique *Doct. de offic. Ordin. Felin. in cap. olim num.1. verſ. ſubdit etiam de reſcript. Buratt.deciſ.72.num.2.* ibique *Adden. litera A., & deciſ.900. num.1. Seraph. deciſ.1403. num.5.*

10 Non obſtat, quod D.Mauritius reportauerit duas ſententias contrarias, & ſic conſtet de malo iure ipſius; Nam vltrà quod huiuſmodi exceptio reſpicit petitorium,& ſuis loco,& tempore diſcutienda erit; Nihilominus etiam ſi ſequeſtrum non eſſet apponendum ad inſtantiam partis, poteſt tamen apponi ex officio Iudicis, vt dixit *Rot.deciſ.397.nu.17.part.4. tom.2. recent.*

Et ità vtraque parte informante deciſum fuit.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 27.Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Mandatum procuræ ex quibus præſumatur, & an clauſula *ſi quid exequeñ*, poſſit impedire quominus aliud mandatū relaxetur de nouo.

SVMMARIVM.

1 *Defectus Iuramenti calumniæ non attenditur per Rotam, quando conſtat de Iuſtitia mandati.*
2 *Mandatum procuræ probatur ex Inſtrumento.*
3 *Mandatum procuræ præſumitur ex productione iurium, & ex notabili impenſa.*
4 *Mandatum procuræ præſumitur ex pluribus actibus iudicialibus in defenſione cauſæ,& ex pluribus expenſis.*
5 *Mandatum procuræ factam à Matre Tutrice, & Curatrice filij ſufficit.*
6 *Societas ſpectat ad eum, ad cuius fauorem ſtipulata fuit.*
7 *Obligatus in forma Cameræ, & ad omne mandatum Domini tenetur pecunias ſibi conſignatas reſtituere.*
8 *Clauſula* ſi quid exequeñ, *debet ex iiſdem, non autem ex nouis iuſtificari.*
9 *Fallit ad eludendam exceptionem rei.*
10 *Item fallit quando noua iura tendunt ad corroborationem probationis factæ.*
11 *Mandatum ſi ſit malè relaxatum, ſolet Rota aliud relaxare de nouo.*
12 *Acceptatio donationis reſultat ex eo, quod quis egit vigore illius.*
13 *Minori datur reſtitutio ex capite ætatis, & probabilis ignorantiæ.*
14 *Ius accreſcendi habet locum etiam in contractibus inter plures collectiuè vocatos.*
15 *Cautio de reſtituendo alijs cohæredibus quandocumque venientibus quando detur.*
16 *Clauſula* ſi quid exequeñ, *præſeruat viam executiuam pro noua mandati relaxatione.*

DECISIO XCII.

AD euitandam executionē mandati ab A.C. relaxati, quod Rota cenſuit eſſe exequendum, oppoſuit iterum Catalonus tam defectum iuramenti calumniæ, quam defectum mandati procuræ,& ex parte ipſius,& ex parte actorum,quodque iſti comparuerint in iudicio non vti donatarij Dominici de Achillis, qui verè erat Dominus pecuniarum, de quibus agitur, ſed tanquam hæredes Camillæ matris.

1 Verùm prima nullitas non fuit habita in conſideratione,non ſolum quia iuramentum fuit præſtitum à Ioanne Victorio habente ad id ſpeciale mandatum, vt legitur in extractu fol. 14. *Summ. num.* 4. ſed etiam quia illa non ſolet per Rotam attendi, quando conſtat de iuſtitia mandati, per quam ceſſat omnis calumnia, ex notatis per *Iaſ. in l. admonendi in 2.lect. num.81.& 84. ff.de iureiur. Add.ad Veſtr.in prax.lib.5.cap.2.num.13. Rot.recent.deciſ.45.nu.6. par.1.& deciſ.441.eod.nu.part.4.& in Romana officij Notariatus 26.Iunij 1641. coram bon.mem.Merlino, & in Maceraten.Cenſuum poſt Zacch. de oblig. Camer.deciſ.254. in fine.*

2 Irreleuans etiam viſa fuit altera nullitas ex defectu mandati procuræ, ſiquidem ex parte Actorum inſtetit pro expeditione mandati Ioannes Victorius, qui verè erat Procurator, vt apparet ex Inſtrumento publico in actis producto die 30.Maij 1645.in extract.fol.308. *Summ. num.* 7. Et licet is ſemper non comparuerit,ſed Bonifatius de Bonifatijs; Attamen, vel acta per eundem geſta cenſentur ratificata

3 mediante comparitione veri Procuratoris, vel tollitur talis defectus ex iuribus peripſum productis etiam cum notabili impenſa, ex quibus probari mandatum præſumptum, firmauit *Rot. coram Caſſad. deciſ.1.num.1.de procur. Seraph. deciſ.933.num.2. & in Farfen. Bonorum 26.Nouembris 1648. coram R.P.D.meo Cerro.*

4 Et eodemmodo reſponſum fuit circa ſimilem defectum mandati ex parte Io: Pauli Labentij comparentis pro D.Catalono. Nam vltrà impenſas,& actus quam plures iudiciales ab ipſo hoc nomine factos defendendo cauſam acerrimè, & appellando, ac etiam appellationem proſequendo, *Rot.dec.440.nu.6.par.2. rec. & in Auenionen. Hæreditatis 17.Martij 1649.*

5 *coram R.P.D.meo Rojas*, Conſtat etiam per inſtrumentum publicum de ſufficienti mandato procuræ in eius perſonam facto à Cinthia matre vti Tutrice, & Curatrice eiuſdem Cataloni,quod eſſe ſufficiens, firmauit *Rot.coram Put.deciſ.310.lib.1.& in rec. dec.330.nu.5. part.1.* Itaut rectè fuerit citatus,& iudicium cum eo factum, *Vincent.de Franch.deciſ.177.num.6.Rota coram Buratt.deciſ.440.num.2.*

6 Quo verò ad aliud obiectum deductum ex eo, quod fratres de Achillis egerint vti hæredes Camillæ, cum tamen ſocietas ſpectaret ad Dominicum, ex cuius pecunijs contracta fuit, replicabatur pro parte eorundem illam fuiſſe initam ad fauorem Camillæ prædictæ, cui propterea plenè acquiſita fuit,ad not. per

DD.in

DD. in l. multum intereſt, C. ſi quis alt. vel ſibi, & probat *Bald. conſ. 67. ſub num. 1. verſ. primo caſu lib. 5. Rot. poſt ſecundum volum. conſil. Farinacc. deciſ. 317. num. 2.* & penes *Cinc. de cenſib. deciſ. 165. num. 1. & deciſ. 168. eod. num. cum aliis in Romana de Mareſcottis 18. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Vereſpio*.

7 Et ceſſare difficultatem dum prædicti de
Achillis ſunt quoque donatarij Dominici,
itaut quo ſe vertat Catalonus, ſemper pecu-
nias reſtituere teneatur non obſtantibus qui-
buſcumque exceptionibus, tum attenta
clara obligatione ipſius iurata, & in forma
Cameræ, tum etiam clauſula *& ad omne man-
datum Domini*, *Rot. deciſ. 232. num. 6. parte 4.
diuerſ.*

8 Nec obſtare, quod talis donatio non fuerit
producta corã A.C. & proinde dum cauſa re-
peritur in Rota commiſsa cum clauſula *ſi quid
exequendum*, mandatum debeat ex eiſdem iu-
ſtificari, non autem ex nouis, *Rota deciſ. 287.*
9 *num. 6. part. 2. recent.* Nam cum huiuſmodi ex-
ceptio hodie tantum proponatur in Rota, li-
cere debet Actoribus nouas probationes face-
re, & donationis titulum iuſtificare ad eliden-
dam Rei replicationem, vt firmauit *Rot. in Ro-
mana Pretij Fundaci poſt Pacif. de Salu. deciſ. 168.
num. 10. & 11. & coram Caualer. deciſ. 173. num. 2.*
cum alijs *per Adden. ad ſanct. me. Gregor. deciſ. 272.
in fine verſ. ſicuti etiam, & per Add. ad Buratt. de-*
10 *ciſ. 231. num. 9.* Præſertim cum tendant ad ſu-
ſtinendam probationem iam factam, ac illius
corroborationem, quo caſu ſemper nouæ
admittuntur probationes, *Mareſcott. var. reſol.
lib. 2. cap. 121. num. 20. Rota coram ſanct. me. Gregor.
deciſ. 272. num. 6.* ibique *Add. num. 9. & in Roma-
na Fructuum Dotis 10. Iunij 1648. coram R. P. D.
meo Peutingerio.*

11 Verùm Domini ad tollendas difficultates,
quia huiuſmodi exceptio impedit tantum-
modo mandati iam obtenti executionem,
non autem relaxationem de nouo faciendam,
cenſuerunt propterea iterum eſſe relaxãdum,
donatio enim producta in Rota nullã patitur
12 difficultatem, & acceptatio quatenus non
præceſſiſſet, ſatis reſultat ex eo, quod dona-
tarij agunt vigore illius, *Soccin. Iun. conſil. 67.
num. 15. verſ. Tertio idem lib. 3. Rota in Camerinen.
Penſionis 28. Ianuarij 1591. coram Orano, & poſt
Cinc. de cenſib. deciſ. 511. num. 7. verſic. Acceptatio
autem*.

Præſcriptio verò oppoſita tollitur ex ratio-
nibus in pręterita deciſione deductis, quę non
ceſſant propter pretenſam bonam fidem alle-
gatam à Catalono, quia præſcriptio non eui-
tatur ex capite malæ fidei, ſed benè ex priui-
legio competente Pupillis, quibus vel præ-
13 ſcriptio non nocet, vel datur reſtitutio in in-
tegrum ex capite minoritatis, & probabilis
ignorantiæ, *per text. in l. fin. C. quib. ex cauſ. reſtit.
in integr. non eſt neceſſ. Rot. coram Buratt. deciſ. 774.
nu. 3.* ibique *Adden. lit. A. & in Romana Fructuum
Cenſus 11. Decembris 1645. in fine coram R. P. D.
meo Cerro*.

14 Nec obſtat, quod mandatum relaxatum
fuerit pro tota ſumma ad inſtantiam quatuor
ex filijs Camillæ, cum tamen eſsent ſex, qui
propterea non poterant agere, niſi pro rata ad
ipſos tangente, non autem partem aliorum
petere; Nam vltrà reſponſiones datas, cum
non conſtet eos, qui non agunt donationem
acceptaſse, intrat ad Agentium fauorem ius
accreſcendi, quod etiam in contractibus lo-
cum habere inter plures collectiuè vocatos,
firmat *Bald. conſ. 281. nu. 1. verſ. quarta ratio lib. 3.
Dec. conſ. 326 ante numerũ primum verſ. hoc tamen
fallit, Soccin. Iun. conſ. 70. num. 1. verſ. tamen quã-
do lib. 1. Bellon. de iure accreſ. cap. 6. quæſt. 12. nu. 35
& ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 34. num. 5.*

15 Quod eo faciliùs procedit in præſenti caſu,
ex quo inſtantes offerunt cautionem de reſti-
tuendis eiſdem pecunijs alijs donatarijs quã-
documque venientibus iuxtà practicam *ad-
duct. per Surd. conſ. 359. num. 15. & 16.* quam ſe-
cuta fuit *Rota coram Duran. deciſ. 448. nu. 10. & in
Peruſina Reintegrationis 10. Iunij 1648. coram R. P.
D. meo Rojas*.

16 Demùm non obſtat, quod Cauſa cõmiſsa
fuerit cum clauſula *ſi quid exequendum*, & ideò
ſi mandatũ ſit validum, & iuſtum poſsit qui-
dem exequi, non autem aliud de nouo relaxa-
ri: Nam ipſa relaxatio mandati eſt ſpecies
executionis, & clauſula prædicta impedit effe-
ctum ſuſpenſiuum appellationis quando con-
ſtat de bono iure, ac præſeruat viam executi-
uam pro noua relaxatione, vt firmatum fuit
coram Millin. deciſ. 362. num. 3. & meliùs *in Eugu-
bina Penſionis 25. Maij 1618. coram bonæ memoriæ
Manzanedo*.

Ex quibus, & alijs in prima deciſione de-
ductis reſolutum fuit mandatum eſse relaxari
ad effectum tamen inueſtiendi iuxtà formam
præfatæ donationis Partibus hinc inde infor-
mantibus, &c.

ROMANA CENSVS.

Veneris 10. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti, ex Statuto Vrbis cen-
ſentur diſpoſitiuè vocati, & eorum appella-
tione veniunt Nepotes, & cœteri deſcenden-
tes, quando ſunt vocati filij procreandi in
infinitum.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes, & cœteri deſcendentes veniunt appella-
tione filiorum, quãdo fuerint vocati filij procreandi
in infinitum.*
2 *Filij in conditione poſiti ex Statuto Vrbis cenſentur
diſpoſitiuè vocati.*
3 *Et dictum Statutum procedit etiam in Tranſuerſa-
libus.*
4 *Exceptio fideicommiſſi clara, & incontinenti pro-
bata retardat immiſſionem ex Saluiano.*
5 *Bona eſſe hæreditaria Teſtatoris probatur ex Inſtru-
mento acquiſitionis.*
6 *Hypotheca extinguitur extincto iure hypothecantis.*

DE-

DECISIO XCIII.

EXCEPTIO fideicommiſſi oppoſita per Vrſinum, & alios de Archilegijs contra Patres S. Caroli ad quatuor Fontes agentes ex Saluiano ſuper Domo controuerſa reſultat ex Teſtamento publico condito vſque de anno 1542. per Angelum olim Epiſcopum Aſſiſienſem, in quo inſtitutis ſibi hæredibus Mario nepote, illiuſque filijs maſculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreandis vſque in infinitum eidem Mario & filijs hæredibus, vt ſupra inſtitutis, videlicet vltimo morienti ſine filijs, &c. Subſtituit Nicolaum, & Ioannem Baptiſtam: Vnde negari non poteſt, quod præfati Vrſinus, & alij Nepotes Marij, & Rei conuenti

1 comprehendantur ſub dicto fideicommiſſo; Tum ex eo, quod fuerunt vocati filij procreandi vſque in infinitum, quæ vocatio includit Nepotes, & Pronepotes, cœteroſque deſcendentes, vt docet *Peregr*, qui dicit *hanc propoſitionem indubitatam, conſ.56.num.3.lib.4. Ruin, conſ.139.nu.21. lib.3.* & ſequitur *Surd.conſ.336.num.9. præſertim in fine verſ. vt quando*, & comprobat *Gratian. forenſ.diſcept.cap.765.nu.23.& ſeqq. vbi quod dum Teſtator vocat filios naſcituros in infinitum, non reſtringit ſuam vocationem ad certos, & determinatos filios, ſed illam in incertum futurum perpetuumque euentum conferre videtur*, & bene firmauit *Rot. deciſ.718.num.2. & 3. part.2. recent. & in Tuſculana Fideicommiſſi 4. Iulij 1618, 15. Aprilis 1619. & 23. Martij 2620. coram Coccino.*

2 Tum etiam quia Nepotes prædicti filij filiorum Marij fuerunt poſiti in conditione, & cõſequenter ex Statuto Vrbis lib.1.cap.142 cenſentur diſpoſitiuè vocati *Rot. coram ſan. me. Gregor. deciſ.575. num.1. & 10. & coram Buratt. deciſ.326.nu.4.* cum concordantibus relatis per *Adden. ad eund. deciſ.834.num.14.& coram Merlin. deciſ.447.num.11.*

3 Paruim obſtante, quod non verſemur in Deſcendentibus; Nam Statutum prædictum habet etiam locum in Tranſuerſalibus, vt dixit *Rot. coram Coccino deciſ.264.num.2. & in rec. deciſ.417.nu.4.part.4.& deciſ.248.nu.2.par.7.* & latè firmatum fuit in *Romana fideicommiſſi de Rhodianis 31. May 1638. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano.*

4 His poſitis cenſuerunt Domini Immiſſionem eſſe denegandam, & recedeñ à Deciſis *coram bo.me. Arguelles*, quia exceptio fideicommiſſi eſt clara, & literalis, & conſequenter apta ad retardandam immiſſionem ex Saluiano, vt firmauit *Rot. coram Seraph. deciſ.757. num.1. & poſt Paciſ. de Saluian. deciſ.83. num.11. in recent. deciſ.185. num.5. & ſeqq. part.5. & coram Merlin. deciſ.212. num.10. cum alijs, in Ariminen. Saluiani 19. Iunij 1643. coram R.P.D. meo Bichio.*

5 Nec poteſt reuocari in dubium, quod Domus controuerſa ſit hæreditaria Angeli, nam id apparet ex Inſtrumẽto acquiſitionis, quod bene probat adhunc effectum ex notatis per *Peregr. de fideicom. art.44. num.4. Barz. deciſ. Bononien.04. num.22. in fine verſ. tum ex inſtrumentis*, & dixit *Rot. in Auximana Fideicommiſſi 13. Ianuarij 1640. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

6 Ideòque poſt mortem Trebonij impoſitoris eadem Domus tranſijuit libera ad Archilegios ſubſtitutos abſque aliqua hypotheca, ac onere cenſus, iuxtà *text. in l. fin. §. vltimo, C. comm. de legat. Cephal. conſ.177. num.2. Rot. poſt Cinc. de cenſib. deciſ.41. num.4. & 5. & coram Merlin. deciſ.645. num.3.* & latè firmatum fuit in *Romana fideicommiſſi de Marianis 4. Iuly 1646. coram R.P.D. meo Rojas.*

Detractiones verò non adſunt; Nam legitima prætendi non poteſt dum verſamur in fideicommiſſo tranſuerſali, & Trebellianica non debetur attento præcepto contrario Teſtatoris, *Bart. in l. Marcellus num.6.* & ibi *Iaſ. nu.40. ff. ad Trebell.* idem *Bart. in auth. ſed cum Teſtator nu.4. C. ad leg. falcid. Alex. conſ.67. nu.1. vol.1.* & vltrà adductos per *Mant. de coniect. lib.7. tit.12 nu.7.* firmauit *Rot. coram Canaler. deciſ.441. nu.1. & in recent deciſ.171. num.2. part.6.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA QVARTAE.

Lunæ 13. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Inhibitio Rotalis habẽs in ventre clauſulas *dummodo non ſit actum vigore obligationis Cameralis, proceſſus executiui, vel in poſſeſſorio*, in dictis caſibus non venit attendenda.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſemper eſt timenda.*

Declara, vt hoc procedat, ſi ſit pura, ſecus verò ſi ſit conditionalis, eodem numero.

2 *Inhibitio cum clauſulis* itaut non afficiat quatenus ſit actum vigore obligationis Cameralis proceſſus executiui, vel in poſſeſſorio, *in dd. caſibus non afficit.*

3 *Inhibitio reſtringitur, & limitatur ex conditiono illi adiecta.*

4 *Inhibitio habens in ventre clauſulas præſeruatiuas non afficit inhibitum, quominus in dd. caſibus poſſit ad executionem procedere.*

5 *Inhibitio conceſſa in vno caſu in altero denegata cenſetur.*

6 *Poſſeſſorium eſt iudicium, quod intentatur ex titulo ſucceſſionis, & hæreditario.*

7 *Appellatio datur à ſententia condemnatoria ad ſolutionem quarta.*

8 *Declara id procedere, ſi ſit lata in petitorio, ſecus ſi in poſſeſſorio.*

9 *Attentatorum dubium non admittit diſputationem circà merita cauſa. & circà nullitatem, vel iniuſtitiam ſententia.*

DECISIO XCIV.

STEPHANVS Agatius obtinuit ſententiam, & mandatum de immittendo in poſſeſſionem quartæ partis hæreditatis Europæ eius vxoris, quod cum executũ fuerit non obſtante Cõmiſſione appellationis interpoſitæ pro

Google

parte Milonij, & inhibitione illius vigore e-
manata; Idem Milonius cœpit prætendere
executionem prędictam eſſe nullam, & atten-
tatam; Vndè dedi Dubium, An conſtaret de
Attentatis, & DD. negatiuè reſponderunt.

1 Nam licet Inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue
iniuſta ſemper ſit timenda; hoc tamen proce-
dit, ſi illa ſit pura, & ſimplex, ſecùs verò ſi con-
ditionalis, & emanauerit cum clauſula præſer-
2 uatiua, vt in præſenti caſu; *Itaut Inhibitio non
afficiat quatenus ſit actum vigore obligationis Came-
ralis aut alterius proceſſus executiui, vel in poſſeſſo-
rio*; Nam tunc ſi fuerit actum in vim alicuius
ex iudicijs prædictis, quia Iudex non intendit
inhibere, Mandatum exequi poteſt abſque
vitio attentatorum, vt benè firmauit *Rot. co-
ram Buratt. deciſ. 879. num. 1. & in recent. deciſ. 233.
num. 10. part. 6. & deciſ. 214. num. 4. & 5. part. 7.*
Et fuit dictū in *Eſina Laudi* 19. *Decembris* 1625.
coram Pirouano, & in Ariminen. Bonorum 26. *Iu-
nij* 1645. *coram R.P.D. meo Veroſpio*.

3 Inhibitio enim huiuſmodi reſtringitur, & li-
mitatur ex conditione ſibi adiecta, & opera-
tur effectum ſuum ſecundum illius formam,
vt notat *Marcheſ. de commiſſ. part. 2. cap. 2. nu. 124.
fol. 29.*, & habens in ventre ſimiles clauſulas
4 præſeruatiuas non afficit Inhibitum, neque
impedit quominus Iudex à quo poſſit ad exe
cutionem procedere, *Gonzal. ſuper reg. 8. in annot.
cont. nullit. & attent. num. 224. Rot. coram Achill.
deciſ. 33. de appellat. & in Spoletana Attentatorum*
5. *Iulij* 1599. *coram Corduba, & in Ceneten., ſeù
Nullius Monaſterij* 27. *Nouembris* 1626. *coram bon.
mem. Merlino*.

5 Imò conceſſa in vno caſu, in altero dene-
gata cenſetur argumento, *text. in l. eum Prætor
de Iudic. Mandoſ. de Inhibit. quæſt. 30. n. 2. verſ. par-
tem negatiuam, & num. ſeq.* Et propterea, quod
non cauſet attentata, probat *Lancellott. de atten-
tat. poſt inhibit. part. 2. cap. 20. limit. 13. nu. 1. & ſeqq.
& præſertim num. 11. Rot. deciſ. 641. num. 10, & 11.
part. 1. diuerſ. & coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 119.
num. 9. & 11.* cum alijs pluribus adductis per
Adden. ad Buratt. deciſ. 177. num. 9. verſ. limitatur 2.
& per *Modern. Ceſenaten. de Citation. cap. 3. nu. 92.*

6 Quod autem Iudicium, de quo agitur, ſit
poſſeſſorium, patet ex eo quia Stephanus vi-
gore *Auth. præterea, C. vndè vir, & vxor*, vocatur
ad quartam *tit. ſucceſſionis, ac hæreditario*, vt pro-
bat *Textus in §. quoniam verò, auth. de exhib. reis,
Bald. in dicta auth. præterea num. 2. Marta de ſucceſſ.
part. 3. quæſt. 12. art. 5. nu. 43. Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 120. num. 67. Rot. poſt Pacif. de Salu. deciſ. 174.
num. 37.*

7 Non obſtat, quod à ſententia condemna-
toria ad præſtationem quartæ detur appella-
tio, vt inquit *Barz. deciſ. 130. nu. 30. in fin. Scayn.
8 deciſ. 8. eodem num.* Alijque exaduerſo allegati;
quia loquuntur quando ſententia fuit lata in
petitorio ad præſtationē, & ſolutionem illius,
ſecùs verò ſi in poſſeſſorio, quo caſu ſemper
locū habet Aegidiana *Pontan. de ſpol. lib. 4. nu. 43.
ad fin. Rota diuerſ. deciſ. 112. num. 4. lib. 1. part. 3.
& in recent. deciſ. 51. num. 1. part. 5. & coram Cocci-
no deciſ. 150. num. 4.*

9 Cętera deducta pro parte Milonij tanquam respicientia nullitatem, & iniuſtitiam ſententiæ Domini reiecerunt ad aliam diſputationem; Ex quibus vtraque parte informante reſolutum fuit non conſtare de attentatis; & impedimenta exaduerſo præſtita contra Depoſitarios, Inquilinos, & Conductores eſſe omninò remouenda, &c.

BENEVENTANA DOTIS.

Mercurij 15. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur illi, qui poſſidet authoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis non obſtañ exceptionibus deductis contra ſententiam, niſi illæ plenè, & concludenter probentur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio data per Iudicem ritè, & rectè procedentem eſt manutenibilis.*
2 *Sententiæ, ſeù mandati validitas reſultat ex reuolutione Proceſſus.*
3 *Creditum probatur ex Inſtrumento publico.*
4 *Promiſſio facti ſi non fuerit impleta, intrat obligatio ad intereſſe.*
5 *Exceſſus circa valorem rei ſubhaſtatæ non vitiat ſubhaſtationem, & deliberationem, niſi ſit in credito, & in mandato.*
6 *Solutio debet ab allegante probari.*
7 *Confeſſio, & aſſertio Debitoris non præiudicat Creditori.*
8 *Promiſſio valdè differt ab adimplemento facti promiſſi.*
9 *Effectus promiſſionis conditionalis non præſumitur, niſi probetur purificata conditio.*
10 *Promittens ſoluere dotem, ſi non ſoluit, tenetur ad fructus.*
11 *Dies interpellat pro homine.*
12 *Solutio cedit in cauſam fructuum, non autem in extinctionem ſortis.*
13 *Deliberatio facta maiori oblatori citato penultimo ſuſtinetur etiamſi oblatio poſt terminum ſuperuenerit.*
14 *Exceſſus debet concludenter ab allegante probari.*
15 *Iniuſtitia, & nullitas debet eſſe notoria ad effectum, vt detur manutentio Debitori aduerſus Deliberationem iudicialem.*

DECISIO XCV.

1 NON obſtante poſſeſſione anteriori Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, Domini conceſſerunt Honuphrio mandatum de manutenendo in poſſeſſione Bonorum, de quibus agitur, ex quo illam adeptus fuit in vim mandati Iudicis ritè, & rectè procedentis, ad *text. in l. iuſtè poſſidet, ff. de acq. poſſ. Ang. in l. qui vniuerſas, §. item cum Prætor in fine, & in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas nu. 2. ff. eodem, Rota coram Caual. deciſ. 42. num. 1. & 2. in Romana Salaiani* 18. *Februarij* 1643. *coram R. P. D. meo Rojas, & in Romana Manutentionis Domorum de Cecchinis* 8. *Iunij* 1646. *coram R.P.D. meo Ottobono.*

Quod

Digitized by Google

2 Quod autem Iudex, & ritè, & rectè proceſſerit patet ex eo, quia mandati validitas non controuertitur, & ex actorum reuolutione conſtat fuiſſe ſeruata omnia de iure ſeruanda,
3 & Iuſtitia reſultat ex publico Inſtrumento, in quo Zamparellus Author Reuerendiſſ. Archiepiſcopi promiſit ſoluere præfato Honuphrio ducat. 800. ex cauſa Dotis, *ad text. in l. fin. & ibi gloſſ. verb. manifeſtum, C. de reb. Cred. Rota in Tiburtina Salniani 8. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Cerro.*

4 Nec refert quod Zamparellus eſſet obligatus tantummodò ad tradendum tot bona, & ideò non potuerit pro pecunia moleſtari; nam cum interpellatus iuxtà formam ſuæ obligationis illa non tradiderit, loco facti, & traditionis ſucceſſit obligatio ad intereſſe, *Bald. in l. ſi traditio num. 7. C. de act. empt. Ruin. conſil. 141. ſub num. 9. lib. 1. Rimin. conſ. 297. num. 10. & ſeqq. Surd. conſ. 330. nu. 5. Rota diuerſ. deciſ. 741. nu. 1. part. 1. & coram ſan. me. Gregor deciſ. 88. nu. 3.* & ibi *Adden. nu. 10.* & poſt *Cenc. de cenſib. dec. 138 nu. 2.* cum pluribus adductis per *Modern. Rom. forenſ. diſceptat. cap. 301. num. 5. & 6.*

5 Exceſſus verò ab Archiepiſcopo oppoſitus, non fuit habitus pro releuanti, ſiue ille deducatur ex quo bona ſubhaſtata eſſent maioris valoris, ſiue ex eo, quod creditum non aſcenderet ad eam ſummam, pro qua mandatum relaxatum fuit, non quidem ex primo capite, quia exceſſus circa valorẽ rei ſubhaſtatæ nullo modo deliberationem vitiat, niſi ſit in credito, & in mandato, *l. vlt. §. ſin autem*, & ibi *Bald. ſub num. 4. verſ. nota argumentum, C. de Iure Dominij impetr.* idem *Bald. in l. finali eod. num. ver. ſed mirabile, C. de bon. auth. Iud. poſſid. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 33. num. 82. & ſeq. & conſ. 39. num. 28. Rota diuerſ. deciſ. 771. nu. 2. part. 1. Canal. deciſ. 446. nu. 2. & 3. Coccin. deciſ. 136. num. 7. Buratt. dec. 49. num. 12. & 13.* ibique *Adden. qui plures cumulant litera A.*

6 Minus ex ſecundo, quia non apparet de ſolutionibus factis in cauſam crediti, pro quo mandatum relaxatum fuit, & tamen illæ deberent concludenter ab allegante probari, *l. quingenta, ff. de probat. l. non idcircò, C. de contrah. empt. Bart. in l. in illa 8. nu. 4. & 5. ff. de verb. oblig. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 135. num. 2. Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 139. nu. 1. & ſeq. & in recent. deciſ. 373. num. 14. part. 4.*

7 Præſumptiones verò, quæ afferuntur non vrgent, nam aſſertio Zamparelli debitoris non poteſt nocere Vincentio, *l. ſi quidem 24.* & ibi *Bart. num. 1. C. de tranſact. Rota coram Buratt. de-*
8 *ciſ. 199. num. 6.* & promiſſio facta per eundem Vincentium de ſoluendo ſummam neceſſariam pro veſtibus, & expenſis non concludit illam fuiſſe factam, ſeù ſolutam ab ipſo Vincentio, cum aliud ſit promiſsio, aliud implementum facti promiſſi, *l. ſi quis ſtipulatus ſit Stychum, §. final. de verb. oblig. Decius in l. cum fundus, §. ſeruum num. 4. & ſeq. ff. ſi cert. petat. Caſtr. in l. bona fidei, §. ſi tamen num. 2. ff. de eo, quod certo loco, &c. Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 28. nu. 2.* ibique *Adden. num. 4. & in Bononien. fideicommiſſ. de Rubeis 26. Februarij 1649. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & 14. Martij præteriti coram me.*

9 Et maximè cum dicta promiſſio non fuerit ſimplex, & pro ſumma certa, ſed generica, & conditionalis, ibi: *Tutto quello, che biſognarà per le veſti, e ſpeſe dello Sponſalitio*; Vndè cum Sponſus pro dictis veſtibus, & expenſis potuerit nòn indigere pecunijs dotalibus, ex huiuſmodi promiſſione vti conditionali in caſu indigentiæ nulla reſultare poteſt ſolutionis præſumptio ad fauorem Promiſſoris Dotis, niſi dicta indigentia probetur, *ad text. in l. decem 116. ff. de verb. oblig. l. Bouem 43. §. ſi ſub condit. ff. de ædil. edict. Alex. conſ. 119. nu. 2. lib. 1. Couar. var. lib. 2. cap. 11. nu. 2. Rota coram Andr. deciſ. 32. num. 1. & ſeq. & in recent. deciſ. 639. num. 3. part. 4. tom. 3.*

Non obſtat, quod Zamparellus tanquam fideiuſſor Honuphrij ſoluerit Communitati Beneuenti pro affictu Cancellariæ ducatos 726. quia ex illis fuerunt reſtituti ducati 419. vt apparet ex octo quietantijs ab ipſo Zamparello ſubſcriptis, ac formiter recognitis, reliqui verò ducati 307. vel ceſſerunt in cauſam alimentorum, quæ per ſex annos Ho-
10 nuphrio, & Vxori fuerunt per Zamparellum promiſſa, vel veniunt excomputandi cum fructibus dotalibus eidem Honuphrio debitis, qui ſtante promiſſione ſoluendi dotem, ſtatim ſecuto Matrimonio cœperunt currere
11 abſque vlla interpellatione, cum dies interpellet pro homine. *l. magnam, C. de contrah. empt. cap. final. in fin. de locat. & conduct. Bart. in l. dies, §. hoc autem iudicium ſub num. 1. ff. de damn. inf. Gab. de ſolut. concl. 9. num. 1. Rota Iannen. dec. 139. eod. num. 1. Surd. deciſ. 57. num. 14. Rota poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 275. nu. 16. & ſeq.* & propterea
12 in dictam cauſam, non autem in extinctionem ſortis cedere debent, *l. 1. verſ. ſi neuter,* ibique *Bald. nu. 1. C. de ſolut. l. in iis, §. fin. ff. eodem l. ſi vſuras 21. C. de vſur. l. fideiuſſores 69. §. pro Aurelio, ff. de fideiuſſ. Peregr. conſil. 99. num. 16. lib. 1. Rota deciſ. 556. num. 6. part. 5. recent.* & dictum fuit in *Bonon. nullitatis Concordia 13. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Cerro.*

13 Denium ad id, quod dicitur oblationem Honuphrij emanaſſe poſt elapſum terminum, placuit DD. reſponſio data, quod cum ipſe obtuliſſet maiorem ſummam, & conditionem debitoris meliorem fecerit, ac vlterius citatus fuerit Cola Cardellus penultimus oblator, debuit iure merito idem Honuphrius in deliberatione præferri, iuxtà *praxim Saluſt. Tib. lib. 1. cap. 43. num. 6. Rota poſt Cinc. de cenſibus deciſ. 393. per totam, in Romana nullitatis Subhaſtationis 27. Iunij 1616. coram Pirouano, & in recent. deciſ. 584. num. 5. & ſeq. part. 4. tom. 3.*

14 Et ex his, vel prorſus eliditur prætenſus exceſſus, vel ſaltem non poteſt dici ità concludenter probatus, prout requiritur ex parte illum allegantis, iuxtà deducta per *Maſcard. de probat. concl. 696. nu. 11. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 53. num. 28. Rota deciſ. 34. nu. 4. par. 1. recent. deciſ. 28. num. 16. part. 5. & deciſ. 306. nu. 27. part. 7.* cum alijs per *Adden. ad Buratt. deciſ. 368.*
15 *nu. 10.* Præſertim cum ex hoc capite Debitori detur manutentio aduersùs licitatorem, cui indi-

Digitized by Google

iudicialiter, ac ſer.ſer. facta fuit deliberatio, quo caſu neceſſaria eſt euidens,& incõtrouertibilis probatio exceſſus, ſiue iniuſtitia deliberationis, *vt not. Abb. in cap. cum cauſam 4. verſ. ſecus ſi de offic. deleg. Contard. ad l. vnic. limit. 9. num. 2. & 3. num. 9. & ſeq. C. ſi de moment. poſſeſſ. & firmatum fuit in illa Romana de Bombellis coram Sacrato apud Poſt. de manut. deciſ. 9. quam perpetuò ſequuta fuit Rota, vt in deciſ. 27. num. 5. apud eundem, & coram Caual. deciſ. 337. num. 1. & ſeq. Buratt. deciſ. 327. in fine, & in rec. dec. 668. n. 1. par. 3.*

Vnde donec pro parte Archiepiſcopi non fiat plenior probatio ſuper prætenſa ſolutione dotis, DD. cenſuerunt eidem non competere iudicium manuteutionis, ſed illam eſſe concedendam Honuphrio Partibus hinc indè informantibus.

LVCANA VNIONIS.

Mercurij 15. *Iunij* 1650.

ARGVMENTVM.

Vnio facta pro commodiori ſuſtentatione, nou autem ex cauſa neceſſitatis, non ſuſtinetur, & ſubiacet regulæ reuocatoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Vnio, vt ſuſtineri poſſit, requiritur Eccleſiæ neceſſitas.*

2 *Imò quod illa ſit talis, vt propter tenuitatem redditũum non reperiantur, qui velint Capellanias acceptare.*

3 *In vnionibus, quæ veniant attendenda.*

4 *Eccleſiæ neceſſitas, ex quibus excludatur.*

5 *Vnio facta pro commodiori ſuſtentatione non valet.*

6 *Beneficium præſumitur reddere ſufficientes redditus, quando præſertim Beneficiatus de illis ſemper contentus fuit.*

7 *Penſio ſoluitur ex fructibus, & habito reſpectu ad illos.*

8 *Beneficiatus ſolet conqueri, quando beneficium non eſt ſufficiens pro ſua ſuſtentatione.*

9 *Vnio adhoc, vt ſuſtineatur, non ſufficit tenuitas diſtributionum, ſed requiritur etiam tenuitas præbendarum.*

10 *Vnio tanquam indiuidua ſi ſit nulla in parte, eſt etiam nulla in totum.*

11 *Vnio facta pro commodiori ſuſtentatione Beneficiatorum, non autem ex cauſa neceſſaria, ſubiacet regulæ reuocatoriæ vnionum, quæ non fuerunt effectum ſortita.*

DECISIO XCVI.

1 SVb die 27. Aprilis 1648. DD. recedendo à deciſione antecedenti firmarunt coram Reuerendiſſimo Terracinen. vnionem factam fauore Beneficiatorum non ſuſtineri. Hodie repropoſita cauſa perſtiterũt in reſolutis: quia ad effectum, vt vnio ſubſiſtat, nec cadat ſub regula reuocatoria, non ſolum requiritur Ec-
2 cleſiæ neceſſitas, ſed etiam, quod illa ſit talis, vt propter tenuitatem redditũum non reperiantur, qui velint Capellanias acceptare, & Eccleſiæ inſeruire, *vt in cap. expoſuiſti de præben. dixerunt. Abb. num. 4. Butr. Ancharan. & Io. Andr. num. 2. Card. & Imol. num. 1. Hoſt. eod. num. verſ. & per conſequens, & num. ſeq. verſ. & conſiderare,* vbi
3 monet Epiſcopos, ne in vnionibus faciendis compatiendo Beneficiatis illorum in expendendo luxuriam nutriant, quia in talibus honeſtus modus ſeruandus eſt, & firmauit *Rota coram Achill. dec. vnica num. 1. & ſeqq. ſuper regula reuocatoria vnion. & in Toletana Beneficij de Vallecas 20. Nouembris 1592. coram Gypſio, relata per Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. numer. 284.* & ibi ponderat, quod ſi alia neceſſitas, quam Eccleſiæ attendenda eſſet, regulę reuocatoriæ vnionum eſſent fruſtratoriæ, cum ſemper illæ poſſent dici factę pro commodiori ſuſtentatione inſeruientium, & pro augumento Cultus Diuini, & plures cumulant *Addent. ad deciſ. 576. num. 81. & ſeqq. par. 4. tom. 3. rec.*

4 In præſenti verò caſu tantum abeſt, quod probetur huiuſmodi præciſa neceſſitas, quod imò ex teſtibus à Beneficiatis inductis illa abſolutè excludatur, dum deponunt, quod Capellaniæ, de quibus agitur, quoties venit caſus vacationis, ſtatim fuerunt obtentæ, & acceptatæ à perſonis idoneis, & honeſtis, & ab eiſdem decenter fuit ſemper præſtitum ſeruitium Eccleſiæ, vt benè ponderatum fuit in *Mediolan. Cimiliarcatus 13. Maij 1644. & 10. Martij 1645. coram R. P. D. meo Peutingero.* Et licet primus, & tertius teſtes ſuper quinto affirment aliquando non omnes Cappellanos inſeruiſſe, & quam plures ex ipſis procuraſſe alia offi-
5 cia in diuerſis Eccleſijs. Attamen ſubdunt incontinenti, non ideò Eccleſiam fuiſſe debito deſtitutam ſeruitio, & officia prædicta procurata fuiſſe pro commodiori ſuſtentatione eorum, quæ ſola non habetur in conſideratione ad effectum validitatis vnionis, ſed Eccleſiæ neceſſitas eſt attendenda *iux. tex. in d. cap. expoſuiſti de præben. & in Clem. 1. §. ad hæc de ſtat. Monach. Rebuff. in prax. tit. de vnion. num. 39. Rot. deciſ. 133. num. 2. & 3. par. 2. diuerſ. & in Narnien. vnion.*
6 *1. Iulij 1643. coram R. P. D. meo Bichio.* Comprobatur etiam huiuſmodi veritas, non ſolum quia Beneficiati (vt deponunt ijdem teſtes) ſemper contenti fuerunt ſolita portione ſibi aſſignata, & huc vſque honeſtè vixerunt abſque iſtis beneficijs vnitis, vt ponderat *Oldrad. conſil. 262. nu. 1. in fin. Rota coram Seraph. dec. 138. nu. 3. cum alijs per Addent. ad ſanct. mem. Greg. deciſ. 419. numer. 6.*

7 Sed etiam quia quam plures ex prædictis Capellanijs ſunt grauatæ penſionibus; ſignum euidens, quod ſint pingues, & aptæ ad ſuſtinendum huiuſmodi onus, cum penſio ſoluatur ex fructibus, & habito reſpectu ad illos *Surd. conſil. 197. n. 20. verſ. quod verò, & conſ. 445.*
8 *num. 18. Gratian. cap. 534. numer. 30. & 33.* Nec fit veriſimile, quod Capellani non reclamaſſent, ſi redditus non eſſent ſufficientes, vt in ſimili ponderauit *Rota dec. 213. num. 22. & ſeq. par. 6. in rec.*

Et ceſſat difficultas, quia nõ conſtat de redditu

9 ditu particularium præbendarum, quas ha-
bent ferè omnes Cappellaniæ præfatæ, cum
tamen ad hunc effectum requiratur tenuitas
præbendarum cum tenuitate diſtributionum
quotidianarum copulatiuè, itaut vna ſine alia
non ſufficiat, vt firmauit *Rota in Mediolan. Vnio-
nis 12. Iunij 1592. coram Orano, in Toletana Cap-
pellania de Paſtrana 20. Iunij 1610. coram Sanctiſſi-
mo D.N. Innocentio X. in dicta Mediolanen. Cimi-
liarcatus 13. Maij 1644. & 10. Martij 1645. coram
R. P. D. Peutingero*, & concordantes referunt
*Adden. ad deciſ. 576. num. 81. & ſeqq. part. 4. tom. 3.
recent.*

10 Non obſtat, quod duæ, vel tres Cappella-
niæ careãt præbenda. Quia cum reliquæ om-
nes vſque ad numerum 40. illas habeant, dictę
tres non ſunt habendæ in conſideratione. Et
talis vnio tanquam indiuidua vti nulla, & in-
ualida in parte remanet nulla in totum *ad text.
in l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig. Rota dec. 109. num. 3.
par. 6. in rec.* & benè firmatur *in deciſ. huius cauſa
coram Reuerendiſſ. Terracinen.*

11 Vnde cum ex prędictis vnio appareat facta
pro commodiori ſuſtentatione Beneficiato-
rum, non autem ex cauſa neceſſaria Eccleſiæ,
ſequitur, vt ſit locus regulæ reuocatoriæ v-
nionum, quæ nondum effectum fuerunt ſor-
titæ, vt poſt *Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 5. §. 7. num. 53.
verſ. cæterum*, tradit *Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 28.
nu. 181. & ſeq. Rota in Toletana Cappellaniæ de Pa-
ſtrana 23. Ianuarij 1608. & 20. Iunij 1610. coram
Sanctiſſimo D.N. & coram Caualér. dec. 403. nu. 1,
& ſeqq. & in rec. dec. 7. n. 8. par. 6.*

Et ita vnica tantum parte informante, alia
tamen ſæpius citata, & monita deciſum fuit.

CRACOVIEN. FVNDATIONIS MONASTERII.

Lunæ 20. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

In fundatione Monaſterij requiritur non ſolum licentia Pontificis, ſed etiam licentia Ordinarij, & alia plura, de quibus in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *In fundatione Monaſterij requiritur licentia Ponti-
ficis.*
2 *Priuilegia ex quibus dicantur reuocata?*
3 *Reuocatio priuilegiorum operatur idem, ac ſi illa non
eſſent conceſſa.*
4 *Priuilegium conceſſum Patribus Carmelitis diſcal-
ceatis erigendi noua Monaſteria cum ſola licen-
tia Ordinarij, an fuerit reuocatum?*
5 *Monaſteria noua conſtrui non poſſunt ſine licentia
Ordinarij.*
6 *In erigendis nouis Monaſterijs, quæ ſint neceſſaria.*
7 *Quando certa forma eſt præſcripta, illa ad vnguem
ſeruari debet.*

DECISIO XCVII.

PAtres Carmelitæ antiquæ obſeruantiæ, in-
tendentes fundare Monaſterium in Ciui-
tate Lublini, ſub die 29. Aprilis anni præteriti,
reportarunt reſolutionem contrariam. Pro-
poſito iterum dubio ad eorum inſtantiam, an
eſſet locus prætenſæ fundationi, iterum nega-
1 tiuè reſponſum fuit. Deficit enim licentia
Summi Pontificis, omninò neceſſaria in ſi-
milibus fundationibus, vt ſunt textus expreſſi
*in cap. 1. de exceſſ. Prælat. in 6. & in Clement. cupien-
tes de pœnis*, & *dixit Rota deciſ. 362. num. 1. par. 4.
tom. 2. rec.*

Neque ad effectum prædictum poſſunt eiſ-
dem ſuffragari prætenſa priuilegia, quæ ipſi
2 adducunt; nam cum illa ſublata fuerint per
S.M. Vrbanum VIII. in eius Conſtitutione in
ordine 25. per quam prohibetur expreſsè re-
cipi, erigi, fundari, & inſtitui noua Monaſte-
ria, ac etiam incępta finiri, & abſolui, niſi de
expreſſa Ordinarij licentia, ac ſeruatis in om-
nibus ſac. Canon. & Cõc. Trid. necnon Conſt.
ſan. me. Clementis VIII. de illis nulla eſt ha-
3 benda ratio, perindè ac ſi nõ emanaſſēt *Sebaſt.
Medices conſ. 168. nu. 30. Rota coram Penia dec. 414.
num. 3. & in recent. deciſ. 607. num. 1. par. 3. & dec.
330. num. 9. par. 5.*

Reuocatio enim operatur idem, ac ſi pri-
uilegia non fuiſſent conceſſa *ad text. in l. cum
quis in princ. §. 1. ff. de ſolut. & dixit Rota dec. 469.
num. 1. par. 2. rec.*

Et hinc patet reſponſio ad *deciſ. 745. par. 2. in
rec.* in qua firmatur Monaſteria Regularium
poſt Conc. Trid. poſſe erigi ex ſola licentia
Ordinarij, quia deciſio loquitur de Patribus
Carmelitis diſcalceatis, quibus in ſpecie hoc
4 indultum fuit à ſan. me. Paulo V. vt patet in
eius Conſtitutione in ordine *la* 10. quod ta-
men priuilegium tunc temporis per ſan. me.
Vrbanum Octauum reuocatum non fue-
rat.

Et ceſſat difficultas in præſenti caſu, quia
vltra licentiam Pontificis deficit etiam licen-
5 tia Ordinarij, ſine cuius auctoritate Monaſte-
ria conſtitui prohibet, *text. in c. quidam cum dic-
tus ſeqq. 18. q. 2. §. Sancimus Authent. Vt nullus fa-
bricet Oratoria præter voluntatem Epiſcopi*, & di-
ſponit *Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de Regul. Hieron.
Roderic. in compend. qu. regul. reſolut. 55. num. 3. cum
alijs per Barboſ. de iure Vniu. Eccleſ. lib. 2. cap. 12.
num. 6.*

Imò licentia prædicta apparet denegata per
tres Epiſcopos Cracouienſes pro tempore,
qui vlterius inhibuerunt Patribus, ne Mo-
naſterium prædictum auderent ædificare; ſi-
gnum euidens, quod non concurrant requiſi-
ta neceſſaria, nempè quod illud ſit in
6 loco congruo, quod habeat ſufficientes red-
ditus, quod adhibitus fuerit conſenſus Habi-
tatorum, & Incolarum Lublini, atque alia
fuerint adimpleta, de quibus in Conſtit. ſan.
me. Clementis VIII. & Greg. XV. quæ cum
deſcribant, certam, & determinatam formam
7 in huiuſmodi fundationibus faciendis, illa de-
bet ad vnguem ſeruari, *c. exhibita, & ibi Abb.*

num.6.de Iudic. c. cum dilecta de reſcriptis Rota coram ſan.me.Greg.XV.deciſ.470.num.2.cum adductis per Vgolin.de officio, & poteſt. Epiſcopi cap.20.§.6. num.1. & per totum. Hoc enim debet eſſe munus præcipuum, & particulare Epiſcopi, vt docet *Campanil. in diuerſ. Iur. Canon. rubr. 12. c.3. num.91.*

Et ita fuit reſolutum vtraque parte &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 20. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Aerarii in Regno Neapolitano, an teneantur de inexactis, præſertim non factis diligentijs, & an dicantur exegiſſe mediante compenſatione.

SVMMARIVM.

1 *Solutio tamquam quid facti non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Aerarij in Regno Neapolitano an teneantur de inexactis.*
3 *Aerarijs in Regno Neapolitano datur merces, & ſalarium.*
4 *Exigere dicitur, qui debitum ſuum compenſat, & num.7.*
5 *Adhoa eſt debitum Baronis.*
6 *Compenſatio habet vim ſolutionis.*
8 *Solutio probatur ex quietantijs, & receputis.*
9 *Compenſatio debitum extinguit.*
10 *Vna ſcriptura declarat aliam.*
11 *Inuериſimilitudo adimit fidem ſcripturæ.*
12 *Tenetur quis de proprio, propter culpam, ſi non fecit, quod facere debuit.*
13 *Debitum cenſetur approbatum per ſolidationem, & ſubſcriptionem.*
14 *Soluens partem debiti cenſetur totum approbare.*
15 *Qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur.*

DECISIO XCVIII.

Reſolutum fuit ſub die 26. Iunij 1648. cõſtare de credito Eminentiſſimi Cardinalis Columnæ contra Philippum Matthæium in duc. 1132. 55. nam cum idem Philippus exercuerit officium Aerariatus Albi, & Aueżani, & ſolidatis computis deſcripſerit ſe debitorem in libris ſuæ adminiſtrationis in ducatis 2961. 29. dum non docet de ſolutione, niſi pro ſumma ducatorum 1828.76. remanet creditum in ſumma, vt ſupra deſcripta, & firmata in deciſione, quę reuidetur ſolutio enim
1 eſt quid facti, nec præſumitur, niſi probetur, *l. quingenta ff. de probat. Menoch. de præſumpt. lib.2. præſum.135.num.1. & 2. Rot. deciſ.569. ſub num.7. par.1. recen. & deciſ.725.n.4. par.4. tom.3.*

Reſponſio verò exaduerſo deducta, quod in dicta ſolidatione comprehendantur plures partitæ inexactæ, per quam conſignationem prætendit Philippus reddidiſſe ſufficientem rationem, & ſatisfeciſſe muneri per eum ſu-
2 ſcepto, viſa fuit DD. nullo modo ſubſiſtere, nam omiſſa diſputatione, an Aerarij in Regno Neapolitano teneantur, nec nè de inexactis,
3 præſertim non factis diligentijs, cum eorum officium non ſit merè gratuitum, ſed ipſi cõducantur mediante mercede, & ſalario, vt teſtatur *Capiblanc. de Baron. & eorum offic. pragm. 16. num.20. Thor. in compend. deciſ. par.3. verb. Aerarij Franch. deciſ.128. num.1.* Prout mediante mercede annua ſcutor.60. & alijs emolumentis, & priuilegijs conductus fuit idem Philippus, vt conſtat ex libro Aerariatus per ipſum exhibito fol.81. & *in Summ. nu.1.* Certum eſt, quod remaneant exigendi duc.2818. 68. prout
4 exaduerſo prætenditur. Etenim ſumma maior cõſiſtit in partitis exigendis à cõmunitatibus, quam verè Philippus exegit mediante compenſatione facta cum debito per ipſas ſoluto occaſione Adhoæ, & aliorum Fiſcalium,
5 vt apparet ex *Summ. nouo num.1.* nam licèt Adhoa ſit debitum Baronis, attamen Camera Regia pro maiori facilitate illam exigit ab vniuerſitatibus, quibus poſtea Baro excomputat, & compenſat ſolutum. Vnde non poterat Philippus conſtituere Communitates debitrices, & illas deſcribere pro inexactis, dum ſoluerant pro Barone Adhoam, & excomputauerant dictum creditum cum earum debito.
6 Compenſatio enim vim ſolutionis habet, *l.4. ff. qui pot. in pign. hab. l. amplius non petitum, ff. rem rat. hab. l. dediſſe 76. ff. de verb. ſignific. Rot. in recen.*
7 *dec.303. num.3. par.8. rec.* Et qui compenſat dicitur exigere. *Bald. in l. quoniam 26. ſub numer.7. verſ. & hoc eſt, C. ad l. Iul. de adult. Surd. conſ.246. num.24. Graſſ. de except. con. ſtat. except.4. nu.54. in fin. verſ. & obijciens.*

Vel in omnem caſum ſi intendebat Philippus ponere ad eius creditum dictas ſolutiones pro Barone ab vniuerſitatibus factas occaſione Adhoæ, debebat etiã ponere ad ſui debiti correſpondentem ſummã exactam ab iiſdem Communitatibus mediante compenſatione, dum Adhoa verè, & realiter non fuit per Phi-
8 lippum ſoluta, ſed per Communitates, vt apparet ex quietantijs, & receputis originalibus datis *in Summ. numer.2.* quæ rectè ſolutionem probant *Rot. in Sipontina penſionis 8. Aprilis 1647. & in Calaritana penſionum 23. Februarij 1654. coram bo.me. Pentingerio.*
9 Non obſtat, quod etiam Philippus reportauerit quietantias ab Vniuerſitatibus cantantes per verba, *Habbiamo ricevuto*, quia dicta verba benè verificari poſſunt mediante compenſatione, quæ habet vim, & effectum ſolutionis, & debitum extinguit *Bald. in cap. ad noſtram in fin. de iur. iur. Rot. dec.354. num.3. par.5. recen. & coram Merlin. deciſ.254. num.4. & ſeqq. & dec.863. num.4.*
10 Et hæc veritas non ſolum deſumitur ex eodem libro Aerariatus, & ex alijs quietantijs *Summ. nouo num.2. & 5.* in quibus Communitates expreſsè declarant ſe recepiſſe per viam compenſationis, cum vna ſcriptura declaret aliam, *Aym. conſ.1. pro genero num.358. Pariſ. conſ. 96. num.33. lib.3. Rot. in rec. dec.686. num.17. par.4*
11 *tom.3.* Sed etiam quia non eſt veriſimile, quod voluerit Philippus reimburſare Communitates

tates

tates de ſumma ſoluta pro Barone occaſione Adhoar, dum ipſæ erant debitrices eiuſdē Baronis. Vnde talis inuerîſimilitudo, quæ imaginem falſitatis habet, adimit penitùs fidem ſcripturæ, vt inquit *Bald. in l.1. num.16. C. de ſer. fugit. Dec. conſ.25. num.3. Rot. in rec. dec.624. num.6. par.4. tom.3.*

12 Et ſaltem negari non poteſt, quin Philippus ſoluendo, & non compenſando fuiſſet in manifeſta culpa, ob quam propterea teneretur de proprio ex notatis per *Ruin. conſ.44. n.7. lib.1. Cyriac. contr.433. numer.9. & ſeqq. Rot. coram ſan. me. Greg. dec.439. n.8.*

13 Eoque libentius inclinarunt Domini in hāc ſententiam, quia idem Philippus non ſolum agnouit dictum debitum non exactum ſolidando, & ſubſcribendo *iuxt. text. in leg. ſicut 8. §. non videtur, ibique Bart. nu.1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu. Rota poſt Pacific. de ſalu. deciſ.262.*

14 *num.8. & coram Buratt. dec.750. nu.1.* Sed etiam ſoluendo, quam plures ſummas ad cōputum eiuſdem debiti, per quam ſolutionem totum debitum dicitur agnouiſſe, *l. cum fidem 4. C. de non numer. pec. Bart. in l. ſi cui res 57. ff. de leg. 2. Dec. conſ.618. num.2. Rota in Romana reintegrationis 23. Iunij 1642. coram Reuerendiſſimo Patauino, & 22. Iunij 1643. coram Reuerendiſſ. Carillo, & in Leodien. pecuniaria 28. Iunij 1647. corā R.P.D. meo Bichio, cum alijs pluribus per Add. ad Buratt. deciſ. 486. num.9.*

15 Reſponſio verò, quod ſolutio non fuerit ab ipſo facta, ſed à tertio, ceſſat ex eo, dum idem tertius expreſsè fatetur, & declarat pecunias fuiſſe ſibi à Philippo tranſmiſſas ad dictum effectum, illaſque ſoluiſſe de eius ordine, & mandato, adeout idem ſit, ac ſi per eundem Philippum ſolutæ fuiſſent, *l. qui iuſſu 64. ff. de ſolut. Rot. dec.352. num.11. & dec.386. num.49. par.4. tom.2. rec.*

Ex quibus Domini perſtiterunt in reſolutis vtraque parte acriter informante &c.

FERRARIEN. TRANSACTIONIS.

Merc. 22. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Vigore pacti de capienda poſſeſſione propria authoritate in caſum contrauentionis, vel non implementi datur aſſociatio contra eum, qui contrauenit, etiamſi alter poſteà defecerit.

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones ſupponendæ veniunt in noua diſputatione eiuſdem cauſæ.*

2 *Aſſociatio competit in vim facultatis capiendi poſſeſſionem propria authoritate.*

3 *Deficiens in adimplendo non poteſt iuuari pactis in Inſtrumento contentis.*

4 *Mora in adimplendo, quæ non attulit præiudicium parti, non eſt habenda in conſideratione.*

5 *Exceptio non implementi non poteſt opponi ab eo, qui prius contractum non adimpleuit.*

6 *Ex duobus contrauenientibus attenditur contrauentio primi, nec defectus ſecundi habetur in conſideratione.*

7 *Sub promiſſione damnorum, & intereſſe venit ipſa res promiſſa.*

8 *Promittens tradere bona tenetur ad præciſam traditionem, ſi hoc pendet à poteſtate illius.*

DECISIO XCIX.

Poſt deciſionem fauorabilem reportatam à Comitibus de Manfredis, in qua firmatum fuit: obſtare executioni tranſactionis petitæ à Comitiſſa Vienna exceptionem non implementi, & manifeſtæ contrauentionis, & doli, dubitaui, an eiſdem Comitibus eſſet dan-
1 da aſſociatio, & Domini affirmatiuè reſoluerunt, nam deciſiones ex ſtylo Tribunalis in noua diſputatione eiuſdem inſtantiæ ſupponendæ veniunt, vt dictum fuit coram *Buratt. deciſ.596. num.1. & in rec. dec.354. num.3. par.4. & dec.604. n.4. par.5. & in alijs.*

2 Firmata autem contrauentione verba pacti appoſita in tranſactione ſunt ſatis clara, quod liceat parti obſeruanti, eamque adimplenti capere poſſeſſionem propria authoritate omnium bonorum cōtentorum in eadem tranſactione alterius partis inobſeruantis pro reintegratione damnorum, & intereſſe, cuius facultatis vigore intrare remedium aſſociationis probat *text. in l. pignoris 10. vbi Bart. & alij C. de pignorat. act. Alex. conſ.131. num.3. & ſeqq. lib.4. Mareſcott. var. reſolut. lib.2. cap.20. num.4.* & in his terminis de huiuſmodi clauſula appoſita in caſu inobſeruantiæ, & non implementi firmauit *Rot. coram Buratt. deciſ.887. num.5.* & latè deciſum fuit *in Romana Cenſus 26. Iunij 1647. & 1. Iulij 1648. coram R.P.D. meo Bichio.*

3 Non obſtat, quod Comes Marcellus non ratificauerit intra menſem, prout fuerat in tranſactione conuentum, ideoque Manfredis inobſeruantibus ſuffragari non poſſit pactum capiendi poſſeſſionem propria authoritate.

4 Nam cum dilatio cauſata ex abſentia Marcelli nullum attulerit præiudicium parti, imò ratificatiò poſtea ſubſecuta acceptata fuerit ab eadem Comitiſſa, talis exceptio non eſt habenda in conſideratione, vt voluit *Surd. conſ. 101. num.24. & dec.265. num.39.* & firmatum fuit *coram Gregor. deciſ.347. num.11. vbi Adden. nu.20. & coram Duran. dec.270. num.6. & ſeqq. ac in rec. dec.85. n.10. par.4. tom.2.*

5 Et tamen cum Comitiſſa in ipſo actu ſtipulationis contrauenerit procurando ceſſionem à R. Fabrica, non poteſt opponere de ratificatione ſecuta poſt menſem iuxta notata per *Bald. in l. cum proponas numer.1. & ſeqq. C. de pact. & tradit Alex. conſ.212. num.2. lib.2. Roman. conſil. 155. num.7. Ruin. conſ.58. ad fin. verſ. & per hac, & dixit Rot. dec.208. n.13. par.5. in rec. & poſt Zacch.*
6 *de oblig. Cam. dec.70. n.17.* Nam ex duobus contrauenientibus attenditur tantum contrauentio primi, nec defectus ſecundi habetur in conſideratione per ea, quæ tradit *Roland. conſ. 57. num.20. & ſeqq. lib.1. Bec. conſ.106. nu.31. lib.1.* alioſque cumulat *Mareſcott. variar. reſolut. lib.1. cap.89. num.1. & ſeqq. & tenuit Rot. dec.86. nu.14.*

Digitized by Google

par.4. diuerſ. & in rec. dec. 90. num. 13. par. 4. tom. 2.
7 Intereſſe pariter controuerti nō poteſt, dum
enim Comitiſſa recuſat reſtituere bona in
tranſactione conuenta, indè reſultat damnum
priuationis dominii, & poſſeſſionis, quod adę-
quat integrum valorem ipſarum rerum, & ita
loco damnorum, & intereſſe competit aſſo-
8 ciatio ad eadem bona. Prout etiam competit
vigore expreſſæ promiſſionis de tradendo ipſa
bona *l. vbi autem 75. §. fin. ibique Bart. ff. de verb.
oblig. Bald. in l. ſi traditio 4. num. 7. C. de act. empt. &
voluit Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 22. nu. 25. Menoch.
conſ. 92. num. 62. & ſeq. & dixit Rota coram Buratt.
deciſ. 308 num. 7. & coram Andrea deciſ. 87. num. 1.
& 2.* Et ita &c.

ROMANA CAMBII.

Merc. 22. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Conditio adiecta obligationi Camerali, donec fuerit purificata ſuſpendit illius executionem.

SVMMARIVM.

1 *Conditionalis obligatio conditione non adimpleta exequi non poteſt.*
2 *Debitor ſub conditione ante euentum illius non dicitur propriè debitor.*
3 *Dictio,* tamen, *limitat, & reſtringit.*
4 *Clauſula*, non aliter, *&c. inducit præciſam formam.*
5 *Diligentias omittens in exigendo tenetur de proprio.*
6 *Conditio habetur pro impleta quando ſtat per promittentem quominus adimpleatur.*
7 *Inſtrumentum moderatum per apocam ſubſequentem, ad illius formam, & tenorem redigi debet.*
8 *Debitum, vt habeatur pro exacto in præiudicium non exigentis, quæ requirantur?*

DECISIO C.

Domini, omiſſis alijs exceptionibus ad-
ductis pro parte Olgiati ad infringendū
mandatum cōtra ipſum relaxatum ad inſtan-
tiam Antonij Carcaraſij; Ex eo tantum fun-
damento firmarunt illud non eſſe exequen-
dum, quia ſolutio ſcut. 4650. pro quibus ini-
tum apparet cambium, erat facienda ex pecu-
nijs retrahendis ab effectibus hæreditatis Ro-
berti primi occaſione Appaltus Aluminum,
1 vt patet ex *Summ. num. 1. & 2.* Vnde cum ab
hæreditate eiuſdem Roberti dictum creditum
fuerit exactum, non dicitur purificata condi-
tio, ſub qua ſolutio promiſſa fuit, & conſe-
quenter illa non adimpleta non erat locus re-
laxationi mandati, nec illius executioni, *ad
text. in l. Bouem 43. §. ſi ſub conditione, ff. de ædilit.
edict. l. cedere diem 213. ff. de verb. ſignific. Dec. con-
ſil. 107. circa finem, verſ. & ideò iſta cond. & conſil.
421. num. 6. Aym. conſ. 10. num. 15. verſ. nec executio.
Alexgrad. conſ. 90. nu. 31. & ſeqq. lib. 1. Rota in Clu-
ſina grani 3. Decembris 1629. coram Coccino, & in
recent. deciſ. 639. num. 3. par. 4. tom. 3. & deciſ. 35.
num. 1. par. 7.*

2 Debitor enim ſub conditione non dicitur
verè, & propriè debitor ante euentum condi-
tionis, vt notat *Bart. in l. 1. num. 32. ibique Doct.
ff. ſi cert. petat. Purpur. conſ. 447. num. 35. Sard. de-
3 ciſ. 281. n. 1. & ſeqq.* Præſertim in præſenti caſu
attenta dictione, *tantum*, quæ tanquam limi-
tatiua, & reſtrictiua omnem aliam ſolutionem
excludit *Abb. conſ. 51. nu. 3. lib. 1. Barboſ. dict. 549.
num. 2. Rot. deciſ. 313. num. 9. par. 5. recen.* Nec non
4 clauſula, *& non aliter &c.* quæ inducit præci-
ſam formam, & operatur, quod ad vnguem
ſit ſeruandus modus in contractu præſcriptus
*l. fin. C. de venden. reb. Ciuit. lib. 11. Pariſ. conſ. 19.
num. 20. lib. 2. Grat. conſ. 138. num. 12. lib. 1. Rot. de-
ciſ. 16. num. 2. par. 2. recen. cum alijs pluribus relatis
per Adden. ad Buratt. deciſ. 374. num. 17. verſ. &
facit.*
5 Nec releuat, quod Olgiatus per biennium
conuentum in Inſtrumento nullas prorſus di-
ligentias fecerit, & propterea teneatur de pro-
prio ſoluere, ex adductis per *Cyriac. controu. 167
num. 5. & ſeqq. & per Rot. Ianuen. deciſ. 160. num. 1.*
6 Cum conditio habeatur pro impleta, quando
ſtat per promittentem, quominus adimplea-
tur, *l. iure ciuili, ff. de condit. & demonſtr. cap. cum
non ſtat, de reg. iur. in 6. Rot. deciſ. 35. num. 6. part. 4.
recent.*
7 Etenim Partes recedendo ab Inſtrumento
prædicto conuenerunt tam in prima, quam in
ſecunda apoca, quod non obſtante Inſtrumen-
to, & tempore in eo appoſito non teneretur
Olgiatus ſoluere niſi ex pecunijs exigendis ab
hæreditate primi, vt patet ex illis verbis, ibi:
*Di maniera che detti Signori Olgiati non oſtante il
detto Inſtromento, e tempo in eſſo conuenuto ſiano te-
nuti ſolamente pagarmi detto mio credito con la terza
parte di quello, che recupera ranno dall' heredità di
Primi, & non altrimente &c. & in conformità di
queſta douerà eſeguirſi il contenuto in detto Inſtro-
mento, come che in quello la preſente foſſe inſerta di
parola in parola &c.* Et ideò talis apoca attendi
debet, & Inſtrumentum ad formam, & teno-
rem illius redigendum, *l. 1. §. fin. ff. de ſtipulat.
ſeruor. l. ſi vnus §. pactus ne peteret, ff. de pact. l. per-
fecta nouiſſima, C. eod. cap. 1. de tranſact. Rot. in Bono-
nien. de Lambertinis 4. May 1620. coram bon. mem.
Manzanedo.*
8 Imò ad effectum vt Olgiatus teneretur de
proprio, neceſſe eſſet probare non ſolum de-
bitum Roberti, ſed etiam, quod illud fuiſſet
facilis exactionis, alioquin non poteſt conſi-
derari negligentia in exigendo, adhoc vt de-
bitum haberi debeat pro exacto in præiudiciū
non exigentis. *Felin. in cap. ſi autem num. 3. de
reſcript. Ruin. conſ. 93. ſub num. 7. verſ. nec iſto caſu,
lib. 5. Caputaq. deciſ. 266. nu. 4. par. 1. & dictum fuit
in Romana redditionis rationis 12. Ianuarij 1643. co-
ram R.P.D. meo Rojas, & in Romana pecuniaria 15.
Iunij eiuſdem anni coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ita deciſum partibus hinc inde infor-
mantibus.

ROMA-

ROMANA FIDEICOMMISSI DE BARISANIS.

Lunæ 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Tranſactio facta bona fide ſuper fideicommiſſo dubio, & lite iam cœpta, & obſeruata per longum tempus ligat non ſolùm hæredes tranſigentium, ſed etiam quoſcumque.

SVMMARIVM.

1 *Hæres tranſigentis non poteſt impugnare tranſactionem.*
2 *Hæres cum beneficio legis, & Inuentarij tenetur ſeruare factum defuncti pro viribus hæreditarijs.*
3 *Tranſactio facta bona fide ſuper fideicommiſſo dubio, ligat etiam ſucceſſores quamuis non ſint hæredes.*
4 *Bona fides in tranſigente deſumitur ex lite.*
5 *Tranſactio in dubio præſumitur vtilis.*
6 *Obſeruantia per longum tempus dat robur tranſactioni.*
7 *Tranſactio imponit finem liti, & impedit litis ingreſſum.*

DECISIO CI.

RESOLVTVM fuit ſub die 27. Ianuarij 1649. conſtare quoad portionem Hortentiæ de fideicommiſſo Marſilij ad fauorem Alexandri, & Antonij de Gluſianis, qui cum inſtarent pro Immiſſione contra Poſſeſſores bonorum eiuſdem fideicommiſſi fuit oppoſitum de tranſactione inita de anno 1603. inter Angelum, & Flauiam filios præfatæ Hortentiæ ex vna, & Lauiniam Dionyſiam relictam q. Lælij ſenioris ex altera. Vndè vti ſubrogatus in locum bon. mem. Arguelles, Dub. propoſui, An huiuſmodi tranſactio obſtet, & obſtare reſponſum fuit.

1 Nam cum fratres prædicti ſint hæredes tranſigentium, qui ad euitandas lites iam pendentes recepta quadam portione domus poſitæ ad Dohanam, renunciarunt omnibus, & quibuſcumque iuribus ſibi quomodolibet competentibus ſuper hæreditate eiuſdem Marſilij, tàm vigore fideicommiſſi, quàm ex quauis cauſa cogitata, & incogitata, vtique tranſactionem huiuſmodi impugnare non valent, *per text. in l. cum à matre 14. C. de rei vindic. Beyo, conſ. 176. num. 74. verſ. tranſactionem, lib. 1. Seraph. deciſ. 1157. num. 2. ſanct. mem. Gregor. deciſ. 354. num. 3. in recent. deciſ. 147. ſub num. 11. verſ. non obſtat ſecundo, part. 5.* & dictum fuit *in Nepeſina Peculiaria 3. Decembris 1646. coram R. P. D. nunc Veroſpio.*

2 Nec obſtat, quod reſpectu Patris ſint hæredes cum beneficio legis, & Inuentarij. Nam donec per legitimam redditionem rationis non docent bona hæreditaria non ſufficere tenentur ſeruare factum defuncti, *vt not. Bart. in l. cum Vlp. ſub num. 14. verſ. ſed ſi fecit, ff. de vſucap. Dec. in l. ex qua perſona num. 2. verſ. & quod dictum eſt, ff. de reg. iur. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 1. num. 24. Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 67. num. 13. & melius deciſ. 418. num. 6. vbi Add. num. 15.*

3 Immò cum dicta tranſactio facta fuerit bona fide, nempè ſuper fideicommiſſo, de cuius exiſtentia, & purificatione dubitabatur, ligat etiam ſucceſſores, quamuis non ſint hęredes, *iuxta text. in l. cum hæreditas 36. vbi Caſtr. num. 2. ff. ad Trebell.* & comprobat *Imol. in l. ante reſtitutam num. 1. ff. de ſolut. Marzar. in Epitom. de fideicom. par. 3. quæſt. 72. §. de tranſactione autem, & eod. tract. de fideicomm. Petra quæſt. 8. num. 67. & ſeqq. ac Peregr. ar. 52. num. 88. Betrand. conſ. 18. num. 4. lib. 1. par. 1. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 4. num. 20. Boer. deciſ. 147. num. 5. Rota in Bononien. Tranſactionis 27. Februarij, & 16. Nouembris 1640. coram Eminentiſſ. Card. Veroſpio, & in Romana ſucceſſionis de Comitibus 26. Iunij 1647. & pariter 26. Iunij 1648 coram Reuerendiſſ. Terracinen.*

4 bona fides autem tranſigentium reſultat ex præexiſtenti lite vertente in Rota, cuius exitus cum eſſet incertus prębuit iuſtam cauſam tranſigendi, *ex not. in l. 1. ff. de tranſact. & in l. in ſumma 65. ff. de condict. indebit. Rota coram Caual. deciſ. 23. num. 2. & in Meleuitana Hæreditatis 5. Martij 1625. coram bon. mem. Merlino, & in recent. deciſ. 263. num. 2. par. 3.* vbi quod ad hunc effectum ſufficit quælibet occaſio dubitandi, etiam quod prætenſio non ſit iuridica, *& deciſ. 348. num. 4. par. 4.*

5 Nec quicquam facit deciſio emanata coram bon. mem. Arguelles, quia illa non excludit, quod tranſactio fuerit inita ſuper re dubia, dum admiſſa etiam exiſtentia, & purificatione fideicommiſſi adhuc ex dictis bonis erat detrahenda legitima debita Lauiniæ ex perſona Lælij, nec non dos materna, & melioramenta per ipſum facta probata per teſtes formiter examinatos: Itaut potuerit eſſe, quod fratribus de Gluſianis vigore fideicommiſſi eiuſdem Marſilij tanta pars non obtigiſſet, prout illis aſſignata fuit, & tranſigentes in Inſtrumento faſſi fuerunt, quod ſufficit ad excludendam calumniam, & probandam vtilitatem tranſactionis, quæ in dubio ſemper præſumitur, *iuxta gloſſ. in cap. pen. verbo reſtituerent de empt. & vendit. Surd. conſ. 451. num. 27. & 30. Rota in recent. deciſ. 86. num. 22. par. 6. in Bononien. Tranſactionis 16. Nouemb. 1640. coram Eminentiſſ. Card. Veroſpio, & in Bononien. fideicommiſſi de Beroaldis 8. Martij 1641. coram R. P. D. meo Peutingero.*

6 Faciliùs verò inclinarunt Domini in hanc ſententiam, ex quo dicta tranſactio non ſolùm inita fuit cum Authoribus fratrum de Gluſianis hodie Agentium, ſed etiam cum Perintijs, Incaſatis, Attauantibus, & Cenciolinis, qui proportionabiliter ad dictum fideicommiſſum reperiebantur vocati, & litem introduxerant coram bon. mem. Iuſto, & ab omnibus ſemper per annos 40. & vltra obſeruata fuit, quæ obſeruantia addit robur tranſactioni. Itaut de facili reſcindi non poſſit, *Decian. conſ. 28. num. 11. & ſeq. lib. 3. Rota coram Caual. deciſ. 407. num. 9. & in recent. deciſ. 86. num. 7. par. 6.* &

 firma-

firmatum fuit in Elnen. portionum 26. Iunij 1638. coram R. P. D. meo Rojas, & in Romana Reſciſſionis concordiæ 15. Iunij 1643. in fine, coram R. P. D. meo Corrado,

7 Ex quibus vtraque parte informante firmarunt Domini obſtare tranſactionem, cum illa imponat finem liti, & impediat illius ingreſſum, *l. fratris tui, l. ſub prætextu, & l. cauſas, C. de tranſact. cap. 1. de lit. conteſt. in 6. cum pluribus adductis in Bononien. de Toſtinis 31. May 1649. coram R. P. D. meo Cerro.*

CESENATEN. IVRISPATRONATVS.

Veneris 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio præſentan. ex quibus acquiratur, & an illa ſufficiat quando Iuſpatronatus, non eſt in controuerſia, ſed agitur tantùm de pertinentia inter Compatronos.

SVMMARIVM.

1 *Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur per conſenſum præſtitum reſignationi,*
2 *Poſſeſſio, vel quaſi præſentandi acquiritur per vnicum actum,*
3 *Præſentan. quaſi poſſeſſio ſufficit, quando Iuſpatronatus non controuertitur, & agitur tantum de pertinentia inter Compatronos.*
4 *Iuſpatronatus, & ius præſentan. ſpectat ad eum, qui habet qualitates requiſitas à Teſtatore,*
5 *Sanguinis appellatione non veniunt cognati, ſed tantum agnati.*
6 *Domus, & Conſanguinitatis appellatione, qui veniant;*
7 *Obſeruantia bene declarat, qui fuerint comprehenſi in fundatione Iuriſpatronatus.*
8 *Præſentatio facta à Laico poſt quadrimeſtre non attenditur.*
9 *Præſentatio facta à perſona, quæ non eſt de familia vocata à Teſtatore non ſuffragatur,*
10 *Inſtitutio debetur ei qui eſt vocatus, & habet qualitates neceſſarias,*

DECISIO CII.

1 RESPONDERVNT Domini ad fauorem Ioannis Baptiſtæ informantis, qui ex conſenſu præſtito de anno 1639. permutationi beneficij controuerſi admiſſæ per Papam, cum clauſula, *Dummodò eiuſdem Ioannis Baptiſtæ moderni, & vnici Patroni ad hoc accedat conſenſus,* conſtitutus fuerat in quaſi poſſeſſione præſentandi, vt in his terminis firmanit *Rota deciſ. 792. num. 8. par. 1. diuerſ. & in recent. deciſ. 195. num. 3. par. 1. & deciſ. 101. num. 8. & 9. par. 6.*

2 Vnicus enim actus ſufficit ad hunc effectum, vt docet *Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 91. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* quem refert, & ſequitur *Garz. de benefic. par. 5. cap. 5. num. 59. Rota in Maioricen. Beneficij 27. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Bichio, & in Sulmonen. Beneficij 10. Martij 1640. coram bon. mem. Arguelles.*

3 Vnde cum idem Ioannes Baptiſta comparuerit petendo inſtitutionem, atque vigore Indulti Apoſtolici præſentauerit ſemetipſum, meritò eidem debetur inſtitutio, nam quando Iuſpatronatus non controuertitur, ſed agitur tantum de pertinentia inter Compatronos ſeù Præſentatos, tunc ſola quaſi poſſeſſio ſufficit iuxta *tex. in c. conſultationibus de Iurepat. cap. querelam de elect. cap. cum olim de cauſ. poſſeſſ. Rota in Terdonen. Iuriſpatronatus 17. Iunij 1647. & in Gerunden. Beneficij 11. Martij 1643. coram Me, cum pluribus adductis per Adden. ad Buratt. deciſ. 776. num. 11,*

4 Præſertim, quia in ipſo verificatur tantummodò qualitas requiſita per Teſtatorem, quod ſit ſenior, & ſanguine proximior Teſtatori, ibi, *Iuſpatronatus, & electio ſpectet, & pertineat ad ſeniorem, & in ſanguine proximiorem ipſi Michaeli in infinitum,* vt patet ex arbore in actis exaduerſo producta, quæ optimè probat contra producentem, *Rota in Aretina Cappellaniæ 9. Maij 1603. coram clar. mem. Hieronymo Pamphilio.*

5 Non obſtat, quod Ioſeph Aduerſarius fuerit præſentatus à Matthæo Faina filio Clementiæ, qui eſt proximior in gradu, nam appellatione ſanguinis veniunt tantùm Agnati, non autem Cognati, *Fuſar. conſ. 49. num. 1. & ſeqq. & in tract. de ſubſtit. quæſt. 331. num. 2. Ricc. prax. Iuriſpatr. reſolut. 193. per tot.*

6 Quod declarauit idem Teſtator, dum poſt vocationem factam ad fauorem ſenioris, & in ſanguine proximioris addidit vlterius, *Quod caſu quo per aliquod tempus fuerit adempta authoritas eligendi Domui, & Conſanguinitati in perpetuum dicti Teſtatoris, Tunc, & eo caſu bona debeant peruenire ad Inſtitutos, & Subſtitutos &c.* ex quibus verbis apparet vocaſſe ad præſentandum familiam Talianam tantum, nec poſſe concurrere Matthæum, qui eſt de familia Faina diuerſa ab agnatione, & domo de Talianis, *Bart. in l. tutelas num. 4. ff. de capit. diminut. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 25. Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 27. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 361. num. 1. & ſeqq.* & benè in propoſito firmauit *Rota deciſ. 208. num. 2. par. 7. recent.*

7 Et probauit etiam obſeruantia ſubſecuta, dum de anno 1601. Fabritius tanquam ſenior maſculus de agnatione fundatoris præſentauit Horatium de Piratijs, & ad fauorem Præſentati emanauit ſententia in iudicatum tranſacta declarans ad illum, non autem ad Luciam eius ſororem ſpectare Iuſpatronatus, de quo agitur, quamuis Lucia eſſet ſenior, vt deponunt Teſtes *in Summ. num. 10.* hęc namque obſeruantia declarat, qui fuerint in fundatione comprehenſi, *l. ſi de interpretatione, iuncta l. ſeq. ff. de leg. l. quidam, ff. de reb. dub. Rota coram Buratt. deciſ. 679. num. 8. & 9. & in recent. deciſ. 499. num. 3. par. 1.*

8 Minus facit, quod idem Ioſeph præſentatus fuerit à Blaſio filio Fabritij q. Gaſparis, tum quia talis præſentatio facta fuit poſt quadrimeſtre *cap. 1. §. verum, de iurepatr. in 6. Rota dec. 443 num. 3. par. 2. recent. & in Squillacen. Iuriſpatronatus*

Digitized by Google

tur 28. Iunij 1621. coram bo: me: Manzanedo; Tum
9 etiam, quia idem Blaſius non eſt de familia Taliana, ſed Mancina, vt ipſemet fatetur, & latè firmatum fuit in deciſione in hac cauſa facta ſuper Remiſſoria *ſub die 20. Maij præteriti coram Me*.

10 Ex quibus Domini dixerunt Io: Baptiſtam eſſe inſtituendum, cum eius habilitas non controuertatur, & vacatio ſit in confeſſo apud partes, *cap. cum Bertoldus, ibique Abb. num. 9. & ſeqq. de re iudic. Rot. in Gerunden. Beneficij 1. Iulij 1642. coram R. P. D. meo Bichio*.

CALAGVRITANA BENEFICII DE BRINAS.

Lunæ 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Examen nouum non eſt decernendum, quando intereſſet ſpatium conſiderabile, quo quis potuit ediſcere, nam ex habilitate de præſenti non infertur ad habilitatem de tempore primi examinis.

SVMMARIVM.

1 *Habilitas probari debet de tempore primi examinis, & collationis Beneficij non autem poſt.*

2 *Habilitas de præſenti non concludit habilitatem de tempore prouiſionis.*

3 *Examen nouum non eſt decernendum, quando interceſſit tantum temporis, quo quis potuit ediſcere.*

4 *Examen nouum factum abſque ordine Rotæ, & parte non citata non releuat.*

5 *Impedito currit tempus, quando ipſe poteſt impedimentum remouere.*

6 *Examen non ſolet reiterari, niſi intra breue tempus.*

DECISIO CIII.

DIDACVS Garzias, qui non ſolum de menſe Ianuarij 1646. in concurſu cum Didaco Sanchez ab Examinatoribus Synodalibus reprobatus extitit, ſed etiam ſecunda vice reiectus fuit ab Examinatoribus Vrbis, inſtabat in gradu appellationis coram bo: me: Arguelles, & deindè coram Me, in cuius locum ſubrogato pro admiſſione ad nouum examen; ſed Domini negatiuè reſponderunt,

1 Quia ad effectum oſtendendi grauamen, neceſſe eſt probare, quod non obſtan. quod eſſet habilis, nihilominus recuſatus fuerit: Hoc tamen fieri non poteſt mediante examine de nouo facien. quia illum non poteſt concludere niſi habilitatem de præſenti, quæ non ſufficit, cum requiratur de tempore primi examinis, & collationis Beneficij, *iuxta text. in cap. ſi eo tempore, & ibi gloſſ. verb. effectus, de reſcrip. in 6. Abb. in c. dudum, num. 8. de elect. Felin. in c. cam te, num. 18. & ſeqq. de reſcript. Euerard. in Top. legal. de loco à tempore ad tempus, num. 22. verſ. 3. caſu, Celſus Hugo conſ. 59. num. 1. verſ. prædictis attamen non obſtan. Rota coram Penia deciſ. 166. num. 5. & in recent. deciſ. 142. num. 7. par. 6.*

2 Certum eſt autem, quod ex habilitate de præſenti non rectè infertur ad habilitatem requiſitam de tempore prouiſionis, vt notat *Bald. in l. ex perſona, ſub num. 2. verſ. ſed in materia contingenti, C. de probat. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 24. num. 50. & ſeqq. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 155. verſ. ad quod quidem examen. Rota coram Comitulo deciſ. 114. num. 20. Buratt. deciſ. 30. num. 6. & 7. & in recent. deciſ. 505 num. 14. par. 2.*

3 Vndè cum à primo examine ſecuto in partibus vſque ad diem propoſitionis cauſæ in Rota effluxerint menſes 29. & vſque in præſentem diem anni quatuor cum dimidio, potuit interim Garzias ediſcere, & remouere obſtaculum inhabilitatis, *Garz. de benef. par. 6. cap. 2 ſub num. 255. Rota coram ſanct. mem. Greg. dec. 527. num. 3. & in Calaguritana Beneficij de Cornago 28. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Otthobono.*

4 Approbatio verò eiuſdem Garziæ ſecuta poſtea in tertio examine viſa fuit Dominis non releuare; nam cũ d. examen emanauerit abſque ordine Rotæ, nec citata parte, quæ de hoc pluries proteſtata fuerat, nullo modo attendendum venit, vt firmatum fuit *in Calaguritana Beneficij de Logroño 27. Aprilis 1646. in fine coram R. P. D. meo Rojas, & in Calaguritana beneficiorum 26. Iunij, & 27. Nouembris 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*

5 Non obſtat, quod proteſtationes prædictæ ſaltem præſtiterint impedimentum quominùs Garzias ſubmiſerit ſe nouo examini, nam cum illæ poſſent facilè adimpleri recurrendo ad Rotam, & citando partem, non inducunt legitimam excuſationem, nec eiſdem ſuffragari valent; Tempus enim benè currit impedito, quando ipſe impeditus poteſt impedimentum remouere, *cap. fin. ibique gloſſ. verb. currit, de elect. Barboſ. in l. cum notiſſimi, §. illud, num. 56. & ſeqq. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, Aym. conſ. 270. num. 3. Socin. iun. conſ. 76. num. 79. lib. 1. Mant. deciſ. 92. num. 2. Pen. deciſ. 448 num. 5. & concordan. cumulantur per Add. ad dec. 6. num. 30. par. 3. in recent.*

6 Nec quicquam facit deciſio exaduerſo allegata *in Calaguritana Beneficij de Ocon 15. Nouembris 1649. coram bo: me: Arguelles*; ibi enim vnica reiectio aderat, nec effluxerat tantũ temporis, intra quod reiectus potuerit fieri doctior ſubducto tempore impedimenti, in præſenti verò caſu duæ præceſſerunt reiectiones, & examen petitur poſt plures annos, quod proptereà concedi non poteſt, cum regulariter reiterari non ſoleat, niſi infra breue tempus arbitrio Iudicis regulandum, vt docet *Maſſobr. in prax. habend. concurſ. tit. de elect. mag. idonei facien. requiſit. 5. dub. 4. num. 13. & dub. 14. num. 6. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 4. num. 146. verſ. nec omitten. Rota in Calaguritana Beneficij de Cornago 20. Decembris 1646. & 18. Februarij 1647. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Et ita Garzia tantum informante deciſum fuit.

PAM-

PAMPILONEN. DECIMARVM DE VSSVRBIL.

Veneris 1. Iuly 1650.

ARGVMENTVM.

Immemorabilis quomodo probetur, & ex quibus excludatur, & Remiſſoria nunquam conceditur, quando materia articulata eſt irreleuans, improbabilis, vel calumnioſa.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in prophanis de facili concedi ſolet. Fallit, quando materia eſt irreleuans, improbabilis, vel ſapit calumniam, ibid.*
2 *Immemorabilis excluditur, ſi aliquid fuerit viſum, vel auditum in contrarium.*
3 *Requiſitum quod nihil fuerit auditum in contrarium ceſſat, quando Teſtes de eo deponunt.*
4 *Ad probationem immemorabilis ſubducendum eſt tempus litis.*
5 *Immemorabilis requirit, quod Teſtes deponant de viſu per 40. annos.*
6 *Remiſſoria non conceditur, quando materia eſt improbabilis.*
7 *Lis ſubſequens non tollit immemorabilem, quando fuit antecedenter probata.*
8 *Producens ſcripturam fatetur omnia in ea contenta eſſe vera.*
9 *Laici ſunt incapaces decimarum abſque beneplacito Apoſtolico.*
10 *Vel ſine conceſſione feudali ante Concilium Lateranenſe.*
11 *Solutio, & acquieſcentia anteceſſoris non præiudicat ſucceſſori.*

DECISIO CIV.

IN vltima deciſione coram me edita occaſione litis vertentis inter Coniuges de Achega ex vna, & Rectorem, ac Beneficiatos ex altera ſuper quaſi poſſeſſione exigẽdi decimas in Territorio de Vſſurbil Domini conceſſeruut Rectori mandatum de manutenendo reſpectu quartæ partis, quo verò ad reliquas tres alias partes mandarunt, vt videretur de bono iure, dum verò cauſa erat in limine propoſitionis prætendentes iidem coniuges habere immemorabilem cum fama priuilegij exhibitis in actis articulis concernentibus illius probationem inſteterunt pro conceſſione Remiſſoriæ, ſed dubio propoſito negatiuè reſponſum fuit.

1 Nam licet cauſa decimarum ad hunc effectum dicatur prophana, & in prophanis remiſſoria de facili concedi ſoleat. Id tamen non procedit quando materia eſt irreleuans, vel improbabilis, & ſic conſtat de manifeſta calumnia, *Bald. in l. Iudices, num. 3. in fin. C. de fid. inſtrum. Roman. conſ. 273. num. 3. verſ. hec in præmiſſa, Rota coram Seraph. deciſ.* 1460. *num. 12. & ſeqq. & in recent. deciſ.* 31. *num.* 6. *& deciſ.* 217. *num. 9. par. 7.*

2 Talis autem viſa fuit materia articulata pro parte Coniugum, attentis Teſtibus formiter examinatis deponentibus audiuiſſe ab eorum parentibus, & antianis, quod anteactis temporibus Rectores, & Beneficiati exigebant integrè dictas decimas, quod ſufficit pro excludenda immemorabili ad cuiusiuſtiſicationem requiritur, quod nihil vnquam actum, viſum, vel auditum fuerit in contrarium iuxta requiſita, quæ enumerat *gloſſ. in cap. 1. verb. memoria, verſ. ſed quomodo, de preſcript. in 6. Monet. de decim. cap. 5. quæſt. 1. num. 76. Rota coram Penia deciſ.* 508. *num. 1. & ſeqq. & in recent. deciſ. 502. num. 1. par. 4. deciſ. 56. num. 7. par. 7. & in Burgen. Decimarum* 28. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Cerro.*

3 Non enim poteſt dici non eſſe memoriam in contrarium, dum ex prædictis de contrario cõſtat, *Io. Andr. in d. cap. 1. in fin. de præſcript. in 6. Seraph. deciſ. 1367. num. 1. in fin. And. deciſ. 56. nu. 4. & 5. in recent. deciſ. 254. num. 3. par. 1.* & dictum fuit *in Pampilonen. Decimarum* 10. *Ianuarij* 1639. *coram Eminentiſſ. Card. Veroſpio.*

4 Imò ſubducto tempore litis motæ de anno 1572. prout neceſſario ſubduci debet, *iuxta text. in c. licet ex quadam 47. de teſtib.* quam opinionem perpetuò ſeruauit *Rot. vt coram Penia deciſ. 508. num. 7. & ſeqq. & in recent.* deciſ. *76. num. 3. & deciſ. 445. num. 2. par. 1. & deciſ. 458. num. 68. verſ. cum enim, par. 5. deciſ. 142. num. 5. & deciſ. 266. num. 17. par. 6. & paſſim in alijs.* Im-
5 poſſibile eſt, quod reperiantur Teſtes adeò annoſi, qui ante dictum tempus deponant de viſu per 40. annos vt ad probandam immemorabilem neceſſarium eſſe, *not. Florian. de S. Petro in l. ſeruitutes la 3. num. 36. verſ. vel qui ſaltem, ff. de ſeruit. Couarr. in regula poſſeſſor 2. par. §. 3. num. 7. verſ. teſtes verò, de præſcript. Rot. coram Verall. deciſ. 71. num. 2. par. 2. & deciſ. 290. par. 3. Put. deciſ. 204. num. 3. & deciſ. 338. num. 1. lib. 2. Seraph. deciſ. 1450. num. 2. & deciſ. 1460. eodem num. & in recent. deciſ. 254. num. 1. & ſeqq. par. 1. & deciſ. 266. num. 15. in fine par. 6.*

6 Et propterea ex iſto capite improbabilitatis remiſſoriam eſſe denegandam, firmauit *Rota coram Durano deciſ. 196. num. 5. in recent. deciſ. [illegible] num. 6. & deciſ. 315. num. 4. & deciſ. 319. num. 16. par. 6. deciſ. 35. num. 6. par. 7.* & dictum fuit *in Toletana Decimarum de Capilla 4. Iunij 1640. coram Eminentiſſ. Card. Panzirolo, in Roſſanen. Decimarum 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſ. Salamantino, & in Barchinonen. Alimentorum 17. Maii 1647. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

7 Non obſtat, quod litis conteſtatio, & ſententia lata ad fauorem Eccleſiæ de dicto anno 1572. non ſuſtulerit immemorabilem, quia obiectum benè procederet, ſi illa adeſſet, & fuiſſet concludenter probata, in quibus terminis loquuntur allegati in contrarium, & not. *Add. ad ſa. me. Greg. deciſ. 51. num. 2.* & dictum fuit *in Cauallicen. Feudi 26. Aprilis 1613. coram Pirouano.* Secus verò, vt in præſenti caſu, quando non affertur talis probatio, & de nouo non poteſt fieri ex ſupra deductis.

8 Quod autem de dicto anno 1572. inter eaſdem partes fuerit introducta lis ſuper hoc ipſo iure decimandi, & ab Archiepiſcopo Cæſaraugustano lata fuerit ſententia ad fauorem Recto-

Rectois,& Beneficiatorum reuocatoria alterius līæ ab Epiſcopo Pampiloneñ. probatur ex līteris Executorialibus Conſilij Regij, ad quod Laici tunc tēporis pro euitanda Executione habuerunt recurſum, productis in hoc iudicio ab ipſis Coniugibus de Achega aduerſarijs, qui proptereà omnia ibidem contenta falſi fuerunt, *Salycet. in l.comparationes num.13. C.de fid.instrument. Abb. in cap.cum venerabiles ſub num.31. verſ. nam producendo de exceptio. Rota deciſ.123.num.5. & deciſ.624.num.6.part.1.in recent. deciſ.185. num.4. verſ. Tum denique part.3. & coram Duran.deciſ.433.num.6.*

9 Secluſa immemorabili irreleuantes ſunt alij articuli ſuper conſenſu Beneficiatorum,& declarationibus,ac ceſsionibus ab eis factis ad fauorem Laicorum, cū laici ſint penitus Decimarum incapaces, neque id fieri potuerit ſine Beneplacito Apoſtolico, *cap.ad hæc,cap.quamuis, & cap. prohibemus de decimis cap. vlt.* ibique *gloſſ. in verb. non licere 16.quæſt.1. Rota coram Comitulo deciſ.154.num.8.& ſeq. & in Rauennaten. ſeu Ferrarien. Decimarum 25.Februarij & 26.Iunij 1647. coram R. P. D. meo Cerro, & 24.Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Verospio*, vbi cumulantur concordantes.

10 Prout etiam irreleuans eſt alter articulus circà recognitionem, quæ pretenditur ab Eccleſia, ſeù beneficiatis mediante ſolutione cuiuſdam ſummæ pro eorum congrua, quia vel recognitio prętenditur feudalis, & nō ſufficit illā probare ſimpliciter, ſed eſſet articulanda ante Cōcil. Lateranenſe,vt poſſet ſuffragari, *Couarr. var. reſolut. lib. 1. cap. 17. num. 5. & ſeq. Monet. de decim. cap. 5. q. 3. ſub num. 6. verſ.ſecunda concluſio,& num. 66. Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt. 86. num.5. Rot. deciſ. 545. num.1. part.4. recent. & deciſ.193.num.12. part.7.*

11 Vel eſt ſimplex acquieſcientia ſolutioni prędictæ Beneficiatorum pro tempore, & modernis Beneficiatis præiudicare non poteſt, *cap.1.de ſolutio. Gratian.diſcept.for.cap.298.nu.99. Rot.coram Millin.deciſ.399.num.1.* & dictum fuit *in Zamoren. Anniuerſariorum 11. Martij 1648. coram R.P.D.meo Meltio.*

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

MEDIOLANEN. BONORVM.

Veneris 1.Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Locatio iunctis adminiculis,& ſignanter perceptione penſionum probat poſſeſſionem,& vigore illius competit manutentio, quæ non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur poſſidenti.*
2 *Locatio non probat poſſeſſionem in præiudiciū Tertij*
3 *Fallit concurrerentibus adminiculis.*
4 *Poſſeſſio probatur ex pluribus locationibus effectum ſortitis cum perceptione penſionum.*
5 *Via executiua non competit contrà Tertium, ſed ordinariè agen. eſt.*
6 *Iudex nulliter, & inordinatè procedens non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*
7 *Patri debetur vſusfructus in bonis aduentitijs filij.*
8 *Manutentio non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
9 *Debitor in quærendis poteſt præiudicare Creditori.*
10 *Ius adeundi non eſt in bonis noſtris.*
11 *Debitor non adeundo, vel repudiando non dicitur fraudare Creditores.*

DECISIO CV.

DOMINI omiſſis Diſputationibus concernentibus petitorium ſtrictè ad Dubium propoſitum: Reſponderunt Excellentiſſimæ Principiſſæ Poliſenæ Doriæ dādum eſſe mandatum de manutenēdo ſuper bonis Oſſunæ,
1 & ſuper Datio Imbottatus Plebis Deſij ducatus Mediolani,ex quo reſpectu omnium cōſtat de illius poſſeſſione, qua ſtante manutentio non poteſt denegari, *§.retinendæ inſtit. de interdict. l.1. §.interdictum autem,ff.vti poſſid. Couar. pract.cap.17,num.3. verſ.nam hoc interdictum, Rot. coram Coccino deciſ.486.num.2*

2 Etenim,quoad bona Oſſunæ productum fuit non ſolum Iuſtrumentum Affictus facti Franciſco Perlaſchæ, *in Summario num.2.*, ſed etiam partitæ libri eiuſdem Franciſci publici Mercatoris diligenter, & legaliter tenti, concernentes ſolutiones præfati Affictus, cum quibus concordant duæ receputæ, ſeù quietantiæ formiter recognitæ; Nam licet ſim-
3 plex locatio non probet poſſeſſionem in præiudicium Tertij;Attamen quādo concurrunt adminicula, vel perceptio penſionum, vt in præſenti caſu, tunc poſſeſſionem remanere ſufficienter probatam diſponit, *text.in cap.cum veniſſent*, vbi *gloſſ.& Doct. de reſtit.ſpoliat. gloſſ.in l.qui vniuerſas, §.quod per Colonum verb.Colonum*, ibique *Bart.ante nu.1. verſ.tene menti, ff.de acquir. poſſ. Roman.conſ.70.nu.11. Mantic.deciſ.245.nu.2. Caualer deciſ.44.num.1.ſan.mem.Gregor.deciſ.500. num.2. & in recent.deciſ.576.eodem num. part.4.*

4 Et ex ſimilibus locationibus geminatis, & effectum ſortitis mediante multiplici ſolutione penſionum probari poſſeſſionem eiuſdem D. Principiſſæ etiam reſpectu Datij Imbottatus, firmauit *Rot.deciſ.22.num.10. & ſeqq. & dec.60.nu.1.part.7.recen.* cum alijs per *Adden. ad Buratt.deciſ.263.num.10.*

5 Nec releuat ſequeſtrum obtentum à Monaſterio, & Monialibus S. Vrſulæ Ciuitatis Mediolani tanquā Creditricibus D.Principis Landi, quia cū dicta bona ex cauſa reſtitutionis Dotis tradita fuerint vſque de anno 1616. D.Principiſſæ Placidiæ cum clauſulis importantibus translationem dominij, & poſſeſſionis, & ab ea deindè peruenerint in Principiſſam Poliſenam eius filiam titulo vniuerſali Inſtitutionis hæredis,quæ adhuc poſſidet,non poterat contrà eam tanquam Tertiam procedi via executiua, ſed ordinariè agendum erat, *Alex. in l.à Dino Pio, §.ſi ſuper rebus ſub num.28.*

verſ.

5 *verſ.& pro hoc,ff.de re iudic. Felin.in cap.cum ſuper num.15. verſ.amplius dixit eod.tit. Iaſ.in l.quadam, §.1.num. 7. ff. eodem, Rot.coram ſan. mem.Gregor. deciſ.22.nu.1, deciſ. 330.num.2. & deciſ.362. nu.6.* vbi *Adden.num.12. Buratt.deciſ.574.nu.2. & ſeqq. & in recent.deciſ.595.num.1,& ſeqq. & deciſ.613. per tot. part.4.tom.3.*

6 Vndè Iudex ità inordinate procedendo, videtur proceſſiſſe tanquam priuatus, non tanquam Iudex, qui proindè nõ priuauit D.Principiſſam ſua poſſeſſione, *Angel.in l. clam poſſidere, §.qui ad nundinas ſub num.2. verſ. poteſt enim, & in l.qui vniuerſas, §.item cum Prætor ad fin. ff.de acquir.poſſeſſ. Rot.deciſ.163.num.12.part.4. tom.2. recent.& deciſ.229.num.7. part.7.*

7 Nec releuat, quod ſaltem in ijſdem bonis
vti aduentitijs filiæ eſſet debitus vſusfructus
Patri,& cõſequenter licuerit Creditoribus ſu-
per fructibus ſequeſtrum obtinere: Nam ſem-
per ſubſiſtit reſponſio, quod cum illi fuerint
8 exacti per Principiſſam, & hodiè agatur in
ſummarijſſimo manutentionis, non poteſt
eidem denegari mandatum de manutenendo,
quod non retardatur per exceptiones reſpi-
cientes petitorium, & requirentes altiorem
indaginem, *Dec.conſ.220.ſub num.1. verſ.& hoc
poſſeſſorium, Natt.conſ.471.num.9. in fin. Ofaſc.de-
ciſ.116.num.7. Rot.coram Buratt.deciſ.194.num.7.
& in recent.deciſ.214.num.11.part.7.*

9 Et tamen vltrà prædicta adhuc replicabatur per Informantes pro eadem Principiſſa non potuiſſe ſuper dictis fructibus ſequeſtrum fieri, quia in quærendis,& quæ pendent à voluntate noſtra, poteſt Debitor præiudicare Creditoribus, nam recuſando acquirere nec diminuit patrimonium, nec illos fraudat, vt eſt *Textus expreſſus in l.qui autem 6.*, ibique *Bart. & Doct.ff.quæ in fraud.credit.l.non fraudantur 177.* vbi *Cagnol. à nu.1.de reg.iur. Pariſ.conſ.127.n.17. & ſeqq.lib.1. Tiraq.de retract. lignag. §.26. gloſſ.1. nu.15.Io:Baptiſta Coſta de Retrotract. cap.8.caſu 3. ſub num.12. verſ.ampliatur,& num.ſeq. Rot.coram Buratt.deciſ.62.num.7.*

10 Vndè Princeps recuſando vſumfructum
prædictum,& obuiando principio acquiſitio-
nis potuit nolle etiam in præiudicium Credi-
torum ſicuti in terminis iuris adeundi, quod
11 ante aditionem non ſit in bonis noſtris, &
ideò Debitor non adeundo, ſeù repudiando
non dicatur fraudem inferre Creditoribus,
notat *Angel.Aretin.in §.item ſi quis in fraudem ſub
num. 10. verſic. in gloſſa rem ſuam Inſtit. de action.
Peregr.de fideicom.art.3.num.119. Vinc.de Franch.
deciſ.101. per tot. Surd. latiſſimè deciſ.140. à nu.5.
ad fin. Rot. in Romana Portionis hæreditatis 5.Maij
1600. coram Corduba, in Romana Fideicommiſſi de
Formonis 9.Iunij 1634.coram Eminentiſſ.Cardinali
Panzirolo, in Romana fructuũ Cenſus 21. Maij 1635.
coram Eminentiſſ.Veroſpio, & in Peruſina Bonorum
14.Martij 1640. coram Reuerendiſſ. Terracinen.*

Et ità deciſum altera tantùm parte informante.

PISCIEN. BENEF

Sabb. 26. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Præſentatus ad beneficium de Iurepatronatus, quæ debeat iuſtificare ad effectum, vt veniat inſtituendus; Et ex quibus Iuſpatronatus præſumatur gentilitium, non autem hæreditarium.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio debetur ei, qui docet de Clericatu, vacatione beneficij, de exiſtentia Iuriſpatronatus,& pertinentia ad fauorem eorum, qui ipſum præſentarunt.*
2 *Præſentatus à maiori parte Patronorum inſtitui, & præferri debet.*
3 *In Præſentationibus non eſt attendendus Patronorum numerus, ſed illorum tantum, qui actu præſentarunt.*
4 *Ex præſentationibus continuatis, & effectum ſortitis deſumitur pertinentia Iuriſpatronatus.*
5 *Confeſſio Donantis, & illius authoris præiudicat Donatarijs, & præſentatis ab eis.*
6 *Fœminæ, & deſcendentes ab eis non admittuntur ad præſentandum in patronatu gentilitio, vel mixto.*
7 *Iuriſpatronatus qualitas deſumitur ex obſeruantia.*
8 *In Iurepatronatus hæreditario filius non admittitur ad præſentan. vna cum patre.*
9 *Iuſpatronatus ex quibus præſumatur gentilitium.*
10 *In Iurepatronatus gentilitio ſi filius præſentando enunciauerit ſe patris hæredem; qualitas hæreditaria cenſetur appoſita demonſtratiuè, non taxatiuè.*
11 *Vel ſaltem verbum* hæredes, *debet intelligi de hæredibus ſanguinis.*
12 *Præſentato, vt debeatur inſtitutio, ſufficit probare, quod præſentans deſcendat ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

DECISIO CVI.

ORTA controuerſia ſuper Beneficio ſimplici Sanctiſſimi Crucifixi, & S. Mariæ
Magdalenæ in Eccleſia S.Andreæ de Monte
Carolo inter Franciſcum de Carolis infor-
mantem præſentatum à Iacobo, & alijs de
eadem familia tanquam Patronis pro duabus
ex quatuor vocibus, & Franciſcum de Tho-
lomeis habentem ſimilem præſentationem à
Tholomæo,& Ioanne de Tholomæis vti Do-
natarijs Caroli de Maſſeis Compatroni pro
vnica voce tantum. Propoſui dubium, An,
& quis eſſet inſtituendus,& ad fauorem Fran-
1 ciſci de Carolis reſponſum fuit. Is enim do-
cet de Clericatu per literas patentes ſui Ordi-
narij, de vacatione Beneficij ex fide obitus
Franciſci Iunij vltimi poſſeſſoris ſecuti de
menſe Nouembris 1628. de exiſtentia Iuriſpa-
tronatus ex inſtrumento fundationis, & dota-
tionis cum ſucceſſiuis præſentationibus, datis
in Summario num.3. & demùm de pertinentia
ad fauorem dictæ familiæ de Carolis, à qua
intra legitima tempora præſentatus fuit per
con-

confeſſionem authorum partis aduerſæ, itaut meritò veniat inſtituendus, *cap. decernimus. & cap. Monaſterium 16. quaſt. 7, cap. cum Bertholdus*, & ibi *Abb. num.* 12. *de re iudicat. Rota deciſ.* 337. *num.* 1. *part.* 2. *recent. & deciſ.* 15. *eod. num. & nu. ſeq. part.* 5. *& in Mutinen. Beneficij* 27. *Martij* 1648. *coram bon. mem Arguelles*.

2 Nec refert, quod etiam Franciſcus de Tholomæis habeat ſimilem præſentationẽ à Tholomæo, & Ioanne de Tholomæis donatarijs Caroli de Maſſęis, nam cum dictum Iuſpatronatus non ſpectaret ad ipſum Maſſęum, niſi pro vnica tantum ex quatuor vocibus, pro duabus verò ad familiam de Carolis, ſequitur quod præſentatus à dictis de Tholomæis non poſſit concurrere cum informante, quia habens pro ſe maiorem calculum vocũ ſemper inſtitui, & præferri debet, *cap.* 3. *iuncta gloſſa, verb. qui maioribus de iurepatr. Garz. de benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 257. *Mantic. deciſ.* 86. *num.* 4. *Duran. deciſ.* 94. *num.* 8. *& in recent. deciſ.* 202. *nu.* 1. *part.* 2. *& deciſ.* 2. *nu.* 4. *deciſ.* 275. *nu.* 1. *& dec.* 280. *eod. num. & ſeqq. part.* 7. cum alijs pluribus relatis *in Comen. Cappellæ* 27. *Aprilis* 1648. *&* 26. *Februarij* 1649. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*.

3 Ad quem effectum non venit attendendus Patronorum numerus in abſtracto, ſed eorũ tantum, qui actualiter præſentarunt, vt notat *Dec. conſ.* 127. *num.* 4. *Duran. deciſ.* 199. *num.* 10. *& deciſ.* 230. *nu.* 5. & fuit dictum *in Veliterna Cappellania* 27. *Aprilis* 1622. *coram bo. me. Manzanedo*.

4 Prædicta autem veritas non poteſt reuocari in dubium; Tum attentis pluribus præſentationibus continuatis, & effectum ſortitis iuncta etiam ſententia Ordinarij, *vt in Summario num.* 4. *& ſeqq.* ex quibus conſtat familiam de Carolis ſemper præſentaſſe pro dictis duabus ex quatuor vocibus; Illam verò de Maſſęis pro vnica voce tantum, *Rot. dec.* 224. *ad fin. part.* 1. *in rec. in Sulmonen. Beneficij* 25. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. meo Peutingero*, *&* 10. *Martij* 1649. *coram bon. mem. Arguelles, & in Gerunden. Beneficij* 11. *Martij* 1648. *coram me*, & paſſim in alijs.

5 Tum etiã ex confeſſione explicita Pauli Antonij Maſſęi, necnon Caroli eius filij, qui in præſentationibus annorum 1525. & 1579. reſpectiuè expreſsè declararunt, vnam ex quatuor vocibus ad ipſos ſpectare, duas verò ad familiam de Carolis, quæ confeſſiones emiſſæ ab authoribus donantis longè ante donationem plenè probant in præiudicium donatarij, & ab eo præſentati, vt in terminis Iuriſpatronatus, firmauit *Rota coram Buratt. deciſ.* 183. *num.* 6. *& ſeqq. & deciſ.* 792. *num.* 4. *& in recent. deciſ.* 336. *nu.* 22. *par.* 5. *in d. Sulmonen. Beneficij* 25. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. meo Peutingero*, *& in Comen. Cappella* 27. *Aprilis* 1648. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*.

6 Minus obſtat, quod Franciſcus de Tholomæis aduerſarius habeat quoque pręſentationem ab illis de Pardinis, Geminianis, & Nuccorinis deſcendentibus ex fœminis familię de Carolis, nam vltrà quod non apparet illos, aut eorum authores vllo vnquam tempore præſentaſſe, & exiſtere in poſſeſſione præſentandi, ceſſat difficultas, dum verſamur in patronatu gentilitio, vel mixto, in quo fœminæ, & deſcendentes ex eis non admittuntur, cum in eis deficiat huiuſmodi qualitas, *Ferrett. conſ.* 132. *num.* 3. *lib.* 1. *Peregr. conſ.* 33. *num.* 21. *lib.* 1. *Rota coram Buratt. deciſ.* 183. *num.* 23. *& in recent. deciſ.* 208. *num.* 1. *part.* 7.

7 Quod autem Iuſpatronatus ſit gentilitium,
bene deducitur ex obſeruantia, *Gabr. conſ.* 196.
num. 6. *lib.* 2. *Rota in Florentina Iuriſpatronatus de*
Ricaſolis 10. *Martij* 1603. *coram Lancellotto*, penès
Moder. de Iurepatr. lib. 4. *cap.* 1. *nu.* 71. *& deciſ.* 166.
num. 9. *& ſeqq. part.* 6. *recent.* cum alijs adductis
per *Gratian. diſcept. forenſ. lib.* 3. *cap.* 521. *num.* 19.
8 *& ſeq.* Etenim de anno 1579. Martinus pater,
& Andreas, & Iulius eius filij præſentarunt
ſimul cum alijs de familia de Carolis ſub expreſſa mentione, quod Iuſpatronatus ad ipſos
ſpectabat pro duabus ex quatuor partibus,
quod nõ conuenit patronatui hæreditario, in
quo cum filius non poſſit eſſe hæres patris
viuentis, conſequenter vna cum patre præſentare non valet, vt ponderauit *Rot. coram*
Buratt. deciſ. 183. *nu.* 16. *&* 17. & ibi *Add. nu.* 27.
& in recent. deciſ. 166. *num.* 14. *part.* 6. & probat
Gratian. d. cap. 521. *num.* 23. *& ſeq.*

9 Imò cum de dicto tempore exiſterent filiæ Horatij de Carolis hæredes teſtamentariæ Iuliani Alterius ex compatronis, quæ tamen non præſentarunt, prout etiam ſeruatum fuit in ſucceſsiuis vacationibus, in quibus nec ipſę neque etiam deſcendentes earum, minuſque Lauinia mater Sebaſtiani Pardini fuerunt admiſſæ, quamuis de exiſtentia de tempore dd. vacationum concludenter doceatur, *in Summario num.* 10. *&* 11. Ex hoc inſurgit concludentiſsimum argumẽtum Iuſpatronatus eſſe gentilitium, *Ferrett. conſ.* 132. *nu.* 3. *lib.* 1. *Calder. conſ.* 15. *per tot. de iurepatr. Rot. deciſ.* 288. *num.* 6. *part.* 5. *in rec. & apud Modern. de iurepatr. dec.* 120. *num.* 11. *Florentina Canonicatus* 14. *Maij* 1629. *coram Eminentiſſ. Veroſpio*, *Florentina Iuriſpatronatus* 14. *Februarij* 1639. *coram Merlino*, *& in Lauden. Iuriſpatronatus* 22. *Maij* 1643. *coram R. P. D. meo Cerro*.

10 Nec quicquam facit, quod Iacobus, & Io:
in præſentatione facta de anno 1525. ſe enunciauerint filios, & hæredes patris, quia cum,
& ipſi eſſent de eadem familia, & conſtet ex
ſupradictis Iuſpatronatus eſſe gentilitium, talis qualitas cenſetur appoſita demonſtratiuè,
non autem taxatiuè, *Rot. d. deciſ.* 166. *n.* 20. *par.* 6.
recent. & deciſ. 104. *num.* 4. *&* 5. *apud d. Moder. de*
11 *Iurepatr.* vel ad ſummum eſſet intelligenda
de hæredibus ſanguinis, itaut Iuſpatronatus
ſit mixtum, quod ſufficit pro excluſione deſcendentium ex fœminis, *Rot. d. dec.* 166. *nu.* 21.
part. 6. *& deciſ.* 70. *num.* 5. *poſt Modern. de Iurepatr.*

12 Et eò facilius inclinarunt Domini ad fauorem Franciſci de Carolis, quia ad effectum, vt præſentatus ſit inſtituendus, ſufficit probare quod præſentans deſcendat ab exiſtente in quaſi poſſeſsione præſentandi, prout deſcendunt Iacobus, & alij, qui ipſum pręſentarunt, iuxtà *text. in cap. conſultationibus de iurepatr. Rot. deciſ.* 337. *num.* 3. *part.* 2. *recent. & coram ſanct. mem. Gregor. deciſ.* 349. *nu.* 1. & ibi *Adden. num.* 6. & fir-

matum

Google

verſ.& pro hoc, ff. de re iudic. Felin. in cap. cum ſuper num. 15. verſ. amplius dixit eod. tit. Iaſ. in l. quædam, §. 1. num. 7. ff. eodem, Rot. coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 22. nu. 1, deciſ. 330. num. 2. & deciſ. 362. nu. 6. vbi *Adden. num. 12. Buratt. deciſ. 574. nu. 2. & ſeqq. & in recent. deciſ. 595. num. 1, & ſeqq. & deciſ. 613. per tot. part. 4. tom. 3.*

6 Vndè Iudex ità inordinate procedendo, videtur proceſſiſſe tanquam priuatus, non tanquam Iudex, qui proindè nõ priuauit D. Principiſſam ſua poſſeſſione, *Angel. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas ſub num. 2. verſ. poteſt enim, & in l. qui vniuerſas, §. item cum Prætor ad fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Rot. deciſ. 163. num. 12. part. 4. tom. 2. recent. & deciſ. 229. num. 7. part. 7.*

7 Nec releuat, quod ſaltem in iiſdem bonis vti aduentitijs filiæ eſſet debitus vſusfructus Patri, & cõſequenter licuerit Creditoribus ſuper fructibus ſequeſtrum obtinere: Nam ſemper ſubſiſtit reſponſio; quod cum illi fuerint
8 exacti per Principiſſam, & hodiè agatur in ſummariſſimo manutentionis, non poteſt eidem denegari mandatum de manutenendo, quod non retardatur per exceptiones reſpicientes petitorium, & requirentes altiorem indaginem, *Dec. conſ. 220. ſub num. 1. verſ. & hoc poſſeſſorium, Natt. conſ. 471. num. 9. in fin. Oſaſc. deciſ. 116. num. 7. Rot. coram Buratt. deciſ. 194. num. 7. & in recent. deciſ. 214. num. 11. part. 7.*

9 Et tamen vltrà prædicta adhuc replicabatur per Informantes pro eadem Principiſsa non potuiſse ſuper dictis fructibus ſequeſtrum fieri, quia in quærendis, & quæ pendent à voluntate noſtra, poteſt Debitor præiudicare Creditoribus, nam recuſando acquirere nec diminuit patrimonium, nec illos fraudat, vt eſt *Textus expreſſus in l. qui autem 6.*, ibique *Bart. & Doct. ff. quæ in fraud. credit. l. non fraudantur 177.* vbi *Cagnol. à nu. 1. de reg. iur. Pariſ. conſ. 127. n. 17. & ſeqq. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſſ. 1. nu. 15. Io: Baptiſta Coſta de Retrotract. cap. 8. caſu 3. ſub num. 12. verſ. ampliatur, & num. ſeq. Rot. coram Buratt. deciſ. 62. num. 7.*

10 Vndè Princeps recuſando vſumfructum prædictum, & obuiando principio acquiſitionis potuit nolle etiam in præiudicium Creditorum ſicuti in terminis iuris adeundi, quod
11 ante aditionem non ſit in bonis noſtris, & ideò Debitor non adeundo, ſeù repudiando non dicatur fraudem inferre Creditoribus, notat *Angel. Aretin. in §. item ſi quis in fraudem ſub num. 10. verſic. in gloſſa rem ſuam Inſtit. de action. Peregr. de fideicom. art. 3. num. 119. Vinc. de Franch. deciſ. 101. per tot. Surd. latiſſimè deciſ. 140. à nu. 5. ad fin. Rot. in Romana Portionis hæreditatis 5. Maij 1600. coram Cordubo, in Romana Fideicommiſsi de Formonis 9. Iunij 1634. coram Eminentiſſ. Cardinali Panzirolo, in Romana fructuũ Cenſus 21. Maij 1635. coram Eminentiſſ. Veroſpio, & in Peruſina Bonorum 14. Martij 1640. coram Reuerendiſſ. Terracinen.*

Et ità deciſum altera tantùm parte informante.

PISCIEN. BENEFICII

Sabb. 26. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Præſentatus ad beneficium de Iurepatronatus, quæ debeat iuſtificare ad effectum, vt veniat inſtituendus; Et ex quibus Iuſpatronatus præſumatur gentilitium, non autem hæreditarium.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio debetur ei, qui docet de Clericatu, vacatione beneficij, de exiſtentia Iuriſpatronatus, & pertinentia ad fauorem eorum, qui ipſum præſentarunt.*
2 *Præſentatus à maiori parte Patronorum inſtitui, & præferri debet.*
3 *In Præſentationibus non eſt attendendus Patronorum numerus, ſed illorum tantum, qui actu præſentarunt.*
4 *Ex præſentationibus continuatis, & effectum ſortitis deſumitur pertinentia Iuriſpatronatus.*
5 *Confeſsio Donantis, & illius authoris præiudicat Donatarijs, & præſentatis ab eis.*
6 *Fœminæ, & deſcendentes ab eis non admittuntur ad præſentandum in patronatu gentilitio, vel mixto.*
7 *Iuriſpatronatus qualitas deſumitur ex obſeruantia.*
8 *In Iurepatronatus hæreditario filius non admittitur ad præſentan. vna cum patre.*
9 *Iuſpatronatus ex quibus præſumatur gentilitium.*
10 *In Iurepatronatus gentilitio ſi filius præſentando enunciauerit ſe patris hæredem, qualitas hæreditaria cenſetur appoſita demonſtratiuè, non taxatiuè.*
11 *Vel ſaltem verbum* hæredes, *debet intelligi de hæredibus ſanguinis.*
12 *Præſentato, vt debeatur inſtitutio, ſufficit probare, quod præſentans deſcendat ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

DECISIO CVI.

ORTA controuerſia ſuper Beneficio ſimplici Sanctiſſimi Crucifixi, & S. Mariæ Magdalenæ in Eccleſia S. Andreæ de Monte Carolo inter Franciſcum de Carolis informantem præſentatum à Iacobo, & alijs de eadem familia tanquam Patronis pro duabus ex quatuor vocibus, & Franciſcum de Tholomeis habentem ſimilem præſentationem à Tholomæo, & Ioanne de Tholomæis vti Donatarijs Caroli de Maſſeis Compatroni pro vnica voce tantum. Propoſui dubium, An, & quis eſſet inſtituendus, & ad fauorem Fran-
1 ciſci de Carolis reſponſum fuit. Is enim docet de Clericatu per literas patentes ſui Ordinarij, de vacatione Beneficij ex fide obitus Franciſci Iunij vltimi poſſeſſoris ſecuti de menſe Nouembris 1628. de exiſtentia Iuriſpatronatus ex inſtrumento fundationis, & dotationis cum ſucceſſiuis præſentationibus, datis *in Summario num. 3.* & demùm de pertinentia ad fauorem dictæ familiæ de Carolis, à qua intra legitima tempora præſentatus fuit per con-

Digitized by Google

confeſſionem authorum partis aduerſæ, itaut meritò veniat inſtituendus, *cap. decernimus. & cap. Monaſterium 16. quaſt. 7, cap. cum Bertholdus*, & ibi *Abb. num. 12. de re iudicat. Rota deciſ. 337. num. 1. part. 2. recent. & deciſ. 15. eod. num. & nn. ſeq. part. 5. & in Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. coram bon. mem Arguelles*.

2 Nec refert, quod etiam Franciſcus de Tholomæis habeat ſimilem præſentationē à Tholomæo, & Ioanne de Tholomæis donatarijs Caroli de Maſſęis, nam cum dictum Iuſpatronatus non ſpectaret ad ipſum Maſſęum, niſi pro vnica tantum ex quatuor vocibus, pro duabus verò ad familiam de Carolis, ſequitur quod præſentatus à dictis de Tholomæis non poſſit concurrere cum informante, quia habens pro ſe maiorem calculum vocū ſemper inſtitui, & præferri debet, *cap. 3. iuncta gloſſa, verb. qui maioribus de iurepatr. Garz. de benef. part. 9. cap. 2. num. 257. Mantic. deciſ. 86. num. 4. Duran. deciſ. 94. num. 8. & in recent. deciſ. 202. nu. 1. part. 2. & deciſ. 2. nu. 4. deciſ. 275. nn. 1. & dec. 280. eod. num. & ſeqq. part. 7.* cum alijs pluribus relatis *in Comen. Cappellæ 27. Aprilis 1648. & 26. Februarij 1649. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*.

3 Ad quem effectum non venit attendendus Patronorum numerus in abſtracto, ſed corū tantum, qui actualiter præſentarunt, vt notat *Dec. conſ. 127. num. 4. Duran. deciſ. 199. num. 10. & deciſ. 230. nu. 5.* & fuit dictum *in Veliterna Cappellaniæ 27. Aprilis 1622. coram bo. me. Manzanedo*.

4 Prædicta autem veritas non poteſt reuocari in dubium; Tum attentis pluribus præſentationibus continuatis, & effectum ſortitis iuncta etiam ſententia Ordinarij, *vt in Summario num. 4. & ſeqq.* ex quibus conſtat familiam de Carolis ſemper præſentaſſe pro dictis duabus ex quatuor vocibus; Illam verò de Maſſęis pro vnica voce tantum, *Rot. dec. 224. ad fin. part. 1. in rec. in Sulmonen. Beneficij 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Peutingero, & 10. Martij 1649. coram bon. mem. Arguelles, & in Gerunden. Beneficij 11. Martij 1648. coram me*, & paſſim in alijs.

5 Tum etiā ex confeſſione explicita Pauli Antonij Maſſęi, necnon Caroli eius filij, qui in præſentationibus annorum 1525. & 1579. reſpectiuè expreſsè declararunt, vnam ex quatuor vocibus ad ipſos ſpectare, duas verò ad familiam de Carolis, quæ confeſſiones emiſſæ ab authoribus donantis longè ante donationem plenè probant in præiudicium donatarij, & ab eo præſentati, vt in terminis Iuriſpatronatus, firmauit *Rota coram Buratt. deciſ. 183. num. 6. & ſeqq. & deciſ. 792. num. 4. & in recent. deciſ. 336. nu. 22. par. 5. in d. Sulmonen. Beneficij 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Peutingero, & in Comen. Cappella 27. Aprilis 1643. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*.

6 Minus obſtat, quod Franciſcus de Tholomæis aduerſarius habeat quoque præſentationem ab illis de Pardinis, Geminianis, & Nuccorinis deſcendentibus ex fœminis familię de Carolis, nam vltrà quod non apparet illos, aut eorum authores vllo vnquam tempore præſentaſſe, & exiſtere in poſſeſſione præſentandi, ceſſat difficultas, dum verſamur in patronatu gentilitio, vel mixto, in quo fœminæ, & deſcendentes ex eis non admittuntur, cum in eis deficiat huiuſmodi qualitas, *Ferrett. conſ. 132. num. 3. lib. 1. Peregr. conſ. 33. num. 21. lib. 1. Rota coram Buratt. deciſ. 183. num. 23. & in recent. deciſ. 208. num. 1. part. 7.*

7 Quod autem Iuſpatronatus ſit gentilitium, bene deducitur ex obſeruantia, *Gabr. conſ. 196. num. 6. lib. 2. Rota in Florentina Iuriſpatronatus de Ricaſolis 10. Martij 1603. coram Lancellotto*, penès *Moder. de Iurepatr. lib. 4. cap. 1. nu. 71. & deciſ. 166. num. 9. & ſeqq. part. 6. recent.* cum alijs adductis per *Gratian. diſcept. forenſ. lib. 3. cap. 521. num. 19.*
8 *& ſeq.* Etenim de anno 1579. Martinus pater, & Andreas, & Iulius eius filij præſentarunt ſimul cum alijs de familia de Carolis ſub expreſſa mentione, quod Iuſpatronatus ad ipſos ſpectabat pro duabus ex quatuor partibus, quod nō conuenit patronatui hæreditario, in quo cum filius non poſſit eſſe hæres patris viuentis, conſequenter vna cum patre præſentare non valet, vt ponderauit *Rot. coram Buratt. deciſ. 183. nu. 16. & 17.* & ibi *Add. nn. 27. & in recent. deciſ. 166. num. 14. part. 6.* & probat *Gratian. d. cap. 521. num. 23. & ſeq.*

9 Imò cum de dicto tempore exiſterent filiæ Horatij de Carolis hæredes teſtamentariæ Iuliani Alrerius ex compatronis, quæ tamen non præſentarunt, prout etiam ſeruatum fuit in ſucceſsiuis vacationibus, in quibus nec ipſę neque etiam deſcendentes earum, minuſque Lauinia mater Sebaſtiani Pardini fuerunt admiſſæ, quamuis de exiſtentia de tempore dd. vacationum concludenter doceatur, *in Summario num. 10. & 11.* Ex hoc inſurgit concludentiſsimum argumētum Iuſpatronatus eſſe gentilitium, *Ferrett. conſ. 132. nu. 3. lib. 1. Calder. conſ. 15. per tot. de iurepatr. Rot. deciſ. 288. num. 6. part. 5. in rec. & apud Modern. de iurepatr. dec. 120. num. 11. Florentina Canonicatus 14. Maij 1629. coram Eminentiſſ. Veroſpio, Florentina Iuriſpatronatus 14. Februarij 1639. coram Merlino, & in Lauden. Iuriſpatronatus 22. Maij 1643. coram R. P. D. meo Cerro*.

10 Nec quicquam facit, quod Iacobus, & Io: in præſentatione facta de anno 1525. ſe enunciauerint filios, & hæredes patris, quia cum, & ipſi eſſent de eadem familia, & conſtet ex ſupradictis Iuſpatronatus eſſe gentilitium, talis qualitas cenſetur appoſita demonſtratiuè, non autem taxatiuè, *Rot. d. deciſ. 166. n. 20. par. 6. recent. & deciſ. 104. num. 4. & 5. apud d. Moder. de*
11 *Iurepatr.* vel ad ſummum eſſet intelligenda de hæredibus ſanguinis, itaut Iuſpatronatus ſit mixtum, quod ſufficit pro excluſione deſcendentium ex fœminis, *Rot. d. dec. 166. nu. 21. part. 6. & deciſ. 70. num. 5. poſt Modern. de Iurepatr.*

12 Et eò facilius inclinarunt Domini ad fauorem Franciſci de Carolis, quia ad effectum, vt præſentatus ſit inſtituendus, ſufficit probare quod præſentans deſcendat ab exiſtente in quaſi poſſeſsione præſentandi, prout deſcendunt Iacobus, & alij, qui ipſum præſentarunt, iuxtà *text. in cap. conſultationibus de iurepatr. Rot. deciſ. 337. num. 3. part. 2. recent. & coram ſanct. mem. Gregor. deciſ. 349. nu. 1.* & ibi *Adden. num. 6.* & fir-

matu ra

matum fuit in *Mediolanen. Beneficij* 31. *Ianuarij* 1646. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Terdonen. Iuriſpatronatus* 17. *Iunij* 1647. *coram me*. Et ità altera tantum, &c.

MAIORICEN. PAROCHIALIS.

Veneris 2. *Decembris* 1650.

ARGVMENTVM.

Plura requiruntur ad obtinendam ſubrogationem gratioſam, & præſertim quod lis fuerit introducta ſuper Titulo, quando autem dicatur introducta ſuper Titulo latè diſcutitur in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio, vt ſit concedenda, quæ requirantur?*

2 *Lis dicitur introducta ſuper titulo beneficij, quando quis petit illud vti ſuum, & ſibi collatum.*

3 *Litigioſum efficitur beneficium, ſi lis fuerit introducta ſuper non iure, & inualiditate Tituli Prouiſi Apoſtolici*

4 *Litigioſum efficitur beneficium, ſiue agatur de inualiditate Tituli Actoris, ſiue Rei.*

5 *In iudicijs æqualitas ſeruari debet.*

6 *Lite pendente ligatæ ſunt manus Ordinarij.*

7 *Ius metimur ex parte Actoris.*

8 *Declara, vt hoc procedat, quando ius tantum Actoris deductum fuit, ſecùs verò ſi etiam ius Rei.*

9 *In connexis, & inſeparabilibus idem diceñ eſt de vno, quod, & de alio.*

10 *Clauſula* cum omnibus incideñ dependeñ, & c totoque negocio principali, *operatur, vt in iudicium cenſeatur deductus titulus, & proprietas.*

11 *Et idem operatur clauſula* quam, & quas.

12 *Calumnia non præſumitur, ſed plenè, & concludenter probari debet.*

DECISIO CVII.

PENDENTE iudicio coram me ſuper adiudicatione Parochialis controuerſæ inter Iacobum Balleſter ex vna, & Andream Corro illius poſſeſſorem ex altera, quia interim de mēſe Martij proximiprȩteriti Andreas deceſſit Ordinarius, indicto concurſu, in eo vti digniorem Gabrielem elegit, qui, cum inſtaret in Dataria pro ſua prouiſione, Iacobus verò pro ſubrogatione gratioſa, placuit Eminentiſſimo Card. Prodatario hunc articulum ad Rotam remittere: Vndè dubium propoſui An illa ſit danda, & affirmatiuè reſponſum fuit.

1 Etenim obitus Andreæ in poſſeſſione dictæ Parochialis non controuertitur, cum vterque ex collitigantibus veniat ex eadem vacatione; Clericatus verò Iacobi probatur ex literis patentibus ſui Ordinarij, & lis negari non poteſt, quia diù agitata fuit in hoc Sac. Tribunali: Quibus ſtantibus ſubrogatio venit cōcedenda, cum hæc ſint requiſita neceſſaria illius, vt tradit *Garz. de benef. par.* 6. *cap.* 4. *nu.* 4. *& nu.* 16 *& ſeqq. ſan. mem. Gregor. deciſ.* 307. *in princ.* & fuit dictum in *Gerunden. Prioratus* 27. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio.*

2 Obiectum verò, quod lis non fuerit introducta ſuper titulo beneficij nullo modo ſubſiſtit in facto; Nam licet Iacobus nullam haberet collationem Parochialis controuerſæ, quam propterea non potuit petere vti ſuam, & ſibi collatam, prout neceſſariū eſſe ad dictum effectum, firmauit *Rot. in Florentina Parochialis de Vecchiettis* 29. *Ianuarij* 1629. *coram Virili*, & paſſim in alijs.

3 Attamen negari non poteſt, quod principaliter illa introducta fuerit ſuper non iure, & inualiditate tituli Andreæ prouiſi Apoſtolici, dum ſecuta collatione ad illius fauorem Iacobus appellauit, & cauſam in Rota committi obtinuit, quo caſu beneficium effici litigioſum, & litem pendere in petitorio ſuper titulo, firmauit *Rot. coram Buratt. deciſ.* 300. *nu.* 9. *&* 10. vbi non obſtante, quod lis fuiſſet introducta ab actore ſuper executione Breuis, & in poſſeſſorio; Nihilominus quia in monitorio aderat clauſula *A moto aduerſario à Beneficio tanquam illegitimè obtento*, quæ verba reſpiciebant petitorium, & inualiditatem tituli eiuſdem Aduerſarij, reſponſum fuit litem ſuffragari, & idem firmatum fuit *còram Coccino deciſ.* 42. *num.* 1.

4 Nam parum refert ad effectum gratioſæ ſubrogationis ſuper cuius titulo lis pendeat; Sed ſolum An pendeat ſuper titulo beneficij, quia tūc abſolutè beneficium efficitur litigioſum, cum agatur de quaſi dominio, iuxtà *text. in Auth. litigioſa*, & ibi *gloſſ. verb. dominio, & Bald. ſub num.* 2. *Ang. à princ. C. de litigioſ. Rot. coram Caſſad. deciſ.* 9. *num.* 8. *de cauſ. poſſeſſ. & prop. & deciſ.* 4. *num.* 4. *vt lit. pend.* & dictum fuit in *Papien. Beneficij* 20. *Nouembris* 1645. *coram R. P. D. meo Corrado.*

5 Et ſicuti danda eſſet ſubrogatio gratioſa Andreæ ſi ipſe ſuperuixiſſet; Ita etiam concedenda videtur Iacobo ſuperſtiti poſt mortem eiuſdem ad ſeruandam inter eos ȩqualitatèm, vt debet *l. fin.* vbi *Bald. num.* 2. *C. de fruct. & lit. exp. cap. non licet de reg. iur, in* 6. *Gonzal. ſuper reg.* 8. §. 7. *proœm. num.* 7. *Rot. coram ſan. mem. Gregor. deciſ.* 581. *num.* 1. *&* 2.

6 Nec quicquam facit collatio facta ab Ordinario ad fauorem Gabrielis, quia dum Beneficium erat litigioſum, non poterat idem Ordinarius concurſum indicere, & beneficium alicui conferre reſiſtente, *text. in cap.* 1. *&* 2. *vt lit. pend. in* 6. & tradit *Pariſ. de reſignat. lib.* 2. *qu.* 3. *num.* 97. *& ſeqq. Mareſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 52. *num.* 17. *&* 18. *Gonzal. ſuper reg.* 8. *gloſſ.* 6. *nu.* 142. *& ſeqq. Barboſ. de offic. Epiſc. alleg.* 60. *nu.* 37. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 67. vbi aduertit, id prouenire, ratione litis, non autem ex vi reſeruationis, *& quæſt.* 54. *num.* 82. *Rot. coram Seraph. deciſ.* 990. *num.* 3. *in Meſſanen. Archipresbyteratus* 19. *Ianuarij* 1643. *coram Reuerēdiſſimo D. meo Dunozetto Decano, in Gerunden. Prioratus* 9. *Decembris* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio, & in Leodien. Beneficij* 23. *Martij* 1648. *coram R. P. D. meo Peutingero.*

Non

Digitized by Google

7 Non obſtant, quod ad effectum prędictum
debeamus metiri ius ex parte Actoris, vt ad-
uertit *Garz. de beneſ. part. 12. cap. 2. nu. 31. & dixit*
Rot. coram Seraph. deciſ. 990. num. 4. coram ſan: me:
Gregor. deciſ. 335. nu. 12. & ſeqq. & Adden. ad eun-
dem deciſ. 174. num. 7. verſ. in hac autem materia,
in Illerdeñ Præceptoria 5. Martij 1627. coram bonæ
me: Patriarcha Manzanedo. & alibi ſæpè.
8 Hoc enim procedit, quando ſolummodò
ius Actoris fuit in litem deductum, ſecùs ve-
rò ſi etiam ius Rei conuenti, vt per *Buratt.*
d. deciſ. 300. num. 9. & 10. Coccin. deciſ. 42. num. 1.
& in dicta Papien. coram D. meo Corrado. Quod
9 inſeparabile erat in præſenti caſu, cum vnum
ſine alio cognoſci, & terminari non poſſet;
& Actor in tantum valeret obtinere, in quan-
tum ius in Reo deficeret; Vndè ratione con-
nexionis, & inſeparabilitatis idem diceñ eſt de
vno, quod ex de alio, *l. proindè, l. ſi ſeruum, ff. ad*
leg. Aquil. Caſtr. conſ. 110. num. 3. & ſeqq. lib. 2. Bec.
conſ. 169. nu. 9. eodem lib. Anchar. conſ. 160. per tot.
Rot. poſt Pacif. de Saluiano deciſ. 238. num. 4.
10 Præſertim, quia idem Andreas defunctus
ſub prętextu, quod Iacobus non curaret com-
mitti cauſam appellationis per cũ interpoſitæ
obtinuit ſignari primam Cõmiſſionem mihi
directam, nedum cum clauſula *quam, & quas,*
ſed etiam cum clauſulis *vna cum inciden. depen-*
den., &c. totoque negocio principali, &c. per quas
attenta præcedenti prouiſione Apoſtolica in
eius perſonam emanata cenſetur deductum
in iudicium titulus, & proprietas, vt dixit *Rot.*
deciſ. 342. nu. 2. part. 1. recent. Buratt. deciſ. 927. nu. 4.
ibique *Adden. nu. 31. Maſſanen. Archipresbiteratus*
29. Nouembris 1641. coram R. P. D. meo Cerro,
Leodien. Beneficij 23. Martij 1648. coram R. P. D.
meo Peutingero, cum alijs per *Lotter. de re beneſ.*
11 *lib. 2. quæſt. 20. num. 43. & ſeqq.* Et de ſola clau-
ſula *quam, & quas,* firmauit *Rot. coram ſan: mem:*
Gregor. deciſ. 125. nu. 15. & ibi *Adden. nu. 17. & in*
d. Meſſanen. Archipresbiteratus 29. Aprilis 1641.
vbi cumulantur concordantes *coram R. P. D.*
meo Cerro.
12 Exceptio, quod lis ex parte Iacobi fuerit
calumnioſa, viſa fuit facili negocio tolli, dum
calumnia nullo modo probatur, prout con-
cludẽter probari deberet; Et quidem euidens,
& notoria, vt nulla poſſet excuſatione velari
etiam ab initio cauſæ, *Achill. deciſ. 7. nu. 6. vt lit.*
pend., ſan: me. Gregor. deciſ. 27. eod. num. & numeris
ſeqq. & fuit dictũ *in Maſſanen. Archipresbiteratus*
29. Aprilis 1641. corã R. P. D. meo Cerro, & 19. Ia-
nuarij 1643. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.
Et dum Iacobus fuerat in concurſu ęquali-
ter cũ Andrea ab examinatoribus approbatus
ſufficit, quod ex ſuis qualitatibus aliàs in Ro-
ta deductis, credere potuerit irrationabile iu-
diciũ Epiſcopi, ſeù Vicarij Capitularis quoad
13 prælectionem eiuſdem Andreæ alterius ex
Concurrentibus, nam quælibet cauſa etiam
leuis, & colorata ſatis eſt pro excluſione ca-
lumniæ adhoc, vt intret ſubrogatio, *Franch.*
in cap. 1. nu. 5. verſ. cogita tamen vt lit. pend. Rebuff.
ſuper reg. de ſubrog. Collitig. gloſſ. 7. num. 3. Lotter. de
re beneſ. d. lib. 2. quæſt. 20. num. 110. & ſeq. Seraph.
deciſ. 1165. nu. 10. & ſeqq. Caualer. deciſ. 126. nu. 7.
ſan: mem: Gregor. deciſ. 27. num. 8. deciſ. 125. à nu. 5.
& deciſ. 426. nu. 8. vbi *Adden. num. 11. & in recent.*
deciſ. 607. num. 17. parte 5.
Et ità, &c. vtraque, &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 5. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario debetur immſsio ſiuè ex remedio l. fin. ſiuè ex Saluiano, quando docet de fideicommiſſo, de purificatione illius, & de identitate bonorum, quæ non retardatur prætextu detractionum, ſi illæ mediantibus alienationibus, & perceptione fructuum appareant conſumptæ, vel reddantur illiquidæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario datur immiſſio conſtito de requiſitis neceſſarijs.*
2 *Et tam ex remedio l. fin. quam ex Saluiano.*
3 *Tranſactio extinguit litem, & tollit ſententiam de medio.*
4 *Identitas bonorum fideicommiſſi probatur ex eo, quod Teſtator poſſederit in eodem loco, nec appareat de particularibus acquiſitionibus per hæredes factis.*
5 *Identitas bonorum probatur ex continuata ſucceſſione de vno in alium.*
6 *Detractiones ſemel factæ ex fideicommiſſo amplius fieri non debent.*
7 *Conſenſus ſi fuerit requiſitus per viam conditionis, eo ceſſante actus redditur nullus.*
8 *Bona fideicommiſſo ſubiecta non poſſunt alienari pro dote exiſtentibus bonis liberis.*
9 *Diſpoſitio Teſtatoris, quod dotes detrahantur ex fideicommiſſo, intelligitur in ſubſidium, quatenus non adſint bona libera.*
10 *Fideicommiſſum conditum in contractu non poteſt alterari, vel immutari.*
11 *Ceſſio transfert omnia iura in Ceſſionarium.*
12 *Onus probandi nõ adeſſe bona libera incũbit illi, qui vult detrahere dotem ex fideicommiſſo, ſecus eſt ſi illa iam fuerit detracta.*
13 *Legitima non debet detrahi ex fideicommiſſo particulari, niſi quatenus alia bona non extent.*
14 *Creditum redditur illiquidum ex fructibus perceptis à die motæ litis.*
15 *Bona alienata per hæredem granatum præſumuntur æquare detractiones per eum prætenſas.*
16 *Vel ſaltem onus probandi bona alienata detractiones non æquare incumbit illi.*
17 *Verba generalia non recipiunt reſtrictionem.*

DECISIO CVIII.

1 PRæuijs tribus deciſionibus, in quarum prima firmatum fuit conſtare de fideicõmiſſo ad fauorem Comitis Ioannis de Pepulis, in reliquis verò non obſtare tranſactionem, propoſui dubium, an eidem Comiti ſit danda immiſſio, & Domini dandam eſſe cen-

Digitized by Google

fuerint, ex quo docet de requiſitis neceſſariis
2 ad illam obtinendam ſiuè ex remedio, l. fin.C.
de edict.D.Adr.toll.Peregr. de fideic. art.48. num.5.
& ſeqq.Rot.dec.237.num.1.par.1.rec. & deciſ.111.
num.1.par.4.tom.2. & concordantes cumulan-
tur in Romana fideicomm. de Zuccaris 4. Februarij
cur. e tis anni coram Reuerendiſſimo D.meo Decano.
Siuè ex interdicto Salniani, vt in his terminis
firmauit Rota coram Seraphino deciſ.828. num.1.
& 2. in Rom. domus 23. Ian.1630. coram Queipo,
& in Auximana fideicommiſſi 23.Ianuarij 1640.co-
ram dicto Reuerendiſſ.D.meo Decano. Maximè at-
tenta hypotheca expreſſa omnium bonorum
pro obſeruantia eiuſdem fideicommiſſi Rota
poſt Pacif.de Salu.deciſ.292.num.2.& ſeq. & in rec.
deciſ.205.num.1.par.7.

Obiectum autem exaduerſo deductum,
quod idē Comes reportauerit in partibus ſen-
tentiam contrariam, & propterea non poſſit
ampliùs immiſſionem petere, viſum fuit fa-
cili negotio tolli, dum illa lata fuit non ex eo,
quod non adeſſet fideicommiſſum, ſed quia
Comes non probauerat ad ſui fauorem, illud
fuiſſe purificatum propter exiſtentiam Comi-
3 tis Franciſci, cum quo, cum poſteà tranſactū
merit, omnis lis remanſit extincta, & ſenten-
tia de medio ſublata cap.1. de tranſact. Bald. in
l. ſi non ſortem §. adeò in fine, ff. de condict. indebit.
Rota coram S.M.Gregor. deciſ.286. numer.5. & in
Mileuitana hæreditatis 5.Martij 1625. coram bo.me.
Merlino.

4 Identitas verò bonorū, quoad ſeptem cor-
pora in folio deſcripta ſufficienter iuſtificatur
non ſolùm ex ceſſione, & reſtitutione illorum
facta ad fauorem fideicommittentium paulò
antè conditum fideicōmiſſum per R. C. quæ
prius eadem bona confiſcauerat aduerſus Co-
mitem Ioannem ſeniorem, ſed etiam ex diui-
ſione inter ipſos fideicommittentes ſequuta
paulò poſt conditum dictum fideicōmiſſum,
nec non ex confeſſione Comitis Franciſci au-
thoris Aduerſariorum. Quibus concurrenti-
bus licet non conſtaret de particularibus con-
finibus, omnia tamen bona exaduerſo poſſeſſa
in locis generaliter deſcriptis, præſumerentur
fideicommiſſo ſubiecta, niſi intermediæ, &
particulares acquiſitiones probarentur, iuxta
conſil. Fulgoſ.145.num.2.verſ. porrò ſi aliundè, Me-
noch.conſ.704.num.8. & 9.Peregr.conſ.35. num.12.
lib.3.& conſ.19.num.23. lib.4. Rota coram ſan. me.
Greg.dec.575.num.9.deciſ.131.num.5. par.1. recen.
deciſ.407.num.4. par.2. & dec.42.num.3. & 4. de-
ciſ.129.nu.2. & firmatum fuit in Bononien. fidei-
comm.de Deſiderijs 20. Nouemb. 1628. & in Rom.
fideicomm. 14.Iunij 1638. coram bon.mem.Merlino,
in Narnien. fideicomm.4.Aprilis 1642. coram Reue-
rendiſſ.D.meo Decano, in Bonon.fideicomm.de Pan-
caldis 27. Ianuarij 1648. & 23. Ianuarij 1649. co-
ram R.P.D. meo Peutingero, & in Bononien. fideic.
de Amorinis 18. Maij 1648. coram R. P. D. meo
Meltio, cum alijs adductis per Gratian.diſcept. forenſ.
lib.5.c.969.n.16.& per Fuſar.de ſubſt.q.618.n.45.

5 Et tamen reſpectu primi corporis concurrit
etiam identitas duorum confinium nempè
vici nuncupati Viuano, & bonorum Com.
Alexandri de Vrſis, ſicuti reſpectu quarti ve-
rificantur confinia quoad flumen Sottæ, &
flumen Rheni, & confine Vtæ, ſeu Sacriſtiæ
reſpectu Sexti; & confine fluminis circa Se-
ptimum, itaut illa, & generaliter, & particu-
lariter remaneat iuſtificata. Concurrente præ-
ſertim continuata ſucceſſione in iiſdem bonis
de vno in alium, iuxta notata per Nat. in conſ.
235.num.17. Rota coram Millino dec.374. num.23.
& in rec.deciſ.87.num.12.& 13. par.5. & firma-
tum fuit in Bonon. fideicomm. de Rubeis 3. Martij
1603. coram Lancelloto, & in Bononien. fideicom.de
Naſcentorijs 15.Aprilis 1644.cor. R.P.D.meo Rojas.

6 Non obſtant prætenſæ detractiones, nam
quod iidem fideicommittentes ſoluerint ſcu-
ta 20.mil. ex cauſa æris alieni per eos contra-
cti, quorum tertia pars ſpectat ad hæredes
Franciſci ex perſona Comitis Iacobi tollitur
ex eo, quia vel dicta debita fuerunt ſoluta de
bonis fideicommiſſi (prout eſt veriſimile,
dum non extant loca Montium, cenſus, & alia
iura eidem fideicommiſſo ſuppoſita) & non
eſt locus nouæ detractioni S.M. Greg. dec.580.
num.4. Duran.dec.183.num.7. & in recen. dec.516.
num.3. par.2.

7 Vel fuerunt ſoluta ex bonis liberis, & clara
eſt conuentio inter ipſos inita, quod bona nō
poſſent alienari pro ſoluendis eorum debitis,
niſi de communi omnium conſenſu, vnde
cum de illo nullo modo doceatur; immò fra-
tres prædicti ſoluerint de bonis liberis, ceſſat
prætenſio huiuſmodi Put.dec.281. lib.3. Caual.
dec.561.num.1.cum alijs per Gratian.diſcept. forenſ.
lib.3.cap.416.num.4. & ſeqq.

8 Et eadem reſponſione tollitur alia præ-
tenſio tàm quoad dotem Elenæ ſororis co-
rundem fideicommittentium, quam quo-
ad dotem alterius Elenæ, & Vincentiæ filia-
rum Com. Iacobi, quia illæ fuerunt ſolutę de
bonis liberis, quorum exiſtentia impedit, nè
poſſit agi contra bona ſubiecta fideicommiſſo
Salicet. in l. final.nu.4.C.de reb. Eccleſ.non alienan.
ſan.mem.Greg.deciſ.266. num.10. Buratt.deciſ.641.
num.1. & ibi Adden.num.19.

9 Nec refert, quod fideicommittentes præ-
ceperint fœminas debere dotari de bonis fi-
deicommiſſariis, quia id venit intelligendum
ſecundum diſpoſitionem iuris cōmunis, qua-
tenus ſcilicet ex bonis liberis dictæ dotes con-
ſtitui non poſſint, iuxta doctrinam Caſtren. in
in conſ.64.num.4.lib.2. Rota coram Seraphino deciſ.
440.num.4. Duran.dec.82.num.15.& 16. & in rec.
dec.77.num.8. par.5. et deciſ.49.num.7. et ſeqq.p.6.
cum alijs per Addent.ad ſan. mem.Gregor. deciſ.543.
num.5. et per Addent.ad Buratt.deciſ.641.num.20.
et fuit dictum in Rom.Saluiani de Caſalibus 11.Mar-
tij 1643. coram R.P.D.meo Peutingero.

10 Ceſſat pariter alia detractio quoad ſcuta
12. mil. de quibus omnes tres fratres fideicō-
mittentes conuenerunt poſſe diſponere; nam
cum dicta conuentio emanauerit poſt condi-
tum fideicommiſſum per viam contractus, &
poſtquam omnibus ad illud vocatis quæſi-
tum fuit ius irreuocabiliter, non licuit am-
plius à primo contractu diſcedere, & nouis
pactis, & conuentionibus illum alterare, ad
text.in l. perfecta C. de donat. quæ ſub modo, Molin.
de Hi-

Digitized by Google

de Hiſpan. primog.lib.4. cap.2. num.75. verſ. in ſecundo caſu, Surd.deciſ.206. numer.5. Rota deciſ.58. num. 42. & ſeqq. par.6. rec. & firmatum fuit in *prima deciſione huius cauſæ ſub die 4. Maij 1648.* quæ ex ſtylo Tribunalis ſupponenda venit, *Rota deciſ.354. num.3. par. 4. recen. & deciſ. 604. num.4. par.5.*

11 Irreleuans etiam viſa fuit prætenſio reſpectu dotis Comitiſſæ Centilis nuptæ de anno 1588. Comiti Iacobo; Tum quia illa præſeruando expreſsè fideicommiſſum conuentionale de anno 1616. ceſſit omnia iura Comiti Ioanni, in quem proptereà earundem actionum exercitium tranſlatum fuit, *l. ſi à creditore C. de act. & oblig. Rota deciſ.303.num.7.& dec.532.*
12 *num.1. par. 1. recent.* Tum etiam quia dos fuit promiſſa poſt conditum fideicommiſſum prædictum. Vndè agenti ad illius conſequutionem incumbit onus probandi non extare bona libera, quicquid in contrarium dicendũ eſſet, ſi iam fuiſſet detracta, vt dixit *Rota in Romana cenſus 26. Iunij 1647. & prima Iuly 1648. coram R. P. D. meo Bichio*. Nam fideicommiſſarius habet intentionem fundatam ſuper prohibitione, & fideicommiſſo, *Franch. deciſ.241. num. 2.*

Demùm quoad legitimam Comitis Franciſci prætenſam in bonis Patris aduertebant Domini, quod idem Frãciſcus fuit hæres Vniuerſalis à Patre inſtitutus, eiuſque bona, & hæreditatem obtinuit: vndè hæredes illius fruſtrà
13 petunt, quod intùs habent. Et tamen eſt certum, quod illa nõ poteſt detrahi de fideicommiſſo particulari, quale eſt illud, de quo agitur, niſi quatenùs alia bona non extent, *Caſtr. conſ.247.num.4.verſ. ſed quando lib.1.Menoch.conſil.401.num.138.Bellon. iun.conſ.57.num.55. Rota coram Buratto deciſ.693. nu.8.& ſeqq. in Bononien. fideicommiſſi de Bologninis 11. Decembris 1643. coram Reuerendiſſ. Salamantino, in Bononien. fideicommiſſi, ſeu domus 30. Aprilis, & 10. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Bichio, & in Rauennaten. bonor. 1. Februarij 1647. coram R.P.D. meo Corrado.*
14 Quia verò in Inſtrumento, in quo fideicõmiſſum conſtitutũ fuit reſeruarunt ſibi tranſigentes ſcuta 1000. ex cauſa teſtandi, cenſuerunt Domini illa deberi, ſed eſſe compenſanda cum fructibus à die motæ litis exaduerſo perceptis, qui illiquidum ſaltem reddunt dictum creditum hæredum, *Rota deciſ.77. num.15.deciſ.391.num.6. par.5. rec.* & firmatum fuit in *Bononien. fideicommiſſi de Pancaldis 21. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Peutingero.*
15 Prout pariter illiquidę remanent detractiones ſuperiùs deductæ tam ex dictis fructibus perceptis ex iiſdem bonis, quàm etiam ex pluribus alienationibus factis per Comites Iacobum, & Franciſcum de bonis fideicommiſſo ſubiectis, vt in *Summ. num.19.* quæ vel præſumuntur æquare prætenſas detractiones, *Rota deciſ.298.num.3. par.6.rec. Romana fideicommiſſi de Victorijs 10. Martij 1627. coram Merlino, cum alijs per Addentes ad ſan.mem.Gregor. deciſ.185. num.6.*
16 Vel onus probandi contrarium transferunt in aduerſarios, *Bald. in l.cum de lege, ff. de probat. Rota deciſ.88.num.25.& ſeqq. & deciſ.126. nu.29. & 33. deciſ.164. num.7. par.7. rec. & in Bononien. fideicommiſſi de Clauarinis 23. Ianuarij, & 5. Maij 1636. coram Reuerendiſſ. Terracinen.*
17 Maximè attento pacto adiecto in eadem transactione inita inter Comitem Ioannem, & Comitem Franciſcum tunc viuẽtem, quod vltrà libr.7000. quæ eidem fuerunt conſignatæ, nullas poſſet detractiones prætendere, *Per qualſiuoglia capo, ò caſo, ò diminutione delle coſe ſtabilite, vt in Summario num.20.* Quæ verba ſunt adeò generalia, vt nullam reſtrictionem recipiant, ſed omnia, & quæcumque capita detractionum includũt etiam in tranſactione non expreſſa, *Specul. in tit. de inſtrum. præſent. §. fin. verſ. quid ſi quis, Rota deciſ.149. num.3. par.1. diuerſ. & coram Penia deciſ.177. num.1.*

Reliqua vel non indigent reſponſione, vel ſublata remanent ex deciſionibus in cauſa factis. Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA DOMVS.

Veneris 9. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Non poteſt Dominus directus prætextu lineæ finitæ, vel canonis non ſoluti accipere poſſeſſionem rei emphyteuticæ propria authoritate, niſi deuolutio ſit clara, & hęres vltimi poſſeſſoris nullam habet excuſationem.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium intentatum à matre tranſit ad filiam illius heredem.*
2 *Manutentio debetur filiæ hæredi matris, prout debebatur, eidem matri.*
3 *Filiatio probatur ex fide Baptiſmatis iunctis adminiculis.*
4 *Filius agendo vti hæres efficitur hæres.*
5 *Poſſeſſio probatur ex locationibus cum perceptione penſionum.*
6 *Poſſeſſio probatur ex mandato de manutenendo alias reportato à Iudice.*
7 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis.*
8 *Manutentio datur poſſeſſori.*
9 *Dominus directus poteſt ob lineam finitam, & canones non ſolutos apprehendere poſſeſſionem propria authoritate.*
10 *Declara, vt hoc procedat, ſi deuolutio ſit clara, ſecùs verò ſi dubia, tunc enim donec articulus terminetur in petitorio, manutentio debetur poſſeſſori.*
11 *Emphyteuſis conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, & cum clauſula* ad habeñ &c. *tranſit ad hæredes etiam extraneos.*
12 *Matrici, & Prothocollo potius eſt ſtandum, quam Inſtrumento deſuper extenſo.*
13 *Poſſeſſio temporis conſiderabilis operatur, vt poſſeſſor citari debeat, & manuteneri donec diſcutiatur de deuolutione.*

4 *Caducitas, & Deuolutio exeluditur ex legitima cau*
ſa, nempè minoris ætatis, abſentia, & iuſta cre-
dulitatis.
15 *Poſſeſſio procedens à radice infecta non venit atten-*
denda, nec eſt manutenibilis.

DECISIO CIX.

CONCESSA noua audientia Rectori ad-
uerſus reſolutionem captam ſub die 25.
Februarij 1647. in qua firmatum fuit; dan-
dum eſſe Franciſcæ Felici mandatum de ma-
nutenendo; Et interim ipſa mortua repropo-
ſui cauſam ſuper eiſdem, & DD. in deciſis
perſtiterunt etiam ad fauorem Liuiæ, filiæ
1 eiuſdem Franciſcæ Felicis; Nam licet ipſa
nunquam poſſederit, nihilominus iudicium,
à matre intentatum, tranſiuit ad filiam eius
heredem, *l. ſi is, qui Romæ, ff. de Iud. l. ſi eum*
hominem 34. ibique Bart. num. 1. & per tot. ff. de fi-
deiuſſor. idem Bart. in l. 1. C. ſi appellat. pend. Soc-
cin. conſ. 31. num. 8. lib. 1. Rota coram Buratt. deciſ.
431. num. 1. & ſeqq. Poteſt igitur eadem Liuia
2 prædictum iudicium proſequi, & obtinere
manutentionem debitam defunctæ, ſi viueret,
Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 116. num. 9. Rota
poſt Pacif. de Salu. deciſ. 141. num. 3. & 4. & penes
Poſt. de Manut. deciſ. 644. num. 5. in recent. deciſ. 54.
num. 12. par. 4. tom. 2. & in Senogallien. Prædii 27.
Iunii 1644 & 28. Iunii 1645. coram R. P. D. meo
Meltio.
3 Nec quod ipſa ſit filia, & heres prædictæ
Franciſcæ Felicis in dubium reuocari poteſt.
Siquidem filiatio probatur ex fide Baptiſma-
tis, iuncta depoſitione vnius teſtis diſertiſſimè
id deponentis. *Rota coram Millino deciſ. 10. n. 3.*
& coram Caualer. deciſ. 128. num. 2. & in recent.
deciſ. 511. num. 1. par. 5. & deciſ. 93. num. 3. par. 7.
4 Et dum agit vti heres matris, hoc ipſo effici-
tur heres, *l. pro hærede 20. de acquir. hæred. Bart.*
in l. gerit, num. 14. ff. eod. Mantic. de coniect. lib. 12.
tit. 10. num. 3. Rota deciſ. 106. num. 16. par. 7. recent.
5 Poſſeſſio verò matris ſufficienter iuſtifica-
tur, tùm ex duabus locationibus eius nomi-
ne factis. Altera nempè de anno 1635. An-
tonio Bizozzaro, & altera de anno 1642. Mar-
garitæ Confaloneriæ, effectum ſortitis, me-
diante ſolutione penſionum, *l. quamuis 32. §. ſi*
conductor, ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. conſ. 10. num. 3.
verſ. licet vbi probaretur, lib. 4. ſanct. mem. Gregor.
deciſ. 500. num. 2. Caualer. deciſ. 5. num. 1. & in re-
recent. deciſ. 555. eodem num. par. 1. Tùm ex man-
6 dato de manutenendo, reportato à Reueren-
diſſimo Viceſgerente dato in memoriali re-
plicationis, *Mantic. deciſ. 252. num. 2. Caualer.*
deciſ. 217. num. 1. & ſeq. Buratt. deciſ. 221. num. 2. &
fuit dictum *in Vicen. Canonicatus 28. Iunii 1647.*
coram Reuerendiſſimo Terracinen. Tùm demùm
7 ex propria confeſſione Rectoris emiſſa in In-
ſtrumento publico quietantiæ, & in aliis acti-
bus etiam iudicialibus, *Dec. conſ. 125. ſub nu. 1.*
verſ. de poſſeſſione, Menoch. de retinend. remed. 3. num.
596. Rota in Bononien. Manutentionis 26. Februarii
1649. coram R. P. D. meo Peutingero.
8 Quibus ſtantibus, manutentio non poteſt
eidem denegari, *vulg. §. retinendæ, inſtit. de interd.*
Non obſtante poſſeſſione apprehenſa per Re-
ctorem, quia hæc vti poſterior præſumitur
clandeſtina, vitioſa, & non manutenibilis,
cap. licet cauſam, ibique DD. de probat. Bart. in l. ſi
duo, ſub num. 4. ff. vti poſſid. Rota deciſ. 110. num. 2.
par. 5. recent.
9 Nec refert, quod Rector vti Dominus di-
rectus potuerit ob lineam finitam, & canones
nō ſolutos de facto poſſeſſionē apprehendere,
& ratione ſolius ciuilis ipſi ſit debita manu-
tentio ad effectum recuperandi naturalem, *ex*
not. per Bart. in l. 1. §. ait Prætor, ff. vti poſſid. Rota
10 *coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 203. num. 3.* Quia
obiectum benè procederet, ſi deuolutio eſſet
vndique clara, nec vllam reciperet controuer-
ſiam, ſecùs verò quando prorſus excluditur,
vel aliquo modo redditur dubia. Tunc enim
donec articulus deuolutionis diſcutiatur, &
terminetur in petitorio, non debet poſſeſſor
ſua poſſeſſione priuari, vt dixit *Rota in recent.*
deciſ. 359. num. 4. par. 5. & penès Poſt. de manuten.
deciſ. 499. num. 19. in Romana Domorum 15. De-
cembris 1649. coram R. P. D. meo Bichio, cum aliis
per Modern. Fulginaten. de iur. emphyt. tit. de diuerſ.
quæſt. q. 7. per tot.
11 Clara autem non poteſt dici in præſenti ca-
ſu ob deficientiam lineæ Vincentij de Ferra-
rijs primi inueſtiti: quia conceſſio facta fuit
Vincentio, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus
quibuſcumque in perpetuum, cum clauſula,
ad haben. & quicquid placuerit facien. quæ propte-
rea comprehendit heredes etiam extraneos,
Soccin. conſ. 266. num. 36. & 37. vol. 2. Pariſ. conſ.
84. num. 5. & 6. lib. 4 Crot. conſ. 318. num. 5. lib. 3.
Caldaſ. de iur. emphyt. lib. 2. quæſt. 23. num. 52. &
ſeq. Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 17. num. 5. verſ.
quin & ſi emphyteuſis, Rota in Mediolanen. bono-
rum de Buſalora 7. Iunii 1585. coram Bubalo, Mant.
deciſ. 18. num. 5. Millin. deciſ. 245. num. 2. & coram
Mart. Andr. deciſ. 105. num. 12.
12 Et licè verba prædicta non legantur in ma-
trice, & prothocollo, cui potius eſt ſtandum,
quàm Inſtrumento exindè deſumpto, *gloſſ. in*
§. illud quoque, verb. prothocollum, Auth. de tabell.
Bald. in l. noſtram, num. 4. C. de teſtam. Bart. conſ. 208
num. 6. verſ. nam ex illa, lib. 1. Surd. conſ. 141. nu. 8.
& ſeqq. Rota in recent. deciſ. 544. num. 7. par. 4. to. 3.
13 Attamen quia per ſpatium circitèr 30. anno-
rum huiuſmodi domus fuit poſſeſſa à Marti-
nis, & ab illis Rectores pro tempore Domini
directi canones exegerunt, hoc ſolum videtur
ſufficiens ne deuolutio dicatur clara, ità vt li-
cuerit poſſeſſionem capere auctoritate propria
Poſſeſſio enim temporis conſiderabilis ope-
ratur ſaltem, vt debeat poſſeſſor citari; Imò,
& manuteneri donec diſcutiatur ſuper deuo-
lutione; Etiamſi inueſtituræ verba, & Iuris
diſpoſitio viderentur reſiſtere, vt aduertit *Va-*
ſquez controuer. illuſtr. 86. num. 9. Mareſcott. variar.
reſolut. lib. 1. cap. 11. num. 55. & ſeq. Cancer. var.
tom. 3. cap. 14. num. 45. Rota in Mediolanen. Nominis
Capituli 10. Martii 1649. coram R. P. D. meo Meltio,
& in Beneuentana Emphyteuſis 1. Iulii præteriti co-
ram R. P. D. meo Bichio.

14 Minùs deuolutio poteſt dici clara ex capite non ſoluti canonis, quia tàm ratione minoris ætatis, quàm abſentiæ ab Vrbe, necnon etiam aſſignationis penſionum à Franciſca Felice factæ in cauſam canonum, acceptatæ ab eodem Rectore, intrat ſaltem excuſatio à caducitate, Sicut in terminis de minore firmat, *Iaſ. in l. 2. num. 49. C. de iur. emphyt. Odd. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 89. art. 9. num. 78. Bero. conſ. 49. num. 10. lib. 3. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 54. nu. 6.* De abſente not. *Dec. conſ. 138. num. 7. ad fin. verſ. poſtremo conſiderandum, Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit. 10. num. 2. Rota in Romana deuolutionis Domus 25. Iunii 1621. coram Manzanedo, & in recent. deciſ. 509. num. 3. par. 4. tom. 3.* Et de eo qui iuſtè potuit credere Proprietarium eſſe ſatisfactum, *Idem Corbul. d. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampl. 8. num. 22. Gratian. diſcept. forenſ. lib. 4. cap. 675. num. 33. Rota coram Buratto deciſ. 624. num. 7. & in Romana prætenſæ deuolutionis 22. Iunii 1624. coram Remboldo.*

15 Quibus ſtantibus ſicuti manutentio non poteſt concedi Rectori in vim poſſeſſionis per eum captę authoritate propria. Ità nec etiam vigore alterius adeptæ in executionem mandati de manutenendo obtenti à Iudice, quia illa innititur radici infectæ; nempè poſſeſſioni de facto, & nulliter apprehenſæ, *Rota in Colimbrien. Præſtimoniorum 18. Iunii 1632. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Et ita vtraque &c.

PLACENTINA, SEV ABVLEN. DECIMARVM.

Luna 12. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Immemorabilis quaſi poſſeſſio percipiendi decimas, quomodo probetur, & an illa ſit incompatibilis cum priuilegijs, quando ex eis non deſumitur initium.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis quomodo probetur.*

2 *Immemorabilis quaſi poſſeſſio percipiendi decimas, facit ceſſare aſſiſtentiam iuris, quam habet Parochus pro illarum conſecutione.*

3 *Immemorabilis habet vim veri, & legitimi tituli.*

4 *Habet præſumptionem diſpenſationis, & priuilegii Apoſtolici.*

5 *Poteſt vigore illius allegari melior titulus de mundo.*

6 *Ius percipiendi decimas competit vigore priuilegii Apoſtolici.*

7 *Immemorabilis excluditur per priuilegia.*

8 *Declara, vt hoc procedat, quando initium deducitur ex ipſis priuilegiis, ſecùs verò ſi illa deducantur ad maiorem corroborationem.*

9 *Immemorabilis tempus infinitum continet, à quo ſi dematur aliquod tempus, ſemper remanet infinitum.*

10 *Recuſatio Iudicis vti ſuſpecti non infringit examen coram eo factum ante recuſationem.*

11 *Per comparitionem coram Iudice receditur à recuſatione de eo facta.*

12 *Teſtium examen factum ſine citatione ad videndum illos iurare, eſt nullum.*

13 *Teſtes examinati in loco non expreſſo in citatione non ſunt attendendi.*

DECISIO CX.

1 IMMEMORABILIS quaſi poſſeſſio Patrum, & Monaſterij Vallis Eccleſiæ percipiendi decimas, & primitias in Territorio de Alarza apparet ſufficienter iuſtificata ex pluribus teſtibus formiter examinatis deponentibus ſe per annos 40. & vltrà vidiſſe ſemper patres exigentes præfatas decimas ſcientibus, & patientibus Canonicis Eccleſiæ Placentinę, & Parocho de Paraleda, ſeù della Matta, & ità audiuiſſe à ſuis maioribus, qui ab eorum antenatis idem audiuerant, quodque in contrarium nihil vnquam auditum fuit coarctando negatiuam, quod aliter eſſe non poſſit, quin ipſi ſcirent, & atteſtando de publica voce & fama iuxtà requiſita, *gloſſ. in cap. 1. verbo memoria, de præſcript. in 6.* quam ſequitur *Hoſtien. in cap. quid per nouale col. 2. verſ. nam & priuilegiatus, ibique Card. num. 3. de verbor. ſignif. Couarr. in cap. poſſeſſor. par. 2. §. 3. num. 7. de reg. iur. in 6. Rota coram Caualer. deciſ. 56. num. 1. & in recent. deciſ. 502. eodem num. par. 4. & deciſ. 56. num. 7. par. 7.* & fuit dictum *in Pampilonen. Iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. coram R.P.D. meo Otthobono.*

2 Vndè meritò reſponderunt Domini pro confirmatione ſententiæ Rotalis; Nam illa attenta ceſſat aſſiſtentia Iuris, quam prætendit Parochus ſuper decimarum exactione, eſto, quod bona probarentur ſita intrà limites ſuæ Parochiæ, *ad not. per gloſſ. in cap. in aliquibus, verb. loci conſuetudine, in fine, verſ. quia Clerici, de decim. Rebuff. eodem tract. quæſt. 13. num. 63. Monet. cap. 5. num. 107. verſ. tertia concluſio, Marescott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 95. num. 22. Rota poſt ſecundum volum. conſ. Farinac. deciſ. 303. num. 3. Creſc. tit. de decimis deciſ. 1. num. 2. & ſeqq. Pen. deciſ. 137. num. 1. & 2. Caualer. deciſ. 656. num. 10. Andr. deciſ. 39. num. 5. Duran. deciſ. 21. num. 7. cum aliis adductis per Add. ad ſan. mem. Greg. deciſ. 312. num. 4. verſ. item aſſiſtentia, & per Modern. de manuten. obſeru. 45. num. 22. & ſeq.*

3 Habet enim immemorabilis vim veri, & legitimi tituli, vt inquit *Gabr. de præſcript. concluſ. 1. num. 44. Gozzad. conſ. 8. ſub num. 37. verſ. & ratio eſt, Mandoſ. conſ. 28. num. 11. & conſ. 36. num. 10. Caputaq. deciſ. 355. par. 2.* Et inducit præſumptionem diſpenſationis, & priuilegij Apoſtolici, ac recipit fomentum à lege, *gloſſ. in cap. ſuper quibuſdam, verbo non extat, de verbor. ſignif. Felin. in cap. cum nobis num. 2. poſt med. verſ. præterea, de præſcript. Dec. conſ. 85. num. 2. verſ. his tamen non obſtan. Roland. conſ. 66. num. 40. & ſeqq. lib. 2. Rota coram Penia deciſ. 103. num. 3. & ſeqq.*

5 Et poteſt vigore illius allegari melior titulus de mundo, per text. in *l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſeruit. vendic. Rota in recent. deciſ. 614. ſub num. 1. verſ. & meritò, par. 2. deciſ. 27. num. 8. par. 4. tom. 2. & deciſ. 150. num. 4. & ſeqq. par. 5.*

6 Immò vltrà Immemorabilem habent Patres ampliſſima priuilegia Bonifacij Octaui, Martini Quinti, Sixti Quarti, & aliorum Pontificum ſæpiùs canonizata per deciſiones, & ſententias Rotales, in quibus conceditur ius percipiendi præfatas decimas; Itaut de pertinentia illarum non valeat dubitari, *cap. cum contingat in fine, ibique gloſſ. verbo rationabilis cauſa de decim. cap. dudum, de priuileg. Caſſad. deciſ. 1. eodem tit. & in recent. deciſ. 103. num. 3. & 4. & deciſ. 193. à num. 1. par. 7.*

7 Nec dicatur, quod priuilegia prædicta excludant immemorabilem, quæ pro ſui ſubſtantia ſupponit negatiuam principij. Quia

8 id benè procederet, ſi initium deſumeretur ex priuilegijs; ſecùs verò cum fundamentum fiat in immemorabili, & priuilegia deducantur tantummodò ad corroborationem, & ad maiorem cautelam, *cap. eum perſonæ, ibique gloſſ. verb. munitos, de priuil. in 6. Dec. conſ. 271. num. 19. Rota in recent. deciſ. 27. num. 15. par. 4. tom. 2. in Conſtantien. Iuriſdictionis 16. Nouembris 1607. coram Ortembergo, in Toletana Decimarum 16. Martii 1648. coram me, & in Bononien. Archipresbyteratus 13. eiuſdem menſis, & anni coram R. P. D. meo Corrado.*

9 Nam immemorabilis includit tempus infinitum, à quo licèt dematur quodlibet tempus finitum, ſemper remanet infinitum, ſiue præſcriptio immemorabilis, *Oldrad. conſ. 254. num. 18. & ſeq. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 6 num. 46. & 47. Rota coram Seraph. deciſ. 1367. nu. 3. & 4. & coram Penia deciſ. 141. eiſdem numeris.*

10 Non obſtat, quod teſtes deponentes de immemorabili fuerint examinati coram Iudice recuſato; Nam ceſſat obiectum tum ex eo, quod recuſatio non fuit facta ante litem conteſtatam, nec præceſſit examen, *l. apertiſſimi, C. de iudic. gloſſ. in cap. paſtoralis, verbo proteſtatæ, de except. Marant. de ord. Iudic. par. 6. verbo & quandoque appellatur, num. 26. Couarr. pract. queſt. cap. 26 num. 2.*

11 Tùm etiam quia per comparitionem exaduerſo factam coram Iudice, & inductionem aliorum teſtium, non repetita proteſtatione cenſetur à recuſatione receſſum, *cap. gratum, de off. deleg. cap. ſollicitudinem, de appell. Rota diuerſ. 563. num. 3. & 4. par. 1. & coram Seraph. deciſ. 991. num. 2. & deciſ. 1057. num. 1. & ſeq. & in Tridentina Decimarum 21. Iunij 1610. coram Sacrato penès Marcheſ. de commiſſ. tom. 2. fol. 387. num. 1.*

12 E contra verò non obſtant teſtes pro Capitulo, & Parocho examinati; Quià quoad primùm, & ſecundùm examen nullitas eſt patens ex defectu citationis ad videndum illos iurare, *cap. 2. ibique DD. de teſtib. Capitulq. deciſ. 274. num. 3. par. 3. ſanct. mem. Gregor. deciſ. 268. num. 2. & in recent. deciſ. 254. num. 20. par. 7.*

13 Vltimum autem factum fuit in loco Peraledæ, qui nec in citationibus, nec in prætenſis notificationibus legitur vllo modo expreſſus, prout neceſſarium erat ad hoc, vt citati potuiſſent aſſiſtere examini, *Andr. deciſ. 41. num. 1. Comitul. deciſ. 186. num. 11. Buratt. deciſ. num. 3. & in recent. deciſ. 686. num. 2. in fin. par. 1. & deciſ. 665. num. 3. par. 3.*

Cætera benè tolluntur per deciſiones in cauſa factas ex quibus concluſum fuit pro confirmatione ſententiæ Rotalis, altera tantum parte informante &c.

SANCTI SEVERINI FIDEICOMMISSI.

Veneris 27. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum conditum cum facultate alienandi ſecuta alienatione ſuſtinetur in eo, quod ſupereſt, nec fideicommiſſario competit actio contra alienantem pro reintegratione fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum ſi fuerit conſtitutum in omnibus bonis, & conceſſa vocatis facultas alienandi, intelligitur in eo, quod remanet.*
2 *Alienandi facultas non eſt incompatibilis cum fideicommiſſo, ſed vtraque diſpoſitio habet locum in caſu ſuo.*
3 *Declarantur authoritates contrariæ.*
4 *Alienatio bonorum fideicommiſſi facta à grauato ſuſtinetur pro rata, pro qua competunt ei detractiones.*
5 *Fideicommiſſarius agens pro reintegratione fideicommiſſi debet probare, bona alienata eſſe fideicommittentis.*
6 *Mandatum in dubio non præſumitur, ſed probari debet ab allegante.*
7 *Emptor malæ fidei dicitur ille, qui emit à perſona non habente mandatum ad vendendum.*
8 *Inſtrumentum illud dicitur legale, quod ſubiectum oculis Iudicis apparet habere requiſita neceſſaria.*
9 *Ratificatio ex quibus inducatur.*
10 *Obſeruantia Inſtrumenti remouet omnem ſuſpicionem falſitatis.*
11 *Hæres non poteſt impugnare Inſtrumentum, quod eius author approbauit.*
12 *Hæredes comprehenduntur in contractibus, quamuis de illis non fuerit facta expreſſa mentio.*
13 *Confeſſio hæredis plurimum operatur ad declarandam voluntatem defuncti.*
14 *Contractus ex quibus dignoſcatur.*

DECISIO CXI.

CAESAR Margaruccius quatuor habens filios, nempè Petrum Antonium, Cecolinum, Lucandium, & Curium, plures fecit diſpoſitiones, quæ latiùs recenſentur in deciſione ædita 18. Iunij 1649. coram bo: me: Arguelles: Vndè cum occaſione illarum, mortuo Cecolino orta fuerit controuerſia inter fratres ſuperſtites, eadem mediante laudo terminata apparet.

1 Quia verò poſtea obijt ſine filijs Lucandius author Cæciliæ Biſciæ, Carolus & fratres de Margaruccijs filij Petri Antonij prætendentes adeſſe fideicommiſſum, illudque per obitum, & quoad portionem eiuſdem Lucandij

candij fuiſſe ad eorum fauorem purificatum
egerunt pro fideicommiſſi reintegratione, &
mandatum executiuum contra bona hæredi-
taria Lucandij in ſcutis mille ſine præiudicio
reſidui reportarunt, quod Rota per quatuor
deciſiones coram R. P. D. meo Veroſpio de-
clarauit non eſſe exequendum.

Cum itaque in illarum executionem lata
fuerit ſententia pro reuocatione dicti man-
dati, confirmata in gradu appellationis coram
R.P.D. meo Rojas, & coram bo: me: Arguel-
les emanauerit deciſio pro confirmatione vl-
timæ ſententiæ: Propoſui dubium An eſſet à
deciſis recedendum. Et Domini in reſolutis
1 perſiſteñ eſſe reſponderunt: ex eo tantum
fundamento, quod licèt Cæſar condiderit fi-
deicommiſſum, nihilominùs tàm in primo,
quàm in tertio Inſtrumento, quorum vigore
actum fuit, legitur conceſſa filijs facultas alie-
nandi bona fideicommiſſaria; Vndè dum
Lucandius alienàuit, & licentia Cæſaris vſus
fuit, fruſtrà egerunt Carolus, & alij filij Petri
Antonij pro reintegratione fideicommiſſi,
quod per alienationem expirauerat, & fuit
conſtitutum tantummodò in eo caſu, quo
alienatio non ſequeretur, *per text. in l. Titius
54. ff. ad S. C. Trebell. & in Authen. contra cum
rogatus, C. eod. Alciat. conſ. 112. num. 23. lib. 9.* vbi
2 quod ſuperior diſpoſitio non redditur inutilis
neque corrigitur per ſubſequentem faculta-
tem alienandi. Sed quælibet habet locum in
caſu ſuo, idemque firmat *Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 188. num. 5. & ſeqq. & conſil. 1130.
num. 4. Surd. conſ. 96. num. 26.* late *Fuſar. qui plures
cumulat conſ. 112. per tot. Altograd. conſ. 80. nu. 49.
lib. 1.* & probat *Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 4. num.
fin.* & hanc opinionem ſemper ſecuta fuit *Rot.
vt in deciſ. 396. num. 11. par. 4. recent. coram Merlin.
deciſ. 459. num. 3. & ſeqq. in Spoletana fideicommiſſi
16. Ianuarij 1640. coram R. P. D. meo Rojas, in Ro-
mana fideicommiſſi de Cenlis 16. Maij 1642. coram
Reuerendiſſimo Carrillo, & Romana fideicom. miſſi de
Zephiris coram D. meo Biebio.*

3 Nec vrgẽt authoritates exaduerſo allegatę
quia, vel loquuntur, quando facultas fuit re-
ſtricta ad certum, & limitatum caſum, &
tempus, vel ad certas, & determinatas perſo-
nas; ſecùs verò, vt in præſenti, quando facul-
tas eſt libera, & abſoluta conceſſa non ſolùm
filiis, ſed etiam hæredibus, & perpetuò, vt ad-
uertit *Menoch. de præſumpt. 188. num. 5. & ſeqq. &
præſertim num. 8. lib. 4.* & declarauit *Rota dec. 186
num. 4. par. 4. tom. 2. recent.* & benè illis omnibus
reſpondet *eadem deciſio bo: me: Arguelles in §. nec
faciunt, & ſeqq.*

4 Et hanc ſententiam eo libentiùs Domini
fuerunt amplexi, quia eidem Lucandio com-
petebant detractiones legitimæ aſcendentis
ad florenos 2634. dotis Seuerinæ amitæ, nec
non bonorum Theſauræ matris, pro quibus
ſuſtinebatur alienatio, adeòut non eſſet locus
relaxationi, nec executioni mandati per ea;
quæ notat *Bald. in l. filium quem habentem, ſnu. 28.
verſ. in contrarium, C. fam. erciſc. Rip. in l. in quar-
tam, num. 120. ff. ad leg. falcid.* & comprobat *Pe-
regr. de fideicomm. art. 34. num. 4. & conſ. 52. nu. 34.
& ſeqq. lib. 1.* & dixit *Rota deciſ. 235. num. 1. &
ſeqq. par. 4. recent. & in Bononien. bonorum 11. Mar-
tij 1647. coram R. P. D. meo Otthobono.*

5 Nec mandatum ſuſtineri valet vigore ſe-
cundi Inſtrumenti, in quo fuerunt diuiſa bo-
na: Nam cum talis diuiſio contineat non ſo-
lum bona paterna Cæſaris, ſed etiam materna
Theſauræ cum proteſtatione, & declaratione
expreſſa, quod materna non ſubiacerent fidei-
commiſſo, ad effectum vt Carolus, & alij de
Margaruccijs poſſent agere pro dicta reinte-
gratione, neceſſe erat probare, quod bona
alienata per Lucandium eſſent hæreditaria
Cæſaris, non autem Theſauræ cum hoc ſit
fundamentum eorum intentionis, *Bald. conſ.
84. num. 1. lib. 1. Mantic. alios cumulans de coniect.
vlt. volunt. lib. 7. tit. 6. num. 5. Ioſeph Ludouic. comm.
opin. concl. 14. illat. 92.* & eſſe propoſitionem in-
dubitatam firmat *Peregr. de fideicommiſſ. art. 44.
num. 1. Rota in Bononien. fideicommiſſi de Naſcento-
rijs 13. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Ghiſilerio.*

6 Verùm tantum abeſt, quod huiuſmodi
probatio concurrat in præſenti caſu, quod
imò nec etiam appareat prætenſas alienatio-
nes fuiſſe ab ipſo Lucandio factas, ſed ſolùm
à quodam Io: Antonio Quadrageſima aſſer-
to Procuratore eiuſdem, de cuius mandato
procuræ non conſtat, prout conſtare deberet,
præſertim ad effectum, de quo agitur, cum
illud in dubio non præſumatur, *Bald. in l. 1.
num. 3. C. de reb. alien. non alien.* quem ſequitur
*Cagnol. in l. velle 4. num. 12. & 13. ff. de reg. iur.
Bertazz. conſ. ciuil. 70. num. 13. lib. 1. cum alijs plu-
ribus per Caualcan. deciſ. 45. num. 10. & ſeqq. par. 1.*
7 Adeòut emens ab eo, qui aſſerit ſe Procura-
torem alicuius, dicatur emptor malæ fidei,
niſi doceat de mandato, *Mantic. de tacit. lib. 7.
tit. 4. num. 18. Soccin. conſ. 8. num. 3. lib. 3. Beron.
conſ. 104. num. 8. lib. 3. Surd. conſ. 28. num. 75.* &
probat *Maſtrill. deciſ. 77. num. 3. poſt princ.*

8 In reliquis de legalitate dicti ſecundi In-
ſtrumenti dubitatum fuit, quodque illud ſit
in forma probanti, cum tranſmiſſum ad Vr-
bem, & ſubiectum oculis DD. compertum
fuerit habere omnia requiſita publici Inſtru-
menti, *iuxta text. in cap. fin. ibiq. Abb. num. 2. & 5.
de fid. Inſtr. Rota deciſ. 390. per tot. par. 4. recent. &
deciſ. 544. à princ. par. 4. tom. 3. & deciſ. 341. num. 1.
& ſeqq. par. 5.*

9 Maximè quia illud ſemper obſeruatum
fuit; nam apparet exhibitum coram Arbitris,
dum inter fratres ſuper portione Cecolini di-
ſceptabatur, & ſuper illo emanauit laudum,
quod licet non fuerit productum à Lucan-
dio, ſed à Petro Antonio: Attamen id parum
refert, dum etiam Lucandius eo vſus fuit, &
laudum, ab Arbitris in vim dicti Inſtrumenti
latum, approbauit, ita vt ex prædictis produ-
ctionem à Petro Antonio factam ratificaſſe
videatur, *l. Paulus reſpondit 5. ff. rem rat. hab. Rot.
in recent. deciſ. 88. num. 21. & plurib. ſeqq. par. 6.
recent. & in Caſenaten. Cenſuum 3. Iunij 1644. &
9. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Corrado.* Ob-
10 ſeruantia autem remouet omnem ſuſpicio-
nem falſitatis, vt notat *Bald. conſ. 401. num. 9.
lib. 5. Peregr. conſ. 64. num. 19. lib. 1.* & vltra plu-
res cumulans *per Grat. diſcep. forenſ. cap. 951. n. 8.*
firmauit *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Amo-*

rinis

rinis 18. Maij 1648. coram R.P.D. meo Meltio.

11 Inſuper idem Lucandius vigore Inſtru-
menti prædicti non ſolùm ſententiam obti-
nuit, ſed etiam portionem fideicommiſſariam
ſibi obuentam recuperauit: Vndè quemad-
modum ipſe ſi viueret non poſſet tale inſtru-
mentum impugnare, ità nec eius hæres id fa-
cere poteſt, *ad text. in l. cum à matre 14. C. de rei
vindicat. Natt. conſ. 214. num. 2. Surd. conſ. 73. num.
34. Rota in Nepeſina pecuniaria 3. Decemb. 1646.
coram R.P.D. meo Veroſpio.*

Non obſtat, quod Inſtrumentum diſcordet
ab imbreuiatura, dum in caſu obitus alicuius
ex filijs Cæſaris ſine filijs continet vocatio-
nem, nedum fratrum ſuperuiuentium, ſed
etiam filiorum ex eis, & hæredum: cum ta-
men in imbreuiatura legatur vocatio fratrum
ſuperuiuentium tantum nulla facta mentio-
ne de filijs, & hæredibus; ſiquidem obiectum
ceſſat ex facto, ex quo in prima imbreuiatu-
ra confecta 11. Ianuarij 1581. filij quoque
ſuperuiuentium, necnon hæredes apparent
vocati, ibi, *Deuoluantur ad alios filios ſuperuiuen-*
12 *tes, & eorum filios, & hæredes &c.* Et tamen eſto
quod non vocarentur expreſsè, adhuc cum
verſemur in fideicommiſſo conſtituto in con
tractibus, ex natura diſpoſitionis cenſetur
proſpectum hæredibus, etiamſi de illis non
fuerit facta expreſſa mentio, *ad text. in l. ſi pa-
ctam 9. C. de probat. & in l. veteris 13. C. de contra-
hen. & committen. ſtipulat.* & latè firmatum fuit
*in d. deciſ. 659. num. 4. & 5. par. 4. tom. 3. recent. in
Beneuentana Domus 10. Maij 1649. coram R.P.D.
meo Otthobono, & in Tibartina Caſtri S. Angeli 11.
Martij 1650. coram R.P.D. meo Meltio.*

Idque etiam agnouerunt partes, & in ſpe-
cie Lucandius, dum coram Arbitris, & in
epiſtola per ipſum conſcripta de anno 1625.
faſſus fuit Seuerinum ex Curio fratre nepo-
tem eſſe vocatum ad fideicommiſſum, *vt in
Summario num. 4.* quæ confeſſio plurimum
operatur ad interpretandam voluntatem Te-
ſtatoris, per ea quæ tradit *Mantic. de coniectur.
lib. 3. tit. 1. num. 28.* & notat *Ruin. conſ. 128. nu. 17.
lib. 2. Soccin. conſ. 12. num. 20. lib. 3.* & latè com-
probat *Barz. deciſ. 5. num. 21. & ſeqq.*

Demum non releuat, quod huiuſmodi Di-
uiſio ſortiatur naturam vltimæ voluntatis,
quia cũ Cæſar abdicauerit à ſe omne ius bo-
norum diuiſorum, promiſerit de euictione, &
omnia iuramento firmauerit, negari non po-
teſt, quod ſit propriè contractus, vt benè per
*Pariſ. conſ. 33. à num. 12. ad 41. lib. 3. Peregr. de fidei-
comm. art. 6. num. 46. &* 49. & vltrà adductos per
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 82. num. 7. & ſeqq. dixit
*Rota coram Verall. deciſ. 275. part. 1. & in recent.
deciſ. 633. per tot. par. 3.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ALICORNIS.

Lunæ 30. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Immiſſus authoritate Iudicis, qui rite, & rectè
proceſſit manuteneri debet in ſua poſſeſſio-
ne, & quando immiſſio pro indiuiſo ſuſti-
neatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda eſt legitimè poſſidenti.*
2 *Iudex ritè, & rectè procedens priuat poſſeſſorem ſua
poſſeſſione.*
3 *Sententiæ validitas reſultat ex reuolutione pro-
ceſſus.*
4 *Deciſiones Rotales probant iuſtitiam ſententiæ.*
5 *Creditor eligens rem pro ſuo credito, non poteſt va-
riare.*
6 *Succeſſor non poteſt impugnare factum ſui authoris.*
7 *Immiſſio pro indiuiſo quando ſuſtineatur.*
8 *Attentata eſt poſſeſſio capta pendente termino ad ap-
pellandam.*
9 *Conſtitutio Aegidiana prohibet appellationem ſu-
ſpenſiuam in poſſeſſorio.*
10 *Clauſula*, cum facultate manutenendi quem
de iure, *ſuſpendit executionem faciendam, ſed fa-
ctam non retractat.*
11 *Declara, niſi executio minùs legitimè facta fuerit.*

DECISIO CXII.

NON obſtante poſſeſſione anteriori Ru-
tilij Paracciani cẽſuerunt Domini Cor-
1 neliæ Alicornæ dandum eſſe mandatum de
manutenendo, quia ex Inſtrumento publico
conſtat de illius poſſeſſione legitimè appre-
henſa, quæ propterea eſt omninò manuteni-
bilis, *ad text. in l. iuſtè poſſidet, vbi Bart. & comm-
muniter DD. ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. in l. fin. nu. 1.
C. vnde vi, Rota coram ſa: me: Gregor. deciſ. 203. &
582. vtrobique num. 1. & ſeq. & in recent. deciſ. 199.*
2 *à princ. par. 7.* Et vti capta in vim mandati de
manutenendo ritè, & rectè per Rotam rela-
xati priuauit Rutilium ſua poſſeſſione, *l. qui
vniuerſas 30. §. item cum Prætor, ibique Angel. in
fine, ff. de acquir. poſſeſſ. Rota coram Seraphin. deciſ.
1325. num. 1. cum alijs per Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 266. num. 17. & ſeq.*

Controuerti verò non poteſt, quod ad im-
miſſionem prædictam, & ritè, & rectè pro-
3 ceſſum fuerit. Siquidem validitas reſultat ex
reuolutione proceſſus, & iuſtitia ex duabus
4 deciſionibus coram Reuerendiſſimo D. meo
Decano editis; contra quas non vrget, quod
idẽ Rutilius creditor dotis in pecunia non po-
tuerit cogi ad recipiendũ in ſolutum partem
prati cõtrouerſi iuxtà æſtimationẽ per Perito
faciendam; quia cum Franciſcus illius au-
thor egerit pro dicto credito portionem libe-
ram prati prædicti, quemadmodum ipſe non
5 poſſet variare, & à dicta electione recedere,
iuxtà deciſ. Capyc. 46. num. 5. & ſeq. quam ſequuta
fuit

fuit *Rota deciſ.292.num.5.par.1. recent. & in Ter-*
racinen. Bonorum 12. *Decembris* 1650. *coram R.P.*
6 *D.meo Ottbobono*. Ità, & multo minùs variare,
& eandem electionem impugnare poteſt Ru-
tilius cauſam habens à prædicto Franciſco, *ad*
text. in l.eum à matre, C.de re. vindic. & in l.ab eo,
C.de liber. ca. Rota deciſ.265. ſub num.3. verſ. tum
etiam quia, par.1. recent. & deciſ.5.num.13.par.6.

Nec refert, quod eædem deciſiones, qua-
rum vigore fuit, lata ſententia concedant eo-
dem contextu immiſſionem Corneliæ, & re-
tentionem Rutilio pro ſcutis $1333\frac{1}{3}$, quia
cum portiones ſint certæ, dum retentio con-
7 cernit portionem liberam eiuſdem prati, im-
miſſio verò Corneliæ portionem fideicom-
miſſariam, benè poteſt poſſeſſio vtriuſque
pro indiuiſo conceſſa ſuſtineri, *iuxta text. in*
l.locus, vbi gloſſ. & DD. ff.de acquir.poſſeſſ. & per
Soccin. in l. 3. §. incertam, ff. eodem prout aliàs
ſeruauit *Rota in Cæſenaten.de Aldinis poſt Merlin.*
de legitim. deciſ.25.num.5. coram Buratto deciſ.63.
num.10. in Ciuitatis Caſtelli Cenſus 9. Februarij
1629. coram Coccino, in Lauretana Pradij 16. Iunij
1637. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Panzirolo
& in alijs.

8 Obiectum, quod poſſeſſio Corneliæ fue-
rit attentata tanquam capta pendente termino
ad appellandum ceſſat ex eo, quia actum fuit,
ex remed.l.fin.C.de edict.Diu.Adr.toll. à quo pro-
9 ptereà non dabatur appellatio ſuſpenſiua reſi-
ſtente, præſertim Conſtitutione Aegidiana,
Rota coram Verall.deciſ.223.par.1.in recent. deciſ.
51. num.1.& ſeqq. par.5. & deciſ.305.num.10. &
ſeq.par.6. & in Auenionen. Hæreditatis 10. Iunij
1648. coram R.P.D.meo Rojas.

Et licèt Signatura cauſam appellationis
commiſerit, nihilominus commiſſio non
fuit ſignata ſimpliciter, ſed cum clauſula,
10 *cum facultate manutenendi quem de iure*, quæ ſu-
ſpendit executionem faciendam, non autem
factam retractat, vt firmauit *Rota deciſ.305.*
num.15. & ſeq. par.6.recent. in Ianuen. Pecuniaria
ſeu Attentatorum 10.Iunij 1648. coram me.

11 Deciſiones autem in contrarium adductæ
procedunt quando executio non apparet le-
gitimè facta, ſed fuit nulla, & attentata,quod
in præſenti dici non poteſt ex ſupra deductis,
vt benè declarat *eadem deciſ.305.num.15. par.6.*
recent. & fuit dictum *in Romana Vineæ 30. Maij*
1644. coram R.P.D. meo Rojas, & in Interamnen.
fideicommiſſi prima Iulij 1650. coram R. P. D. meo
Bichio.

Et ita vtraque &c.

SALERNITANA BENEFICII.

Mercurij 1. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſor ſemper citari debet, alias executor
quamuis ſit merus, non priuat illum ſua poſ-
ſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſ-*
ſione, ſufficit ad effectum manutentionis.

2 *Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, & tur-*
batiua, nec eſt manutenibilis in concurſu ante-
rioris.

3 *Executor procedens ſine citatione nulliter procedit,*
nec priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione.

4 *Amplia etiamſi ſit merus, quia nihilominus exiſten-*
te poſſeſſore tenetur aſſumere partes Iudicis.

DECISIO CXIII.

1 STEPHANO Caſtello Prouiſo Apoſtoli-
co,dixerunt DD.dandũ eſſe mandatum de
manutenendo in poſſeſſione Ruralis Benefi-
cij nuncupati Carrara: Quia per Inſtrumen-
tum publicum ſub die 17.Iunij 1649. conſtat
de poſſeſſione per eum capta authoritate exe-
cutoris in litteris deputati, quæ licèt inſtru-
mentalis alio tamen non exiſtente in poſſeſ-
ſione, ſufficit ad effectum manutentionis,
iuxta vulg.text. in l.prædia, vbi Bart. & communi-
ter DD. ff.de acquir.poſſeſſ. l.non idcircò, ibiq.Bald.
C.de fide inſtrum. & eſt concluſio tritiſſima paſ-
ſim approbata in Rota,& ſignanter *in Parmen.*
Beneficij 10.Ianuarij 1648. coram R.P.D.meo Peu-
tingero, in Bononien. Parochialis 26. Aprilis 1649.
coram R.P.D.meo Rojas, & in Nicien. Canonicatus
14. Nouembris præteriti coram Reuerendiſſimo D.
meo Decano.

2 Poſſeſſio verò eiuſdem Beneficij appre-
henſa per Matthæum ſub die 20.Maij ſequen
tis anni, non fuit habita in conſideratione,
quia vti poſterior præſumitur clandeſtina, &
turbatiua, nec eſt manutenibilis in concurſu
anterioris, *cap.licet cauſam, ibique Felin. num.8.*
verſ. tertia cauſa, & num. ſeq. de probation. Bart.
in l.1. §.quod ait, num.1. & in l. ſi duo ſub num.4.
ff. vti poſſid. Rota deciſ.139.num.5.part.7.in recent.
& in Tridentina Canonicatus 17.Maij 1645. coram
R.P.D. meo Cerro.

3 Nec releuat, quod illa capta fuerit de
manu Executoris, quia cum idem Executor
proceſſerit abſque citatione, non priuauit
Stephanum ſua poſſeſſione, *ad text. in l.de vno-*
quoque, ff. de re iudic. & in l.1. C. ſi per vim, vel
alio modo, Rota coram ſan. mem. Gregorio deciſ.46.
num.5. & ſeqq. in Colonien. Præpoſitura 1. Iulij
1648. coram R. P. D. meo Meltio, & in Piſauren.
Parochialitatis 11.Februarij 1650. coram R. P. D.
4 *meo Veroſpio*. Quod procedit etiamſi Execu-
tor eſſet merus; quia nihilominus præexi-
ſtente poſſeſſore tenetur aſſumere partes Iudi-
cis, vt notat *Felin.in cap.fin.num.24. ibique DD.*
de præſumpt. Rota deciſ.202. num.1. & ſeqq. par.1.
diuerſ. ſa:me: Gregor.deciſ.69.num.5.& 6. & in re-
cent. deciſ.187. ſub num.1. verſ.quod autem, par.3.
& deciſ.244.num.7.par.4.tom.2. & fuit dictum
in Cuſentina Canonicatus 5. Iulij 1649. coram R.P.
D. meo Meltio.

Et ita deciſum fuit altera tantum &c.

TOLE-

TOLETANA NIVIS.

Lunæ 13. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Sententia Iudicis laici prohibens Eccleſiaſticis colligere Niuem non poteſt ſuſtineri, non ſolùm ex defectu Iuriſdictionis, ſed etiam quia ipſis id facere licet pro vſu proprio, quamuis ſecus ad effectum Mercaturæ.

SVMMARIVM.

1 *Niuem cadentem de Cælo vnuſquiſque reponere poteſt.*

2 *Laici non habent Iuriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas.*

3 *Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt exercere Mercaturam.*

DECISIO CXIV.

1 RESPONDERVNT DD. pro confirmatione decreti, ſeù ſententiæ de Partibus: Nam quatenus concedit Fratribus, & Monaſterio S. Mariæ de Atochia, vt poſſint recolligere, & congregare niuem, & gelu in ea quantitate, quæ eſt neceſſaria pro vſu proprio, Iuſtitia illius non poteſt controuerti cũ nix omnibus pateat, & vnicuique illam reponere licitum ſit, vt inquit *Parlador. rer. quotid. lib.1.cap.3.§.2. num.15. Gutierez de gabellis q. 35. num.34.& ſeq.Laſſart. de decim. vend. & permutat. cap.2.num.30.verſ.& hinc eſt*, & faciunt adducta per *Gizzarell. deciſ. 34. num. 1. & ſeqq.* licet loquatur ad alios effectus.

2 Nec obſtat Priuilegium Regis ſuper huiuſmodi recollectione conceſſum Paulo Xarquies Appaltatori, eiuſque ſucceſſoribus priuatiuè quoad omnes, per quod in ſpecie prohibetur Eccleſiaſticis, ne niuem congregare audeant, nam illud vti nullum, & inualidum ex defectu poteſtatis laicalis in perſonas Eccleſiaſticas non venit attendendum *cap. quanquam de cenſib. cap. Eccleſia S. Mariæ, ibique Dec. num.7. Fel. num. 80. verſ.non obſtat de conſtit.Can. benè quidem 96. diſt. Auth. caſſa, & ibi DD. C. de Sacroſan. Eccleſ. Abb.in cap. à nobis num. 4. & ſeqq. de ſent.excomm. Burſatt.conſ.93.num.20.lib.1. Alex. conſ.210.num.1.& ſeqq.& conſ. 211. num. 3. lib. 2. Hond.conſ.3.num.23.lib.1.Lap.alleg. 101. num. 14. verſ. aut ſunt. Marant.diſp.8.num.8.& ſeqq. Boerius deciſ.231.num.3.& vlt.Rot.in rec.deciſ.228.num.8. par.4.Romana, ſeu Ianuen.locorum montium 26. Iunij 1648.coram R.P.D.meo Cerro*, & vltra plures quos adducit *Carol.de Graſſ.de effect. Cleric.eff.2. per tot.diſponit S.Concil.Trident.ſeſſ. 25. de reform. cap.20.*

3 Quatenus verò, idem Decretum prohibet Fratribus mercaturam, & venditionem, illius iuſtitia eſt indubitata, quia innititur dictamini rationis, & Canonicæ diſpoſitioni prohibenti Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis huiuſmodi negociationem *cap. fin. de vit. & honeſt. Cleric. cap.1.& cap. ſecundum inſtituta ne Clerici, vel Monachi can.1.& ſeqq.88.diſt. Natt.conſ.530. num.12. & ſeq. Menoch.conſ.12.nu.12. Redoan. de ſpol. quæſt 2.num.34.& 86. Molin.de contract.diſput.342.nu.1. Rot.coram Buratt.deciſ.908.num.7.*

Vndè cum ex prædictis Iuſtitia ſit clara, & indubitata, & validas reſultet ex reuolutione Proceſſus, meritò reſponſum fuit pro confirmatione, Altera tantum Parte informante &c.

ROMANA QVARTAE.

Lunæ 24. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Quarta ex *Auth. præterea C. vnde Vir. & Vxor*, non debetur niſi in ſubſidium, & quoties quis aliundè non habet, vnde viuere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *In correlatiuis diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum etiam in alio.*

2 *Remedium* Auth. intereà C. vndè Vir, & Vxor, *eſt exorbitans, & contra ius.*

3 *Remedium prædictum non datur, niſi in ſubſidium.*

4 *Et ideò in tantum competit, in quantum ſuperſtes coniugum ſit adeò pauper, vt cogatur mendicare.*

5 *Paupertas requiſita ad certum effectum non probatur per Teſtes, qui non coarctant negatiuam.*

6 *Remedium dictæ* Auth. ceſſat, *quando quis poteſt viuere etiam famulando.*

7 *Vndè ſi quis viuebat in famulatu antè contractum matrimonium, ità etiam hoc facere debet poſt illud contractum.*

8 *Pauper non poteſt dici ille, qui debet conſequi lucrum, ſeù quartum ex dote Vxoris prædefunctæ.*

9 *Alimenta inducta propter pietatem non eſt neceſſe, quod ſint condecentia ad ſtatum perſonæ, ſed tantum quod ſint ſufficientia.*

10 *Et dicuntur ſufficientia, quando neceſſitati naturæ quis ſubuenire valet.*

11 *Paupertas ad effectum, vt intret remedium*, auth. intereà, *qualis eſſe debeat, remittitur arbitrio Iudicis.*

12 *Arbitrium verò regulari debet iuxtà qualitatem perſonæ.*

DECISIO CXV.

STEPHANVS Agatius, cui in Teſtamento Europæ Vxoris nihil relictum fuerat, reportauit ex remedio *Auth. Præterea C. vnde vir. & vxor.* Sententiam fauorabilem ab A.C. ſuper quarta parte hæreditatis eiuſdem Europæ, ſed dato per me dubio, An eſſet concedenda immiſſio, Domini negatiuè reſponderunt.

1 Nam licet remedium huiuſmodi inductũ fauore Mulieris habeat locum etiam in Viro, ex quo tanquam in correlatiuis diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum etiam in alio, vt notat *Gail. Pract. obſeruat. lib.2. obſeruat.98.num.5. Craſſ.in §. ſucceſſio ab inteſt. quæſt.39.num.8. Cancer. var. reſol. par.1.cap.9.num.130.Coſt.de remed. ſubſid.*

remed.

remed.2.num.2.in fin. Trentacinq. conſ. 60. num. 7. lib.1.

2 Nihilominus eſt certum, quod tale remedium eſt odioſum, exorbitans, & contra ius ex deductis per *Soccin.conſ.108.nu.6. vol.1. Plot. conſ.17.nu.45. antè med.verſ.nam dicta Auth. Purp. conſ. 330. in fine lib. 1. Fontanell. de Pact. nuptial. clauſula 5.gloſ.8.par.9.num 33.Rot.deciſ.202. nu.9. par.2.diuerſ.apud Cæſ.de Graſſ. deciſ.1. num. 12. de ſucceſſ.ab inteſt.*

3 Nec conceditur, niſi in ſubſidium *Hond.conſil.93.num.24.& 29.lib.1.Natt.conſ.648. num. 15. Cephal.conſ.244.num.25.Menoch.conſ.433. nu. 23. verſ.& ſi dicatur, Surd. deciſ.61. ſub num. 15. cum alijs per Gratian. forens. diſcept. cap. 120. numer.6. lib.1.*

4 Et ideò in tantum competit, in quantum ſuperſtes coniugũ ſit adeò Pauper, vt abſque remedio huiuſmodi cogatur mendicare *Gulielm.de Bened. in cap. Raynutius verbo, Et vxorem nomine Adelaſiam in 5.deciſ.num.244. verſ. quo caſu de Teſtam.Caſtr.in dicta Auth.præterea num.5. verſ. nunc quæritur ibique Bellapert. in fine*, qui dicit ſufficere quod habeat panem, & aquam, *Anchar.quæſt.26.ſub num.6.& ſeqq.par.3. Rimin. Sen. conſ.114.num.13.lib.1.Celſ.Hug. conſ.4. in princip. Scayn.deciſ.Bonon.7.num.1.& ſeqq. Rot. apud Cæſ. de Graſſ.dicta deciſ.1.num.22.de ſucceſſ.ab inteſt. & poſt Pacif.de Salu. deciſ. 174. num. 6.* & pluribus comprobat latiſſimè materiam tractans *Vrſell.concluſ.89.præſertim num.281.& ſeqq.*

5 Talis autem non poteſt dici Stephanus; Nam quamuis teſtes deponant ipſum eſſe pauperem, nec poſſe viuere iuxtà honorificentiam ſuæ conditionis; non tamen coarctant negatiuam, nec concludunt, quod non poſſit habere alia bona, quin ipſi ſcirent *iuxt. text.in §.hinc nobis col.4.verſ.& vidiſſe, ibique gloſ. & DD.Auth.de hæred.& falc. & docet Bart.in l.1. §.hoc interdicto num.8. ff. de itin. actuque priuat. Couarr.var.reſol.lib.2.cap.6.num.8.verſ. cæterum paupertas, Natt.conſ.648.num.1.& per tot. Rot. coram ſan.mem.Greg.deciſ.42.& deciſ. 325. vtrobique numer.5. & penes Buratt. deciſ. 41. num. 2. vbi Add. num.9.*

6 Immò Teſtes prædicti affirmant, quod idẽ Stephanus non ſolum obſequijs inſiſtit Sereniſſimi Principis a Sabaudia, prout inſiſtebat antè contractum matrimonium, cuius munificentia cum ſit notoria, non eſt veriſimile, quod neceſſitate prematur; ſed etiam quod vna cum fratribus, cum quibus conuiuit, poſſidet in Ciuitate Vercellarum Domum paternam; Vnde cum antè contractum matrimonium ſemper honeſtè vixerit cum bonis proprijs, & præſtando ſuo Principi obſequia prædicta, Ità etiam poteſt id facere hodiè poſt diſſolutum matrimonium, vt aduertit *Soccin.conſ.121.num.46.lib.4. Gabr. conſ.142. numer.27.lib.1.Mart.vot.21.nu.22. Hodiern.ad Surd. deciſ.61.nu.2.& 6.Rot.in Imolen. Succeſſionis quarta 18. Aprilis 1625.coram Coccino.*

7 Non enim eſt dedecus, vt quis viuat ſoluto matrimonio, ſicuti antè illud contractum, & eo durante viuebat ex not. per *Honded.conſ. 93.n.35.in fine lib.1.Mart.de ſucceſſ.par.3.quæſt.12. art. 5. num. 19. Amat. deciſ.March.72.ſub nu. 15. & ſeqq. Anton.Monach.deciſ.Lucen.50.nu.37.& 38. cum alijs per Rouit.deciſ.460.num.12. ad med. verſ. nec ergo erit.*

8 Vlterius cum idem Stephanus debeat conſequi lucrum, ſeù quartum ex dote ſibi per Europam conſtituta tam vigore ſtatuti Vrbis, quam pacti in Inſtrumento dotali adiecti, ceſſat ratio, & prouiſio *dicta Auth.* vt expreſsè diſponitur *in Auth. de exibendis reis*, vndè fuit deſumpta præfata *Auth. præterea in §. quoniam vero antè fin.* in illis verbis, ibi, *Et quòd non ſic facta neque dos, neque antenuptialis donatio nihil habere volentes, ſed in nouiſſima viuentes inopia*, & infrà *verſ. hæc itaque*, & probat *Caſtr.in eadẽ Auth. Præterea num. 5. in fine verſ. reſpondeo quia ibique Dec.num.14.Soccin.ſen.dicto conſ.121.nu.36. lib.4. Gabr.conſ.142.num.1.& num.13.& 21.lib.1.*

9 Nec huiuſmodi quartum vna cum alijs bonis ſupra deductis eſt adeò tenue, vt ex illis Stephanus ſe ſuſtentare nequeat; Quia alimenta ad dictum effectum tãquam inducta propter pietatem non eſt neceſſe, quod ſint condecentia ad ſtatum Perſonæ, ſed tantum, quod ſint ſufficientia, vt ad propoſitum notat *Fontanell.de Pact.nuptial.clauſula 5.gloſ.8.par.9.nu.17.*
10 vbi ait ceſſare remedium huiuſmodi, quoties quis habet redditus ſufficientes, ex quibus neceſſitati naturæ quoad victum ſubuenire valet *Gabr.d.conſ.142.num.26. lib.1. Surd. deciſ.61. num. 14.in fine verſ. quod ergo, & num. ſeq. Scayn. dicta deciſ.Bonon. 7. num. 2. & per tot.& præſertim num.19.*

11 Et ideò Domini attentis circumſtantijs facti cenſuerunt, Stephanum non eſſe adeò pauperem, & in tali inopia conſtitutum, vt poſſit gaudere beneficio præfatæ Authenticæ, Paupertas enim ad hunc effectum remittitur arbitrio Iudicis *gloſ. in dicta Auth. Præterea verbo locuples*, quam ſequitur *Bart.ibidem num.3. & in l.ſi conſtante num.14.verſ.in caſibus verò ff.ſol. mat.*
12 *Bald.in dicta Auth.Præterea num.* 4. vbi quod arbitrium debet regulari iuxta qualitatem Perſonæ *Alex.conſ.91.nu.3.lib.7. Ioſ.Ludou. concl.35. verſ.quis autẽ col.1.Gratian.diſcept. Forenſ.cap.120. nu.9.15.& 80.Surd.de Alim.tit.9.quæſt.35. nu. 35. & deciſ.61.num.4.Rot.coram Cæſ.de Graſſ. deciſ. 1. num.24.de ſucceſſ.ab inteſt.*

Et ita vtraque parte &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI, ſeù Saluiani.

Veneris 28. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Cenſus ſolutio quando dicatur facta extinctiuè, non autem translatiuè, latè diſcutitur in Deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Cenſu extincto non debentur amplius fructus.*
2 *Verba* translatiuè, non extinctiuè, *repugnant extinctioni.*

3 *Cen-*

3 *Cenſus non extinguitur, ſi ius illius iu alium tranſfertur.*

4 *Actus factus iu executionem conuentionis antecedentis iuxta illius formam, & tenorem intelligi debet.*

5 *Verba ſubſequentia famulantur antecedentibus.*

6 *Mens, & intentio contrahentium potius attendenda venit, quam extenſio ſcripturæ.*

7 *Verba debent inſeruire menti, non autem intentio verbis.*

8 *Diſcretiuus loquendi modus diuerſam voluntatem demonſtrat.*

9 *Reſeruatio iurium in retrouenditione Cenſus non excludit illius extinctionem.*

10 *Verba* Sorores, & fructus Cenſus ſoluere *important extinctionem debiti, non autem illius ceſſionem.*

11 *Verbum* Retrouendere *importat actum retroſimilem extinctiuum Cenſus.*

12 *Voluntas à poteſtate regulanda venit.*

13 *Cenſus ſolutio an facta fuerit extinctiuè, vel tranſlatiuè, deſumitur ex præſumptionibus, & coniecturis.*

14 *Cenſus fuiſſe extinctos, & non ceſſos, colligitur ex obſeruantia.*

15 *Cenſus reſtitutio fieri poteſt hæredi grauato.*

16 *Cenſus extinctio eſt actus neceſſarius, non voluntarius.*

17 *Fideicommiſſarius non poteſt impugnare retrouenditionem Cenſus factam ab hærede grauato.*

18 *Emptor rei fideicommiſſo ſubiecta tenetur eſſe ſollicitus de verſione.*

19 *Fallit quando aliter fuit conuentum, & Papa derogando fideicommiſſo conuentionem approbauit.*

20 *Argumentum à minori ad minus negatiuè ſumptum habet locum iu Contractibus.*

21 *Cenſus ſemel extinctus amplius non reuiuiſcit.*

22 *Extinctio Cenſus non excluditur ex promiſſione euictionis, & ex clauſula* ponens &c. *& ſimilibus, quia ſicuti apponuntur ad fauorem Emptoris in impoſitione ità in retrouenditione fauore venditoris.*

DECISIO CXVI.

LVCRETIA hæres Franciſci Contugij, ac P. Paulus Amodeus poſt eam vocatus, præuio Beneplacito Apoſtolico, vendiderunt Domum hæreditariam Tarquinio Sanctacrucio, precio ſcut. 5380. cum pacto quod ſcuta 2510. erogarentur pro ſoluendis debitis Teſtatoris; Reliqua verò 2870. pro multiplico deberent reinueſtiri; In executionem pacti prædicti, completum fuit dictum multiplicum, & mortua iam Lucretia, ex illo creati fuerunt tres annui cenſus, impoſiti diuerſis vicibus per eundem Tarquinium ſuper domo vendita, & poſteà redempti cum pecunijs dotalibus Marchioniſſæ Liuiæ nuptæ Franciſco dicti Tarquinij filio, iuxtà conuentionem initam in eius inſtrumenro dotali, quæ ideò ceſſionem iurium ad eius fauorem reportauit, & pretium ad effectum inueſtiendi depoſuit, prout inueſtitum fuir, mediante emptione aliorum cenſuum, ab eodem Tarquinio ſuper dicta domo in meliorem formam redacta, nouiter impoſitorum. Quia verò, mortuo Tarquinio, Franciſcus illius filius, ex precio Caſtri Practicæ, prædictos cenſus extinxit, deponendo precium in Monte Pietatis, ad effectum illud reinueſtiendi, iuxta pacta conuenta in venditione domus, prout rè vera inueſtitum fuit, mediante impoſitione noui cenſus facta per dictum Franciſcum ad fauorem eiuſdem P. Pauli ſuper dicta domo; Ideò Cecilia, & ſorores de Amodeis, ad quarum fauorem purificatum fuit fideicommiſſum Franciſci Contugij, prætendentes non poſſe exigere fructus cenſus, nouiter per Franciſcũ impoſiti, obtinuerunt ab A. C. occaſione triũ cenſuum impoſitorum per Tarquinium, ſententiam immiſſionis ſuper præfata domo, reuocatam in gradu appellationis coram Reuerendiſs. D. meo Decano. Vndè cum hodiè dubitatum fuerit, An talis ſententia eſſet confirmanda, nec ne DD. pro confirmatione
1 reſponderunt. Siquidem ex antecedentibus, & ex ſubſequentibus, manifeſtè conſtat, cenſus fuiſſe extinctos, quo caſu pro illorum fructibus non poterat concedi immiſſio, vt dixit *Rot. coram Canal. deciſ. 652. num. 1. Buratt. dec. 645. num.* 2. & magis in terminis in *Maceraten. Salniani 1. July 1647. coram R. P. D. meo Pautingero.*
2 Extinctio verò impugnari non valet ex defectu voluntatis contrahentium, ſub prætextu, quod in inſtrumento deſuper celebrato, adſint verba *translatiuè, & non extinctiuè*, & ſimilia, quæ ſunt incompatibilia cum extinctione, immò extinctioni expreſsè repugnant, ex trad. per *Bald. in l. 1. C. de act. & oblig. cum pluribus adduct. per Caſanatt. conſ. 10. à nu. 1. & conſ. 11.*
3 *num. 18. & ſeqq.* Nam, cum ſolutio facta fuerit cum pecunijs dotalibus Marchioniſſæ Liuiæ, quæ expreſsè conuenerat cum marito, & ſocero, quod illæ erogarentur in ſatisfactionem dictorum Cenſuum, vt patet ex verbis eorundem Capitulorum, ibi, *Et altri ſcudi* 6000. *ſubito conſumato il matrimonio, per conuertirli in pagamento de debiti di detto Signor Marcheſe, fatti per comprare il Palazzo &c.* vtique extinctio eſt indubitata, quia debitum non diceretur ſolutũ, ſi cenſus adhuc vigerent, & in Marchioniſſam eſſent tranſlati, manente ſemper primeua obligatione principalis debitoris, prout erat in perſona cedentis, *ad tex. in l. emptor C. de hæred. vel act. vend. Rot. deciſ. 148. num. 4. par. 2. diu. & in recent. deciſ. 492. num. 3. par. 2. & deciſ. 425. nu. 8. par. 5. & in Rom. reſciſſionis inſtrumenti* 18. *Martij* 1616. *coram Vbaldo, penes modern. Peruſ. de cenſ. deciſ. 183. ſub num. 2. & ſeqq.*
4 Propterea, ceſſio poſtea ſubſecuta in executionem præfatæ conuentionis, iuxtà illius formam regulari debet *arg. text. in l. is qui ſuis §. vndè quæri, ff. de manumiſſ. Alex. conſ. 156. ſub numer. 2. & per tot. lib. 6. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 49. num. 2. Rot. in Romana Saluiani coram Pirouano, apud modern. Peruſ. de cenſib. deciſ. 368. nu. 1. & ſeqq. & in Romana reintegrationis 22. Iunij 1643. coram Reuerendiſſ. Salamantino, & in rec. deciſ. 248. num. 1. par. 5.*
5 Cumque eadem conuentio incipiat à verbis extinctionem importantibus, illis ſequentia verba famulantur, etiamſi alioquin eſſe poſ-

Digitized by Google

poſſent tranſlatiua eiuſdem cenſus, quià ſem-
per attenditur id quod principaliter agitur
*l. verum 40. ff. de furt. l. ſi quis geſtum C. plus val.
quod agit. Bero.conſ.76.num.80 l.1. Rot.poſt modern.
de oblig.tam.deciſ.219.num.18.& ſeqq.& dec. 265.
num.12.& in rec.deciſ.273.num.6.par.3.* Et magis
5 rei veritas, & intentio Partium inſpicienda
venit, quam verba, & extenſio ſcripturæ *l. la-
beo 7. ff. de ſupellect. leg.st. l. etiam 8. C.de iure dot.
Mantic.de coniect.lib.3.tit.3.num.9.* Verba enim
7 debent inſeruire menti, non autem intentio
verbis *can.humana aures 22. quaſt.5. Menoch. conſ.
97.nu.44.& ſeq.idem Mantic.vbi ſupra lib.8.tit.18
ſub num.10.*
8 Hæc autem, clariora redduntur, ex lectura
Capitulorum matrimonialium, in quibus diſ-
ponitur, quod rata tantum ſcutorum 5000.
deberet in cenſibus inueſtiri, prout obſerua-
tum fuit, reliqua verò Creditoribus ſolui, ibi,
*E queſti vltimi ſcudi 5000. conuengono, che nell' atto
del loro pagamento, ſi debbano inueſtire in Cenſi ſe-
curi &c. quale reinueſtimento ſia perpetuamente fon-
do dotale di detta Signora Spoſa*; Hic enim diſcre-
tiuus modus, quo vſi fuerunt contrahentes
circa pecunias inueſtiendas, & ſoluendas cre-
ditoribus Tarquinij, reportata iurium ceſſio-
ne, benè demonſtrat diuerſam illorum vo-
luntatem *Surd.conſ.426. num. 18. Rot. deciſ. 627.
num.8.par.2.recent.& deciſ.492.nu.10.par.4.tom.2.*
Quodq; vbi egerunt de ceſſione, non intelle-
xerunt de tranſlatiua formaliter, ſed de iuri-
bus cenſus retrouendendi, vt benè in propo-
ſito dixit *Rot.in Maceraten.ſaluiani 26.Iuny 1648
coram R.P.D.meo Peutingerio.*
9 Immò ſi verba prædicta rectè perpendan-
tur, non ſunt incompatibilia cum extinctio-
ne: Non enim dicitur quod Sponſa agere
poſſit pro fructibus cenſuum, ſed pro recupe-
randa dote, ac pro damnis, & intereſſe, qua-
tenus bona à creditoribus anterioribus viri
fuiſſent euicta, ad quem effectum, vt ibidem
declaratur; iura intacta, & illæſa præſeruan-
tur, quæ propterea præſeruatiua iurium ante-
rioritatis, nō excludit extinctionem cenſuum
*Rot.in Romana cenſus 24. Nouembris 1628. coram
Reuerendiſſ. Terracinen. in Romana domus 24. Ia-
nuarij 1650.coram R.P.D. meo Bichio, & apud mo-
dern.Peruſ.de cenſib.deciſ.368.num.2.& 3. & deciſ.
411.ſub num.2. & ſeqq. cum alys per eundem quaſt.
103.num.17.verſ.caterum.*
10 Deſumitur pariter contrahentium volun-
tas, ex proœmio ipſius inſtrumenti retrouen-
ditionis, in quo Tarquinius declarauit ex-
preſsè, velle ſortes principales, & fructus di-
ctorum cenſum perſoluere, ibi, *Nuper autem
Marchio Tarquinius ex pecunijs dotalibus D. Liuia
de Primis, nupta Franciſco eius filio, cupiens dicto
P. Paulo non ſolum precia, & ſortes principales di-
ctorum trium cenſuum, verum etiam illorum fructus
perſoluere*, quæ verba non poſſunt verificari in
ceſſione tranſlatiua per quam debitor non li-
beratur, ſed tantum in extinctiua cum ſonent
in reſolutionem contractus, & in totalem
eiuſdem debitoris liberationem, *ad tex. in l. li-
berationis 47. ibique gloſ. ff. de verb. ſignif. Bald. in
l. ſolutionis 54. ff. de ſolut. Molin. de contract. diſ-
putat.562. num. 1.& 2. cum alijs pluribus per Petr.
Greg.ſyntagm.iuris lib.21.cap.18.num.2.& 36.*
11 Et concordat partita Banchi, ibi, *per la re-
trouendita delli tre cenſi, &c.* quod verbum re-
trouendere importat propriè actum retroſi-
milem cenſuum extinctiuum *l.1.C.quando lic.
à vendit.diſced.Rot.deciſ.642.num.2.par.2.rec.& in
Romana reintegrationis 22.Iunij 1643. coram Reue-
rendiſſimo Salamantino, & in Romana prælationis
poſt modern. Peruſin. de cenſibus deciſ. 369. num. 1.
& 4.*
12 Nec aliter eſt præſumendum, dum contra-
hentes poterant quidem extinguere cenſus,
non autem vendere, & alteri cedere. Et ideò,
ne ſit dicen quod voluerint facere actum pro-
hibitum, firmandum venit quod cenſus ex-
tincti fuerint, regulando voluntatem à pote-
ſtate *l.Lucius §.Imperatores ff. Ad municip. Rot.de-
ciſ.555.ſub num.6.par.2.recent.deciſ.682. num. 31.
par.4.tom.3.deciſ.604.num.17.par.5.& deciſ. 182.
num.9.& deciſ.211.ſub num.10. par. 7.* & firma-
tum fuit in *Bononien. cenſus 4. Maij 1643. coram
Reuerendiſſ.Terracinen.*
13 Prædictis accedunt quamplures coniecturę
ponderatæ in deciſionibus Reuerendiſſimi
D. mei Decani, nempè Proteſtatio adiecta in
Capitulis matrimonialibus. Quod ceſſio fie-
ret in omnem meliorem finem, & effectum
Marchioniſſæ Liuiæ magis proficuum, & pro
maiori cauthela ſuæ dotis. Inueriſimilitudo,
quod ipſa voluerit emere cenſus fideicom-
miſſo extinctioni, & multiplico ſuppoſitos.
Obligatio mariti, & ſoceri de reſtituendo do-
tem in quantitate, quæ vtique reſpectu iſtius
ſummæ appareret ſuperflua, ſi Marchioniſſa
fuiſſet effecta creditrix dd. cenſuum, ex qui-
bus coniectutis, præſumptionibus, & argu-
mentis probari extinctionem aduertit *Rot. co-
ram Seraph.deciſ.1333.nu.1.& ſeqq. & coram Du-
ran.deciſ.449.num.10.*
14 Et tollitur difficultas. ex obſeruantia ſubſe-
cuta; nam precium dictorum cenſuum fuit à
P. Paulo depoſitatum in Banco illorum de
Bonannis, & deindè pro cautione fideicom-
miſſariorum dicti Contugij, inueſtitum fuit
in alijs cenſibus, quos poſteà in ſe accollauit,
& extinxit Excellentiſſimus Philippus Co-
lumna, deponendo pretium in Monte Pieta-
tis, inueſtitum pariter in alio cenſu, & tamen
fructus illorum exegerunt ſemper, tam P.Pau-
lus, quam alij fideicommiſſarij pro tempo-
re, & ſignanter ſorores de Amodeis hodiè
agentes, eoſque nec exegit, nec vnquam pe-
tijt Marchioniſſa Liuia; quæ quidem obſer-
uantia, benè demonſtrat cenſus verè, & rea-
liter fuiſſe extinctos, non autem ceſſos *l. mini-
mè 22.ff.de legib.Hond.conſ.92.nu.27.& ſeqq.lib.1.
& conſil.35.nu.44.& ſeqq.lib.2. Rot. deciſ.69.nu.8.
par.4. tom. 2. recent.* & in his terminis dictum
fuit in *Cornetana reintegrationis 16. Decembris
1641.coram R. P. D. meo Bichio, & in Maceraten.
Saluiani prima Iulij 1647. coram R.P.D. meo Peu-
tingero.*
15 Minus extinctio impugnari valet ex defe-
ctu poteſtatis P. Pauli; Nam licet ipſe eſſet
grauatus reſtituere alijs vocatis in teſtamento

Digitized by Google

Contugij, nihilominus non impediebatur recipere, & de receptis quietantiam facere, vt eſt *text. in l. ante reſtitutam* 104. *de ſolutio. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt.* 15. *num.* 87. *Rot. in recent. decıſ.* 139. *num.* 3. *par,* 4. *tomo* 2. *& deciſ.* 557. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 3. *& poſt dictum modern. Peruſ. de cenſib. deciſ.* 351. *num.* 4. *& deciſ.* 469. *num.* 11.

16 Actus enim extinctionis cenſus eſt neceſſarius non voluntarius, vt diſponitur in Bulla ſanct. mem. Pij V. ſuper forma creandi cenſus, Bullar. nouo tom. 2. in ordine 79. §. 10. & probat *tex. in l. fideicommiſſa §. ſi rem ff. de leg.* 3. *Seſſ. deciſ. Aragon.* 30. *num.* 23. *& ſeqq. Giurb. dec.* 79. *à num.* 18. *Rot. coram Buratt. deciſ.* 526. *num.* 2.

17 Et propterea tenentur fideicommiſſarij dictam extinctionem approbare, vt not. *Angel. in dicta l. ante reſtitutam* 1. *ibique Imol. in princip. ff. de ſolut. Fontanell. de pact. nupt. clauſula* 4. *gloſſ.* 18. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 5. *cum alijs pluribus adductis per Giurb. dicta deciſ.* 79. *à num.* 16. *& per dictum modern. Peruſin. de cenſibus quæſt.* 109. *num.* 58. *& ſeqq.*

18 Non obſtat quod emptor rei fideicommiſſo ſubiectæ, & venditæ ex cauſa neceſſaria pro diſſoluendo ære alieno fideicommittentis, teneatur eſſe ſollicitus de inueſtimento, ex latè deduct. in *Bononien. fideicommiſſi de Rubeis* 4. *Mar-*
19 *tij* 1641. *coram Eminentiſſ. Panzirolo*. Quia obiectum benè procederet, niſi aliter inter Partes fuiſſet conuentum, & Pontifex, derogando fideicommiſſis, huiuſmodi conuentionem approbaſſet, prout euenit in præſenti caſu. Tunc enim ſufficit ſoluere in cauſam expreſſam, non attento quid poſtea ſequatur, vt firmauit *Rot. in iſta cauſa* 20. *Aprilis* 1640. *coram Card. Panzirolo*, & dictum fuit in *Romana domus* 16. *Nouembris* 1643. *coram R. P. D. meo Cerro, in Romana vinea* 2. *Maij* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio, & in rec. deciſ.* 301. *num.* 9. *par.* 1.

20 Nec dicatur quod tale pactum reſpiciat tãtum inueſtimentum fructuum, quià fortius eadem voluntas militat in inueſtimento ſortis, ducto argumento à maiori ad minus, quod benè in contractibus locum habet, quando ſumitur negatiuè *cap. ſi ergo, & ibi gloſ.* 7. *q.* 1. *Iaſ. in l. quæ delegato numer.* 4. *ff. de leg.* 1. *Curt. iun. conſ.* 134. *num.* 4. *& conſ.* 333. *nu.* 59. *& ſeqq.* & tradit *Surd. de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 1. *num.* 11.

21 Et nihilominus difficultas viſa fuit Dominis ceſſare ex facto, aduertendo quod inueſtimentum primo loco ſecutum in Cenſibus impoſitis à Marchione Tarquinio, fuit tutũ, & ſecurũ, prout euentus comprobauit, dum eos deindè extinxit, deponendo pretium in pecunia numerata. Vndè eſto quod ſecundum inueſtimentum factum in cenſibus impoſitis a Franciſco eiuſdem Tarquinij filio, non fuerit tutum, id operari minimè poteſt, vt iura cenſus, legitimè extincti, reuiuiſcant in præiudicium Marchioniſſæ *l. inter ſtipulantẽ §. ſacram, ff. de verbor. oblig. Rot. in Tuſculana ſyluarum* 5. *Iunij* 1620. *coram Caualerio, quæ non reperitur inter eius impreſſas, & penes dictum modern. Peruſin. de cenſib. deciſ.* 411. *num.* 4. & firmatum fuit in *Caſenaten. cenſuum* 28. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Roias*.

22 Non obſtat promiſſio euictionis, quia intelligi debet de domo, pro cuius ſecuritate pecuniæ redactæ ex cenſibus erant inueſtiendæ, vt dixit *Rot. in allegata Romana reintegrationis* 22. *Iunij* 1643. *coram Reuerendiſſimo Salamantino*. Minus clauſula *ponens*, & ſimiles; Nam ſicuti in impoſitione cenſus apponuntur ad fauorem emptoris, ità etiam potuerunt apponi in retrouenditione, ad fauorem venditoris, ad ſignificandum actum in omnibus retroſimilem, adeòut penes cẽſuarium nihil deberet remanare, prout, non obſtantibus clauſulis prædictis, recedendo à deciſionibus antecedentibus *in Romana Salulani interdicti coram Remboldo*, firmatum fuit in eadem cauſa 27. *Maij* 1619. *coram Pirouano, penes dictum modern. de cenſibus deciſ.* 368. *num.* 2. *& deciſ.* 369. *num.* 1. *verſ. nec obſtant alia*, & fuit dictum in *Maceraten. Saluiani* 26. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. meo Peutingero*.

Ex quibus, & alijs melius deductis in deciſionibus Reuerendiſſimi D. mei Decani ſub diebus 15. Iunij, & 26. Nouembris anni præteriti, reſolutum fuit pro confirmatione ſententiæ Rotalis, Partibus hinc indè informantibus.

AQVILANA BENEFICII.

Veneris 28. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Attentata ſunt omnia geſta poſt Inhibitionem Rotalem, etiamſi Attentans non habuerit notitiam, quod Procurator fuit inhibitus.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta poſt præſentatam Inhibitionem Rotalem.*

2 *Maximè ſi illa non ſemel, ſed bis præſentata fuerit.*

3 *Inhibitio ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſemper eſt timenda.*

4 *Attentans ſub prætextu ignorantiæ excuſatur quidem à pœna, ſed non eximitur à purgatione Attentatorum.*

5 *Attentata prius reuocari debent, & poſteà de iure litigantium diſceptandum.*

DECISIO CXVII.

CVM Ioſeph Coliſta reperiretur in poſſeſſione Beneficij S. Pauli Aprutin. Diœceſis, & Paulus Camponeſcus iactaret ſe velle illum in dicta poſſeſſione perturbare, cauſam iactationum, & moleſtationum huiuſmodi bon. mem. Arguelles committi obtinuit, qui ſolitam inhibitionem in forma conceſſit perſonaliter præſentatam die 5. Decembris 1648. quia verò ea nõ obſtante idem Camponeſcus in poſſeſſionem beneficij ſe intruſit, Domini poſſeſſionem prædictam, vna cum omnibus inde ſecutis attentatam, & reuocandam eſſe cenſuerunt; nam quicquid geritur poſt præ-
1 ſentatam inhibitionem ſubiacet vitio attentatorum iuxtà *text. in cap. non ſolum, in fin. de appellat. in* 6. & in terminis poſſeſſionis notat *Dec. conſ.* 103. *nu.* 1. *Cæſar de Graſſ. dec.* 6. *nu.* 1. *&* 2.

de

de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Mantic. deciſ. 185. num. 2. & coram ſanct. mem. Greg. deciſ. 305. eodem num.

Maximè cum illa iterum intimata fuerit *ſub die 5. Iulij 1649. & 1. Iulij 1650. vt pondera-*
2 *uit Rota coram Buratt. deciſ. 267. ſub num. 5. & in Cæſaraugustana diſtributionum, ſeu attentatorum 17. February 1645. coram R. P. D. meo Cerro*. Et
3 propterea ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta timenda erat *per text. in l. 1. in princ. ff. de nou. oper. nunciat. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 20. ampliat. 11. num. 1. & ſeqq. vſque in fine Rota coram Verall. deciſ. 93. nu. 1. par. 2. & in rec. deciſ. 214. num. 3. par. 5. & deciſ. 179 num. 4. par. 7.*

Non obſtat quod dicta poſſeſſio fuerit apprehenſa in partibus, ad quas mandatum iam reperiebatur tranſmiſſum, nec infrà ſpacium vnius diei potuerit illuc peruenire notitia in-
4 hibitionis præſentatæ in Curia; quia ignorantia huiuſmodi excuſat quidem à pœnis contentis in inhibitione in caſu contrauentionis, non autem eximit à purgatione attentatorum quæ omninò reuocanda veniunt, vt firmauit *Rot. in Valentina Præceptoriæ 10. Maij 1627. coram Virili, in Meleuitana Commendæ de Calaſparra 23. Maij 1650. coram me, & in alia Meleuitana Commendæ de Vaours 1. Iuly eiuſdem anni coram R. P. D. meo Cerro.*

5 Quæ dicuntur circa iuſtitiam cauſę, & contra prætenſum bonum ius Coliſtæ, non ſunt præſentis inſpectionis, cum prius ſint reuocanda attentata, & omnia in priſtinum reducenda, & poſteà de iure litigantium diſceptandum, vt aduertit *Lancellot. de attent. par. 3. c. 24. quæſt. 1. num. 63. Mandoſ. de inhibit. quæſt. 20. per tot. Rota coram ſanct. mem. Greg. deciſ. 465. nu. 9.* & fuit dictum *in Romana pactorum dotalium 27. Martij præteriti coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

PLACENTINA, ſeù ABVLEN. Decimarum.

Lunæ 15. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Exemptio à ſolutione Decimarum pro bonis, quæ proprijs manibus excoluntur, non extenditur ad bona alijs locata, neque ad portionem colonicam.

SVMMARIVM.

1 *Actio, & paſſio non poſſunt ſtare in eod. ſubiecto declara vt num. 6.*
2 *Teſtium examen factum coram Iudice recuſato eſt nullum.*
3 *Fallit ſi à dicta recuſatione receſſum fuerit.*
4 *Allegatio ſuſpecti facta per procuratorem non ſuſtinetur, niſi conſtet de ſpeciali mandato.*
5 *Immemorabilis obtinet vim pacti.*
6 *Decimæ perſolui debent à Colonis, & Arrendatarijs exemptorum.*
7 *Decimæ licet percipi non poſſint ex parte dominicali ſpectante ad Monachos exemptos, debentur tamen de portione colonica ſpectante ad laboratores.*
8 *Decimarum in materia diuerſimodè iudicatur de fructibus, prout ſpectant ad Dominum fundi, ac prout pertinent ad conductorem, ſeù colonum*
9 *Exemptio à Decimis conceſſa pro Terris, quæ proprijs manibus excoluntur, non extenditur ad terras, quæ alijs dantur excolendæ.*
10 *Immemorabilis habet vim veri, & legitimi tituli, & priuilegij Apoſtolici.*
11 *Immemorabilis includit meliorem titulum de mundo.*
12 *Parochus non poteſt iuuari aſſiſtentia iuris pro conſecutione decimarum in bonis ſitis extrà limites ſuæ Parochiæ.*
13 *Decimandi ius eſt diuerſum, & independens ab ipſa re.*
14 *Laicus eſt incapax iuris decimandi.*
15 *Tranſportatio actorum debet eſſe integra.*
16 *Citationes fuiſſe factas probatur ex reuolutione proceſſus.*

DECISIO CXVIII.

1 INFORMANTES pro Decano, & Capitulo Placentino, & Parocho de Paraleda, & lit. conſort. non reuocabant in dubium quod teſtes pro Monaſterio examinati concludenter probent immemorabilem quaſi poſſeſſionem percipiendi decimas in territorio de Alarza, ſed excipiebant eoſdem teſtes fuiſſe nulliter examinatos, & conuinci de mendacio ex quo territorium prædictum eſt de dominio Monaſterij, & Monachorum Vallis Eccleſiæ, qui propterea non poſſunt ex eiuſdem territorij fructibus decimas prætendere, ne detur actio, & paſſio in eodem ſubiecto contra *text. in l. Vranius, ff. de fideiuſſ. Rot. deciſ. 23. num. 2. par. 2. diuerſ.*

2 Verum prædictis non obſtantibus adhuc Domini perſtiterunt in reſolutis, nam nullitas examinis deducta ex eo, quod Teſtes fuerint examinati coram eorum Receptore re-
4 cuſato, ceſſat per compatitiones exaduerſo factas coram eodem, per quas cenſetur à dicta recuſatione receſſum *cap. gratum de offic. deleg. Abb. in cap. cum ſpeciali num. 12. in fine, ibique Franch. num. 47. verſ. ſecunda eſſet de appell. Butr. in cap. ab Apoſtolica num. 6. de offic. deleg. in 6. Viu. com. opin. concluſ. 866. num. 22. verſ. ſed ſi poſt recuſationem, Rota in Toletana iuriſdictionis 24. Martij prox. præt. coram R. P. D. meo Otthobono.*

4 Et tamen recuſatio deducta data in ſumm. Capituli ſub *num. 8.* non erat attendenda vti facta à Ioanne Serrano, de cuius ſpeciali mādato procuræ non conſtat, prout requiritur ad hunc effectum *ad text. in l. non ſolum, §. fin. ff. de procur. Pariſ. conſ. 31. num. 112. lib. 1. Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 368. num. 1. ibique Add. num. 8. & in rec. deciſ. 440. n. 2. par. 2. & deciſ. 233. eod. num. par. 5. quæ eſt Duran. deciſ. 178. num. 1.*

5 Prætenſio vero, quod territorium controuerſum ſit proprium Monaſterij Vallis Eccleſiæ, & proindè non poſſit idem Monaſterium ex eo percipere decimas, viſa fuit DD. non releuare, tum quia attenta immemorabili poteſt allegari particularis conuentio inter Monachos, & conductores de ſoluendo

decimam vltra aſſiſtus, quæ conuentio reſiſtit confuſioni, & efficit, vt ius deciman. contra ipſos exerceri poſſit, *Bald. in l. 1. num. 3. verſ. nam iſta eſt ratio C. de ſeruit. & aqua, & conſ. 24. in fin. lib. 4. Socin. conſ. 86. num. 12. lib. 1. Roland. conſil. 66. num. 40. & ſeqq. lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 131. n. 44. Peregr. de iure fiſci lib. 1. tit. 2. num. 61. verſ. item aquiualet.*

6 Tum etiam quia illæ non percipiuntur ex bonis, quæ proprijs manibus, & expenſis coluntur, ſed ex terris alijs locatis, & à conductoribus, & arrendatarijs detentis, qui proculdubio tenentur ad decimas *gloſ. in clem. 1. verbo excolendas de decimis, & in can. quæſti verbo coloni 16. q. 1. Abb. in cap. tua nobis num. 15. de decim. Soccin. conſ. 93. num. 3. lib. 3. Rota d. deciſ. 23. num. 5. par. 2. diuerſ.*

7 Vnde non applicatur regula, quod actio, & paſſio non poſſint ſtare in eodem ſubiecto, quia non agitur de portione, & parte dominicali ſpectante ad eoſdem Monachos, ſed de rata, & portione diuerſa pertinente ad colonos laboratores, & arrendatarios, ſuper qua ius decimandi exerceri poteſt, vt in ſimili probat *text. in l. ſi adulta, C. de hared act.* & faciunt notata *per Bald. in l. ſi vxor in princip. C. de bon. autorit. Iud. poſſid. modern. Peruſin. de cenſib. q. 107. in fine verſ. nam actio, & paſſio, Io. Maria Nouar. q. 9. forenſ. lib. 1. q. 51. num. 3. verſ. ſed ſi agitur.*

8 Non enim eſt nouum, quod in materia decimarum diuerſimodè, iudicetur de fructiſtibus, prout ſpectant ad Dominum fundi decimatorij, ac prout ſpectant ad conductorem, ſeu colonum, vt probatur *ex text. in cap. dilecti de decimis, gloſ. in clem. 1. verbo excolendas ibique Vitalin. num. 20. & ſeqq. Imol. num. 13 & 14. eodem tit. Abb. in cap. à nobis num. 1. & ſeqq. & in cap. tua nobis num. 1. 6. & 14. de decimis, Monet. eod. tract. cap. 5. q. 1. num. 2. & 13. & cap. 6. q. 4. nu. 39. & ſeqq. Suarez de Relig. tom. 1. lib. 1. cap. 19. num. 13. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 37. q. 7.*

9 Prout pariter non applicatur *Text.* exaduerſo adductus *cap. licet 21. de decimis*, quia ibi ſolum deducitur, quod exemptio à decimis conceſſa pro terris, quę proprijs coluntur manibus, non extenditur ad terras, quæ alijs dantur excolendæ, & ideo coloni Partiarij, & Cenſuales priuilegiatorum ſimpliciter de nõ ſoluendo decimas tenentur decimas ſoluere de parte ſua, *vt not. Anchar. in eod. cap. num. 3. Abb. num. 2. Zabarell. in clem. vnica col. 5. verſ. 22. quæro eod. tit. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 23. num. 4. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 26. §. 3. n. 19. & 39.*
10 *& ſeq. Rot. coram Seraph. deciſ. 827. num. 2. & 3.*
In præſenti autem caſu non agitur de priuilegio exemptiuo à ſolutione decimarum, ſed de iure exigendi vigore immemorabilis, quæ vt latè firmatur in deciſ. huius cauſæ, habet vim veri, & legitimi tituli, ac priuilegij Apoſtolici etiam contra habentes intentionem fundatam in iure *Rota poſt 2. vol. conſ. Farin. deciſ. 303. num. 3. & coram Pen. deciſ. 103. eod. num. & ſeqq. & firmatum fuit in Conchen. decimarũ de Guaſcuena 31. May 1617. coram bon. mem. Patriarcha*
11 *Manzanedo*, & includit meliorem titulum de mundo, *Rota deciſ. 27. num. 8. par. 4. tom. 2. recent. & deciſ. 150. num. 4. & ſeqq par. 5. & fuit dictum in Zamoren. anniuerſariorum 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Meltio.*

12 Et eo facilius inclinarunt DD. pro confirmatione ſententiæ Rotalis contra Capitulum Placentinum, & Parochum ſupradictum, quia tantum abeſt, quod territorium de Alarza, ſuper quo cadit controuerſia ſit ſitum intra limites Parochiæ de Paraleda, quod imò ex rationibus, & fundamentis deductis in deciſionibus huius cauſæ coram RR. PP. DD. meis Bichio, & Peutingerio appareat de contrario, itaut prætenſa aſſiſtentia iuris nullo modo poſſit iuuare Parochum *cap. ad decimas de reſtit. ſpoliat. in 6. Rot. coram Coccin. deciſ. 16. num. 1. & 2. & in recen. deciſ. 124. num. 2. par. 5.*

13 Non obſtat, quod ex Inſtrumento donationis factæ per Ciuitatem Abulen. ad fauorem eorundem Monacorum conſtet de initio acquiſitionis, & ſic ceſſet immemorabilis, quia Inſtrumentum prædictum reſpicit dumtaxat dominium plenum territorij, non autem ius decimandi, quod vti diuerſum, & independens ab ipſa re, & à territorio prædicto nec compræhendebatur in dicta donatione, vt in his terminis firmauit *Rota in Toletana decimarum de Capilla 2. Martij 1648. coram*
14 *R. P. D. meo Veroſpio*, nec poterat vllomodo compræhendi ex defectu poteſtatis, cum Ciuitas vti laica eſſet dicti iuris omnino incapax *per text. in cap. tua, & cap. dudum de decimis, Rota in Rauennaten. ſeu Ferrarien. decimarum 25. Febr. & 20. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Cerro.*

15 Minus releuat recantatum obiectum non integræ tranſportationis actorum deſumptũ ex eo, quod Actuarius dixerit ſe aliquid extraxiſſe de lite, nam id euenit non quia omnia acta non fuerint integrè tranſportata, ſed quia proceſſus non fuit coram eo abſolutus facto partis aduerſæ, quæ curauit cauſam in Curia committi antequam ille compleri potuerit, vt firmatur in vtraque deciſione huius cauſæ coram R. P. D. Bichio.

16 Demum, quod non fuerit citatus Epiſcopus Abuleñ, ceſſat ex facto, quia poſtquam ipſe venit ad cauſam, ſemper citatus fuit Alõſus de Salazar procurator ab eo conſtitutus, vt apparet ex reuolutione proceſſus, quæ optimè probat huiuſmodi affirmatiuam ex adductis *per Maſcard. de probat. concluſ. 291. num. 1.*

Cætera longa ſerie deducta, vel non indigent reſponſione, vel remanent abundè ſublata ex deciſionibus in cauſa factis, ideo DD. perſtiterunt in deciſis partibus hinc inde informantibus.

PISTORIEN. PAROCHIALIS

Mercurij 17. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Literæ Apoſtolicæ non iuſtificatæ exequi non debent nec gratia reſtricta ad vnum modum Vacationis ex alio ſuſtineri valet, ideoque ex-

expreſſio deuolutionis ad Sedem Apoſtolicam ob negligentiam Patronorum in preſentando debet plenè, & concludenter probari.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Litteræ Apoſtolicæ, quandò non ſunt iuſtificatæ exequi non debent.*
3 *Deuolutio beneficij ad Sedem Apoſtolicam ob negligentiam Patronorum in præſentando debet concludenter probari.*
4 *Et non ſolum probari debent lapſus quadrimeſtris, ſed etiam ſcientia vacationis.*
5 *Probatio excluditur, quandò conſtat manifeſtè de contrario.*
6 *Inſtrumenta publica faciunt probationem certam.*
7 *Iuſpatronatus probatur ex confeſſione partis in præiudicium confitentis.*
8 *In præſentationibus ad Iuſpatronatus non attenditur numerus Patronorum, ſed illorum tantum, qui præſentarunt.*
9 *Iuſpatronatus eſt indiuiduum, & reſidet in ſolidum penes vnumquemque.*
10 *Gratia reſtricta ad certum modum vacationis, eo non verificato ex alio ſuſtineri non poteſt.*

DECISIO CXIX.

IVXTA formam Commiſſionis mihi directæ propoſui dub. An intret arbitrium pro
1 retardanda executione litterarum Apoſtolicarum, & quia illud regulatur à Iure vt notat *Bart. in extrauaganti ad reprimendum verbo videbitur num.8. Bald. in l.1. num.2. ff. de ſolut. Rot. deciſ.71. num.1. & deciſ.103. eodem num. par.6. recent. cum alijs in Vrgellen. Decanatus 29. Nouembris 1649. corā me* Domini affirmatiuè reſoluerunt;
2 Nam de Iure non eſt locus executioni quando litteræ non apparent iuſtificatæ, ex quo dicuntur ſubreptitiæ, & nullæ *Felin. in cap. ad aures ſub num.4. verſ. ſecunda concl. de reſcript. Rot. coram Mantic. deciſ.358. num.4. & in rec. deciſ.251. n.2. par.2. in Bonon. parochialis 24. Ianuarij 1648. coram Eminentiſſ. Otthobono.*
3 Defectus verò iuſtificationis reſultat ex eo quia expoſitum fuit Summo Pontifici, quod parochialis controuerſa erat deuoluta ad Sedem Apoſtolicam ob negligentiam Patronorum in præſentando, quæ tamen negligentia nullibi probata apparet prout plenè, & concludēter probari debebat *Garz. de benef. par. 10. cap.3. num.16. Lotter de re benef. lib.2. quæſt. 24. num.37. & ſeq. Rota coram Verall. deciſ.253. nu.1. par.1. & in recen. deciſ.186. num.1. & ſeqq. par.2. Aretina Capellæ 1. Iunij 1611. coram Lancell. Velliterna Cappellaniæ 2. Iunij 1621. coram bon. mem. Manzanedo & in Treueren. Archidiaconatus 13 Iu-*
4 *nij 1644. coram R. P. D. meo Cerro*, docendo nedum de vacatione beneficij, & lapſu quadrimeſtris Patronis laicis ad præſentandum præfixi, ſed etiam quod ipſi vacationis ſcientiam habuerint, & præſentare neglexerint, vt probat *Rebuff. in prax tit. de deuolut. num.10. & ſeqq. Rota coram Buratt. deciſ.18. num.2. & 3. Add. ad eumdem deciſ.938. num.9. & in recen. deciſ.21. nu.1. par.1. vbi Paulus Rub. in ſuis Additionibus à n. 1. & pluribus ſeqq. latiſſimè materiam tractans deciſiones refert concordantes, & deciſ.221. num.10. & 11 par.7.*
5 Verum tantum ab eſt, quod pro parte Franciſci facta fuerit probatio huiuſmodi, quod imò conſtet manifeſtè de contrario, dum vacatio euenit de menſe Septembris anni 1649. vt faſſus fuit Idem Franciſcus in litteris ſuæ prouiſionis, & de menſe Octobris immediatè ſequentis Prior Eccleſiæ S. Ioannis Patronus ſaltem pro quarta parte, & Petrus Laurentius Poggialis, vti hæres Ioannis Franciſci de Gais Patroni pro medietate præſentarunt Hieronymum de Buccis, quam præſen-
6 tationem Vicarius admiſit, vt conſtat ex publicis Inſtrumentis quæ faciunt probationem indubitatam *l. cum precibus C. de probat. Bald. in l. quoties in fine C. de Iudic. Rot. in Signina Caſtrorum 22. Iunij 1622. coram Remboldo.*
7 Quod autem penes prædictos reſideat maior pars dicti Iuriſpatronatus deſumitur ex confeſſione Franciſci, qui in impetratione ob deuolutionem expreſsè narrauit Iuſpatronatus, de quo agitur ſpectare pro medietate ad illos de Gais, pro quarta parte ad Priorem S. Ioannis, & pro reliqua quarta parte ad Operarios eiuſdem Eccleſiæ, quæ confeſſio ſufficit in præiudicium confitentis, vt in terminis Iuriſpatronatus, quando non agitur contra Eccleſiam probat *Garz. de benef. part.12. cap.2. num.276. & ſeqq. Mantic. deciſ.318. num.3. & deciſ.350. num.10. Buratt deciſ.183. num.2. & ſeqq. ibique Add. num.25. Add. ad ſan. mem. reg. deci. 452 num 22. & firmatum fuit in Gerunden. beneficij 11. Martij 1648. coram me, & in Maioricen. beneficij 27. Iunij eiuſdem anni coram R.P.D. meo Bichio.*
Nec vrget in contrarium, quod Iuſpatronatus prætendatur gentilitium, nec conſtet, quod Ioannes de Gais Author Petri Laurentij Poggialis ſit vltimus de familia, quinimo appareat de exiſtentia Iuliæ; Nam quicquid ſit de prædictis, ſuper quibus Domini
8 nihil firmare voluerunt, ſufficit Hieronymo reportaſſe præſentationem à Priore S. Ioannis ad quem indubitantet pertinet quarta pars dicti Iuriſpatronatus, vnde dum ipſe ſolus præſentauit, vox Aliorum non præſentantiū non eſt habenda in conſideratione *vt dixit Rota deciſ.82. num.2. par.7. recen. & in Aquilana beneficij 14. Decembris 1640. & 15. Martij 1641. co-*
9 *ram Reuerendiſſ. Terracinen.* Nam Iuſpatronatus eſt indiuiduum, & totum reſidet penes vnūquemque in ſolidum; Atque ideò in præſentando non attenditur maior numerus in abſtracto, ſed ſolum maior numerus eorum, qui realiter præſentant, *vt eſt gloſ. in cap.1. verbo non debeat ibique Abb. num.7. de Iurep. Dec. conſil. 127. in fin. verſ. & in iſta materia Rota coram Duran. deciſ.199. num.10. & deciſ.230. num.4. & 5 & in Melenitana beneficij 25. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Bichio.*
10 Minus facit, quod Franciſcus ſit pariter præſentatus ab Operarijs S. Ioannis, qui etiam habent quartam partem vocis; Nam litteræ Apoſtolicæ, de quibus agitur non fuerunt ob-

Digitized by Google

tentæ ex iſto capite, ſed tantum ex capite de-
uolutionis. Et ideò non poſſunt ex alio funda-
mento ibi non expreſſo ſuſtineri *c. ſuſceptum de
reſcript. in 6. Rota deciſ. 379. num. 5. verſ. quod ma-
xime par. 1. rec. in Bonon. Canonicatus apud Mar-
cheſ. de Commiſſ. par. 1. fol. 357. ſub num. 2. & in
Vercellen. Canonicatus 19. Iunij 1648. coram R.P.D
meo Bichio.*
Et ita &c.

CATHACEN. CANTORATVS

Lunæ 22. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio Cantoratus, tamquam Dignitas eſt
manutenibilis, etiam ſi non appareat capitu-
lariter capta, & non obſtantibus exceptioni-
bus reſpicientibus petitorium.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſſio-
ne ſufficit ad effectum manutentionis.*
2 *Poſſeſſionis in materia non attenditur, quid fieri de-
buit, ſed quid re vera factum fuerit.*
3 *Poſſeſſio acquiritur etiam ſinè cauſa.*
4 *Poſſeſſio poſterior capta non citato poſſeſſore tam-
quam vitioſa, & clandeſtina non venit attendenda.*
5 *Cantoratus eſt dignitas, & non eſt de Capitulo.*
6 *Poſſeſſio Cantoratus non eſt capienda capitulariter.*
7 *Manutentio denegari non poteſt ſub prætextu, quod
Breue non ſit iuſtificatum.*
8 *Manutentio non retardatur ex eo, quod litteræ non
fuerint expeditæ infrà ſex menſes.*
9 *Manutentio non retardatur per exceptiones reſpi-
cientes petitorium.*

DECISIO CXX.

1 POSSESSIO Beneficij controuerſi capta
per Syluestrum Rotellam mediante Pro-
curatore ſpecialiter deputato non controuer-
titur à Ioſepho Aduerſario, & ſufficienter
iuſtificatur ex Inſtrumento publico in actis
producto *dato in Summ. num. 1.* quod alio tunc
temporis non poſſidente optimè probat ad
effectum manutentionis *l. non id circò C. de fid.
inſtrum. l. prædia vbi gloſ. Bart. & communiter dd.
ff. de acq. poſſeſſ. Abb. in cap. cum uobis, num. 5. verſ.
Item per Inſtrumenta de Præſcriptio: Rota coram
Cocc. deciſ. 14. num. 5. And. deciſ. 1. num. 1. & fuit di-
ctum in Cuſentina Canonicatus 5. Iulij 1649. coram
R.P.D. meo Meltio.*
2 Et licet in eodem Inſtrumento exprimatur
appræhenſa vigore Breuis de capienda poſſeſ-
ſione nomine Cameræ, nihilominus in hoc
iudicio ſummariſſimo manutentionis non
attenditur, quid fieri debuit, ſed quid reue-
ra factum fuit, & ideò cum Syluester poſſeſ-
ſionem acceperit nomine proprio, talis poſ-
ſeſſio ſuffragatur ei pro obtinenda manuten-
tione *Innoc. in cap. bonæ memoriæ num. 4. de po-
ſtulat. Prælat. Laderch. conſ. 95. eodem num. Rot. pe-
nès Poſt. de manut. deciſ. 57. num. 15. deciſ. 211. nu. 6.
deciſ. 516. num. 3. & deciſ. 455. num. 1. & in recent.
deciſ. 307. ſub num. 1. par. 1.* & plures cumulat
Surd. conſ. 93. num. 11. & 12. vbi reddit rationem
3 quia poſſeſſio poteſt etiam ſine cauſa acquiri,
*Bart. in l. quod meo num. 1. ff. de acq. poſſ. Iaſ. in l. 1.
§. ſi vir vxori num. 11. in fine, & in l. 3. §. genera
num. 3. verſ. ſed illa gloſſa ff. eodem,* & probat *Rot.
deciſ. 275. num. 5. par. 1. rec.*
4 Nec quicquam facit poſterior poſſeſſio Io-
ſephi, quia vti vitioſa, & clandeſtina, & cap-
ta non citato Syluestro poſſeſſore non venit
attendenda *cap. licet cauſam de probat. l. improba
C. de acq. poſſ. Bart. in l. 1. §. quod ait num. 1. & in
l. ſi duo num. 4. ff. vti poſſid. Bald. in l. ordinarij iu-
ris num. 10. verſ. & clandeſtina C. de rei vendic. Me-
noch. de retin. rem. 3. num. 726. Rot. in rec. deciſ. 139.
num. 5. par. 7. & in Vercellen. parochialis 23. Maij
1650. coram R.P.D. meo Otthobono.*
5 Non obſtat, quod talis poſſeſſio non fuerit
capta capitulariter; Nam cum Cantoratus ſit
dignitas, & conſequenter non ſit de Capitulo,
dum non conſtat eidem ſtallum in Choro, &
6 vocem in Capitulo fuiſſe aſſignata talis ſo-
lemnitas non fuit neceſſaria *Rot. in Ciuitaten.
Archipræsbiteratus 3. Iulij 1645. coram R.P.D. meo
Cerro, in Toletana Archidiaconatus de Talanera 4.
Aprilis 1650. coram R.P.D. meo Albergato, & in
Biſuntina Theſaureria 5. Decembris eiuſdem anni
coram R.P.D. meo Veroſpio.*
7 Aliæ demum exceptiones, nempè quod
Breue non appareat iuſtificatum, quodque
litteræ non fuerint expeditæ infra ſex menſes,
vt præcipitur in eodem Breui, ac ſimiles non
fuerunt habitæ in conſideratione in hoc ſum-
mariſſimo manutentionis, prout in primo
caſu reſpondit *Rot. diu. deciſ. 179. nu. 7. par. 4. & in
rec. deciſ. 182. num. 8. par. 5.* cum alijs *per Add. ad
8 Buratt. deciſ. 590. num. 15. & in 2. firmatum fuit in
Anconitana penſionis apud Garz. de Benef par. 1. c. 5
num. 446. poſt Zacch. de Societ. off. deciſ. 27. num. 10
& apud modern. de manut. deciſ. 174. num. 5. verſ. non
obſtat & ſeqq.* Et generaliter probãt *Mar. Antonin
9 var. reſol. lib. 1. reſ. 66. num. 9. Egid. deciſ. 490. in fin.
Verall deciſ. 342. n. 5. & ſeq. par. 2. Seraph. dec. 971
in fin. & in rec. deciſ. 132. num. 14. par. 7.*
Et ex his vtraque parte informante reſpon-
ſum fuit dandum eſſe Syluestro mandatum
de manutenendo &c.

AQVILANA CANONICATVS.

Veneris 2. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Executor nulliter, & iniuſtè procedens non pri-
uat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, cui propterea
debetur manutentio, quando non habuit ſe
pro ſpoliato.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur poſſeſſori.*
2 *Executor procedens nulliter, vel iniuſtè non priuat
poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*

3 *Et*

3 *Et propterea poſſeſſori datur manutentio, ſi non habuit ſe pro ſpoliato.*
4 *Clauſulæ*, ſi ità eſt, dummodò, & amoto, *faciunt executorem mixtum.*
5 *Executor mixtus tenetur aſſumere partes Iudicis.*
6 *Gratia tendens in alterius præiudicium non poteſt exequi ipſo non citato.*

DECISIO CXXI.

1 RESPONDERVNT Domini mandatum de manutenendo concedendum eſſe Siluio informanti, qui per duos teſtes formiter examinatos concludenter probat vſque ab ab anno 1636. fuiſſe in poſſeſſione Canonicatus controuerſi percipiendo fructus, & emolumenta illius, & faciendo omnes actus ab aliis Canonicis fieri ſolitos, *iuxtà text. in §. retinendæ inſtit. de interd. l. 1. §. Interdictorum autem, ff. eodem, Rota in recent. deciſ. 49. nu. 1. & ſeq. par. 7. & in Aquilana Canonicatus 28. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Rojas.*

2 Neque obſtare, quod per immiſſionem Liuio conceſſam ab Executore in litteris deputato priuatus fuerit poſſeſſione prædicta; Quia cum Executor proceſſerit nulliter, non non priuauit Siluium ſua poſſeſſione, in qua
3 propterea manuteneri debet, cum nunquam ſe habuerit pro ſpoliato, *Felin. in cap. dilectus 26. ſub num. 1. verſ. fallit 2. de reſcript. Rot. coram Andrea deciſ. 1. num. 17. in Montis Caſſinen. Parochialis 14. Februarij 1648. coram R. P. D. meo Bichio, & in Oppiden. Parochialis 6. Februarij præteritt coram R.P.D. meo Cerro.*

4 Quod autem nulliter Executor proceſſerit, patet ex eo, quia ſtantibus clauſulis, *ſi ità eſt, dummodò, & amoto*, in litteris Liuij appoſitis non erat Executor merus, ſed mixtus, *Abb. in cap. de cætero, num. 8. de re iudic. Rota coram Buratto deciſ. 529. num. 5. in Calaguritana Beneficij de Cornago 3. Iunij 1644. coram Eminentiſſimo Card. Cecchino, & in Sulmon. Vicaria 23. Ianuarij 1645. & in Aquilana Iuriſpatronatus 13. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Meltio.* Et ideò tenebatur aſſumere partes Iudicis, & Siluium poſſeſſorem citare, *cap. licet Epiſcopus, & ibi gloſſ. verbo tamen vocato de præbend. in 6. l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo, Felin. in cap. fin. num. 24. de præſumpt. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 12. Rota deciſ. 56. num. 4. & deciſ. 147. num. 3. par. 2. recent.*

6 Maximè cum Liuius fuerit prouiſus de huiuſmodi Canonicatu ob non reſidentiam Siluij, quo caſu, quia gratia tendebat in illius præiudicium, citatio erat omninò neceſſaria, vt dixit *Rota in Compoſtellana Parochialis 25. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Otthobono, & in Meliten. Parochialis 28. Iunij 1649. & 31. Ianuarij 1650. coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ita deciſum altera tantum &c.

PAMPILONEN. DECIMARVM DE VSVRBIL.

Lunæ 5. Iulij 1651.

ARGVMENTVM.

Recurrens ad Iudices laicos incidit in excommunicationem, à qua non poteſt abſolui vigore facultatis conceſſæ per Breue, ſi illud ſit ſubreptitium.

SVMMARIVM.

1 *Recurrens ad Iudices laicos incidit in excommunicationem.*
2 *Recurrens ad Iudices laicos repellitur à limine iudicij.*
3 *Irregularitas incurritur celebrando poſt excommunicationem.*
4 *Abſoluendi facultas ceſſat, ſi Breue illam continens appareat ſubreptitium.*
5 *Recurrens ad Iudices laicos tenetur reficere expenſas parti factas occaſione recurſus.*
6 *Amplia etiamſi in Breui non adſit clauſula*, refectis expenſis.
7 *Clauſula*, ſine litis, & litigantium præiudicio, *præſeruat omne ius litiganti competens.*
8 *Tranſactio non comprehendit ea, de quibus nulla fuit facta mentio.*
9 *Tertius veniens ad cauſam tanquam in prima, & ex iure proprio non ligatur delicto aliorum.*
10 *Excommunicatio ob recurſus non afficit niſi culpabiles, & recurrentes.*
11 *Succeſſor, qui non vtitur facto anteceſſoris, non impeditur ius ſuum proſequi, ſi anteceſſor aliquo modo deliquit.*

DECISIO CXXII.

RECTOR, & Beneficiati Parochialis Eccleſiæ de Vſurbil inſtabant coram me, vt ad vlteriora procederem in diſputatione negotij principalis, ſed quia exaduerſo opponebatur de recurſibus habitis ad Iudices Laicos, propoſui dubium ſuper eiſdem recurſibus, & Beneficiatis, non autem Rectori obſtare reſponſum fuit.

1 Etenim reſpectu Beneficiatorum recurſus habiti ad Conſilium Regium ſunt clari, & indubitati, & concludenter iuſtificantur *ex Summario Coniugum num. 2. & ſeqq.* Et quamuis idem Conſilium prudenter agendo cauſam pluries remiſerit ad Ordinarium, non propterea Recurrentes euitarunt pœnam excommunicationis, tam ex diſpoſitione Bullæ in Cœna Domini in §. 16. quàm etiam ſacrorum Canonum, *vt in cap. qualiter, & quando 17. de Iudic. cap. nouerit 49. & cap. grauem 53. de ſentent. excommunicat. Genuen. in praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ cap. 21. num. 2. Rota deciſ. 181. num. 1. poſt ſecundum volum. conſ. Farinac. Pen. deciſ. 377. ſub num. 9. & ſeqq. & deciſ. 378. à princip. Caualer. deciſ. 172. num. 1. & deciſ. 529. num. 1. & 2. & in recent. deciſ. 8. eodem num. 1. par. 4.*

Propte-

2 Propterea non ſunt audiendi, ſed repellendi veniunt à limine iudicij, *vt eſt text. in cap. exceptionem 12. ibique DD. de except. Clem. prima eodem tit. Hoſtien. in cap. 1. de reſcript. in 6. Rota coram Buratto deciſ. 23 num. 9. & 10. & deciſ. 446. num. 2. & ſeqq. deciſ. 536. num. 4. & deciſ. 632. num. 2. Coccin. deciſ. 425. num. 3.* & dictum fuit *in Monopolitana Penſionis 17. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Bichio.*

Neque ad dictum effectum poterat eiſdem ſuffragari abſolutio vigore Breuis ſpecialiter obtenti ſuper dd. recurſibus; nam ob non factam mentionem Irregularitatis, quam contraxerunt Beneficiati celebrando poſt recurſus prædictos, & poſt declaratoriam, & aggrauatoriam Epiſcopi; vt deponunt duo Te-
4 ſtes de viſu, illud apparet manifeſtè ſubreptitium, *cap. ad aures 8. cap. cum adeò 17. & cap. ad audientiam 31. de reſcript. cap. 2. de fil. Presbyter. in 6. Clement. 1. de praben. Roman. conſ. 330. ſub num. 3. Rota deciſ. 173. ſub num. 15. & ſeq. par. 6. recent.*

5 Vlteriùs cum occaſione dictorum recurſuum plures factæ fuerint expenſæ, illas Beneficiati tenentur reficere, *vt eſt text. expreſſus, in cap. quoniam, §. ſi quis verò de Immunit. Eccleſ. in 6. vbi gloſſ. in verb. ſatisfactum,* notat cautionem non ſufficere, niſi realis ſatisfactio præcedat, *& in cap. fin. §. pars verò, de offic. delegat. eodem lib. Rota deciſ. 744. num. 12. part. 4. tom. 2. recent. & in Calaguritana quarti Beneficij Sancti Ioannis de Molinar. 3. Martij præteriti, coram R. P. D. meo Cerro.*

6 Parumque refert, quod in dicto Breui non adſit clauſula, *refectis expenſis*, quia cum illæ debeantur de iure ex diſpoſitione *eiuſdem text. in cap. quoniam, de Immunitat. Eccleſ. lib. 6.* talis omiſſio non impedit, quominùs illæ reficiendæ veniant, vt in puncto firmatum fuit *in dicta Calaguritana quarti Beneficij S. Ioannis de Molinar, coram R.P.D. meo Cerro.*

7 Maximè attenta alia clauſula, *fine litis & litigantium præiudicio*, adiecta in eodem Breui, vt in regiſtro fol. 353. per quam præſeruatum fuit, quodcumque ius etiam minimum collitiganti competens, *Decian. conſ. 516. num. 19. Pariſ. conſ. 23. num. 142. lib. 1. & conſ. 70. num. 19. & ſeq. lib. 3. Grat. deciſ. March. 208. num. 18. Rota coram Verall. deciſ. 119. par. 1.* & in terminis dictum fuit *in dicta Calaguritana quarti Beneficij coram R.P.D. meo Cerro.*

8 Nec ſubſiſtit prætenſio, quod illæ refectæ fuerint; nam tranſactio ad hunc effectum deducta, & data in *Summario nu. 7.* vltrà quod non eſt de actis, loquitur tantum de decimis, non autem de expenſis, atque ideò non poteſt trahi ad ea, de quibus nulla fuit facta mentio, *ad text. in l. ſi de certa, & ibi Iaſon. num. 4. Caſtr. num. 1. C. de tranſact. Bart. in l. qui cum tutoribus, §. fin. ad finem, ff. eodem, Gabr. qui plures cumulat de reg. iur. concluſ. 4. num. 22. Surd. conſ. 418. num. 10. & 11. Rota deciſ. 232. num. 12. part. 1. recent.*

9 Reſpectu verò Rectoris, cum nulli dentur recurſus, negatiuè reſponſum fuit, ipſe enim venit ad cauſam principaliter ex iure proprio independenter à iure Beneficiatorum, vt patet ex commiſſione data *in Summario ſub nu. 9.* ibi, *Qui tamen ad cauſam venire intendit tanquam in prima, & independenter à iure aliorum collitigantium;* Vnde non poteſt ligari recurſibus, & & actis Beneficiatorum, *Rota coram Seraphino deciſ. 1241. num. 2. & 3. & in recent. deciſ. 98. nu. 5.*
10 *in fine par. 1.* Excommunicatio enim non afficit niſi culpabilem, & recurrentes, vt notat *Sayr. de Cenſur. lib. 5. tit. 23. num. 20. & 23. Nauar. in Manual. cap. 27. ſub num. 9.*

11 Non obſtat, quod Rector Interinarius, licet recurſus non fecerit, nihilominus vnà cum Beneficiatis comparuerit in cauſa, quia non propterea præiudicauit verò Rectori, quominùs ius ſuum proſequi poſſit, dummodo non vtitur facto anteceſſoris, nec ex eo commodum reportat, vt reſpondendo contrarijs firmatum fuit *in Marſicen. Iuriſdictionis 23. Ianuarij 1645. coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA COMMENDÆ.

Lunæ 22. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Capitulum Generale Religionis Hieroſolymitanæ habet facultatem diſpenſandi ſuper reſidentia conuentuali, & quinquennali, necnon corrigendi, & immutandi antiqua ſtatuta, & condendi noua.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniuſtitia, etiam non notoria, impedit effectum rei iudicatæ, & ſufficit pro obtinenda reſtitutione in integrum.*
2 *Diſpenſatio ſupplet defectum incapacitatis, & reddit diſpenſatum habilem.*
3 *Capitulum Generale Religionis Hieroſolymitanæ repræſentatur à ſexdecim Capitularibus.*
4 *Capitulum Generale prædictum habet facultatem corrigendi, & immutandi noua ſtatuta, & condendi noua.*
5 *Verba clara non admittunt interpretationem in contrarium.*
6 *Diſpenſatus ad aliquid, cenſetur diſpenſatus ad ea quæ veniunt in conſequentiam illius.*
7 *Cautela non nocet, & quæ fiunt ad cautelam præiudicare non debent.*

DECISIO CXXIII.

1 SVPER Dubio propoſito, An conſtet de re iudicata, vel potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum, negatiuè quoad primam partem, affirmatiuè verò quoad ſecundam reſponſum fuit; quia iniuſtitia etiam non notoria impedit effectum rei iudicatæ, iuſtamque præbet cauſam reſtitutionis in integrum, vt dixit *Rota coram Seraphino deciſ. 251. num. 2. coram Caualer. deciſ. 164. num. 1. & coram Buratto deciſ. 399. eodem num. cum alijs pluribus in*

in Ro-

Digitized by Google

in Romana Domorum 9. Decembris 1641. coram R. P.D. meo Rojas.

2 Talis autem iniuſtitia videtur patens in ſententijs de partibus, dum, non obſtante ampliſſima diſpenſatione, quam Eques Pacecchus reportauerat à Magno Magiſtro, declarant illum incapacem ad aſſequendam Commendam de Calaſparra ſub prætextu, quod in Commenda Villaſcuta, ab ipſo obtenta titulo Cabimenti, non fecerit reſidentiam quinquennalem iuxtà diſpoſitionem ſtatutorum Religionis in cap. 14. de Commend. Nam diſpenſatio ſupplet huiuſmodi defectum, & reddit illum habilem perinde, ac ſi verè, & cum effectu reſediſſet, ex notatis per *Rotam deciſ.7. num.8. & 9. deciſ.12.num.13. & deciſ.50. num.9. & ſeqq. part.5. recent.* & in proximis terminis *in Meleuitana Antianitatis 1.Iulij 1643. coram R.P.D.meo Veroſpio.*

3 Nec diſpenſatio huiuſmodi impugnari valet ex defectu poteſtatis in Magno Magiſtro, quia ipſe non proceſſit vigore ſuæ ordinariæ facultatis, ſed in vim facultatis ſpecialis ſibi attributæ à Capitulo generali mediante perſona ſexdecim Capitularium totum Capitulum repræſentantium, *iuxtà deciſ.219. num.1. par.1.recent.* Quod Capitulum vigore ſtatutorum à Papa confirmatorum, nedùm diſpenſare poteſt ſuper huiuſmodi reſidentia, requiſita tantummodò à ſtatutis eiuſdem Religionis, ſed etiam noua ſtatuta condere, & antiqua immutare, corrigere, & penitùs abrogare, vt dixit *Rota dicta deciſ.219. num.4. & ſeq. par.7. recent. & in Toletana Territorij 30. Martij 1648. & 18. Martij 1650. coram R.P.D. meo Ottbobone.*

Minùs impugnari poteſt ex defectu voluntatis, nam verba diſpenſationis ſunt infraſcripta, ibi, *Tibi nobili Domino Andrea Paceccho, vt non obſtante tua minori ætate, & quod reſidentiam, & ſolitas Carauanas non feceris, ac è Conuentu noſtro abfueris, nihilominus quaſcumque Commendas tàm ex gratia, quàm de Cabimento, ac Melioramento, ac etiam quaſcumque Dignitates petere, cabire, conſequi, & obtinere poſſis, & valeas*, quæ verba cum ſint ſatis clara, non admittunt interpretationem in contrarium, *l.ille aut ille, §.cum in verbis, ff. de leg.3. Tiraquell. in l. ſi vnquam, verb. libertis, num.5.& ſeqq. C.de reuoc.donat. Rot.coram Buratto deciſ.649.num.1.* Cumque illa conceſſa fuerit indefinitè pro reſidentia, & pro aſſequendis quibuſcumque Commendis, nedùm Gratiæ, & Cabimenti, ſed etiam Melioramenti, pro quarum vltima requirebatur præcedens quinquennalis reſidentia, vtique de iſta tanquam de neceſſario antecedenti, non autem de ſola reſidentia Conuentuali intelligenda venit, *Abb.in cap.quia in tantum 5. num.4. de prebend. Sanch. de matrim.lib.8. diſput.1.nu.19.* & firmauit *Rota coram Durane deciſ.439. num.5. & deciſ.462.num.17. & in recent.deciſ.12.num.32. & ſeqq. par.5.*

Non obſtat, quod idem Pacecchus recurſum habuerit ad Summum Pontificem, & deinde ad Magnum Magiſtrum pro reportanda noua diſpenſatione; nam cum diſpenſatio priùs obtenta ex prædictis eſſet valida, & ſufficiens, ſubſequens petitio cenſetur facta ad cautelam, & pro maiori confirmatione, ac ad lites effugiendas, quæ proinde nocere non debet, ad notata per *Felin. in cap. cum ordinem, num.3. de reſcript. Rota in recent.deciſ.219.num.10. par.7. in Ferrarien. Penſionis 2. Martij 1643. coram Reuerendiſſimo D.meo Dunozetto Decano, & in Toletana Territorij 30. Martij 1648. coram R. P. D. meo Ottbobono.*

Cætera, vel non concernunt dubium propoſitum, vel non indigent reſponſione.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 16.Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Detractiones non poſſunt fieri ex fideicommiſſo particulari, quando adſunt alia bona, & volenti illas facere incumbit onus probandi bona libera non adeſſe.

SVMMARIVM.

1 *Legitima non debetur ex fideicommiſſo particulari, niſi quatenus alia bona non extent.*

2 *Confeſſio facta in inuentario, præiudicat confitenti, & habenti ab eo cauſam.*

3 *Verba non ſunt attendenda, quando ſequeretur effectus contrarius intentioni partium.*

4 *Fideicommiſſum particulare non poteſt alienari pro ſoluen. debitis, quando adſunt bona libera.*

5 *Fideicommiſſum ſemel alienatum pro debitis fideicommittentis, amplius grauari non debet.*

6 *Aſſerenti, non adeſſe bona libera, vel ea non ſufficere pro dote ſoluenda, incumbit onus probandi.*

7 *Verba*, pro omni, & toto eo, quod poteſt prætendere, *ſunt generalia, & concludunt omnem prætenſionem.*

8 *Alienationes factæ per hæredes, vel præſumuntur æquare prætenſas detractiones, vel onus probandi contrarium in eos transfert.*

9 *Immiſſio non datur vigore crediti illiquidi.*

10 *Identitas ex quibus probetur.*

11 *Confeſſio facta in inſtrumento, optimè probat contra hæredis confitentes, & habentes ab eo cauſam.*

12 *Identitas bonorum fideicommiſſi probatur ex acquiſitionibus factis, nam illa demonſtrant, alia bona non fuiſſe acquiſita.*

13 *Euictio non debetur ex capite expreſsè excepto.*

14 *Euictio non debetur quando ſequitur ex natura rei.*

DECISIO CXXIV.

HAEREDES Com. Franciſci de Pepulis obtinuerunt de nouo audiri aduerſus vltimam deciſionem, in qua firmatum fuit Com. Ioanni dandam eſſe immiſſionem, ſed iterùm propoſito dubio, iterùm Domini pro immiſſione reſponderunt, quia prætenſæ detractiones fuerunt aliàs abundè ſublatæ, & aliæ exceptiones nullo modo videntur ſubſiſtere.

1 Etenim prima detractio prætenſa ex cauſa legiti-

legitimæ debitæ Comiti Franciſco in bonis Iacobi patris ceſſat ex reſponſione data, quod illa non debetur ex fideicommiſſo particulari, niſi quatenus alia bona non extent, *Aym. conſ.19. num.14. Ruin. conſ.27. num.10. verſ. non tamen poterit, lib.1.* & docet *Caſtrenſ. conſ.247. num.4. verſ. ſed quando lib.1.* quem ſequitur *Peregrin. de fideicomm. art.4. num.34. Surd. deciſ.316. num.10. & ſeqq. Rota deciſ.113. num.4. par.2. diuerſ. & in recent. deciſ.185. num.14. par.5.* & concordantes cumulantur *in Romana fideicommiſſi de Zuccaris 4. February 1650. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

2 Huiuſmodi verò negatiua tantum abeſt, quod exaduerſo probetur, quod immò conſtet plenè de contrario ex cōfeſſione eiuſdem Com. Franciſci facta in Inuentario nuper producto, & in ipſo Inſtrumento tranſactionis, ibi, *Si diuidano tutti li beni mobili, ſtabili, denari, & animali trouati alla morte del Co. Giacomo, e parimente tutti l' acquiſti in qualſiuoglia tempo fatti ſotto nome del Co. Fräceſco, cioè vna Poſſeſſione &c. Summar. nouo num.3.* quæ propreteà confeſſio præiudicat ipſi confitenti, & habenti ab eo cauſam, vt in terminis Inuentarij dixit *Rota deciſ.96. num.3. & deciſ.127. num.5. & ſeqq. par.7. in recent. cum adductis per Add. ad Buratt. deciſ.637 num.15.* Et confeſſionis factæ in Inſtrumento tranſactiouis, & diuiſionis, tradit *Ruin. conſ.50. num.13. lib.1. & conſ.76. num.14. lib.5. Rota coram Coccino deciſ.120. num.2. & coram ſa: me: Gregor. deciſ.172. num.1.*

3 Altera verò detractio reſpectu dotis Com. Gentilis fruſtrà opponitur exaduerſo, dum illa ad præſeruandum fideicommiſſum conuentionale omnia iura tranſtulit in Com. Ioannem immiſſionem petentem, & replicatio quod ceſſio prædicta reſtricta fuerit ad bona Com. Ioannis ſenioris, non autem Com. Iacobi non videtur ſubſiſtere, dum facta fuit ad hoc, vt Ioannes iunior aſſequi poſſet bona ſibi competentia vigore cuiuſcumq; fideicommiſſi, qui effectus non ſequeretur, niſi quoque iura dotalia ſuper iiſdem bonis remiſiſſet; Et ideò effectus prædictus magis, quam verba inſpicienda eſt, *l. ſi ſtipulatus, ff. de vſuris. Iaſ. in l.1. num.45. C. de iure emphit. Roman. conſ. 509. num.1. & ſeqq. Rota in recent. deciſ.352. nu.3. par.1.*

4 Tertia de ſcutis 20. mil. monetæ Bonon. quæ prætenduntur ſoluta per Com. Iacobum occaſione debiti ab ipſo contracti, tollitur ex reſponſione data, quod, aut dicta debita fuerunt ſoluta ex bonis liberis, & non debent detrahi ex hoc fideicommiſſo particulari, quemadmodum non eſſent detrahenda, ſi illa non fuiſſent ſoluta, & bona libera extarent, vt aduertit *Magon. deciſ. Lucen.85. num.12. Rota coram Caualer. deciſ.246. num.1. in fine,* & plures cumulat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.543. num.9. & quæſt.692.*
5 *num.21. & ſeqq.* Vel fuerunt ſoluta ex bonis fideicommiſſi, & illud de nouo grauari non debet, *ad text. in l. bona fides, ff. de reg. iur. Rot. penes Poſt. tract. de manut. deciſ.254. num.8. & in recent. deciſ.484. num.13. par.5.*

Et mediante ſimili reſponſione excluditur non ſolùm quarta prætenſio quoad dotes Elenæ, & Vincentiæ filiarum naturalium eiuſdem Com. Iacobi, ſed etiam quinta reſpectu dotis Sororis Innocentiæ filiæ legitimæ, & naturalis, & ſexta de dote alterius Elenæ ſororis
6 ipſorum fideicommittentium; Nam cum cum dictæ dotes reperiantur ſolutæ, debent hæredes Com. Franciſci, qui pro eiſdem retentionem prætendunt concludenter probare quod vel non adſint bona libera, vel illa non ſufficiant pro illarum ſolutione, *Natt. conſ.199. num.8. & ſeqq. Merlin. de legit. lib.2. tit.2. quæſt.4. num.15. Gratian. cap.570. num.19. & 20. & cap.743. num.22. & ſeqq. Rota deciſ.77. num.2. & 3. par.5. in recent.* & latè probatur *in Anenionen. Hæreditatis 17. Martij 1649. coram R. P. D. meo Rojas.*

7 Et vltrà prædicta adſunt etiam exceptiones generales excludentes totaliter prætenſas detractiones. Concurrit enim primo, quod Com. Franciſcus fuit de illis ſatisfactus mediāte receptione lib.7. mil. pro omni, & toto eo, quod poſſet prætendere, vt latiùs in Inſtrumento tranſactionis, ibi, *E queſto per tutto quello, che haueſſe potuto pretendere il detto Gio: Franceſco per debiti, e legati, non oſtante che aſcendeſſero à maggior ſomma delle lire 7. mil. & il Co. Franceſco non poſſa pretendere altra detrattione per qualſiuoglia capo, ò caſo &c.* Quæ verba ità generaliter concepta capiunt omnem, & quemcumque titulum detractionum, *ad not. per Soccin. conſ.10. num.9. lib.1. Rolan. conſ.27. num.15. & ſeqq. lib.4. Rota deciſ.440. num.4. verſ. hæc enim verba, par.1. diuerſ. & in recent. deciſ.36. num.5. & ſeqq. part.5.* Etiam ſi ſumma non eſſet æquiualens, & proportionata, ſed longè inferior, *Caſtr. in l. ſi cum dotem 22. §. ſi pater, num.3. & ibi Alex. num.2. ff. ſolut. matrim.* & plures cumulat *Cyriac. contr.351. num.8. & pluribus ſeqq.* Adeòut reliquum cenſeatur remiſſum, *ad text. in cap.1. de tranſact. Alciat. conſ.1. num.24. lib.3* & dixit *Rota coram Mantic. deciſ.241. num.8.*

8 Concurrunt etiam alienationes factæ tàm per Com. Iacobum, quàm per Com. Franciſcum de bonis fideicommiſſarijs, quæ vel præſumuntur æquare detractiones prætenſas, *Giouagn. conſ.20. ſub num.15. verſ. cæterum, lib.2. Rota in recent. deciſ.226. num.16. par.5.* vel onus probandi contrarium transferunt in alienantem, & illius hæredem, *And. deciſ.80. num.5. in recent. deciſ.432. num.8. par.4. deciſ.541. num.24. par.5.* & plures cumulat *Add. ad ſa: me: Gregor. XV. deciſ. 185. num.6.*

9 Et vlterius adſunt fructus percepti à die motæ litis vſque in præſentem diem, quæ dicta credita magis turbida, & illiquida reddūt; Itaut attenta illiquiditate non valeant immiſſionem impedire, *Alciat. conſ.63. num.14. lib.9. Rota coram Cauaer. deciſ.573. num.3. in recent. deciſ.47. num.13. par.5.* & fuit dictum *in Bononien. fideicommiſſi de Bologninis 4. May 1643. coram Reuerendiſſimo Salamantino, & in Rauennaten. Bonorum 1. February 1647. coram R. P. D. meo Corrado,* vbi aliæ cumulantur.

10 Quo verò ad identitatem bonorum, ſuper quibus immiſſio petitur, Placuerunt Domi-

nis

nis fundamenta deciſionis,quæ reuidetur,maximè cum concurrant confeſſiones iudiciales eiuſdem Com. Franciſci, qui expreſsè in actis proteſtatus fuit contra Sindicum Menſæ Epiſcopalis Bononiæ bona prædicta eſſe ſuppoſita fideicommiſſo purificato ad fauorem Com. Ioannis junioris, necnon ſententia ab eodem acceptata, declarans pariter, eadem bona eſſe fideicommiſſaria, quæ probationes, & adminicula benè concludunt illorum identitatem *text. in cap.cum cauſam 13. de probat. Rota coram Durano deciſ.458. num. 4. & in recent. deciſ.120. num.18.& ſeq. par.6.*

11 Et quoad bona exiſtentia in Cõmuni Creualcoris nuncupat. Prachioſſo, necnon Palatij poſiti in Ciuitate Bononiæ res tranſit ſine difficultate attento Inſtrumento aſſignationis factæ per Com. Iacobum de anno 1612.ad fauorem Com. Ioannis, & Hippolyti eius filij expreſſa præſeruatiua fideicommiſſi, & eſſe deuoluta, ac pertinere ad Com. Ioannem vigore dicti fideicommiſſi conuentionalis declarauit, & faſſa fuit Com. Gentilis pariter in Inſtrumento publico, quæ propterea declaratio, & confeſſio plenè probat contra eundem Com. Franciſcum dictæ Comitiſſæ hæredem, & contra Aduerſarios ab ea cauſam habentes, *Ruin.conſ.128.num.16.lib.2.& conſ.40. num.4. lib.4. Aym. conſ.29. num.1. Rota coram Seraph.deciſ.553.num.3.& in recent. deciſ.42.num.8. par.5.*

12 Non obſtat, quod in aliquibus locis (vt exprimitur in ipſa tranſactione)appareat fideicommittentem poſtmodum alia bona acquiſiuiſſe, quia ex illis non excluditur, quin potiùs comprobatur identitas,nam ſi aliæ acquiſitiones extarent veriſimiliter producerentur, *Rota deciſ.254.num.54. & ſeqq.par.4.tom.2.recent.* Ideoq; illis ſubtractis ſuper reliquis immiſſio debetur, *Rota deciſ.562.num.5.par.9.recent. deciſ. 158.num.9.par.4.tom.2.deciſ.47.num.13.in fine,& deciſ.77. ſub num.5.& ſeq.par.5.*

13 Demùm non obſtat exceptio prætenſæ euictionis, quia illa non fuit promiſſa in caſum obitus Tranſigentium ſine filijs immò dictus caſus fuit expreſsè in Tranſactione reſeruatus, de quo propterea Com. Ioannes nullo modo tenetur, vt in his terminis probat *Fuſar.de ſubſtit.quæſt.599.num.21.& conſ.160.num.8. & ſeqq. Bero.conſ.108.num.22.lib.1. Dec.conſ.24. à num.34.lib.1. Magon.deciſ.Lucen.7. ſub num.44.*

14 *verſ.& quoad euictionem.* Etenim euictio dicitur ſecuta ex natura rei, vt aduertit *Alex. conſ. 22.num.6. lib.5. Surd.conſ.67. num.53. & conſ.70. num.16.& 17. Menoch.de præſumpt.lib.3.præſump. 118. num.11. Peregr. de fideicomm art.52.num.58. & 68.* Immo ex facto ipſius Tranſigentis, vt benè per *Rolan.conſ.51.num.12.& 13. lib.4. Magon.d.deciſ.7.num.44.*

Ex quibus reſponſum fuit pro confirmatione deciſionis. Partibus hinc inde informantibus &c.

SPOLETANA SVCCESSIONIS.

Lunæ 19. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Statutum repertum in Archiuio publico, & alligatum in volumine Statutorum attendendum venit, maximè ſi ſuper eo ſcripſerit aliquis Doctor, nec dicitur odioſum odio irrationabili, quando reſpicit fauorem agnationis, comprehendit autem fœminas de familia,quia dicuntur de agnatione,licèt non conſeruent agnationem.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana eſt locus, quando agitur in poſſeſſorio inter perſonas laicas de bonis merè laicalibus.*
2 Remed.d. l.fin. C.de edict. Diu.Adr.tollen. *non competit hæredi ab inteſtato.*
3 *Clauſula*, deducens omne ius, remedium, & actionem *operatur, quod petitio comprehendat alia remedia præter expreſſum.*
4 *Statutum particulare loci ſeruan. eſt, etiamſi ſit contra ius.*
5 *Statutum in loco, vbi viget, præualet iuri communi.*
6 *Statutum, repertum in Archiuio publico, & alligatum in volumine Statutorum eſt verè Statutum.*
7 *Statuti exiſtentia, & obſeruantia probatur, ex quo ſuper eo ſcripſit eximius aliquis iuris conſultus.*
8 *Statuti obſeruantia in vna parte denotat obſeruantiam etiam in alia.*
9 *Statutum exorbitans à iure communi indiget confirmatione Apoſtolica in forma ſpecifica.*
10 *Fallit ſi ſit conditum fauore agnationis, & ob publicam vtilitatem.*
11 *Fœmina licet non conſeruet agnationem, dicitur tamen de agnatione.*
12 *Agnationis ratio non ceſſat per vocationem fœminæ de familia.*
13 *Statutum de ſucceſſione defuncti ab inteſtato an comprehendat ſucceſſionem inteſtabilis, qualis eſt infans.*
14 *Statutum prædictum comprehendit ſucceſſionem inteſtabilis, quando eſt conditum fauore agnationis.*
15 *Idque procedit per viam comprehenſionis, & identitatis rationis, non autem per viam extenſionis.*
16 *Et maximè quando fecit mentionem de Religioſis, qui teſtari non poſſunt.*
17 *Statuti diſpoſitio habet locum in omnibus caſibus,in quibus eadem ratio viget.*

DECISIO CXXV.

DEFVNCTA ab inteſtato in infantili ætate Cæcilia de Palutijs, & orta controuerſia inter matrem, & amitam ſuper ſucceſſione illius, A. C. ad fauorem Hieronymæ amitæ pronunciauit; Vndè in executionem commiſſionis mihi directæ propoſui dubium An ſit locus Aegidianæ, & Domini attenta validitate, & iuſtitia ſententiæ reſponderunt
1 affirmatiuè, quia actum fuit in poſſeſſorio inter perſonas laicas ſuper bonis merè laicalibus

bus, quo caſu intrare Aegidianam firmauit
*Rota coram Coccino deciſ. 150. num. 5. verſ. tamen
perſonæ, coram Durano deciſ. 258. num. 1. & in re-
cent. deciſ. 349. eodem num. par. 4. tom. 2. & in Roma-
na fideicommiſſi de Campagnolis 26. Iunij 1648. &
8. Februarij 1649. coram R. P. D. meo Peutingero.*
2 Validitas reſultat ex reuolutione ipſius
proceſſus, nec impugnari valet ex eo, quod
fuerit actum in remedio *l. final. C. de edict. Diu.
Adr. tollen.* quod remedium non competit hę-
redi ab inteſtato; nam cùm in ſententia adſit
3 clauſula, *omni meliori modo &c.* & monitorium
contineat alias clauſulas ſalutares, *deducens om-
ne ius, & omne remedium, & omne actionem &c. ac
petens relaxari quæcumque mandata neceſſaria, &
opportuna &c.* ex his apparet, quod petitio Hie-
ronymę nō fuit reſtricta ad ſimplex remediũ
l. fin. ſed comprehendit omnia alia remedia
ſibi competentia, vt dixit *Rota in recent. deciſ.
135. num. 5. par. 6. & apud Poſt. de manut. deciſ. 249.
num. 2. & 3. in Romana Domuncularum 10. Februa-
rij 1648. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, in Me-
leuitana Territorij 17. Maij 1649. coram R. P. D.
meo Otthobono*, cum pluribus adductis per *Pa-
cif. de ſaluian. inſpect. 1. cap. 4. num. 70. & ſeqq.*
4 Iuſtitia pariter dictæ ſententiæ manifeſtè
reſultat ex diſpoſitione Statuti Hiſpelli exclu-
dentis in defectu maſculorum matrem pro-
pter agnatas fœminas; Nam cum nullus ſu-
perſit maſculus, & Hieronyma ſit agnata, vt
eſt in confeſſo apud partes, conſequenter prę-
ferenda venit ex diſpoſitione eiuſdem Statuti
quod omninò ſeruandum venit, etiamſi ſit
contra ius, vt notat *Pariſ. conſ. 86. in fin. verſ. ſi
autem ſtatutum, lib. 1. & conſ. 20. nu. 5. & ſeqq. lib. 2.
Curt. ſen. conſ. 46. num. 16. in fine, Honded. conſ. 13.
num. 31. lib. 1. Roland. conſ. 72. num. 4. lib. 3.* Inimò
5 iuri communi præualet, & potentius eſt in
loco, vbi viget *Aym. conſ. 137. ſub num. 6. Soccin.
iun. conſ. 67. num. 64. lib. 2. Grat. conſ. 54. num. 49.
lib. 1. Ioſ. Ludou. deciſ. Peruſ. 9. num. 30. Rot. in Me-
diolanen. Subſtentationis libri 26. Iunij 1647. coram
Reuerendiſſimo Terracinen. & in Aſculana Heredi-
tatis 7. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Rojas.*
6 Obiectum verò, quod idem Statutum Ca-
rolena nuncupatum non ſit propriè, & verè
ſtatututum, ſed potiùs propoſitio quædam
facta in Conſilio Genarali abſque vlla deter-
minatione, cenſuerunt Domini ceſſare ex fa-
cto, dum illud non ſolùm reperitur aſſerua-
tum in Archiuio publico, & alligatum in vo-
lumine aliorum Statutorum, iuxta notata
*per DD. in l. cum prolatis 32. ff. de re iudic. Abb. in
cap. Paſtoralis num. 1. in fine, & num. ſeq. de fid. inſtr.
Bero. conſ. 173. num. 54. lib. 1. Roland. conſ. 99. nu. 38.
lib. 2. Rota deciſ. 51. num. 12. par. 1. in recent.* vbi
quod reperitur inſertum in volumine Statu-
torum dicitur eſſe in vſu, & idem firmatum
fuit *deciſ. 398. num. 3. par. 2. & coram Pen. dec. 237.
num. 2.*
7 Sed etiam, quia ſuper dicto ſtatuto ſcripſit
eximius I. C. Vincentius Hondedeus, vt ap-
paret ex eius *conſ. 4. lib. 1.* quod manifeſtè pro-
bat illius exiſtentiam, & obſeruantiam, vt in
terminis ſtatuti Ciuitatis Peruſinæ, ſuper quo
conſuluit Bald. ponderauit *Rota in Peruſina re-
integrationis 11. Februarij, & 7. Iunij 1647. coram
R. P. D. meo Rojas.*
8 Maximè cum ad formam dicti Conſilij
fuerit per Iudicem pronunciatum, vt apparet
ex fine eiuſdem, & ex Summario Hieronymę
num. 5. quod manifeſtè conuincit illius obſer-
uantiam, etiam ſi caſus ſit diuerſus, nam cum
contineatur ſub eodem capitulo, & in eadem
rubrica, obſeruantia, & vſus in vna parte ar-
guit obſeruantiam etiam in alia, *Put. dec. 308.
num. 2. lib. 3. Pen. deciſ. 607. num. 13. & in recent.
deciſ. 398. num. 2. verſ. probatur etiam vſus, par. 2.*
9 Nec dicatur, quod Statutum huiuſmodi
tanquam odioſum, & exorbitans à iure com-
muni indigeat confirmatione Apoſtolica in
10 forma ſpecifica; Quia cùm illud fuerit con-
ditum fauore agnationis, dicitur æquum, &
honeſtum, ac reſpiciens publicam vtilitatem,
vel ſaltem non odioſum odio irrationabili,
*Caſtr. conſ. 340. num. 3. lib. 2. Gabr. conſ. 14. num. 12.
in fine, verſ. ſequitur item, & num. ſeqq. lib. 1. Rota
deciſ. 548. num. 8. par. 1. & deciſ. 438. num. 64. &
plurib. ſeqq. par. 4. tom. 2. recent. & deciſ. 177. num. 6.
& 7. par. 5.* & proinde ſufficiens fuit confirma-
tio in forma communi, *Duran. deciſ. 36. nu. 42.
Pen. deciſ. 269. à num. 1. in recent. deciſ. 51. num. 10.
& ſeqq. par. 1.* & dictum fuit *in Camerinen. Do-
mus 10. Decembris 1635. verſ. primo quia, in fine,
coram Merlino.*
11 Et licèt huiuſmodi ratio videatur ceſſare
in amita, quæ eſt fœmina, nec cōſeruat agna-
tionem, nihilominùs negari non poteſt, quod
ipſa quoque ſit de agnatione, vt probant *Bald.
in l. ſi defunctus, num. 2. C. de ſuis, & legitimis, Alex.
conſ. 56. num. 4. lib. 1. Rota coram ſan. mem. Gregor.
deciſ. 464. num. 5. & in recent. deciſ. 518. ſub num. 1.
verſ. tamen ipſa fœmina, par. 4. & deciſ. 279. num. 18.*
12 *& 349. num. 30. par. 6.* Ac propterea per voca-
tionem eiuſdem Amitæ in defectum maſcu-
lorum non ceſſat fauor, & ratio agnationis
conſiderata à ſtatuto, vt in propoſito aduertit
*Caſtr. d. conſ. 340. num. 3. verſ. nam & fauor publicus
lib. 2. Soccin. ſen. conſ. 81. ſub num. 12. in fine lib. 4.
Soccin. iun. conſ. 23. num. 36. lib. 1. Curt. iun. conſ. 113.
num. 14. verſ. non obſtat, dum dicitur, & num. ſeq. Pe-
regrin. de fideicomm. art. 25. num. 26. Rota deciſ. 427.
num. 43. & ſeqq. par. 5. recent.*
13 Minùs facit, quod ſtatutum prædictum di-
ſponens de ſucceſſione defuncti ab inteſtato,
non comprehendat ſucceſſionem inteſtabilis,
qualis fuit Cæcilia infans, quæ nullo modo
teſtari poterat, nam quicquid ſit de prædicta
opinione, cuius affirmatiuam tuetur, *Bart. in
l. 1. num. 2. ff. de ſuis, & legitim.* negatiuam verò
Bald. in conſ. 475. volum. 3. & pro vtraque innu-
meros cumulat *Gabr. de ſtatut. concl. 1. per totam.*
14 Placuit DD. reſponſio, quod cum dictum
ſtatutum emanauerit fauore agnationis, lo-
cum ſibi vindicet in vtroque caſu, vt aduer-
tit idem *Gabr. d. concl. 1. num. 14. Socein. ſen. conſ. 35.
ſub num. 7. verſ. ſecundo potiſſimum, lib. 3. & conſ. 81.
num. 12. verſ. ſecundo quod, & ſeq. lib. 4. Dec. conſ.
563. ſub num. 4. verſ. quia ratio principalis, Rota co-
ram Verall. deciſ. 212. par. 3.* Non quidem per
15 viam extenſionis, ſed per viam incluſionis,
& comprehenſionis, cum militet eadem ratio

iuxtà

Digitized by Google

iuxta doctrin. *Bald. in l.data opera num.11.C.qui accuſ.non poſſ.Caſtr.conſ.251.n.3.lib.1.Surd.conſ.25 num.39.Tiraq. in l.ſi vnquam verb. libertis nu.45 & ſeq. C. de reuoc. donat. Gonzal. ſuper reg.8. §.7. proœm.num.105. Rota deciſ.339.num.16. par.5.rec.*

16 Quod etiam clariùs apparet, ex quo ſtatutum expreſſam mentionem facit de Religioſis, qui nullo modo teſtari poſſunt, *Auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. Roderic. quaſt. Regular. tom.3.q.69.art.2.Sanchez ad precept. Decalog.lib.7 cap.8. num.2. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ.87. num.3. & in recent. deciſ. 623. eodem num. par. 4. tom.3.*

17 Demum non ſubſiſtit, quod ſtatutum loquatur tantum de matre tranſeunte ad ſecundas nuptias, non autem de matre permanente in viduitate; quia verba illa, *excluſis matre ac alijs aſcendentibus, & deſcendentibus ab ea per tranſitum ad ſecunda vota*, non qualificant excluſionem illius, ſed applicantur ſolùm deſcendentibus ab ea, quibus immediatè ſunt adiecta ad effectum, ne bona tranſeant in alienas familias, vt exprimitur in eodem ſtatuto, & ideò cum ratio prædicta æquè vigeat in vtroque caſu, ſiuè mater tranſeat, ſiuè non tranſeat, in vtroque etiam procedere debet diſpoſitio ſtatuti, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l.1. §.1.ff.de primo Alex.conſ.53.nu.3.lib.4.Rot.dec.91 num.23.par.6.rec. & decis.40.num.18.par.7.*

Nec applicantur deciſiones adductæ coram Comitulo & Pænia; quia non diſputant articulum, nec quicquam firmant in contrarium vnde ex his, omiſſis pluribus exaduerſo deductis, quæ non videntur indigere reſponſione, firmarunt Domini eſſe locum Aegidianæ vtraque parte informante &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE ARNEDO.

Luna 19. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Error in nomine, vel in narratiua non vitiat reſcriptum, ſi ex circumſtantijs appareat, ſuper quo impetratum fuit, & Appellatio datur ab inſtitutione conceſſa per ordinarium quandò iudicialiter proceſſit licet ſecus ſi extraiudicialiter.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio quandò apparet, ſuper qua materia impetrata fuit, parum refert, ſi fueris erratum in nomine.*
2 *Falſa demonſtratio non vitiat reſcriptum.*
3 *Error in nomine, vel cognomine non attenditur, quando conſtat de veritate ex alijs circumſtantijs.*
4 *Sententia reuocatoria alterius eſt appellabilis.*
5 *Appellatio datur ab inſtitutione conceſſa per Ordinarium, ſi iudicialiter proceſſum fuit.*
6 *Conſtitutio Clementis VIII. ſuper beneficijs Diœc. Calaguritana excludit appellationem.*
Declara id locum habere, quandò proceditur extraiudicialiter, ſecus ſi in forma iudicij.
7 *Inſtitutio ad beneficium non comparente contradictore eſt decretum merè interlocutorium, nec habet vim diffinitiua.*
8 *Secus verò ſi comparuerit contradictor, & formetur ſuper ea proceſſus.*
9 *Appellatio ſi fuerit admiſſa per Iudicem, cauſa efficitur appellabilis.*

DECISIO CXXVI.

SENTENTIAM Ordinarij Burgeñ latam die 10. Iunij 1649. & adiudicantem Ioanni Alcaldes Beneficium controuerſum, cenſuerunt Domini, non feciſſe tranſitum in iudicatum; quia Ioannes Arnedo, qui ſtatim ab ea appellauit, docet proſecutũ fuiſſe intra legitima tẽpora cauſam appellationis mediante productione Proceſſus, & ſpeciali cõmiſſione obtenta per Signaturam Iuſtitię, quæ licet lo-
1 quatur de ſententia ordinarij Calaguritani, Nihilominus, quia ex alijs circumſtantijs, & ſignanter quia loquitur de ſententia diffinitiua adiudicatoria ad fauorẽ Alcaldes Aduerſarij, qualis non eſt Sententia Calaguritani, apparet per Errorem fuiſſe expreſſum nomen Calaguritani, & re vera appellationem ſenſiſſe de Sententia Burgeñ, dicta Commiſſio benè ſuffragari debet, vt ad propoſitum firmauit *Rot.in Calaguritana Beneficij de Bilbao 27. Februarij proximipræteriti coram R. P. D. meo Otthono* falſa enim illa demonſtratio non impedit,
2 quin commiſſio obtenta verificetur in appellatione anteà interpoſita, *vt dicta Rot deciſ.54. num.1. de reſcript. in antiq. & deciſ.16.per tot.ibique Add.eodem tit. in nou. Aegid.deciſ.642.num.1. Ferrett.conſ.208.num.24.* Et error nominis, ſeu
3 cognominis non attenditur, quando ex alijs circumſtantijs, vel actis cauſæ conſtat de veritate in contrarium *ad tex. in l. ſi in nomine, ibique gloſſ.C. de teſtam. l. ſi quis in fundi*, vbi *Bart. num.5.ff. de legat.1.Rot. in rec.deciſ.23.nu.2.par.2. & in Cathacen. hæreditatis 28. Maij 1649. coram R.P.D. meo Cerro.*
4 Quod autem ſententia Burgen. eſſet appellabilis, non fuit reuocatum in dubium, quià non ſolùm continet reuocationem alterius ſententiæ latæ per Calaguritanum *Rot. coram Buratt.deciſ.22.num.32. verſ. tamen cum à reuocatoria & deciſ.37.num.1.* ſed etiam quia ſtante
5 appoſitione edicti, comparitione oppoſitorum, & probationibus hinc inde factis apparet iudicialiter fuiſſe proceſſum, quo caſu dari appellationẽ pluries reſpondit *Rot.in terminis de Beneficijs Diœceſis Calaguritanæ coram ſan. mem. Greg. deciſ.515.num.2. in Calaguritana beneficij 27. Maij 1641. coram R.P.D. meo Pentingero in Calaguritana, beneficij de Cornago 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſimo Salamantino, in Calaguritana beneficij de Iecora 1. Iuly & 4. Decembris 1643. coram R.P.D. meo Veroſpio, & alibi ſæpè.*
6 Et licet Conſtitutio ſan. mem. Clementis videatur excludere appellationem; Attamen id habet locum, quando ad collationem beneficij proceditur extraiudicialiter, ſecùs verò ſi iudicialiter, & iuris ordine ſeruato, *vt*

declarat Lotter. de re benef. lib. 2. queſt. 13. num. 85. & ſeqq. & firmauit *Rot. in Calaguritana beneficij 23. Iunij 1645. coram bon. mem. Arguelles, in Calaguritana beneficiorum 17. Febr. 1648. coram R.P.D. meo Bichio, & in Calaguritana beneficij de Logroño 19. Feb. 1649. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

7 Inſtitutio enim de ſui natura non compa-
rente oppoſitore eſt merè interlocutoria, ne-
que Sortitur naturam diffinitiuę, *vt not Franch.*
in cap. fin. ſub num. 7. de elect. lib. 6. Lambert. de Iu-
rep. lib. 2. quæſt. 6. art. 6. ſub num. 3. verſ. ſed tu ſub-
tiliter, Garz. de benef. par. 9. cap. 4. num. 16. & ſeqq.
Lotter. de benef. lib. 2. quæſt. 13. num. 81. Rot. in rec.
8 *deciſ. 522. num. 1. par. 2.* ſecus verò comparente
contradictore, & formato Iudiciali Proceſſu
cum cognitione cauſæ, vt firmauit *Rot. de-*
ciſ. 197. num. 1. & 2. par. 5. rec. & in Craconien. Præ-
poſituræ S. Floriani 27. Maij 1650. coram R.P.D.
meo Bichio.

9 Et propterea Ipſemet Burgenſis, agnoſcen-
do hanc veritatem, appellationem expreſsè
admiſit, itaut cauſa effecta fuerit appellabilis
per tex. in cap. cum appellationibus de appell. in 6.
Alex. conſ. 3. ſub num. 15. verſ. nihilominus lib. 3.
Rol. conſ. 77. num. 2. lib. 2. Gab. conſ. 35. num. 10. lib. 1.
Rot. poſt Paciſ. de Salu. deciſ. 232. nu. 2. cum alijs
per Scacc. de appell. quæſt. 7. limit. 6. memb. 7. nu. 87.

Et ex his omiſſis pluribus concernentibus iniuſtitiam ſententiæ firmarunt Domini non conſtare de re iudicata Partibus hinc indè Informantibus &c.

ROMAMA DOTIS.

Veneris 23. Iuny 1651.

ARGVMENTVM.

Depoſitum, quando eſt integrum, & factum præcedente Citatione, & Decreto Iudicis, habet vim veræ ſolutionis, & liberat Deponentem ab onere ſoluendi fructus, & dicitur purum, ſi contineat conditiones intrinſecas.

SVMMARIVM.

1 *Deponere non eſt ſoluere.*
2 *Depoſitum, factum de mandato Iudicis præuia citatione ad recipien. habet vim ſolutionis, ſi pars recuſet recipere.*
3 *Et tali caſu impedit curſum vſurarum.*
4 *Depoſitum debet eſſe purum, non autem conditionale.*
5 *Ceſſio, quæ prodeſt Ceſſionario, & Cedenti non nocet, debet omninò fieri.*
6 *Cedens iura talia qualia non tenetur de euictione, nec ad reſtitutionem pecuniarum.*
7 *Cedens iura talia qualia dicitur cedere iactum Retis*
8 *Depoſitum non vitiatur per conditiones intrinſecas, in eo appoſitas.*
9 *Et ſignanter, quod debeant cedi iura talia qualia.*
10 *Fundus dotalis quando fuit conſtitutus, tunc incrementum, vel decrementum rei ſpectat ad Vxorem.*
11 *Bona data pro fundo dotali, licet tranſeant in dominium ciuile Viri, remanent tamen in dominio naturali Vxoris.*

DECISIO CXXVII.

CVM per obitum Lelij Bariſani factus fuerit locus reſtitutioni Dotis, & quarti dotalis ad fauorem Claræ eius Vxoris, ipſaque ad recipien. citata recipere recuſauerit; ſecutum fuit Depoſitum de ordine Iudicis, & illud legitimè intimatum; ſed quia eo non obſtante eadem Clara adhuc pretendebat fructus; Dubitaui, an illi deberentur, & negatiuè reſponſum fuit.

1 Nam licet deponere non ſit ſoluere, vt vo-
luit *Bart. in l. item liberatur §. 1. ſub num. 3. verſ.*
& eadem ratione ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolui-
tur, Iaſ. conſ. 216. num. 3. & ſeq. lib. 2. cum alijs
per Rot. in Auximana prædij 14. Iannar. 1647. co-
ram R.P.D. meo Bichio.

2 Attamen, cum in caſu præſenti factum
fuerit præuia citatione ad recipiendum, & de
ordine, & mandato Iudicis, attenta Partis
recuſatione habetur pro ſolutione, & parit
effectum plenæ liberationis *iux. text. in l. obſi-*
gnatione 9. C. de ſolut. Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 70
num. 9. Rot. diuerſ. deciſ. 476. num. 1. part. 1. & coram
Duran. deciſ. 421. num. 2. & ſeq.

3 Hinc, ſecuta ſolutione, & liberatione
propter Depoſitum, ceſſauit curſus vſurarum
nec fructus amplius fuerunt debiti, vt diſpo-
nit *text. in l. acceptam 19. ibique Bart. num. 8. &*
Caſtr. num. 10. C. de vſur. Rot. coram ſan. me. Greg.
deciſ. 347. num. 8. & ſeqq. & firmatum fuit *in*
Romana Saluiani 4. Martij 1644. coram R. P. D.
meo Veroſpio.

4 Non obſtat, quod Depoſitum non fuerit
purum, ſed conditionale, habens in ventre
qualitatem, quod Clara deberet cedere iura
talia qualia, dummodò contra Ipſam non
5 retorquerentur: Quia cum talis ceſſio non
eſſet præiudicialis Cedenti; & iuuaret Ma-
riam Victoriam hæredem beneficiatam Lelij
patris, & Alios, qui ſub tali pacto pecunias
in hanc cauſam eidem crediderant, omninò
debebat fieri *per text. in l. in creditore 38. ibique*
gloſſ. verb. quod ſine diſpendio ff. de euict. & firmat
Dec. conſ. 104. ſub num. 7. verſ. 3. facit, & vltrà
plures cumulatos *per Gratian. diſcep. forenſ. c. 686*
num. 8. & ſeqq. probat Franch. deciſ. 55. n. 5. Giurb.
deciſ. 87. num. 29. in fine.

6 Cedens enim iura talia qualia nec tene-
tur de Euictione; nec ad reſtitutionem
pecuniarum *l. quod ſi in venditione 10. ff. de hæ-*
red. vel act. vend. Alex. conſ. 27. num. 4. lib. 2. & con-
ſil. 93. nu. 2. lib. 4. & dictum fuit *in Romana Cam-*
biorum 26. Marty & 18. Iunij 1640. coram R.P.D
7 *meo Cerro.* Et in effectu dicitur cedere Ale-
am, & iactum Retis, *vt vtar verbis fabri in*
ſuo Cod. lib. 4. tit. 29. deſinit. 15. in appendic. num. 9.
quod repetit *Rot. in Romana Depoſiti 24. Apri-*
lis 1648. coram R.P.D. meo Otthobono.

8 Vndè talis conditio tamquam intrinſeca
non vitiat Depoſitum ex ſententia *Bald. in di-*
cta l. acceptam 19. num. 24. C. de vſur. cum alijs
adductis *per Cenc. de Cenſib. quæſt. 111. num. 13.*
Giurba qui teſtatur de veriori dicta deciſ. 87. num. 1.
9 *in fine, & num. ſeq.* Et in his terminis firmauit
Rot. deciſ. 63. per totam par. 3. rec. in Romana Do-

tis

Digitized by Google

tis prima Iulij 1643. coram R.P.D. meo Meltio, & in Interamnen. dotis 27. Ianuary 1648. coram Reuerendiſſimo Terracinen.

10 Tandem non releuat defectus depoſiti, ex quo reſtituta fuerint nõnulla loca montium, quorum pretium à die conſignationis valdè diminutum fuit; nam, cum in Inſtrumento appareant conſignata ea lege, & pacto, quod deberent ſtare pro fundo dotali, & quod ſoluto matrimonio eadem eſſent reſtituenda; talis diminutio, ſequuta abſq; culpa viri non ſpectat ad ipſum, ſed ad vxorem, prout eius cõmodo ceſſiſſet incrementum *Barboſ. in l. ſi æſtimatis 51. ſub num. 35. verſ. ſi verò, & nu. 36. ff. ſolut. matrim. Couarr. pract. quæſt. cap. 28. num. 4. Menoch. conſ. 1209. num. 24.* & latè firmatum fuit in *deciſ. 792. ſub num. 5. verſ. verum præualuit, & nu. ſeqq. coram Merlin.*

11 Etenim illa verba, *con conditione, che ſtiano ſpecialmente per fondo dotale, & in caſo di eſtrattione l'inueſtimento ſi faccia in compra di altri luoghi de monti, quali debbano ſtare ſpecialmente ſurrogati in luogo degli altri, & per fondo dotale &c. Et in euento di reſtitutione detto Lelio ſia tenuto, come promette reſtituire à detta Chiara, ò à ſuoi heredi l'iſteſſi luoghi de Monti, ò altro inueſtimento ſurrogato in ſuo luogo* &c. importãt quod dicta loca ſemper fuerint in dominio naturali vxoris, licet ciuile transierit in maritum ad *text. in l. in rebus §. volumus itaque C. de iur. dot. & voluit Fontanell. de pact. nuptial. clauſula 6. gloſſ. 1. par. 2. num. 32. Coſta de port. rata quæſt. 52. num. 7. Caualì. commun. con. comm. quæſt. 3. num. 56. & ſeqq.* & clarè firmauit *Rota coram Merlin. dicta deciſ. 792. num. 16. & 17. & prius coram Seraph. deciſ. 201. num. 28. & in Romana domus, ſeu dotis 28. Nouembris 1638. coram Reuerendiſſimo D. meo Dunoz. Decano.*

Et ita vtraque.

PERVSINA BONORVM.

Veneris 23. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Sententia tranſit in iudicatum, niſi fuerit appellatum in tempore, & mediante perſona legitima; nec datur reſtitutio in integrum, quando conſtat de iuſtitia illius.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum, ſi appellatio fuerit interpoſita poſt decem dies.*

2 *Per contradictas procedi poteſt, quando procurator conſtitutus deceſſit, etiam non intimato illius obitu.*

3 *Appellatio interpoſita à perſona non habente mandatum, non ſuffragatur, niſi concurrat ratificatio Principalis.*

4 *Appellatio debet interponi coram Iudice, quando eius præſentia haberi poteſt.*

5 *Sententiæ validitas reſultat ex reuolutione proceſſus.*

6 *Executio facta in bonis alterius quam debitoris eſt nulla, & n. 8.*

7 *Executiuè non poteſt procedi contra tertium, ſed ordinariè agendum eſt.*

9 *Legitima præſumitur detracta, & conſumpta attentis alienationibus, & omiſſione inuentarij.*

10 *Vel ſaltem onus, probandi contrarium, incumbit illam petenti.*

11 *Reſtitutio in integrum ceſſat ceſſante læſione.*

DECISIO CXXVIII.

1 PRopoſito per me dubio, an conſtet de re iudicata, vel potius de cauſis reſtitutionis in integrum, affirmatiuè quoad primam partem, & negatiuè quoad ſecundam reſponſum fuit. Non enim reuocatur in dubium, quod ſententia R.P.D. mei Cerri lata fuerit ſub die 10. Febr. præteriti; appellatio verò interpoſita ſub die 21. & ſic poſt decem dies datos ad appellandum, quo caſu ſententia ſemper tranſit in iudicatum, *cap. quod ad conſultationem de re iudic. cap. cum dilectus 32. in fine de elect. cap. Romana §. ſi verò iuncta gloſſa verbo interlocutoriam de appellat. & in cap. ſignificauerunt verbo infra decem dies de teſtib. Rota in Romana fideicommiſſi de Marianis 14. Decembris 1648. & 1. Martij 1649. coram R.P.D. meo Rojas, & paſſim in alijs.*

2 Nec releuat, quod ſententia lata fuerit per contradictas, nam cum Alexander Piccininus Procurator conſtitutus in cauſa, & qui ſemper comparuit, producendo iura, & faciendo quamplures actus, deceſſerit de menſe Nouemb. 1649. rectè proceſſum fuit per audientiam contradictarum, etiam non intimato cõtra principalem illius obitu, prout reiecta *deciſ. Bellam. 495. firmauit Rota in Legionen. Canonicatuum 16. Decembris 1622. coram bo. me. Manzanedo, & in rec. deciſ. 191. num. 6. par. 2. & penès Poſt. de manut. dec. 236. num. 7. cum alijs adduct. per Add. ad ſan. me. Greg. deciſ. 430. num. 8. & per Veſtr. in prax. lib. 4. cap. 5. num. 5.*

3 Faciliùs verò reſponderunt Domini pro re iudicata, quia appellatio interpoſita fuit à perſona non habente mandatum procuræ, nec concurrit ratificatio principalis, quo caſu perindè eſt, ac ſi non fuiſſet interpoſita *ad text. in l. quoties ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. ff. de appell. recip. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 50. num. 22. & 38. Rota coram Caual. deciſ. 31. in princ. & in recen. deciſ. 627. num. 1.*

4 Imò cum præſentia Iudicis haberi poſſet, appellatio debebat coram eo interponi, non autem per dimiſſionem cedulæ penès Notarium, prout factum fuit; nam tali caſu appellationem non ſuffragari diſponit *tex. in cap. vt debitus de appellat. & in Clem. 1. eodem tit. Bald. in l. apertiſſimi ſub num. 4. C. de iudic. Cephal. conſ. 185. num. 5. Surd. conſ. 228. num. 1. Marant. in eius ſpeculo par. 6. verbo, & quandoque num. 133. Gramm. deciſ. 36. ſub numer. 76. Rota in recen. deciſ. 722. num. 2. par. 3.*

5 Validitas autem dictæ ſententiæ reſultat ex reuolutione Proceſſus, in quo apparet fuiſſe ſeruata omnia de iure ſeruanda; & iuſtitia paret ex deciſionibus in cauſa factis coram R.P.

6 D. meo Cerro, nam cum prædium controuerſum, ſuper quo fuit facta executio ad inſtantiam Petrogalli vigore mandati relaxati contra bona hæreditaria Iulij Cæſaris, non eſſet

hæreditarij eiuſdem, ſed probetur fideicommiſſarium Aldæ, & vti tale poſſideretur à fratribus de Podianis, vtique executio ſuper eo fieri non poterat, & facta retractanda venit, *Gab. conſ. 31. ſub num. 6. verſ. ſecundò quia, et num. ſeq. lib. 2. Rota coram Seraph. deciſ. 385. num. 1. Penia deciſ. 673. num. 4. et coram ſanct. mem. Greg. dec. 555. eod. num.*

7 Et maximè cum ipſi de Podianis eſſent tertij, contra quos propterea non poterat executiuè procedi, ſed ordinariè erat agendum, *Alex. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus num. 28. verſ. et pro hoc facit ff. de re iudic. Iaſ. in l. quadam §. 1 num. 7. ff. de edend. et in l. 1. §. ſi hæres num. 4. ff. ad Trebell. Felin. in cap. cum ſuper nu. 15. verſ. amplius dixit de re iudic. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 13. num. 9. et ſeqq. Rota coram Buratt. deciſ. 574. num. 2. et ſeqq.*

8 Nec fideicommiſſum Aldæ fuit vnquam reuocatum in dubium, prout nec pariter purificatio illius ad fauorem dd. fratrum; Identitas verò prędij ſufficienter iuſtificatur ex teſtibus vigore Remiſſoriæ examinatis, & ex alijs iuribus in actis productis. & plenè ponderatis in deciſionibus huius cauſæ; itaut fundamentum ſupra deductum ſemper ſubſiſtat, quòd executio facta fuerit in bonis alterius, quam debitoris *Gab. conſ. 52. num. 3. et ſeq. lib. 1. Aſin. in Prax. §. 31. limit. 43. num. 1. cum alijs ſupra allegatis.*

9 Non obſtat, quod ratione legitimæ debitæ Iulio Cæſari in bonis eiuſdem Aldæ executio ſaltem ſuſtineri poſſit; nam attenta omiſſione inuentarij, & alienationibus pluribus ab ipſo factis, intrat, præſumptio conſumptionis, & ſatisfactionis iuxta deducta *per Natt. conſ. 199. num. 12. Giouagn. conſ. 20. ſub nu. 15. verſ. Cæterum lib. 2. Rot. in rec. dec. 226. nu. 16. par. 5.* & dictum fuit *in Romana fideicommiſſi de Marianis 4. Iulij, et 10. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Roias, confirmata die 3. Iulij 1647. et 14. Decemb. 1648. coram eodem, et in Romana fideicommiſſi de Pelatijs 28. Iunij 1647. coram bon. me. Arguelles*: Et onus
10 probandi contrarium transfertur in Pelliciarios *ad notat. per Bald. in l. cum de lege ff. de probat. Rot. deciſ. 163. nu. 6. par. 7. rec.* & firmatum fuit *in Bononien. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. coram me.*

11 Firmata validitate, & iuſtitia ſententiæ, ſecunda pars dubij trãſiuit ſine difficultate, quia per illam excluditur læſio, qua ceſſante ceſſat reſtitutio in integrum, *l. nam et poſtea §. ſi minor ff. de iureiur. l. minoribus C. de in integ. reſtit. Rot. deciſ. 734. num. 4. par. 3. recen. et in Regien. bonorum 13. Maij 1648. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Et ex his conſtare de re iudicata, non autem de cauſis reſtitutionis in integrum, altera tantum parte informante deciſum fuit &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE RVBEIS.

Lunæ 26. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Aditio non præſumitur, niſi probetur, etiamſi verſemur in filio, qui fuerit inſtitutus hæres.

SVMMARIVM.

1 *Aditio probari debet per actus neceſſarios, & concludentes, qui citrà ius, & nomen heredis fieri non poſſint.*
2 *Filius ergò hæres, procedit agendo, non excipiendo.*
3 *Hæreditas, licet fuerit delata, non propterea dicitur adita.*
4 *Aditio non poteſt fieri à minore abſque ſolemnitatibus.*
5 *Minori non præiudicat aſſertio Tutricis, niſi aliundè iuſtificetur.*
6 *Decretum Iudicis ſuper vno actu non extenditur ad alium.*
7 *Aditio non præſumitur, quamuis hæreditas ſit opulenta.*

DECISIO CXXIX.

FVit coram me reſolutũ ſub die 14. Martij 1650. Ludouicum, Philippum Mariam, & Antonium filios, & hęredes Tiberij de Rubeis teneri, & obligatos eſſe ad conſeruationem indemnitatis, & liberationem à moleſtijs paſſis per Comites de Vrſis ſuper prædio nuncupato, *di Beluedere*, vendito per prædictũ Tiberium ad fauorem Henrici eorum Authoris, & proindè ſententiam Rotalem deſuper latam eſſe confirmandam. Quia verò tam in dicta ſententia, quam in deciſione coram me edita, excepta fuit perſona Iacobi eiuſdem Tiberij ex Galeatio filio Nepotis ea ratione, quia non apparebat, quod ipſe adiuerit hæreditatem paternam, nec quod tacitè, vel expreſsè dictum inſtrumentum ratificauerit; ideò Comites de Vrſis, prætendentes conſtare de contrario, inſteterunt ſuper hac parte pro noua audientia, quæ illis per Dominos conceſſa fuit; denegata verò hæredibus Tiberij quoad aliam partem, reſpectu cuius fundamenta deciſionis viſa fuerunt clara, & indubitata: Vndè attentis prædictis dubium propoſui. An quoad Iacobum eſſet à deciſis rece-
1 dendum, & Domini etiam quoad perſonam ipſius ſteterunt in reſolutis, quia cum fuerit conuentus vt hęres Galeatij Patris, aditio probari debet per actus neceſſarios, & concludentes, qui citra ius, & nomen hæredis peragi non potuerint, *l. pro hærede 20. & l. gerit 87. ff. de acquir. hær. Aym. conſ. 33. num. 2. Surd. conſ. 359. num. 17. & conſ. 399. nu. 15. Maſcard. de probat. concluſ. 40. num. 8. & ſeq. Canaler. deciſ. 452. num. 1. Buratt. deciſ. 207. num. 1.*

2 Defecerunt autem Comites de Vrſis in huiuſmodi probatione, quia licet docuerint, quod ipſe Iacobus ſit filius Ioannis Galeatij, non

non propterea ſequitur, quod ſit hæres, cum id procedat agendo, non autem excipiendo, *Bald. in l. 1. ſub num. 37. C. comm. de legat. Alox. conſ. 34. num. 4. & 5. lib. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 99. num. 4. & ſeq. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 10. num. 2. & ſeq. Surd. deciſ. 339. ſub num. 17. Rota in Romana Cenſus 22. Maij 1648. coram Reuerendiſſimo Terracinen.*

3 Minus ex eo, quod fuerit hæres inſtitutus
in teſtamento paterno, quia aliud eſt hæredi-
tatem eſſe delatam, aliud verò illam eſſe adi-
tam *Anton. Faber de error. pragmat. decad. 13. err. 1.
6. & ſeq.* & ideò dum non probatur immixtio,
ſemper aditio ceſſat propter beneficium ab-
ſtenſionis, *Surd. deciſ. 339. n. 17.* quæ in omnem
4 caſum, cum agatur de perſona minoris, pro-
bari debet cum ſolemnitatibus requiſitis à
ſtatuto Bononieñ propter periculum læſionis
*Tiraquell. de leg. connubial. verb. Contracter gloſſ. 5.
num. 125. Chartar. deciſ. 74. num. 7. & ſeqq. Rota in
Maceraten. redditionis rationis 8. Martij 1041. coram
Merlino,* quæ non reperitur inter eius impreſ-
ſas, & coram eodem *deciſ. 873. ſub num. 3. & 4.
& deciſ. 888. ſub num. 2. & 3.*

5 Aſſertio verò, & enunciatiua Tutricis in
inſtrumento dato *in ſumm. num. 2.* cum tendat
in damnum minoris, illi præiudicare non po-
teſt, niſi aliundè iuſtificetur, *l. potuit, C. de iur.
delib. Bart. in l. certum §. ſed an & ipſos num. 2.
ff. de confeſſ. Ruin. conſ. 113. num. 6. lib. 3. Corn. conſil.
268. num. 6. lib. 1. Rot. coram S. M. Gregor. deciſ. 506.
num. 1.* Illaque ceſſat ex rationibus plenè de-
ductis in *deciſ. 30. Maij 1646. coram R. P. D. meo
Corrado, & 11. Martij 1648. coram Reuerendiſſimo
6 D. meo Decano.* Etiamſi emanauerit coram
Iudice, quia præſentia, & decretum ipſius ca-
dit tantummodo ſuper confirmatione tutelæ,
& ideò ad actum aditionis trahi non debet
contra intentionem Iudicis, & Partis, *Pariſ.
conſ. 100. n. 23. lib. 1. Grat. c. 767. n. 12. & 23. Rot.
coram Durano deciſ. 83. num. 16.* Et in proximis
terminis firmatum fuit coram *Merlin. dec. 737.
num. 20. & deciſ. 888. ſub nn. 6. & 7. & in Interam-
nen. bonorum prima Febr. 1641. coram R. P. D. meo
Cerro.*

Demùm mandatum procuræ factum à Tu-
trice nomine pupilli non exprimit qualita-
tem hæreditariam, nec litis ſuper eadem hæ-
7 reditate vertentis, imò contrarium deſumitur
ex obſeruantia poſteà ſubſequuta, & propte-
rea non facit ad rem ad effectum inducendi
aditionem, pro qua præſumi nō debet, quam-
uis hæreditas ſit opulenta, *Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 99. nn. 3. verſ. & hæc quidem lib. 4.
Vincen. de Franch. deciſ. 60. num. 22. Mart. vot. 20.
num. 13. cum alijs per Rot. coram Buratt. deciſ. 207.
num. 5.*

Et ita &c.

BVRGEN. BENEFICIORVM.

Lunæ 26. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Beneficia vacantia per obitum vnici ſubcollectoris ſunt reſeruata, etiam ſi actu non exerceat officium, & quæ requirantur, vt intret regula de triennali, & in quibus caſibus illa operetur.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio per obitum probatur ex confeſſione partis, venientis ex eadem vacatione.*
2 *Obitus probatur ex partita extracta ex libro Eccleſiæ, in quo mortui deſcribuntur.*
3 *Subcollectoria probatur ex litteris deputationis.*
4 *Subcollector præſumitur vnicus, niſi contrarium probetur.*
5 *Subcollectoria ad effectum reſeruationis, non eſt neceſſe, quod actu exerceatur.*
6 *Verba regulæ,* quod ſubcollector ſuo tempore officium exercuerit, *non intelliguntur de exercitio actu, ſed potentia.*
7 *Reſeruata ſunt omnia beneficia vacantia per obitum vnici ſubcollectoris.*
8 *Regula de triennali tuetur poſſeſſorem tam in poſſeſſorio, quam in petitorio.*
9 *Tempus debet concludenter probari, quando quis in eo ſe fundat.*
10 *Regula de triennali requirit titulum ſaltem coloratum.*
11 *Vel curſum 10. annorum, ad illum præſumendum.*
12 *Negatiua non factæ expeditionis probatur ex diligentijs, habitis in regiſtris Cancellariæ, & Cameræ Apoſtolicæ.*
13 *Præſumptio cedit veritati.*
14 *Facultates Nuntij Hiſpaniarum circa collationem beneficiorum non comprehendunt aliam reſeruationem, quam ratione menſium.*
15 *Impedimenta præſumuntur præſtita ab illis, de quorum intereſſe agitur.*
16 *Citatio habetur pro executa in odium illorum, qui impediunt eam fieri.*
17 *Triennali præſcriptioni obſtat mala fides.*
18 *Ad effectum impediendi curſum regulæ de triennali ſufficiunt controuerſiæ etiam extraiudiciales.*

DECISIO CXXX.

VAcarunt per obitum Franciſci de menſe Iunij 1641. tria beneficia ſimplicia, præſtimonia nuncupata, de quibus tanquam de reſeruatis fuit à Sede Apoſtolica prouiſus D. Petrus Rodriquez de Peſquera; Vnde cum ipſe obtinuiſſet, committi in Rota executionem ſuæ prouiſionis: propoſui dubium, an conſtet de reſeruatione, quæ ſuffragetur, & affirmatiuè reſponſum fuit.

1 Etenim vacatio per obitum dicti Franciſci
vltimi poſſeſſoris non controuertitur, cum
etiam aduerſarij habētes prouiſionem ab Or-
dinario veniant ex eadem vacatione *gloſſ. &
DD. in cap. nonnulli, de reſcript. Seraph. dec. 1296.*

num.6. Mantic. deciſ.132. num.1. Caualer. deciſ.55.
num. 3. in fin. verſ. demum probatur, & fuit dictum
in Gerunden. Beneficij 4. Iulij 1642. coram R.P.D.
2 meo Bichio. Et vlterius iuſtificatur ex partita
formiter extracta ex libro Capitulari, in quo
mortui deſcribuntur, Rota in Terulen. Beneficij
7. Iunij 1620. coram Manzanedo, & in Tiraſonen.
Canonicatus 17. Februarij 1610. coram Sacrato.
3 Reſeruatio verò probatur ex eo, quod Frãciſcus fuit vnicus ſubcollector Apoſtolicus
in Diœceſi Burgeñ cum omnimoda iuriſdictione, vt patet ex literis ſuæ deputationis, ibi,
Te vnicum Subcollectorem &c. Rota coram Duran.
4 deciſ.263. num.9. prout talis in dubio præſumitur, niſi contrarium exaduerſo probetur ex
notatis per Maſcard. de probat. concluſ.317. nu.24.
Mandoſ. ſuper reg.4. quæſt.1. num.3. & ſeq. Rot. deciſ.
225. num.15. par.7. recent. & latè firmatum fuit
in Monopolitana Canonicatus 23. Ianuarij proximè
præteriti coram Reuerendiſſimo D. meo Decana.
5 Et licet neceſſarium non ſit, quod ipſe Franciſcus officium prædictum exercuerit iuxtà
magis veram, & receptam ſententiam, quam
tenet Felin. in cap. in noſtra 32. ſub num.20. verſ.
item ſi talis, & ſeq. de reſcript. Pariſ. de reſignat. lib.2.
quæſt.16. num.26. Caputaq. deciſ.141. num.1. & ſeqq.
par.1. Duran. d. deciſ.263. n.3. & cumulatis concordantibus latè firmatum fuit in Monopolitana Canonicatus 1. Iul.1647. & 13. Ianuar.1648. co-
6 ram R.P.D. meo Rojas; Quia verba regulæ, quod
ſuo tempore officia exercuerit, non intelliguntur
de exercitio actu, ſed potentia, vt tradit Garz.
de beneſic. par.5. cap.1. num.345. & ſeq. & præſertim num. 351. vbi per extenſum refert deciſionem in
Vrgellen. Canonicatus 7. Maij 1593. coram Blanchetto. Et ideò ſufficit quod ſit paratus ad
exercendum Rot. deciſ.252. num.4. par.2. recen. &
coram Duran. deciſ.233. num.14. in fine.
7 Nihilominus in præſenti caſu conſtat de
exercitio occaſione obitus Archiepiſcopi de
Azeuedo, vt in proceſſu cõpulſoriali fol.177.
Quibus ſtantibus intrat clara reſeruatio iuxta
Regulam Cancellariæ 4. hodie 5. & not. Gonzal.
ad regul.8. gloſſ.51. num.67. Rot. in Gadicen. Beneficiorum 11. Martij 1644. coram R.P.D. meo Meltia.
8 Poſſeſſio verò triennalis, aliàs exaduerſo
deducta, viſa fuit DD. non obſtare; Nam
quamuis illa tueatur poſſeſſorem tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, etiam aduerſus
prouiſionem Apoſtolicam, dummodò non
emanauerit ex cauſa reſeruationis in corpore
iuris clauſa; dicta tamen triennalis omninò
9 erat iuſtificanda, quod hactenus factum non
fuit, nam quando quis ſe fundat in tempore,
debet illud concludenter probare, cap. in præſentia de probat. Iaſ. conſil.46. nu.27. lib.3. Rot. deciſ.
677. nu.4. par.4. diuerſ. & in Abulen. portionis 14.
Iunij 1647. coram me. Et quidem quod illud
integrè completum fuerit vſque ad vltimum
momentum Rebuff. de pacific. poſſeſſ. num. 302.
Rota in recentior. deciſ.551. num.15. par.5. & in Saonen. Cantoriæ 6. Martij 1645. coram Reuerendiſſ.
Terracinen.
10 Imò ad effectum, vt intret regula de triennali, iuſtificari debuiſſet titulus ſaltem coloratus iuxta deciſionem Caſſador.7. num.2. ſuper regul. Verall. deciſ.349. num.3. par.3. Creſcen. deciſ.4.
de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Coccin. deciſ.172. num.2.
& fuit dictũ in Volaterrana Prioratus 7. Febr.1635.
11 coram Pirouano. Vel quod vltra triennium
requiſitum ad tuendum titulum effluxerint
anni decem ad illum præſumendum Rota in
Boianen. penſionis 15. Ianuarij 1603. coram Penia,
in Regien. Iuriſpatronatus 21. Maij, & 6. Iun.1625.
coram Vbaldo, & coram Coccino deciſ.475. num.3.
& duobus ſeqq. cum alijs per Lotter. de re beneſ. lib.2.
quæſt.53. num.31.
12 Impoſſibilis autem eſt talis probatio attentis diligentijs factis ab anno 1641. per totum
annum 1650. per officiales, de ordine Rotæ à
me deputatos, in Regiſtris Cancellariæ, & Cameræ Apoſtolicæ, in quibus ſimiles expeditiones adnotari ſolent, vt in his terminis firmauit Rota coram ſanct. memor. Gregor. deciſ. 242.
num.6. & ſeqq. in Pampilonen. de Ianzi 12. Nouembris 1612. coram Coccino, & in Vrgellen. Decanatus, & Canonicatus 29. Nouembris 1649. coram me.
13 Præſumptio verò ceſſat, tum quia ab anno
1641. quo ſucceſſit vacatio, non interceſſit
tempus ſufficiens ad præſumendum titulum,
tum quia ſtantibus diligentijs prædictis in cõtrarium factis pręſumptio cedit veritati, Felin.
in cap. illud num.7. ad fin. verſic. & idem ſi fortè de
præſumpt. Rota coram Verall. deciſ.45. nu.2. & ſeqq.
par.3. & in Bracharen. Parochialis 8. Martij 1602.
coram Iuſto.
14 Nec dicatur, quod diligentiæ huiuſmodi non ſufficiant, dum Prouiſio eorundem beneficiorum potuit ſpectare ad Nuncium Hiſpaniarum, nam facultates Nuncij,
conferendi beneficia reſeruata, non comprehendunt aliam reſeruationem, quam ratione
menſium, vt apparet ex eius facultatibus regiſtratis per Rotam deciſ. 805 par.3. lib.3. diuerſ.
& penès Garz. de beneſic. par.5. cap.3. num.83. &
ſeq. & tradit Gonzal. ſuper regul. 8. §. 2. proœm.
num.55.
Demùm cum D. Petrus fuerit impeditus
à Conſilio Regio, ne Ioannes, & lites conſortes citari potuerint, vt in Summario num.4. Im-
15 pedimenta verò præſumantur præſtita ab illis, de quorum intereſſe agitur. Sanct. memor.
Gregor. deciſ.96. num.1. Buratt. deciſ.416. num.3. &
16 in recentior. deciſ. 309. num.3. par.7. Citatio in
odium illorum habetur pro executa, cap. quoniam frequenter, §. porrò vt lit. non conteſt. Rota in
Agrigentina beneficii 1. Iul.1613. coram Sanctiſſimo
Domino noſtro Innocentio X. & in Volaterrana Prioratus 5. Maii, & 15. Decembris 1645. coram R. P.
17 D. meo Bichio. Ex qua propterea reſultat mala fides poſſidentium obſtatiua triennali præſcriptioni, Card. in Clemen. gratia num. 8. de reſcript. Felin. in cap. cum Ioannes num.32. verſ. & ad.
de de fid. inſtrument. cum aliis pluribus relatis in Salernitana Beneficii 15. Aprilis 1644. coram R.P.D.
18 meo Bichio. Et tamen ad dictum effectum
ſufficiunt controuerſiæ etiam extraiudiciales, & de facto Caſſad. deciſ.6. num.7. ſuper regul.
Coccin. deciſ.172. num.6. Buratt. deciſ.699. n.1. & 2.
& plures refert Lotter. de re beneſ. lib.2. qu.53. n.20.
Et ita altera tantum &c.

BONO-

Digitized by Google

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Mercur. 28. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario competit immiſſio ex remedio *l. fin.* & ex Saluiano, ſiuè illud purificetur per obitum, ſiuè per renunciationem eiuſdem fideicommiſſi, ſiuè per contrauentionem, alienañ contra prohibitionem Teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio eſt danda fideicommiſſario purificata conditione ſuæ vocationis.*

2 *Deficientia deſcendentium, & vocatorum eo ipſo probata dicitur, dum non apparet illos fuiſſe natos.*

3 *Cedens iura ſua alteri vocato ad fideicommiſſum habetur, ac ſi non exiſteret.*

4 *Alienata contra prohibitionem, factam à Teſtatore, reuocari poſſunt à vocato ad fideicommiſſum.*

5 *Tranſactio facta ab hærede grauato non nocet fideicommiſſario, quominus poſſit immiſſionem petere ſuper bonis per tranſactionem dimiſſis.*

6 *Tranſactio cum pacto reſolutiuo in certum caſum, illo eueniente reſoluitur, perindè ac ſi nunquam fuiſſet inita.*

7 *Tribellianica prohiberi poteſt etiam filijs primi gradus.*

8 *Legitima, ſi fuerit relicta, & acceptata in vſufructu, amplius peti non poteſt.*

9 *Ceſſione ſecuta creditum non ſpectat ad cedentem, ſed ad ceſſionarium.*

10 *Identitas bonorum probatur ex inuentario facto ab hærede de ordine Teſtatoris.*

11 *Fideicommiſſario datur immiſſio conſtito de exiſtentia fideicommiſſi, de illius purificatione, & de identitate bonorum.*

Et immiſſio datur tam ex remedio l. fin. *quam ex Saluiano eod. num.*

12 *Et tam in caſum purificationis fideicommiſſi, quam alienationis bonorum factæ contra prohibitionem Teſtatoris.*

DECISIO CXXXI.

1 SVper dubio per me propoſito, an Pompeo Bolognetto ſit danda immiſſio, Domini affirmatiuè reſponderunt, quia literalis eſt illius vocatio, tàm in caſu obitus Vincentij ſine filijs, quàm etiam alienationis, vnde cum ex vtroque capite purificata fuerit conditio, meritò immiſſio concedi debet, vt firmauit *Rota in rec. deciſ. 244. num. 1. par. 7. in Romana fideicommiſſi 8. Iun. 1648. coram bon. mem. Arguelles, & in Rauennaten. bonorum 6. Nouembris eiuſdem anni coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, cum alijs per Angel. de acquir. poſſeſ. quæſt. 8. art. 14. nu. 328. & ſeq.*

2 Etenim deficientia deſcendentium Vincentij remanet ſufficienter iuſtificata, dum exaduerſo nō probatur illos aliquando natos fuiſſe, vt probat *text. in l. ex facto 17. §. ſi quis autem, ibique Caſt. num. 2. ff. ad S.C. Trebell. Aldob. conſ. 80. num. 4. & ſeq. lib. 1. Surd. conſ. 92. nu. 16. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 6. ſub nu. 6. verſ. quaſi non probato, Rota coram Duran. deciſ. 301. num. 5. in Auximana prædij 15. Maij 1645. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano, & in Bononien. fideicommiſſi, ſeu domus 10. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Bichio.*

3 Ipſe verò Vincentius, cum iura ſua Pompeo ceſſerit, habetur ad hunc effectum, ac ſi naturaliter deceſſiſſet, *l. 2. §. ſi quid publici, ff. de hæred. vel act. vend.* Non enim prohibetur hæres grauatus fideicommiſſum iam agnitum alteri vocato cedere, ex notat. per *Peregr. de fideic. art. 2. num. 52. in fin. & art. 31. num. 27. & 34. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 524. num. 5. Gabr. conſ. 121. num. 49. lib. 1. Surd. d. conſ. 92. n. 4.*

4 Ex capite etiam alienationis purificata fuit vocatio Pompei, quia arctiſſima eſt prohibitio illius facta à Proſpero Teſtatore. Et ideò cum Vincentius hæres inſtitutus primò, & poſteà Ludouicus ab eo cauſam habens, bona eiuſdem fideicommiſſi alienauerint in extraneos, huiuſmodi prohibitio reddidit alienationes nullas ab initio, & aperuit ius reuocandi alienata eidem Pompeo, cuius fauore illa emanauit, vt ſunt *text. expreſſi in l. filius familias 117. §. cum pater ff. de leg. 1. l. vnum ex familia 69. §. ſed ſi vno, l. peto 71. §. Fratre, & l. cum pater 79. §. libertis de leg. 2. Soccin. ſen. conſ. 43. ſub num. 9. lib. 4. Burſatt. conſ. 3. n. 6. lib. 1. Ruin. conſ. 23. num. 13. lib. 5. Surd. conſ. 116. nu. 17. Gabr. conſ. 140. num. 8. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 14. nu. 8. & art. 40. num. 17.* & late firmatum fuit *in Tudertina fideicommiſſi 3. Iulij 1606. coram Mazanedo, & in rec. deciſ. 73. num. 1. & ſeqq. par. 1. & dec. 147. n. 2. par. 5. & in Mediolanen. bonorum 26. Iun. 1647. coram R.P.D. meo Bichio, & 31. Maij 1649. coram R.P.D. meo Corrado.*

5 Nec alienatio ſuſtineri valet, ex eo, quod dicta bona liberè peruenerint in Angelam Teſtatoris ſororem vigore tranſactionis initæ inter ipſam, & præfatum Vincentium: Tum quia talis tranſactio non nocet ſucceſſoribus in fideicommiſſo, quominus poſſint immiſſionem petere ad bona, quæ hæres grauatus penès tertios tranſigendo dimiſit iuxta *text. in l. fin. §. ſed quia, & ſeq. C. comm. deleg. Peregrin. de fideic. artic. 52. num. 81. & ſeqq. Menoch. conſ. 599. à num. 3.* Et pluribus firmatum fuit in *Bononien. fideicommiſſi de Blanchis 20. Aprilis, & 14. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Royas.*

6 Tum etiam, quia illa reſoluta fuit ex ſpeciali pacto ibidem appoſito, quod bona redire debeant ad Vincentium inſtitutum, quatenus Angela, & Ludouicus decederent ſine filijs; nam eo ipſo, quod apparet, hunc caſum eueniſſe, prout etiam de iure præſumitur ex ſupra deductis, tranſactio, & renunciatio remanſit inefficax, perinde ac ſi nunquam celebrata fuiſſet, *Caputaq. deciſ. 315. verſ. Et quia tranſactio par. 3. Penia deciſ. 214. nu. 2.* & fuit dictum *in Viterbien. Caſtrorum coram bon. me. Cocino deciſ. 194. n. 101. & 102. par. 5. rec.*

7 Immiſſio verò impediri non poteſt prætextu aſſertarum detractionum, quia Trebellianica reperitur expreſsè prohibita, prout prohiberi

Digitized by Google

beri poſſe etiam filijs primi gradus notat *Iaſ. in l. Marcellus num. 38. ff. ad Trebell. Rip. in l. nemo poteſt num. 42. de leg. 1.* Et eſt communis opinio, quam ſeruat *Rota, vt coram Gregor. dec. 421 num. 10. ibique Adden. num. 16. Cæſenaten. bonorum 27. Martij 1648. coram R.P.D. meo Pentingero, & in Fanen. bonorum 19. Iunij eiuſdem anni coram bon: mem: Arguelles*; & nouiſſimè firmatum fuit in *Bituntina fideicommiſſi 23. præſentis menſis coram R.P.D. meo Albergato.*

8 Et legitima, prætenſa ex perſona Eliſabetthæ matris Teſtatoris, fuit conſumpta per vſumfructum eidem relictum, cum quo cōpenſari debuit iuxtà præceptum eiuſdem Teſtatoris ab ipſa acceptatum, etiam faciendo æſtimationem, iuxtà *text. in l. hereditatum ff. ad l. falcid.* vt benè per *Iaſon. in Auth. nouiſſima numer. 45. C. de inoff. teſtam. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 86. num. 19. ad fin. Gratian. cap. 983. num. 8. & duobus ſeqq. Surd. conſ. 388. num. 17. & per tot. lib. 3 Rota coram Seraphin. deciſ. 1365. num. 6. & ſeqq. & coram ſan. mem. Gregorio deciſ. 186. num. 3. ad fin. in Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ 11. Martij 1618. coram Manzanedo, & in rec. deciſ. 291. num. 5. & 6. par. 7.*

9 Et tamen dicta legitima, vti debita Vincentio, qui ceſſit, & renunciauit ad fauorem Pompei, ad eundem ſpectaret, & non ad alios *l. ſi à Creditore C. de act. & oblig. Surd. conſ. 22. num. 16. Rota in Romana fideicommiſſi de Incoronatis 22. May 1643. coram Reuerendiſſimo Domino meo Dunozetto Decano,* & firmatum fuit in *Bononien. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. & 16. Iuny currentis coram me.*

10 Identitas bonorum ſatis probata remanet ex Inuentario, de ordine Teſtatoris facto, quod bene probat contra conficientem, & habentes ab eo cauſam *Peregrin. de fideic. ar. 44. num. 2. Rota Caualer. deciſ. 578. num. 2. & 3. par. 7. cum alijs in Melenitana fideicommiſsi 20. Iuny 1650 coram R.P.D. meo Otthobono.*

11 Vndè cum ex prædictis conſtet de fideicōmiſſo, de illius purificatione ad fauorem Pompei, necnon de identitate bonorum, reſolutum fuit immiſſionem eſſe concedeñ, ſiue ex remedio *l. final. C. de Edict. Diu. Adr. tollen.* ſiue ex Saluiano iuxtà *not. per Gabr. conſ. 44.*
12 *num. 6. lib. 2.* Et in terminis de immiſſione petita ob alienationes factas contra prohibitionem Teſtatoris, firmauit *Rota coram Caual. deciſ. 201. num. 4. & in Bononien. fideicommiſsi de Manzolis 1. Decembris 1625. coram Pirouano, in Bononien. fideicommiſsi de Blanchis 10. Aprilis, & 14. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Royas, & in Spoletana fideicommiſsi 27. Martij 1648. coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ità altera tantum &c.

SALERNITANA BENEFICII.

Mercurij 28. Iuny 1651.

ARGVMENTVM.

Pro manutentione non ſufficit poſſeſſio inſtruſtrumentalis, ſi alter tunc exiſtat in poſſeſſione, & ad illam excludendam poteſt dari de poſſeſſione Tertij.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis, alio exiſtente in poſſeſſione, non ſuffragatur ad effectum manutentionis.*

2 *Poſſeſſio, ſemel capta, præſumitur continuata, donec contrarium probetur.*

3 *Poſſeſſio Tertij allegari poteſt ad excluſionem poſſeſſionis Agentis.*

4 *Poſſeſſio Reſignantis non ſuffragatur Reſignatario, pro obtinenda manutentione.*

5 *Poſſeſſio attentata non eſt manutenibilis.*

DECISIO CXXXII.

POSSESSIO Stephani Caſtelli eſt merè inſtrumentalis, quæ Alio tunc exiſtente in poſſeſſione, non ſuffragatur ad effectum manutentionis *l. clam poſſidere §. qui ad Nundinas ff. de acquir. poſſ. Rot. in rec. deciſ. 269. num. 3. part. 1.* cum alijs *per Add. ad Buratt. deciſ. 67. num. 19.*

Conſtat autem, poſſeſſionem beneficij controuerſi vſque de anno 1643. fuiſſe captam ab Abbate Antonio de Effectibus in vim mandati de immittendo relaxati ab A.C. quę poſſeſſio præſumitur continuata, donec contrarium probetur ad notata in *l. ſinè poſſideris C. dè probat. Abb. in cap. cum ad Sedem 15. num. 16. de reſt. Spol. Natt. conſ. 235. num. 19. & conſ. 400. nu. 6. & firmauit Rot. coram ſan: mem: Greg. deciſ. 394. n. 4 & deciſ. 555. num. 10. & in Portuen. Stagni 13. Iuny 1646. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

Cum igitur idem Abbas beneficium reſignauerit ad fauorem Matthęi de Vicarijs, poteſt hic dare poſſeſſione reſignantis, ad eludendam poſſeſſionem inſtrumentalem Stephani
3 aduerſarij *Bart. in l. 1. §. vlt. num. 19. ff. vti poſſid. Rot. coram eod. ſan. mem. Greg. deciſ. 138. num. 3. & in rec. deciſ. 63. num. 3. part. 1. & deciſ. 206. num. 8. part. 2.*

Reſponderunt itaque Domini recedeñ eſſe à deciſione edita ſub die 1. Februarij proximi præteriti coram me, quatenus in ea firmatum fuit, Stephano dandam eſſe manutentionem: Sed non ideò exiſtimarunt, illam eſſe conce-
4 deñ Matthæo, quia illi non ſuffragatur poſſeſſio reſignantis, vt aduertit *Pariſ. de reſign. lib. 10. quæſt. 6. num. 1. & ſeqq. Rot. coram ſan: mem: Greg. dicta deciſ. 138. per tot. & penès Poſt. de manut. deciſ. 434. num. 12. cum adductis ab eod. Poſt. obſeruat. 57. num. 16. & ſeqq. & præſertim num. 19.*

Minus poſſeſſio propria, & per ipſum vltimo loco apprehenſa, quia eſt improba, & at-
5 tentata, vti capta in ſpretum Inhibitionis Rotalis perſonalitèr præſentatæ, quæ ideò non eſt attendenda, cum poſſeſſio attentata non ſit manutenibilis *Lancellott. de attent. par. 3. c. 31. num. 200. & notat Marcheſ. de Commiſſ. appell. in poſſeſſ. §. 1. num. 90. fol. 932. part. 1. Rot. in Alexandrina Canonicatus 9. Decembris 1648. coram R.P.D. meo Cerro.*

Et ſic reſolutum fuit pro receſſu à Deciſis, & Neutri dandum eſſe mandatum de manutenendo.

AVE-

AVENIONEN ATTENTATORUM.

Mercurij 28. Iunij 1651.

ARGUMENTUM.

Attentans tenetur reficere omnia, & ſignanter expenſas tam iudiciales, quam extra iudiciales, pro quibus non ſufficit depoſitum vnius Iulij; nec non fructus, qui percipi potuerunt loco damnorum, & intereſſe.

SUMMARIUM.

1 *Deponere non eſt ſoluere.*
2 *Sequeſtrum impedit Debitorem, ne liberè ſoluat.*
3 *Dictio* totum *nihil excludit, ſed omnia comprehendit.*
4 *Petens partem non ſibi præiudicat in reſiduo.*
5 *Attentans tenetur reficere omnes expenſas tam iudiciales, quam extraiudiciales.*
6 *In expenſis, debitis pro purgatione attentatorum, non ſufficit depoſitum vnius iulij, ſed requiritur vera ſolutio.*
7 *Expenſæ in Iudicijs ordinarijs debent moderatè taxari.*
8 *Fallit in ijs, quæ debentur pro reuocatione Attentatorum.*
9 *Attentans tenetur ad damna, & intereſſe, & ad fructus qui percipi potuerunt.*
10 *Iuramento in litem quando ſit locus, ad iuſtificandum valorem mobilium.*
11 *Creditum probatur ex confeſſione partis.*

DECISIO CXXXIII.

SVB die 14. Februarij 1650. Domini reſpectu quamplurium partitarum dixerunt non conſtare de ſufficienti purgatione attentatorum, ſed repropoſita cauſa ad inſtantiam Iſabellæ reſponſum fuit quo ad partitam frumenti deciſionem eſſe reformandam.

1 Nam licèt deponere non ſit ſoluere, & vbi eſt neceſſaria ſolutio, depoſitum non ſuffragetur *Bart. in l. item liberatur* §.1. *ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſolu. Tiraqu. de retract. lignagier* §.9. *gloſ.*3 *num.*3. *Rot. coram ſan. mem. Gregor. dec.*146. *num.*1. & ibi *Adden. num.* 20. *repetita in recen. par.*2. *deciſ.*102. *eodem num.* 1. Nihilominus attento ſequeſtro formitèr executo ad inſtantiam hæredum Domini de Saluador, non tenebatur Iſabella fructus liberè conſignare abſque decreto, & mandato Iudicis, vt dixit *Rot. coram Verall. dec.*155. *par.*3. *& in Vicentina Parochialis* 1. *Iulij* 1624. *coram bon. mem. Manzanedo.*

2 Non obſtat, quod dictum ſequeſtrum non, fuerit executum ſuper ſalmis 32. controuerſis, ſed tantùm ſuper medietate eiuſdem frumenti, quia contrarium apparet ex lectura ſequeſtri ibi *totam rendam Summ. Iſabellæ num.*1

3 dictio enim *totam* nihil excludit, ſed integrã quantitatem comprehendit *Tiraquell. in l. ſi vnquam verb. totum C. de reuoc. donat. Bald. conſ.*3. *num.*1. *in fin. lib.*5. *Caſtrenſ. conſ.*192. *ſub nu.*2. *verſ. verba autem lib.*1. *Alex. conſ.*5. *num.*14. *lib.*3. *Monach. dec. Lucen.*13. *num.*36. *Barboſ. qui alios cumulat. dict.*408. *num.*1. & 2.

Nec refert, quod Creditores petierint poſteà medietatem dicti frumenti, quia non
4 propterea receſſerunt à ſequeſtro, nec ſibi præiudicarunt in petitione reſidui §. *ſi minus, & ibi omnes Inſtit. de act. Iaſ. in l. ſiquidem ſub n.*3 *verſ. tene contrarium C. de tranſact. Guidop. qu.*177 *num.*1. *& ſeqq. cum alijs per Modern. Peruſ. de cenſib. quaſt.*72. *ſub num.*12. *verſ. quia hoc.*

Quo verò ad alias partitas Domini perſti-
5 terunt in reſolutis; Etenim expenſæ iudiciales non controuertuntur, extraiudiciales autem iuſtificantur ex liſta, & taxa facta per Notarium à me concorditèr deputatum, & in totum tam iudiciales, quã extraiudiciales aſcendunt ad ſcuta 168.96. pro quibus non ſufficit depoſitũ vnius Iulij cum obligatione ſoluendi reſiduum facta liquidatione, ſed requiritur vera, & realis ſatisfactio vſque ad obulum iuxta doctrinam *Baldi in cap. conquerente de reſt. ſpol. quam paſſim Rota ſequitur vt cor. Cocc. dec.*371 *num.*5. *Pen. deciſ.*576. *num.*3. *iuxta Venet. impreſſ. & coram Buratt. deciſ.*356. *num.*5. & 6.

6 Et licèt in iudicijs ordinarijs prædictæ expenſæ non ſoleant rigoroſè taxari, ſed potius parcè, & moderatè, *vt in Romana expenſarum* 14. *Iunij* 1649. *coram R.P.D. meo Corrado, & in Eſina expenſarum* 10. *Decembris eiuſdem anni coram Reuerendiſsimo D. meo Decano,* Attamen
7 ſecùs eſt in expenſis factis pro reuocatione attentatorum, quæ ſonant in delictum, vt firmatum fuit *in deciſ.*744. *num.*14. *par.*4. *tom.*3. *rec. & in Romana Vineæ* 9. *Decembris* 1648. *coram R.P.D. meo Royas cum alijs in Ciuitatis Caſtelli attentatorum* 5. *Martij* 1649. *coram Reuerendiſsimo D. meo Dunozetto Decano.*

8 Tenetur etiam Iſabella ad ſcuta 250. quæ Thomas fuiſſet conſecutus ex domo, quam ante commiſſa attentata locauerat per triennium; nam cum ex facto Aduerſariæ, quæ medietatem domus occupauit, non percepe-
9 rit prædictam ſummam, debet de eadem ab Attentante reintegrari ratione damnorum, & intereſſe, vt firmauit *Rot. apud Cæſar. de Graſſ. deciſ.*5. *num.*11. & 12. *de reſt. ſpol. Caputaq. dec.*56. *par.*1. *& firmatum fuit in Vladiſlauien. Attentatorum* 1. *Aprilis* 1647. *cor. Reuerendiſsimo Terracinen. & in Romana Vineæ* 28. *Iunij* 1649. *coram R.P.D. meo Royas.*

10 Mobilia, quæ extant, & alias fuerunt per Iſabellam oblata, veniunt omninò reſtituenda, & quoad reliqua locus eſt iuramento in litem, deferendo per Thomam veriſimiliter informatum, ad iuſtificandum illorum valorem, cum concurrant requiſita neceſſaria, de quibus *Rot. coram Coccino dec.*34. *nu.*1. *& in Romana reſtitutionis dotis* 24. *Martij* 1645. *coram R.P.D. meo Otthobono.*

11 Demùm veniunt paritèr reſtituendæ pecuniæ per Iſabellam exactæ, quarum quantitas non controuertitur, & probatur ex confeſſione eiuſdem Iſabellæ *data in Summ. ſub num.* 7. qua nulla maior probatio *l. generaliter C. de non. num. pecun. cum vulgar.*

Et ita deciſum fuit vtraque parte informante.

ME-

MEDIOLANEN BENEFICIORVM.

Veneris 17. Nouembris 1651.

ARGVNENTVM.

Poſſeſſio ſiuè inſtrumentalis, ſiuè mediante recognitione Colonorum eſt manutenibilis, alio non exiſtente in poſſeſſione; maximè ſi fuerit capta in vim gratioſæ ſubrogationis, cui non obſtat exceptio Vnionis tamquam reſpiciens petitorium.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur vigore poſſeſsionis inſtrumentalis, alio non exiſtente in poſſeſsione.*

2 *Manutentio datur habenti recognitionem Colonorum.*

3 *Subrogatio non ſuffragatur, ad obtinen. poſſeſsionem ex perſona defuncti.*

4 *Suffragatur tamen, vt facilius manutentio detur ſubrogato ex perſona propria.*

5 *Poſſeſsio capta per ſubrogatum non dicitur noua, ſed potius continuatiua antiquæ.*

6 *Vnionis exceptio non retardat manutentionem, ſed reijcitur ad petitorium.*

DECISIO CXXXIV.

De tribus Beneficijs ſimplicibus Sanctę Mariæ de Rezzano, S. Stephani, & S. Petri de Bebulco vacantibus per obitum Nicelli, & Ramponi à Sanctiſſimo prouiſus fuit R.P.D. Turrianus etiam cum ſubrogatione gratioſa, ad Partes expedita ad ius, & poſſeſſionem prædefunctorum. Et quia vigore illius mediante Procuratore ſpecialiter ad id conſtituto poſſeſſionem accepit, & à Colonis, & Arrendatarijs in dominum, & poſſeſſorem recognitus fuit propoſui dubium, An eidem conceden. eſſet mandatum de manutenendo;

1 Et Domini reſponderunt affirmatiuè, quia Inſtrumentum publicum adeptionis poſſeſſionis, necnon recognitionis in Dominum ſufficit pro manutentione, pro vt de ſimplici Inſtrumento alio non exiſtente in poſſeſſione eſt *text. in l. prædia, vbi Bart. & communiter DD. ff. de acq. poſſeſſ. Rot. deciſ. 62. num. 1. part. 2. diuerſ. & in recent. deciſ. 440. nu. 1. part. 4. tom. 2. & deciſ. 538*

2 *eod. num. par. 5.* Et de recognitione Colonorum *l. qui vniuerſas, §. quod per Colonum, ff. de acquir. poſſ. Bero. conſ. 75. ſub num. 23. lib. 3. Hond. conſ. 20 num. 9. & conſ. 42. num. 38. lib. 1. Rot. coram Canal. deciſ. 630. num. 5. in recent. deciſ. 135. num. 2. par. 1. & in Mediolanen. Cimiliarcatus 15. May 1645. coram R.P.D. meo Peutingero.*

3 Quæ fortius procedunt in præſenti caſu, in quo poſſeſſio capta fuit in vim gratioſæ ſubrogationis, quæ licet non ſuffragetur ad obtinendam manutentionem ex poſſeſſione defuncti,

4 releuat tamen, vt ſubrogato ex propria poſſeſſione, quam deinde cœpit faciliùs detur manutentio per ea, quæ tradit *Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 13. num. 48. Rot. in Oueten. Beneficy 27. Juny 1607. coram Manzanedo apud Poſt. de manuten. deciſ. 107. num. 3. & in Valentina Rectoriæ 31. Iuny proximi præteriti coram R.P.D. meo Bichio.*

5 Poſſeſſio enim capta per ſubrogatum non dicitur noua, ſed potius continuatio antiquę, quam prædeceſſor habebat *Bero. conſ. 13. n. 14. verſ. adeo quod lib. 1. Rot. apud Poſt. de manut. deciſ. 480. num. 2. & deciſ. 472. num. 2. part. 3. lib. 3. diuerſ. coram Pen. deciſ. 17. num. 1. ſan. mem. Gregor. deciſ. 307. num. 16. Coccin. deciſ. 72. num. 3. & in recent. deciſ. 91. num. 2. par. 3.*

6 Non obſtat exceptio vnionis; Nam cum reſpiciat petitorium, donec de eius validitate cognoſcatur manutentio retardari non debet *Rot. penes Moder. de manut. deciſ. 236. num. 12. deciſ. 267. num. 4. & ſeq. deciſ. 330. ſub num. 35. verſ. & dum ea cognoſcebatur, & deciſ. 573. num. 6. in recent. deciſ. 564. num. 14. par. 5.* & latè deductum fuit *in Burgen. Beneficy 2. Decembris 1650. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

7 Prætenditur autem pro parte Informantis Vnionem prædictam eſſe nullam, vti factam contra formam Conc. Trid. ac propterea ſubiacere Regulis Cancellariæ Vnionum reuocatorijs, quo caſu etiam poſſeſſio capta vigore illius tanquam infecta à decreto irritan. nō eſſet manutenibilis in concurſu poſterioris, legitime apprehenſæ ex latè deductis *in Mediolanen. Cimiliarcatus 15. May 1645. coram R.P.D. meo Peutingero.*

Et ita altera tantum.

ROMANA IVRIVM PAROCHIALIVM.

Lunæ 4. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Ex quibus dignoſcatur Curam habitualem eſſe penès vnum, & actualem penès Alium, & ad quem ſpectent emolumenta, circà quæ obſeruantia plurimum operatur.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio præſupponit habitum.*

2 *Obſeruantia eſt optima interpres cuiuſcumque diſpoſitionis.*

3 *Cura habitualis ex quibus dignoſcatur, quod ſit penès Capitulum, & actualis penes Archipræsbyterum.*

4 *Archipræsbyter non poteſt ratione curæ actualis omnia emolumenta ſibi appropriare, ſed tantum ſolita, & conſueta.*

5 *Reliqua verò debentur Capitulo, & Canonicis, qui cætera munera exequuntur, recitando diuina officia, celebrando, & canendo.*

6 *Teſtes, qui fuerunt miniſtri, & officiales Eccleſiaſtici, & reddunt optimam cauſam ſcientiæ, plenè probant.*

7 *Libri Capitulares probant contra eos, qui ſunt de Capitulo.*

8 *Actus geſtus à perſona, deputata à Capitulo perindè eſt ac ſi ab eod. Capitulo factus fuiſſet.*

9 *Fides, etiam extraiudiciales; facta à perſonis notæ probitatis multum operantur.*

Cu-

10 *Cura animarum de iure ſpectat ad Archipræsbyterum, niſi appareat de contrario.*
11 *Actus præſumitur geſtus eo nomine, quo fieri debet.*
12 *Cura animarum mentio verificatur in actuali, remanente habituali penès alium.*

DECISIO CXXXV.

DOMINI non reuocarunt in dubium, quod cura habitualis Eccleſiæ SS. Celſi, & Iuliani ſit penès Canonicos, & Capitulum, actualis verò penès Archipresbyterum, idque deducebant tum ex Bulla Innocentij VIII. edita de anno 1486. per quam cura animarũ Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Lauro transfertur in dictam Eccleſiam, & iniungitur Executori, vt Archipræsbyterum, & Canonicos cogat ad illam ſuſcipiendam, quæ coactio reſpectu Capituli fruſtratoria fuiſſet, ſi cura in Archipresbyterum ſolum eſſet translata, & conſonant verba ſententię eiuſdem Executoris in Summ. Capituli num. 11. Tum etiam ex alia Bulla Leonis X. de anno 1519. in qua Papa abdicando ab Eccleſia Sancti Celſi curam animarum Nationis Florentinæ, eamque applicando Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ, prohibet nominatim, quod dicti Canonici, & Capitulum S. Celſi non ſe ingerant in cura animarum prædictæ Nationis non obſtantibus quibuſcumque conuentionibus diſponẽtibus, quod homines eiuſdem Nationis ſint ſub cura, & regimine Eccleſiæ S. Celſi, & illius Capituli Summ. num. 12. Ex huiuſmodi
1 enim diſmembratione manifeſtè apparet, quod dicta cura penès Capitulum reſidebat non autem penes Archipresbyterum, iuxta regulam quod priuatio prępſupponit habitum *ad text. in l. decẽ 106. ff. de verb. obligat. & in l. Titio vſusfructus 95. ff. de cond. & demon. Rot. corã Burrat. deciſ. 245. num. 14. & deciſ. 912. num. 2. in fin. & in recent. deciſ. 119. num. 4. par. 1. & deciſ. 110. num. 1. par. 4. tom. 2. cum plurib. in Comen. diſmembrationis 22. Iuny 1648. coram R. P. D. meo Corrado.*

2 Concurrit etiam obſeruantia ſubſecuta; Nam orta lite ſuper cura dictæ Nationis cum Eccleſia S. Io: Baptiſtæ, in ea Archipresbyter nunquam nominatus fuit, ſed ſententia, & omnia acta emanarunt cum Capitulo, quæ obſeruantia benè demonſtrat, quod penès ipſum cura reſidebat, non autem penès Archipresbyterum *ad text. in l. ſi de interpretatione, & l. ſeq. ff. de legib. Pariſ. conſ. 50. nu. 19. lib. 4. Rot. coram Burat. dec. 390. num. 3. & in recent. deciſ. 419. num. 5. & 6. par. 1.*

3 Et euidentiùs apparet ex Inſtrumento concordiæ anni 1565. vbi in executionem Bullæ Pianæ, præcipientis curam animarum exerceri in Collegiatis per proprios Parochos, non autem per Capellanos ad nutum amouibiles, Capitulum, & Canonici S. Celſi aſſignarunt quaſdam manſiones pro habitatione Archipresbyteri vna cum mercede menſtrua iuliorum 25. de maſſa communi pro ſuſtentatione ſubſtituti, ſeu Capellani, & vice verſa idem Archipresbyter curam animarum totius Parochiæ acceptauit, & in ſe ſuſcepit, ſignum euidens, quod illa reſidebat antea penes Capitulum, & quod licet actualis in Archipresbyterum translata fuerit, habitualis tamen penès ipſum remanſit, vt firmatum fuit *in deciſ. 316. per tot. part. 4. tom. 2. recent.* & tradit *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 14. num. 101. & ſeqq.*

4 Hoc poſito non poteſt Archipresbyter omnia emolumenta curæ ſibi appropriare, ſed tantum ſolita, & conſueta; Nam cum Eccleſia ſit Collegiata, quamuis ſolus Archipreſbyter adminiſtret curam. Tamen Canonici
5 cætera munera exequuntur, recitando horas Diuinas, celebrando Miſſas, & Canendo, in quorum compenſationem dicta emolumenta dantur, *per text. in cap. ex parte, & in cap. cum ſuper de ſepult.* Et in puncto tradit *Gabr. conſil. 190. num. 6. & ſeq. lib. 2.* cuius doctrinam ſequuta fuit *Rota in Romana Funeralium 14. Decembris 1620. coram Coccino*, licet contrarium ibi firmatum fuerit attento motu proprio ſa. mem. Pij V.

6 Conſtat autem, Archipresbyterum vltra habitationem non conſueuiſſe, percipere niſi emolumenta prouenientia ex Fidibus mortuorum, Baptizatorum, Matrimoniorum, & ex Cera, quæ apponitur penes cadauera in domo exiſtentia, nec non emolumenta Baptiſmatum, & Mulierum parturientium; Cætera verò ſpectare ad Capitulum, & Canonicos à quibus ſemper fuerunt percepta, vt deponunt tres teſtes formiter examinati, qui cũ fuerint Miniſtri, & Officiales dictæ Collegiatæ, ac reddãt optimam cauſam ſcientiæ, quia ita viderunt practicari, & obſeruari, ac ita obſeruatum fuiſſe ab eorum maioribus, plenè probant *Gabr. de teſtib. concluſ. 4. num. 62. Rota coram Buratt. deciſ. 193. num. 5. & 6. in S. Angeli in Vado Canonicatus, ſeu diſtributionum 27. Ianuarij 1648. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Comen. funeralium 7. Iunii currentis anni coram R. P. D. meo Meltio.*

7 Maximè cum illorum depoſitiones ſint adminiculatæ ex pluribus, & ſignantèr ex partitis exactionum eorundem emolumentorum, poſitis ad creditum Sacriſtiæ, quæ licet extractæ ex libris Capitularibus, tamen probant contra eos, qui ſunt de Capitulo, prout eſt Archipresbyter, *vt not. Anchar. conſ. 44. nu. 6. Menoch. conſ. 512. num. 11 Rot. coram Buratt. deciſ. 539. num. 3. & deciſ. 598. ſub num. 16.* & melius *deciſ. 491. in fin. par. 4. tom. 2. recent. & in d. Comen. funeral. coram R. P. D. meo Meltio.*

8 Prout etiam ex decreto Capitulari de anno 1563. in quo præſente Archipresbytero ſtatuitur, quod emolumenta certa, & incerta Eccleſiæ recipiantur tantummodò per Camerarium Capituli, & non per alium, qui Camerarius in executionem eiuſdem decreti deputauit illicò miniſtrum ad dictum effectum, ex quibus conuincitur emolumenta prædicta ad Capitulum ſpectaſſe, cum eorum adminiſtratio demãdata fuerit officialibus ab eodem deputatis, vt dixit *Rot. coram Seraphin. deciſ. 524. num. 2. & 3.* Et faciunt adducta *in deciſ. 434. num. 13. coram ſan. me. Gregor.* Non enim

Ar-

esbyter paſſus fuiſſet ad ſimilem exa- alium deputari, ſi emolumenta ipſi lebita, vt aduertit *Innoc. in cap. 1. nu. 4. b. num. 3. de his, quæ fiunt à maior. par. cap. Rot. coram Seraphin. deciſ. 708. nu. 4. & coram Duran. deciſ. 265. num. 46.*

9 Iunctis etiam atteſtationibus factis à Paulo Allaleona, & alijs affirmantibus emolumenta Ceræ, Mazzettorum, Depoſitorum, Benedictionis, Sepulturæ, & ſimilium pertinere ad Sacriſtiam, quæ atteſtationes quamuis extraiudiciales; Nihilominus vti emanatæ à Viris notæ, & inſignis probitatis, de tempore quo non erant amplius Canonici d. Collegiatæ, ac per plures annos ante motam litem plurimū operantur ad hunc effectum, vt dictum fuit *in dec. 594. num. 17. par. 5. recen. & deciſ. 11. num. 9. par. 7. & in allegata Comen. funeralium 7. Iunii anni currentis coram R. P. D. meo Meluo.*

10 Non obſtat, quod cura animarum ſpectet ad Archipresbyterum, quia id procedit de iure communi, ſecùs verò quando ex aliis probationibus apparet de contrario, illamque ad Capitulum pertinere, vt in proximis terminis firmauit *Rot. coram Seraph. deciſ. 839. num. 4.*

11 Minus releuat, quod Archipresbyter Baldanus de anno 1620. & 1621. egerit contra nonnullos Parochianos pro ſolutione dictorum emolumentorum, quia cum de eo tempore eſſet etiam Miniſter, & Sacriſta maior Capituli cenſetur, id feciſſe nomine eiuſdem Capituli, non autem tanquam Archipresbyter, prout ipſemet declarauit, adnotando ſimiles exactiones in libris introitus Sacriſtiæ, *Caſtr. conſ. 347. num. 4. lib. 1. Surd. conſ. 224. num. 7. Rot. in Romana præenſi Canonis poſt Modern. Peruſ. de cenſib. deciſ. 379. num. 4.*

12 Demum non vrget, quod idem Archipreſbyter in literis Apoſtolicis fuerit prouiſus de Archipresbyteratu cum aſſertione, quod illi immineat cura animarum, quia hoc eſt intelligendum de cura actuali, remanente ſemper habituali penès Capitulum *Rota coram Buratt. deciſ. 214. num. 5. & ſeqq. & in recent. deciſ. 316. n. 9. par. 4. tom. 2. & deciſ. 445. num. 9. & 10. par. 5.*

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit.

CALAGVRITANA BENEFICII DE CENIZEROS.

Veneris 12. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Attentata eſt poſſeſſio capta poſt interpoſitam appellationem, præſertim quando illa fuit ſimpliciter per ſignaturam admiſſa, nam retrotrahitur ad diem grauaminis, & tali caſu eſt locus ſequeſtro.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Clementis ſuper beneficiis Calaguritanis non impedit appellationem, quandò iudicialiter proceſſum fuit.*

2 *Appellatio per Signaturam admiſſa retrotrahitur ad diem grauaminis, etiam ad effectum, vt geſta medio tempore dicantur attentata.*

3 *Attentata ſunt omnia geſta poſt interpoſitam, & admiſſam appellationem.*

4 *Sequeſtro eſt locus, quandò poſſeſſio eſt attentata.*

DECISIO CXXXVI.

PEraſcenſum Didaci ad dimidium Beneficium in Eccleſia Parochiali de Cenizeros vacauit alterum in eadem Eccleſia, quarta portio nuncupatum: Vnde cum præuijs edictis plures ſe oppoſuerint, & inter alios per ſententiam Ordinarij declarati fuerint Oppoſitores legitimi Martinus Serrano, ac Ioannes Marañon, illique ab Examinatoribus Synodalibus ad curam animarum approbati; Ideò cōgregato Capitulo Beneficiati, ad quos ſpectat ius præſentandi; prima vice præſentarunt Martinum, ſecunda verò vice de ordine Vicarij iterum ſe congregare coacti, quatuor ex eis præſentarunt Ioannem; & alij tres in præſentatione Martini perſtiterunt, qui eadem die à dicta noua præſentatione appellauit, & cauſam appellationis ſimpliciter mihi committi obtinuit.

Verum quia, ea non obſtante, præfatus Ioannes reportauit Inſtitutionem ab Ordinario; & poſſeſſionem eiuſdem quarti Beneficij adeptus fuit: Propoſui dub. An conſtet de Attentatis, & ſit apponen̄ ſequeſtrum, quod contra Ioannem reſolutum fuit; ea ra-
1 tione quia ex ſupra deductis apparet, iudicialiter fuiſſe proceſſum, quo caſu dari appellationem ſuſpenſiuam non obſtante Conſtitutione ſan: mem: Clementis millies firmauit *Rota, & ſignanter in Calaguritana beneficiorum 17 Februarij 1648. coram R. P. D. meo Bichio, in Calaguritana beneficij de Logroño 19. Februarij 1649. coram R. P. D. meo Veroſpio, in Calaguritana beneficij S. Martini 10. Maij eiuſdem anni coram R. P. D meo Peutingero in Calaguritana beneficij de Arnedo 19. Iunij 1651. coram me, & in alijs paſſim.*

2 Maximè cum, appellatio ſimpliciter fuerit per Signaturam admiſſa, quæ propterea retrotrahitur ad diē grauaminis, etiam ad effectū vt geſta medio tempore dicantur nulla, & attentata, vt notat *Card. in Clem. 1. col. 4. q. 8. verſ. ſic etiam de re Iudic. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit 6. num. 36. & ſeqq. & par. 3. cap. 24. quæſt. 31. num. 9. & 10.* & dixit *Rot. in Calaguritana beneficij 23. Iunij 1645. coram bo: me: Arguelles, in Auenion̄ Attentatorum 10. Iunij 1648. coram me, & in Calaguritana beneficij de Alexanco 10. Nouembris 1651. coram R. P. D. meo Otthobono.*

3 Stante igitur appellatione, legitime interpoſita, & per Signaturam ſimpliciter admiſſa Inſtitutio obtenta ab Ordinatio Calaguritano, ac poſſeſſio per Ioannem capta, vna cum omnibus indè ſecutis remanſerunt nulla, & attentata *c. non ſolum de appell. in 6. l. vnic. in princ. ff. nil nou. app. pend. Bero. conſ. 116. num. 10 lib. 3. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. in præfat. in fin. Rot. deciſ. 593. num. 1. par. 1. recen. & deciſ. 102. num. 5. par. 5.*

Atque

Atque ideò cenſuerunt Domini, eſſe locum ſequeſtro, ne attentans gaudeat commodo vitioſæ poſſeſſionis *Archid. in can. quia res ſub nu. 9. verſ. ex quibus iuribus 11. quæſt. 1. Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 91. & deciſ. 251. vtrobique num. 1. Caual. deciſ. 175. num. 4. Gerunden. Vicariæ 3. Iulij 1645. coram R. P. D. meo Bichio, & in Calaguritana Beneficij de Logronno 19. Februarij 1649. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Alia per informantes deducta reiecta fuerunt ad petitorium, & ità altera tantum &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE Arnedo.

Lunæ 15. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Attentata eſt poſſeſſio intrà tempus datum ad appellañ, & fortius poſt interpoſitam, & admiſſam appellationem. Imò eſt locus ſequeſtro, ſiuè poſſeſſio fuerit capta, ſiuè non, & adducitur ratio.

SVMMARIVM.

1 *Attentata eſt executio intra x. dies datos ad appellan.*
2 *Attentata eſt poſſeſſio capta poſt interpoſitam, & admiſſam appellationem.*
3 *Sequeſtro eſt locus, quando poſſeſſio capta eſt attentata.*
4 *Sequeſtro eſt locus, ne fructus dilapidentur, etiamſi poſſeſſio non fuerit capta.*
5 *Attentatis renunciare videtur, qui patitur diſputari ſuper negotio principali.*
6 *Fallit, quando quis oppoſuit de attentatis, & cauſam ſuper eis commiſit.*

DECISIO CXXXVII.

PRAESVPPOSITA iuxtà ſtylum Tribunalis deciſione antecedenti, in hac cauſa edita, in qua firmatum fuit non conſtare de re iudicata, ex quo ſententia Ordinarij Burgeñ, lata ad fauorem Ioannis Alcades, erat appellabilis ad vtrunque effectum: Domini ſinè difficultate reſponderunt, conſtare de attentatis, & apponeñ eſſe ſequeſtrum; Nam ſententia prædicta lata fuit die 10. Iunij 1649. Executio vero die 14. & ſic non ſolũ intrà decẽ dies datos ad appellañ, quod ſufficit, vt executio dicatur attentata *cap. non ſolum de appellat. in 6. gloſſ. margin. in l. 1. ff. nil nou. app. interpoſit. Mantic. deciſ. 165. num. 1. & in Calaguritana Beneficij della Caſa della Reyna 15. Decembris 1645. & 11. Decembris 1647. coram Reuerendiſſimo Terracinen.*

2 Sed etiam poſt interpoſitam eadem die appellationẽ, & ab ipſo Ordinario Burgen. admiſſam *l. unica in princ. ff. nil. nou. appell. interpoſit. cap. dilectis 55. & ibi gloſ. verbo exequendum, & cap. ex parte 67. de appellat. Bero. conſ. 116. num. 10. lib. 3. Rot. coram Caual. deciſ. 592. num. 2. in Auenionen. Attentatorum 10. Iunij 1648. coram me, & in Calaguritana Beneficij 5. Nouembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Peutingerio.*

3 Et per conſequens venit apponeñ ſequeſtrum, etiamſi reuocetur in dubium, poſſeſſionem fuiſſe captam, quia aut illa capta fuit,
4 & eſt nulla, & attentata, Sin minus de ſequeſtro prouidendum venit, ne interim Beneficij fructus dilapidentur, vt pluries firmauit *Rot. & ſignanter in Gerunden. Vicaria 3. Iulij 1645. coram R. P. D. meo Bichio, in Calaguritana Beneficiorum 17. Februarij 1648. & in Calaguritana Beneficij de Entrena 3. Martij 1651. coram eodem.*

5 Nec refert, quod Ioannes Beltram de Arnedo paſſus fuerit, diſputari dubium ſuper negotio principali, ac proinde attentatis re-
6 nunciaſſe videatur; Nam dum ipſe dedit de attentatis, & cauſam ſuper eis commiſit, & in negotio principali non fuit lata ſententia, etiamſi paſſus fuerit diſcuti de bono iure, venit nihilominus ſuper illis audiendus ex notat per *Couarr. pract. quæſt. cap. 23. ſub num. 3. circa fin. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 4. limit. 15. ſub nu. 18. & per tot. Rot. corã ſa. me. Greg. deciſ. 91. n. 6. & ſeqq. vbi num. 8.* ſubdit quod ſi non ad inſtantiam Partis, ſaltem ex officio Iudicis veniunt reuocanda, *& in Romana Caſalis Trifuſellæ poſt Marcheſ. de Conim. par. 2. fol. 62. ſub num. 5.*

Et ità &c. Altera tantum &c.

BVRGEN. BENEFICIORVM.

Mercurij 31. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Literæ Apoſtolicæ habent executionem paratam, quando ſunt iuſtificatæ: Ex quibus autem reſultet iuſtificatio, tam circa vacationẽ, quàm circa reſeruationem, præſentiam in Curia, valorem, & ſimilia diſcutitur in Deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatæ, veniunt exequendæ.*
2 *Deciſiones Rotæ ſunt ſupponenda in alia diſputatione.*
3 *Teſtes duo ſufficiunt in omni materia.*
4 *Valor per non exceſſum probatur ex Teſtibus, deponentibus de publica voce, & fama.*
5 *Ad proban valorem per non exceſſum, ſufficit ſemiplena probatio.*
6 *Beneficia omnia de iure præſumuntur ſimplicia, quando non habent Populum, & Clerum.*
7 *Narratiua, quod beneficia ſint ſimplicia, remanet ſufficien. iuſtificata ex præſumptione iuris.*

DECISIO CXXXVIII.

D. Petrus Rodriquez de Peſquera obtinuit ſub die 26. Iunij præteriti, diſputari dub. An conſtet de reſeruatione, quæ ſuffragetur, Cumque illud ad eius fauorem fuerit reſolutum, expeditis literis inſteiit procedi ad vlteriora in diſputatione, An illę ſint exe-
1 quendæ; Et Domini, exequendas eſſe, cenſuerunt; Quia literę Apoſtolicæ quando ſunt iuſti-

iuſtificatæ, habeunt executionem paratam
cap.ſi quando de reſcript. cap.ſi capitulo, & ibi gloſſ.
verbo exequatur de conceſſ.præb.in 6.Mohed.dec.13.
circa med.vt lit.pend.& in rec.deciſ.45.& dec.506.
vtrobique num.1.par.1.& deciſ.283.eodem num.par.
7.& in Placentina Canonicatus 16. Decemb.1647.
coram R.P.D.meo Royas.

2 Iuſtificatio verò controuerti non poteſt,
quia vacatio per obitum Franciſci Subcolle-
ctoris Apoſtolici de menſe Iunij 1641. necnō
reſeruatio reſultat ex deductis in deciſione, in
hac cauſa emanata, quæ iuxtà ſtylum Tribu-
nalis ſupponenda venit, vt firmatum fuit in
deciſ.354.num.3.& 8.par.4.rec.

3 Quod idem Petrus tempore impetrationis
Beneficiorum, ſuper quibus cadit controuer-
ſia, eſſet præſens in Curia, & Canonicatum,
ac Præbendam in Eccleſia Toletana, necnon
Abbatiam Sancti Vincentij poſſideret, depo-
nunt duo teſtes, formiter examinati, in
Summ. Informantis num. 2. & 3. qui ſubdunt, ab
eodem Petro retineri alia quinque Beneficia
in diuerſis Eccleſijs, quorum fructus valorem
annuum ducat. bis mille de Camera non ex-
cedunt, & deſuper reſeruatæ ſunt diuerſis Per-
ſonis penſiones annuæ ſcutorū 2630. prout in
iiſdem literis narratum fuit, ex quorum
propterea depoſitionibus gratiam remanere
ſufficienter iuſtificatam, probat *text. in cap. in*
omni negocio, & in cap.licet de Teſtibus, l.vbi nume-
rus ff.eodem, Abb. in cap. quoties in princ. eodem tit.
Rot.in Melphien.Cantoriæ 2. Martij 1646.coram R.
P.D.meo Otthobono.

4 Et ex iiſdem Teſtibus, quorum alter depo-
nit ex certa ſcientia, alter verò de publica vo-
ce, & fama probatus remanet valor eorundē
beneficiorum, expreſſus in ducat. 24. per non
exceſſum *Mantic.deciſ.132.num.4.Caual.dec.517.*
eodem num.& deciſ.572.num.3.& in rec. deciſ.140.
num.2.& ſeq.& deciſ.257. nu.4. par. 1. Ad quem
5 effectum ſufficere etiam ſemiplenam proba-
tionem, aduertit *Garz.de beneſ. par. 5. cap.3.nu-*
mer.198. Rot.in dicta Melphien. Cantoriæ coram R.
P. D. meo Otthobono, & in Placentina Beneficij 27.
Maij 1647.coram Reuerendiſſ.Terracinen.

6 Demum, quod præfata Beneficia ſint ſim-
plicia, nec perſonalem reſidentiam requirant,
ſufficien̄ iuſtificatur ex datis in *Sum.ſub num.5.*
Et tamen probatio huiuſmodi non erat neceſ-
ſaria, cum de iure omnia Beneficia præſumā-
tur ſimplicia, quando non habent Populum,
7 & Clerum, & talis præſumptio ſufficit pro
iuſtificatione dictæ narratiuę, vt notat *Gonzal.*
ad reg.8.gloſ.6.num.91.Aegid. deciſ.675. in princip.
Caual.deciſ.55.num.5.Buratt.deciſ.300.nu. 3. & in
rec.deciſ.101.num.8.& deciſ.257.num.1.par.1.

Et ex his, alijs omiſſis tanquam non rele-
uantibus, Domini pro informante reſponde-
runt &c.

COLONIEN. MATRIMONII.

Luna 4. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Recurrens ad Iudices Laicos quæ facere debeat, vt poſſit audiri in iuribus ſuis.

SVMMARIVM.

1 *Recurſus ad Iudices laicos præbent iuſtam cauſam, denegandi audientiam.*
2 *Identitas Cauſæ ex quibus probetur.*
3 *Clauſula,* quam, & quas, Et cum annexis, & dependentibus, *operatur comprehenſionem omnium, quæ pendent à negocio principali.*
4 *Recurſibus ad Iudices laicos non ſufficit renunciare verbaliter.*
5 *Verba non ſufficiunt, vbi facto opus eſt.*
6 *Recurrens ad Iudices laicos, vt poſſit audiri, debet remouere omnia impedimenta præſtita.*

DECISIO CXXXIX.

1 DOMINI, omiſſis pluribus hinc indè
deductis, ex eo tantum fundamento
cenſuerunt, obſtare recurſus, ad effectum de-
negandi audientiam, quia pendente judicio in
Rota non licebat Gaſpari, adire Iudices laicos
pro impedienda executione mandati relaxati
per Officialem Colonien̄ Iudicem Eccleſiaſti-
cum iuxtà *text.in cap.exceptionem 12. vbi doct.de*
except.& in clem.1.eod.tit. Rot.coram Buratt. deciſ.
446.num.2.& 3.& in rec.deciſ.491. num.6. part.2.

2 Recurſus verò prædicti controuerti non
poſſunt, quodque fuerint habiti in hac cauſa:
Nam benè iuſtificantur ex verbis eorumdem
recurſuum *Summ.num.9.& 10.* ibi, *cum Gaſpar à*
diuerſis Decretis, & principaliter 22.& 29.Nouem-
bris 1649.per Electoris Colonien. Officialem ipſi con-
trarijs, & in Annæ Richmundæ fauorem latis ſit ſum-
mè granatus &c. Nam Decreta, in quibus con-
demnatur Gaſpar, ad duccn̄ in Vxorem An-
nam, vel illam dotan̄ in Tallaris 6. mil. ob de-
florationem per ipſam paſſam; facta fuerunt
ſub iiſdem diebus 22. & 29. Nouembris anni
1649. ita vt de identitate cauſæ dubitari non
3 poſſit. Et maximè attenta Commiſſione ap-
pellationis munita ſolitis clauſulis, *quam, &*
quas, & cum annexis, & dependentibus &c. quæ
comprehendunt alimenta, damna, & intereſ-
ſe eidem Annæ debita, vt dixit *Rot. deciſ. 360.*
num.3.& 4.par.1. rec.in Barchinonen. Iuriſdictionis
18.Iunij 1640. coram Card. Panzirolo, & in Cala-
ritana Attentatorum 28.Aprilis 1651.coram R.P.D.
meo Bichio.

4 Non obſtat renunciatio facta dictis recurſi-
bus, quia vti merè verbalis non venit atten-
5 denda: quando enim facto opus eſt, verba
non ſuficiunt *l.non omnes §.fin.ff.de re milit.l. pe-*
culium 4. ff. de pecul. Berou. conſ. 196. ſub num. 1.
verſ.quia vbi facto lib.1. Rot. in Anconitana Mannæ
2.Iunij 1649.coram R.P.D.meo Corrado.

6 Et quod requiratur vera, & realis reuoca-
tio impedimentorum, adeò vt Anna poſſit
exe-

Digitized by Google

exequi ſua mandata, ſuper quibus Signatura per duas vices reſcripſit cum clauſula, *ſine præiudicio*, dixit *Rot. deciſ.* 744. *ſub num.* 4. *verſ. non obſtat, & numeris ſeqq. par.* 4. *tom.* 3. *rec. & dec.* 173. *à num.* 10. *part.* 6.

Et ità &c.

ROMANA HAEREDITATIS DE Gratianis.

Veneris 15. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Super re alienata lite pendente poteſt recta via, & abſque nouo proceſſu executio fieri, etiam contra ſingularem ſucceſſorem, quamuis alienatio prædicta facta fuerit àuthoritate Iudicis, & maximè ſi idem Tertius fuerit citatus.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè procedi non poteſt contra Tertium.*
2 *Litigioſi vitium tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem.*
3 *Et ideò contra eum procedi poteſt recta via abſque nouo proceſſu.*
4 *Litigioſa res prohibetur alienari non ſolum propter fraudem, ſed etiam, ne effectus rei iudicatæ reddatur eluſorius.*
5 *Litigioſi vitium an habeat locum in alienatione, facta ex cauſa Dotis.*
6 *Onus dotandi filiam principaliter ad patrem ſpectat.*
7 *Litigioſa res ſi fuerit alienata, an requiratur Citatio contrà poſſeſſorem.*

DECISIO CXL.

CVM Domus, de quibus agitur, ſint de hæreditate Octauij Gratiani, cui ab inteſtato pro medietate ſucceſſit Franciſcus, & pendente iudicio immiſſionis fuerint per Lelium alienatæ in Attauantem, non eſt dubitañ, quod effectæ fuerint litigioſæ, & conſequenter quod mandatum de immitteñ, ſuper illis obtentum, veniat exequeñ, prout Domini reſoluerunt, non obſtante quod idẽ
1 Attauantes excipiat, ſe eſſe Tertium, contra
quem regulariter exequutiuè procedi non
poteſt iuxtà Theoricam *Alex. in l. à Diuo Pio
§. ſi ſuper rebus num.* 28. *ff. de re iudic. Iaſ. in l. quedam §.* 1. *num.* 6. *ff. de eden. Rot. coram ſan. me. Gregor. deciſ.* 22. *num.* 1. *deciſ.* 330. *num.* 2. *& deciſ.* 362. *nu.* 6. & ibi *Add. num.* 12.

2 Etenim vitium litigioſi tranſit etiam in ſin-
gularem ſucceſſorem, vt eſt *text. in l. fin. C. de litigioſ.* & firmauit *Rot. coram Durano deciſ.* 364. *num.* 28. *& in rec. deciſ.* 599. *num.* 33. *part.* 4. *tom.* 3.

3 Contra quem propterea poteſt recta via abſ-
que nouo proceſſu exequi mandatum, iam relaxatum, vt docet *Bart. in dicta l. fin. circa med. verſ. Ego autem C. de legit. hæred. Bald. in l.* 2. *num.* 4. *verſ. addo vnum notabile eod. tit.* & probat *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 4. *§.* 5. *num.* 9. pluresque cumulat *Peregr. de Iur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 27. *Rot. in Romana Domus de Cintijs* 26. *Iunij* 1626. *coram Manzanedo.*

4 Non obſtat, quod talis alienatio facta fuerit
authoritate Iudicis, qua ſtante ceſſat omnis ſuſpicio fraudis: Nam alienatio rei litigioſæ non ſolum eſt prohibita ratione fraudis, ſed etiam ne effectus ſententiæ, & rei iudicatæ reddatur eluſorius, & deterior efficiatur conditio Creditoris ad *text. in cap. Eccleſia S. Mariæ* 3. *vt lit. pend. Couarr. pract. quæſt. cap.* 15. *num.* 7. Et pluribus comprobat *Parlador. loco proximè citato, Gail. pract. obſeruat. cap.* 118. *num.* 2. *Capiciuslatro deciſ.* 170. *num.* 70.

5 Minus facit, quod alienatio emanauerit ex
cauſa Dotis Caſandræ, nuptæ eidem Franciſco, Nam vltrà reſponſiones datas in deciſione huius cauſæ 26. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Bichio, exiſtimaruut Domini, ceſſare difficultatem, quia cum Lelius haberet bona
6 propria, ex quibus filiam dotare poterat, talis
Dos non erat ſoluenda ex bonis Octauij, ſed benè ex bonis ipſius Lelij, ad quem principaliter onus dotandi ſpectabat per *text. in l. vlt. C. de dot. promiſſ. Rot. deciſ.* 28. *num.* 1. *& deciſ.* 58. *eodem num. part.* 5. *rec. & in Romana fideicommiſſi de Fuſchis* 19. *Decembris* 1640. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

7 Et eo facilius reſponderunt Domini pro
executione, quia habita per Franciſcum notitia dictæ alienationis curauit, Attauantem ſemper citari iuxta notata per *Alex. in l. à Diuo Pio §. in venditione num.* 34. *ff. de re iudic. Mantic. deciſ.* 7. *num.* 4. *Duran. deciſ.* 88. *num.* 11. cum alijs pluribus per *Gratian. cap.* 502. *à num.* 22. *ad finem.*

Et ità &c.

BONONIEN. SVCCESSIONIS.

Lunæ 18. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum conſtitutum à fœmina ad fauorem filiæ, & deindè filiorum, ac deſcendentium maſculorum eiuſdem filiæ comprehendit tàm maſculos deſcendentes ex maſculis, quam eis deficientibus, maſculos deſcendentes per aliam fœminam.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi non fuerit interpoſita, vel proſecuta in tempore ſententia tranſit in iudicatum.*
2 *Idem eſt non appellare, & debito tempore appellationem non proſequi.*
3 *Deciſiones Rotales oſtendunt iuſtitiam ſententiæ.*
4 *Fideicommiſſarius poteſt agere contra hæredes alienantis bona fideicommiſſi pro pretij reſtitutione, ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter alienauerit.*
5 *Imò eſt in facultate ipſius, agere etiam pro recuperatione bonorum alienatorum contra tertios poſſeſſores.*
6 *Maſculi, deſcendentes ex filia fœmina ſi fuerint vocati, veniunt etiam Maſculi, deſcendentes per aliã fœminam.*
7 *Et tunc non agitur de extenſione fideicommiſſi, nec*

de inducendo nouo grauamine, ſed de illius continuatione.

8 *Et eadem ratio militat in Maſculo deſcendente immediatè per fœminam, ac in maſculo deſcendente mediatè per aliam fœminam.*

9 *Ratio conſeruandæ agnationis ceſſat, ſi fideicommiſſum fuerit conſtitutum à fœmina, & primo loco vocata alia fœmina.*

10 *Ceſſante ratione conſeruandæ agnationis, vocatio maſculorum comprehendit non ſolum maſculos deſcendentes ex maſculis, ſed ijs deficientibus maſculos deſcendentes ex fœminis.*

11 *Item ſi Teſtator habuit pro ſynonymis verbum, filios, & verbum,* deſcendentes.

12 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*

13 *In dubio ſtan. eſt declarationi Donantis.*

14 *Declaratio non poteſt fieri in præiudicium Tertij, poſtquam illi fuit ius quæſitum.*

Fallit, quando diſpoſitio eſt dubia, & declaratio inſeruit pro adminiculo, nec habet vim nouæ diſpoſitionis eodem num.

15 *Statutum correctorium iuris communis, extendi non debet.*

16 *Donatio facta pro nuptijs in genere, non contemplata certa perſona, non dicitur correſpectiua ad dotem.*

DECISIO CXLI.

1 OB non interpoſitam appellationem in tempore, & non proſecutionem illius intra biennium cenſuerunt Domini, ſententiam Rotalem feciſſe tranſitum in iudicatum *cap. quod ad conſultationem de re iudic. Clem. ſi appellationem, & Clem. ſicut de appellat.* Cum
2 idem ſit non appellare, vel intra debitū tempus appellationem non proſequi *l. fin. §. Illud etiam C. de temp. appell. Rot. in Aquilana Iuriſpatronatus 4. Iunij 1646. coram Eminentiſſ. Card. Corrado, & in Caietana bonorum 3. Decembris eiuſdem anni coram R. P. D. Cerro.*

3 Iuſtitia verò eiuſdem ſententiæ, ſine qua non intrat res iudicata, patet ex deciſionibus editis coram R. P. D. meo Bichio, in quibus firmatur D. Aurelium Maluetium hæredem pro medietate Camillæ alienantis, teneri pro medietate ad reſtitutionem pretij bonorum alienatorum per d. Camillam eius auctricem, & ſic ad lib. 7583. vna cum fructibus à die Compromiſſi vſque ad executionem ſenten-
4 tiæ; Nam cum bona, de quibus agitur, eſſent ſuppoſita fideicommiſſo, condito per Dorotheam de Bonfiolis, poteſt hæres grauatus, qui alienauit, cogi ad pretij reſtitutionem ſiue ſcienter, ſiue ignoranter alienauerit, vt diſponit *text. in l. quidam 25. §. fin. ibique Bart. num. 1. verſ. Secundo nota ff. ad Trebell. Alex. conſ. 3. num. 3. & ſeq. lib. 3. Gabr. conſ. 118. num. 3. lib. 1. & conſ. 44. num. 22. lib. 2. Petra de fideicomm. quæſt. 3. num. 37. Odd. de ſubſtit. quæſt. 47. num. 8. & 9. Peregr. de fideicomm. art. 45. num. 13. & art. 46. num. 26.* vbi fir-
5 mat, eſſe in facultate fideicommiſſarij, agere pro conſequutione pretij contra alienantem, vel pro recuperatione bonorum contra tertios poſſeſſores *Cephal. conſ. 761. num. 14. & 15.* optimè *Rot. coram Merlino deciſ. 831. num. 1. cum alijs relatis à Cyriac. contr897. §. num. 25. & per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 558. num. 1. in fin. & quæſt. 627. num. 54. & ſeq.*

6 Fideicommiſſum autem controuerti non poteſt; Nam illud eſt literale, & vocatio DD. de Albergatis patet ex eo, quia Dorothea voluit, bona ſua peruenire ad filios, & deſcendentes maſculos Camillæ eius filiæ, quales ſunt ijdem de Albergatis, qui cùm ſint maſculi, & deſcendentes Camillæ ex Hyppolita filia prædefuncta, dicuntur habere qualitates requiſitas à Donatrice *Soccin. Sen. in l. Gallus §. nunc de lege num. 5. ff. de delib. & poſth. Rub. Alex. conſ. 22. num. 11. verſ. Quartus caſus, Giouagn. conſ. 11. nu. 43. & ſeqq. lib. 2. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 18. num. 16. & ſeqq. & probant relati per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 404. num. 7. Rota in Nucerina fideicommiſſi prima Iulij 1650. coram R. P. D. meo Meltio.*

7 Etenim hodie non agitur de extenſione fideicommiſſi, & de inducendo nouo grauamine, nec minus in concurſu cum filijs maſculis ipſius Camillæ, in quibus terminis loquūtur DD. exaduerſo allegati, ſed agitur de continuatione eiuſdem fideicommiſſi in fauorem pronepotum, quo caſu non eſſe locum reſtrictioni, docet *Ruſtic. in l. cum Auus lib. 6. cap. 12. num. 1. & ſeqq. de condit. & demonſtr. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. num. 16. & ſeqq. Gratian. diſcept. for. cap. 687. num. 6. & ſeq. cum alijs adductis per Modern. Eugubin. contr. 82. num. 16.*

8 Imò eadem ratio militat in maſculo, immediatè deſcendente ex fœmina filia donatricis, ac in alio deſcendente mediatè per aliam fœminam, quia omnes ſunt deſcendentes, vt benè in propoſito pōderat *Imol. in l. ſi ita ſcriptum num. 8. ff. de leg. 2. Odd. conſ. 39. num. 53. Gabr. conſ. 96. ſub num. 27. verſ. exiſtimari lib. 1. Mart. conſ. 61. num. 20. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. nu. 36. Rot. deciſ. 6. circa med. verſ. confirmatur par. 1. diuerſ.*

9 Vndè cum fideicommiſſum ſit conſtitutum à fœmina, & in eo fœmina primo loco vocata fuerit, ac proinde ceſſet ratio conſeruandæ agnationis concurrente tantummodo qualitate maſculinitatis, nempe, quod Dona-
10 natrix magis dilexit genus maſculinū, quam fœmininum; vocatio de deſcendentibus maſculis Camillæ habet etiam locum in nepotibus maſculis, deſcendentibus ab eadem Camilla, vt benè in propoſito ratiocinatur *Mantic. de coniect. d. lib. 8. tit. 18. num. 17. & ſeqq. & de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 19. Alciat. conſ. 15. num. 1. & ſeqq. lib. 8. & conſ. 104. à princ. lib. 9. Ruin. conſ. 120. nu. 8. & 9. vol. 1. Molin. de primog. Hiſp. lib. 3. cap. 5. num. 48. & 49.*

11 Quinimò eadem vocatio reſultat ex alia parte donationis, in quà donatrix voluit, quod dicta bona perueniant, & æquis portionibus ſpectent ad filias fœminas dictæ Camillæ, vt ſupra, quarum appellatione veniunt quoque deſcendentes ex filiabus, dum ipſa parificauit vtramque ſubſtitutionem cum dictione repetitiua, *vt ſupra*, & habuit pro ſynonymis verbum *filios*, & verbum *deſcendentes*, *Curt. iun. conſ. 113. num. 8. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 36. nu. 57. Menoch. præſ. 94. num. 27. lib. 4. Mantic. de coniect. lib. 8.*

Digitized by Google

lib.8.tit.8.num.21. Fuſar.de ſubſtit.q.320. num. 78.

12 Neque eſt ambigendū, Donatricem id expreſsè ſenſiſſe, dum in donatione dixit, quod bona ſua poſt mortem Camillæ in totum perueniant ad eius filios, & deſcendentes maſculos; ſubiungendo, *ſi filios maſculos habuerit*, non facta mentione deſcendentium; ſignum euidens, quod ſub verbo, *filios*, illos intendebat comprehendere, dum ſupra expreſsè vocauerat, & infra pariter in illis verbis, ibi, *quatenus Camilla decederet ſine filijs maſculis, & fœminis, voluit bona deuenire ad DD. de Bonfiolis eius Patruos*, quæ vltima ſubſtitutio cenſetur facta in defectū deſcendentium maſculorum, quos Donatrix ſupra vocauerat, licet vſa tantummodò fuerit verbo *filios*, cum vna pars teſtamenti aliam declaret *Menoch. conſ.328. ſub num.21. verſ. decimo confirmatur, Fuſar.* qui alios cumulat, *de ſubſtit.quæſt.242.nu.123.Rot.dec.109. num.12.par.5.recent.*

13 Et ad tollendam omnem difficultatem, datum fuit per DD. de Albergatis Inſtrumentum publicum, in quo ipſa Dorothea donatrix de anno 1638. declarauit expreſsè, ſub tali diſpoſitione voluiſſe comprehendere nepotes, & omnes deſcendentes Camillæ tam per lineam maſculinam, quàm fœmininam, quæ declaratio omnino attendenda venit *iuxta tex. in cap.ſi verò il ſecondo, verſ. vel ſi hoc dubium, ibique gloſ. verbo propria manu de ſent. excom. Alex. conſ.52.num.25.lib.4.Curt.iun. conſ.56.ſub nu. 10. verſ.debemus itaque, Aym.conſ.234.num.4. Mantic. de tacit.lib.11.tit.5.num.22.* & in his terminis de declaratione facta ex interuallo firmauit *Rota coram Seraph.deciſ.837.num.14.*

14 Nec dicatur, quod huiuſmodi declaratio non potuerit fieri in præiudicium Aurelij, & poſtquam illi fuerat ius quæſitum, quia obiectum poſſet fortaſſe procedere, ſi diſpoſitio eſſet clara, & perfecta, & declaratio contineret nouam diſpoſitionem, ſuper qua DD. de Albergatis fundarent eorum vocationem; Secus verò cum diſpoſitio ſit dubia, & declaratio deducatur tantummodò pro adminiculo, & ad magis probandam mentem, & intentionē Donatricis *ad text.in l.hæredes palam §.ſed etſi notam, ff.de teſtam.Dec.conſ.25.num.2.ad med. Rot.in Lauretana iuriſdictionis 23. Ianuarij* 1617. *coram Sacrato.*

15 Demum non obſtat Statutum Bononiæ *in rub.de dotis reſtitutione §. Item dicimus il ſecondo*, præbens poteſtatem mulieri teſtandi de dote, non obſtante quouis pacto; quia in præſenti caſu non agitur de dote, ſed de pacto appoſito in donatione omnium bonorum, facta ſorori, antequam nuberet, de qua ſanè Statutum non loquitur; itaut propterea tanquam correctorium ad illam extendi non debeat *Menoch.de recup.rem.15.num.268.Put.deciſ.350.lib.2. benè Gionagn.conſ.99.num.5.lib.1.Rot.Bonon.diuerſ. deciſ.112.num.33. & ſeqq.*

16 Nec dicatur, quod in prohęmio donationis Donatrix id facere declarauerit, quia ſoror magis quam patrui, egebat bonis, vt decentius nubere valeat, quia non propterea comprehenditur ſub hoc Statuto loquente de dote data, vel promiſſa, nam aliud eſt dotem dare, vel promittere, aliud verò donare, vt decentius nubere poſſit, cum nec etiam iſto ſecundo caſu donatio poſſit dici correſpectiua ad dotem, vel ad futurum matrimonium, ex quo loquitur de nuptijs in genere, non autem cum certa perſona, *Rot.deciſ.20. num. 5. & ſeqq.& deciſ.251.num.1.& per tot. par. 5. recent. in Romana, ſeu Aeſina donationis 23. Martij 1640. coram Reuerendiſſ.Terracinen.& in Romana fideicommiſſi de Incoronatis 5.Martij eiuſdem anni coram Pirovano.*

Vndè ex prædictis, alijs melius deductis in deciſionibus R. P. D. mei Bichij reſponſum fuit, conſtare de re iudicata. Vtraque parte informante &c.

LICIEN. ADMINISTRATIONIS.

Luna 18. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Ratio non poteſt dici ſufficiens reddita, niſi exhibeatur Inuentarium, legitimè confectum, & de bonis inuentariatis fidele computum, ac pupillo conſignentur quietantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur Inuentarium conficere:*

2 *Inuentarium debet continere claram, & diſtinctam deſcriptionem bonorum, non autem genericam, & confuſam.*

3 *Paria ſunt Inuentarium non conficere, vel illud imperfectè conficere.*

4 *Inuentarium non ſuffragatur, quando non continet integram deſcriptionem bonorum.*

5 *Scientia præſumitur in ijs, quæ tangunt intereſſe proprium.*

6 *Cambia non debentur, niſi concurrentibus requiſitis neceſſarijs.*

7 *Partita ſolutionum debent cum quietantijs iuſtificari.*

8 *Tutor tenetur conſignare pupillo quietantias ſolutionum factarum.*

9 *Pater tenetur dotare filiam.*

10 *Et tale onus tranſit in quemcumque poſſeſſorem bonorum ipſius patris.*

DECISIO CXLII.

1 RESOLVTVM fuit, non conſtare de ſufficienti redditione rationis, & ſic perſiſtendum eſſe in deciſis ſub die 25. Februarij 1647. coram Eminentiſſimo Cardinali Otthobono. Nam, cum Nicolaus ſuſceperit tutelam, & curam Matthęi Natalis eius ex Leonardo fratre nepotis cum obligatione reddendi bonum, & fidele computum, tenebatur in primis Inuentarium conficere; cum illud ſit principium, & caput redditionis rationis, *vt eſt tex. in l. 1. §. de ſeruis, ff. de tutel. & ration.diſtrah.Bart.in l.Tutor qui reperrorium nu.1. & ſeqq. ff. de adminiſt. tut. Rolan. conſ. 49. numer.18.& 19.lib.1.Rota coram Seraphin. dec.1473. num.1.*

numer. 1. & in recent. deciſ. 197. in fin. part. 6.

2 Illud autem, quod fuit exhibitum, non videtur tale, quod eidem ſuffragari poſſit; cum non contineat claram, & diſtinctam bonorũ deſcriptionem, ſed genericam, & confuſam, abſque expreſſione qualitatis, & quantitatis, itaut rerum pupillarium nulla poſſit certitudo haberi, vt patet ex illis verbis, ibi, *Vna Maſſaria nominata li Mercianti. Item vn'altra Maſſaria con oliue, terre, e frutti; Vna ſeſta parte dell'heredità di Giacomo Perſonè. Item pecore, e capre num.* 120. & ſimilia, vt benè in propoſito aduertit *Rolan. de inuent. quaſt. 106. num. 1. Eſcobar. de ratiocin. cap. 9. num. 67. & ſeq. Natt. conſ. 574. & 575 vtrobiq. num. 1. & ſeqq. Surd. deciſ. 222. num. 3. cum alijs pluribus relatis in Anconitana cenſuum 24. Februarij 1643. coram R. P. D. meo Roias.*

3 Etenim paria ſunt, Inuentarium non conficere, vel illud minus legitimè, & imperfectè conficere *l. ſed ſi* 11. *§. 1. & ibi gloſſ. verbo apparet, ff. de inſtit. act. l. quoties 6. ff. qui ſatiſd. cog. Montan. de offic. Tut. quaſt. 32. reg. 5. num. 78. Rolan. de inuent. quaſt. 110. num. 4. Surd. eodem tractat. quaſt. 275. numer. 2. Mar. Antonin. var. reſolut. lib. 2. reſolut. 8. nu. 8. Rota coram Verall. deciſ. 119. num. 3. par. 2. in Maceraten. redditionis rationis 13. May 1642. coram bon. mem. Merlino, extenſa per R. P. D. meum Meltium, & in Bituntina cenſus 24. May 1647. coram Eminentiſſimo Card. Corredo.*

4 Imò in eodem Inuentario non fuerunt deſcripta quam plura corpora, & ſignanter portio legitimæ, debitæ pupillo in bonis Matthæi ex perſona patris, nec non rata dotis maternę, & portio Maſſariæ nuncupat. *dell'Aquarole*, propter quarum omiſſionem non poſſe frui beneficio Inuentarij, notat *Bald. in l. fin. §. cum igitur num. 8. Cod. de iure deliber. Soccin. conſ. 159. num. 3. lib. 2. Dec conſ. 633. num. 10. Honded. conſ. 34. num. 20. lib. 1. Surd. de Inuent. hared. quaſt. 275. nu. 1. in fine.*

5 Nec poteſt Nicolaus excuſari prætextu ignorantiæ. Nam quoad prima duo corpora ſcientia videtur clara, dũ ipſe vti Frater Leonardi debebat conſequi eaſdem portiones ad notat. per *Bartol. in l. in bonorum num. 3. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. Roman. conſ. 481. ſub num. 8. Soccin. iun. conſ. 67. ſub num. 11. lib. 3. Rot. coram Caualer. dec. 3. num. 5. & deciſ. 151. num. 13.*

Vlterius defecit idem Nicolaus non ſolum in confectione Inuentarij, ſed etiam in reddenda ratione de bonis in eo deſcriptis.

6 Nam eſto, quod libri fuerint exhibiti, adhuc relatio Peritorum erronea detegitur, & redditio rationis non poteſt ſuſtineri in ducatis 523. quæ prætenduntur ſoluta Angelo Seraphino pro interuſurijs, & fructibus cambij, dum non conſtat de requiſitis neceſſarijs, & in ſpecie de tranſmiſſione pecuniarum ad nundinas, & de ſolitis literis, ſeu diſpaccijs, ſine quibus, cambia non deberi, diſponit expreſsè Conſtitutio ſanct. mem. Pij Quinti Bullario nouo tom. 2. in ordine 118. & firmat *Nauarr. in Manual. cap. 17. tit. de vſur. circa cambia verſic. quare. Rota deciſ. 173. num. 3. poſt ſecundum volum. conſ. Farinac.* & concordantes referunt *Adden. ad Buratt. deciſ. 532. num. 8.* ac firmatum fuit *in Romana Camby 17. Februarij 1642. in Licien. pecuniaria 29. May 1642. & in Romana, ſeu Ianuen. pecuniaria 1. Iulij 1644. coram R. P. D. meo Bichio.*

7 Præſertim quia de dicta parutta, prout de alijs contentis in eadem relatione nullæ exhibentur quietantię, vt voluit *Ancharan. conſ. 330. nu. 7. circa med. verſ. Item deficiunt, Soccin. conſ. 92. ſub num. 12. verſ. quintò, & vltimò lib. 4.* Quæ

8 etiam pupillo erant reſtituendæ *ad text. in l. cum ſeruus 81. ff. de condit. & demonſtr. Rota deciſ. 743. num. 6. part. 4. diuerſor. & in dicta Maceraten. redditionis rationis 13. May 1642. coram bon. mem. Merlino.*

9 Prout pariter ſuſtineri non valet reſpectu bonorum, quæ tradita fuerunt in dotem pro ſcutis 750. Mariæ pupilli amitæ, & pro ea Donato Antonio Caragnolo illius ſponſo, quia onus dotandi non ſpectabat ad dictum pupillum, ſed benè ad Matthæum eiuſdem mulieris patrem *ad text. in l. final. Cod. de dot. promiſſ. l. qui liberos 19. ff. de rit. nupt. Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 15. num. 5. Giurb. deciſ. 45. num. 27. & ſeqq.* & fuit dictum *in Terracinen. fideicommiſſi 4. Iulij 1646. coram Eminentiſſimo Card. Otthobono.*

10 Nec refert, quod Leonardus eſſet hæres Matthæi, nam vltra quod fuit grauatus reſtituere, cum adſint bona Matthæi patris non tenebatur dotare de proprio, ex quo onus dotandi inhæret iiſdem bonis, ac propterea tranſit etiam in fideicommiſſarium vniuerſalem, & quemcumque alium dictorum bonorum poſſeſſorem, vt dixit *Rota deciſ. 28. num. 2. & ſeqq. & deciſ. 58. num. 1. par. 5. recent. cum alijs in Vrbenetana Legati 4. Maij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ità reſolutum fuit vtraque &c.

MELEVITANA BONORVM.

Veneris 19. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario datur immiſſio vigore ſubſtitutionis contentæ in donatione, non obſtante quod donatio prætendatur ſimulata, ſi non concurrant coniecturæ, & cauſa ſimulandi; denegatur autem contra legitimum contradictorem, & titulo poſſidentem.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio, quando eſt literalis, non admittit controuerſiam.*
2 *Teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua non probant.*
3 *Simulationis præſumptio ceſſat in pacto, à iure permiſſo.*
4 *Confeſſio, iuramento munita, non poteſt impugnari ab eo, qui habet cauſam à confitente.*
5 *Saluianum datur vigore obligationis, & hypotecæ, appoſitæ pro obſeruantia donationis.*
6 *Fideicommiſſum poteſt fieri in contractu.*
7 *Remedium l. fin. non competit contra legitimum contradictorem, & titulo poſſidentem.*
8 *Bona, data in dotem ineſtimata, cum pacto illa reſtituen-*

ſtituendi, non tranſeunt in dominium Viri.

9 *Permutatio operatur, vt bona accepta ſint eiuſdem naturæ, prout erant bona dimiſſa.*

10 *Fideicommiſſario competit immiſſio ſuper bonis, ſubrogatis pro fideicommiſſo, prout ſuper eiſdem bonis fideicommiſſarijs.*

11 *Bona tranſeunt cum onere ſuo ad quemcumque vadant.*

DECISIO CXLIII.

IN deciſione, edita 1. Februarij 1651. coram Eminentiſs. Card. Otthobono, reſolutum fuit Ven. Cumulo Charitatis Melitæ, & Hoſpitali S. Spiritus donatarijs Ioannis cõceden. eſſe immiſſionem ſuper Prædijs, nuncupatis Taxitin, & Tameimun, detentis per PP. S. Dominici; Iſtis verò eſſe denegan. ſuper alijs bonis à Virginia relictis, & per Cumulum, ac Hoſpitale poſſeſſis: Hodiè repropoſita cauſa ſuper ijſdem, quoad primam partem Domini perſtiterunt in reſolutis, & quoad ſecundam cenſuerunt deciſionẽ eſſe reforman.

1 Etenim reſpectu primæ partis clara viſa fuit ſubſtitutio in fauorem Cumuli, & Hoſpitalis, contenta in Inſtrumento donationis factæ per prædictum Ioannem Virginiæ filiæ de anno 1584. Itaut illa tanquam literalis nullam prorſus controuerſiam admittat. *Rot. coram Duran. deciſ. 126. ſub num. 1. & in Bonon. ſucceſſionis 4. Maij 1646. coram R.P.D meo Bichio.*

2 Exceptio verò, quod talis donatio fuerit ſimulata, ceſſat ex deductis in deciſione, quæ reuidetur. Nam cauſa ſimulandi non adeſt, vel non rectè probatur ex teſtibus ſingularibus, datis in *Summ. ſub num.* 6. qui cum diuerſimodè deponant de eodem actu, dicuntur ſingulares ſingularitate obſtatiua iuxta theoricam *Felin. in cap. licet ex quadam 47. ſub num. 2. col. 5. verſ. eſt enim duplex de teſtib. Rol. conſil. 33. num. 9. lib. 2. Farin. de Teſtib. q. 64. num. 54. Rot. in Carpentoraten. hæreditatis 28. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Bichio, cum pluribus adduct. per Cyriac. controu. 487. num. 1. & ſeqq.*

3 Coniecturæ verò alias cumulatæ ſunt leues, & illa, nouiter ponderata ex facultate conceſſa Angelicæ alienandi bona in vita donantis, & reuocata poſt mortem eiuſdem, non inducit præſumptionem ſimulationis, dum tale pactum non reperitur prohibitum, ſed potius à Iure permiſſum, vt aduertit *Aymon. conſ. 319. num. 9. in fine, Rot. deciſ. 201. nu. 42. & 43. par. 7. in rec. & coram ſanct. mem. Gregor. deciſ. 195. num. 9. & 10. & deciſ. 459. num. 9.*

4 Ceſſat pariter altera exceptio defectus dominij penes donantem, quia, cum Virginia, & Angelica ipſo mortuo de huiuſmodi bonis tanquam paternis diſpoſuerint in Inſtrumento matrimoniali, talis confeſſio iuramento munita non poteſt impugnari à Patribus, qui cauſam habent ab ijſdem mulieribus *Bald. conſ. 339. num. 3. lib. 3. Ruin. conſ. 50. num. 13. lib. 1. Aym. conſ. 29. num. 1. Rot. deciſ. 274. eodem num. & deciſ. 277. num. 4. par. 7. rec.*

5 Rectè igitur firmatum fuit, Cumulo, & Hoſpitali dandam eſſe immiſſionem ſuper bonis donatis, exaduerſo poſſeſſis, Tàm ex hypotheca appoſita in donatione pro eius obſeruantia, vt dicit *Rot. poſt Pacif. de Salu. i terd. deciſ. 292. num. 2. & ſeq. in rec. deciſ. 539. nu. 1. par. 4. & deciſ. 347. eodem num. par. 5. & in Melevitana hæreditatis 17. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Ronero.*

6 Quam etiam vigore fideicommiſſi, in eadem donatione conſtituti, quod poſſe fieri in contractu diſponit *text. in l. quoties C. de donat. quæ ſub mod. Marzar. de fideicom. par. 2. quæſt. 2. verſ. Nihilominus, Fuſar. de ſubſtit. q. 303. nu. 78.* Et firmatum fuit in *Bononien. fideicomm. 4. Maij 1648. coram me.*

7 Et ex ijſdem rationibus benè denegarunt Domini immiſſionem Patribus vti hæredibus Virginiæ; Nam cum Cumulus, & Hoſpitale poſſideant bona controuerſa titulo legitimo donationis, dicuntur legitimi contradictores ad impediendam immiſſionem Patribus, venientibus ex teſtamento Virginiæ, vt notat. *Bart. in l. fin. numer. 21. verſ. ſecundo caſu,* ibique *Zuccard. num. 403. C. de edict. D. Adr. toll. Menoch. de adipiſc. rem. 4. num. 610. Rot. in rec. deciſ. 427. num. 3. & 4. par. 7. in Romana domus 4. Maij 1648. coram R. P. D. meo Bichio, & in Melevitana fideicommiſſi 20. Iunij 1650. coram Eminentiſſimo Card. Otthobono.*

8 Verùm, quià ijdem Patres non ſolum ſunt hæredes Virginiæ, ſed etiam Angelicæ, ad quam ſicuti ſpectabant dicta duo Prædia Taxirin, & Tameimun, ex eo quia Ioanni donatori eius viro fuerunt tradita in dotem inæſtimata cum pacto illa reſtituendi *l. in rebus 30. C. de iur. dot. Pinell. in l. 1. num. 14. par. 3. C. de bon. mat. Menoch. de arb. caſ. 39. num. 20. lib. 2. Fontanell. de pact. nupt. clauſula 5. gloſ. 8. par. 13. nu. 20. & ſeqq.*

9 Ita quoque ſpectare debent Terræ nuncupatæ Eccenſiet, ſitæ in contrada Targia S. petri ſiuè del Naxaro, in permutationem acceptæ *l. ſi donatæ §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. Imperator §. fin. ff. de leg. 2. l. ſi rem. & pretium 25. ff. de petit. hæred. Iaſ. conſ. 231. num. 1. & 2. lib. 2.* Et vltra relatos per *Fuſar. q. 627. num. 46.* firmauit *Rot. in Bonon. bonorum de Florauantibus impreſſa poſt Giouagn. reſp. 23. num. 31. lib. 2.*

10 Ideò quoad Terras prædictas Domini cenſuerunt, deciſionem eſſe reformandam, ac immiſſionem concedendam Patribus; cum eædem actiones, quæ competebant ad bona propria Angelicæ, eædem competant ſuper bonis permutatis *Rot. coram Buratt. deciſ. 229. num. 9. & coram Merlino deciſ. 316. num. 22. & deciſ. 428. num. 1.* Et tradit *Peregr. de fideicommiſſ. art. 44. ſub num. 30. & ſeq. cum alijs per Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 636. num. 2.*

11 Nec quicquam facit aſſ. onus vnciarum decem inhærens bonis prædictis, quia per immiſſionem illi non derogatur, nec aliquod præiudicium infertur, ſed bona tranſibunt cũ eodem onere *l. via §. quæcunque ff. de ſeruit. ruſt. præd. Clem. 1. de cenſib. Dec. conſ. 284. num. 1. cum alijs per Add. ad deciſ. 26. num. 46. & ſeq. par. 3. rec.*

Et ità deciſum fuit vtraque parte informante &c.

PI-

MEDIOLANEN BENEFICIORVM.

Veneris 17. Nouembris 1651.

ARGVNENTVM.

Poſſeſſio ſiuè inſtrumentalis, ſiuè mediante recognitione Colonorum eſt manutenibilis, alio non exiſtente in poſſeſſione; maximè ſi fuerit capta in vim gratioſæ ſubrogationis, cui non obſtat exceptio Vnionis tamquam reſpiciens petitorium.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur vigore poſſeſsionis inſtrumentalis, alio non exiſtente in poſſeſsione.*

2 *Manutentio datur habenti recognitionem Colonorum.*

3 *Subrogatio non ſuffragatur, ad obtinen. poſſeſsionem ex perſona defuncti.*

4 *Suffragatur tamen, vt facilius manutentio detur ſubrogato ex perſona propria.*

5 *Poſſeſsio capta per ſubrogatum non dicitur noua, ſed potius continuatiua antiquæ.*

6 *Vnionis exceptio non retardat manutentionem, ſed reycitur ad petitorium.*

DECISIO CXXXIV.

De tribus Beneficijs ſimplicibus Sanctę Mariæ de Rezzano, S. Stephani, & S. Petri de Bebulco vacantibus per obitum Nicelli, & Ramponi à Sanctiſſimo prouiſus fuit R.P. D. Turrianus etiam cum ſubrogatione gratioſa, ad Partes expedita ad ius, & poſſeſſionem prædefunctorum. Et quia vigore illius mediante Procuratore ſpecialiter ad id conſtituto poſſeſſionem accepit, & à Colonis, & Arrendatarijs in dominum, & poſſeſſorem recognitus fuit propoſui dubium, An eidem conceden. eſſet mandatum de manutenendo;
1 Et Domini reſponderunt affirmatiuè, quia Inſtrumentum publicum adeptionis poſſeſ-
ſionis, necnon recognitionis in Dominum
ſufficit pro manutentione, pro vt de ſimplici
Inſtrumento alio non exiſtente in poſſeſſione
eſt *text. in l. prædia, vbi Bart. & communiter DD.*
ff. de acq. poſſeſſ. Rot. deciſ. 62. num. 1. part. 2. diuerſ. &
in recent. deciſ. 440. nu. 1. part. 4. tom. 2. & deciſ. 538
2 *eod. num. par. 5.* Et de recognitione Colonorum
l. qui vniuerſas, §. quod per Colonum, ff. de acquir.
poſſ. Bero. conſ. 75. ſub num. 23. lib. 3. Hond. conſ. 20
num. 9. & conſ. 42. num. 38. lib. 1. Rot. coram Caual.
deciſ. 630. num. 5. in recent. deciſ. 135. num. 2. par. 1.
& in Mediolanen. Cimiliarcatus 15. May 1645. coram R.P.D. meo Peutingero.

3 Quæ fortius procedunt in præſenti caſu, in
qno poſſeſſio capta fuit in vim gratioſæ ſubrogationis, quæ licet non ſuffragetur ad obtinendam manutentionem ex poſſeſſione defun-
4 cti, releuat tamen, vt ſubrogato ex propria
poſſeſſione, quam deinde cœpit faciliùs detur manutentio per ea, quæ tradit *Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 13. num. 48. Rot. in Oueten. Beneficy 27. Iuny 1607. coram Manzanedo apud Poſt. de manuten. deciſ. 107. num. 3. & in Valentina Rectoria 31. Iuny proximi præteriti coram R.P.D. meo Bichio.*

5 Poſſeſſio enim capta per ſubrogatum non dicitur noua, ſed potius continuatio antiquę, quam prædeceſſor habebat *Bero. conſ. 13. n. 14. verſ. adeo quod lib. 1. Rot. apud Poſt. de manut. deciſ. 480. num. 2. & deciſ. 472. num. 2. part. 3. lib. 3. diuerſ. coram Pen. deciſ. 17. num. 1. ſan. mem. Gregor. deciſ. 307. num. 16. Coccin. deciſ. 72. num. 3. & in recent. deciſ. 91. num. 2. par. 3.*

6 Non obſtat exceptio vnionis; Nam cum reſpiciat petitorium, donec de eius validitate cognoſcatur manutentio retardari non debet *Rot. penes Moder. de manut. deciſ. 236. num. 12. deciſ. 267. num. 4. & ſeq. deciſ. 330. ſub num. 35. verſ. & dum ea cognoſcebatur, & deciſ. 573. num. 6. in recent. deciſ. 564. num. 14. par. 5.* & latè deductum fuit *in Burgen. Beneficy 2. Decembris 1650. coram Reuerendiſsimo D. meo Decano.*

7 Prætenditur autem pro parte Informantis Vnionem prædictam eſſe nullam, vti factam contra formam Conc. Trid. ac propterea ſubiacere Regulis Cancellariæ Vnionum reuocatorijs, quo caſu etiam poſſeſſio capta vigore illius tanquam infecta à decreto irritan. nō eſſet manutenibilis in concurſu poſterioris legitime apprehenſæ ex latè deductis *in Mediolanen. Cimiliarcatus 15. May 1645. coram R.P. D. meo Peutingero.*

Et ita altera tantum.

ROMANA IVRIVM PAROCHIALIVM.

Luna 4. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Ex quibus dignoſcatur Curam habitualem eſſe penès vnum, & actualem penès Alium, & ad quem ſpectent emolumenta, circà quæ obſeruantia plurimum operatur.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio præſupponit habitum.*

2 *Obſeruantia eſt optima interpres cuiuſcumque diſpoſitionis.*

3 *Cura habitualis ex quibus dignoſcatur, quod ſit penès Capitulum, & actualis penes Archipræsbyterum.*

4 *Archipræsbyter non poteſt ratione curæ actualis omnia emolumenta ſibi appropriare, ſed tantum ſolita, & conſueta.*

5 *Reliqua verò debentur Capitulo, & Canonicis, qui cætera munera exequuntur, recitando diuina officia, celebrando, & canendo.*

6 *Teſtes, qui fuerunt miniſtri, & officiales Eccleſiaſtici, & reddunt optimam cauſam ſcientiæ, plenè probant.*

7 *Libri Capitulares probant contra eos, qui ſunt de Capitulo.*

8 *Actus geſtus à perſona, deputata à Capitulo perindè eſt ac ſi ab eod. Capitulo factus fuiſſet.*

9 *Fides, etiam extraiudiciales; facta à perſonis notæ probitatis multum operantur.*

Cu-

10 *Cura animarum de iure ſpectat ad Archipresbyterum, niſi appareat de contrario.*
11 *Actus præſumitur geſtus eo nomine, quo fieri debet.*
12 *Cura animarum mentio verificatur in actuali, remanente habituali penès alium.*

DECISIO CXXXV.

DOMINI non reuocarunt in dubium, quod cura habitualis Eccleſiæ SS. Celſi, & Iuliani ſit penès Canonicos, & Capitulum, actualis verò penès Archipresbyterum, idque deducebant tum ex Bulla Innocentij VIII. edita de anno 1486. per quam cura animarū Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Lauro transfertur in dictam Eccleſiam, & iniungitur Executori, vt Archipræsbyterum, & Canonicos cogat ad illam ſuſcipiendam, quæ coactio reſpectu Capituli fruſtratoria fuiſſet, ſi cura in Archipresbyterum ſolum eſſet translata, & conſonant verba ſententię eiuſdem Executoris in Summ. Capituli num. 11. Tum etiam ex alia Bulla Leonis X. de anno 1519. in qua Papa abdicando ab Eccleſia Sancti Celſi curam animarum Nationis Florentinæ, eamque applicando Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ, prohibet nominatim, quod dicti Canonici, & Capitulum S. Celſi non ſe ingerant in cura animarum prædictæ Nationis non obſtantibus quibuſcumque conuentionibus diſponētibus, quod homines eiuſdem Nationis ſint ſub cura, & regimine Eccleſiæ S. Celſi, & illius Capituli Summ. num. 12. Ex huiuſmodi
1 enim diſmembratione manifeſtè apparet, quod dicta cura penès Capitulum reſidebat non autem penes Archipresbyterum, iuxta regulam quod priuatio preſupponit habitum *ad text. in l. decē 106. ff. de verb. obligat. & in l. Titio vſusfructus 95. ff. de cond. & demon. Rot. corā Burrat. deciſ. 245. num. 14. & deciſ. 912. num. 2. in fin. & in recent. deciſ. 119. num. 4. par. 1. & deciſ. 110. num. 1. par. 4. tom. 2. cum plurib. in Comen. diſmembrationis 22. Iuny 1648. coram R.P. D. meo Corrado.*

2 Concurrit etiam obſeruantia ſubſecuta; Nam orta lite ſuper cura dictæ Nationis cum Eccleſia S. Io: Baptiſtæ, in ea Archipresbyter nunquam nominatus fuit, ſed ſententia, & omnia acta emanarunt cum Capitulo, quæ obſeruantia benè demonſtrat, quod penès ipſum cura reſidebat, non autem penès Archipresbyterum *ad text. in l. ſi de interpretatione, & l. ſeq. ff. de legib. Pariſ. conſ. 50. nu. 19. lib. 4 Rot. coram Burat. dec. 390. num. 3. & in recent. deciſ. 419. num. 5. & 6. par. 1.*

3 Et euidentiùs apparet ex Inſtrumento concordiæ anni 1565. vbi in executionem Bullæ Pianæ, præcipientis curam animarum exerceri in Collegiatis per proprios Parochos, non autem per Capellanos ad nutum amouibiles, Capitulum, & Canonici S. Celſi aſſignarunt quaſdam manſiones pro habitatione Archipresbyteri vna cum mercede menſtrua iuliorum 25. de maſſa communi pro ſuſtentatione ſubſtituti, ſeu Capellani, & vice verſa idem Archipresbyter curam animarum totius Parochiæ acceptauit, & in ſe ſuſcepit, ſignum euidens, quod illa reſidebat antea penes Capitulum, & quod licet actualis in Archipresbyterum translata fuerit, habitualis tamen penès ipſum remanſit, vt firmatum fuit *in deciſ. 316. per tot. part. 4. tom. 2. recent.* & tradit *Lotter. de re benef. lib. 1. quaſt. 14. num. 101. & ſeqq.*

4 Hoc poſito non poteſt Archipresbyter omnia emolumenta curæ ſibi appropriare, ſed tantum ſolita, & conſueta; Nam cum Eccleſia ſit Collegiata, quamuis ſolus Archipresbyter adminiſtret curam. Tamen Canonici
5 cætera munera exequuntur, recitando horas Diuinas, celebrando Miſſas, & Canendo, in quorum compenſationem dicta emolumenta dantur, *per text. in cap. ex parte, & in cap. cum ſuper de ſepult.* Et in puncto tradit *Gabr. conſil. 190. num. 6. & ſeq. lib. 2.* cuius doctrinam ſequuta fuit *Rota in Romana Funeralium 14. Decembris 1620. coram Coccino*, licet contrarium ibi firmatum fuerit attento motu proprio ſa. mem. Pij V.

6 Conſtat autem, Archipresbyterum vltra habitationem non conſueuiſſe, percipere niſi emolumenta prouenientia ex Fidibus mortuorum, Baptizatorum, Matrimoniorum, & ex Cera, quæ apponitur penes cadauera in domo exiſtentia, nec non emolumenta Baptiſmatum, & Mulierum parturientium; Cætera verò ſpectare ad Capitulum, & Canonicos à quibus ſemper fuerunt percepta, vt deponunt tres teſtes formiter examinati, qui cū fuerint Miniſtri, & Officiales dictæ Collegiatæ, ac reddāt optimam cauſam ſcientiæ, quia ita viderunt practicari, & obſeruari, ac ita obſeruatum fuiſſe ab eorum maioribus, plenè probant *Gabr. de teſtib. concluſ. 4. num. 6. Rota coram Buratt. deciſ. 193. num. 5. & 6. in S. Angeli in Vado Canonicatus, ſeu diſtributionum 27. Ianuarij 1648. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Comen. funeralium 7. Iunii currentis anni coram R. P. D. meo Meltio.*

7 Maximè cum illorum depoſitiones ſint adminiculatæ ex pluribus, & ſignantèr ex partitis exactionum eorundem emolumentorum, poſitis ad creditum Sacriſtiæ, quæ licet extractæ ex libris Capitularibus, tamen probant contra eos, qui ſunt de Capitulo, prout eſt Archipresbyter, *vt not. Anchar. conſ. 44. nu. 6. Menoch. conſ. 512. num. 11 Rot. coram Buratt. deciſ. 539. num. 3. & deciſ. 598. ſub num. 16.* & melius *deciſ. 491. in fin. par. 4. tom. 2. recent. & in d. Comen. funeral. coram R.P.D. meo Meltio.*

8 Prout etiam ex decreto Capitulari de anno 1563. in quo præſente Archipresbytero ſtatuitur, quod emolumenta certa, & incerta Eccleſiæ recipiantur tantummodò per Camerarium Capituli, & non per alium, qui Camerarius in executionem eiuſdem decreti deputauit illicò miniſtrum ad dictum effectum, ex quibus conuincitur emolumenta prædicta ad Capitulum ſpectaſſe, cum eorum adminiſtratio demādata fuerit officialibus ab eodem deputatis, vt dixit *Rot. coram Seraphin. deciſ. 524. num. 2. & 3.* Et faciunt adducta *in deciſ. 434. num. 13. coram ſan. me. Gregor.* Non enim

Ar-

Digitized by Google

Archipresbyter paſſus fuiſſet ad ſimilem exactionem alium deputari, ſi emolumenta ipſi fuiſſent debita, vt aduertit *Innoc. in cap. 1. nu. 4. & ibi Abb. num. 3. de his, quæ fiunt à maior. par. cap. Rot. coram Seraphin. deciſ. 708. nu. 4. & coram Duran. deciſ. 265. num. 46.*

9 Iunctis etiam atteſtationibus factis à Paulo Allaleona, & aliis affirmantibus emolumenta Ceræ, Mazzettorum, Depoſitorum, Benedictionis, Sepulturæ, & ſimilium pertinere ad Sacriſtiam, quæ atteſtationes quamuis extraiudiciales; Nihilominus vti emanatæ à Viris notæ, & inſignis probitatis, de tempore quo non erant amplius Canonici d. Collegiatæ, ac per plures annos ante motam litem plurimũ operantur ad hunc effectum, vt dictum fuit *in dec. 594. num. 17. par. 5. recen. & deciſ. 11. num. 9. par. 7. & in allegatn Comen. funeralium 7. Iunii anni currentis coram R. P. D. meo Meltio.*

10 Non obſtat, quod cura animarum ſpectet ad Archipresbyterum, quia id procedit de iure communi, ſecùs verò quando ex aliis probationibus apparet de contrario, illamque ad Capitulum pertinere, vt in proximis terminis firmauit *Rot. coram Seraph. deciſ. 839. num. 4.*

11 Minus releuat, quod Archipresbyter Baldanus de anno 1620. & 1621. egerit contra nonnullos Parochianos pro ſolutione dictorum emolumentorum, quia eum de eo tempore eſſet etiam Miniſter, & Sacriſta maior Capituli cenſetur, id feciſſe nomine eiuſdem Capituli, non autem tanquam Archipresbyter, prout ipſemet declarauit, adnotando ſimiles exactiones in libris introitus Sacriſtiæ, *Caſtr. conſ. 347. num. 4. lib. 1. Surd. conſ. 224. num. 7. Rot. in Romana præten ſi Canonis poſt Modern. Peruſ. de cenſib. deciſ. 379. num. 4.*

12 Demum non vrget, quod idem Archipresbyter in literis Apoſtolicis fuerit prouiſus de Archipresbyteratu cum aſſertione, quod illi immineat cura animarum, quia hoc eſt intelligendum de cura actuali, remanente ſemper habituali penès Capitulum *Rota coram Buratt. deciſ. 214. num. 5. & ſeqq. & in recent. deciſ. 316. n. 9. par. 4. tom. 2. & deciſ. 445. num. 9. & 10. par. 5.*

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit.

CALAGVRITANA BENEFICII DE CENIZEROS.

Veneris 12. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Attentata eſt poſſeſſio capta poſt interpoſitam appellationem, præſertim quando illa fuit ſimpliciter per ſignaturam admiſſa, nam retrotrahitur ad diem grauaminis, & tali caſu eſt locus ſequeſtro.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Clementis ſuper beneficiis Calaguritanis non impedit appellationem, quandò iudicialiter proceſſum fuit.*

2 *Appellatio per Signaturam admiſſa retrotrahitur ad diem grauaminis, etiam ad effectum, vt geſta medio tempore dicantur attentata.*

3 *Attentata ſunt omnia geſta poſt interpoſitam, & admiſſam appellationem.*

4 *Sequeſtro eſt locus, quandò poſſeſſio eſt attentata.*

DECISIO CXXXVI.

Præſcenſum Didaci ad dimidium Beneficium in Eccleſia Parochiali de Cenizeros vacauit alterum in eadem Eccleſia, quarta portio nuncupatum: Vnde cum præuijs edictis plures ſe oppoſuerint, & inter alios per ſententiam Ordinarij declarati fuerint Oppoſitores legitimi Martinus Serrano, ac Ioannes Marañon, illique ab Examinatoribus Synodalibus ad curam animarum approbati; Ideò cõgregato Capitulo Beneficiati, ad quos ſpectat ius præſentandi; prima vice præſentarunt Martinum, ſecunda verò vice de ordine Vicarij iterum ſe congregare coacti, quatuor ex eis præſentarunt Ioannem; & alij tres in præſentatione Martini perſtiterunt, qui eadem die à dicta noua præſentatione appellauit, & cauſam appellationis ſimpliciter mihi committi obtinuit.

Verum quia, ea non obſtante, præfatus Ioannes reportauit Inſtitutionem ab Ordinario; & poſſeſſionem eiuſdem quarti Beneficij adeptus fuit: Propoſui dub. An conſtet de Attentatis, & ſit apponeñ ſequeſtrum, quod contra Ioannem reſolutum fuit; ea ratione quia ex ſupra deductis apparet, iudicialiter fuiſſe proceſſum, quo caſu dari appellationem ſuſpenſiuam non obſtante Conſtitutione ſan: mem: Clementis millies firmauit *Rota, & ſignanter in Calagurritana beneficiorum 17. Februarij 1648. coram R. P. D. meo Bichio, in Calagurritana beneficij delogroño 19. Februarij 1649. coram R. P. D. meo Veroſpio, in Calagurritana beneficij S. Martini 10. Maij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Peutingero in Calagurritana beneficij de Arnedo 19. Iunij 1651. coram me, & in alijs paſſim.*

2 Maximè cum, appellatio ſimpliciter fuerit per Signaturam admiſſa, quæ propterea retrotrahitur ad diẽ grauaminis, etiam ad effectũ vt geſta medio tempore dicantur nulla, & attentata, vt notat *Card. in Clem. 1. col. 4. q. 8. verſ. ſic etiam de re Iudic. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit 6. num. 36. & ſeqq. & par. 3. cap. 24. quæſt. 31. num. 9. & 10.* & dixit *Rot. in Calagurritana beneficij 23. Iunij 1645. coram bo: me: Arguelles, in Auenioñ Attentatorum 10. Iunij 1648. coram me, & in Calagurritana beneficij de Alexanco 10. Nouembris 1651. coram R. P. D. meo Otthobono.*

3 Stante igitur appellatione, legitime interpoſita, & per Signaturam ſimpliciter admiſſa Inſtitutio obienta ab Ordinatio Calagurritano, ac poſſeſſio per Ioannem capta, vna cum omnibus indè ſecutis remanſerunt nulla, & attentata *c. non ſolum de appell. in 6. l. vnic. in princ. ff. nil nou. app. pend. Bero. conſ. 116. num. 10 lib. 3. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. in præfat. in fin. Rot. deciſ. 593. num. 1. par. 1. recen. & deciſ. 102. num. 5. par. 5.*

Atque

Atque ideo cenſuerunt Domini, eſſe locum ſequeſtro, ne attentans gaudeat commodo vitiolæ poſſeſſionis *Archid. in can. quia res ſub nu. 9. verſ. ex quibus iuribus 11. quæſt. 1. Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 91. & deciſ. 251. vtrobique num. 1. Caual. deciſ. 175. num. 4. Gerunden. Vicariæ 3. Iulij 1645. coram R. P. D. meo Bichio, & in Calagurritana Beneficij de Logronno 19. Februarij 1649. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Alia per informantes deducta reiecta fuerunt ad petitorium, & ità altera tantum &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE Arnedo.

Lunæ 15. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Attentata eſt poſſeſſio intrà tempus datum ad appellan̄, & fortius poſt interpoſitam, & admiſſam appellationem. Imò eſt locus ſequeſtro, ſiuè poſſeſſio fuerit capta, ſiuè non, & adducitur ratio.

SVMMARIVM.

1 *Attentata eſt executio intra x. dies datos ad appellan.*

2 *Attentata eſt poſſeſſio capta poſt interpoſitam, & admiſſam appellationem.*

3 *Sequeſtro eſt locus, quando poſſeſſio capta eſt attentata.*

4 *Sequeſtro eſt locus, ne fructus dilapidentur, etiamſi poſſeſſio non fuerit capta.*

5 *Attentatis renunciare videtur, qui patitur diſputari ſuper negotio principali.*

6 *Fallit, quando quis oppoſuit de attentatis, & cauſam ſuper eis commiſit.*

DECISIO CXXXVII.

PRAESVPPOSITA iuxtà ſtylum Tribunalis deciſione antecedenti, in hac cauſa edita, in qua firmatum fuit non conſtare de re iudicata, ex quo ſententia Ordinarij Burgen̄, lata ad fauorem Ioannis Alcades, erat appellabilis ad vtrunque effectum: Domini ſinè difficultate reſponderunt, conſtare de attentatis, & apponen̄ eſſe ſequeſtrum; Nam ſententia prædicta lata fuit die 10. Iunij 1649. Executio vero die 14. & ſic non ſolū intrà decē dies datos ad appellan̄, quod ſufficit, vt executio dicatur attentata *cap. non ſolum de appellat. in 6. gloſſ. margin. in l. 1. ff. nil nou. app. interpoſit. Mantic. deciſ. 165. num. 1. & in Calagurritana Beneficij della Caſa della Reyna 15. Decembris 1645. & 11. Decembris 1647. coram Reuerendiſſimo Terracinen.*

2 Sed etiam poſt interpoſitam eadem die appellationē, & ab ipſo Ordinario Burgen. admiſſam *l. vnica in princ. ff. nil. nou. appell. interpoſit. cap. dilectis 55. & ibi gloſ. verbo exequendum, & cap. ex parte 67. de appellat. Bero. conſ. 116. num. 10. lib. 3. Rot. coram Gaual. deciſ. 592. num. 2. in Auenionen. Attentatorum 10. Iunij 1648. coram me, & in Calagurritana Beneficij 5. Nouembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Peutingerio.*

3 Et per conſequens venit apponen̄ ſequeſtrum, etiamſi reuocetur in dubium, poſſeſſionem fuiſſe captam, quia aut illa capta fuit,
4 & eſt nulla, & attentata, Sin minus de ſequeſtro prouidendum venit, ne interim Beneficij fructus dilapidentur, vt pluries firmauit *Rot. & ſignanter in Gerunden. Vicariæ 3. Iulij 1645. coram R. P. D. meo Bichio, in Calagurritana Beneficiorum 17. Februarij 1648. & in Calagurritana Beneficij de Entrena 3. Martij 1651. coram eodem.* 2

5 Nec refert, quod Ioannes Beltram de Arnedo paſſus fuerit, diſputari dubium ſuper negotio principali, ac proinde attentatis re-
6 nunciaſſe videatur; Nam dum ipſe dedit de attentatis, & cauſam ſuper eis commiſit, & in negotio principali non fuit lata ſententia, etiamſi paſſus fuerit diſcuti de bono iure, venit nihilominus ſuper illis audiendus ex notat per *Couarr. pract. quæſt. cap. 23. ſub num. 3. circa fin. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 4. limit. 15. ſub nu. 18. & per tot. Rot. corā ſa. me. Greg. deciſ. 91. n. 6. & ſeqq. vbi num. 8.* ſubdit quod ſi non ad inſtantiam Partis, ſaltem ex officio Iudicis veniunt reuocanda, *& in Romana Caſalis Triſuſella poſt Marcheſ. de Conini par. 2. fol. 62. ſub num. 5.*

Et ità &c. Altera tantum &c.

BVRGEN. BENEFICIORVM.

Mercurij 31. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Literæ Apoſtolicæ habent executionem paratam, quando ſunt iuſtificatæ: Ex quibus autem reſultet iuſtificatio, tā in circa vacationē, quàm circa reſeruationem, præſentiam in Curia, valorem, & ſimilia diſcutitur in Deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatæ, veniunt exequendæ.*

2 *Deciſiones Rotæ ſunt ſupponendæ in alia diſputatione.*

3 *Teſtes duo ſufficiunt in omni materia.*

4 *Valor per non exceſſum probatur ex Teſtibus, deponentibus de publica voce, & fama.*

5 *Ad proban valorem per non exceſſum, ſufficit ſemiplena probatio.*

6 *Beneficia omnia de iure præſumuntur ſimplicia, quando non habent Populum, & Clerum.*

7 *Narratiua, quod beneficia ſint ſimplicia, remanet ſufficien. iuſtificata ex præſumptione iuris.*

DECISIO CXXXVIII.

D. Petrus Rodriquez de Peſquera obtinuit ſub die 26. Iunij præteriti, diſputari dub. An conſtet de reſeruatione, quæ ſuffragetur, Cumque illud ad eius fauorem fuerit reſolutum, expeditis literis inſtetit procedi ad vlteriora in diſputatione, An illæ ſint exe-
1 quendæ; Et Domini, exequendas eſſe, cenſuerunt; Quia literæ Apoſtolicæ quando ſunt

 iuſti-

iuſtificatæ ; habent executionem paratam
cap. ſi quando de reſcript. cap. ſi capitulo, & ibi gloſſ.
verbo exequatur de conceſſ. præb. in 6. Mohed. dec. 13.
circa med. vt lit. pend. & in rec. deciſ. 45. & dec. 506.
vtrobique num. 1. par. 1. & deciſ. 283. eodem num. par.
7. & in Placentina Canonicatus 16. Decemb. 1647.
coram R. P. D. meo Royas.

2 Iuſtificatio verò controuerti non poteſt,
quia vacatio per obitum Franciſci Subcolle-
ctoris Apoſtolici de menſe Iunij 1641. necnõ
reſeruatio reſultat ex deductis in deciſione, in
hac cauſa emanata, quæ iuxtà ſtylum Tribu-
nalis ſupponenda venit, vt firmatum fuit in
deciſ. 354. num. 3. & 8. par. 4. rec.

3 Quod idem Petrus tempore impetrationis
Beneficiorum, ſuper quibus cadit controuer-
ſia, eſſet præſens in Curia, & Canonicatum,
ac Præbendam in Eccleſia Toletana, necnon
Abbatiam Sancti Vincentij poſſideret, depo-
nunt duo teſtes, formiter examinati, in
Summ. Informantis num. 2. & 3. qui ſubdunt, ab
eodem Petro retineri alia quinque Beneficia
in diuerſis Eccleſijs, quorum fructus valorem
annuum ducat. bis mille de Camera non ex-
cedunt, & deſuper reſeruatæ ſunt diuerſis Per-
ſonis penſiones annuæ ſcutorũ 2630. prout in
iiſdem literis narratum fuit, ex quorum
propterea depoſitionibus gratiam remanere
ſufficienter iuſtificatam, probat *text. in cap. in*
omni negocio, & in cap. licet de Teſtibus, l. vbi nume-
rus ff. eodem, Abb. in cap. quoties in princ. eodem tit.
Rot. in Melphien. Cantoriæ 2. Martij 1646. coram R.
P. D. meo Otthobono.

4 Et ex iiſdem Teſtibus, quorum alter depo-
nit ex certa ſcientia, alter verò de publica vo-
ce, & fama probatus remanet valor eorundẽ
beneficiorum, expreſſus in ducat. 24. per non
exceſſum *Mantic. deciſ. 132. num. 4. Caual. dec. 517.*
eodem num. & deciſ. 572. num. 3. & in rec. deciſ. 140.
num. 2. & ſeq. & deciſ. 257. nu. 4. par. 1. Ad quem
5 effectum ſufficere etiam ſemiplenam proba-
tionem, aduertit *Garz. de benef. par. 5. cap. 3. nu-*
mer. 198. Rot. in dicta Melphien. Cantoriæ coram R.
P. D. meo Otthobono, & in Placentina Beneficij 27.
Maij 1647. coram Reuerendiſſ. Terracinen.

6 Demum, quod præfata Beneficia ſint ſim-
plicia, nec perſonalem reſidentiam requirant,
ſufficieñ iuſtificatur ex datis in *Sum. ſub num. 5.*
Et tamen probatio huiuſmodi non erat neceſ-
ſaria, cum de iure omnia Beneficia præſumã-
tur ſimplicia, quando non habent Populum,
7 & Clerum, & talis præſumptio ſufficit pro
iuſtificatione dictæ narratiuę, vt notat *Gonzal.*
ad reg. 8. gloſ. 6. num. 91. Aegid. deciſ. 675. in princip.
Canal. deciſ. 55. num. 5. Buratt. deciſ. 300. nu. 3. & in
rec. deciſ. 101. num. 8. & deciſ. 257. num. 1. par. 1.

Et ex his, alijs omiſſis tanquam non rele-
uantibus, Domini pro informante reſponde-
runt &c.

COLONIEN. MATRIMONII:

Lunæ 4. Martij 1652.

ARGVMENTVM:

Recurrens ad Iudices Laicos quæ facere debeat, vt poſſit audiri in iuribus ſuis.

SVMMARIVM.

1 *Recurſus ad Iudices laicos præbent iuſtam cauſam, denegandi audientiam.*
2 *Identitas Cauſæ ex quibus probetur.*
3 *Clauſula,* quam, & quas, Et cum annexis, & dependentibus, *operatur comprehenſionem omnium, quæ pendent à negocio principali.*
4 *Recurſibus ad Iudices laicos non ſufficit renunciare verbaliter.*
5 *Verba non ſufficiunt, vbi facto opus eſt.*
6 *Recurrens ad Iudices laicos, vt poſſit audiri, debet remouere omnia impedimenta præſtita.*

DECISIO CXXXIX.

1 DOMINI, omiſſis pluribus hinc indè
deductis, ex eo tantum fundamento
cenſuerunt, obſtare recurſus, ad effectum de-
negandi audientiam, quia pendente iudicio in
Rota non licebat Gaſpari, adire Iudices laicos
pro impedienda executione mandati relaxati
per Officialem Colonieñ Iudicem Eccleſiaſti-
cum iuxtà *text. in cap. exceptionem 12. vbi doct. de*
except. & in clem. 1. eod. tit. Rot. coram Buratt. deciſ.
446. num. 2. & 3. & in rec. deciſ. 491. num. 6. part. 2.

2 Recurſus verò prædicti controuerti non
poſſunt, quodque fuerint habiti in hac cauſa:
Nam benè iuſtificantur ex verbis eorumdem
recurſuum *Summ. num. 9. & 10.* ibi, *cum Gaſpar à*
diuerſis Decretis, & principaliter 22. & 29. Nouem-
bris 1649. per Electoris Colonien. Officialem ipſi con-
trarijs, & in Annæ Richmundæ fauorem latis ſit ſum-
mè granatus &c. Nam Decreta, in quibus con-
demnatur Gaſpar, ad duceñ in Vxorem An-
nam, vel illam dotañ in Tallaris 6. mil. ob de-
florationem per ipſam paſſam, facta fuerunt
ſub iiſdem diebus 22. & 29. Nouembris anni
1649. ita vt de identitate cauſæ dubitari non
3 poſſit. Et maximè attenta Commiſſione ap-
pellationis munita ſolitis clauſulis, *quam, &*
quas, & cum annexis, & dependentibus &c. quæ
comprehendunt alimenta, damna, & intereſ-
ſe eidem Annæ debita, vt dixit *Rot. deciſ. 360.*
num. 3. & 4. par. 1. rec. in Barchinonen. Iuriſdictionis
18. Iunij 1640. coram Card. Panzirolo, & in Cala-
ritana Attentatorum 28. Aprilis 1651. coram R. P. D.
meo Bichio.

4 Non obſtat renunciatio facta dictis recurſi-
bus, quia vti merè verbalis non venit atten-
5 denda: quando enim facto opus eſt, verba
non ſuficiunt *l. non omnes §. fin. ff. de re milit. l. pe-*
culium 4. ff. de pecul. Beron. conſ. 196. ſub num. 1.
verſ. quia vbi facto lib. 1. Rot. in Anconitana Mannæ
2. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Corrado.

6 Et quod requiratur vera, & realis reuoca-
tio impedimentorum, adeò vt Anna poſſit
exe-

exequi ſua mandata, ſuper quibus Signatura per duas vices reſcripſit cum clauſula, *ſine præiudicio*, dixit *Rot. deciſ. 744. ſub num. 4. verſ. non obſtat, & numeris ſeqq. par. 4. tom. 3. rec. & dec. 173. à num. 10. part. 6.*

Et ità &c.

ROMANA HAEREDITATIS DE Gratianis.

Veneris 15. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Super re alienata lite pendente poteſt recta via, & abſque nouo proceſſu executio fieri, etiam contra ſingularem ſucceſſorem, quamuis alienatio prædicta facta fuerit authoritate Iudicis, & maximè ſi idem Tertius fuerit citatus.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè procedi non poteſt contra Tertium.*
2 *Litigioſi vitium tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem.*
3 *Et ideò contra eum procedi poteſt recta via abſque nouo proceſſu.*
4 *Litigioſa res prohibetur alienari non ſolum propter fraudem, ſed etiam, ne effectus rei indicatæ reddatur eluſorius.*
5 *Litigioſi vitium an habeat locum in alienatione, facta ex cauſa Dotis.*
6 *Onus dotandi filiam principaliter ad patrem ſpectat.*
7 *Litigioſa res ſi fuerit alienata, an requiratur, Citatio contrà poſſeſſorem.*

DECISIO CXL.

CVM Domus, de quibus agitur, ſint de hæreditate Octauij Gratiani, cui ab inteſtato pro medietate ſucceſſit Franciſcus, & pendente iudicio immiſſionis fuerint per Lelium alienatæ in Attauantem, non eſt dubitan, quod effectæ fuerint litigioſæ, & conſequenter quod mandatum de immitten, ſuper illis obtentum, veniat exequen, prout Domini reſoluerunt, non obſtante quod idē
1 Attauantes excipiat, ſe eſſe Tertium, contra quem regulariter exequutiuè procedi non poteſt iuxtà Theoricam *Alex. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus num. 28. ff. de re iudic. Iaſ. in l. quædam §. 1. à num. 6. ff. de eden. Rot. coram ſan. me. Gregor. deciſ. 22. num. 1. deciſ. 330. num. 2. & deciſ. 362. nu. 6.* & ibi *Add. num. 12.*
2 Etenim vitium litigioſi tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem, vt eſt *text. in l. fin. C. de litigioſ.* & firmauit *Rot. coram Durano deciſ. 364. num. 28. & in rec. deciſ. 599. num. 33. part. 4. tom. 3.*
3 Contra quem propterea poteſt recta via abſque nouo proceſſu exequi mandatum, iam relaxatum, vt docet *Bart. in dicta l. fin. circa med. verſ. Ego autem C. de legit. hæred. Bald. in l. 2. num. 4. verſ. addo vnum notabile eod. tit.* & probat *Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 5. num. 9.* pluteſque cumulat *Peregr. de Iur. fiſc. lib. 4. tit. 6. numer. 27. Rot. in Romana Domus de Cinctijs 26. Iunij 1626. coram Manzanedo.*
4 Non obſtat, quod talis alienatio facta fuerit authoritate Iudicis, qua ſtante ceſſat omnis ſuſpicio fraudis: Nam alienatio rei litigioſæ non ſolum eſt prohibita ratione fraudis, ſed etiam ne effectus ſententiæ, & rei iudicatæ reddatur eluſorius, & deterior efficiatur conditio Creditoris ad *text. in cap. Eccleſia S. Mariæ 3. vt lit. pend. Couarr. pract. quæſt. cap. 15. num. 7.* Et pluribus comprobat *Parlador. loco proximè citato, Gail. pract. obſeruat. cap. 118. num. 2. Capiciuslatro deciſ. 170. num. 70.*
5 Minus facit, quod alienatio emanauerit ex cauſa Dotis Caſandræ, nuptæ eidem Franciſco, Nam vltrà reſponſiones datas in deciſione huius cauſæ 26. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Bichio, exiſtimaruut Domini, ceſſare difficultatem, quia cum Lelius haberet bona
6 propria, ex quibus filiam dotare poterat, talis Dos non erat ſoluenda ex bonis Octauij, ſed benè ex bonis ipſius Lelij, ad quem principaliter onus dotandi ſpectabat per *text. in l. vlt. C. de dot. promiſſ. Rot. deciſ. 28. num. 1. & deciſ. 58. eodem num. part. 5. rec. & in Romana fideicommiſſi de Fuſchis 19. Decembris 1640. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*
7 Et eo facilius reſponderunt Domini pro executione, quia habita per Franciſcum notitia dictæ alienationis curauit, Attauantem ſemper citari iuxta notata per *Alex. in l. à Diuo Pio §. in venditione num. 34. ff. de re iudic. Mantic. deciſ. 7. num. 4. Duran. deciſ. 88. num. 11.* cum alijs pluribus per *Gratian. cap. 502. à num. 22. ad finem.*

Et ità &c.

BONONIEN. SVCCESSIONIS.

Lunæ 18. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum conſtitutum à fœmina ad fauorem filiæ, & deindè filiorum, ac deſcendentium maſculorum eiuſdem filiæ comprehendit tàm maſculos deſcendentes ex maſculis, quam eis deficientibus, maſculos deſcendentes per aliam fœminam.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi non fuerit interpoſita, vel proſecuta in tempore ſententia tranſit in iudicatum.*
2 *Idem eſt non appellare, & debito tempore appellationem non proſequi.*
3 *Deciſiones Rotales oſtendunt iuſtitiam ſententiæ.*
4 *Fideicommiſſarius poteſt agere contra hæredes alienantis bona fideicommiſſi pro pretij reſtitutione, ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter alienauerit.*
5 *Imò eſt in facultate ipſius, agere etiam pro recuperatione bonorum alienatorum contra tertios poſſeſſores.*
6 *Maſculi, deſcendentes ex filia fœmina ſi fuerint vocati, veniunt etiam Maſculi, deſcendentes per aliā fœminam.*
7 *Et tunc non agitur de extenſione fideicommiſſi, nec*

de inducendo nouo grauamine, ſed de illius continuatione.
8 *Et eadem ratio militat in Maſculo deſcendente immediatè per fœminam, ac in maſculo deſcendente mediatè per aliam fœminam.*
9 *Ratio conſeruandæ agnationis ceſſat, ſi fideicommiſſum fuerit conſtitutum à fœmina, & primo loco vocata alia fœmina.*
10 *Ceſſante ratione conſeruandæ agnationis, vocatio maſculorum comprehendit non ſolum maſculos deſcendentes ex maſculis, ſed ijs deficientibus maſculos deſcendentes ex fœminis.*
11 *Item ſi Teſtator habuit pro ſynonymis verbum, filios, & verbum,* deſcendentes.
12 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*
13 *In dubio ſtan. eſt declarationi Donantis.*
14 *Declaratio non poteſt fieri in præiudicium Tertij, poſtquam illi fuit ius quæſitum.*
Fallit, quando diſpoſitio eſt dubia, & declaratio inſeruit pro adminiculo, nec habet vim nouæ diſpoſitionis eodem num.
15 *Statutum correctorium iuris communis, extendi non debet.*
16 *Donatio facta pro nuptijs in genere, non contemplata certa perſona, non dicitur correſpectiua ad dotem.*

DECISIO CXLI.

1 OB non interpoſitam appellationem in tempore, & non proſecutionem illius intra biennium cenſuerunt Domini, ſententiam Rotalem feciſſe tranſitum in iudicatum *cap. quod ad conſultationem de re iudic. Clem. ſi appellationem, & Clem. ſicut de appellat.* Cum
2 idem ſit non appellare, vel intra debitũ tempus appellationem non proſequi *l. fin. §. Illud etiam C. de temp. appell. Rot. in Aquilana Iurispatronatus 4. Iunij* 1646. *coram Eminentiſſ. Card. Corrado, & in Caietana bonorum 3. Decembris eiuſdem anni coram R. P. D. Cerro.*
3 Iuſtitia verò eiuſdem ſententiæ, ſine qua non intrat res iudicata, patet ex deciſionibus editis coram R. P. D. meo Bichio, in quibus firmatur D. Aurelium Maluetium hæredem pro medietate Camillæ alienantis, teneri pro medietate ad reſtitutionem pretij bonorum alienatorum per d. Camillam eius auctricem, & ſic ad lib. 7583. vna cum fructibus à die Compromiſſi vſque ad executionem ſenten-
4 tiæ; Nam cum bona, de quibus agitur, eſſent ſuppoſita fideicommiſſo, condito per Dorotheam de Bonfiolis, poteſt hæres grauatus, qui alienauit, cogi ad pretij reſtitutionem ſiue ſcienter, ſiue ignoranter alienauerit, vt diſponit *text. in l. quidam 25. §. fin. ibique Bart. num. 1. verſ. Secundo nota ff. ad Trebell. Alex. conſ. 3. num. 3. & ſeq. lib. 3. Gabr. conſ. 118. num. 3. lib. 1. & conſ. 44. num. 22. lib. 2. Petra de fideicomm. quæſt. 3. num. 37. Odd. de ſubſtit. quæſt. 47. num. 8. & 9. Peregr. de fideicomm. art. 45. num. 15. & art. 46. num. 26.* vbi fir-
5 mat, eſſe in facultate fideicommiſſarij, agere pro conſequutione pretij contra alienantem vel pro recuperatione bonorum contra tertios poſſeſſores *Cephal. conſ. 761. num. 14. & 15.* optimè *Rot. coram Merlino deciſ. 831. num. 1. cum alijs relatis à Cyriac. controu. ... num. ... & per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 558. num. 1. in fin. & quæſt. 627. num. 54. & ſeq.*

6 Fideicommiſſum autem controuerti non poteſt; Nam illud eſt literale, & vocatio DD. de Albergatis patet ex eo, quia Dorothea voluit, bona ſua peruenire ad filios, & deſcendentes maſculos Camillæ eius filiæ, quales ſunt ijdem de Albergatis, qui cum ſint maſculi, & deſcendentes Camillæ ex Hyppolita filia prædefuncta, dicuntur habere qualitates requiſitas à Donatrice *Soccin. Sen. in l. Gallus §. nunc de lege num. 5. ff. de delib. & poſth. Rub. Alex. conſ. 22. num. 11. verſ. Quartus caſus, Giouagn. conſ. 11. nu. 43. & ſeqq. lib. 2. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 18. num. 16. & ſeqq. & probant relati per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 404. num. 7. Rota in Nucerina fideicommiſſi prima Iulij* 1650. *coram R. P. D. meo Meltio.*
7 Etenim hodie non agitur de extenſione fideicommiſſi, & de inducendo nouo grauamine, nec minus in concurſu cum filijs maſculis ipſius Camillæ, in quibus terminis loquũtur DD. exaduerſo allegati, ſed agitur de continuatione eiuſdem fideicommiſſi in fauorem pronepotum, quo caſu non eſſe locum reſtrictioni, docet *Ruſtic. in l. cum Auus lib. 6. cap. 12. num. 1. & ſeqq. de condit. & demonſtr. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. num. 16. & ſeqq. Gratian. diſcept. for. cap. 687. num. 6. & ſeq. cum alijs adductis per Modern. Eugubin. contr. 82. num. 16.*
8 Imò eadem ratio militat in maſculo, immediatè deſcendente ex fœmina filia donatricis, ac in alio deſcendente mediatè per aliam fœminam, quia omnes ſunt deſcendentes, vt benè in propoſito põderat *Imol. in l. ſi ita ſcriptum num. 8. ff. de leg. 2. Odd. conſ. 39. num. 53. Gabr. conſ. 96. ſub num. 27. verſ. exiſtimari lib. 1. Mart. conſ. 61. num. 20. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. nu. 36. Rot. deciſ. 6. circa med. verſ. confirmatur par. 1. diuerſ.*
9 Vndè cum fideicommiſſum ſit conſtitutum à fœmina, & in eo fœmina primo loco vocata fuerit, ac proinde ceſſet ratio conſeruandæ agnationis concurrente tantummodo qualitate maſculinitatis, nempe, quod Dona-
10 natrix magis dilexit genus maſculinũ, quam fœmininum; vocatio de deſcendentibus maſculis Camillæ habet etiam locum in nepotibus maſculis, deſcendentibus ab eadem Camilla, vt benè in propoſito ratiocinatur *Mantic. de coniect. d. lib. 8. tit. 18. num. 17. & ſeqq. & de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 19. Alciat. conſ. 15. num. 1. & ſeqq. lib. 8. & conſ. 104. à princ. lib. 9. Ruin. conſ. 120. nu. 8. & 9. vol. 1. Molin. de primog. Hiſp. lib. 3. cap. 5. num. 48. & 49.*
11 Quinimò eadem vocatio reſultat ex alia parte donationis, in quà donatrix voluit, quod dicta bona perueniant, & æquis portionibus ſpectent ad filias fœminas dictæ Camillæ, vt ſupra, quarum appellatione veniunt quoque deſcendentes ex filiabus, dum ipſa parificauit vtramque ſubſtitutionem cum dictione repetitiua, *vt ſupra*, & habuit pro ſynonymis verbum *filios*, & verbum *deſcendentes*, *Curt. iun. conſ. 113. num. 8. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 36. nu. 57. Menoch. præſ. 94. num. 27. lib. 4. Mantic. de coniect. lib. 8.*

Digitized by Google

lib.8.tit.8.num.21. Fuſar.de ſubſtit.q.320. num.78.

12 Neque eſt ambigendũ, Donatricem id expreſsè ſenſiſſe, dum in donatione dixit, quod bona ſua poſt mortem Camillæ in totum perueniant ad eius filios, & deſcendentes maſculos; ſubiungendo, *ſi filios maſculos habuerit*, non facta mentione deſcendentium; ſignum euidens, quod ſub verbo, *filios*, ilios intendebat comprehendere, dum ſupra expreſsè vocauerat, & infra pariter in illis verbis, ibi; *quatenus Camilla decederet ſine filijs maſculis, & fœminis, voluit bona deuenire ad DD. de Bonfiolis eius Patruos*. quæ vltima ſubſtitutio cenſetur facta in defectũ deſcendentium maſculorum, quos Donatrix ſupra vocauerat, licet vſa tantummodo fuerit verbo *filios*, cum vna pars teſtamenti aliam declaret *Menoch. conſ.328. ſub num.21. verſ. decimo confirmatur, Fuſar.* qui alios cumulat, *de ſubſtit.quæſt.242.nu.123.Rot.dec.109. num.12.par.5.recent.*

13 Et ad tollendam omnem difficultatem, datum fuit per DD. de Albergatis Inſtrumentum publicum; in quo ipſa Dorothea donatrix de anno 1638. declarauit expreſsè, ſub tali diſpoſitione voluiſſe comprehendere nepotes, & omnes deſcendentes Camillæ tam per lineam maſculinam, quam fœmininam, quæ declaratio omnino attendenda venit *iuxta tex. in cap.ſi verò il ſecondo, verſ. vel ſi hoc dubium, ibique gloſ. verbo propria manu de ſent. excom. Alex. conſ.52.num.25.lib.4.Curt.iun. conſ.50.ſub nu. 10. verſ.debemus itaque, Aym.conſ.234.num.4. Mantic. de tacit.lib.11.tit.5.num.22.* & in his terminis de declaratione facta ex interuallo firmauit *Rota coram Seraph.deciſ.837.num.14.*

14 Nec dicatur, quod huiuſmodi declaratio non potuerit fieri in præiudicium Aurelij, & poſtquam illi fuerat ius quæſitum, quia obiectum poſſet fortaſſe procedere, ſi diſpoſitio eſſet clara, & perfecta, & declaratio contineret nouam diſpoſitionem, ſuper qua DD. de Albergatis fundarent eorum vocationem; Secus verò cum diſpoſitio ſit dubia, & declaratio deducatur tantummodò pro adminiculo, & ad magis probandam mentem, & intentionẽ Donatricis *ad text.in l.hæredes palam §.ſed etſi notam, ff.de teſtam.Dec.conſ.25.num.2.ad med. Rot.in Lauretana iuriſdictionis 23. Ianuarij 1617. coram Sacrato.*

15 Demum non obſtat Statutum Bononiæ *in rub.de dotis reſtitutione §. Item dicimus il ſecondo*, præbens poteſtatem mulieri teſtandi de dote, non obſtante quouis pacto; quia in præſenti caſu non agitur de dote, ſed de pacto appoſito in donatione omnium bonorum, facta ſorori, antequam nuberet, de qua ſanè Statutum non loquitur; itaut propterea tanquam correctorium ad illam extendi non debeat *Menoch.de recup.rem.15.num.268.Put.deciſ.350.lib.2. benè Giouagn.conſ.99.num.5.lib.1.Rot.Bonon.diuerſ. deciſ.112.num.33. & ſeqq.*

16 Nec dicatur, quod in prohęmio donationis Donatrix id facere declarauerit, quia ſoror magis quam patrui, egebat bonis, vt decentius nubere valeat, quia non propterea comprehenditur ſub hoc Statuto loquente de dote data, vel promiſſa, nam aliud eſt dotem dare, vel promittere, aliud verò donare, vt decentius nubere poſſit, cum nec etiam iſto ſecundo caſu donatio poſſit dici correſpectiua ad dotem, vel ad futurum matrimonium, ex quo loquitur de nuptijs in genere, non autem cum certa perſona, *Rot.deciſ.20. num. 5. & ſeqq.& deciſ.251.num.1.& per tot. par. 5. recent. in Romana, ſeu Aeſina donationis 23. Martij 1640. coram Reuerendiſſ.Terracinen. & in Romana fideicommiſſi de Incoronatis 5.Martij eiuſdem anni coram Pirouano.*

Vndè ex prædictis, alijs melius deductis in deciſionibus R. P. D. mei Bichij reſponſum fuit, conſtare de re iudicata. Vtraque parte informante &c.

LICIEN. ADMINISTRATIONIS.

Lunæ 18. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Ratio non poteſt dici ſufficiẽ reddita, niſi exhibeatur Inuentarium, legitimè confectum, & de bonis inuentariatis fidele computum, ac pupillo conſignentur quietantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur Inuentarium conficere.*
2 *Inuentarium debet continere claram, & diſtinctam deſcriptionem bonorum, non autem genericam, & confuſam.*
3 *Paria ſunt Inuentarium non conficere, vel illud imperfectè conficere.*
4 *Inuentarium non ſuffragatur, quando non continet integram deſcriptionem bonorum.*
5 *Scientia præſumitur in ijs, quæ tangunt intereſſe proprium.*
6 *Cambia non debentur, niſi concurrentibus requiſitis neceſſarijs.*
7 *Partitæ ſolutionum debent cum quietantijs iuſtificari.*
8 *Tutor tenetur conſignare pupillo quietantias ſolutionum factarum.*
9 *Pater tenetur dotare filiam.*
10 *Et tale onus tranſit in quemcumque poſſeſſorem bonorum ipſius patris.*

DECISIO CXLII.

1 RESOLVTVM fuit, non conſtare de ſufficienti redditione rationis, & ſic perſiſtendum eſſe in deciſis ſub die 25. Februarij 1647. coram Eminentiſſimo Cardinali Otthobono. Nam, cum Nicolaus ſuſceperit tutelam, & curam Matthęi Natalis eius ex Leonardo fratre nepotis cum obligatione reddendi bonum, & fidele computum, tenebatur in primis Inuentarium conficere; cum illud ſit principium, & caput redditionis rationis, *vt eſt tex. in l. 1. §. de ſeruis, ff. de tutel. & ration.diſtrah.Bart.in l.Tutor qui repertorium nu.1. & ſeqq. ff. de adminiſt. tut. Rolan. conſ. 49. numer.18.& 19.lib.1.Rota coram Seraphin. dec.1473. num.1.*

numer. 1. & in recent. deciſ. 197. *in fin. part.* 6.

2 Illud autem, quod fuit exhibitum, non videtur tale, quod eidem ſuffragari poſſit; cum non contineat claram, & diſtinctam bonorũ deſcriptionem, ſed genericam, & confuſam abſque expreſſione qualitatis, & quantitatis, itaut rerum pupillarium nulla poſſit certitudo haberi, vt patet ex illis verbis, ibi, *Vna Maſſaria nominata li Mercianti. Item vn'altra Maſſaria con oliue, terre, e frutti; Vna ſeſta parte dell'heredità di Giacomo Perſonè. Item pecore, e capre num.* 120. & ſimilia, vt benè in propoſito aduertit *Rolan. de inuent. quaſt. 106. num. 1. Eſcobar. de ratiocin. cap. 9. num. 67. & ſeq. Natt. conſ. 574. & 575 vtrobiq. num. 1. & ſeqq. Surd. deciſ. 222. num. 3. cum alijs pluribus relatis in Anconitana cenſuum 24. Februarij 1643. coram R.P.D. meo Roias.*

3 Etenim paria ſunt, Inuentarium non conficere, vel illud minus legitimè, & imperfectè conficere *l. ſed ſi 11. §. 1. & ibi gloſſ. verbo appareret, ff. de inſtit. act. l. quoties 6. ff. qui ſatiſd. cog. Montan. de offic. Tut. quaſt. 32. reg. 5. num. 78. Rolan. de inuent. quaſt. 110. num. 4. Surd. eodem tractat. quaſt. 275. numer. 2. Mar. Antonin. var. reſolut. lib. 2. reſolut. 8. nu. 8. Rota coram Veroll. deciſ. 119. num. 3. par. 2. in Maceraten. redditionis rationis 13. May 1642. coram bon. mem. Merlino, extenſa per R.P.D. meum Meltium, & in Bituntina cenſus 24. May 1647. coram Eminentiſſimo Card Corrado.*

4 Imò in eodem Inuentario non fuerunt deſcripta quam plura corpora, & ſignanter portio legitimæ, debitæ pupillo in bonis Matthæi ex perſona patris, nec non rata dotis maternę, & portio Maſſariæ nuncupat. *dell'Aquarole*, propter quarum omiſſionem non poſſe frui beneficio Inuentarij, notat *Bald. in l. fin. §. cum igitur num. 8. Cod. de iure deliber. Soccin. conſ. 159. num. 8. lib. 2. Dec conſ. 633. num. 10. Honded. conſ. 34. num. 20. lib. 1. Surd. de Inuent. hæred. quaſt. 275. nu. 1. in fine.*

5 Nec poteſt Nicolaus excuſari prætextu ignorantiæ. Nam quoad prima duo corpora ſcientia videtur clara, dũ ipſe vti Frater Leonardi debebat conſequi eaſdem portiones ad notat. per *Bartol. in l. in bonorum num. 3. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. Roman. conſ. 481. ſub num. 8. Soccin. iun. conſ. 67. ſub num. 11. lib. 3. Rot. coram Canaler. dec. 3. num. 5. & deciſ. 151. num. 13.*

Vlterius defecit idem Nicolaus non ſolum in confectione Inuentarij, ſed etiam in reddenda ratione de bonis in eo deſcriptis.

6 Nam eſto, quod libri fuerint exhibiti, adhuc relatio Peritorum erronea detegitur, & redditio rationis non poteſt ſuſtineri in ducatis 523. quæ prætenduntur ſoluta Angelo Seraphino pro interuſurijs, & fructibus cambij, dum non conſtat de requiſitis neceſſarijs, & in ſpecie de tranſmiſſione pecuniarum ad nundinas, & de ſolitis literis, ſeu diſpaccijs, ſine quibus, cambia non deberi, diſponit expreſſè Conſtitutio ſanct. mem. Pij Quinti Bullario nouo tom. 2. in ordine 118. & firmat *Nauarr. in Manual. cap. 17. tit. de vſur. circa cambia verſic. quare. Rota deciſ. 173. num. 3. poſt ſecundum volum. conſ. Farinac.* & concordantes referunt *Adden. ad Puteat. deciſ. 532. num. 8.* ac firmatum fuit *in Romana Cambij 17. Februarij 1642. in Licien. pecuniaria 29. May 1643. & in Romana, ſeu Ianuen. pecuniaria 1. Iulij 1644. coram R.P.D. meo Bichio.*

7 Præſertim quia de dicta partita, prout de alijs contentis in eadem relatione nullæ exhibentur quietantię, vt voluit *Ancharan. conſ. 330. nu. 7. circa med. verſ. Item deficiunt, Soccin. conſ. 93. ſub num. 12. verſ. quintò, & vltimò lib. 4.* Quæ

8 etiam pupillo erant reſtituendæ *ad text. in l. cum ſeruus 81. ff. de condit. & demonſtr. Rota deciſ. 743. num. 6. part. 4. diuerſor. & in dicta Maceraten. redditionis rationis 13. May 1642. coram bon. mem. Merlino.*

9 Prout pariter ſuſtineri non valet reſpectu bonorum, quæ tradita fuerunt in dotem pro ſcutis 750. Mariæ pupilli amitæ, & pro ea Donato Antonio Caragnolo illius ſponſo, quia onus dotandi non ſpectabat ad dictum pupillum, ſed benè ad Matthæum eiuſdem mulieris patrem *ad text. in l. final. Cod. de dot. promiſſ. l. qui liberos 19. ff. de rit. nupt. Moliu. de primogenit. lib. 2. cap. 15. num. 5. Giurb. deciſ. 45. num. 27. & ſeqq.* & fuit dictum *in Terracinen. fideicommiſſi 4. Iulij 1646. coram Eminentiſſimo Card. Otthobono.*

10 Nec refert, quod Leonardus eſſet hæres Matthæi, nam vltra quod fuit grauatus reſtituere, cum adſint bona Matthæi patris non tenebatur dotare de proprio, ex quo onus dotandi inhæret ijſdem bonis, ac propterea tranſit etiam in fideicommiſſarium vniuerſalem, & quemcumque alium dictorum bonorum poſſeſſorem, vt dixit *Rota deciſ. 28. num. 2. & ſeqq. & deciſ. 58. num. 1. par. 5. recent. cum alijs in Vrbeuetana Legati 4. Maij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ità reſolutum fuit vtraque &c.

MELEVITANA BONORVM.

Veneris 19. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario datur immiſſio vigore ſubſtitutionis contentæ in donatione, non obſtante quod donatio prætendatur ſimulata, ſi non concurrant coniecturæ, & cauſa ſimulandi; denegatur autem contra legitimum contradictorem, & titulo poſſidentem.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio, quando eſt literalis, non admittit controuerſiam.*
2 *Teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua non probant.*
3 *Simulationis præſumptio ceſſat in pacto, à iure permiſſo.*
4 *Confeſſio, iuramento munita, non poteſt impugnari ab eo, qui habet cauſam à confitente.*
5 *Saluianum datur vigore obligationis, & hypoteca, appoſita pro obſeruantia donationis.*
6 *Fideicommiſſum poteſt fieri in contractu.*
7 *Remedium* l. fin. *non competit contra legitimum contradictorem, & titulo poſſidentem.*
8 *Bona, data in dotem inæſtimata, cum pacto illa reſtituen-*

ſtituendi, non tranſeunt in dominium Viri.

9 *Permutatio operatur, vt bona accepta ſint eiuſdem naturæ, prout erant bona dimiſſa.*

10 *Fideicommiſſario competit immiſſio ſuper bonis, ſubrogatis pro fideicommiſſo, prout ſuper eiſdem bonis fideicommiſſarijs.*

11 *Bona tranſeunt cum onere ſuo ad quemcumque vadant.*

DECISIO CXLIII.

IN deciſione, edita 1. Februarij 1651. coram Eminentiſs. Card. Otthobono, reſolutum fuit Ven. Cumulo Charitatis Melitæ, & Hoſpitali S. Spiritus donatarijs Ioannis cōceden. eſſe immiſſionem ſuper Prædijs, nuncupatis Taxirin, & Tameimun, detentis per PP. S. Dominici; Iſtis verò eſſe denegan. ſuper alijs bonis à Virginia relictis, & per Cumulum, ac Hoſpitale poſſeſſis: Hodiè repropoſita cauſa ſuper iiſdem, quoad primam partem Domini perſtiterunt in reſolutis, & quoad ſecundam cenſuerunt deciſionē eſſe reforman.

1 Etenim reſpectu primæ partis clara viſa fuit ſubſtitutio in fauorem Cumuli, & Hoſpitalis, contenta in Inſtrumento donationis factæ per prædictum Ioannem Virginiæ filiæ de anno 1584. Itaut illa tanquam literalis nullam prorſus controuerſiam admittat. *Rot. coram Duran. deciſ. 126. ſub num. 1. & in Bonon. ſucceſſionis 4. Maij 1646. coram R.P.D meo Bichio.*

2 Exceptio verò, quod talis donatio fuerit ſimulata, ceſſat ex deductis in deciſione, quæ reuidetur. Nam cauſa ſimulandi non adeſt, vel non rectè probatur ex teſtibus ſingularibus, datis in *Summ. ſub num.* 6. qui cum diuerſimodè deponant de eodem actu, dicuntur ſingulares ſingularitate obſtatiua iuxta theoricam *Felin. in cap. licet ex quadam 47. ſub num. 2. col. 5. verſ. eſt enim duplex de teſtib. Rol. conſil. 33. num. 9. lib. 2. Farin. de Teſtib. q. 64. num. 54. Rot. in Carpentoraten. hæreditatis 28. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Bichio, cum pluribus adduct. per Cyriac. controu. 487. num. 1. & ſeqq.*

3 Coniecturæ verò alias cumulatæ ſunt leues, & illa, nouiter ponderata ex facultate conceſſa Angelicæ alienandi bona in vita donantis, & reuocata poſt mortem eiuſdem, non induit præſumptionem ſimulationis, dum tale pactum non reperitur prohibitum, ſed potius à Iure permiſſum, vt aduertit *Aymon. conſ. 319. num. 9. in fine, Rot. deciſ. 201. nu. 42. & 43. par. 7. in rec. & coram ſanct. mem. Gregor. deciſ. 195. num. 9. & 10. & deciſ. 459. num. 9.*

4 Ceſſat pariter altera exceptio defectus dominij penes donantem, quia, cum Virginia, & Angelica ipſo mortuo de huiuſmodi bonis tanquam paternis diſpoſuerint in Inſtrumento matrimoniali, talis confeſſio iuramento munita non poteſt impugnari à Patribus, qui cauſam habent ab iiſdem mulieribus *Bald. conſ. 339. num. 3. lib. 3. Ruin. conſ. 50. num. 13. lib. 1. Aym. conſ. 29. num. 1. Rot. deciſ. 274. eodem num. & deciſ. 277. num. 4. par. 7. rec.*

5 Rectè igitur firmatum fuit, Cumulo, & Hoſpitali dandam eſſe immiſſionem ſuper bonis donatis, exaduerſo poſſeſſis, Tàm ex hypotheca appoſita in donatione pro eius obſeruantia, vt dixit *Rot. poſt Pacif. de Salu. interd. deciſ. 292. num. 2. & ſeq. in rec. deciſ. 539. nu. 1. par. 4. & deciſ. 347. eodem num. par. 3. & in Meleuitana hæreditatis 17. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Roiat.*

6 Quam etiam vigore fideicommiſſi, in eadem donatione conſtituti, quod poſſe fieri in contractu diſponit *text. in l. quoties C. de donat. quæ ſub mod. Marzar. de fideicom. par. 1. quæſt. 2. verſ. Nihilominus, Fuſar. de ſubſtit. q. 303. nu. 78.* Et firmatum fuit in *Bononien. fideicomm. 4. Maij 1648. coram me.*

7 Et ex iiſdem rationibus benè denegarunt Domini immiſſionem Patribus vti hæredibus Virginiæ; Nam cum Cumulus, & Hoſpitale poſſideant bona controuerſa titulo legitimo donationis, dicuntur legitimi contradictores ad impediendam immiſſionem Patribus, venientibus ex teſtamento Virginiæ, vt notat *Bart. in l. fin. numer. 21. verſ. ſecundo caſu, ibique Zuccard. num. 403. C. de edict. D. Adr. toll. Menoch. de adipiſc. rem. 4. num. 610. Rot. in rec. deciſ. 127. num. 3. & 4. par. 7. in Romana domus 4. Maij 1648. coram R. P. D. meo Bichio, & in Meleuitana fideicommiſſi 20. Iunij 1650. coram Eminentiſſimo Card. Otthobono.*

8 Verùm, quia iidem Patres non ſolum ſunt hæredes Virginiæ, ſed etiam Angelicæ, ad quam ſicuti ſpectabant dicta duo Prædia Taxirin, & Tameimun, ex eo quia Ioanni donatori eius viro fuerunt tradita in dotem inæſtimata cum pacto illa reſtituendi *l. in rebus 30. C. de iur. dot. Pinell. in l. 1. num. 14. par. 3. C. de bon. mat. Menoch. de arb. caſ. 39. num. 20. lib. 2. Fontanell. de pact. nupt. clauſula 5. gloſ. 8. par. 13. nu. 20. & ſeqq.*

9 Ita quoque ſpectare debent Terræ nuncupatæ Eccenſiet, ſitæ in contrada Targia S. petri ſiuè del Naxaro, in permutationem acceptæ *l. ſi donatæ §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. Imperator §. fin. ff. de leg. 2. l. ſi rem. & pretium 25. ff. de petit. hæred. Iaſ. conſ. 231. num. 1. & 2. lib. 2.* Et vltra relatos per *Fuſar. q. 627. num. 46.* firmauit *Rot. in Bonon. bonorum de Floràuantibus impreſſa poſt Giouagn. reſp. 23. num. 31. lib. 2.*

10 Ideò quoad Terras prædictas Domini cenſuerunt, deciſionem eſſe reformandam, ac immiſſionem concedendam Patribus; cum eædem actiones, quæ competebant ad bona propria Angelicæ, eædem competant ſuper bonis permutatis *Rot. coram Buratt. deciſ. 229. num. 9. & coram Merlino deciſ. 316. num. 22. & deciſ. 428. num. 1.* Et tradit *Peregr. de fideicommiſſ. art. 44. ſub num. 30. & ſeq. cum alijs per Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 636. num. 2.*

11 Nec quicquam facit aſſ. onus vnciarum decem inhærens bonis prædictis, quia per immiſſionem illi non derogatur, nec aliquod præiudicium infertur, ſed bona tranſibunt cū eodem onere *l. via §. quæcunque ff. de ſeruit. ruſt. præd. Clem. 1. de cenſib. Dec. conſ. 284. num. 1. cum alijs per Add. ad deciſ. 26. num. 46. & ſeq. par. 3. rec.*

Et ità deciſum fuit vtraque parte informante &c.

PI-

PISTORIEN. BENEFICII.

Veneris 19. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus, & pertinentia illius quomodò probetur, & an ſuffragetur præſentatio intrà quadrimeſtre, quandò inſtitutio ab Ordinario fuit facta poſt dictum tempus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio ad beneficium Iuriſpatronatus debetur ei, qui docet de requiſitis neceſſarys.*

2 *Iuſpatronatus probatur ex confeſſione Partium, quando Ordinarius non eſt in cauſa, nec agitur de praiudicio Eccleſiæ.*

3 *Vacatio per obitum probatur ex confeſſione illorum, qui veniunt ex eadem vacatione.*

4 *Præſentatio intrà quadrimeſtre iuſtificatur ex fide obitus, & ex Inſtrumento præſentationis.*

5 *Habilitas præſentati probatur ex literis Presbyteratus.*

6 *Iuriſpatronatus pertinentia ſufficienter iuſtificatur ex eo, quod quis eſt hæres exiſtentis in poſſeſſione præſentandi.*

7 *Et tali caſu non eſt neceſſaria probatio deſcendentiæ à primo fundatore.*

8 *Præſentationes non ſuffragantur, niſi doceatur de pertinentia Iuriſpatronatus ad præſentantes.*

9 *Obreptionis defectus vitiat gratiam prouiſionis Apoſtolicæ.*

10 *Præſentatus intrà quadrimeſtre non eſt neceſſe, quod intrà dictum tempus inſtituatur ab Ordinario.*

11 *Et ratio eſt, quia alias eſſet in poteſtate Ordinarij, eludere præſentationes Patronorum.*

12 *Clauſula*, dummodo tempore datæ non ſit alteri ius quæſitum, *præſeruat ius ad rem, competens ex ſola præſentatione.*

DECISIO CXLIV.

1 CONCVRRENTIBVS ad Beneficium ſimplex SS. Bartholomei, & Bernardi non ſolùm Iacobo de Butis, Carolo de Mettis, & Carolo de Adamis, præſentatis per diuerſos prætenſos Patronos; ſed etiam Iacobo Paribenio, qui dictum beneficium vti deuolutum impetrauit à Sede Apoſtolica; Propoſui dub. quis eorum eſſet inſtituendus, & Domini ad fauorem Buti cenſuerunt eſſe reſponden. cum pro illius inſtitutione concurrant omnia requiſita neceſſaria iux. tex. *in cap. decernimus, & cap. Monaſterium 16. quæſt. 7. cap. cum Bertholdus, & ibi Abb. num. 12. de re iudicat. Rot. deciſ. 220. num. 1. coram Merlino, & in recent. dec. 337. eodem num. par. 2. & deciſ. 302. in princ. par. 7.*

2 Siquidem exiſtentia iuriſpatronatus non cadit in controuerſia, quia tàm compræſentati, quàm Paribenius, Prouiſus tanquam de deuoluto, illud expreſsè fatentur, quod ſufficit, dum Ordinarius non eſt in cauſa, nec agitur de præiudicio Eccleſiæ, *Mantic. deciſ. 318. num. 1. & ſeqq. ſanct. mem. Greg. deciſ. 452. numer. 1. & 2. ibique Add. num. 22. Et fuit dictum in Aquilana iuriſpatronatus 24. Ianuarij 1646. coram Eminentiſſ. Card. Corrado, in Gerunden. beneficij 11. Martij 1648. coram me, & in Aſculana iuriſpatronatus 1. Iulij 1650. coram Eminentiſſ. Card. Otthobono.*

3 Et vacatio per obitum Vincentij Bartholomæi de Rugerijs eſt pariter indubitata attenta confeſſione omnium, venientium ex eadem vacatione ex not. *per Oldrad. conſ. 229. Rot. coram Buratt. deciſ. 931. num. 1. Canaler. deciſ. 55. numer. 3. Pen. deciſ. 482. num. 5. & in recent. deciſ. 10. numer. 2. par. 2. in Maioricen. beneficij 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Albergato, cum alijs in Burgen. beneficiorum 26. Iun. 1651. coram me.*

4 Præſentatio ad fauorem Iacobi Buti, facta à Thoma Bartholomæi de Rugerijs nedum infra quadrimeſtre, ſed imò infra decem dies à die ſecutæ vacationis beneficij, probatur ex eo, quia obitus Vincentij euenit die 21. Martij, Præſentatio verò die 31. eiuſdem, vt conſtat ex publico Inſtrumento in Summario *num. 2. Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 2. quæſt. 3. artic. 12. num. 4. Rot. deciſ. 101. num. 3. par. 6. recent. & deciſ. 302. num. 5. par. 7.*

5 Et eius habilitas ex literis Presbyteratus, datis in Summario *num. 16. ad text. in cap. 2. vbi Abb. in primo notab. de Cleric. Pereg. & in cap. poſt ceſſionem de probat. Rot. deciſ. 87. num. 16. & dicta deciſ. 302. num. 4. part. 7. recent. in Aquilana beneficij 14. Decembris 1640. coram Reuerendiſſ. Terraciuen. & in Alerien. Canonicatus 29. Aprilis 1650. coram me.*

6 Pertinentia demum ad fauorem Thomæ, qui præſentauit Iacobum de Butis, probatur ex eo, quia ipſe Thomas eſt filius, & hæres Hieronymi, qui per præſentationem factam de anno 1624. & effectum ſortitam conſtitutus fuit in quaſi poſſeſſione præſentandi *iuxt. doctr. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 91. & ſeq. de cauſa poſſ. & propr. Abb. conſ. 54. num. 2. lib. 1. Dec. conſ. 126. num. 3. verſ. nam etiam ex vnica, & conſ. 134. ſub nu. 1. Lambert. de iurepatr. part. 1. lib. 2. quæſt. 3. principali artic. 11. num. 1. & ſeqq. Rot. coram Verall. deciſ. 337. num. 6. par. 2. Put. deciſ. 186. num. 1. lib. 1. Et dictum fuit in Terdonen. iuriſpatronatus 17. Iun. 1647. coram me.*

7 Quæ probatio ſufficit, etiam ſi non appareat de deſcendentia à primo fundatore per ea, quæ tradit *Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 11. num. 18. & ſeqq. Rot. coram ſanct. mem. Greg. deciſ. 349. num. 1. ibique Add. num. 6. & deciſ. 452. ſub numer. 16. & in recent. deciſ. 146. num. 2. & 274. num. 8. par. 2.* Et concordantes cumulantur *in Gerunden. beneficij 11. Martij 1648. coram me.*

8 Nec obſtant præſentationes, factæ ad fauorem Caroli de Mettis, & Caroli de Adamis, dum pro eorum parte non docetur de pertinentia iuriſpatronatus ad præſentantes, *Gonzalez ſuper reg. 8. gloſ. 18. num. 24. modern. Piſan. de iurep. part. 2. lib. 11. cap. 5. num. 95. Rot. in Placentina Cappellania 30. Octobris 1615. coram Coccino.*

9 Minus prouiſio Apoſtolica, reportata à Paribenio tanquam de deuoluto ob negligentiam Patronorum in præſentando, quia ex Inſtrumento præſentationis ſupra deducto excluditur prorſus negligentia huiuſmodi, & per conſequens prouiſio Apoſtolica ex capite

te obreptionis corruit *iuxta tex. in cap. ad aures 8. & cap. ad audientiam 11. de reſcript. & in cap. 2. de fil. presbyt. in 6. Rot. deciſ. 161. num. 12. par. 4. tom. 2. recent.* Et in his terminis firmatum fuit *in Melenitana beneficii 25. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Bichio.*

10 Replicatio verò, quod ſaltem inſtitutio facta ab Ordinario non proceſſerit intra quatuor menſes, parum releuat ad hunc effectū, cum reſpectu inſtitutionis non ſit præfinitum à iure tempus, vt docet *gloſ. in cap. quam ſit verbo quam citius de iurepatronatus in 6. Lambert. eodem tract. lib. 2. part. 3. art. 6. quæſt. 2. principali nu. 2. Roch. verbo honorificum num. 55. verſ. & propterea, Paul. de Cittad. par. 6. art. 3. num. 103. Rebuff. in prax. tit. de deuolut. num. 6. Garz. de benef. par. 10. cap. 4. ſub num. 1. Guimier. in pragmat. ſanct. tit. de collat. §. item circa verbo reſpectiuè poſt princ. Rot. deciſ. 4. verſ.*

11 *præterea nullum de iurepatr. in nou.* Et ratio eſt optima, quia alias eſſet in poteſtate Ordinarij eludere Patronos, & Præſentatos ab eis, inducendo deuolutionem per lapſum temporis à iure præſcripti ad effectum, vt beneficium efficiatur liberæ collationis, vt dixit *Rot. dec. 589. num. 3. & ſeqq. coram Penia.*

12 Eoque minus attendi debet Prouiſio Apoſtolica Paribenij, quia habet in ventre clauſulam *Dummodò tempore data non ſit alteri ius quæſitum*, per quam eidem Iacobo de Butis præſeruatur Ius ad rem ex ſola præſentatione quæſitum *Felin. in cap. in noſtra. num. 25. de reſcript. Garz. de benef. par. 4. cap. 3. num. 20. & ſeq. Rot. deciſ. 17. de præb. in nouis, Creſc. deciſ. 7. num. 2. de iurep. Seraph. deciſ. 1238. num. 4. Canaler. deciſ. 478. num. 6. Buratt. deciſ. 651. num. 4. ibique Add. qui plures cumulant num. 10.*

Et ita deciſum fuit altera tantum parte informante &c.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 22. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti ceſſantibus coniecturis de iure communi non cenſentur diſpoſitiuè vocati, & plures reiiciuntur coniecturæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum, reſtrictum ad certas perſonas, vltrà illas operari non debet.*
2 *Filij in conditione poſiti ceſſantibus coniecturis, vocationem ſuadentibus, non dicuntur diſpoſitiuè vocati.*
3 *Amplia, vt hoc procedat non ſolum in Tranſuerſalibus, ſed etiam in Deſcendentibus.*
4 *Licet in Deſcenden. leuiores requirantur.*
5 *Amplia, etiamſi diſpoſitio ſit facta per viam Contractus, & Donationis.*
6 *Qualitas Maſculinitatis non eſt ſufficiens coniectura adhoc, vt filij in conditione poſiti dicantur vocati, dum deficit ratio conſeruandæ Agnationis.*
7 *Ex Maſculorum vocatione non arguitur ratio conſeruandæ Agnationis.*
8 *Maſculinitas, & Agnatio differunt inter ſe.*
9 *Maſculinitatis expreſſio importat contemplationem ſexus, non autem Agnationis.*
10 *Filij in conditione poſiti etiam cum qualitate, quod ſint legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio procreati, non cenſentur diſpoſitiuè vocati, & num. 11.*
11 *Et dicta qualitas potius apponi ſolet ex ſtylo Notariorum, quam ex voluntate Teſtatoris.*
12 *Qualitas eſt iuſtifican. ab eo, qui in illa ſe fundat.*
13 *Alienationis prohibitio, facta de Caſtro, non inducit fideicommiſſum.*
14 *Ex excluſione filiarum propter Dotem, & propter filios non poteſt deduci excluſio Neptum ad fauorem remotiorum, dum illis de dote non fuit prouiſum.*
15 *Diſpoſitio facta in vno caſu denotat voluntatem contrariam in altero, in quo idem non fuit diſpoſitum.*
16 *Bona, ſemel ex fideicommiſſo extracta, ſub illo amplius non redeunt.*
17 *Subſtitutio facta de pluribus abſque verbis, tractum temporis denotantibus, vti per vulgarem vno ſemel admiſſo expirat.*
18 *Digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum non dicitur adeſſe, niſi quando plures ſunt factæ ſubſtitutiones.*
19 *Subſtitutiones plures pendentes ab vnius obitu pro vnica ſubſtitutione reputantur.*
20 *Clauſula,* pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *comprehendit hæredes etiam extraneos.*
21 *Clauſula,* ad omnimodam voluntatem, *importat pleniſſimam facultatem diſponendi.*
22 *Stipulatio non debet diuerſimodè interpretari reſpectu vnius, & reſpectu alterius.*
23 *Clauſula,* benè vult, & intelligit, *debet intelligi retento eodem themate.*
24 *Alienandi facultas eſt compatibilis cum fideicommiſſo, quando illa non reducitur ad actum.*
25 *Ratio conſeruandæ Agnationis ceſſat, ſi extantibus Agnatis bona poſſunt tranſire in extraneos.*
26 *Subſtitutio vulgaris expirat per aditionem grauati.*
27 *Diſcretiuus modus loquendi in vno, & in altero caſu arguit contrariam diſponentis voluntatem.*
28 *Filij poſiti in conditione, quando ſunt diſpoſitiuè vocati, omnes admitti debent.*
29 *Teſtator ſi mandauit eligi vnum ex pluribus, tunc ſecuta electione vnius, cæteri excluſi remanent.*
30 *Fideicommiſſum dicitur reale, quando verba ſunt directa in rem.*
31 *Fideicommiſſum quando eſt conſecutiuum ad certas perſonas, de reali efficitur perſonale.*
32 Deciſ. in Bonon. fideicommiſſi de Turri *declarantur.*
33 *Filij in conditione poſiti ex Statuto Vrbis cenſentur diſpoſitiuè vocati.*
34 *Filij in conditione poſiti ex quibus coniecturis cenſeantur vocati.*
35 *In dubio pro excluſione fideicommiſſi pronunciandum venit.*

DECISIO CXLV.

TANDEM poſt plures propoſitiones reſolutum fuit pro confirmatione Sententiæ

tiæ Rotalis, declarantis, non conſtare de fidei-
commiſſo Baptiſtæ ad fauorem Petri de Pol
ſuper Caſtro Sancti Tronqueti. Fundamen-
tum reſolutionis fuit, quia, cum idem Bapti-
ſta Caſtrum prædictum donauerit Ioanni eius
filio, ſtipulanti pro ſe, ſuiſque hæredibus, &
ſucceſsoribus quibuſcumque cum hoc, quod
ſi dictus Ioannes decederet cum liberis ma-
ſculis legitimis, & naturalibus, illud ſpectaret
ad vnum, vel plures ſecundum totalem diſ-
poſitionem, & voluntatem eiuſdem Ioannis;
ſi verò ipſe, & eius filij ſine liberis maſculis
decederent, pertineret ad Gabrielem ſecundo-
genitum ſi viueret, ſin minus ad eius liberos,
1 nulla facta mentione Petri; non poteſt Petrus
quicquam prætendere, quia fideicommiſſum,
reſtrictum ad certas perſonas, vltra illas ope-
rari non debet *Iaſ. in l. cum res num. 21. ff. de leg. 1. Dec. conſ. 210. num. 5. Caſtr. conſ. 07. num. 2. lib. 2. Menoch. conſ. 220. num. 128. Peregr. de fideic. artic. 1. num. 27. Rot. deciſ. 24. num. 10. par. 4. tom. 2. recen. & deciſ. 195. num. 6. & 7. par. 5.*

Neque ex eo, quod Petrus fuerit poſitus
in conditione, poteſt dici diſpoſitiuè vocatus,
2 dum pro eo non concurrunt efficaces, & con-
cludentes coniecturæ vocationem ſuadentes,
vt eſt gloſſ. communiter approbata in l. Lucius la 2. ff.
3 *de hered. inſtit.* quam procedere etiam in de-
ſcendentibus firmauit *Rot. coram Buratt. deciſ. 387. num. 1. & 2. & in recent. deciſ. 221. nu. 2. par. 5:*
4 Licet in illis leuiores requirantur, quam
in tranſuerſalibus, *idem Buratt. deciſ. 385. in princ. verſ. tamen illa, & dicta deciſ. 387. num. 2. verſ. & quamuis*, Et dictum fuit *in Bonon. fideicommiſſi de Sanctis 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*

5 Ac etiam ſi agatur de diſpoſitione facta
per viam contractus, & donationis, *vt not. Peregr. de fideic. art. 28. nu. 29. Mant. de tac. lib. 2. tit. 14. num. 19. Fab. de Anna conſ. 52. nu. 12. lib. 1. Cancer. var. lib. 1. cap. 1. num. 102. Rot. in Meleuitana hæreditatis 27. Martij 1620. coram bon: mem: Seleucien. cum alijs per Add. ad Buratt. deciſ. 385. nu. 10. verſ. quod procedit.*

Pro receſſu autem ab opinione gloſsæ non
approbarunt Domini coniecturas, alias dedu-
ctas, & repetitas hodie pro parte Petri. Siqui-
6 dem qualitas maſculinitatis non eſt conſide-
rabilis deficiente ratione abſoluta conſeruan-
dæ agnationis, quæ argui minimè poteſt ex
7 ſola vocatione maſculorum, *vt not. Gabr.* qui
talem coniecturam affirmat eſse leuem, & cō-
muniter reprobatam *conſ. 93. nu. 39. & ſeq. lib. 2. Gionagn. reſp. 82. num. 147. & ſeqq. lib. 1. Caſanat. conſ. 38. num. 92. & 94. Rota deciſ. 486. nu. 17. par. 1. in recen. deciſ. 667. num. 10. par. 2. deciſ. 272. num. 19. & deciſ. 279. nu. 20. par. 6.* vbi firmat maximam
8 adeſse differentiam inter maſculinitatem, &
agnationem, *& in Interamnen. fideicommiſſi 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Bichio, & plures cumulat Gratian. diſcept. for. cap. 999. num. 6.* vbi
9 loquens in iuriſdictionalibus aduertit, quod
per qualitatem ſupradictam cenſetur tantum
contemplatus ſexus, non autem agnatio, idē-
que comprobat *Peregr. de fideicom. art. 26. nu. 12. Surd. conſ. 308. nu. 14. & conſ. 448. nu. 24. Rota dicta deciſ. 667. num. 10. verſ. magna eſt, par. 2. recent.*

Altera verò coniectura, quod filij Gabrielis
10 fuerint poſiti in conditione cum qualitate
expreſſa, quod ſint legitimi, & naturales, &
de legitimo matrimonio procreati, pariter eſt
11 valdè debilis, cum vt plurimum ſit ſolita ap-
poni potius ex ſtylo Notariorum, quam ex
voluntate Teſtatoris, vt ait *Noguerol. alleg. 23. nu. 34. & 35. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 24. num. 13. Grinell. deciſ. Dolan. 125. num. 77.* alijque
relati per *Modern. Cremon. reſol. 147. num. 9. & 10.*
Et illam tanquam vanam pluries Rota reie-
cit, ſequendo deciſionem *Theſaur. 96. num. 26.*
vt teſtatur *Buratt. deciſ. 385. num. 8.* & de magis
communi etiam in terminis deſcendentium
firmatum fuit in *deciſ. 221. num. 12. par. 5. recent.*
cum pluribus adductis per *Ramon. conſil. 100. num. 45.*

Prætenſio, quod donatio facta fuerit de
Caſtro inſigni, & iuriſdictionali, non benè iu-
ſtificatur in facto, ſaltem de tempore donatio-
12 nis, & conſtituti fideicommiſſi, prout exad-
uerſo iuſtificari deberet, *ex not. per Peregr. de fideicom. art. 43. num. 46. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 718. num. 64.* Itaut ſi poſtea ſuperuenerit huiuſmo-
di qualitas, prout videtur apparere ex acqui-
ſitione, poſtea facta per Gabrielem de iuriſdi-
ctione alta, media, & infima, nihil penitus
operari poſſit, *arg. text. in l. quid ergo, ff. de his qui not. in fam. & in l. matrem, C. de probat. Bald. conſ. 367. poſt med. verſ. item quando lib. 5. Peregr. de fideic. art. 24. num. 29.*

13 Et tamen contrarium, non obſtante quali-
tate prædicta per *text. in l. pater filium, §. Iulius Agrippa, ff. de leg. 3.* probat expreſsè *Alciat. lib. 8. conſ. 2. num. 31. verſ. nec quicquam facit, & lib. 9. conſ. 129. per tot. Iaſ. conſ. 96. ſub num. 20. verſ. tertio non obſtat lib. 4. Rimin. iun. conſ. 632. num. 113. lib. 6. Gratian. cap. 280. num. 22. & ſeqq. Surd. deciſ. 238. num. 16. circa med. cum relat. per Add. ad eumdem deciſ. 125. num. 5. & 6.*

Excluſio fœminarum non fuit generalis,
& abſoluta, ſed reſtricta ad filios ſolius dona-
tarij, vt patet ex illis verbis. *Item caſu quo Ioannes, poſt eius obitum relinqueret filias d. Gabriel, aut eius liberi, qui habebunt d. ſubſtitutionem teneantur vnicuiq; filiarum d. Ioannis ſoluere ſcuta 500. aurea, dum in matrimonio collocabuntur.* Vnde
14 cum de tali dote non prouiderit neptibus, ſi-
cuti fecerat ad fauorem filiarum, quas exclu-
ſerat, eædem neptes nec cenſentur ab hæredi-
tate excluſæ, nec exinde nepotes in conditio-
ne poſiti ad fideicommiſſum vocati *Pariſ. conſil. 41. num. 59. lib. 3. Curt. iun. conſ. 11. num. 4. verſ. nec obſtat, lib. 1. Gionagn. conſ. 82. num. 164. lib. 1. Rot. deciſ. 485. num. 5. verſ. aderat præterea par. 4. diuerſ. & in rec. deciſ. 151. num. 8. & 9. & deciſ. 195. num. 17. par. 5.*

Et ſimili reſponſione remouetur aliud obie-
ctum, deductum ex prohibitione facta per
Teſtatorem, ne dos Clementiæ vxoris Do-
natarij detraheretur ex dicto Caſtro, niſi in
caſu, quo alia bona non ſufficerent, nam ca-
ſus d. reſtitutionis purificari debebat per mor-
tem eiuſdem Donatarij durante fideicom-
miſſo in eius filijs diſpoſitiuè vocatis, quate-
nus

Digitized by Google

nus ſupereſsent, ſin minus in Gabriele ſen.
15 Cumque donans non idem diſpoſuerit de
dote reſtituenda vxoribus filiorum Ioannis,
infertur, quod illos grauare noluerit *ex Pariſ.*
Giouagn. & alijs ſupra allegatis; vltra quod licen-
tia alienandi Caſtrum pro reſtitutione dotis
Clementiæ excludit voluntatem perpetui fi-
16 deicomuiſſi, quia bona, ſemel ex fideicom-
miſso extracta, ſub illo amplius non redeunt
Aym.conſ.186.num.14.Gabr.conſ.111. nu. 7. & 8.
lib. 2.Rota deciſ.209.num.3.& ſeq.par.1. recent. &
in Romana Caſalis Aguzzani 16. Decembris 1641.
coram R.P.D.meo Rojas.

Digreſsus ad plures ſubſtitutionum gradus
nullo modo videtur ſubſiſtere; nam poſt ſub-
ſtitutionem, in qua filij fuerunt poſiti in con-
ditione, in quibus terminis loquitur *Anchar.*
author huius coniecturæ conſ.74. num.2. vnica legi-
17 tur facta ſubſtitutio in fauorem Gabrielis ſen.
ſi erit in vita, ſin autem eius filiorum, quæ
vti per vulgarem expirabat in ipſo Gabriele,
ſeu eius filijs, dum non adſunt verba tractum
temporis importantia *iux.doctr. Cuman. in l.cum*
ita, §.in fideicommiſſo num.4.de leg.2. Grat.diſcept.
for.cap.536.num.47.& ſeqq.Rot.deciſ.473. nu. 30.
par.4.tom.2.recen.deciſ.151.num.12.deciſ.221. nu-
mer.6.& deciſ.326.num.5.& 6.par.5.& deciſ. 272.
num.13.part.6. & fuit dictum *in Bonon. fideicom-*
miſſi 7. Iunij 1647.coram Reuerendiſſ. Terracinen.
18 Et idcò illa non erat ſufficiens, cum ad dictũ
effectum plures requirantur ſubſtitutiones ex
adductis per *Giouagn.conſ.82. num. 20. verſ.ſexto*
Pariſius lib.1.Menoch.conſ.706.num.6. Cancer.var.
par.1.cap.1.de ſubſtit.num.133. Rot. in Bonon.fidei-
commiſſi de Sanctis 16.Martij 1648.coram R.P.D.
meo Bichio.
19 Imò nec etiam ante poteſt conſiderari talis
digreſsus. Quia, cum tam prima ſubſtitutio
facta de perſona Ioannis ſi ſine filijs, quam
altera de filijs ipſius pariter ſi ſine liberis mo-
rerentur, penderet ab obitu eiuſdem Ioannis,
pro vnica ſubſtitutione reputatur, vt dixit
Rot.deciſ.272.ſub num.14.& 15.par.6. recent. & in
Romana fideicom. de Ferratinis 19. Nouemb. 1646.
& 29.Maij 1647.coram R.P.D.meo Peutingerio.

In contrarium verò validiores viſæ fuerunt
coniecturæ pro excluſione fideicommiſſi ad-
ductæ; nam donatio Caſtri ſtipulata fuit pro
hæredibus, & ſucceſsoribus quibuſcumque,
ſub quibus verbis ſepties in donatione repeti-
tis comprehendi hæredes etiam extraneos fir-
20 mauit *Rota deciſ.251.num.5.& 6.par.5.recent. in*
Sarſinaten. feudi 22. Iunij, & 18. Decemb. 1645.
vbi cumulantur concord. coram Reuerendiſſ. D. meo
Decano, & in Romana domus 25.Februarij 1647.&
9.Decembris 1650.coram me; Et in terminis *gloſſ.*
in l.Lucius, d. ſtipulationem ponderarunt *Fab.*
de Anna conſ.52.num.11.& 13. lib. 1.& alij relati
per Moder.Cremon.reſol.147.num.14. Concurren-
tibus præſertim alijs verbis, *Ad omnimodam vo-*
21 *luntatem*, quæ important pleniſsimam facul-
tatem de bonis donatis diſponendi *iuxt.gloſſ.in*
in clem. 1. verb. omnimodam de for. comp. Menoch.
conſ.2.num.256.& ſeq.Alciat.reſp.4. num.31. verſ.
ſuadet lib.4. Rota in Maceraten. pecuniaria 20. Iunij
1644.coram Eminentiſſ.Card.Otthobono.

Quæ coniectura eo fortius vrgere videtur,
quia Ioannes donatarius correſpectiuè ad do-
nationem receptam iura ſibi competentia ſu-
per bonis paternis remiſit eidem patri, ſtipu-
lanti pariter pro ſe hæredibus, & ſucceſsoribus
quibuſcumque; nam ſicuti hæc ſtipulatio im-
portat libertatem bonorum, & excluſionem
fideicommiſsi ad fauorem patris, *Rota in Ro-*
mana ſucceſſionis de Comitibus 13. Iunij 1642.§.reſ-
pectu, coram Reuerendiſſ. D.meo Decano; Ita etiam
22 eundem effectum, præter caſus inibi expreſ-
ſos, operari debet hæc ſecunda ad fauorem fi-
lij, vt in propoſito ratiocinatur, *Ramon. conſ.*
100.num.285.Rot.in Romana dotis, ſeu fideicommiſſi
de Anguillaria 28.Ianuarij 1641.coram R.P.D. meo
Bichio, & in Tiburtina Caſtri S. Angeli 11. Martij
1650.coram R.P.D.meo Meltio.

Nec ſtipulationi prædictæ *pro hæredibus, &*
ſucceſſoribus quibuſcumque reſiſtunt verba, *Benè*
vult, & intelligit, Quia illa benè tolluntur ex
reſponſionibus datis *in deciſionibus R. P. D. mei*
23 *Veroſpij*. Et nihilominus ſemper debent in-
telligi, retento priori themate eiuſdem ſtipu-
lationis hæreditariæ, ex deduct. per *Giouagn.*
reſp.99.num.11.lib.1.Cyriac.contron.400.num.121.
Rot.deciſ.15.num.10. par.7. recen. & in Sarſinaten.
feudi 22.Iunij 1645.coram Reuerendiſſ. D. meo De-
cano. Quinimò ſunt compatibilia cum ipſa
ſtipulatione, quatenus ſcilicet Caſtrum prædi-
ctum ad hæredes extraneos non deueniſſet,
ſeu aliter de bonis donatis non fuiſſet à ſtipu-
latore diſpoſitum, vt dixit *Rot. in Romana præ-*
tenſi fideicommiſſi 30. Aprilis 1638. coram Coccino,
& 7. Nouembris eiuſdem anni coram Pirouano. Si-
24 cut in ſimili dicimus, quod facultas alienan-
di poteſt ſtare ſimul cum fideicommiſſo, qua-
tenus illa ad actum redacta non fuerit, vt ad-
uertit *Cephal.conſ.16.num.59.Peregr.de fideicomm.*
art.40.num.45.Rot.in S.Seuerini fideicomm. 25.Iu-
nij, & 14. Decemb. 1646. & 27. Maij 1647. coram
R.P.D. Veroſpio.

Et ex his excluditur penitus, quod in hu-
25 iuſmodi donatione fuerit habita ratio con-
ſeruandæ agnationis, quia illa ſemper ceſſat,
quoties euenire poteſt caſus, quod extantibus
agnatis bona tranſeant in extraneos, *vt notat.*
Alex.conſ.38.num.4.& ſeqq.lib.6.Soce. iun.conſ.26.
ſub num.11.lib.4.Decia.reſp.1.num.179. & 182.&
ſeqq.lib.2.Gabr.conſ.97. num.24. ad med. verſ. in eo
autem, lib.1.& conſ.100.num.34.& 35. lib.2. Bur-
ſat.conſ.300.num.67.verſ.ex omiſſione abſoluta, Pa-
pon.conſ.113.num.19. & ſeq. Rot. in Montis Faliſci
fideicom.19.Ianuarij 1618.coram Coccino.

Prout etiam ceſſare videtur, dum idem do-
nans in caſu obitus Ioannis ſine filijs vocauit
Gabrielem ſen: alterum ſuum filium, eiuſque
26 liberos per vulgarem, cum illa expiret adi-
tione grauati *l. poſt aditam C. de impub. & alijs*
ſubſtit.Griuel.deciſ. Dolan.125. num. 42. Et ſimili
ratiocinio vtitur *Ramon. conſ. 100. num. 275.*
Giouagn.conſ.82. num. 139. & 163. lib.1. Gratian.
diſcept.for.cap.536.num.63. & 64. Rot. deciſ. 538.
num.4.par.2.recent.& deciſ.151. num. 11. in fin. &
deciſ.221. num. 10. part. 5. & deciſ.272. num. 13.
part.6.

Quæ omnia facilius firmanda veniunt, quia
non

non verſamur in perſona rudi, ſed in homine
valdè Perito, qui licet bènè intelligeret vim,
& efficaciam verborum, & diuerſam ſubſti-
tuendi formam, diſtinguendo caſum obitus
cum liberis, & ſine liberis; Nihilominus in
celebratione iſtius Inſtrumenti vſus fuit ope-
ra inſignium Iuriſconſultorum, quod in ſpe-
cie ponderat *Cyriac. controu. 281. num. 77. & ſeq.
Altograd. conſ. 61. num. 66. verſ. ſed efficaciſſima, Rot.
in Bonon. fideicommiſſi de Glauarinis 5. Iunij 1637.
coram R.P.D. meo Rojas.* Ac propterea, cum
ipſe non ſolum poſuerit in conditione, ſed
etiam expreſsè vocauerit illos, ad quos vole-
bat rem donatam peruenire; Signum eſt eui-
dens, quod non intellexit eos vocare quos
27 tantum in conditione poſuit, nam talis diſcre-
tiua locutio contrariã arguit diſponentis vo-
luntatem, *vt not. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum
ita num. 93. ff. ad Trebel. Ruſtic. de liber. in condit. po-
ſit. lib. 4. cap. 13. num. 2. & ſeq. Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 76. nu. 43. & 44. Socc. ſen. conſ. 116.
num. 2. lib. 3. Gabr. conſ. 97. num. 28. lib. 1. Rot. in Ro-
mana ſucceſſionis de Comitibus 22. Iunij 1642. coram
Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Romana fideicom-
miſſi de Coronis 28. Ianuary 1647. coram R. P. D.
meo Cerro.*

Aduertendo præſertim, quod omnes filij
Ioannis fuerunt poſiti in conditione, qui ſi
eſſent diſpoſitiuè vocati; debuiſſent etiam
omnes admitti iuxtà diſpoſitionem *text. in*
28 *l. Lucius, ff. de hæred. inſtit.* Et tamen ipſemet do-
nans voluit, quod vnus tantum ex eis ſucce-
29 deret, quem Ioannes elegiſſet; Vnde ſi iſte
electus ſine prole decedebat, fideicommiſſũ
expirabat, nam cæteri remanebant perpetuo
excluſi per *tex. in l. vnũ ex familia 69. §. ſi falcidia
ff. de leg. 2. Odofred. ibid. col. 2. in princ. verſ. & Titius
elegit vnum, Sarmient. ſelect. interp. lib. 8. §. ſi fundum
num. 2. Ant. Fab. de error. prag. decad. 53. err. 1. verſ.
hinc vero fit. Rot. deciſ. 149. num. 5. verſ. quam ſine
dubio par. 7. recent.* cum pluribus adduct. *in Ro-
mana hæreditatis de Togninis 18. May 1648. coram
R.P.D. meo Peutingero.*

30 Non obſtat, quod verba fuerint directa in
rem, & ideò fideicommiſſum dicatur reale;
31 Quia cum ſit conſecutiuum ad certas perſo-
nas de reali efficitur perſonale *Rum. conſ. 127.
num. 10. lib. 2. Menoch. conſ. 706. num. 41. verſ. reſpon-
detur, Fuſar. de ſubſt. quæſt. 269. num. 2. Rot. coram
Canal. deciſ. 513. num. 4. & deciſ. 632. nu. 12. & ſeq.
par. 4. tom. 3. recent. & in Bonon. fideicommiſſi de
Sanctis 16. Martij 1648. coram R.P.D. meo Bichio.*

32 Minus applicantur deciſiones *in Bononien. fi-
deicommiſſi de Turri coram bo: me: Card. Veroſpio, &
Manzanedo*; Quia ibi aderat expreſſa reciproca
inter inſtitutos, digreſſus ad plures ſubſtitu-
tionum gradus, & excluſio fœminarum ob
rationem conſeruandæ agnationis; Imò in il-
lis prout in alijs pluribus exaduerſo allegatis
non concurrebant coniecturæ pro excluſione
fideicõmiſſi, prout concurrunt in præſenti ca-
33 ſu. Aliæ verò deciſiones, vel loquuntur in
terminis ſtatuti Vrbis, ex cuius diſpoſitione
filij in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè
vocati, vel procedunt, quando fuit contem-
plata agnatio, & conſtat clarè de voluntate
diſponentis, quod voluerit facere fideicom-
miſſum perpetuum.

Vnde attentis prædictis, & ceſſante in præ-
ſenti caſu prohibitione alienationis; digreſſu
34 ad plures ſubſtitutionum gradus, ratione cõ-
ſeruandæ agnationis, ac verbis denotantibus
tractum temporis ſucceſſiuum, quæ regulari-
ter ponderari ſolent pro inducendo fideicom-
miſſo, & ad hoc, vt filij in conditione poſiti
cenſeantur vocati, vt per *Odd. conſ. 66. ſub nu. 24.
verſ. & illa excluſa, Caſanat. conſ. 45. num. 111. Rot.
coram Mantic. deciſ. 375. in fin. & in d. Bononien. fi-
deicommiſſi de Sanctis 17. Martij 1648. coram R. P.
D. meo Bichio.* Cum materia ſit merè conie-
cturalis, & hinc inde adſint coniecturæ, quæ
mentem diſponentis dubiam reddunt, hæc fa-
35 uent allegãti non adeſſe fideicommiſſum,
pro cuius excluſione in dubio pronuncian-
dum venit *l. pater filium, §. fin. de leg. 3. Fuſar. con-
ſil. 42. num. 32. Gabr. conſ. 132. num. 37. lib. 1. Rot.
deciſ. 667. num. 14. par. 2. recen. & deciſ. 279. num. 31.
par. 6. & in Tudertina aſſ. fideicommiſſi 4. Iunij 1640
coram R.P.D. meo Rojas.*

Propterea Domini materia plenè diſcuſſa,
& approbando etiam fundamenta deciſionũ
coram R. P. D. meo Veroſpio. Meritò pro
confirmatione ſententiæ Rotalis reſponde-
runt vtraq. parte informante.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE Naſcentorijs.

Veneris 26. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Bona ſubiecta fideicommiſſo poſſunt alienari, &
dari in ſolutum pro debitis fideicommitten-
tis, nec alienatio præſumitur exceſſiua, niſi
concludenter probetur ab allegante, & aduer-
ſus ſententiam contrariam datur reſtitutio in
integrum, etiam ex iuribus de nouo pro-
ductis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi bona alienari poſſunt pro reſtituenda
dote Vxoris fideicommittentis.*
2 *Bona, ſemel diſtracta à fideicommiſſo ex cauſa ne-
ceſſaria, non remanent amplius ſub fideicommiſſo.*
3 *Confeſſio debiti, facta in Teſtamento, probat.*
4 *Identitas probatur ex duobus particularibus confi-
nibus.*
5 *Exceſſus debet concludenter probari ab allegante.*
6 *Reſtitutio in integrum datur aduerſus ſententiam
iniuſtam, etiam ex iuribus de nouo productis.*
7 *Et ſufficit iniuſtitia etiam non notoria.*

DECISIO CXLVI.

DOMINI ex iuribus de nouo productis
cenſuerunt conſtare de cauſis reſtitu-
tionis in integrum, quia ex illis apparet, im-
miſſionem conceſſam Angelo Manſio vti fi-
deicommiſſario. Raynerij ſuper Prædio, exi-
ſtente in Communi S. Ioannis de Triario in
loco

Digitized by Google

loco nuncupato *la Montanara*, non poſſe ſuſtineri, cum illud alienatũ fuerit ab Alexandro hærede grauato pro reſtitutione dotis Andromachę vxoris ipſius Raynerij, quod fieri poſſe, probat *tex. in l. pater filium 36. ff. de leg. 3. Bellon. iun. conſ. 36. num. 3. vſque ad nu. 12. Couarr. var. lib. 3. cap. 6. num. 10. verſ. quarto non tantum, Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 541. num. 1. & ſeqq. Surd. deciſ. 62. num. 21. Merlin. deciſ. 459. num. 6. & 7. Buratt. deciſ. 920. num. 3. in Romana fideicommiſſi de Zuccaris 14. Nouembris 1639. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Florentina horti 4. Iulij 1642. coram R. P. D. meo Bichio.*

2 Et propterea vti diſtractum ex dicta cauſa non remanſit amplius grauatum onere fideicommiſſi ad *text. in l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell. Ruin. conſ. 137. num. 19. verſ. nec poſtquam lib. 2. Soccin. conſ. 23. nu. 6. & 8. lib. 3. Marzar. de fideicommiſſis quaſt. 48. verſ. Poſtremò, Peregr. eodem tract. art. 42. ſub num. 24. Rot. in rec. deciſ. 209. num. 3. par. 1. & coram Merlin. deciſ. 657. num. 25.*

3 Nec de credito dotali Andromachæ vllo modo dubitari poteſt attenta confeſſione propria ipſius Raynerij, emiſſa in Teſtamento per eum condito iux. *tex. in l. cum quis decedens 35. §. codicillis ff. de legat. 3. Maſcard. de probat. concl. 359. num. 20. & concl. 361. num. 34.* cum alijs per *Rot. deciſ. 296. num. 3. par. 4. recent.*

4 Minus dubitari poteſt de identitate eiuſdẽ Prædij, cum vltra generalem denominationem loci, illa ſufficienter probetur ex duobus particularibus confinibus, nempè Canonicorum Sancti Saluatoris, & Hæredum Marci Antonij Bondij, vt not. *Bart. in l. demonſtratio falſa num. 14. & 20. ff. de cond. & demonſt. Alex. conſ. 73. num. 6. lib. 3. Soccin. conſ. 89. num. 1. lib. 1. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 172. num. 2. & deciſ. 575. num. 4. & 5. Caual. deciſ. 311. nu. 4. Merlin. dec. 262. num. 6. & deciſ. 294. num. 7. in rec. deciſ. 261. nu. 14. par. 7.* & latè firmatum fuit *in Ariminen. fideicommiſſi 14. Martij 1640. coram R. P. D. meo Cerro.*

5 Quod verò datio in ſolutum facta per Alexandrum fuerit exceſſiua, tollitur ex eo, quod creditum dotale Andromachæ conſiſtit in ſcutis 1500. auri Summ. Hoſpitalis *num.* 1. Et tamen ex hactenus probatis Prædium, de quo agitur, non reddit niſi ſcuta 80. annua; Itaut eadem datio in ſolutum appareat potius læſiua mulieri, quam fideicommiſſario, qui in omnem caſum ſi prætendit exceſſum, debet de eo plenè, & concludenter docere *Maſcard. de probat. concl. 696. num. 11. Cyriac. contr. 5. nu. 13. & contr. 120. num. 75. Rota in Aſculana dotis 24. Ianuary 1648. coram me, & in Romana Domorum 20. Iuny 1650. coram Eminentiſſ. Card. Otthobono.*

6 Meritò igitur reſponſum fuit, conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum, cum illa ſemper concedi ſoleat, quando apparet de iniuſtitia ſententiæ, quamuis iura fuerint de nouo producta iuxtà *gloſ. in cap. vltimo verbo nouis de in integ. reſtit. Capuaq. deciſ. 94. par. 3. Caſſad. deciſ. 1. num. 3. de reſtit. in integ.* Et firmatum fuit *in Faventina Computorum 24. Maij 1610. coram bo: mem: Manzanedo, & in Peruſina Societatis 20. Maij 1624. coram Vbaldo,* penes *Poſt. de ſubhaſt. deciſ. 62. nu-*

7 *mer. 11.* Ad quem effectum ſufficit iniuſtitia etiam non notoria *Caſ. de Graff. deciſ. 10. nu. 12. de ſent. & re iudic. Seraph. deciſ. 251. num. 2. Buratt. deciſ. 92. num. 5. & deciſ. 452. num. 6. & in recent. deciſ. 492. num. 1. par. 1. & deciſ. 343. eodem num. par. 6.*

Et ità &c. vtraque &c.

ROMANA HAEREDITATIS.

Lunæ 29. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio in caſum criminis læſæ Maieſtatis, Diuinæ, vel Humanæ, pro quo intret confiſcatio, aut ſequeſtratio bonorum, non purificatur per ſimplex homicidium Clerici, ſequutum ad defenſam, & in pura rixa, præſertim ceſſante confiſcatione bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel Humanæ non verificatur in ſimplici homicidio Clerici, niſi aliæ concurrant circumſtantiæ.*

2 *Clericum percutiens incidit in excommunicationem Can. ſi quis ſuadente Diabolo.*

3 *Sententia, ſuſpenſa per appellationem, non meretur nomen ſententiæ, nec poteſt ſuper ea fundamentum fieri.*

4 *Sententia ſuſpenſa per appellationem perindè eſt, ac ſi non eſſet lata.*

5 *Crimen læſæ Maieſtatis non verificatur in ſimplici Homicidio Clerici ad defenſam, & in pura rixa.*

6 *Teſtator ſi reſpexit ad confiſcationem bonorum, tunc non ſufficit ſimplex Delictum, niſi confiſcatio etiam concurrat.*

7 *In Conditionibus attenditur nudum factum.*
Fallit quando Teſtator contemplauit effectum facti, eodem num.

8 *Conditiones duæ ſi fuerint in diſpoſitione adiectæ, requiritur concurſus vtriuſque.*

DECISIO CXLVII.

NICOLAVS Muſſus in Teſtamento, cum quo deceſſit, hæredem vniuerſalem inſtituit Pium Franciſcum de Rubeis: *con dechiaratione però* (ſunt verba eiuſdem Teſtamẽti) *che in caſo, che il detto Pio Franceſco commetteſſe alcun crime di leſa Maeſtà diuina, ò humana, per il quale vi entraſſe la confiſcatione, ò ſequeſtro della ſua heredità, in tal caſo lo priua ex nunc pro tunc, & ſuo herede inſtituiſce Carlo Muſſo ſuo Nipote.*

Prouocatus idem Pius Franciſcus in Ciuitate Neapolis à quodam Clerico, ad ſe defendendum, & in pura rixa illum interfecit: Et quamuis in Curia Archiepiſcopali non fuerit condemnatus in confiſcatione bonorum, ſed tantum pronunciatum fuerit, incidiſſe in Excommunicationem contentam in Canone ſi quis ſuadente Diabolo; Nihilominus Carolus prædictus cœpit prætendere, factum eſſe locum ſubſtitutioni. Sed Domini negatiuè reſponderunt; Et immiſſionem petitam non eſſe dandam.

Digitized by Google

1 Nam crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel
Humanæ, contemplatum à Teſtatore, non
verificatur in ſimplici Homicidio Clerici, niſi
aliæ concurrant circumſtantiæ, de quibus in
2 *cap. Felicis de pæn. in* 6. Sed potius videtur pro-
cedere diſpoſitio *Text. in Can. ſi quis ſuadente* 17.
quæſt. 4. declarantis, percuſſorem Clerici inci-
dere in excommunicationem, prout Archie-
3 piſcopus per ſententiam pronunciauit, quæ
tamen per appellationem ſuſpenſa fuit, ità vt
ſuper ea nullum fundamentum fieri poſſit, vt
aduertit *Garz. de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 551. *&*
ſeq. vbi quod non dicitur iudicatum quando
fuit appellatum, & firmatum fuit *in Alexan-*
4 *drina penſionis* 1648. *coram Me*. Nam attenta
appellatione perindè eſt, ac ſi ſententia non
eſſet lata, & omnia remanent integra *Bald. in*
rubr. C. de appellat. num. 2. vbi quod appellatio
reſcindit pronunciatū conſiderato ſtatu præ-
ſenti, & ſententia perdit vires ſuas. *Alex. qui de*
communi conſ. 188. *num.* 10. *lib.* 2. *Felin. in cap. paſto-*
ralis 28. §. *præterea num.* 14. *verſ. concluſio ſit de off.*
deleg. Rot. coram Canal. deciſ. 242. *num.* 2.

5 Cumque Homicidium huiuſmodi ſequu-
tum fuerit in pura rixa ad propriā defenſam,
& Pius Franciſcus fuerit prouocatus; & per-
cuſſus, non poteſt dici commiſiſſe crimen læ-
ſæ Maieſtatis *gloſſ. in dicto cap. Felicis verb. per-*
cuſſerit de pæn. in 6. & ibi *Gemin. ſub num.* 11. *Fa-*
rinacc. de crimin. læſæ Maieſt. quæſt. 112. *num.* 129.
cum aliis pluribus relatis per *Carol. de Graſſ.*
de effect. Cleric. effectu 9. *numer.* 238. *& pluribus*
ſeqq.

6 Idque manifeſtè comprobant verba ſubſe-
quentia, appoſita per eundem Teſtatorem in
dicta ſubſtitutione, ibi, *per il quale vi entraſſe la*
confiſcatione, ò ſequeſtro de beni; quæ etiam ope-
rantur, ne ſufficiat ſimplex patratio Delicti,
niſi illud ſit tale, pro quo intret actualis con-
fiſcatio bonorum, vt benè in his terminis fir-
mauit *Rot. deciſ.* 97. *num.* 1. *poſt* 1. *vol. conſ. Farinacc.*
in Romana fideicomiſſi de Chriſpoltis 19. *Iunij* 1647.
circa finem coram R. P. D. meo Royas, & in alia Ro-
mana fideicommiſſi 19. *Iunij* 1651. *coram R. P. D.*
meo Otthobono.

7 Hinc non refert, quod in conditionibus at-
tendatur nudum factum; Nam id non proce-
dit, quando Teſtator contemplauit effectum
facti *Bart. in l. quid ergo* 13. §. *cum autem factum*
ff. de his, qui notant infam. Surd. conſ. 3. *nu.* 20. *& ſeq.*
Rot. in rec. deciſ. 269. *num.* 4. *part.* 2.

8 Et dum Teſtator duas conditiones adiecit,
nempe delictum, & confiſcationem, vtriuſ-
que concurſus requiritur, vt ſubſtitutio dica-
tur purificata *l. ſi hæredi plures* 5. *ff. de cond. inſtit.*
& probat *Honded. conſ.* 78. *num.* 24. *& ſeqq. lib.* 1.
Bellon. Iun. conſ. 8. *num.* 46. *& conſ.* 29. *numer.* 28.
alioſque plures adducit *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*
437. *num.* 242.

Et ità vtraque &c.

PISTORIEN. CAPELLANIAE.

Lunæ 27. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Lis calumnioſa non facit beneficium litigio-
ſum, nec tunc datur ſubrogatio. Et præſen-
tandi facultas, conceſſa ad vitam alicuius, &
pro vna vice tantum, non tranſit ad hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio non datur calumnioſo litigatori.*
2 *Lis calumnioſa non dicitur propriè lis, nec facit be-*
neficium litigioſum.
3 *Litem non adeſſe, vel illam ſapere calumniam,*
idem eſt.
4 *Calumnia in lite ex quibus probetur.*
5 *Iuſpatronatus hæreditarium poteſt relinqui hæredi-*
bus, etiam extraneis.
6 *Legatum, reſtrictum ad vitam alicuius, extinguitur*
per illius mortem, nec tranſit ad hæredes.
7 *Præſentandi facultas pro vna vice tantum, expirat*
per primam præſentationem factam, & effectum
ſortitam.
8 *Præſentatio dicitur effectum ſortita, quando per*
mortem præſentati beneficium vacauit.
9 *Patronorum conſenſus habet vim præſentationis.*
10 *Præſentatio, facta à Procuratore, requirit exhibi-*
tionem mandati intra quadrimeſtre.
11 *Lis quando habeatur pro derelicta.*

DECISIO CXLVIII.

1 EXISTIMARVNT Domini, litem, à Lu-
douico introductam, eſſe calumnioſam;
Et propterea eidem ſubrogationem non eſſe
dandam, vt firmauit *Rota corā Seraph. dec.* 1165.
num. 7. *in rec. deciſ.* 167. *num.* 18. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 2.
& in Catanien. quarta portionis 1. *Iulij* 1615. *coram*
bo: me: Selencien. & alibi paſſim.

2 Lis enim calumnioſa non dicitur propriè
lis, nec facit beneficium litigioſum *Mandoſ.*
ſuper reg. de ſubrog. collitig. quæſt. 11. *num.* 6. *& ſeqq.*
& præſertim *num.* 11. *Ferrett. conſ.* 12. *num.* 5. *in fi-*
ne, & num. ſeq. Rot. d. deciſ. 167. *nu.* 19. *par.* 4. *tom.* 2.
3 *rec.* Et idem eſt litem non adeſſe, vel illam ſa-
pere manifeſtam calumniam *l. in ſumma* 65. *ff.*
de condict. ind. Lancellott. de attent. lit. pend. par. 2.
cap. 4. *limit.* 4. *per tot. Caſſad. deciſ.* 7. *nu.* 1. *de dol. &*
contum. & deciſ. 5. *num.* 3. *vt lit. pend.*

4 Calumnia autem viſa fuit patens, quia
idem Ludouicus oſtendit ſolam præſentatio-
nem, per eum reportatam de anno 1640. à fi-
lijs, & hæredibus Lucæ del Magno, quibus
5 nullum ius cōpetebat in iurepatronatus præ-
dicto, quod tanquam liberum, & hæreditariū
potuit à Matthæo vltimo de familia de Cat-
tanis de Angliana relinqui, prout relictum
fuit Iacobò eius Nepoti iuxtà *tex. in Clem. plu-*
res, ibique *Card. num.* 6. *de Iurepatr. Paul. de Citta-*
din. eodem tract. par. 9. *tit. quomodo transferatur Iuſ-*
patronatus num. 29. *Rot. coram Seraph. deciſ.* 364. *nu-*
mer. 3. *& in Sulmonen. Beneficij* 10. *Martij* 1649.
coram bo: me: Arguelles.

Nec

Nec refert, quod præfatus Matthæus ius
præſentandi ad beneficium controuerſum de
6 anno 1578. legauerit eidem Lucæ; nam, cum
tale legatum fuerit reſtrictum ad perſonam
ipſius, & pro vna vice tantum, non poteſt ad
hæredes extendi, vt eſt *text. in l. Titia 35. §. fin.*
ibique *Bart. num. 2. verſ. quæro ff. de leg. 2. Cephal.
conſ. 158. à num. 14. lib. 2. Pariſ. conſ. 21. num. 38. eodem
lib. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 1. num. 9. & ſeqq.
Rot. coram Durano deciſ. 339. num. 5. & 81.*

7 Quinimò facultas, illi conceſſa pro vna vice
tantum, conſumpta fuit per præſentationem,
ab ipſo factam de anno 1609. in perſo-
8 nam Fabij Tacciani, quæ non poteſt controuerti,
quod fuerit effectum ſortita, dum per
eius obitum vacauit Beneficium iuxtà doctrinam
Oldrad. communiter approbatam *conſil. 229. num. 2. Lambertin. de Iurepatr. lib. 2. par. 1.
quæſt 10. art. 7. Rot. diuerſ. deciſ. 545. num. 2. par. 1. &
in rec. deciſ. 661. nu. 3. par. 3. ſan. mem. Greg. dec. 215.
num. 1.* ibique *Add. num. 8. Duran. deciſ. 23. num. 3.
& deciſ. 74. num. 34. & coram Merlino deciſ. 148.
num. 6.*

Neque effectuatio excluditur per literas
Apoſtolicas, expeditas ab ipſo Fabio; Tum
quia prædictæ literæ emanarunt tantummodò
ſuper confirmatione concordiæ, initæ in-
9 ter Præſentatos; Tum etiam quia, dum Papa
confert de conſenſu Patronorum, talis cõſenſus
habet vim præſentationis, *Abb. in cap. cum
Dilectus num. 8. de Iurepatr. Gabr. conſ. 192. in fine
lib. 2. Rot. deciſ. 534. num. 4. par. 1. diuerſ. & in recent.
dicta deciſ. 661. num. 3. par. 3.*

10 Vlterius aduertebant DD. quod præſentatio
ad fauorem Ludouici non fuit facta ab hæredibus
Lucæ del Magno, ſed ab eorum aſſerto
Procuratore, non exhibito infrà quadrimeſtre
mandato procuræ ad præſentandum iuxta
deducta per *Lap. allegat. 22. Lambert. de Iurepatr.
lib. 2. cap. 2. par. 1. art. 21. num. 5. Rot. coram Duran.
deciſ. 87. num. 24. & deciſ. 199. nu. 9.* cum alijs
per *Add. ad ſa. me. Greg. deciſ. 177 num. 7.*

11 Vndè cum ex prædictis conſter de non iure
Ludouici, quodque ipſe per decennium
tacuit abſque eo, quod curauerit acta tranſportare,
cenſuerunt DD. litem fuiſſe habitam
pro derelicta *Achill. deciſ. vltima num. 1. & ſeqq.
vt lit. pend. Put. deciſ. 15. & deciſ. fin. eodem tit. in rec.
deciſ. 342. num. 8. par. 1. repetita in 4. par. deciſ. 537.*
Et fuit dictum *in Corduben. Præſtimonij 13. Ianuarij
1623. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Et ità &c.

MEDIOLANEN. BENEFICIORVM.

Lunæ 27. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio inficitur per Decretum irritans, etiamſi
non ſit appoſitum ſuper certo corpore, quando
illud remanet iuſtificatum: Et gratioſè
ſubrogato competit tantummodo remedium
adipiſcendæ, ſi poſſeſſio eſt plena, & adeſt legitimus
contradictor.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis, Alio non exiſtente in poſſeſſione, eſt manutenibilis.*
2 *Poſſeſſio anterior ſemper eſt præferenda.*
3 *Amplia etiam ſi eſſet inſtrumentalis.*
4 *Poſſeſſio poſterior, capta ſinè citatione, non eſt manutenibilis.*
5 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem.*
6 *Et operatur, vt poſſeſſio capta habeatur pro vacua.*
7 *Decretum irritans, appoſitum in genere, & non ſuper certo corpore beneficij, non tollit inſiſtentiam facti, niſi donec inſtificetur, an illud intret.*
8 *Vnionis exceptio, vti reſpiciens petitorium, non admittitur in iudicio manutentionis.*
Fallit, quando allegatur poſſeſſio, capta ab eo, cui facta eſt vnio; quia tunc admittitur talis exceptio, ad excluden. manutentionem poſterioris poſſeſſoris eodem num.
9 *Subrogatus gratioſè poteſt, propria authoritate poſſeſſionem beneficij accipere, quando poſſeſſio eſt vacans.*
10 *Secus verò, ſi eſt plena, & adeſt legitimus contradictor, quia tunc ſubrogato competit ſolum remedium adipiſcendæ.*

DECISIO CXLIX.

1 IN deciſione, quæ reuidetur, eatenus manutentio
in beneficiis controuerſis conceſſa
fuit R. P. D. Turriano, quatenus ipſe
per publicum Inſtrumentum docuit, quod
vigore literarum Apoſtolicarum illorum
poſſeſſionem adeptus fuit ex vulg. reg. quod
poſſeſſio Inſtrumentalis, Alio non exiſtente in
poſſeſſione, eſt manutenibilis, vt eſt *text. in
l. Prædia,* vbi *Bart. & communiter DD. ff. de acq.* 1
poſſeſſ. cum alijs per *Rot. deciſ. 188. num. 1. par. 7.
recent.*

Hodiè cum ex nouiter in contrarium deductis
appareat, ab Adminiſtratoribus Fabricæ
S. M. de Conceſia, ac à Fratribus Carmelitis
Diſcalceatis ante annum 1641. poſſeſſionem
fuiſſe captam, Et propterea de tempore,
quo illam R. P. D. Turrianus accepit, fuiſſe
2 plenam: Domini cenſuerunt à deciſis eſſe recedenſ;
quia poſſeſſio anterior ſemper eſt præferenda
cap. licet cauſam, ibique etiam *Felin. numer.
8. verſ. tertia cauſa de probat. Ancharan. conſil.
274. ſub num. 1. verſ. & proculdubio; Rot. coram ſan.
mem. Greg. deciſ. 9. num. 5. & in rec. deciſ. 35. num. 3.
3 par. 2. & deciſ. 240. num. 6. par. 7.* Etiam ſi vtraque
eſſet Inſtrumentalis *Rot. coram Buratt. deciſ.
186. num. 2. & coram Merlino deciſ. 9. num. 3. &
4 ſeq. & deciſ. 208. num. 1.* Et poſterior, capta ſinè
citatione, eſt nulla, nec manutenibilis *Boccacc.
de interdict. uti poſſid. cap. 4. ſub nu. 3. Rot. coram Verall.
deciſ. 333. par. 2. & inter diuerſ. deciſ. 324. nu. 2.
& deciſ. 390. num. 1. & ſeq. par. 1. & in Cuſentina
Canonicatus 5. Iulij 1649. coram R. P. D. mo
Meltio.*

5 Non obſtat, quod vnio, cuius vigore capta
fuit poſſeſſio, ſit inualida, & nulla, vti facta
contra formam S. Concil. Tridentini, habentis
decretum irritans, quod inficit titulum
6 & poſſeſſionem; Itaut poſſeſſio habeatur pro

 vacua,

vacua, & poſseſsor citari non debeat, vt tradit *Archid. in cap. Ordinary num. 3. de off. Ord. in 6.* cum alijs per *Rot. in Ciuitaten. Archipresbyteratus 24. Martij* 1645. *cor. R. P. D. meo Cerro, & in Valentina Rectoria 24. Maij* 1647. *coram R. P. D. meo Bichio.*

7 Quia cum dictum decretum in genere appoſitum fuerit, non autem ſuper certo corpore beneficij, non tollit inſiſtentiam facti, ſaltem donec iuſtificetur, quod intret dictum decretum, vt aduertit *Gabr. de clauſul. concl. 3. num. 15. Rot. coram Put. deciſ. 94. num. 2. lib. 1. & deciſ. 180. num. 4. & 5. lib. 3. deciſ. 56. lib. 2. par. 3. diuerſ. And. deciſ. 1. num. 12. in rec. deciſ. 423. num. 4. & 5. par. 2. & in Gerunden. Capellania 27. Ianuarij* 1645. *coram R. P. D. meo Bichio.*

8 Minus facit, quod eadem vnio reſpiciat petitorium; Quia id benè procederet, ſi illa ſolum deduceretur, ſecus verò dum allegatur poſseſsio capta ab eo, cui facta eſt vnio, ad excludendam manutentionem poſterioris poſseſsoris, & propriam includendam. Quia tunc vis eſt in anterioritate poſseſsionis, ac tituli diſcuſsio neceſsaria non eſt, etiamſi poſseſsio poſterior ſit titulata ex notat. per *Alex. conſ. 88. num. 12. lib. 5. Rot. in Romana Tutela 18. Maij 1609. coram Manzanedo, apud Poſt. de manut. deciſ. 116. num. 8. & 9.* cum alijs per *Add. ad ſanmem. Greg. deciſ. 323. num. 7.*

9 Demum ad dictum effectum non releuat gratioſa ſubrogatio, exaduerſo obtenta; Quia tunc demum poteſt ſubrogatus propria authoritate, & ſinè citatione poſseſsionem accipere, quando non adeſt Contradictor, & poſ-
10 ſeſsio eſt vacans, ſecus verò dum adeſt Poſſeſsor: Quia tunc ſubrogato non competit aliud remedium, quam adipiſcendæ, prout in ſimili aduertit *Ruin. conſ. 27. num. 6. lib. 5. Pariſ. conſ. 1. num. 158. lib. 1.* Et in his terminis *Argel. de legit. contrad. quæſt. 15. num. 74. & nu. 173. & ſeqq. Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 13. à num. 53. Rot. deciſ. 159. num. 1. & per tot. par. 4. diu.* & apud *Poſt. de manut. deciſ. 174. num. 2. & deciſ. 177. num. 9.*

Et ità vtraque parte informante reſolutum fuit &c.

PISANA DAMNORVM, ET INTERESSE.

Lunæ 10. *Iunij* 1652.

ARGVMENTVM.

Teſtes Domeſtici an probent ad fauorem Domini, ſi in contrarium adſint alij Teſtes adminiculati; Et quam probationem faciat Teſtis vnicus contra inducentem, & producentem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes Miniſtri, famuli, & Salariati, & patientes exceptiones in perſonis non benè probant.*
2 *Tempus, quando eſt de ſubſtantia, tunc probatio debet etiam concludere reſpectu temporis.*
3 *Teſtibus adminiculatis magis eſt ſtandum, quam alijs.*
4 *Decretum, & præceptum Superioris habet præſumptionem pro ſe.*
5 *Scriptura rectè probat contra producentem.*
6 *Teſtis vnicus contra inducentem pluſquam plenam probationem facit.*
7 *Productus verò plenè probat.*
8 *Identitas debet probari concludenter ab eo, qui in illa ſe fundat.*
9 *Probatio quæ non concludit per neceſſe non venit attendenda.*
10 *Adimplere tenetur contractum, qui ex illo agere intendit.*
11 *Mora non poteſt imputari ei, qui obtulit ſe paratum recipere.*

DECISIO CL.

PRAETENDENTES Aſcanius Tripaldus, & Io. Baptiſta Sacchettinus, quod indebitè, & ſine Cauſa recuſauerit Hieronymus Viualdus recipere frumentum, per eos tranſmiſsum ad Portum Neapolis, & pretiū ſoluere ad rationem Carolenorum 32. pro quolibet Tumulo, quodque propterea alijs perſonis viliori pretio illud vendere coacti fuerint, egerunt coram R. P. D. Baranzono A. C. Locumtenente pro prætenſis damnis, & intereſse; Et quia ſententiam contrariam reportarunt, commiſsa mihi Cauſa appellationis, dubitatum fuit, An dicta damna deberentur; Et Domini negatiuè reſponderunt.

Nam, licèt obligatio non controuertatur, & Teſtes pro Mercatoribus examinati deponant, quod granum oblatum *era della francia baſſa*, & de tempore, quo fuit oneratum Liburni *era buono, recipiente, e mercantile, non punto, nè fetido*, iuxtà ordinem datum, cum quibus concordant etiam literæ onerationis; Nihilo-
1 minus vltra quod prædicti Teſtes ferè omnes ſunt Miniſtri, Famuli, ac ſalariati ipſorum Mercatorum, & propterea patiuntur exceptiones in perſona *l. 2. C. de teſtib. gloſ. in cap. in literis 24. verb. de familia, ibique Abb. num. 4. eod. tit. Alexan. conſ. 150. num. 14. lib. 5. Rota coram Durano deciſ. 148. num. 5. & in recent. deciſ. 84. num. 2. par. 4. & deciſ. 156. num. 8. par. 6. cum alijs per Grat. cap. 144. num. 11.*

2 Adhuc non deponunt de tempore, quo peruenit ad Portum Neapolis, & vbi conſignari debebat. Nam quando tempus eſt de ſubſtātia, tunc probatio debet concludere etiam reſpectu temporis. *cap. in præſentia de probat. Soccin. conſ. 42. num. 9. lib. 1. Iaſ. conſ. 46. num. 27. lib. 3. Caputaq. deciſ. 278. num. 5. par. 3. Mantic. deciſ. 95. num. 3. & deciſ. 169. num. 6. Duran. deciſ. 337. nu. 43. Merlin. deciſ. 622. num. 4. & fuit dictum in Abulen. portionis 14. Iunij 1647. coram me.*

3 Imò in contrarium adſunt quatuor Teſtes examinati ab ipſo Viualdo, ex quibus apparet, quod in Portu Ciuitatis Neapolis, & de tempore, quo granum conſignari debebat, non erat nec bonum, nec mercantile, ſed prauæ qualitatis, & vt duo ex illis aſſerunt, *Li grani feteuano d'herba, & erano molto ſcbiattati d'acqua*, quorum depoſitionem attendendam eſſe exiſtimarunt Domini, quia multum adminiculatur; Tùm ex relatione facta per Peritos, ſeu Deputatos ab Electis Ciuitatis Neapolis,

polis, ad inſpiciendam, & examinandam qualitatem eiuſdem frumenti, qui concorditer retulerunt granum non eſſe mercantile, nec receptibile, ſed calefactum, madidum, & praui odoris; Tùm ex alijs duabus atteſtationibus, quarum altera emanauit de ordine eorundē Electorum à Conſiliarijs, & Credentierijs ſuper granis, & farinis; Altera verò per Conſules Panatteriorum, qui omnes pariter concludunt frumentum eſſe madidum, calefactum, peſſimi odoris; neque ex eo poſſe confici panem, niſi cum maximo Comedentium periculo; Vndè non ſolum ab ijſdem Deputatis Ciuitatis Neapolis propter malam eius qualitatem recuſatum fuit, ſed etiam de ordine, & mandato Proregis iniunctum fuit Cuſtodibus, vt illud proijceretur in mare, niſi quam-
4 primum ſuper Nauibus reponeretur, & à Portu diſcederet, quod præceptum tanquam factum à Superiore, & concurrentibus tot adminiculis maximam præſumptionem veritatis habet, cum non ſit præſumendum, quod rem iniuſtam facere voluerit, *l. ab ea parte §. vlt. ff. de probat. cap. ſicut in fin. de ſent. & re iudic. Alexand. conſ.* 80. *numer.* 5. *lib.* 5. *Aym. conſ.* 1. *progenero numer.* 10. *Mantic. deciſion.* 151. *in fin. & in recent. deciſ.* 280 *num.* 1. *par.* 4. *& deciſ.* 76. *num.* 13. *par.* 6.

5 Inſuper depoſitio eorundem Teſtium redditur multum veriſimilis ex iis, quę faſſus fuit Andremus Mandatarius Tripaldi in literis eidem directis, ibi, *Mi par che poſſa hauer qualche ragiono il Paſqua intorno alla qualità, eſſendouene della grignata, & aſſai lorda, oltre all'eſſere grani miſchiati, e di più forti &c.* & ibi in fine, *potete eſſer ſicuri, che al detto prezzo vorrà ſolo grani ſenz'alcun deſetto*, quæ literæ, cum ſint conſcriptæ à Procuratore, & Miniſtro eorundem Mercatorum, & ab ijſdem productæ, rectè probant contra Producentes *Bart. in l. poſt legatum* 4. *numer.* 3. *ff. de his quib. vt indign. Surd. conſ.* 151. *nu.* 16. *Rota in recent. deciſ.* 123. *nu.* 5. *par.* 1. *& coram ſanct. mem. Gregor. deciſ.* 238. *num.* 5. *& ibi Add. num.* 15. *cum alijs pluribus in Bonon. fideicommiſſi Bartholomæi de Bologninis* 5. *Iunij* 1651. *coram Eminentiſſimo Card. Otthobono*.

6 Maximè cum concordet cum depoſitione ſexti Teſtis, à Mercatoribus inducti, dum inquit, *La naue fù ſcaricata tutta da me, & il grano era riſcaldato &c. & ve n'era qualche granicello punto &c.* qui Teſtis licet vnicus contra Inducentem pluſquam ſemiplenam probationem facit, vt dixit *Rota in Cathacen. hæreditatis* 24. *Nouembris* 1649. *coram R.P.D. meo Cerro*; Imò cum
7 fuerit etiam exaduerſo productus plenè probat. *Rota in Bononien. Tutelæ* 1. *Iunij* 1615. *coram bon. mem. Card. Veroſpio, cum alijs per Add. ad ſanct. mem. Gregor. deciſ.* 215. *num.* 9. Præſertim concurrentibus tot præſumptionibus, & adminiculis *Bart. in l.* 1. *§. Idem Cornelio numer.* 3. *ff. de quæſt. Rota in rec. deciſ.* 162. *num.* 3. *par.* 5.

8 Nec contradicit prędictæ depoſitioni, quod Viualdus mediante Paſqua eius Miniſtro ſupplicauerit Proregi pro acceptatione, & receptione frumenti, ſignum euidens, quod erat mercantile, & bonæ conditionis, & qualitatis; ſiquidem ſupplicationes prædictæ non percutiunt granum, de quo agitur, ſed loquūtur de diuerſo, vt colligitur ex tempore, quo illæ fuerunt porrectæ, nempè de menſe Iunij 1649. & ex approbatione de eodem frumento facta, cùm de dicto tempore frumentum cōtrouerſum non reperiretur amplius in dicta Ciuitate, ſed vſque de menſe antecedenti aliò aſportatum fuiſſet; Identitas verò eſt concludenter probanda ab eo, qui ſe fundat in illa *l. ſi in rem. in fine ff. de rei vindic. Felin. in cap. ſcimus Ioannes num.* 6. *de fid. Inſtrum. Ioſeph Ludouic. concluſ.* 14. *illat.* 47. *Mareſcott. qui multipliciter exemplificat. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 1. *& ſeqq. Rota in recent. deciſ.* 407. *num.* 1. *par.* 4. *& coram Merlino deciſ.* 476. *num.* 2.

9 Prætenſio, quod frumentum prædictum fuerit poſteà venditum in Portu Gori, & Arriani, nec benè iuſtificatur in facto reſpectu identitatis, nec concludit, illud fuiſſe qualitatis, & conditionis promiſſæ, cum etiam frumenta deterioris conditionis inueniant ſuos Emptores, vel quia vrgeat neceſſitas, vel ex quo pretium diminuatur, ac propterea, cum probatio non concludat pernecceſſe non venit attendenda *l. non hoc C. vnde legit. l. neque natales C. de probat. cap. in præſentia eod. tit. Rota in Anconitana Dotis* 21. *Aprilis* 1651. *coram R.P.D. meo Veroſpio*.

10 Vndè attentis prædictis, cum Mercatores non doceant, ſe prius adimpleuiſſe contractū ex parte ſua, tradendo frumentum bonum, & mercantile, *non punto, ne fetido* iuxtà formam conuentionis, fruſtrà agunt contra Viualdum pro ſolutione pretij, ſiuè pro damnis, & intereſſe ad *text. in l. Iulianus §. offerri. ff. de act. empt. l. cum proponas la.* 2. *C. de pact. Dec. conſ.* 380. *num.* 3. *Aym. conſ.* 151. *ſub num.* 9. *verſ. Iſta tamen diſputatio, & num. ſeq. Surd. conſ.* 36. *num.* 9. *Rot. deciſ.* 271. *num.* 3. *& ſeqq. & deciſ.* 369. *per tot. par.* 4. *diuerſ. & in rec. deciſ.* 44. *num.* 21. *& deciſ.* 64. *num.* 1. *par.* 6. *cum alijs per Adden. ad ſanct. mem. Gregor. deciſ.* 139. *num.* 6.

11 Nec obſtat interpellatio ad recipiendum, executa contra Viualdum. Nam cum ipſe obtulerit ſe paratum recipere, quatenus frumentum eſſet bonum, & qualitatis promiſſæ, & facta illius recognitione per Peritos, vt in Suum. *num.* 11. talis oblatio non poteſt Mercatoribus ſuffragari, nec Viualdum in mora conſtituere, prout in his terminis dixit *Rota in Romana Grani* 20. *Iunij* 1640. *coram bon. mem. Card. Veroſpio*.

Et ità partibus hinc indè informantibus deciſum fuit &c.

PAMPILONEN. DECIMARVM DE Vſurbil.

Luna 10. *Iunij* 1652.

ARGVMENTVM.

Rector habet aſsiſtentiam iuris, in decimandis Terris exiſtentibus intrà limites ſuæ Parochiæ, nec poſſunt Laici illas prætendere niſi do-

doceant de legitimo titulo, vel de immemorabili cum fama priuilegij.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ debentur Rectori, pro quibus habet aſſiſtentiam iuris.*
2 *Decima debentur integra Rectori, niſi laici doceant de titulo, vel de immemorabili.*
3 *Decimarum laici ſunt incapaces.*
4 *Deciſiones Rotæ ſupponenda veniunt in eadem inſtantia.*
5 *Decimæ in aliquibus locis Hiſpaniarum diuidi ſolent inter Eccleſiaſticos inſeruientes Eccleſiæ.*
6 *Exceptio non poteſt allegari ab eo, qui non habet intereſſe in cauſa.*

DECISIO CLI.

CVM ad tollendas difficultates ſuper manutentione hunc inde petitâ in quaſi poſſeſſione exigendi Decimas controuerſas, dictum fuerit quod videretur de bono iure. Hodie præuijs duabus deciſionibus in quarũ altera firmatum fuit, Coniugibus de Achegâ remiſſoriam eſſe denegañ; In altera verò Rectori venienti, pro vt in prima, & independenũ à iure Beneficiatorum non obſtare recurſus,
1 habitos ab iiſdem Beneficiatis: Propoſui dubium An, & de cuius bono iure conſtet, quod fauore Rectoris reſolutum fuit attenta aſſiſtẽtia iuris; quam ipſe habet Decimandi terras exiſtentes intra limites ſuæ Parochiæ iuxtà *tex. in cap. cum contingat, & cap. cum in tua de Decimis, cap. fin. de Paroch. Can. in ſacris 16. quaſt. 1. gloſ. in can. 1. verbo quod priori 13. quaſt. 1. Abb. in cap. conquerente num. 2. in fine verſ. & ex hoc nota, & numer. 6. de off. ordin. Imol. in cap. de quarta poſt princ. de præſcript. Rebuff. de Decimis quaſt. 7. num. 4. & 5. & quaſt. 13. nu. 83. Mouet. eodem tract. cap. 7. quaſt. 2. ſub. num. 7. 18. & 27. Azor. Inſtit. Moral. par. 1. lib. 7. cap. 36. quaſt. 9. Rot. deciſ. 31. num. 1. par. 2. diuerſ. & in rec. deciſ. 541. num. 4. par. 1.* cum alijs *in Beneuent. Decimarum 8. Martij 1649. coram R.P.D. meo Royas.*
2 Et hæc aſſiſtentia iuris non ſolum ſuffragatur Rectori reſpectu quartæ partis, in qua non cadit controuerſia; ſed etiam reſpectu totius integræ Decimæ, dum exaduerſo non docetur de iuſto, & legitimo titulo, vel de immemorabili cum fama priuilegij, prout de neceſſitate talis probatio eſſet facienda, dum agitur contra Laicos, Decimas prætendentes. *Abb. in cap. cum Apoſtolica ſub num. 12. verſ. ergo niſi probetur,* ibique *Imol. num. 21. de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capit. Rot. diu. deciſ. 215. num. 4. & ſeq. par. 2. & in rec. deciſ. 193. nu. 6. par. 2. & dec. 180. num. 14. par. 7.*
3 Laici enim ſunt penitus Decimarum incapaces, vt eſt *tex. in cap. prohibemus de Decimis, cap. cum, & plantare,* ibique *gloſ. verbo Eccleſias de priuileg. cap. cauſam de præſcript. con. 2. 16. quaſt. 7. Rot. deciſ. 545. num. 1. & ſeq. par. 4. recen.* Et latiſſimè firmatum fuit *in Rauennaten. ſeu Ferrarien. Decimarum 25. Februarij, & 26. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Cerro, 5. Martij 1649. coram R.P.D. meo Melzio, & 24. Ianuarij 1650. coram R. P. D. meo Vcroſpio.*

Huiuſmodi autem legitimus titulus pro parte Coniugum huc vſque non fuit exhibitus, prout in effectu exhiberi non poteſt: Et immemorabilis, quæ illum includeret, eſt im-
4 probabilis ex rationibus deductis in deciſionibus huius cauſæ 1. Iulij 1648. & 1. Iulij 1650. quæ iuxta ſtylum ſupponendæ veniunt, *Rot. coram Buratt. deciſ. 596. num. 1. & in recen. dec. 604. num. 4. par. 5.*

Non obſtat, quod in partibus Hiſpaniarum Decimæ diuidantur inter Eccleſiaſticos Eccleſiæ inſeruientes, & ſic Beneficiati prædictæ Eccleſiæ qui ob recurſus habitos ad Iudices Laicos prætenduntur excommunicati, ex huiuſmodi reſolutione commodum percipere poſſint; Nam vltra quod non conſtat de
6 allegata conſuetudine in Eccleſia Sancti Saluatoris de Vſurbil, talis exceptio allegari nequit per Coniuges, qui in huiuſmodi decimis nullum ius habent *can. non ſolent. 2. quaſt. 6. cap. cum inter 16. de elect. Rot. coram Seraph. deciſ. 899. nu. 4.* Neque ob id poteſt repelli Rector, quo minus Decimas ſuæ Eccleſiæ vendicet ex adduct. per *Bart. in l. 1. §. ſi vir. vxori num. 3. verſ. vel aliter ff. de acquir. poſſeſ.* cum alijs *in Hiſpalen. Decimarum 27. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Corrado, & in Toletana Decimarum 15. Iunij 1648. coram me.*

Et ità vtraque &c.

PISAVREN. PECVNIARIA.

Veneris 14. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Obligatus in forma Cameræ, releuare aliquem indemnem, tenetur etiam ad damna, & intereſſe, pro quibus conſequendis, licet requiratur citatio perſonalis; tamen ſufficit domi dimiſſa copia, ſi probetur illius notitia, vel ſi Statutum aliter diſponat.

SVMMARIVM.

1 *Indemnitatis promiſſio continet non ſolum ſolutionem ſortis, & fructuum, ſed etiam damnorum, & intereſſe.*
2 *Damna paſſa probantur ex publicis Inſtrumentis.*
3 *Citatio, quod debitum eſt ſub vſuris requiritur ad hoc, vt promiſſor indemnitatis ad illas teneatur.*
4 *Scientia, & notificatio ex quibus probetur.*
5 *Intimatio perſonalis in præiudicialibus debet fieri contra principalem.*
6 *Scientia poteſt probari præſumptionibus, & coniecturis, & non dicitur ſcientia præſumpta, ſed vera.*
7 *Citatio perſonalis quando non requiritur pro forma, ſed ad effectum notitiæ, tunc probata notitia, ſufficis domi dimiſſa copia.*
8 *Procurator cenſetur certioraſſe principalem, ſi ad dictum effectum petijt terminum, & obtinuit, & agitur de materia graui.*
9 *Statutum Piſauri, diſponens, quod Ciues, qui diſceſſerunt*

ſerunt de Ciuitate, poſſint citari,domi ſolita habitationis, ſeruañ eſt.

10 *Habitare dicitur in loco, qui ibi Domum, & Familiam retinet.*

11 *Rubrica habens orationem perfectam declarat nigrum.*

12 *Ciuem aliquem eſſe probatur ex propria eius confeſſione.*

DECISIO CLII.

PRO ſoluendis fructibus duorum Cenſuum, quos de anno 1612. & 1618. impoſuerat Alexander Auctor Com: de Thienis, coacti fuerunt Com: de Santinellis accipere ſub vſuris diuerſas pecuniarum ſummas, quarum reſtitutio cum exaduerſo controuerteretur: Dubitatum fuit coram Eminentiſs. Card. Otthobono, An huiuſmodi interuſuria deberentur, & affirmatiuè reſponſum fuit; Hodie repropoſita per me cauſa ſuper ijſdem, ex ijſdem etiam rationibus Do-
1 mini perſtiterunt in reſolutis; Etenim obligatio reſultat ex Inſtrumento publico in quo dictus Com: Alexander promiſit ſub obligatione Camerali releuare, & conſeruare indẽnes præfatos fideiuſſores, quæ promiſſio indemnitatis continet non ſolum ſolutionem ſortis, & fructuum, ſed etiam damnorum, & intereſſe *ex doctr. Bald. in l. 2. ſub num. 5. C. de ſent. quæ ſine certa quant. prof. Honded. conſ. 25. numer. 1. lib. 2. Pariſ. conſ. 109. num. 38. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 16. nu. 124. lib. 2. Rota coram Burat. dec. 194. num. 2. & deciſ. 325. num. 14. vbi Adden. lit. B.*

2 Et ex publicis Inſtrumentis probantur etiã damna, quæ paſſi fuerunt Comites de Thienis occaſione dictæ fideiuſſionis, vt firmauit *Rot. coram Seraphin. deciſ. 593. num. 3. & deciſ. 935. num. 4. & poſt Modern. Peruſ. de cenſ. deciſ. 137. à numer. 1. per tot.*

3 Exceptio verò, quod huiuſmodi Inſtrumenta non fuerint per Santinellos notificata, ad hoc vt releuatores, ſcientes debitum eſſe ſub vſuris, poſſent ab illo ſe eximere, & liberare: Tollitur ex pluribus, & reiteratis intimationibus, quarum nonnullæ apparent factæ in præſentia Mancini Procuratoris Generalis ad lites ipſorum Comitum de Thienis, ac etiam ſpecialiter deputati ad ſuſcipiendum in ſe quaſcumque lites, & moleſtias à quibuſuis perſonis illatas, & inferendas; Aliæ verò executæ perſonaliter tam contra Procuratorem prædictum, quàm etiam contra miniſtrũ, & inſtitorem eorundem, iunctis etiam decretis, & mandatis Iudicum ſuper refectione dictorum damnorum. Ex quibus probari certam, & indubitatam ſcientiam, tradit *Abb. conſ. 81. ſub nu. 1. verſ. quod autem, lib. 1. & conſ. 19. ante num. 1. lib. 2. Pariſ. conſ. 100. num. 88. lib. 1. Surd. conſ. 429. num. 53. alijque relati per Gratian. diſceptat. foren. cap. 433. num. 77. & cap. 510. numer. 17.* Et firmauit *Rota in Romana diuiſionis 20. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Bichio.*

5 Nec refert, quod in præiudicialibus intimatio debeat eſſe perſonalis contra Principales, nec ſufficiat contra Procuratorem, cum illa dicatur ſcientia præſumpta, non autem vera, ex deductis in *Vrbeuetana pecuniaria 29. Ianuarij 1635. coram bon. mem. Buccabella*; Nam aliud
6 eſt ſcientiam eſſe præſumptam, aliud verò illam probari præſumptionibus, & coniecturis: Vnde cum ex ſupradeductis appareat, ad notitiam Com: de Thienis perueniſſe executionẽ dictæ citationis, & pecunias pro ſoluendis fructibus eorundem Cenſuum fuiſse acceptas ſub vſuris, talis notitia videtur ſufficiens, vt firmauit *Rota deciſ. 612. num. 4. par. 4. diuerſ. & coram Seraph. deciſ. 1459. num. 12.*

7 Quando enim citatio perſonalis non requiritur pro forma, ſed tantum ad effectum, vt citatus habeat notitiam de contentis in illa, tunc probata tali notitia, citatio dom. dimiſs. copia æquipollet perſonali *ex text. in elementin. cauſam in fine de election. Roman. conſ. 410. numer. 2. Couarruu. in cap. Alma Mater. part. 1. §. 9. numer. 4. verſ. tertius caſus de ſentent. excommunication. Rota in Monopolitana iuriſdictionis 11. Februarij 1647. coram R. P. D. meo Bichio.*

8 Et eo facilius inclinarunt Domini in hanc ſententiam: Tum quia attenta grauitate materiæ non eſt veriſimile, quod Comites de Thienis non fuerint de prædictis certiorati à Procuratore, maximè cum ad dictum effectũ terminum petierit, & obtinuerit, vt ponderat *Roman. conſ. 481. num. 7. Honded. conſ. 55. num. 54. lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 554. numer. 8. Rota deciſ. 131. num. 7. part. 2. diuerſor. & coram Comitul. deciſ. 119. eodem numero, cum alijs per Adden. ad ſanct. mem. Gregor. deciſ. 127. num. 11.* Et propterea benè intrat diſpoſitio *text. exaduerſo allegati in l. item veniunt 22. §. petita,* ibi, *niſi fortè is cui denunciatum eſt eum certiorauerit, ff. de petit. hared.* & tradit *Loffred. conſ. 20. num. 20. circa med.*

9 Tum etiam quia extat ſtatutum Piſauri, diſponens expreſsè, quod Ciues, & Habitatores, qui de Ciuitate receſserint, poſſint citari dom. eorum habitationis, quod ſtatutum ſeruandum eſse, aduertit *Mandoſ. de inhibit. quæſt. 67. num. 11. Rot. deciſ. 569. num. 2. par. 1. recent.* Et
10 comprehendere Comites prædictos, qui vltra quam plura bona habent Piſauri domum apertam, vbi retinent miniſtros, & familiam, probat *text. in l. 1. §. domum, ff. de lib. agnoſc. Bald. conſ. 242. num. 8. lib. 1. Marcabr. conſ. 69. num. 62. & ſequentib. & conſ. 70. num. 44. Gratian. qui alios cumulat. diſcept. forenſ. lib. 3. cap. 484. num. 16. Hieronym. Laurent. deciſ. Auenionen. 140. num. 4. & 5.*

11 Non obſtat, quod licet rubrica loquatur per dictionem alternatiuam de Ciue, vel Habitatore, Nigrum tamen diſponat ſimpliciter abſque dicta dictione, *vel*, nam, cum rubrica habeat orationem perfectam, per eam Nigrũ declarari, & extendi debet, vt deſumitur ex *text. in l. vnica, C. de capitat. Ciu. cenſib. eximen. lib. 11. gloſſ. in l. 1. verb. retractare C. ne lic. tertiò prouocar. Alexand. conſ. 1. num. 7. lib. 4. Curt. iun. conſ. 107. num. 2. & ſeqq. Theob. Non. conſ. 17. num. 2. & 3. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 1. num. 16. Rota coram Andrea deciſ. 110. num. 2. & ſeq. & in recent. deciſ. 455. num. 8. & deciſ. 498. ſub numer. 6. part. 4.* Et pluribus exornat *Surd. conſ. 163. num. 12.*

12 Et tamen Comites de Thienis non poſsunt dice-

dicere, ſe non eſse Ciues, dum tales pluries ſe enunciarunt in diuerſis Inſtrumentis, & ſiguanter in mandato procuræ de anno 1633. facto in perſonam Mancini *l. generaliter Cod. de non numerat. pecun. Roman. conſ. 391. num. 7. & ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 10. num. 28. in fine, Rota coram Buratt. deciſ. 113. num. 1.*

Et ità vtraque parte informante reſolutum fuit &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 17. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario datur immiſſio ob alienationes factas contra voluntatem Teſtatoris, nec illa retardatur ſub prætextu legitimæ, Trebellianicæ, vel aliarum detractionum, ſi pro legitima fuerit relictus, & acceptatus vſusfructus; Trebellianica appareat prohibita, & aliæ detractiones probentur conſumptæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum purificatur ad fauorem vocati tam per obitum, quàm per alienationem.*
2 *Alienationis prohibitio quando non ſtat de per ſe, ſed eſt conſecutiua ad præcedentes ſubſtitutiones, non inducit nouum fideicommiſſum.*
3 *Declara, quod licet non inducat nouum fideicommiſſum, non impedit tamen, quominus fideicommiſſarius poſſit auocare bona alienata.*
4 *Fideicommiſſum iam agnitum, poteſt per grauatum cedi fideicommiſſario.*
5 *Conditio appoſita renunciationi, illa purificata, operatur, quod renunciatio habeatur pro non facta.*
6 *In legitimam filij imputatur vſusfructus relictus in Teſtamento patris, & per ipſum acceptatus.*
7 *Vel ſaltem prætenſio prædicta redditur illiquida, adeout non poſſit immiſſionem retardare.*
8 *Trebellianica prohiberi poteſt etiam filijs primi gradus.*
9 *Alienata primo loco cedunt in cauſam detractionum.*
10 *Detractiones remanent conſumptæ per exactiones factas, & pecunias peruentas ad manus grauati.*
11 *Retentio ſi non competit principali, multò minus competit habenti ab eo cauſam.*
12 *Obligatio, & hypotheca anterior præfertur poſteriori.*

DECISIO CLIII.

DOMINI non attentis iis, quæ exaduerſo fuerunt deducta reſponderunt pro confirmatione deciſionis, concedentis immiſſionem Pompeo ſuper bonis fideicommiſſariis Proſperi; nam fideicommiſſum non controuertitur, & purificatio ad fauorem Pompei
1 eſt clara; Tum attento obitu Angelæ, & Ludouici ſine filijs; Tum etiam propter alienationes à Vincentio, & Ludouico factas contra expreſſam prohibitionem Teſtatoris *l. peto, §. fratre, & l. cum pater. §. libertis ff. de legat. 2. Ruin. conſ. 127. num. 13. lib. 5. Surd. conſ. 116. nu. 16. & ſeqq. Gabr. conſ. 118. num. 2. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 554. num. 6. Rota coram Merlino deciſ. 440. & 445. vtrobiq. num. 5*

2 Nec quicquam facit, quod prohibitio de
non alienando non ſtet de per ſe, ſed ſit conſecutiua ad præcedentes ſubſtitutiones, &
propterea non poſſit inducere nouum fidei-
3 commiſſum: Quia hodie non agitur de extenſione fideicommiſſi vltra Perſonas expreſſè vocatas, in quibus terminis procedunt authoritates exaduerſo adductæ, ſed tantum, quod comprehenſi in illo poſſint auocare bona ab hærede grauato alienata, quo caſu non attenditur, quomodò prohibitio concepta fuerit, vt ponderat *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 24. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 688. num. 9. Rot. coram Merlino deciſ. 669. à numer. 3. per tot.*

4 Prout pariter non obſtat, quod adhuc ſuperuiuat Vincentius; Nam cum ipſe alienauerit bona fideicommiſſi, & ob huiuſmodi alienationes illud ad fauorem Pompei apertũ fuerit, quinimò eidem Pompeo iura ſua deinde ceſſerit, eo magis immiſſio concedenda venit, quia non impeditur hæres grauatus, fideicommiſſum iam agnitum Alteri vocato cedere ad *text. in l. poſt mortem 12. C. de fideicommiſſ. Curt. iunior in l. 2. col. 1. C. de pact. Larrea deciſ. Granat. 15. ſub num. 1. & 10. cum alijs per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 524. num. 14.*

5 Et licet idem Vincentius iura prædicta per prius renunciauerit ad fauorem Angelæ; Attamen, cum talis renunciatio facta fuerit ſub conditione, quod in caſum prædeceſſus eiuſdem Angelæ, & Ludouici ſine filijs, qui caſus euenit, bona ad Cedentem deberent reuerti, talis renunciatio, & ceſſio attento pacto prædicto habetur, ac ſi facta non fuiſſet *ad text. in l. qui balneum, & l. potior ff. qui pot. in pign. hab. Pariſ. conſ. 48. nu. 12. lib. 1. Surd. conſ. 179. num. 11.* cum alijs quos refert *Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 46. à num. 1.*

6 Non obſtant prætenſæ detractiones, Nam reſpectu legitimæ placuit reſponſio data in deciſione, quod in illã imputari debeat vſusfructus in teſtamento relictus. Cumque Eliſabeth, ex cuius perſona legitima petitur, teſtamentum acceptauerit, non eſt amplius de ea quærendum, ex quo illam conſecuta fuit *Soccin. iun. conſ. 122. num. 8. & ſeqq. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 36. num. 62. Rot. coram Merlino deciſ. 642. num. 5. & deciſ. 664. num. 43. & dictum fuit in deciſ. 514. nu. 3. part. 4. diuerſ. & in recent. dec. 613 num. 13. & deciſ. 342. num. 5. part. 5.*

7 Vel ſaltem negari non poteſt quin ex perceptione vſusfructus prædicti creditum remanſerit illiquidum, adeout donec exaduerſo ſtatus hæreditatis non liquidatur, ſub tali prætextu immiſſio retardari nequeat *Rot. deciſ. 77. num. 15. & 16. part. 5. recent. & deciſ. 121. numer. 9. part. 6.* & latè firmatum fuit *in Bononien. manutentionis 19. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, in Bononien. fideicommiſſi de Pancaldis 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Peutingero, & in Bononien. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. & 16. Iunij 1651. coram me, vltra plures relat. à Gratian. diſceptat. foren. 694. num. 11. & ſeqq.*

8 Reſ-

8 Reſpectu verò Trebellianicæ conſtat de expreſſa prohibitione facta per Teſtatorem, & eſt certum, illam prohiberi poſſe etiam filijs primi gradus iuxtà veriorem opinionem, quam probat *Alex. in l. cohæredi §. cum filiæ nu. 8. ff. de vulg. Galliaul. in l. Centurio ſub num. 56. ff. eodem, Pariſ. conſ. 1. num. 83. & ſeq. lib. 3.* & late proſequitur *Molin. innumeros cumulans de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 17. num. 12. verſ. contrarium tamen, Caſſador. deciſ. 4. de teſtam. Mantic. deciſ. 348. num. 12. & in recent. deciſ. 462. num. 5. part. 4. tom. 2.*

Remanent aliæ detractiones exaduerſo iuſtificatæ conſiſtentes in nouem partitis, & conſtituentes ſummam libr. 14771. computando in dictam ſummam dotem Angelæ in libr. 3300. tantum, cum de reliqua ſumma

9 appareat ſatisfacta; Et quidem quoad ſummã lib. 8024. res caret difficultate, quia pro parte Pompei docetur de alienationibus, & exactionibus factis in dicta quantitate per Hæredes grauatos ante annum 1631. & ſic ante ſecutam alienationem bonorum, de quibus agitur, quæ propterea in cauſam præfatarum detractionum cedere debent *iuxt. text. in l. Marcellus §. res quæ, ff. ad trebell. Rot. in Romana fideicommiſſi de Capite ferreo 10. Martij 1645. & 19. Februarij 1646. coram Eminentiſſ. Card. Corrado.* cum concordantibus adductis in *Mediolanen. bonorum 18. Martij 1648. coram R. P. D. meo Bichio, & 31. Maij 1649. coram eodem Eminentiſſimo Corrado.*

10 Pro reliqua verò ſumma lib. 6757. exiſtimarunt Domini conſtare de ſufficienti ſatiſfactione, ex quo ad manus Eliſabeth, & Angelæ eius filiæ peruenerunt pecuniæ in dicta hæreditate repertæ, mobilia argentea, & alia precioſa aſcendentia ad lib. 9700. iuxta deſcriptionem, & æſtimationem factam in Inuentario, necnon diuerſa credita etiam vigore literarum cambij in quantitate libr. 7520. Vndè ex illis detractiones apparent conſumptæ, & quod hæredes ſibi ſatisfecerunt *iuxt. text. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. & in l. cum hæres 51. ibique gloſſ. verb. deducit ad S. C. Trebell. Surd. conſ. 290. num. 33. verſ. infertur, & deciſ. 170. ſub num. 1. & ſeq. Rota deciſ. 680. num. 7. par. 1. diuerſ. Canal. deciſ. 130. num. 4. Buratt. deciſ. 641. nu. 7.* & latiſſimè firmatum fuit in *Bononien. fideicommiſſi de Amerinis 18. Maij 1648. coram R. P. D. meo Meltio.*

11 Ac proinde ſicuti Eliſabeth, & Angela ſi eſſent in rerum natura non poſſent prætextu aſſertarum detractionum excipere de retentione bonorum, quæ in Aduerſarios fuerunt alienata, ita nec tali exceptione vti poſſunt ijdem Aduerſarij, habentes ab illis cauſam, ad notata per *DD. in l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. cum ſimilibus.*

12 Maximè, quia eædem mulieres cum hypotheca, & pacto precarij, ac clauſulis ampliſſimis promiſerunt, finito vſufructu reſtituere bona prædicta, quæ obligatio vti anterior cuicumque poſteriori præferenda venit *Rota deciſ. 419. num. 23. part. 4. tom. 2. recent.*

Et ità deciſum fuit vtraque parte informante &c.

NOVARIEN. ECCLESIAE.

Lunæ 17. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Sententia valida, & iuſta ob non interpoſitam, vel non proſecutam appellationem in tempore tranſit in iudicatum, & iuſtitia reſultat ex literis Apoſtolicis, in quibus Eccleſia controuerſa conceditur in Commendam cum omnimoda Iuriſdictione, cui non præiudicant actùs facti à Miniſtris Abbatis attenta eius abſentia, & ignorantia, nec nocet præſcriptio ſtante mala fide Aduerſarij.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi non fuerit interpoſita, vel proſecuta in tempore, ſententia facit tranſitum in iudicatum.*
2 *Sententiæ iniuſtitia impedit effectum rei iudicatæ.*
3 *Literæ Apoſtolicæ præbent iuſtum, & legitimum titulum.*
4 *Commenda temporalis hodiè non eſt amplius in vſu.*
5 *Commenda perpetua, ſeù ad vitam eſt verè titulus beneficialis.*
6 *Parochus de iure fundatam habet intentionem ſuper tota Eccleſia.*
7 *Dictio* dumtaxat *eſt taxatiua in parte taxata, omnes alias partes excludens.*
8 *Beneficia plura poſſunt eſſe ſub eodem tecto.*
9 *Parochus extrà ſuam Parochiam reputatur Clericus extraneus.*
10 *In facultatiuis non datur præſcriptio.*
11 *Præſcriptio non currit contra abſentem, & ignorantem.*
12 *Scientia, & patientia Miniſtrorum non præiudicat Principali.*
13 *Præſcriptio non habet locum, quandò concurrit mala fides.*
14 *Scientia probatur ex enunciatiua, facta in Inſtrumento cum expreſſione temporis, & Notarij.*
15 *Producens ſcripturam cenſetur approbare omnia, in ea contenta.*
16 *Iura, quæ non ſunt in actis, non ſunt attendenda.*
17 *Verba quando ſunt clara, non eſt recurren. ad coniecturas.*

DECISIO CLIV.

1 CVM à ſententia, lata ſub die 26. Februarij 1649. ad fauorem Eminentiſſ. Card. Spadæ, non fuerit intra legitima tempora interpoſita, nec proſequuta appellatio, minuſque prorogata fatalia; Domini reſponderunt, conſtare de re iudicata, non autem de cauſis reſtitutionis in integrum *cap. cum ſit Romana §. ſi verò de appellat. cap. quod ad conſultationem de re iudicat. Rot. deciſ. 548. num. 1. & 2. part. 4. tom. 1. recent.*

2 Prætenſa verò iniuſtitia ſententiæ, quæ impedit effectũ rei iudicatæ, nullo modo exaduersò probatur; Imò iuſtitia clarè reſultat ex literis Apoſtolicis, datis in *Summ. num. 7.* in
3 quibus controuerſa Eccleſia Sancti Syllani conceditur Eminentiſſ. Card. in Commen-

dam

dam cùm omnimoda poteſtate, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, quæ propterea præbent iuſtum, & legitimum titulum, vt notat *Prob. ad Monach. in cap. nemo num. 12. de elect. in 6 Gonzalez ad reg. 8. gloſſ. 5. §. 8. numer. 1. & pluribus ſeqq. Garz. de benefic. part. 4. cap. 4. num. 48. Guidop. quaſt. 152. num. 1. & in fine, Boer. deciſ. 271. ſub num. 3. circa med.*

4 Nam licet ex Commenda temporali, quæ fit ad vtilitatem Eccleſiæ, donec illi de Rectore prouideatur, quæque hodiè receſſit ab Aula; nec ius, nec titulus acquiratur, ſecus
5 tamen eſt in Commenda perpetua, ſeù ad vitam, vt diſtinguendo firmat *Prob. ad Monach. in dicto cap. nemo num. 12. & ſeqq. de elect. in 6. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. num. 35. & ſeqq. Hoied. de incompatibilit. part. 1. cap. 14. ſub num. 7. verſ. videmus ergo, Pariſ. de reſignat. lib. 2. quaſt. 17. per tot. & præſertim num. 11.* & probant quamplures relati per *Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 3. cap. 9. nu. 15. & ſeqq. Rot. deciſ. 141. num. 6. part. 1. rec. & deciſ. 51. num. 14. par. 7.* & firmatum fuit *in Piſtorien. ſeù Nullius Beneficij 18. Decembris 1634. in fine coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano.*

6 Nec reſiſtit, quod in Eccleſia prædicta exerceatur cura animarum, quodque Parochus de iure in tota Eccleſia fundatam intentionem habeat, quia ex Inſtrumento erectionis factæ per Cardinalem Serbellonum de anno 1569. clariſſimè apparet Parochialem fuiſſe conſtitutam in Altari particulari olim nũcupato Sanctiſſimi Sacramenti, & in ala, ac parte eiuſdem Eccleſiæ de nouo ædificatæ cũ dictione taxatiua *dumtaxat*, quæ nedum legitur in reſeruatione iuriſpatronatus, ſed etiam vbi fit erectio Parochialis, vt patet ex illis verbis, ibi, *In primis dictam Eccleſiam in ea dumtaxat parte &c. in Parochialem Eccleſiam dicta terræ erexit*, quæ dictio *dumtaxat* adeò præciſa eſt, vt in omnibus alijs partibus prædictæ Eccleſiæ Parochialitatem excludat *Roman. conſ. 512. num. 2. Mendoſ. conſ. 18. num. 4. & ſeq. Natt. conſ. 78. num. 3. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 43. nu. 24. Grattian. deciſ. Marchia 78. num. 26.* cum alijs per *Barboſ. de diction. dict. 97. num. 2.*

8 Neque eſt nouum, quod in eadem Eccleſia, & ſub vno, eodemque tecto adſint plura Beneficia prorſus diſtincta, & ſeparata ſine eiuſdem, ſiuè diuerſæ ſpeciei, & vnum Curatum, aliud ſimplex, vnum Seculare, aliud Regulare; vt probatur ex *textu in cap. fin. §. præcipimus*, ibique *Anchar. num. 15. verſ. ſic videtur, & num. ſeq. Ioann. Andr. col. 3. circa med. verſ. reprobatur enim de Stat. Monach. Rot. in Valentina Rectoria 22. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Bichio*, cum alijs per *Lotter. de re beneficiar. lib. 1. quaſt. 34. num. 71. & ſeqq.*

9 Vndè fruſtra prætendit Parochus in alijs partibus prædictæ Eccleſiæ munia Parochialia exercere, cum reſpectu illarum habeatur tanquam Clericus extraneus ex notatis per *Felin. in rubr. de maior. & obedient. ſub num. 4. verſ. item in alijs, Natt. conſ. 62. per tot. Modern. Roman. diſcept. forenſ. cap. 298. num. 40. verſ. & ſi quando*, cum pluribus adductis *in Fanen. Bracedentæ 1. Maij 1648. coram bo. me. Arguelles* ...

10 Neque obſtant teſtes pro parte Parochi ad probandum, quod ipſe, & eorum Anteceſſores à 40. annis, & vltra conſueuerint exercere iuriſdictionem in tota Eccleſia recitando Diuina officia, collocando tabernaculum in Altari maiore, ibique Miſſas feſtiuis diebus celebrando etiam cum aſſiſtentia Capellanorum ipſius Abbatiæ, ac faciendo quamplures actus poſſeſſorios, ex quibus prætenditur inducta præſcriptio etiam in reſiduo Eccleſiæ; nam vltra quod verſamur in facultatiuis, quæ ab omnibus ex vrbanitate permittuntur, in quibus propterea nunquam datur præſcriptio *Iaſ. in l. quominus nu. 29. ff. de flumin. Bald. conſ. 202. num. 1. lib. 2. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quaſt. 31. num. 27. Rot. coram Seraph. deciſ. 716. num. 10. & coram Coccino deciſ. 402. eodem num.*

11 Illa etiam cuitatur facillimè non ſolum ob abſentiam, & ignorantiam Abbatum *l. 2. C. de ſeruit. & aqua Rot. deciſ. 184. num. 1. par. 1. diuerſ. & in recent. deciſ. 717. num. 3. part. 2.* non obſtante
12 ſcientia Capellanorum eiuſdem Abbatiæ, ſeù aliorum Miniſtrorum, quia cum eſſent amouibiles, nõ potuerunt præiudicare Abbatibus pro tempore *Giouagn. conſ. 40. nu. 23. verſ. ſeptimo dicitur lib. 2. Grattian. diſcept. forenſ. cap. 298 nu. 9. Modern. Peruſin. de manut. obſeruat. 35. nu. 82.* & fuit dictum *in Toletana Decimarum 15. Iunij 1648. coram me.*

13 Sed etiam ob malam fidem Parochorum pro tempore reſultantem ex eo, quod habuerunt titulum limitatum ad vnam partem Eccleſiæ *cap. dudum de decim. cap. fin. de praſcript.* & in ſimilibus terminis probat *text. in cap. veniens in fine eodem tit. Franc. in cap. cum Perſona §. quod ſi talis ſub num. 3. verſ. non tamen poterunt*, & ibi, *Gemin. ante fin. de priuileg. in 6. idem Gem n. conſ. 96. ſub num. 4. verſ. ſed quoties, Oldrad. conſ. 172. in fine verſ. poſt omnia*, optimè *Rota deciſ. 459. num. 70. part. 5. rec. & deciſ. 3. num. 24. verſ. quæ mala fides, & numeris ſeqq. deciſ. 94. num. 23. & deciſ. 281. à num. 1. part. 7.* & fuit dictum *in Mediolanen. Penſionis 27. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichio.*

14 Et hæc mala fides eo magis apparet, quia in omnibus prouiſionibus de huiuſmodi Parochia factis, immò in hac vltima de anno 1632. conceſſa ad fauorem Ambroſij, non ſolum adeſt reſtrictiua ad Altare Annunciationis in dicta Eccleſia Sancti Syllani, & illius ala, necnon expreſſio tituli erectionis Curæ factæ per Cardinalem Serbellonum cũ enun-
15 ciatiua temporis, & Notarij, ſed etiam idem Ambroſius dictam erectionem de anno 1569 ac plures nominationes à Communitate Romagnani factas, & effectum ſortitas produxit, & conſequenter omnia ibidem contenta cenſetur approbaſſe *cap. cum venerabilis, vbi omnes de except. Salicet. in l. comparationes num. 13. C. de fid. inſtr. Rot. deciſ. 123. num. 5. part. 1. recent. deciſ. 88. num. 20. part. 6. & in Melenitana Canonicatuum 13. Nouembris 1647. coram Eminentiſſimo Card. Ottobono.*

14 Non obſtat, quod etiam ante erectionem pars antiqua Eccleſiæ eſſet ſub dominio Curatis idque deſumatur ex viſitatione facta ab Epiſcopo à Baſilica Petri de anno 1594. quia dictum

Digitized by Google

dictum inſtrumentum non eſt in actis, nec
dicit Parochialem ad alium ſpectare, ſed
17 imòquod ipſi Abbati incumbebat cura ani-
marum, & in contrarium cantat expreſsè In-
ſtrumentum erectionis ibi, *quod dicta Terra Ro-
magnani nullam habet propriam Parochialem Eccle-
ſiam*, cui enunciatiuæ, & aſſertioni vti emiſſæ
ab Ordinario in actu viſitationis plena fides
adhiberi debet ad notata per *Ancharan.conſ.162
num.4.verſ.3. propter ſcientiam, Rot. deciſ.233. nu-
mer.2.part.1.rec.& in Ampurien.ſeù Ciuitaten. Ar-
chipresbyteratus* 14.*Decembris* 1646.*coram R.P.D.
meo Bichio*.
18 Nec facit inueriſimilitudo, quod in hac
Terra non adeſſet Parochus, quià imò ade-
rat Parochus aſcriptitius, ſed ſine Eccleſia Pa-
rochiali, qui fortè reſidebat in loco vicinio-
ri, & cum verba erectionis ſint clara, quod
nulla aderat Parochialis Eccleſia, non eſt re-
currendum ad coniecturas *l.ille aut ille §.cum in
verbis ff.de legat. 3. l. continuus §. cum ita de verb.
obligat. Rot. in Romana, ſeù Auximana Donationis*
29.*Ianuary* 1649.*coram R.P.D.meo Pentingero*.

Et ità vtraque Parte informante fuit deci-
ſum.

ASTEN. COADIVTORIAE.

Veneris 21. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Literæ Apoſtolicæ, quandò ſunt iuſtificatæ, de-
bent executioni demandari, & diſputatur
materia, An gratia antè regiſtrationem dica-
tur perfecta.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ, quando ſunt iuſtificatæ, veniunt exequendæ.*
2 *Inſtrumentum publicum probat conſenſum fuiſſe præſtitum.*
3 *Aetas probatur ex fide Baptiſmatis.*
4 *Aetas ingraueſcens verificatur in annis 60.*
5 *Productio Scripturæ inducit probationem contra producentem.*
6 *Patrimonij aſſignatio facta Clerico probat, ipſum habere, vndè commodè viuere poſſit.*
7 *Valor per non exceſſum probatur ex confeſſione partis, quæ idem expreſſit in literis ſuæ prouiſionis.*
8 *Valor obtentorum probatur per leuiores probationes.*
Valor obtentorum probatur ex taxa beneficiorum, facta per R.C. eodem num.8.
9 *Beneficia omnia de iure præſumuntur ſimplicia.*
10 *Beneficium præſumitur ſimplex, ſi de eo tanquam de ſimplici factæ fuerunt prouiſiones.*
Qualitas Beneficij dignoſcitur ex vltimo ſtatu eodem num.10.
11 *Beneficium non dicitur requirere reſidentiam, quamuis habeat onus celebrationis Miſſarum, cum illud poſſit adimpleri per ſubſtitutum.*
12 *Contradictor legitimus ad impedien. executionem literarum Apoſtolicarum dicitur, qui poſſidet, & habet parem titulum.*
13 *Titulus, qui eſt poſterior in data, non poteſt dici par, etiamſi proueniat ab eodem fonte.*
14 *Titulus non poteſt dici par, quando eſt diuerſæ ſpeciei, etiamſi ab eodem fonte proueniat.*
15 *Supplicatio antè regiſtrationem non tribuit ius conſiderabile parti, cum poſſit per Papam, & eius Officiales lacerari.*
16 *Derogatio regulæ de iure quæſito non tollen. non eſt neceſſaria ſuper gratia non regiſtrata.*
17 *Facultas lacerandi differt ab actu lacerationis.*
18 *Idem eſt, quod Papa mandet ſupplicationem lacerari, & quod medio tempore prouideat.*
19 *Adnotatio in libro non concludit regiſtrationem fuiſſe factam de eo tempore.*
20 *Teſtis contra inducentem plurimum operatur.*
21 *Executio literarum Apoſtolicarum non retardatur per exceptiones turbidas.*
22 *Liber Componendæ probat ſolutionem, ſed non tempus ſolutionis.*
23 *Probatio ne dicatur concludens, ſola poſſibilitas ſufficit in contrarium.*
24 *Tempus, quando eſt de ſubſtantia, probatio debet eſſe concludens reſpectu temporis.*

DECISIO CLV.

CENSVERVNT DD. non intrare arbi-
trium pro retardanda executione litera-
rum Apoſtolicarum; Nam, cum illæ appa-
1 reant iuſtificatæ, conſequenter etiam veniunt
exequendæ, vt in terminis clauſulæ arbitrio
dixit *Rot.coram Duran.deciſ.98.& deciſ.377.vtro-
bique num.1.& 2.& in recent.deciſ.558.nu.2.par.1.*
Et firmatum fuit *in Vicen.Iuriſdictionis 2. May
1650.coram R.P.D.meo Cerro*.

Iuſtificatio manifeſtè apparet tam in ijs,
quæ reſpiciunt Coadiutum, quam in alijs,
quæ concernunt perſonam Coadiutoris. Si-
quidem, quod Coadiutus præſtiterit conſen-
ſum ſuum mediante perſona Procuratoris, ad
id ſpecialiter deputati, patet ex Inſtrumento
publico, dato in *Summ. num. 3. & 4.* Quod ipſe
2 attingeret ſexageſimum annum, probatur ex
fide Baptiſmatis formiter extracta *Sum. num.7.*
3 *Rot.coram Buratt.deciſ.116. num. 1. & deciſ. 365.
num.2.& in recent.deciſ.138.eod.num.& deciſ.260.
num.14.par.6.*

Impotentia illius ad reſidendum attenta
infirmitate graui de tempore datæ ſupplica-
tionis, ob quam paulò poſt obijt, conſtat ex
fide Canonicorum dictæ Cathedralis, quæ,
4 cum fuerit exaduerſo producta, optimè pro-
bat contra producentem, *cap. cum venerabilis
de except. Salyc.in l.comparationes num.13.C.de fid.
Inſtrum. Aym.conſ.201.num.5.Surd.conſ.151.nu.16
Rot.deciſ.123.nu.5.par.1.rec. & fuit dictum in No-
uarien. Eccleſia 17. præſentis menſis coram me.*

Et tamen huiuſmodi impotentia reſidendi
non erat neceſſariò probanda, cum gratia
Coadiutoriæ fuerit conceſſa tantummodo ob
ingraueſcentem ætatem, quæ benè verificatur
5 in annis ſexaginta, expreſſis in ijſdem literis,
vt notat *Gonzal.ſuper reg.8.gloſſ.5. §. 9. num. 84.
Barboſ.in cap.paſtoralis ſub num.6.de cleric.ægrot. in
6. Ricc.in collect. deciſ. part. 3. deciſ. 439. verſic.
quod ſi conceditur, Rot. coram Verall. deciſion.129.*

per

per totam deciſ. 130. *num.* 1. *& deciſ.* 311. *part.* 1.
Reſpectu verò Coadiutoris iuſtificatio pa-
6 riter eſt indubitata ; Nam , quod ipſe aliundè
commodè viuere poſſit probatur ex Inſtru-
mento aſſignationis patrimonij, dato in *Sum.*
*nu.*1. *iuxtà gloſſ.in cap. cum Vuintonienſis* 25. *verb.*
*admiſerant de elect.Surd.de aliment.tit.*7. *quæſt.* 36.
*num.*1.*&* 2.*Garz.de benef.par.*2.*cap.*5.*num.*206.
7 Valor Canonicatus, & præbendæ expreſſus
per non exceſſum in ducat. 24. computatis
verò diſtributionibus quotidianis in ducat.
150. iuſtificatur ex confeſſione Partis facta in
literis ſuæ prouiſionis , quæ benè ſuffragatur
ad dictum effectum ex traditis per *Garz.de be-*
*nef.part.*5.*cap.*3.*nu.*208.*Rot.coram Buratt.dec.*300.
*num.*7.*& coram Merlino deciſ.*157. *numer.*15. *& in*
*rec.deciſ.*101.*num.*7.*par.*1. *cum alijs in Hydruntina*
Canonicatus 25.*Iunij* 1649.*coram Eminentiſſ.Card.*
Otthobono .
Et quod idem Coadiutor obtineret Benefi-
cium ſimplex in alia Eccleſia perſonalem
reſidentiam non requirens , cuius fructus pa-
riter 24. ducatos non excedunt , ſufficienter
8 apparet reſpectu valoris ex taxa Beneficiorum
facta per R. C. Apoſtolicam , & ex duobus
Teſtibus formiter examinatis ; Cum tamen
ad dictum effectum quælibet leuis probatio
videatur ſufficiens *Garz. de benef. par.* 6. *cap.* 2.
*num.*167.*Rot.coram ſan.mem.Greg.deciſ.*78.*num.*4.
*Caual.deciſ.*33.*num.*3.*Buratt.deciſ.*255.*num.*13.*&*
*in rec.deciſ.*572.*num.*4.*part.*1.*deciſ.*10. *nu.*5.*par.*2.
*& deciſ.*512.*num.*1.*part.*3. Et fuit dictum *in Pla-*
centina beneficij 15.*Iunij* 1648.*coram Me* .
Et quod ſit Beneficium ſimplex non ſolum
9 deſumitur ex præſũptione iuris , quod omnia
Beneficia reputentur ſimplicia *Rot.in rec.deciſ.*
699.*num.*3.*par.*2. *cum alijs adduct.in Leodien. bene-*
ficij 22. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. meo Veroſpio* .
Sed etiam ex pluribus prouiſionibus vti de
ſimplici factis ad fauorem Canonicorum
10 eiuſdem Cathedralis , qui illud vna cum Ca-
nonicatu retinuerunt, & ſignanter ex præſen-
tatione, & nominatione vltimo loco emana-
ta ad fauorem ipſius Coadiuti admiſſa etiam
ab Ordinario, quæ beneficij qualitatem benè
demonſtrat *Bald.in l.ſi mater num.*3. *C. ne de ſtat.*
*defunct.Dec.conſ.*126.*num.*1. *Rot.coram Seraph. de-*
*ciſ.*1095.*num.*3.*deciſ.*1103. *num.*5. *& deciſ.* 1120.
*num.*2.
11 Non obſtat , quod in limine fundationis
huius beneficij S. Secundi iniunctum fuerit
onus celebrandi Miſſas , & inſeruiendi Eccle-
ſiæ, quia cum illud poſſit adimpleri per ſub-
ſtitutum, ceſſat obiectum incompatibilitatis ,
vt dixit *Rot.deciſ.*155.*num.*2.*par.*4.*recen.& in Re-*
gien.beneficij 9.*Decembris* 1639.*coram R.P.D. meo*
Bichio .
12 Minus facit , quod Cacheranus prouiſus
fuerit à Sede Apoſtolicâ per obitum Coadiu-
ti, & cùm poſſideat, & habeat parem titulum,
dicatur legitimus Contradictor ad impedien-
dam executionem literarum Apoſtolicarum;
13 Nam cum titulus ipſius ſit poſterior in data ,
non poteſt dici par, etiamſi proueniat à Papa ,
vt firmauit *Rot.in Gadicen.Praſtimonij* 2. *Decem-*
bris 1648. *coram bon:mem: Arguelles*; Imò quia
idem Cacheranus impetrauit Canonicatum
tanquam vacantem per obitum, Andreas ve-
rò per Coadiutoriam , non dicitur habere pa-
14 rem titulum ; Nam ad hunc effectum non
ſufficit, quod titulus procedat ab eodem fon-
te, ſed debet eſſe eiuſdem ſpeciei, vt dixit *Rot.*
*rec.deciſ.*641.*num.*1.*& per tot.par.*4.*in Ternien.be-*
neficij coram Litta poſt Marcheſ. de commiſſ. par. 1.
*fol.*374.*ſub num.*2.*coram Duran. deciſ.*430. *num.*9.
& 10.*in Vicen.Parochialis* 2.*Iulij* 1643.*coram R.P.*
D. meo Bichio, & in dicta Hydruntina Canonicatus
25. *Iunij* 1649. *coram Eminentiſſimo Card. Ottho-*
bono .
Tandem pro parte Cacherani opponeba-
tur, gratiam Coadiutoriæ non eſſe habendam
in conſideratione , vti regiſtratam poſt impe-
15 tratas ab ipſo literas; Nam ante regiſtrationẽ
non tribuit ius conſiderabile,cum ſit in manu
Papæ , & eius officialium illam non admitte-
re, caſſare, vel lacerare, vt aduertit *Pariſ.de re-*
*ſignat.lib.*2.*q.*24.*num.*7.*& lib.*8.*q.*7.*num.*196.*Gon-*
*zal.ad reg.*8.*gloſſ.*15.§.2.*numer.*32.*&* 33. *Garz. de*
*benef.par.*4.*cap.*2.*num.*16. *Sarnen. ſuper reg. de iure*
*quæſit.non toll.q.*6.*num.*2.*& q.*20.*in fine Rot.dec.*91.
*num.*3.*par.*1.*diuerſ.repetita ead.par.deciſ.*101.*in fi-*
*ne, & deciſ.*794.*nu.*2.*& in rec.deciſ.*68.*nu.*6.*par.*5.
16 Indè quia ante regiſtrationem nullum ius
conſiderabile tribuit , eius mentio , ſeu dero-
gatio Regulæ de iure quæſito non tollẽ ne-
ceſſaria non eſt, vt inquit *idem Sarnen. ſuper d.*
*reg.q.*20.*ſub num.*3.*verſ.quia antequam* .
Et licet replicetur exaduerſo , ſupplicatio-
nem non apparere laceratam , & potentiam
17 lacerandi longè differre ab actu lacerationis
ex adductis per *Natt. conſ.*504. *num.* 2. *verſ. non*
enim, Rot. deciſ. 534. *num.*13. *par.*3.*rec.* Tamen
18 idem videtur eſſe, quod Papa mandet ſuppli-
cationem lacerari , & quod medio tempore
alteri prouideat ; nam prouidendo cenſetur
implicitè declarare , quod prima gratia non
debeat habere effectum ſuum,vt benè in ſimi-
li ponderat *Gabr.conſ.*186.*num.*10.*lib.*1. *Rot. de-*
*ciſ.*791.*num.*15.*par.*1.*diuerſ.*
Huiuſmodi fundamentum, quod plenè , &
concludenter ab allegante probari deberet,
deducebatur ex partita extracta ex libro regi-
ſtratoris, in quo ſupplicatio adnotata legitur
de menſe Martij 1650. & ſic poſt obitũ Coa-
diuti ſecutum de menſe Nouembris 1649. &
expeditas literas à Cacherano ; Sed talis pro-
batio viſa fuit Dominis non ſufficere in præ-
ſenti caſu , quia deſcriptio in libro non con-
19 cludit regiſtrationem fuiſſe factam de eo tẽ-
pore, quo reperitur adnotata , cum huiuſmo-
di ſupplicationes non ſoleant ſemper ſtatim
deſcribi , ſed aliquando notentur poſt qua-
tuor , & quinque menſes , poſtquam in regi-
ſtro ſecreto fuerũt regiſtratæ, vt deponit Lau-
rentius Officialis publicus Datariæ , & Regi-
20 ſtrator ſupplicationis controuerſæ , qui cum
fuerit exaduerſo inductus , & ſeru. ſeru. exa-
minatus , multum operatur contra inducen-
tem *Gabr.de Teſtib.concluſ.*1.*num.*14. *Roman.con-*
*ſil.*104.*ſub num.*6.*Surd.deciſ.*284. *num.*18. *Rot. co-*
*ram Seraph.deciſ.*295. *num.* 6. *& coram Buratt. de-*
ciſ. 553. *eodem num. & in Aſſiſien. pecuniaria co-*
ram

ram Manzanedo penes Cenc. de Cenſib. deciſ. 129. *num.* 2.

21 Vel ſaltem negari non poteſt, quod attenta prædicta depoſitione probario Cacherani remaneat turbida; Itaut non valeat retardare executionem anterioris gratiæ Apoſtolicæ ad fauorem Andreæ *Rot. coram Buratt. deciſ.* 805. *num.* 10. *& in Eugubina penſionis coram Manz. apud Poſt. de manut. deciſ.* 309. *num.* 4. *cum alijs per Marcheſ. de Commiſſ. par.* 1. *cap.* 1. *fol.* 325. *num.* 115.

22 Et ſimili reſponſione tollitur obiectum de-
ductum ex partita libri Componendæ, nam
dicta partita concludit quidem tempus de-
ſcriptionis, non autem ſolutionis, cum poſſit
23 eſſe, quod Miniſter diſtulerit illam adnotare,
quæ ſola poſſibilitas efficit, quod probatio nō
dicatur concludens *Rot. deciſ.* 531. *num.* 2. *part.* 3.
24 *rec. & deciſ.* 413. *num.* 3. *par.* 5. Et cum vis conſi-
ſtat in tempore, probario debet eſſe conclu-
dens etiam reſpectu temporis *cap. in præſentia de probat. Rot. deciſ.* 371. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. in Abulen. Portionis* 14. *Iunij* 1647. *coram Me, & in Melcuitana Cenſus* 11. *Febr.* 1650. *coram Eminentiſſ. Card. Otthobono.*

Et ità deciſum partibus hinc indè informantibus.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII.

Mercurij 26. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Societatem lucrari non poteſt ille, qui contractum non adimpleuit, nec præſtitit fideiuſſores promiſſos; Cenſetur tamen onus prædictum remiſſum per receptionem fructuum, ſiuè illi fuerint ſoluti in totum, ſiuè pro parte, dummodo recepti appareant pro tempore, quo tactus fuit locus lucro.

SVMMARIVM.

1 *Societatem lucratur Socius per obitum illius, ſuper cuius vita periculo Societas inita fuit.*
2 *Societatis contractum non adimplens non poteſt ex ea percipere lucrum.*
3 *Societatis fructus recipiens cenſetur remittere onus præſtandi fideiuſſores.*
4 *Declara, vt hoc procedat pro tempore, quo fructus recepit, ſecus verò illo elapſo.*
5 *Implementum præſtandi fideiuſſores cenſetur remiſſum non ſolum, ſi fructus integrè ſoluti fuerint, ſed etiam, ſi illorum portio.*
6 *Confeſſio facta in poſitionibus probat contra confitentem.*
7 *Obſeruantia in ſolutionibus idem operatur, ac ſi inter partes ità fuerit conuentum.*
8 *Contractus plures quando ſint habendi pro vnico.*
9 *Obſeruantia licet non ſufficiat pro receſſu ab Inſtrumento reſpectu ſubſtantiæ ſufficit tamen pro receſſu quoad modum ſolutionis.*
10 *Beneplacitum recipit declarationem ab effectu ſubſecuto.*
11 *Voluntas declaratur non minus factis, quam verbis.*
12 *Actus ſubſequens declarat antecedentem.*
13 *Declaratio attendenda venit, etiam ſi ſit facta ex interuallo.*
14 *Exceptio non implementi ex quibus cenſeatur remiſſa.*
15 *In Societatibus Officiorum non eſt permitten. lucrum* 12. *pro centenario abſque periculo amittendi ſortem.*

DECISIO CLVI.

GASPAR Chriſoſtomus, qui ſub die 7. Februarij 1647. ſuper eius officio Notariatus Societatem contraxerat ſcutorum 5500 in fauorem R. P. D. Ciſcarini cum obligatione ſoluendi fructus de menſe in menſem; Idem ſub die 5. eiuſdem in Inſtrumento alterius Societatis ſcut. 800. initæ cum Paulo Saſſo ad ſex menſes, & deindè ad beneplacitum recognouit bonam fidem erga Franciſcum Ciſcarinum fideiuſſorem in ea obligatum, ac fructus iuxtà formam Inſtrumenti prædicti ſoluere promiſit: Quia verò iſta Societas (quā partes appellant paruam) diſſoluta per obitum Pauli, & poſtea renouata in fauorē Io: Antonij Saſſi, & ſuper periculo vitæ ipſius (vt in Inſtrumento 18. Maij 1648.) ceſſa fuit ad fauorem eiuſdem R. P. D. Ciſcarini, qui non obſtante obitu Ioannis Antonij ſecuto 19. Nouembris 1650. reportauit ab A.C. mandatum pro ſorte: Ideò de ordine Sanctiſſimi propoſui dubium: An dictum mandatum veniret exequendum; & Domini negatiuè reſponderunt.

1 Nam cum Societas huiuſmodi renouata fuerit ſuper periculo vitæ Io: Antonij Saſſi, per obitum illius Chriſoſtomus officialis pecuniam ſuperlucratus fuit iuxtà pactum contentum in Inſtrumento, vt notat *Honded. conſ.* 38. *num.* 11. *lib.* 1. *Gabr. conſ.* 78. *in princ. vol.* 1. *Rota in Romana ſocietatis poſt Zacchiam de ſociet. offic. deciſ.* 55. *num.* 2. *& in rec. deciſ.* 572. *eodem numero par.* 4. *tom.* 3. *& paſſim in alijs.*

2 Exceptio verò, quod idem Chriſoſtomus
non poſſit conſequi lucrum ex dicto contra-
ctu, dum illum non adimpleuit faciendo ac-
cedere Franciſcum Ciſcarinum fideiuſſorem
promiſſum in Inſtrumento renouationis viſa
3 fuit DD. facili negotio tolli, quia per recep-
tionem fructuum eiuſdem Societatis onus implendi cenſetur remiſſum ex traditis *per Ruin. conſ.* 155. *num.* 5. 9. *& ſeqq. lib.* 5. *Rota coram Merlino deciſ.* 290. *num.* 8. *in Romana ſocietatis officij* 15. *Maij* 1645. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in alia Romana ſocietatis officij* 13. *Martij* 1648. *coram R.P.D. meo Bichio.*

4 Et licet remiſſio huiuſmodi reſultans ex receptione fructuum nō perimat obligationem implendi ab initio contractam, ſed ſolum debitori exceptionem pariat, quatenus Creditor implementum peteret, *ad text. in l. Creditori, vbi omnes C. de pact. gloſſ. magna in l. ſi vnus §. pactus ne peteret, ff. eod. Coſt. de rat. rata q.* 124. *num.* 19. Ità vt expirato excipiendi tempore per iapſum ſemeſtris, pro quo fructus fuerunt recepti, Chriſoſtomus debitor implementi remanſerit, *vt per Boccacc. de ſociet. offic. num.* 145. *Scacc. de*

R com-

commerc.& camb.§.1.q.1.num.378.Rota deciſ.192. num.16.par.5.rec.& in Piſauren.ſocietatis officij 30. Maij 1639.coram R. P. D. Roias, & in Romana ſocietatis officij 14. Ianuarij 1648. coram Eminentiſſ. Card.Otthobono.

5 Nihilominus exiſtimarunt Domini conſtare de ſolutione fructuum etiam pro tempore, quo Saſſus obiit, ſiuè illi calculentur de menſe in menſem (prout inter partes obſeruatum fuit) ſiuè de ſemeſtri in ſemeſtre (vt cantat Inſtrumentum renouationis,) Et quidem primo modo res tranſit ſine difficultate, quia à die vltimæ ſolidationis factæ inter partes pro toto menſe Iunij 1650. vſque ad diem primã Nouembris eiuſdem anni, fructus vtriuſque Societatis aſcendunt tantummodo ad ſcuta 217. Certum eſt autem, & exaduerſo non controuertitur, quod in dictam cauſam recepta fuerunt ſcuta 222. Vndè ſequitur,quod pro menſe Nouembris, quo Saſſus obiit, ſaltem fuerunt ſoluta ſcuta quinque, quæ ſolutio acceptata à parte, etiamſi non ſit integra pro dicto menſe, nihilominus ſufficit ad inducendam remiſſionem præſtationis fideiuſſoris, *Aym.conſ.106. num. 2. verſ. ſed magis, & in puncto tradit Gratian.cap.301.num.58.& cap.302. num.17. & 18. quem ſequitur Zacch. de ſociet. offic. num. 459.in fine, & num.ſeq. Rota in Romana ſocietatis officij 20. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Bichio.*

6 Huiuſmodi autem obſeruantia calculandi fructus de menſe in menſem patet ex eo,quia R. P. D. Ciſcarinus, qui contraxerat Societatem magnam cum conuentione expreſſa, quod fructus hoc modo ſolui deberent, poſtquam acquiſiuit Societatem paruam,ſtatim fecit ordinem generalem directum Chriſoſtomo, vt ſolueret fructus Amico Sinibaldo quolibet menſe, & ad dictam rationem ſemper exegit, vt expreſsè faſſus fuit in poſitionibus, ibi, *ſcudi 55. che pagaua ogni meſe per le due compagnie d'Offitio*, quæ confeſſio, licet facta in poſitionibus, optimè probat, *ex notatis per Honded.conſ.52.num.30.lib.1.Rota deciſ.3. num. 1. verſ.ratio primæ concluſionis de ſequeſtr.poſſ.& fruct. in nou. In Pariſien.pecuniaria 12. Februarij 1618. coram Coccino, in rec.deciſ.227.num.2.par.2.coram ſan.mem.Gregorio deciſ.143. num. 1. ibique Adden. num.4.*

7 Et vlterius conſtat etiam ex pluribus receptis continentibus ſolutionem de menſe in menſem, ibi *,per la Meſata &c.* quæ obſeruantia debet attendi non ſecus, ac ſi à principio, ità inter partes fuiſſet actum. *Ioſeph. Ludouic. concluſ.38.illat.121.Antonin.de Amat.q.70. nu.19. optimè Gratian.diſcept.716. num. 17. & 19. & ſeq. Rota coram Seraphin.deciſ.599.num.6.*

8 Nec prædictis reſiſtit, quod penultima receptuta ſcutorum 55. cantet pro Societate in numero ſingulari, quia eſt certum in facto, quod continet fructus vtriuſque Societatis aſcendentes ad ſimilem ſummam: Imò ex hac ſolutione magis deſumitur intentio partium, & præſertim R. P. D. Ciſcarini, quod prædictas duas Societates ad eandem formam ſolutionis redactas habuerit pro vnica. *ad tex. in l.in vſu ff.de verb.ſignif. Bald.in l.cum inter nu. 2. C. de fideicom.libert. Rot.coram Caualer. deciſ. 628. num.4.Merlin.deciſ.636.num. 14. & ſeqq. & in rec. deciſ.43.num.2.in fine parte 3.*

9 Minus facit, quod eadem obſeruantia non videatur ſufficiens ad effectum, vt dicatur receſſum ab Inſtrumento, quia forſan id poſſet procedere, ſi ageretur de ipſa ſubſtantia, ſecus verò cum agatur tantũmodo de modo ſoluẽdi, *Cagnol.in l.lecta num.147. verſ.ad tertium ff. ſi cert.pet.Surd.conſ.335.num.26.& ſeq.Mantic.de tacit.lib.1. tit.14. num. 5. in fine; Rota coram Seraph. dicta deciſ.599.num. 6. & poſt Cenc. de cenſibus deciſ.221.num.6.*

10 Vltra quod in Inſtrumento contrarium non fuit conuentum, nam Societas inita fuit ad ſex Menſes cum anticipata ſolutione fructuum, & deinde ad beneplacitum, ac proindè Debitor ſoluendo, & Creditor recipiendo de menſe in menſem declararunt, beneplacitum ità eſſe intelligendum, *ex notatis per Caſtrac.de ſociet.officior.cap.54.ſub num.11.& pluribus*

11 *ſeqq. & cap. 55. à num. 6.* Cum voluntas non minus factis, quam verbis declaretur, *l. Paulus reſpondit ff. rem. rat. hab. l. de quibus ff.de legib. Mantic.deciſ.146.num.4.& 5. & fuit dictum in Romana ſocietatis officij 27.Ianuarij 1644.coram R. P. D.meo Peutingerio.*

12 Verum calculando etiã fructus de ſemeſtri in ſemeſtre (prout prætendit R.P.D. Ciſcarinus)adhuc conſtat de receptione fructuũ pro ſemeſtre incepto die 19.Nouembris,& conſequenter de remiſſione non implementi circa præſtationem fideiuſſoris: Nam, licet penultimum ſemeſtre terminaret die 18. Nouembris, Vltimum verò inciperet 19. (qua die Saſſus obiit,) adhuc eſt habenda ratio de ſcutis 60. poſteà ſolutis die 20. immediatè ſequenti poſt obitum eiuſdem; non quod illa cedere debeant in cauſam fructuum Societatis paruę, ſed quia dum fuerunt ſoluta in cauſam fructuum Societatis magnæ, ſequitur, quod partitæ antecedentes, quæ cantant vel ſimpliciter, vel in cauſam vtriuſque Societatis, non poſſint referri in cauſam Societatis magnæ in ea quantitate, quam R.P.D. Ciſcarinus prætendit; Vndè facto Calculo, & poſitis dictis ſcutis 60. in ſatisfactionem fructuũ Societatis magnæ, apparet quod pro ſemeſtri incepto die 19.Nouembris Chriſoſtomus ſoluerat notabilem quantitatem: Actus enim, poſtea geſtus, benè declarat quid prius actum fuerit *l.ss qui ſuis §.vnde quæri ff.de manumiſſ. Alciat.conſ.107.num.4.lib.8. Rot.in rec.deciſ.365.nu.1. in fine par.2.& in Romana Pecuniaria, ſeu Locorum Montium 13.Maij 1644.coram Eminentiſſ.D.Card. Cecchino.*

13 Nec dicatur huiuſmodi quietantiam vti reportatam poſt obitum Saſſi nõ eſſe habendam in conſideratione; Nam cum facta fuerit ab ipſo R.P.D. Ciſcarino, controuerti ab eodem non valet; Maximè cum non deducatur tanquam noua diſpoſitio, ſed vti declaratio diſpoſitionis antecedentis, quæ ſemper debet attendi, quamuis ſit facta ex interuallo, *Caſtr. in l.hæredes palam §.ſi quid ſub num.4. ff.de teſtament. Surd.*

Surd.deciſ.29.num.1.Rot.in Bononien. ſucceſſionis 4. Maij 1646. *& 17.Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Bichio*.

14 Et eo libentius inclinarunt DD. in hanc ſententiam, quia fideiuſſor præſtandus eſt frater germanus R. P. D. Ciſcarini, qui non ſolum habebat illum obligatum pro ſorte in primo Societatis Inſtrumento, ſed vlterius erat de dicta ſorte,& fructibus cautus per Decreti reſeruationem ad ſui fauorem ſuper officio Notariatus ad ipſum Chriſoſtomum ſpectante, ſuper quo Societas contracta fuit; nec non etiam erat debitor eiuſdem Chriſoſtomi in ſcutis quinquaginta circiter occaſione diuerſarum expeditionum; Itaut ex prædictis vel veriſimiliter videatur remiſſa præfata exceptio non implementi, *ex deductis in deciſ.*
15 192.*num.*19.*& ſeqq. par.*5.*rec.* Vel attentis circumſtantijs prædictis illa nullatenus ſit attendenda in præſenti caſu, ne aperiatur via aliis Creditoribus vtendi ſimilibus cautelis ad effectum conſequendi lucrum duodecim pro centenario abſque periculo amittendi Capitale; *vt ponderatum fuit in dicta Romana ſocietatis officij* 13.*Martij* 1648. *coram R.P.D.meo Bichio.*

Et ità vtraque parte informante deciſum fuit.

MELEVITANA BONORVM.

Veneris 24. *Ianuarij* 1653.

ARGVMENTVM.

Dos data per Patrem filiæ imputatur inlegitimam, & conſtituta in ſtabilibus pro fundo dotali non poteſt detrahi de fideicommiſſo, ſed in iiſdem recipi debet.

SVMMARIVM.

1 *Dos data filiæ imputatur inlegitimam.*
2 *Legitima filiæ vnicæ eſt triens.*
3 *Legitimæ pro ſupplemento non datur retentio, ſed tantum actio perſonalis, & condictio ex lege.*
4 *Trebellianica non debetur, quando eſt ſubſtituta cauſa pia.*
5 *Trebellianica cenſetur prohibita, ſi Teſtator iuſſerit, bona ſua integrè ad ſubſtitutum peruenire debere.*
6 *Dos conſtituta in corporibus pro fundo dotali non poteſt detrahi de fideicommiſſo, ſed tantum datur actio ad eadem bona.*
7 *Retentio non datur pro creditis aduerſus fideicommiſſarium, niſi illa iuſtificentur.*
8 *Detractiones non ſunt faciendæ ex fideicommiſſo particulari.*

DECISIO CLVII.

PER duas deciſiones alteram coram Eminentiſs. Card. Otthobono, alteram verò coram me firmatum fuit Venerabili Cumulo Charitatis, & Hoſpitali S. Spiritus dandam eſſe immiſſionem ſuper clauſuris controuerſis; quia verò RR. PP. S. Dominici hæredes Virginiæ filiæ eiuſdem Ioannis excipiebant de detractionibus, hodiè dubio particulari propoſito Domini reſponderunt, Non competere.

1 Etenim reſpectu legitimæ conſtat, Virginiam habuiſſe in dotem diuerſa bona paterna, & ſignanter exegiſſe à Vincentio Hagio ſcut. 200. monetæ, vt in *Summ. num.* 4. necnon recepiſſe à Vincentio Cumbo occaſione retrouenditionis Cenſus ſcut. 300. ſimilia vnacum ſcutis 30. pro fructibus, vt in *Sum. nu.* 3. vltrà quamplura mobilia *Sum.num.*2. quæ omnia, cum proueniant ex bonis,& hæreditate paterna, tenetur in legitimam imputare *l. quoniam nouella, & l. omnimodo §. imputari C. de inoff. teſt. Bart.in l.in quartam* 90.*num.*12. *verſ.ego dixi ff. ad l.falcid.Ioſeph. Ludou.deciſ. Lucen.* 28. *numer.*105. vbi ſiuè ſint mobilia,ſiuè immobilia,ſiuè nomina Debitorum *Rot. diu.deciſ.*505.*nu.*1. *par.*4. *& deciſ.*27.*num.*3.*& ſeq.par.*5.*rec.*

2 Nec refert,quod legitima prętendatur aſcēdere ad maiorem ſummam, nam cum hæreditas Ioannis non excedat ſcut. 1900. vt patet ex *Summ. num.* 1. legitima filiæ vnicæ quæ eſt triens §. 1. *Auth. de trient. & ſemiſſ.* vel eſt conſumpta in prædictis alienationibus, vel ſaltem prętenſio pro illius ſupplemento eſt adeò turbida; vt non poſſit fideicōmiſſarijs retardare
3 immiſſionem; Nàm pro ſupplemento non datur retentio, ſed tantum actio perſonalis, & cōdictio ex lege, vt benè firmauit *Rot.dec.*184. *per totom par.*4.*diu.coram Merlin.deciſ.*778.*ſub numer.*7.*verſ.Iuſtitia etiàm, & num.ſeqq. in rec. deciſ.* 368.*num.*13.*par.*5.*deciſ.*5.*num.*4.*& deciſ.*121.*nu.*8 *par.*6.*deciſ.*9.*num.*42.*& deciſ.*291.*num.*7. *par.*7. & fuit dictum in *Anconitana bonorum* 13. *Ianuarij* 1645.*coram R.P.D.meo Meltio, & in Amerina Caſtri Guardeæ* 10.*Martij* 1651. *coram Reuerendiſſimo Tarraconen.*cum alijs per *Modern. Roman.diſcept. forenſ. cap.*694.*nu.*11.*& ſeqq.*

4 Quo verò ad Trebellianicam excluditur penitus illius detractio;Tum ex eo,quod ſubſtitutio fuit facta in loca pia, & in piā cauſam *Hond.conſ.*73.*num.*42.*lib.*1.*Mantic.de coniect.lib.*4. *tit.*5.*art.*6. *num.* 4. Et eſſe cōmmunem Doctorum ſententiam dixit *Rot.deciſ.*373. *nu.* 6. *in fin. & num.*8.*par.* 2.*rec.& deciſ.* 27.*nu.*11.*& ſeqq.par.*5 *& coram Coccin. deciſ.* 210. *per tot.* Tùm etiam
5 quia donator in eadem loca pia voluit bona ſua ſinè vlla diminutione deuenire debere, quo caſu, Trebellianicā cenſeri prohibitam, firmat *Parîſ.conſ.* 9. *num.* 9. *& conſ.* 21. *num.* 35. *lib.*3.*Aym. conſ.*174. *num.* 1. *in fin. Gabr. qui dicit concluſionem indubitatam in tit.ad Trebell. concl.* 7. *in princ.Mantic.de coniect.lib.*7.*tit.*12. *num.*16. *Rota coram ſa:me:Greg.deciſ.*421.*num.*13. & ibi *Add. litera E. & in rec.deciſ.*899.*num.*9.*par.*5.

6 Ceſſat quoque prętenſio reſpectu dotis Angelicæ matris, nàm cùm illa conſiſtat in ſtabilibus datis in dotem inæſtimatis cum pacto eadem bona reſtitueñ, non intrat detractio ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, ſed competit tantum actio ad eadem bona, quæ hodiè exiſtunt iuxtà *conſ.Alex.*38.*num.*2.*in fin.verſ. & ſi reperietur lib.*2.*Corn.conſ.*52.*num.*8.*lib.*1. *Gabr. conſ.*60.*in fin.lib.*2.*Rota coram Caual.deciſ.*574.*numer.*2.

mer. 2. in rec. deciſ. 120. *num.* 17. *par.* 4. *tom.* 2. Et firmatum fuit in *deciſ. huius cauſæ coràm me edita* 19. *Aprilis* 1652. *& in alia Meleuitana fideicommiſſi* 13. *Maij eiuſdem anni coram R.P.D. meo Bichio.*

7 Alia detractio ſcut. 300. quæ aſſeruntur ſoluta Fiſco Ciuitatis Melitæ pro recuperandis bonis Ioannis Xerri, non meretur allegari, quia illa non docentur ſoluta, neque ab Angelica, neque à Virginia, quinimò præſumuntur ſoluta ab eodem Ioanne de bonis ipſius, & tamen qui excipit de retentione, debet plenè, & concludenter probare ſoluiſſe de proprijs pecunijs *Rot. deciſ.* 516. *num.* 3. *par.* 2. *rec. deciſ.* 368. *num.* 12. *par.* 5. *deciſ.* 88. *nu.* 20. *& dec.* 126. *num.* 23. *par.* 7.

8 Et ceſſat difficultas quia cum agatur de fideicommiſſo particulari, & virginia non confecerit Inuentarium ex illo non ſunt facieñ detractiones, vt dixit *Rota in Bonon. fideicommiſſi* 5. *Decemb.* 1650. 16. *Iunij* 1651. *&* 17. *Iunij* 1652. *coram me*, vbi aliæ cumulantur.

Et ità deciſum fuit vtraque parte informante &c.

CAPVTAQVEN. BENEFICII.

Veneris 24. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Attentata eſt poſſeſſio, capta poſt præſentatam Inhibitionem Rotalem, quæ ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta timeri debet, nec talis poſſeſſio eſt manutenibilis, ſed manutentio datur alteri parti pro reuocatione attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta poſt commiſſam appellationem, & præſentatam inhibitionem.*

2 *Inhibitio Rotalis, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſemper eſt timenda.*

3 *Nuncio, ſeù Executori fides adhibenda venit in rebus, ad eius officium ſpectantibus.*

4 *Poſſeſſio probatur ex Inſtrumento publico.*

5 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſſione, ſuffragatur etiam ad effectum manutentionis.*

6 *Poſſeſſio poſterior attentatè capta, non eſt manutenibilis.*

7 *Mandatum de manutenendo conceditur pro reuocatione Attentatorum.*

8 *Attentans tenetur reſtituere fructus, indebitè perceptos.*

DECISIO CLVIII.

IN vim literarum Apoſtolicarum, & mandati, ab Executore relaxati, accepit Thomas Guerrinus poſſeſſionem beneficij controuerſi, exiſtentis in Eccleſia Sancti Iuliani Terræ Altauillæ; Ordinarius verò illud cõtulit Ioſepho Cicco. Vndè commiſſa pro parte Thomæ cauſa appellationis in Rota, & præſentata Inhibitione tùm Iudici, tùm Parti ſub die 11. & 14. Octobris 1651. Licet idem Ioſeph non debuiſſet quicquam innouare, nihilominus ſub die 23. Ianuarij 1652. poſſeſſionem dicti beneficij accepit, Præcepta contra debitores obtinuit, ne eidem Thomæ ſoluerent, & alia plura egit in ſpretum, & contemptum prædictæ Inhibitionis. Itaut meritò reſolutum fuerit, poſſeſſionem præfatam, & omnia poſteà geſta eſſe attentata, ac Thomæ dandum eſſe mandatum de manutenendo.

1 Etenim quoad primam partem probatur concludeñ; quod omnes prædicti actus emanarunt poſt commiſſam ſimpliciter cauſam appellationis in Rota; Imò poſt Inhibitionem Rotalem, perſonaliter præſentatam: Et propterea non poſſunt à vitio attentatorũ excuſari iux. *tex. in cap. non ſolum in fine de appellat. in* 6. *Dec. conſ.* 103. *num.* 1. *Rot. coram Cæſ de Graſſ. dec.* 6. *num.* 5. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & in rec. deciſ.* 311 *num.* 2. *verſ. minus facit par.* 4. *tom.* 2. cum concordantibus adductis *in Licien. attentatorum* 17. *Maij* 1652. *coram R.P.D. meo Veroſpio.*

2 Inhibitio enim Rotalis, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſemper eſt timenda *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 20. *ampl.* 11. *num.* 1. *& ſeqq. Caputaq. deciſ.* 93. *par.* 2. *Cocc. deciſ.* 315. *num.* 1. *& in rec. deciſ.* 670. *eodem num. par.* 4. *& deciſ.* 75. *num.* 4. *par.* 6.

3 Præſentatio verò dictę Inhibitionis controuerti non poteſt attenta relatione Executoris, legitimè facta, cui tanquam de re, ſpectante ad eius officium, fides adhibenda venit, vt docet *gloſ. in cap. cum parati, verbo ſuus nuncius de appellation. & in cap. prudentiam verbo per certum nuncium de offic. deleg. Put. deciſ.* 187. *lib.* 3. & dictum fuit in *Vercellen. Prioratus* 25. *Febr.* 1647. *coram R.P.D. meo Peutingerio, & in Cracouien. attentatorum* 17. *Iunij* 1652. *coram R.P.D. meo Bichio.*

4 Reſpectu etiam ſecundæ Partis, nempè mandati de manutenendo, res tranſit ſinè difficultate: Quia de poſſeſſione Thomæ in vim mandati, ab Executore relaxati, conſtat ex Inſtrumento publico dato in *Summar. num.* 1.

5 quod benè probat etiam ad effectum manutentionis, non docto de alterius antecedenti poſſeſſione *vulg. l. prædia, & ibi DD. ff. de acquir. poſſeſſ. l. non idcirco. C. de fid. Inſtrument. Rot. in Bonon. Parochialis* 26. *Aprilis* 1649. *coram Reuerendiſſ. Tarraconen. & in alijs.*

6 Nec obſtat poſſeſſio Ioſephi; Quia, vti poſterior, & capta in Spretum Inhibitionis prædictæ non venit attendenda, cum paſſim detur manutẽtio priori poſſeſſori, qui ſe pro ſpoliato non habuit, aduerſus poſteriorem, qui attentatè poſſeſſionem cœpit *cap. licet cauſam*, ibique *Felin. num.* 8. *&* 9. *de probat. Bart. in l. ſi duo ſub num.* 4. *ff. vti poſſid. Rot. coram And. deciſ.* 61. *nu.* 5 & penes *Buratt. deciſ.* 306. *num.* 2. *&* 4.

7 Prout pariter datur mandatum de manuteñ pro reuocatione attentatorum, cum illud habeat vim recuperandę poſſeſſionis quoad pręterita, & retinendæ quoad futura; Et ſemper

8 cogatur Attentans ad reſtitutionem fructuũ indebitè, & attentate perceptorum, vt dixit *Rot. coram Cocc. deciſ.* 418. *num.* 4. & latius *in Taurinen. Parrochialis* 20. *Nouembris* 1647. *coram me.*

Et ità altera tantum &c.

LICIEN. BONORVM.

Veneris 7. Februarij 1653.

ARGVMENTVM.

Legatum factum perſonæ, quæ tempore obitus Teſtatoris habebit aliquam qualitatem, nempè Presbyteratus, purificatur ad fauorem illius, qui dictam qualitatem habet, nec illa ſuffragatur, ſi poſteà ſuperueniat.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum per Teſtatorem ad fauorem Nepotis, qui eſſet Presbyter de tempore eius obitus, purificatur fauore illius, qui habet dictam qualitatem.*

2 *Nepotes præſumuntur prædilecti à Teſtatore.*

3 *Fallit, quandò conſtat de contraria voluntate illius, nam tunc ceſſat diſpoſitio* text. in l. cum auus.

4 *Et dicitur conſtare de tali voluntate, ſi Teſtator contemplatus fuerit Presbyteros, & qualitatem Presbyteratus.*

5 *Item ſi Teſtator, dum vocare voluit ad ſucceſſionem filios inſtitutorum, id clarè expreſſit, ſignum euidens quod quando non expreſſit, non intellexit comprehendere.*

6 *Qualitas Presbyteratus requiſita de tempore purificati fideicommiſſi non ſuffragatur, ſi poſteà ſuperueniat.*

7 *Nec retrotrahitur in præiudicium illius, cui fuit ius quæſitum.*

8 *Legatum factum filiæ, quæ erit Vidua tempore obitus Teſtatoris, non debetur filiæ, quæ poſteà viduauit.*

9 *Diſcretiuus loquendi modus oſtendit diuerſam Teſtatoris voluntatem.*

10 *Filiorum appellatione ſecundum proprietatem ſermonis non veniunt Nepotes.*

11 *Pater non poteſt præiudicare filijs in bonis prouenientibus ex fideicommiſſo Aui.*

12 *Amplia, etiam ſi filius ſit hæres Patris, quando eſt hæres cum benef. leg. & Inuent.*

13 *Ratificatio tacita non inducitur, niſi probetur ſcientia.*

14 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti.*

DECISIO CLIX.

PLACVERVNT DD. fundamenta deciſionis in hac cauſa editæ coram Eminentiſs. Card. Otthobono, in qua firmatum fuit,
1 conſtare de bono iure Nicolai reſpectû prædij nuncupati *del Prencipe*: Nàm cum illud relictum fuerit à Galieno Teſtatore ſub his præcisè verbis; *Item legaua al Clerico Leonardo ſuo Nepote, e figlio di Matteo ſuo figliuolo lo ſtabile di eſſo Teſtatore nominato il Prencipe con le Vigne &c. e doppò la morte di detto Clerico Leonardo, detti beni del Prencipe habbino, e debbano peruenire ad vno, ò più delli figliuoli di eſſo Matteo, quali al tempo della morte di eſſo Clerico Leonardo ſaranno Preti &c.* Vtique, dum de tempore obitus Leonardi, ex Nepotibus Teſtatoris Nicolaus tantummodò habebat qualitatem Presbyteratus, ad ipſius fauorem purificatum fuit dictum legatum, iuxtà *text. in l. cum Pater 79. §. Hæreditatem il 1. ff. de leg. 2. l. interuenit, ibique gloſ. ff. de legat. præſt. Menoch. conſ. 106. à num. 1. Rot. in Romana Iuriſpræſentandi de Capranica 24. Ianuarij* 1614. *coram bo: me: Manzanedo*, & firmatum fuit in *Romana fideicommiſſi de Victorijs* 20. *Martij* 1651. *coram Eminentiſſ. Otthobono, confirmata* 27. *Iunij* 1652. *coram R. P. D. meo Veroſpio.*

2 Nec per exiſtentiam filiorum Leonardi, qui præſumuntur prædilecti à Teſtatore iuxtà *text. in l. cum Auus ff. de cond. & demonſtr. & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.* ceſſat ſubſtitutio
3 facta ad fauorem Nicolai: Nàm huiuſmodi præſumptio tollitur quoties, etiam ex coniecturis elici poteſt contraria Teſtatoris voluntas, vt notat *Dec. conſ. 504. ſub num. 8. verſ. poſtremò non obſtat, Socin. Iun. conſ. 128. num. 28. & ſeqq. lib. 1. Larrea deciſ. Granat. 33. num.* 103.

4 In præſenti verò caſu talis voluntas benè deſumitur, quia in relicto huius prædij ſemper Teſtator contemplatus fuit qualitatem Clericatus, relinquendo illud non ſolũ Leonardo vti tali, ſed etiam poſt mortem Leonardi vni, vel pluribus Matthæi filijs habentibus pariter eamdem qualitatem, itaut non poſſit præſumi, quod Teſtator in dicto prædio prædilexerit deſcendentiam Leonardi, quodque illam præferre voluerit, prout limitando *text. in dicta l. Cum auus, & l. cum acutiſſimi,* firmat *Ruſtic. in eadem l. Cum auus lib. 3. cap. 10. num. 43. & melius lib. 6. cap. 4. num. 16. Gabr. de fideicom. concluſ. 2. num. 82. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 8. num. 6.* Et notat *Pariſ. conſ. 19. numer. 94. & ſeqq. lib. 2.* cum alijs allegatis in *deciſ. Eminentiſſ. Otthoboni.*

5 Maximè quia idem Teſtator dum vocare voluit ad ſucceſſionem filios inſtitutorum, id clarè expreſſit, ſignum euidens, quod dum eos omiſit, non intellexit ſub tali ſubſtitutione comprehendere *Dec. conſ. 581. ſub num. 5. Roman. conſ. 370. ſub num. 4. Decian. reſponſ. 1. num. 8. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 100. num. 14. & conſ. 128. numer. 43. lib. 1.* alioſque cumulat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 393. num.* 85.

6 Obiectum, quod Matthæus Iunior dicti Leonardi filius ſit etiam Clericus, parùm releuat ad hunc effectum, dum talem qualitatem acquiſiuit ſeptennio poſt apertum fideicommiſſum, & purificatam ſubſtitutionem in perſonam Nicolai, quæ propterea non poteſt ſuffragari Matthæo, minuſque Annæ venienti ex eiuſdem perſona; cum illa requiratur de tempore purificati relicti per *text. in l. ſi cognatis ff. de reb. dub. & in l. vbi purè ff. ad Trebell. Alex. in l. ſi rem meam in fine ff. de verb. oblig. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 72. pariter in fine, Surd. deciſ. 20. num. 8.* Et vltrà plures adductos per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 318. num. 61. & 70.* firmauit *Rot. diuerſ. deciſ. 100. num. 2. par. 2.* vbi quod
7 talis qualitas non ſuffragatur ſi poſteà ſuperueniat; quia non retrotrahitur in præiudiciũ illius, cui fuit ius quæſitum, ex notat. per *Bart. in tract. minoricar. lib. 4. num. 9. verſ. contrarium dico, Bald. in auth. ingreſſi num. 64. in fine, C. de Sacroſ. Eccleſ. Pariſ. conſ. 62. num. 38. & 41. lib. 4. Rota*

coram Buratt. deciſ. 510. *num.* 3. & latè firmatum fuit *in Bonon. ſucceſſionis de Zanis* 17. *Maij* 1641. *coram R.P.D. meo Bichio*.

8 Hinc benè in ſimili firmat *Caſtren. conſ.* 185. *circa med. verſ. nec obſtant motiua, lib.* 2. quod ſi factum fuerit legatum filiæ, quæ erit vidua de tempore mortis Teſtatoris, debetur ei tantummodo, quæ tempore obitus habebat hanc qualitatem, etiamſi poſteà contingat aliam filiam viduare, ſequitur *Mandell. conſ.* 106. *per tot.* & præſertim *num.* 12. *Surd. conſ.* 494. *num.* 1. *& 2. & conſ.* 548. *num.* 3. cum aliis pluribus in *Piſauren. Primogenituræ* 16. *Ianuarij* 1651. *coram R.P.D. meo Cerro*.

9 Quod eò facilius venit dicendum; Tùm quia Teſtator præuidendo vtrumque caſum, & exiſtentiæ, & deficientiæ filiorum de tempore obitus Leonardi, vocauit Clericos futuros tantummodò in ſecundo caſu, non autem in primo, vt patet ex illius verbis, ibi, *Et non eſſendo à quel tempo Preti, quando detti ſuoi figlioli ſaranno Preti &c.* qui diſcretiuus modus loquendi benè demonſtrat contrariam Teſtatoris voluntatem, *ad text. in l. quæſitum §. Idem reſpondit ff. de fund. Inſtruc. Surd. conſ.* 426. *num.* 18. *Rot. deciſ.* 667. *num.* 5. *par.* 2. *rec.*

10 Tum etiam quia in caſu prędicto idem Teſtator vocauit filium Matthæi, cuius appellatione ſecundum proprietatem ſermonis, & ex propria ſignificatione non poteſt venire Matthæus Iunior, qui eſt Nepos illius, vt eſt *text. in l. quid ſi Nepotes* 6. *ff. de teſtam. Tut. Bart. in l. Gallus §. Inſtituens num.* 3. *ff. de liber. & poſthum. & in l. Liberorum* 220. *num.* 10. *& ſeq. de verbor. ſignific. Rot. in rec. deciſ.* 6. *num.* 8. *& ſeqq. par.* 5. & latiſſimè firmatum fuit *in Bononien. Tranſactionis* 30. *Martij* 1648. *coram Me, & in Bononien. Fideicommiſſi de Bargellinis* 24. *Nouembris* 1651. *coram R.P.D. meo Bichio*.

11 Non obſtat, quod huiuſmodi prædium fuerit per Matthæum Patrem donatum Leonardo: Quia cum prouenirет à Galieno Auo, non potuit idem Pater in eo vocatis, & ſic Nicolao præiudicare. *l.* 1. *C. de bon. matern. Gabr. conſ.* 125. *num.* 1. *lib.* 1. *Grammat. deciſ.* 93. *ſub num.* 7. *verſ. nec obſtaret, & ſeqq. Rot. deciſ.* 110. *in princ. &*

12 *num.* 4. *& ſeqq. par.* 2. *diuerſ.* Etiamſi idem Nicolaus ſit hæres Patris, quia cum confecerit Inuentarium, non impeditur ex propria perſona prædium controuerſum conſequi *l. fin. §. in computatione C. de iur. delib. Peregrin. de fideicommiſ. artic.* 52. *ſub num.* 97. *Rot. deciſ.* 724. *nu.* 2. *par.* 3. *rec. Merlin. deciſ.* 644. *num.* 3. Et fuit dictum *in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis* 30. *Maij* 1646. *coram Eminentiſſ. Corrado, & in Bononien. de Toſtinis* 5. *Iunij* 1648. *coram R.P.D. meo Peutingerio*.

13 Gratiſque dicitur, Donationem huiuſmodi fuiſſe à Nicolao ratificatam, vel per enunciatiuam emiſſam in Inſtrumento impoſitionis Cenſus, quod prædium eſſet Matthæi Iunioris, vel per fideiuſſionem præſtitam venditioni à Leonardo factæ de nonnullis Tornaturis eiuſdem prædij: Quia in neutro ex iis actibus probatur, Nicolaum habuiſſe ſcientiā explicitam dictæ donationis, omninò neceſſariam adhunc effectum vna cum omnibus ſuis qualitatibus ad *text. in l. Mater* 29. *§. Cæterum ff. de inoffic. Teſtam. Natt. conſ.* 162. *num.* 32. *&* 33. *Rot. coram Mantic. deciſ.* 13. *num.* 14. *in Romana pecuniaria* 14. *Maij* 1646. *in Romana fructuum Cenſus* 14. *Iunij* 1647. *coram R.P.D. meo Meltio, & in Aſculana dotis* 14. *Iunij eiuſdem anni coram Me*.

14 Et ceſſat difficultas, quia de tempore dictorum actuum, qui adducuntur pro inducenda ratificatione, Donatio iam fuerat de medio ſublata, nec erat amplius in rerum natura; Siquidem idem Matthæus Senior donator mandauit in Teſtamento, quod Leonardus donatarius, alijque eius fratres conferrent in communi omnia bona, & donationes anteà reportatas; ac vniuerſam Hæreditatem inter ſe diuiderent, proùt cum effectu contulerunt, & diuiſerunt; Vndè ſicuti Leonardus, qui ex coęquali diuiſione Hæreditatis recepit portionem ſuam, longè excedentem bona donata, non poſſet excipere de tali donatione, multominus hoc poteſt facere illius Hæres, impugnando actum, quem ſemel acceptauit; Nàm per acceptationem cenſetur titulo donationis renunciaſſe, & illam tranſtuliſſe in titulum hæreditarium, & vltimæ voluntatis, *Dec. conſ.* 253. *ſub num.* 2. *verſ. vltimo non obſtat, & numer. ſeqq. Pariſ. conſ.* 33. *num.* 80. *vol.* 3. *Bellon. Iun. conſ.* 99. *verſ. tertio reſpondeo*.

Et ità reſolutum &c. vtraque &c.

AVENIONEN. ATTENTATORVM.

Lunæ 10. Februarij 1653.

ARGVMENTVM.

Attentans tenetur ſoluere expenſas omnes vna cum damnis, & intereſſe, nec ſatisfacit mediante Depoſito vnius iulij, cum obligatione ſoluen̄ reſiduum. Expenſæ verò, & damna prædicta debent prius iuſtificari.

SVMMARIVM.

1 *Attentans debet integrè expenſas reficere, nec ſatiſfacit deponendo iulium vnum cum obligatione ſoluendi reſiduum.*

2 *Attentata, & pecunia per Attentantem exacta probantur ex confeſſione ipſius.*

3 *Confeſſio facta in poſitionibus probat.*

4 *Confeſſio facta in Inuentario probat contrà Confitentem.*

5 *Iuramentum in litem datur ad probandum valorem mobilium, ſi concurrant requiſita neceſſaria.*

6 *Periti relatio abſque citatione, & monitione partis non releuat.*

7 *Peritus non poteſt æſtimare bona, niſi illa videat, etiamſi viderit antè æſtimationem.*

8 *Attentans tenetur etiam de fructibus, qui percipi potuerunt ratione damnorum, & intereſſe.*

9 *Attentans non tenetur pro penſionibus Domus à tempore, quo dimiſit poſſeſſionem.*

10 *Damnum, quod quis patitur propria culpa, non debet refici à collitigante.*

11 *Domus rectè conſtructa, & ſita in loco opportuno facile locari poteſt.*

12 *Sequeſtratarius non poteſt ſoluere niſi de mandato Iudicis.*

DECISIO CLX.

ISABELLA de Gay, quæ attentatè poſſeſſionem acceperat, prætendens per renunciationem poſſeſſionis prædictæ ſatisfeciſſe decreto Rotali contra eam emanato obtinuit, diſputari dubium; An conſtaret de ſufficienti purgatione attentatorum, quod per duas vices negatiuè reſolutum fuit. Quia verò nec ipſa, nec Thomas eius Aduerſarius acquieſcebant ſupradictis deciſionibus, tertio loco repropoſui cauſam, & Domini excepta partita penſionum Domus, in reliquis perſtiterunt in vltimo loco deciſis.

1 Etenim quoad expenſas tàm iudiciales, quàm extraiudiciales aſcendentes in totum ad ſcuta 169.96. placuerunt probationes aliàs exhibitæ, quarum ſolutionem non poteſt retardare Iſabella ſtante depoſito vnius iulij cũ obligatione ſoluendi reſiduum, quia *Bald. in cap. conquerente de reſtit. ſpoliat.* firmat, neceſſariam eſſe veram, & realem ſatisfactionem vſque ad obolum, eiuſque doctrinam ſemper ſecuta fuit Rota reprobata opinione *Angel. in l.4.§.ait Prætor.ff.de re iudic.* vt latè tradunt *Add. ad ſa.me.Gregor.deciſ.503.num.6.Verall.deciſ.150. num.7.par.1.Seraphin.deciſ.1176.num.2. verſ. non ſufficit, in rec.deciſ.269.ſub num.1. verſ nec ad hunc effectum par. 1.* & firmatum fuit *in Ciuitatis Caſtellanæ attentatorum 5. Martij 1649. coram Reuerendiſs.meo Decano.*

2 Quo verò ad pecunias extractas ab Iſabella pro tempore, quo permanſit in poſſeſſione, res tranſit ſine difficultate, quia illarum quãtitas in ſcut. . . . . . . probatur ex confeſſione ipſius, *l.cum te la 2.C.de tranſact.l.generaliter C.de non num.pecun.Rom. conſ.391. num. 7. & ſeq. Rota deciſ.55.num.5.par.7.rec.*

3 Et idem diceñ venit quoad mobilia reperta in domibus: nam, illa perueniſſe ad manus Iſabellæ, apparet ex propria confeſſione eiuſdem emanata tam in reſponſione ad poſitiones *Rota Gen.deciſ.48.num.1.ſan.mem.Greg.dec.92 eod.num.& in rec.deciſ.359. num.40. & deciſ. 468.*
4 *ſub num. 7. par. 5.* Quam etiam in Inuentario
Rota coram Duran.deciſ.183. num.4. & deciſ. 337. num.9.in rec.deciſ.261.ſub num.5.verſ.2. ex Inuentario part. 7. & in Bonon. fideicommiſſi de Amoritis 18.May 1648.coram R.P.D.meo Meltio.

5 Et licet quamplura ex eis prætendantur deperdita, vel conſumpta; nihilominus præſtari debet illorum valor iuxtà Iuramentum per Thomam deferendum, cum ad dictum effectum concurrant requiſita neceſſaria *Plot.de in lit.iurand.§.37.ſub num.6.& ſeq.Modern.Roman.de Iudic.lib.2.cap.7.quæſt.27.ſub num.761.* & fuit dictum *in Romana reſtitutionis dotis 24.Martij 1645 coram Eminentiſſ.Otthobono.*

6 Nec refert, quod dicta mobilia æſtimata fuerint per Peritum à Iudice electum, nam vltra quod ille retulit non citata, nec monita parte, prout neceſſarium eſſe, firmat *Bart. in l.Theopompus 14.num.9.verſ.quandoque ſtatur ff. de dote præleg.Surd.conſ.452.num.54.Gabr. conſ. 168. num.102.lib.1.Rot.coram Buratt. deciſ.56. num. 1. ſan.mem.Greg.deciſ.545.num.9.* & ibi. *Add.nu.12. & in Mutinen.Beneficiorum 29.Aprilis 1641.coram*
7 *R.P.D.meo Peutingerio.* Cum ipſe tempore
æſtimationis mobilia non viderit, relatio non venit attendenda, etiamſi aſſerat ea vidiſſe antè æſtimationem, quia nihilominus non poterat procedere tanquam Peritus, ſed tanquã Teſtis, *Rot.deciſ.253.num.19.& deciſ.278.num.5. & 6.par.4.tom.2.rec.& in Romana Domus, ſeù appartamenti 17.Decembris 1635. coram Reuerendiſſ. Decano, & in Interamnen.fideicommiſſi 14. Decembris 1646.coram R.P.D.Bichio.*

8 Tota difficultas reducebatur ad penſiones Domus, quæ antè commiſſa attentata prætenditur locata ad triennium in ſcut. 80. annuis, & ex cauſa attentati commiſſi locationem non habuiſſe effectum: Vndè firmatur in deciſionibus, etiam de tali ſumma debuiſſe Thomam reintegrari, ſaltem ratione dam-
9 norum, & intereſſe. Sed Domini reformando in hac parte deciſionem; Cenſuerunt penſiones deberi tantummodò pro tempore, quo Iſabella permanſit in poſſeſſione, nàm poſtquam Thomas illam rehabuit, aut ipſe domũ inhabitauit, vt deponunt Teſtes *Summ.Iſabellæ num.5.* qui loquuntur de tota domo, non autem de parte reſeruata, incongruum eſt quod petat penſiones.

10 Aut non habitauit, & cum potuiſſet illam locare fruſtra petit refectionem damni, quod ex culpa propria paſſus fuit *l.quod quis 204.ff.de reg.iur.cap.damnum, eod.tit.in 6.Azo.in Sum.nu.16. C.de euict. Bec. conſ.106. num. 6. Rota deciſ. 263.*
11 *num.7.par.7.rec.* Maximè cum facilè potuiſſet
conductorem inuenire, ex quo Domus eſt ſita in loco opportuno, & ex quo poſtea, quando voluit, reperijt, vt ad propoſitum ratiocinatur, *Rot. in Romana Laudi, ſeù Domus 1. Iulij 1643.coram R.P.D.Bichio.*

12 Ceſſat etiã prætenſio reſpectu reſtitutionis frumenti recollecti ex Caſali S. Gabrielis, attento depoſito per Iſabellam facto; Nam cum hæredes DD.de Saluador Creditores eiuſdem Thomæ obtinuerint dictum frumentũ ſequeſtrari, non poterat Iſabella illud liberè conſignare abſque ordine, & mandato Iudicis *Rom. conſ.287. ſub num. 1. verſ. vnde ſequitur, Coſta remed.ſubſid.103.num.2.Rot.coram Verall, deciſ.151. par.3.*

Et ità vtraque &c.

ASTEN. COADIVTORIAE.

Veneris 14. Februarij 1653.

ARGVMENTVM.

Gratia an ſuum eſſe recipiat à die ſignatæ ſupplicationis, vel potius ſit attendeñ tempus regiſtrationis: Et an Canonicus Regularis ſit capax beneficiorum in Eccleſia Cathedrali.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Actor debet intentionem ſuam concludenter probare.*
2 *Liber Componendæ probat quidem tempus deſcriptionis, & adnotationis, non autem tempus ſolutionis.*
3 *Probatio ne dicatur concludens, ſufficit ſola poſſibilitas in contrarium.*
4 *Verbum,* ſoluit, *contextualem numerationem probat de tempore actus.*
5 *Declara, vt concluſio procedat, quando apponitur à Notario aſſerente ſolutionem fuiſſe factam coram ipſo, & Teſtibus.*
6 *Secus verò ſi exprimatur à Partibus, nam tunc etiã ad tempus præteritum referri poteſt.*
7 *Officialis publici atteſtationi multum deferendum venit.*
8 *Gratia Apoſtolica recipit ſinem eſſe à die ſignatæ ſupplicationis.*
9 *Gratia Apoſtolica non tribuit ius conſiderabile ante regiſtrationem, ſi interim Papa ſupplicationem lacerauerit, vel alias mutauerit voluntatem ſuam.*
10 Deciſio in Romana Legati pij 4. Februarij, & 15. Maij 1628. coram Coccino *declaratur.*
11 *Teſtandi facultas conceſſa Equiti Hieroſolymitano ſuffragatur, etiamſi fuerit regiſtrata poſt obitum.*
12 *Gratia facultatis teſtandi conſiderari debet ſecundum tempus, quo ſublimiorem formam recepit, nempè à die ſignatæ ſupplicationis.*
13 *Gratia antè regiſtrationem habet implicitum ſtatum validitatis.*
14 *Papa, prouidendo alteri, cenſetur priorem gratiam reuocare.*
15 *Regiſtratio gratiæ de tempore, quo reperiebatur reuocata, nec erat amplius in rerum natura, non eſt attendenda.*
16 *Inſinuatio facta poſt reuocatam Donationem, non ſuffragatur.*
17 *Canonici Regulares non poſſunt habere beneficia in Eccleſia Cathedrali.*
18 *Canonici Regulares non prohibentur habere beneficia curata.*
19 *Aſſertioni propriæ alicuius non eſt ſtandum.*
20 *Canonici Regulares poſſunt cum diſpenſatione Apoſtolica retinere beneficia.*

DECISIO CLXI.

IN deciſione edita 21. Iunij præteriti reſolutum fuit literas Apoſtolicas Ioannis Andreę de Regibus eſſe ſufficienter iuſtificatas, & propterea non intrare arbitrium pro illarũ retardatione, quam deciſionem licet acriter Cacheranus impugnaret ſub prætextu, quod Beneficium obtinuerit per obitum Coadiuti, antè quam gratia eiuſdem Ioannis Andreæ regiſtrata fuerit, nihilominus repropoſita cauſa adhuc Domini ſteterunt in reſolutis.
1 Etenim pro parte Cacherani nullo modo
probatum fuit, quod eius prouiſio fuerit obtenta antè prædictam regiſtrationem, prout concludenter probari debuiſſet tanquam fundamentum ſuæ intentionis ad *text. in l. actor. C. de probat. l. qui accuſare C. de edendo, Alex. conſil. 100. ſub num. 1. & 2. lib. 1. Ioſeph Ludou. concl. 14. in princ. & illat. 96.* cum relat. per *Maſcard. de probat. concluſ. 1234. num 6. & ſeqq.*
2 Probatio verò per ipſum deducta ex libris
componendæ, & Regiſtri, in quibus partita adnotata legitur de menſe Martij 1650. viſa ſuit Dominis non releuare, quia illa concludit quidem tempus deſcriptionis, & adnotationis dictæ partitæ, non autem ſolutionis, & actualis numerationis, cum ſit poſſibile, quod Præfectus componendæ oretenus fidẽ fecerit Regiſtratori de huiuſmodi ſolutione, & ſub ea fide ſupplicatio regiſtrata fuerit, vel quod Miniſter diſtulerit illam adnotare in ſuis li-
3 bris, quæ ſola poſſibilitas ſufficit ad hoc, vt
probatio non dicatur concludens *Caſtr. in l. ſi per alium §. docere num. 4. ff. ne quis eum &c. Dec. conſ. 37. num. 9. circa med. verſ. præterea Rot. diuerſ. deciſ. 871. in fine par. 4. ſan. mem. Greg. deciſ. 353. numer. 2. Buratt. deciſ. 948. num. 3. & in rec. deciſ. 323. num. 4. in fin. & deciſ. 747. la 2. num. 2. par. 2.*
4 Nec refert quod dicta partita concepta fue-
rit per verbum *ſoluit*, ibi, *ſoluit ſecundus Guaſcus ſcut.* .... quod contextualem numerationem probat. Nam id benè procedit, quando
5 verbum prædictum profertur à Notario aſſe-
rente ſolutionem fuiſſe factam coram ipſo, & teſtibus, in quibus terminis loquitur *Bald. in l. ſi ex cautione num. 14. & ſeqq. C. de non numer. pec. Surd. deciſ. 284. à num. 7. Rot. poſt Cenc. deciſ. 127.*
6 *num. 1. in fine,* cum alijs exaduerſo adductis, ſe-
cus verò quando exprimitur ab alia perſona, & ab ipſis partibus, quia tunc etiã ad tempus præteritum, & ſolutionem iam factam referri poteſt *Socein. Sen. conſ. 142. nu. 1. lib. 1. Rot. coram ſan. mem. Greg deciſ. 355. num. 5.* Et eo minus viſa fuit releuans probatio huiuſmodi quia in contrarium adeſt depoſitio Regiſtratoris formiter examinati atteſtantis partitas ſolutionis non ſemper deſcribi ſub eadem die, ſub qua regiſtratio ſequitur, cui tanquam Officiali publico, ac deponenti de facto proprio, ex quo
7 regiſtrauit ſupplicationem controuerſam,
multum deferendum venit ex not. per *DD. in l. quædam §. nummularios ff. de eden. Gabr. de teſtibus concl. 1. num. 19. Rot. coram Seraph. deciſ. 792. num. 3. coram Buratt. deciſ. 910. num. 8. & in rec. deciſ. 525. num. 5. par. 2. deciſ. 723. num. 2. par. 4. tom. 2. & deciſ. 186. num. 23. par. 6.*
8 Stante igitur defectu probationis ſuperfluũ
eſt, quod Ioannes Andreas impugnet concluſionem à Cacherano aliàs adductam, quod gratia Apoſtolica, quamuis ſuum eſſe
9 recipiat, ex die ſignatæ ſupplicationis, non ta-
men ius conſiderabile tribuat antè ſecutam regiſtrationem, ſi interim Papa ſupplicationẽ lacerauerit, vel alias mutauerit voluntatem ſuam, vt probant *Pariſ. Gonz. Garz. & alij allegati in deciſione quæ reuidetur in §. Tandem, & §. ſeq.* & firmant adducti per *Modern. Ceſenaten. de citation. par. 2. cap. 10. nu. 332. & pluribus ſeqq.*
10 Et quamuis *deciſ. in Rom. Legati pij 4. Febr. &*
15. May 1628. coram bo. me. Coccino, firmet, quod gratia ſolo verbo Principis perficitur, quodque id, quod agitur circa regiſtrationem, attribuitur ipſi principio gratiæ conceſsæ per

ſigna-

ſignaturā ſupplicationis, adeovt ſufficiat, quod
regiſtratio quandocumque ſequatur, attamen
in caſu dictæ deciſionis non erat quæſtio ſu-
per voluntate Papæ, quæ medio tempore
11 non erat mutata, ſed ſolum dubitabatur, an
gratia facultatis teſtandi, qua vſus fuerat eques
Hieroſolymitanus, eidem ſuffragaretur, licet
eſſet regiſtrata poſt obitum, nam prætendebat
Religio ſubſecutam regiſtrationem non po-
tuiſſe retrotrahi in ſui præiudicium; Et Ro-
ta reſpondit non eſſe opus retrotractione, quia
12 gratia facultatis prædictæ conſiderari debe-
bat ſecundum tempus, quo ſublimiorem for-
13 mam receperat, nempè à die ſignatæ ſuppli-
cationis, quæque interim ante regiſtrationem
habebat implicitum ſtatum validitatis, ſicuti
in ſimilibus terminis firmatū fuit in *deciſ.* 100.
n. 35. *& ſeqq. p.* 5. *rec.* At in præſenti caſu non
deducitur prouiſio Cacherani medio tempore
obtenta ad impediendum, ne ſubſequens re-
giſtratio gratię Ioannis Andreæ retrotrahatur
ad diem ſignatæ ſupplicationis, ſed ſolum ad
14 oſtendendam mutationem voluntatis Papæ,
qui alteri prouidendo cenſetur priorem pro-
uiſionem reuocaſſe, vt firmauit *Rota deciſ.* 791.
n. 15. *part.* 1. *diuerſ. & bene in ſimili probat. Gabr.
conſ.* 186. *n.* 10. *lib.* 1.

15 Atque ideo ſucceſſiua regiſtratio non eſt
habenda in conſideratione, nec aliquem effe-
ctum operari poteſt tanquam ſecuta de tem-
pore, quo prima gratia non erat amplius in
rerum natura, nec reperiebatur ſubiectum
regiſtrabile *Bald. in l. falſus ſub n.* 3. *verſ. nam Con-
firmatio C. de furt. Fel. in cap. Inter dilectos n.* 6. *de fid.
Inſtrum. Lotter. de re benef. lib.* 3. *q.* 17. *num.* 176. *Rota*
16 *deciſ.* 569. *n.* 3. *p.* 2. *deciſ.* 171. *n.* 5. *p.* 4. *tom.* 2. *& dec.*
689. *n.* 9. *p.* 4. *tom.* 3. *rec.* Sicuti in ſimili dicimus,
quod inſinuatio donationis licet quandocun-
que facta ſuffragetur; Non tamen ſuffraga-
tur, ſi fiat poſtquam donator mutauit volun-
tatem ſuam prout vltra relatos per Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 531. *n.* 3. *probat Seſse dec. Aragon.*
25. *n.* 1. *& ſeqq. & firmauit Rota in Romana donatio-
nis* 5. *Febr.* 1623. *coram b.m. Manzanedo.*

17 Libentius verò reſponderunt Domini, non
intrare arbitrium prædictum, quia Cachera-
nus vti religioſus, & Canonicus Regularis
eſt prorſus incapax ſine diſpenſatione Apo-
ſtolica Canonicatus controuerſi in Eccleſia
Cathedrali *Abbas in c. quod Dei timorem n.* 5. *verſ.*
2. *caſu de ſtatu monach.* vbi reddit rationem, quia
tali caſu ceſſat priuilegiū curæ, *Garz. de benef. p.*
5. *cap.* 10. *n.* 28. *& ſeqq. Bellar. dec.* 172. *per tot. cum
alijs per Squillant. de priuil. Cleric. cap.* 4. *n.* 73.

18 Nec obſtat *deciſ. Seraph.* 1269. cum alijs à
Cacherano allatis, quia loquuntur in benefi-
cio curato, non autem in ſimplici iuxta *text.
in d. cap. quod Dei timorem de ſtatu monach.* quam
diſtinctionem ex ſententia Eminētiſſimorum
Cardinalium Sacri Conc. Trid. Interpretum
refert *Garz. de benef. dicta part.* 7. *cap.* 10. *n.* 31. &
ita bene declarat, & explicat *Modern. à Terra-
noua in ſua Praxi diſpenſ. Apoſtolicar. lib.* 6. *c.* 1. *n.* 26.

19 Reſponſio verò, quod Cacheranus fuerit
aliàs admiſſus ad alia duo beneficia ſecularia,
nullo modo videtur ſubſiſtere, quia id non
iuſtificatur, niſi per aſſertionem ipſiuſmet fa-
ctam in literis ſuæ Prouiſionis de hoc Cano-
nicatu controuerſo, & tamen aliunde deberet
iuſtificari per exhibitionem literarum ſuper
dictis beneficijs expeditarum, vt apparere
poſſit, an tunc fuerit diſpenſatus, nec ne, quià
accedente diſpenſatione nemo negat Canoni-
cum Regularem eſſe capacem, prout pluries
declarauit eadem Sac. Congr. Conc. cuius re-
ſolutiones Rota ſolet ſemper reuerenter ſu-
ſcipere, vt firmatum fuit coram *Buratt. dec.* 479.
n. 2. *in fine vbi Add. n.* 20. *& coram Merl. dec.* 777. *in
fine, & in Maioricen. Parochialis* 13. *Iunij* 1646.
coram me, & paſſim in alijs.

Et ità vtraque, &c.

BONONIEN. PRAEDII.

Lunæ 10. *Martij* 1653.

ARGVMENTVM.

Iudex ritè, & rectè procedens priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, illamque transfert in immiſſum, nec denegatur ei manutentio, niſi conſtet notoriè de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ, & mandatum procuræ, quamuis non ſit in actis præſumitur ex productione iurium, ex expenſis factis, & ex alijs.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur ei, qui fuit immiſſus authoritate Iudicis.*
2 *Poſſeſſione priuat Iudex, quādo ritè, & rectè procedit.*
3 *Procurator ſubſtitutus ab habente huiuſmodi facultatem reputatur, ac ſi ab ipſo principali conſtitutus fuiſſet.*
4 *Mandatum procuræ præſumitur ex productione iurium, & ſubminiſtratione expenſarum.*
5 *Procuratoris perſona, & geſta cenſentur approbata à principali, ſi procurator appellauerit, & idem principalis appellationem proſecutus fuerit.*
6 *Atteſtatis renūciare præſumitur, qui patitur procedi in negotio principali.*
7 *Aegidiana non habet locum inter perſonas Eccleſiaſticas.*
8 *Sententia tranſit in iudicatum, ſi pars intrà terminum iuris non redijt pro Apoſtolis.*
9 *Rei iudicatæ executionem petēs tenetur ſeruare quatuor terminos ad docendum de appellatione.*
10 *Quatuor termini ad docendum de appellatione non ſunt ſeruandi, quando ex actis conſtat de non reditu pro Apoſtolis.*
11 *Fideicommiſſario datur immiſſio conſtito de fideicommiſſo de illius purificatione, & de identitate bonorum.*
12 *Manutentio retardari nequit prætextu nullitatis, & iniuſtitiæ, niſi illa ſit notoria, quæ nullo velamine celari poſſit.*

DECISIO CLXII.

1 MONIALIBVS SS. Naboris, & Felicis, quæ in vim ſententiarum iudicialiter fuerunt immiſſæ in poſſeſſionem prædij in cō-

muni

Digitized by Google

muni Zecchæ Prædoſiæ ; dixerunt Domini
dandam eſſe manutentionem . Nam Iudex
2 ritè, & rectè procedens priuat antiquum
Poſſeſſorem ſua poſſeſſione , illamque transfert in Immiſſum *l. 1. ff. ne vis fiat ei &c. l. iuſtè
poſſidet ff. de acquir. poſſeſſ. Angel. in l. clam poſſidere
§. qui ad nundinas n. 2. ad finem , Alex. eodem n. Iaſ.
n. 20. ff. eodem, Rot. in recent. deciſ. 362. n. 2. par. 4. &
deciſ. 229. n. 1. & 2. par. 5. cum alijs per Gratian. diſcept. forenſ. lib. 2. cap. 266. n. 17. & ſeq.*

3 Nullitates verò exaduerſo oppoſitas contra
ſententiam A. C. confirmatoriam alterius de
Partibus cenſuerunt Domini non releuare .
Nam prima ex defectu mandati procuræ in
perſona Franciſci Liberati , qui obtinuit, ceſſat ex publico inſtrumento ſubſtitutionis in
eius perſonam factæ à Siluio habente huiuſmodi facultatem , quæ ſubſtitutio idem operatur , ac ſi ab ipſis Monialibus Procurator
conſtitutus fuiſſet *cap. 1. §. 1. ibique gloſſa verb.
Subſtituendi de Procur. in 6. Iaſ. in l. 1. n. 1. verſ. primò
quando eſſet data facultas C. eodem tit. Bart. in l. 1.
n. 4. ff. de Procur. Bero. conſ. 23. n. 10. lib. 3. Speculat.
eod. tit. de Procur. §. 1. n. 25. lib. 1. Rot. deciſ. 8. n. 1. de
Procur. in nou. & dec. 9. ſub n. 1. verſ. quia talis ſubſtitutus eodem tit. in antiquior. coram Merlin. dec. 201.
ſub n. 7. & ſeqq. & in Romana fructuum Cenſus 7.
Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerro poſt Zacch. de
obligat. cam. deciſ. 259. n. 6.*

4 Altera nullitas ex defectu pariter eiuſdem
mandati in perſona Vincentij Galli qui comparuit pro Doralice , & Conſortibus, tollitur
ex eo, quia produxit in actis diuerſa iura , &
ſignanter inſtrumentum primæ ſententiæ , &
Cedulam appellationis in Partibus interpoſitæ , cuius vigore reportauit citationem cum
inhibitione perſonaliter executam , & in actis
reproductam , ſed etiam quia fecit quam plures expenſas , ex quibus mandatum præſumi
dixit *Rota coram Seraph. deciſ. 933. n. 2. Duran. deciſ. 9. n. 24. & poſt Zacch. de obligat. cam. deciſ. 254.
n. 26. & firmatum fuit in Ciuitaten Archipresbyteratus 24. Martij 1645. coram R. P. D. meo Cerro , in
Auenionen Hæreditatis 17. Martij 1649. coram Reu.
Tarraconen. & in Camerinen Legati 20. Iunij 1650.
coram R. P. D. meo Bichio .*

5 Et vlterius idem Procurator appellauit à
ſententia lata per A. C. ſuper negocio principali , & Aduerſariæ hanc appellationem proſequuntur , ex qua proſecutione intrat ratificatio , & approbatio omnium geſtorum , nec
non perſonæ Procuratoris *ad text. in l. Paulus
reſpondit ff. rem rat. hab. Iaſ in l. Iulianus ſub n. 2.
ff. qui ſatiſd. cogant. Aym. conſ. 159. num. 5. circa med.
verſ. Sicut dicitur, Lancellot. de attentat. par. 1. cap. 1.
n. 63. & ſeq. Vant. de nullit. verb. Qualiter ſententia
n. 103. Rota coram S. M. Greg. deciſ. 176. num. 9. vbi
Add. n. 13. in Senogallien Saluiani 29. Maij 1652.
coram R. P. D. meo Bichio:*

6 Tertia nullitas ex eo deducta, quod ſententia A. C. lata fuerit non reuocatis attentatis
commiſſis in Partibus, ceſſat tum ex eo, quod
non ſubſiſtit prætenſum ſuppoſitum attentatorum , tum etiam quia A. C. prouidit per
decretum particulare , quod cum pars acceptauerit , & poſtea paſſa fuerit ad vlteriora
procedi in negotio principali, non poteſt amplius de illis excipere , vt notat *Angel. in l. ſi
cuius n. 3. ff. de appellat. recipiend. Speculat. de appellat. §. nouiſſimè n. 21. Lancellot. de attentat. par. 2. cap.
12. limit. 42. n. 4. Rot. coram Creſc. deciſ. 7. de ſent. &
re iudicat. & in rec. deciſ. 657. n. 1. part. 3.*

7 Nec quicquam facit , quod ſententia fuerit
executioni demandata non obſtante , quod
cauſa eſſet appellabilis , nec intraret Aegidiana , ex quo agebatur inter Perſonas Eccleſiaſticas . Nam potuit executio fieri in vim
8 rei iudicatæ, quæ clarè reſultat, dum Pars intra terminum Iuris non redijt pro Apoſtolis
*clem. quamuis de appellat. cap. ab eo eod. tit. in 6. Bart.
in l. 1. n. 3. ff. de libell. dimiſſor. Mantic. deciſ. 92. n. 1.
Buratt. deciſ. 556. eodem n. ibique Adden. lit. A, &
deciſ. 743. n. 1. & ſeqq. in rec. 590. n. 1. & ſeqq. part. 5.
& firmatum fuit in Florentina fideicommiſſi 28. Iunij 1638. coram Reuerendiſſimo Salamantino , & in
Bononien fideicommiſſi, ſeu Domus 30. Aprilis 1646.
coram R. P. D. meo Bichio.*

9 Minus releuat , quod quando executio rei
iudicatæ petitur ob deſertionem cauſæ , tunc
ſeruari debeant quatuor termini ad docendum de appellatione , eiuſque legitima proſecutione *ex Veſtr. in prax. lib. 8. cap. vlt. n. 8.* Nam
10 cum de non reditu pro Apoſtolis conſtet ex
reuolutione actorum , non fuit opus aliqua
citatione, nec ſeruatione aliorum terminorũ,
vt dixit Rota in vna Nullius Iuriſdictionis
coram Achille penes *Mandoſ. de commiſſionibus
commiſſione 29. col. 11. verſ. primo , igitur quæro ante
fin.*, & clarius firmatũ fuit *in Peruſina Bonorum
3. Maij 1612. coram Coccino apud Poſt. de manut. deciſ. 22. n. 2. & ſeqq.*

11 Demum exceptiones deductæ contra iuſtitiam eiuſdem ſententię non fuerunt habitæ in
conſideratione, dum in contrarium doctum
fuit de fideicommiſſo , de illius purificatione,
necnon de identitate prædij controuerſi , quibus ſtantibus rectè fuit cõceſſa immiſſio Monaſterio , & Monialibus ex perſona Sororis
Mariæ Laurindæ *Peregr. de fideicom. art. 48. nu. 5.
& ſeqq. Rot. deciſ. 368. n. 1. part. 5. in rec. in Bononien.
fideicommiſſi 5. Decembris 1650. & 28. Iunij 1651.
coram Me , & in Romana fideicommiſſi de Candidis
17. Iunij 1652. coram Reuerendiſſimo Tarraconen.*

12 Et in omnem caſum negari non poteſt ,
quin prædicta omnia requirant altiorem indaginem, & proinde nullo modo concludant
notoriam nullitatem, & iniuſtitiam, quæ nullo vèlamine offuſcari poſſit , prout neceſſariũ
eſſe ad impediendam manutentionem vigore
immiſſionis conceſſæ à Iudice firmauit *Rota
in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Sacrato apud Poſt. de manut. deciſ. 9. n. 18. & ſeq. & poſt
eundem deciſ. 27. ſub n. 5. coram Merlino deciſ. 175.
n. 4. in rec. deciſ. 362. ſub n. 2. & deciſ. 414. n. 3. par. 4.
& fuit dictum in Senogallien. Saluiani 3. Iunij 1647.
coram Eminentiſſ. Card. Corrado.*

Et ità vtraque , &c.

RO-

ROMANA RETRACTVS.

Luna 17. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Cenſuarius præferendus venit in emptione fundi cenſiti, illique ex forma Conſtitutionis Pij V. facienda eſt denunciatio cum omnibus pactis, & conditionibus, Nec ſuffragatur facta Procuratori, ſi pro forma erat facienda Domino.

SVMMARIVM.

1 ... tralatio in
2 S...
3 ...
4 ...
5 ...
6 D...
7 De... ti...
8 Den... don...
9 Mar...
10 Dem... fu...

1 B... la 79... *tem ri... omnib... bus ve...* cum... ciſca... ſup... exiſ... fuer... me... tio... Fra... ve... Bu... *pract.quæſt. lib.2. q.167.nu.4. & ſeqq. Boccacc. de cenſ. par.2.n.61.& ſeqq. Felician. eodem tract. lib.1.cap.10.n.6.& 7. Rot. coram Millin. deciſ.253.n.1. in rec. deciſ.620. ſub nu.1. part.2.& in Verulana Molendini 12. Ianuarij 1652. coram Eminentiſs. Card. Otthobono, confirmata 28. Iunij eiuſdem anni coram Reuerendiſſimo D. meo Peuting.*

2 Non obſtat, quod Franciſca habuerit ſcientiam venditionis prędictæ, quia illa nullo modo probatur; prout concludenter probari deberet, præſertim ad effectum præiudicij iuxta *text. in cap. concertationi, & ibi gloſs. verb. ſciuerit de appellat. in 6. & in clem. cauſam de elect. Rot. coram Seraph. deciſ.1239.n.1.& 2. S.M. Gregor. deciſ.425. n.5.& 6.& in rec. deciſ.644.n.1.part.3.*

3 Et tamen huiuſmodi ſcientia, erat neceſſaria mediante denunciatione conditionum requiſita pro ſubſtantia, & ex forma Conſtitutionis ex doctrina *Bart. in l. denunciaſſe §. quid ergo n.2. ff. de adulter. Bero. conſ.171.n.14.& 15. lib.1. Cepol. conſil. ciuil.47.n.7. Tiraquell. de retract. lignag. §.36. gloſ.2.n.26.& ſeq.* & in terminis Conſtitut. S.m. Pij V. probat *Thomat. dec. March.40.n.13.& ſeq. præſertim n.15. Seraph. dec.1474.n.3. Millin. dec.253.n.3.& 4. Duran. deciſ.52.nu.2.& fuit dictum in Fanen. retractus 19. Ianuarij, & 4. Iulij 1646. coram R.P.D. meo Veroſpio* vltra plures, quos cumulat *Modernus Peruſin. de cenſib. quæſt.66.n.48.& ſeqq.*

4 Non obſtat, quod talis denunciatio non fuerit neceſſaria in præſenti caſu, ex quo Carolus Monſolarius Maritus dictæ Franciſcæ licet pluries requiſitus, ſemper tamen renuerit emere præfatum hortum iuxta deducta corã *Mohedano deciſ.324. aliàs 16. de locat. & conduct. & in Reatina Caſtri Petræ fortis 19. Martij 1559. coram*

5 *Platto.* Nam vltra quod Teſtes exaduerſo examinati id concludenter non probant, & recuſatio ſimplex de non emendo non excludit Cenſuarium à retrahendo quatenus res vendatur alteri, prout per concludentes rationes firmat *Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloſs.9. num.145.& in puncto Maſtrill. deciſ.50.n.11.*

6 Adhuc in caſu dd. deciſionum, nec denunciatio requirebatur pro forma, nec erant notificandæ conditiones, & pretium, cum quibus fiebat venditio, ſicuti diſponitur in Conſtitutione Pij, vndè vigore illius recuſans emere pro certo pretio non excluditur à retrahendo, ſi res fuerit vendita pro minori, vt dixit *Rota in Verulana Molendini 28. Iunij 1652. coram R.P.D. meo Peuting. & in ſimili tradit Surd.*

7 *conſ.371.n.77.& ſeqq.* vbi quod ſi quis denunciat Venditori maius pretium, quàm verè reperiatur, denunciatio non ſuffragatur, & perinde eſt, ac ſi non denunciaſſet *Innoc. in cap. potuit col.1. verſ. ergo ſi non requirit de locat. & conduct. ibique Barbat. ſub n. 2. verſ. Secundò quod denunciet, Io: Andr. in princ. & Imol. ſub n.1. Bald. in l. final. n.12. in prima lectura, & ibi Iaſ. nu.21. C. de iur. emphyt.* & notat *Vrſill. ad Afflict. deciſ.265. ſub num.94.*

Et quod magis vrget, talis oblatio prætenditur facta Marito, cum tamen eſſet facienda Vxori tanquam Dominæ cenſus, de cuius intereſſe principaliter agebatur *Tiraquell. de retract. lignag. §.9. gloſs.1.n.1. in fine*, vbi quod denunciatio, ſeu proteſtatio facta contra Maritum excuſat quidem proteſtantem, ſeu denunciantem à dolo, non autem ſuffragatur ad effectum acquirendi Ius contra Vxorem, cui factum Mariti præiudicare non poteſt, & in

9 eodem *§.9. gloſs.3.& vltima n.7. Bart. in l. aut qui aliter §.& ſi fortè n.2. ff. quod vi, aut clam, Angel. in l. mora ſub n.7. verſ. tertiò quæro ff. de vſur. Iaſ. in l. non ſolum §. morte n.23. ff. de nou. oper. nunciat. Felin. in cap. cum M. Ferrarienſis n. 53. de Conſtit. & firmauit Rota in Meleuitana Pecuniaria 19. Nouembris 1649. coram R.P.D. meo Cerro.*

10 Non

Digitized by Google

10 Non obſtat, quod Maritus dicatur quodã-modo Procurator Vxoris, nàm quando denunciatio requiritur pro ſubſtantia, tunc non ſufficit facta Procuratori, vt probat *Bald. in l.item veniunt 22.§.petitam num.2. ff.de petit. hæredit.* prout etiam in ijs, quæ concernunt declarationem animi, denunciatio debet fieri Domino, nec ſuffragatur, ſi fuerit facta Procuratori *Rota in his terminis in Romana Prælationis 26. Iunij 1617.coram bo: me: Seleucien.* penes *Cenc. de Cenſib.deciſ.307.num.4.*

Et ità vtraque &c.

ARIMINEN. SEPARATIONIS THORI.

Lunæ 24. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Separatio thori ob ſæuitiam Viri non conceditur, niſi illa concludenter probetur, nec ſufficiunt minæ, quandò præſertim Vir non eſt ſolitus illas exequi, minus inimicitiæ inter Socerum, & Generum, niſi adſint inter ipſos Coniuges, & in omnem caſum ſuccurritur Vxori mediante cautione de illam benè tractando.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi non fuit interpoſita, ſententia tranſit in iudicatum.*
2 *Læſio eſt probanda ab eo, qui petit reſtitutionem in integrum.*
3 *Læſio excluditur, quando conſtat de iuſtitia ſententiæ.*
4 *Separationi thori ob ſæuitiam non eſt locus, niſi conſtet de dicta ſæuitia.*
5 *Separatio thori non admittitur propter inimicitiam inter Socerum, & Generum, niſi adſit inter ipſos Coniuges.*
6 *Teſtes ſingulares non probant.*
7 *Separatio thori non conceditur ex quo Vir minatus fuerit, niſi probetur, quod ſit ſolitus exequi minas.*
8 *Et multò minus, quando conſtat de contrario, & quod humaniter vxorem tractauit.*
9 *Maritus poteſt ex cauſa Vxorem corrigere.*
10 *Separatio thori non conceditur propter litem inter virum, & vxorem, ſed ſolum cogitur Vir ad præſtañ cautionem de illam benè tractan.*

DECISIO CLXIIV.

INTENTATVM fuit Iudicium ſeparationis thori ad inſtantiam Catharinæ Fuſcæ, contra Benedictum Valentinum, in quo licet in partibus emanauerit ſententia ad fauorem Catharinæ, illa tamen in ſecunda inſtantia reuocata fuit per R. P. D. meum Bichium tunc A.C. Locumtenentem, & deinde in tertia coram bo: mem: Coccino, qui præuia deciſione Rotali pronunciauit, non eſſe locum ſeparationi, quia verò ab hac vltima appellatio non fuit interpoſita; Imò illius exequutio commiſſa fuit bo: me: Card. Panzirolo cum clauſula, *conſtito de re iudicata,* Ideò ſub die 14. Decembris 1637. dictum fuit, vt videretur de cauſis reſtitutionis in integrum; Quo dubio hodie per me propoſito, negatiuè reſponſum fuit.

1 Etenim res iudicata eſt clara, dum à ſententia lata per bon: mem: Coccinum nullo modo appellatum fuit, iuxtà *text.in cap. Romana §.ſi verò de appellat.in 6.auth.ei qui,& l.fin.§.illud C.de tempor.& repar.appell.Rot.coram Buratt.deciſ.376. num.1.& deciſ.741.in princip.* cum alijs per *Add. ad eundem deciſ.815.litera A. & in Peruſ. bonorum 29.Maij 1648.coram Eminentiſſ.Card.Corrado.*

2 De læſione verò nullo modo docetur pro parte Catharinæ, prout concludenter doceri deberet adhoc, vt ſit locus reſtitutioni per *text.in l.quid ſi minor.25.§.1.ff.de minor. cap. 1.* & ibi *Abb.num. 2. de reſtit. in integr. Innocent.in cap. cum ex literis ſub num.7.verſ.Ego non credo de in integr.reſtitut.Caſtr.in l.fin.num.5. C.in quib. cauſ. reſtit.in integr.non eſt neceſſ.Rot.coram Merlin.deciſ.1. num.1.& deciſ.33.num.3.in recent.deciſ.66. num.7. par.6.in Bonon.tranſactionis 30.Martij 1648.coram me, & in Vrbinaten. Emphyteuſis 29. Maij eiuſdem anni coram Eminentiſſ.Card.Otthobono.*

3 Imò illa prorſus excluditur, dum conſtat de iuſtitia ſententiæ, vt dixit *Rota deciſ. 552. ſub num.1.par.3.recent.& deciſ.170.num.2.par.6.& in Gerunden. portionum 25. Iunij 1649. coram me;*

4 Quæ iuſtitia in præſenti caſu eſt indubitata, ex quo, pro parte eiuſdem Catharinæ non docetur de aliqua ſæuitia, ob quam ſit deueniend. ad thori ſeparationem iuxtà notat. per *Natt.conſ.616.num.1.Rol.conſ.27.nu.2.& 3. lib.3. Rot.poſt 2.vol.conſ.Farin.deciſ.371.num.1. & inter diuerſ.deciſ.278.num.9.& ſeqq.par.4.coram Merlin. deciſ.67.num.6.& 7.Duran.deciſ.72. nu.1.in recent. deciſ.441.num.1.& 2.par.1.deciſ.324.num.1.par.6.* & latè firmatum fuit *in Bonon. ſeparationis thori 10.Iunij 1650.coram R.P.D.meo Bichio.*

5 Nec obſtant Teſtes ad hunc effectum examinati, nam quatenus deponunt de inimicitia inter Generum, & Socerum, talis cauſa non videtur ſufficiens pro obtinenda ſeparatione, vt firmat *deciſ. in hac cauſa ſub die 5. Decembris 1636.* cum illa ſit conſiderabilis, quando vertitur inter ipſos Coniuges, ad *tex.in cap. ex tranſmiſſa de reſtit.ſpol.Abb.in cap.1.ſub num. 4. de diuort. Barboſ.in rub. ff. ſol. matr. par.2. ſub numer.32.Rot.coram Merlin.deciſ.446. num. 3. & deciſ.155.num.40.par.6.recent.*

6 Quatenus verò dicunt, quod Vir minatus fuerat velle vxorem occidere, in hoc ſunt ſingulares, & ideò nihil probant, *cap. licet cauſam de probat, cap. bonæ memoriæ 23.& cap.cum dilectus 32.de elect.Bertaz.conſ.Crim.228.num.7. & 13. in fine lib.1.Rot.diuerſ.dicta deciſ. 278. num. 11. verſ. prætereà par.4.& in recent.deciſ.441.num.2.in fine, & num.5.par.1.* Et vltra plures relatos per *Add. ad ſan.mem.Greg.deciſ.294. nu.16.* firmatum fuit *in Bonon. ſeparationis thori 10. Iunij 1650. coram R.P.D.meo Bichio.*

7 Maximè cum ijdem teſtes non concludant, quod vir fuerit ſolitus exequi minas arg. *text. in l.metum ff.de eo quod metus cauſ. Natt. conſ.616. num.4.Rol.conſ.27.num.21.lib.3. Sanchez. de matr. tom.2.lib.10.tit.de diuort.cap.18.num.13.*

8 Imò

Digitized by Google

8 Imò conſtet de contrario, ex quo poſteà idem vir domum peruentus humaniter ſemper vxorem tractauit, vt benè in propoſito ponderat *Pariſ.conſ.54.num.31.lib.4.Rot.dec.324 num.22.par.6.recent. in Hiſpalen. ſeparationis thori 27. Februarij 1627. coram Eminentiſſ. Card. Macchiauello, & in Ianuen.ſeparationis thori 16. Ianuarij 1645.coram R.P.D.meo Meltio.*

9 Demum quatenus de verberibus,& ſæuitia obijcitur, teſtes probant tantummodo leuem correctionem, quæ ex cauſa eſt etiam Viro permiſſa ad Mulieris emendationem, iuxtà *tex.in Can.placuit,* & ibi *gloſ.33.quæſt.2. in can. ſatis.33.quæſt.5. & in can. ſicut verbo iudicari 7. quæſtion.* 1. & aduertit *Rip. in l. Miles §. qui iudicati num.8.ff.de re iudic. Abb.in cap.ex tranſmiſſa num.3. de reſtit.ſpol.Signorol.conſ.63.nu.1. Farin.conſ.157. num.5.lib.2.& de delict.carn. quæſt. 143.num. 194. Tiraq.de legib.connub.gloſ.1.par.1. num. 22. Graff. deciſ.aur.lib.2.cap. 84.ſub num.1. verſ.Puto tamen, Sperell.deciſ.139.num.6. Rot.coram Buratt.dec.815. num.4.& in recent.deciſ.155.eodem num.4.par.6.*

10 Non obſtat timor futuræ ſæuitiæ ratione litis,quia eidem benè ſuccurſum fuit per Rotam, grauando Maritum ad præſtan̄ cautionem idoneam de vxore benè tractanda,quam ſufficere probat *text. in can. de benedicto,* & ibi *gloſ. verb. ſub cautela 32. quæſt. 1. Abb. in cap. ex tranſmiſſa num 1.& 2. de reſtit. ſpol. Barboſ. in rub. ff.ſol.matr.par.2.ſub num.41. verſ. alias enim, Sanchez.de Matrim.tom.2.lib.10.tit.de diuort.diſput.18. ſub nu.2. & 4. & ſeqq. Rot.poſt 2.vol.conſ.Farin.deciſ.371.num.13. coram Merlin. deciſ. 67. in fine, in recent.deciſ.324.num.27.& ſub num.30. verſ.& nihilominus par.6.* & fuit dictum *in dicta Bonon.ſeparationis thori 21.Febr.1650.coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ità præuijs pluribus citationibus contra Catharinam altera tantum parte informante reſolutum fuit &c.

PISAVREN. TESTAMENTI.

Lunæ 31. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Aperitio Teſtamenti non ſemper cenſetur prohibita à Teſtatore ad excluſionem fideicommiſſi, ſed etiam ad alios effectus, & idem fideicommiſſum eſt compatibile cum facultate teſtandi, quod poteſt inſtitui ſub duplici conditione, nempè ſi quis decedat ſinè filijs, & ſine Teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Aperitio Teſtamenti fieri non poteſt in caſibus à Teſtatore prohibitis.*
2 *Declara id non procedere, quando ceſſat ratio, ob quam fuit facta dicta prohibitio.*
3 *Ratio eadem vbi militat, ibi viget eadem diſpoſitio.*
4 *Teſtatoris voluntas ne reddatur eluſoria, qualibet interpretatio eſt capienda.*
5 *Subſtitutio euaneſcit, ſi deficiat conditio, ſub qua illa concepta fuit.*
6 *Subſtitutio concepta ſub duplici conditione copulatinè non habet locum, niſi vtraque purificata.*
7 *Fideicommiſſum in caſum obitus filij ſinè filijs poteſt limitari, vt procedat, quatenus idem filius inteſtatus moriatur.*
8 *Et talis limitatio non dicitur correctio fideicommiſſi antecedentis, ſed potius declaratio.*
9 *Fideicommiſſum non eſt incompatibile cum facultate alienan. cum poſſit habere locum non ſecuta alienatione.*
10 *Dominus dicitur ille, qui habet dominium abſolutum rei.*
11 *Legitima non debetur ab inteſtato, ſed tota ſucceſſio, niſi quatenus quis abſtineat ab hæreditate.*
12 *Fideicommiſſum reſtrictum ad caſum impotentiæ teſtandi non poteſt extendi ad caſum teſtamenti.*
13 *Verba prolata per modum conſilij non important neceſſitatem, nec inducunt fideicommiſſum.*

DECISIO CLXV.

AD impedien̄ immiſſionem petitã à Vincentio, & fratribus de Rodulphis in bonis hæreditarijs Hieronymi duo opponebantur à Ludouico, alterum,quod Teſtator prohibuerit aperitionem Teſtamenti exceptis tantum quibuſdam caſibus, alterum verò, quod fideicommiſſum ſit conditionale, quatenus ſcilicet filius perueniens ad pubertatem
1 teſtamentum non conderet; Et quoad primũ
licèt prohibitio aperitionis teſtamenti ſit expreſſa, & literalis, ideoque ſeruanda,vt diſponit *text.in l.vlt.ff.ad Trebell.& in l.eius 3.C.quemadm. teſtam. aper.* ibi, *præter partem, quam aperiri defunctus vetuit,* vbi *gloſ.in verb.vetuit,* firmat id procedere; ſiuè expreſsè, ſiuè tacitè prohibuerit, & not. *Azo.in Sum.num.9.C eod. tit.Vaſquez. de ſucceſſ. reſolut. lib. 2. §.17. ſub num. 4. limit.4.& 5.*

2 Nihilominus animaduertebant Domini, quod in præſenti caſu non prohibuit Teſtator aperitionem Teſtamenti ad excluſionem fideicommiſſi in caſibus à ſe diſpoſitis, ſed tantum ne patefacto Teſtamento antè purificatas ſubſtitutiones pararent ſubſtituti inſidias filio hæredi grauato, ad quem effectum etiam ex diſpoſitione legis prohibetur aperitio teſtamenti in pupillari ætate, vt eſt *tex. in l.pupillares 8.ff.quemadm.teſtam.aper.& in §.ſin autem,* vbi *Angel. in princ. & Pichard. num.1. inſtit. de pupill. ſubſt.*

3 Quod benè colligitur, tùm ex eo, quod poſt pubertatem filij voluit Teſtator illi Teſtamentum oſtendi priuatiuè etiam quoad Notarium rogatum, tùm etiam quia infrà diſpoſuit, quod moriente filio cum filijs Teſtamentum publicaretur; Vndè idem permiſſum videtur ſi decederet ſinè filijs, cum militet eadem ratio *l.iam hoc iure ff.de vulg.& pupil. l.qui filiabus ff.de legat.1.Rot.deciſ.707.nu.4. par.2.*
4 *recent.* aliàs fruſtratoria fuiſſet diſpoſitio Teſtatoris, quod vtique non eſt dicen̄, imò potius quælibet interpretatio capienda venit, *Alba. conſ. 106. num. 18. Mantic. de coniect. lib.3.*

tit.2.num.13.Rot.deciſ.134. num.3. part. 7. recent.

5 Verum ex ſecundo capite cenſuerunt Domini immiſſionem eſſe denegandam, quia extrà caſum pupillaris ætatis, qui non venit, Vincentius,& alij de Rodulphis non apparent vocati, niſi quatenus Io: Baptiſta non haberet filios, nec poſſet diſponere; Vndè licet ipſe deceſſerit ſinè filijs; Nihilominns quia diſpoſuit condendo Teſtamentum, fideicommiſſum euanuit, & expirauit ſubſtitutio *Alex.conſil.59.ſub num.6.verſ.patet quia, & num.ſeq. lib. 3. & conſ. 88.num. 1. verſ. ideò videtur lib.7. Fuſar. conſ.65.num.27.*

6 Subſtitutus enim ſub duplici conditione copulatiuè non debet admitti, niſi vtraque conditione purificata *text.eſt in l. ſi hæredi plures ff.de condit.inſtit.Ruin.conſ.96.num.18. lib. 2. Dec. conſ. 89. num. 2. Roman. conſ. 131. num.1. & conſil.138.eodem num. verſ.ſecunda quia, Bec.conſ.39. num. 22. & 23. lib. 1. Hond. conſ. 78. numer. 24. eodem lib. Peregr. conſ. 41. num. 11. vol.3. & conſil. 119. num. 1. vol. 5. Surd. deciſ. 228. numer.3. & 4.*

7 Nec cadit dubitatio, quin Teſtator fideicommiſſum à ſe relictum in caſum obitus filij ſine filijs potuerit limitate, & locum habeat ſi filius inteſtatus moriatur *iuxt. text. in l. generaliter C. de inſtit. & ſubſtit.* & benè probat *Iaſ. conſ. 232. numer. 4. & ſeqq. & præſertim num. 7. lib. 2. Ancharan. lib. 1. quæſt. 12. num. 9. Fabian. de Monte inter conſ. vlt. volunt. conſ. 149. num.32.& ſeqq.*& firmauit *Surd.conſ.10.num.36.*

8 vbi quod hæc non eſt correctio, ſed declaratio, & limitatio, quia cenſetur Teſtator induxiſſe fideicommiſſum caſu, quo Hæres inteſtatus decederet, *& num. 37.* vbi quod facto Teſtamento voluit Teſtator fideicommiſſarijs præferendos eſſe eos, qui ab hærede grauato inſtituerentur, & tradit *Ruin. conſ.76. numer.13.lib.2.Angel.conſ.159.num.3.*

9 Et in ſimili, quod facultas alienandi ſit compatibilis cum fideicommiſſo, illudque habeat tantummodo locum non ſecuta alienatione, probat *text.in l.Titius 54. ff. ad Trebell. Socin. conſ.123.num.3.& 4. lib.3. Hond. conſ. 69. num.22.& 23.lib.2.Ruin.conſ.114.ſub num. 11. & conſ. 153. num. 14. verſ. nec eſt aliqua repugnantia vol.2.Rot deciſ.186.num.3.& 4.par.4.tom.2.recent. & coram Merlin. deciſ. 459. num.3. & 4. in Sancti Seuerini fideicommiſſi 25. Iunij, & 14. Decembris 1646. & 27. Maij 1647. coram R. P. D. meo Veroſpio, & 27. Iuny 1651.coram me,* vbi cumulantur concordantes.

10 Quod autem Teſtator voluerit concedere filio facultatem teſtandi, & limitare fideicommiſsum in caſum obitus ipſius ſine Teſtamento, benè demonſtrant verba illa, *Et non morendo detto Gio: Battiſta in età puerile viuendo oltre li 14. ò 15. anni per il che viene padrone d'ogni coſa &c.* Non enim verificari poſsunt niſi in dominio abſoluto ad effectum liberè teſtandi; Nàm alias verè Dominus appellari non poſset ad *text. in l. fœmina §. illud C. de ſecund.nupt.& in l.fin.§.ſed quia C. commun. de legat.*

11 *Suarez alleg.9.ſub num.15.* Et clarius ibi, *Et venendo occaſione di douer fare Teſtamento non hauendo detto Gio: Battiſta figlioli viuendo la Signora Lauinia Chiara ſua Madre laſciarli la legitima;* Quæ verba ſupponunt liberam bonorum diſpoſitionem filio attributam; Nàm ab inteſtato legitima non debetur, ſed tota ſucceſſio, niſi quatenus quis abſtineret ab hęreditate,& ideò ex teſtamento tantum relinquenda erat, ex notatis per *Peregr.de fideicomm. art. 36. numer. 5.* cum relat. per *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 1. quæſtion.1.num.9.* & firmauit *Rot. deciſ.272.num. 13. par.5.rec.*

12 Ac demum attentis illis verbis, ibi, *Et perche in caſo di morte di detto Gio: Battiſta ſenza figli non poteſſe detto mio Teſtamento, & diſpoſitione ſopra di nuouo fare, & confermare, io qui ſeguito, & dico, che ſe detto Gio: Battiſta morirà ſenza figliuoli legitimi &c. ſuſtituiſco à lui tutti quelli che hò di ſopra chiamati;* Ex quibus apparet, quod fideicommiſsum in caſum mortis filij ſinè filijs conditionale erat, quatenus idem filius ſine filijs decedens non poſset condere Teſtamentum, ac diſpoſitionem paternam de nouo facere, vel confirmare, cumque ſuum fideicommiſsum Teſtator reſtrinxerit ad caſum impotentiæ filij teſtandi, nequaquam illud extendi poteſt ad caſum contrarium, Teſtamenti ſcilicet conditi *Menoch.conſ.171.num.19. Rota deciſ.267. num.2. par.2. recent.* vbi quod fideicommiſsum in caſu alienationis non poteſt trahi ad caſum mortis *Pereg.de fideicommiſſi art.1.num.36.Caual deciſ.577. num. 5.* vbi quod fideicommiſsum factum in vno caſu ad aliũ extendi non debet, cum alijs adductis per *Fuſar.de ſubſtit.quæſt.460.num.1.*

13 Non obſtat, quod Teſtatot hortatus fuerit filium ad diſponendum, prout ipſe diſpoſuit; Nam cum talia verba prolata fuerint per modum conſilij, non important neceſſitatem, neque inducunt fideicommiſsum *l. cum pater 79.§.mando,* ibique *Bart. Bald. & Caſtr. ff. de legat. 2.Peregr.de fideicom.dicto art.1.num.49.Mantic. de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.1. num. 12. Magon. deciſ. Lucen.78.num.5.*

Ex quibus cenſuerunt Domini immiſſionem eſse denegandam, cum Vincentius, & fratres non probent eueniſse caſum eorum vocationis *Aym.conſ.161.num.16.Peregr.de fideicomm.art.43.num.60.Surd.deciſ.210 num.5. Rot.in Romana fideicommiſſi de Cincijs 9.Iuny 1617. Remboldo* penes *Poſt.de manut.deciſ.302.num.1.& 2.*

Et ità deciſum fuit vtraque &c.

FAVENTINA LEGATI.

Lunæ 28. Aprilis 1653.

ARGVMENTVM.

Impugnans Teſtamentum,vel Codicillos ex capite dementię Teſtatoris debet illam concludenter probare, nec ſufficiunt Teſtes de credulitate, & dubitatiuè deponentes; Et in dubio ſemper præſumitur pro ſanitate mentis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi non fuerit interpoſita in tempore, ſententia tranſit in iudicatum.*
2 *Sententia validitas reſultat ex reuolutione proceſſus.*
3 *Pro legatis competit hypotheca.*
4 *Saluianum interdictum intrat pro legatis.*
5 *Dementem quem eſſe, debet concludenter probari.*
6 *Teſtis affinis nihil probat.*
7 *Teſtis deponens per verbum* credo *non probat.*
8 *Dementia probari debet de tempore Diſpoſitionis.*
9 *Dementiam non probat actus, qui alicui cauſa prudenter aſcribi poteſt.*
10 *Dementia non reſultat ex memoria imbecillitate.*
11 *Teſtis dubitatiuè deponens non probat.*
12 *Teſtis, deponens non audiuiſſe, non concludit, quod alij audire non potuerint.*
13 *Teſtes, qui patiuntur exceptiones in perſonis, non veniunt attendendi.*
14 *Teſtibus deponentibus de ſanitate mentis magis creditur, quàm alijs, qui deponunt de dementia, licet numero pluribus.*
15 *Notario aſſerenti, Teſtatorem eſſe ſanæ mentis, creditur.*
16 *Dementia non poteſt prætendi in Teſtatore, qui prudenter diſpoſuit de rebus ſuis.*
17 *Item ſi paulò antè Teſtamentum confeſſus fuit ſua peccata.*
18 *Legatario non retardatur immiſſio prætextu dementiæ Teſtatoris, ſi huiuſmodi exceptio ſit turbida.*

DECISIO CLXVI.

1 AD fauorem Matthiæ Fernianæ præſente Procuratore Partis aduerſæ fuit ſub die 12. Aprilis 1652. lata ſententia alterius confirmatoria ſuper immiſſione in poſſeſſionem prædij nuncupati *la caſa di ſopra*, quæ ob non interpoſitam appellationem in tempore, ſed tantum, ſub die 4. menſis ſequentis tranſitum fecit in iudicatum, prout hodie reſolutum fuit, per *tex. in cap. Romana §. ſi verò de appellat. in 6. cap. quòd ad conſultationem de re iudicata, Auth. hodie C. de appellat. Rot. deciſ. 548. nu. 1. par. 4. tom. 3. recent. & dec. 176. n. 2. par. 5.*

2 Concurrit enim validitas dictæ ſententiæ, reſultans ex reuolutione proceſſus, & iuſtitia, quia fuit conceſſa immiſſio Matthiæ ſuper prędio controuerſo occaſione vſusfructus ſibi relicti in codicillis Thomæ mariti, pro quo le-
3 gato competere hypothecam diſponit *text. in l. 1. C. com. de legat. §. noſtra inſtit. de legat. Ripa in l. 1. n. 65. verſ. contrarium tenet ff. de legat. 1. Neguſant. de pignoribus 3. membro ſecunda par. num. 3. & dixit Rot. coram Canaler. deciſ. 420. nu. 1. & ſeqq. Duran. deciſ. 185. num. 4. & 5. & in rec. deciſ. 387. n. 2. par. 1.*
4 & conſequenter intrare Saluianum firmatum fuit coram *Seraph. deciſ. 828. num. 1. coram Merl. deciſ. 212. eodem num. & in rec. deciſ. 4. nu. 2. & deciſ. 541. n. 4. par. 5.*

5 Prætenſio verò, quod Thomas Teſtator de tempore codicillorum non eſſet ſanæ mentis, nullo modo iuſtificatur, prout concludenter qrobari deberet, cum in contrarium ſtet iuris præſumptio *ad tex. in l. nè codicillos 5. C. de codicillis, Bald. qui ampliat etiã in ſeniſsimo in l. ſenium n. 1. C. qui teſt. fac. poſſ. Ioannes Andreas in cap. finali col. 2. n. 10. verſ. & qui hoc dicit de ſucceſs. ab inteſt. Honded. conſ. 78. n. 53. lib. 2. Menoch. conſ. 683. nu. 1. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 5. nu. 3.* alijque plures relati per *Gratianum cap. 843. nu. 1. & 2. & nu. 36.* & firmauit *Rota in Romana hæreditatis de Gracchis 5. Octobris 1622. impreſs. per add. ad Maſcard. de probat. Concl. 824. Caual. deciſ. 366. n. 3. Duran. dec. 178. n. 9. & ſeq. & in rec. deciſ. 384. n. 2. par. 1. & dec. 233. n. 17. & ſeqq. part. 7.*

Nec obſtant teſtes exaduerſo examinati; nàm primus, qui eſt Notarius, & Cognatus Ioannis Aduerſarij, deponit per verbum *credo*, non fuit præſens ſtipulationi, & aſſerit, ſe non fuiſſe rogatum de codicillis, ex quo Teſtator non reſpondebat ſuis interrogationibus, vt patet ex illis verbis, ibi, *Gio. Cattanei è mio Cognato, &c.* & ibi, *credo che Tomaſſo non poteſſe eſſere in ceruello, nè poſſo giurarlo perchè non c'ero preſente, &c. cominciai ad interrogarlo, e lui mi guardaua fiſſo nel volto, e non mi riſpondeua, ſolo che*
6 *due volte chiamò D. Antonio, &c.* Certum eſt autem, quod Teſtis affinis nihil probat *can. abſens el. 2. 3. q. 9. Alex. conſ. 132. nu. 27. lib. 5. Rota coram Durano deciſ. 427. n. 3. cum alijs per Gabriel de teſtibus concl. 15. num. 1. & ſeqq.* Maximè cum lo-
7 quatur per verbum *credo*, dum credulitas, & iudicium non eſt cauſatum à ſenſu inferente, ità debere credi *gloſ. in cap. quoties verbo credere de teſtibus, Bald. in l. ſiue poſſidetis nu. 14. C. de probat. & in l. teſtium nu. 40. C. de teſtibus, Gratian. qui plures cumulat. cap. 843. nu. 6. & ſeqq. Rot. coram*
8 *S. mem. Greg. deciſ. 517. num. 17. & 18. & deciſ. 578. num. 12.* Fortiùs verò in præſenti caſu, quia non percutit tempus codicillorum, prout neceſſarium eſſe probat *tex. in l. 2. ff. de teſtamentis, Corn. conſ. 261. n. 22. lib. 4. Odd. conſ. 93. n. 33. & ſeq. Thomat. deciſ. March. 24. nu. 3. Rota coram Caual. deciſ. 366. n. 1. & deciſ. 522. n. 7. Buratt. dec. 256. n. 4. & 5. & in rec. dec. 570. n. 15. par. 4. to. 3.*

9 Et quia ex ijs, quæ refert teſtis, patet, quod ideò Teſtator non reſpondebat, quià erat affinis aduerſarij, & ſic non confidebat de eò, ac propterea vocauit Antonium, vt duceret Frãciſcũ alium Notarium de teſtamento rogatũ, quià plura addere volebat, vt deponit primus Teſtis pro Matthia examinatus in *Summ. nu. 9.* Quando autem actus alicui cauſæ prudenter aſcribi poteſt, nullatenus dementiam probat *Alex. in l. ſi cum dotem. 23. §. ſi maritus num. 7. ff. ſol. mat. Iaſon conſ. 2. ſub n. 9. lib. 1. Pariſ. conſ. 88. nu. 68. lib. 3. Ramon. conſ. 42. nu. 20.* & firmat *Magon. deciſ. Flor. 97. n. 16. verſ. qui quidem, & n. 22.*

10 Secundus verò, & tertius Teſtes nihil prorſus concludunt circa dementiam, licet enim deponant, quod Teſtator interrogatus à Notario an cognoſceret Teſtem, reſpondendo dixerit, ſe cognoſcere Dominicum Paganinũ, & Andream de Lacu, qui tamen Andreas vocabatur Guizana, attamen vltrà quod poteſt eſſe, quod dictus Andreas Guizana denominaretur etiam Andreas de Lacu, adhùc talis error circa cognomen reſpiceret tantummodo imbecillitatem memoriæ, quæ non impedit factionem teſtamenti, non autem de-

Digitized by Google

mentiam, aut defectum intellectus, vt ponderat *Pariſ.dicto conſ.88.n.4. & ſeqq. lib.3. Ferett. conſ.207.n.14.verſ.neo dictum, Menoch.de præſump. lib.6.præſumpt.45.nu.30. verſ.cæterum, & pluribus ſeqq.Rot.coram Buratt. deciſ.256.nu.10. & 11.Duran.deciſ.178.nn.18.& in rec.deciſ.233.n.23.par.7. & in Romana donationis 11. Ianuarij 1619. coram bon.mem.Seleucien.*

11 Quartus deponit dubitatiuè, & ideò nihil probat. *Rot.in rec.deciſ.774.num.6. par.2. S.mem. Greg.deciſ.290.n.1.& ſeqq.ibique Add.n.13.Buratt. deciſ.256.num.8.* cum alijs pluribus relatis per *Farinacc.de teſtib.q.68.n.21.*

12 Quintus dicit tantummodo, ſe non audiuiſſe Teſtatorem loquentem quod non ſufficit, dùm non coarctat negatiuam, nec excludit, quin alij audire potuerint *Hond. conſ.99. nu.34. & 35.lib.2.Grat.conſ.30.num.15.& ſeqq.eodem lib. Surd.conſ.414.ſub n.73.relati per Cyriac.contr.409. num.25.* Et firmauit *Rota coram S.mem. Greg.dec. 351.n.32.in Regien.hæreditatis 22. Februarij 1636. & 24.Aprilis 1637.coram Cocc.& in Firmana Codicillorum 1. Iulij 1644. & 28. Iunij 1645. coram Reuerendiſs.Terracinen.*

13 Sextus demum, & ſeptimus patiuntur exceptionem in perſona, & ideò eorum dictum non venit attendendum *Dec.conſ.133.ſub nu.4. verſ.2.quia Burſatt.conſ.70.nu.43.lib.1. Pariſ.conſ. 53.n.36.lib.4.Rol.conſ.57.n.41.eod.lib.Rot.dec.264. n.47.& ſeqq.par.5.in rec.*

14 Maximè, quia in contrarium adſunt tres Teſtes formiter examinati, qui plenè deponunt de ſanitate mentis eiuſdem Thomæ teſtatoris tempore codicillorum, & ante, quorum primus inquit, quod rectè cum omnibus loquebatur, & quod iniunxit Notario de teſtamento rogato, vt illud ad ſe afferret, quia intendebat nonnulla addere, & ſecundus, qui eſt religioſus, & Confeſſarius, deponit Teſtatorem ſibi propriam intentionem patefeciſſe, & omnia ore proprio Notario dictaſſe, dum erat in ſenſu perfecto, quibus propterea teſtibus, licet nu.paucioribus, vti deponentibus de ſanitate mentis magis eſt credēdum, quàm alijs atteſtantibus de contrario *Decius in l. furioſum n.20.C.qui teſt.fac.poſ.& conſ.448. num.10. Iaſon.conſ.2.n.10.lib.1.Ferrett.conſ.207.n.9. & 10. Mantic.de coniect.lib.2.tit.5.num.6.verſ.addo, quod etiam, Gabr.de teſtibus concl.4.n.19.* Et vltrà plures, quos cumulat *Gratian.cap.843.ſub num.11. & 12.*firmauit *Rot.in Romana hæreditatis de Gracchis 5.Octobris 1622.impreſſ.poſt add.ad Maſcard.de probat.concl.824. Buratt.deciſ.256. num.19. ibique add.n.29.& in rec.dec.570.n.17.par.4.to.3.*

15 Faciliùs verò in præſenti caſu, quia depoſitio eorundem Teſtium eſt adminiculata, & multum veriſimilis, tum attenta expreſſione facta per Notariū in præfatis codicillis, quod Teſtator eſſet ſanæ mentis, quæ expreſſio vehementem præſumptionem facit, vt tradit *Bald.in l.ſanum 27.C.de tranſact.Hond.conſ.78. n.57.& ſeqq.lib.2. Berou.conſ.56.num.10.in fin.eod. lib.Surd.conſ.89.nu.7. Rot.coram Buratt.deciſ.211. n.7.& dicta deciſ.256.num.3. & in recent.dec.233. num.32.par.7.*

16 Tum etiam ponderata ſtructura, & tenore codicillorum, in quibus Teſtator legando Vxori ſuæ dilectiſſimæ vſumfructum Prædij controuerſi, donec naturaliter, & honeſtè vixerit, non ſolum expreſsit nomen eiuſdem prædij, ſed etiam laboratorum, nonnulla legata pia reliquit pro eius anima, & alia plura prudenter diſpoſuit, quæ congruunt tantummodo homini perfectæ mentis, vt ad propoſitum ponderat Ioannes Andreas *in cap.vlt.propè finem verſ.refert Valerius de ſucceſſ.ab inteſt.Alex.in l.furioſum 9. n.3.ibique Iaſ. ſub n.2.verſ.quarto limita C.qui teſt.fac.poſſ.Marſil. ſingul.380.n.3.Ioſeph Ludouicus deciſ.Peruſ.1.n.13. Gam.deciſ.262.nn.2.Boer.deciſ.23. nu.88. & ſeqq. Rota coram Durand.deciſ.178.ſub num.2. & in rec. deciſ.384.n.10.in fine par.1.deciſ.570.nn.20.par.4. to.3.& dicta dec.233.n.29.par.7.*

17 Tum demùm, quià immediatè ante conditos codicillos ſua peccata confeſſus fuit in ſenſu perfecto, vt deponunt teſtes dati in *Summ.num.12.* quod ponderat *Dec. conſ. 448. n.21.& num.36.in fine Rot.in Romana hæreditatis de Gracchis 5.Decembris 1618.coram Rembol. Duran. deciſ.178.n.14.& in rec.deciſ.384.n.4.part.1.* & in omnem caſum huiuſmodi exceptio vti turbida, & reſpiciens petitorium non poteſt legatariæ immiſſionem retardare *l. fin. Cod. quorum* 18 *bon.Ripa in rubrica ff. de pignoribus ſub n.19.verſ. defendendo, Menoch.de adipiſc.rem.3.nu.180.verſ.in hoc iudicio. Rota in Romana Saluiani 20. Martij 1651.coram R.P.D.meo Veroſpio &c.*

Et ità &c. vtraque parte Informante.

BONONIEN. DE BOLOGNINIS.

Veneris 2. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Legitimam non poteſt prętendere Adoptiuus in bonis Adoptantis extranei, & in Trebellianicam tenetur imputare fructus perceptos: Hæres verò, qui non confecit Inuentarium, & bona fideicommiſſi alienauit, non deducit ſua credita.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur filio in bonis Patris naturalis, non autem in bonis Adoptantis.*

2 *Legitima non debetur ei, cui præterito non competit querela, vel aliud ius impugnandi teſtamentum.*

3. *Adoptato ab Aſcendente debetur legitima, ſecus ab Extraneo, & in his terminis procedit deciſ. 360. par.5.rec.*

4 *In Trebellianicam tenetur extraneus fructus perceptos imputare.*

5 *Hæres non poteſt detrahere ſua credita, ſi bona fideicommiſſaria alienauit, & Inuentarium non confecit, nam intrat præſumptio ſatisfactionis, vel ſubtractionis bonorum.*

6 *Fideicommiſſario non retardatur immiſſio prætextu detractionum, ſi illæ ſint turbida, & illiquida.*

7. *Fructus à die mota litis imputantur hæredi in prætenſas detractiones.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO CLXVII.

THadæus de Bologninis, qui vna cum Bartholomæo fratre plures in partibus ſentẽtias reportauit ſuper immiſſione in poſſeſſionem bonorum Bartholomæi, & Io:Mariæ de Bologninis, & deuoluta cauſa per appellationem ad Rotam, obtinuit deciſiones fauorabiles ſuper exiſtentia vtriuſque fideicõmiſſi, ſuper purificatione ad ipſius fauorem etiam quoad portionem Horatij, & Valerij, necnon eidem ſuffragari legitimationem Maximiliani Parris; Proſequendo diſputationem coram Me in locum Eminentiſs. D.Card. Otthoboni ſubrogato inſtetit diſputari dubium, An Palmerijs, & litis Conſortibus aduerſarijs aliquæ ſuper iiſdem fideicommiſſis competerent detractiones,& nullas competere reſponſum fuit.

1 Nam in bonis Bartholomæi fruſtrà petitur legitima ex perſona Aemilij, dum ipſe non eſt deſcendens à Teſtatore, ſed tranſuerſalis, & de tempore adoptionis habebat Patrem naturalem, à quo legitimam debebat conſequi non autem ab adoptante, *l.cum in adoptiuis §.ſed ne articulum, ibique gloſ. verb. tantummodo Cod. de adopt.Decian.conſ.34.nu.13.lib.1.& conſ.126.n.10. lib.3. Gabr.conſ.24. n.6.lib.2, Tiraquell. in l.ſi vnquam verbo ſuſceperit liberos num.8. in fine Cod. de reuoc.donat.Peregr.de fideicom. art.36.nu.43. Marta de ſucceſs.par.4.q.5.art.2.n.42.verſ.Idcirco.*

2 Et regulare eſt, quod illi non debeatur legitima, cui præterito querela, vel aliud ius impugnandi Teſtamentum non datur, *l.cum quæritur, & l.omnimodò in fine C. de inoffic. teſtam. Rota coram Greg. deciſ.135. num.8.* prout illam non competere adoptato, probat *text. in §. ſed ea Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.defer. Ruſtic.in l.cum Auus lib.2.cap.12.ſub num.2.de condit. & demonſtr. Peregr.de fideicom.d.art.36.n.43. Mantic.de coniect. lib.10.tit.8.ſub num.20. verſ.neque obſtat, Marta de ſucceſſ.par.1.q.19.art.1.num.2. in fine,& par.4.q.5. art.2.n.42.verſ.Ergo præteritus,& n.45.*

3 Non obſtat *deciſ.360. num.21. par.5.in recent.* quia loquitur in adoptato ab aſcendente, non autem ab extraneo, prout ità explicat, & declarat *Aretin.in l.ex facto num.12.in fine ff. de vulgar. & pupillar. Bald.in dicta l. cum in adoptiuis ſub num.5.C.de adopt. cum alijs per Modern. Vrbinaten. de fratribus par.1.cap.33.n.20.*

4 Trebellianica verò remanſit conſumpta ex perceptione fructuum totius hæreditatis per ſpatium annorum 60. & vltra, quos vti extraneus idem Aemilius in illam tenetur imputare *l.in fideicommiſſariam 18.vbi Ripa nu.25.& l.deducta 58.§.ante diem ff.ad Trebell. l.Iubemus 6. C.eodem Peregr.qui plures cumulat. de fideicommiſs. art.49.n.62.Fuſar.conſ.5.nu.36.& conſ.106.nu.12. Rota coram Caual.deciſ.20.num.4.& deciſ.540.n.6. in rec.deciſ.152.nu.3.in fine par.1.& deciſ.88.n.23. par.5.& in Romana hæreditatis 14. Decemb. 1646. coram bo.mem. Arguelles.*

5 In bonis pariter Io:Mariæ nullæ competunt detractiones, dum ipſe Aemilius hæres inſtitutus inuentarium non confecit, & quamplura bona dicti fideicommiſſi alienauit, nam intrat præſumptio, vel quod illæ fuerint factæ, vel quod fuerint ſubtracta bona, ex quibus potuerint fieri, vt millies cenſuit Rota, & ſignanter *in deciſ.77.num.3.& 4. par.5.recent. deciſ.88.n.23.& ſeqq.& deciſ.126.nu.28.29.& 33. par.7.Duran deciſ.360.nu.1.& ſeq.Merlin.dec.265. n.9.& deciſ.383.nu.15.& 16.Et fuit dictum in Auximana fideicommiſs.13. Ianuarij 1640. & 31. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſs.D. meo Decano, in Romana fideicommiſs.de Spiritibus 12.Ian.1643.coram R.P.D. meo Bichio, & in Bonon. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. coram me, vltra plures adductos per Gratian.forenſ.diſcept.cap.570. n.19.& 20.*

6 Vndè attentis prædictis non poteſt Thadæo retardari immiſſio, cum prætenſio detractionũ ſaltem remaneat turbida, & illiquida, *Rota deciſ.301.n.18.par.6.recent.& deciſ.164.n.9.par.7. in Romana hæreditatis 1.Aprilis 1647.& in Romana fideicommiſſi de Pelatijs 28.Iunij eiuſdem anni coram bon.mem. Arguelles,& in Bonon.fideicom.de Pancaldis 23. Ianuarij 1649. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

7 Præſertim quia à die motæ litis ſemper aduerſarij perceperunt fructus aſcendentes ad quantitatem notabilem, ex quibus dicta prætenſa credita magis redduntur turbida, iuxta *gloſ.final.in auth.perpetua C. de Sacroſ.Eccleſ. Alciat.conſ.63.n.14.lib.9.Rota coram Merlin.dec.312. num.5.in rec.dec.391.n.6. & dec.411.n.26.par.5.in Rom. fideicommiſſi de Campagnolis 26. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Peutingero, & in d. Bonon. fideicommiſſi. 5. Decemb. 1650. & 16. Iunij 1651. coram me.*

Et ita deciſum altera tantum parte informante, alterà verò ſæpè ſæpius monita, & citata.

AQVILANA BENEFICII.

Lunæ 5. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Attentans quæ teneatur facere ad effectum purgandi attentata per eum commiſſa, & poſſeſſio ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata reſpectu poſſeſſionis captæ ſufficiẽter purgantur per dimiſſionem eiuſdem poſſeſſionis.*
2 *Expenſæ, ſi non ſint liquidæ, debet attentans illas liquidare, vel præfigere terminum parti, quo elapſo ſufficit depoſitum vnius iulij.*
3 *Attentans tenetur reſtituere fructus perceptos.*
4 *Solutio facta in manibus Oeconomi à Iudice deputati, ſuffragatur ſoluenti.*
5 *Ex diuerſis non fit illatio.*
6 *Diuerſitas dignoſcitur ex diuerſitate perſonarum, temporis, & quantitatis.*
7 *Poſſeſſio probatur ex locatione, ſi concurrat perceptio affictuum.*
8 *Poſſeſſio probatur ex locatione iunctis adminiculis.*
9 *Poſſeſſio dignitatis debet apprehendi capitulariter.*
10 *Dignitas non dicitur de Capitulo niſi habeat ſtallum in Choro, & vocem in eodem Capitulo.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Actor debet intentionem ſuam concludenter probare.*

2 *Liber Componendæ probat quidem tempus deſcriptionis, & adnotationis, non autem tempus ſolutionis.*

3 *Probatio ne dicatur concludens, ſufficit ſola poſſibilitas in contrarium.*

4 *Verbum,* ſoluit, *contextualem numerationem probat de tempore actus.*

5 *Declara, vt concluſio procedat, quando apponitur à Notario aſſerente ſolutionem fuiſſe factam coram ipſo, & Teſtibus.*

6 *Secus verò ſi exprimatur à Partibus, nam tunc etiã ad tempus præteritum referri poteſt.*

7 *Officialis publici atteſtationi multum deferendum venit.*

8 *Gratia Apoſtolica recipit ſuum eſſe à die ſignatæ ſupplicationis.*

9 *Gratia Apoſtolica non tribuit ius conſiderabile ante regiſtrationem, ſi interim Papa ſupplicationem laceraueril, vel alias mutauerit voluntatem ſuam.*

10 Deciſio in Romana Legati pij 4. Februarij, & 15. Maij 1628. coram Coccino *declaratur.*

11 *Teſtandi facultas conceſſa Equiti Hieroſolymitano ſuffragatur, etiamſi fuerit regiſtrata poſt obitum.*

12 *Gratia facultatis teſtandi conſiderari debet ſecundum tempus, quo ſublimiorem formam recepit, nempè à die ſignatæ ſupplicationis.*

13 *Gratia antè regiſtrationem habet implicitum ſtatum validitatis.*

14 *Papa, prouidendo alteri, cenſetur priorem gratiam reuocare.*

15 *Regiſtratio gratiæ de tempore, quo reperiebatur reuocata, nec erat amplius in rerum natura, non eſt attendenda.*

16 *Inſinuatio facta poſt reuocatam Donationem, non ſuffragatur.*

17 *Canonici Regulares non poſſunt habere beneficia in Eccleſia Cathedrali.*

18 *Canonici Regulares non prohibentur, habere beneficia curata.*

19 *Aſſertioni propriæ alicuius non eſt ſtandum.*

20 *Canonici Regulares poſſunt cum diſpenſatione Apoſtolica retinere beneficia.*

DECISIO CLXI.

IN deciſione edita 21. Iunij præteriti reſolutum fuit literas Apoſtolicas Ioannis Andreę de Regibus eſſe ſufficienter iuſtificatas, & propterea non intrare arbitrium pro illarũ retardatione, quam deciſionem licet acriter Cacheranus impugnaret ſub prætextu, quod Beneficium obtinuerit per obitum Coadiutori, antè quam gratia eiuſdem Ioannis Andreæ regiſtrata fuerit, nihilominus repropoſita cauſa adhuc Domini ſteterunt in reſolutis.

1 Etenim pro parte Cacherani nullo modo
probatum fuit, quod eius prouiſio fuerit obtenta
antè prædictam regiſtrationem, prout
concludenter probari debuiſſet tanquam fundamentum
ſuæ intentionis ad *text. in l. actor.
C. de probat. l. qui accuſare C. de edendo, Alex. conſil. 100. ſub num. 1. & 2. lib. 1. Ioſeph Ludou. concl. 14.
in princ. & illat. 96.* cum relat. per *Maſcard. de
probat. concluſ. 1234. num 6. & ſeqq.*
2 Probatio verò per ipſum deducta ex libris
componendæ, & Regiſtri, in quibus partita
adnotata legitur de menſe Martij 1650. viſa
fuit Dominis non releuare, quia illa concludit
quidem tempus deſcriptionis, & adnotationis
dictæ partitæ, non autem ſolutionis, &
actualis numerationis, cum ſit poſſibile, quod
Præfectus componendæ oretenus fidẽ fecerit
Regiſtratori de huiuſmodi ſolutione, & ſub
ea fide ſupplicatio regiſtrata fuerit, vel quod
Miniſter diſtulerit illam adnotare in ſuis li-
3 bris, quæ ſola poſſibilitas ſufficit ad hoc, vt
probatio non dicatur concludens *Caſtr. in l. ſi
per alium §. docere num. 4. ff. ne quis eum &c. Dec.
conſ. 37. num. 9. circa med. verſ. præterea Rot. diuerſ.
deciſ. 371. in fine par. 4. ſan. mem. Greg. deciſ. 353. numer. 2. Buratt. deciſ. 948. num. 3. & in rec. deciſ. 323.
num. 4. in fin. & deciſ. 747. la 2. num. 2. par. 2.*
4 Nec refert quod dicta partita concepta fuerit
per verbum *ſoluit*, ibi, *ſoluit ſecundus Guaſcus
ſcut.....* quod contextualem numerationem
probat. Nam id benè procedit, quando
5 verbum prædictum profertur à Notario aſſerente
ſolutionem fuiſſe factam coram ipſo, &
teſtibus, in quibus terminis loquitur *Bald. in
l. ſi ex cautione num. 14. & ſeqq. C. de non numer. pec.
Surd. deciſ. 284. à num. 7. Rot. poſt Cenc. deciſ. 127.
6 num. 1. in fine,* cum alijs exaduerſo adductis, ſecus
verò quando exprimitur ab alia perſona,
& ab ipſis partibus, quia tunc etiã ad tempus
præteritum, & ſolutionem iam factam referri
poteſt *Socein. Sen. conſ. 143. nu. 1. lib. 1. Rot. coram
ſan. mem. Greg deciſ. 355. num. 5.* Et eo minus
viſa fuit releuans probatio huiuſmodi quia in
contrarium adeſt depoſitio Regiſtratoris formiter
examinati atteſtantis partitas ſolutionis
non ſemper deſcribi ſub eadem die, ſub qua
regiſtratio ſequitur, cui tanquam Officiali publico,
ac deponenti de facto proprio, ex quo
7 regiſtrauit ſupplicationem controuerſam,
multum deferendum venit ex not. per *D.D. in
l. quadam §. nummularios ff. de eden. Gabr. de teſtibus
concl. 1. num. 19. Rot. coram Seraph. deciſ. 792.
num. 3. coram Buratt. deciſ. 910. num. 8. & in rec. deciſ. 525. num. 5. par. 2. deciſ. 723. num. 2. par. 4. tom. 2.
& deciſ. 186. num. 23. par. 6.*
8 Stante igitur defectu probationis ſuperfluũ
eſt, quod Ioannes Andreas impugnet concluſionem
à Cacherano aliàs adductam, quod
gratia Apoſtolica, quamuis ſuum eſſe
9 recipiat, ex die ſignatæ ſupplicationis, non tamen
ius conſiderabile tribuat antè ſecutam
regiſtrationem, ſi interim Papa ſupplicationẽ
lacerauerit, vel alias mutauerit voluntatem
ſuam, vt probant *Pariſ. Gonz. Garz. & alij allegati
in deciſione quæ reuidetur in §. Tandem, & §. ſeq.* &
firmant adducti per *Modern. Ceſenaten. de citation.
par. 2. cap. 10. nu. 332. & pluribus ſeqq.*
10 Et quamuis *deciſ. in Rom. Legati pij 4. Febr. &
15. Maij* 1628. *coram bo. me. Coccino*, firmet, quod
gratia ſolo verbo Principis perficitur, quodque
id, quod agitur circa regiſtrationem, attribuitur
ipſi principio gratiæ conceſſæ per
ſigna-

ſignaturâ ſupplicationis, adeovt ſufficiat, quod regiſtratio quandocumque ſequatur, attamen in caſu dictæ deciſionis non erat quæſtio ſuper voluntate Papæ, quæ medio tempore
11 non erat mutata, ſed ſolum dubitabatur, an gratia facultatis teſtandi, qua vſus fuerat eques Hieroſolymitanus, eidem ſuffragaretur, licet eſſet regiſtrata poſt obitum, nam prætendebat Religio ſubſecutam regiſtrationem non potuiſſe retrotrahi in ſui præiudicium; Et Rota reſpondit non eſſe opus retrotractione, quia
12 gratia facultatis prædictæ conſiderari debebat ſecundum tempus, quo ſublimiorem for-
13 mam receperat, nempè à die ſignatæ ſupplicationis, quæque interim ante regiſtrationem habebat implicitum ſtatum validitatis, ſicuti in ſimilibus terminis firmatũ fuit in *deciſ.* 100. *n.35.& ſeqq. p.5. rec.* At in præſenti caſu non deducitur prouiſio Cacherani medio tempore obtenta ad impediendum, ne ſubſequens regiſtratio gratię Ioannis Andreæ retrotrahatur ad diem ſignatæ ſupplicationis, ſed ſolum ad
14 oſtendendam mutationem voluntatis Papæ, qui alteri prouidendo cenſetur priorem prouiſionem reuocaſſe, vt firmauit *Rota deciſ.791. n.15. part. 1. diuerſ. & bene in ſimili probat. Gabr. conſ.186.n.10.lib.1.*

15 Atque ideo ſucceſſiua regiſtratio non eſt habenda in conſideratione, nec aliquem effectum operari poteſt tanquam ſecuta de tempore, quo prima gratia non erat amplius in rerum natura, nec reperiebatur ſubiectum regiſtrabile *Bald.in l.falſus ſub n.3.verſ.nam ConfirmatioC.de furt.Fel.in cap.Inter dilectos n.6.de fid. Inſtrum.Lotter.de re benef.lib.3.q.17.num.176.Rota*
16 *deciſ.569.n.3.p.2.deciſ.171.n.5.p.4.tom.2.& dec. 689.n.9.p.4.tom.3.rec.* Sicuti in ſimili dicimus, quod inſinuatio donationis licet quandocunque facta ſuffragetur; Non tamen ſuffragatur, ſi fiat poſtquam donator mutauit voluntatem ſuam prout vltra relatos per Gratian. *diſcept.forenſ.cap.531.n.3.probat Seſse dec. Aragon. 25.n.1.& ſeqq.& firmauit Rota in Romana donationis 5.Febr.1623.coram b.m. Manzanedo.*

17 Libentius verò reſponderunt Domini, non intrare arbitrium prædictum, quia Cacheranus vti religioſus, & Canonicus Regularis eſt prorſus incapax ſine diſpenſatione Apoſtolica Canonicatus controuerſi in Eccleſia Cathedrali *Abbas in c.quod Dei timorem n.5.verſ. 2.caſu de ſtatu monach.* vbi reddit rationem, quia tali caſu ceſſat priuilegiũ curæ, *Garz.de benef.p. 5.cap.10.n.28.& ſeqq. Bellar.dec.172. per tot. cum alijs per Squillant.de priuil.Cleric.cap.4.n.73.*

18 Nec obſtat *deciſ. Seraph.* 1269. cum alijs à Cacherano allatis, quia loquuntur in beneficio curato, non autem in ſimplici iuxta *text. in d.cap.quod Dei timorem de ſtatu monach.* quam diſtinctionem ex ſententia Eminẽtiſſimorum Cardinalium Sacri Conc.Trid. Interpretum refert *Garz.de benef. dicta part.7. cap.10. n.31.* & ita bene declarat, & explicat *Modern. à Terranoua in ſua Praxi diſpenſ.Apoſtolicar.lib.6.c.1.n.26.*

19 Reſponſio verò, quod Cacheranus fuerit aliàs admiſſus ad alia duo beneficia ſecularia, nullo modo videtur ſubſiſtere, quia id non iuſtiſicatur, niſi per aſſertionem ipſiuſmet factam in literis ſuæ Prouiſionis de hoc Canonicatu controuerſo, & tamen aliunde deberet iuſtificari per exhibitionem literarum ſuper dictis beneficijs expeditarum, vt apparere poſſit, an tunc fuerit diſpenſatus, nec ne, quià accedente diſpenſatione nemo negat Canonicum Regularem eſſe capacem, prout pluries declarauit eadem Sac. Congr. Conc. cuius reſolutiones Rota ſolet ſemper reuerenter ſuſcipere, vt firmatum fuit coram *Buratt.dec.479. n.2.in fine vbi Add.n.20.& coram Merl.dec.777.in fine, & in Maioricen. Parochialis 13. Iunij 1646.* coram me, & paſſim in alijs.

Et ità vtraque, &c.

BONONIEN. PRAEDII.

Lunæ 10. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Iudex ritè, & rectè procedens priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, illamque transfert in immiſſum, nec denegatur ei manutentio, niſi conſtet notoriè de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ, & mandatum procuræ, quamuis non ſit in actis præſumitur ex productione iurium, ex expenſis factis, & ex alijs.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur ei, qui fuit immiſſus authoritate Iudicis.*
2 *Poſſeſſione priuat Iudex, quãdo ritè, & rectè procedit.*
3 *Procurator ſubſtitutus ab habente huiuſmodi facultatem reputatur, ac ſi ab ipſo principali conſtitutus fuiſſet.*
4 *Mandatum procuræ præſumitur ex productione iurium, & ſubminiſtratione expenſarum.*
5 *Procuratoris perſona, & geſta cenſentur approbata à principali, ſi procurator appellauerit, & idem principalis appellationem proſecutus fuerit.*
6 *Attẽtatis renũciare præſumitur, qui patitur procedi in negotio principali.*
7 *Aegidiana non habet locum inter perſonas Eccleſiaſticas.*
8 *Sententia tranſit in iudicatum, ſi pars intrà terminum iuris non redijt pro Apoſtolis.*
9 *Rei iudicatæ executionem petẽs tenetur ſeruare quatuor terminos ad docendum de appellatione.*
10 *Quatuor termini ad docendum de appellatione non ſunt ſeruandi, quando ex actis conſtat de non reditu pro Apoſtolis.*
11 *Fideicommiſſario datur immiſſio conſtito de fideicommiſſo de illius purificatione, & de identitate bonorum.*
12 *Manutentio retardari nequit prætextu nullitatis, & iniuſtitiæ, niſi illa ſit notoria, quæ nullo velamine celari poſſit.*

DECISIO CLXII.

1 MONIALIBVS SS.Naboris, & Felicis, quæ in vim ſententiarum iudicialiter fuerunt immiſſæ in poſſeſſionem prædij in cõmuni

muni Zecchæ Prædoſiæ ; dixerunt Domini dandam eſſe manutentionem . Nam Iudex
2 ritè, & rectè procedens priuat antiquum Poſſeſſorem ſua poſſeſſione , illamque transfert in Immiſſum *l. 1. ff. ne vis fiat ei &c. l. iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſſeſſ. Angel. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas n. 2. ad finem, Alex. eodem n. Iaſ. n. 20. ff. eodem, Rot. in recent. deciſ. 362. n. 2. par. 4. & deciſ. 229. n. 1. & 2. par. 5. cum alijs per Gratian. diſcept. forenſ. lib. 2. cap. 266. n. 17. & ſeq.*

3 Nullitates verò exaduerſo oppoſitas contra ſententiam A.C. confirmatoriam alterius de Partibus cenſuerunt Domini non releuare . Nam prima ex defectu mandari procuræ in perſona Franciſci Liberati , qui obtinuit, ceſſat ex publico inſtrumento ſubſtitutionis in eius perſonam factæ à Siluio habente huiuſmodi facultatem , quæ ſubſtitutio idem operatur , ac ſi ab ipſis Monialibus Procurator conſtitutus fuiſſet *cap. 1. §. 1. ibique gloſſa verb. Subſtituendi de Procur. in 6. Iaſ. in l. 1. n. 1. verſ. primò quando eſſet data facultas C. eodem tit. Bart. in l. 1. n. 4. ff. de Procur. Bero. conſ. 23. n. 10. lib. 3. Speculat. eod. tit. de Procur. §. 1. n. 25. lib. 1. Rot. deciſ. 8. n. 1. de Procur. in nou. & dec. 9. ſub n. 1. verſ. quia talis ſubſtitutus eodem tit. in antiquior. coram Merlin. dec. 201. ſub n. 7. & ſeqq. & in Romana fructuum Cenſus 7. Maij 1646. coram R.P.D. meo Cerro poſt Zacch. de obligat. cam. deciſ. 259. n. 6.*

4 Altera nullitas ex defectu pariter eiuſdem mandati in perſona Vincentij Galli qui comparuit pro Doralice , & Conſortibus, tollitur ex eo , quia produxit in actis diuerſa iura , & ſignanter inſtrumentum primæ ſententiæ , & Cedulam appellationis in Partibus intetpoſitæ , cuius vigore reportauit citationem cum inhibitione perſonaliter executam , & in actis reproductam , ſed etiam quia fecit quam plures expenſas , ex quibus mandatum præſumi dixit *Rota coram Seraph. deciſ. 933. n. 2. Duran. deciſ. 9. n. 24. & poſt Zacch. de obligat. cam. deciſ. 254. n. 26. & firmatum fuit in Ciuitaten Archipresbyteratus 24. Martij 1645. coram R.P.D. meo Cerro , in Auenionen Hæreditatis 17. Martij 1649. coram Reu. Tarraconen. & in Camerinen Legati 20. Iunij 1650. coram R.P.D. meo Bichio .*

5 Er vlterius idem Procurator appellauit à ſententia lata per A. C. ſuper negocio principali , & Aduerſariæ hanc appellationem proſequuntur , ex qua proſecutione intrat ratificatio , & approbatio omnium geſtorum , nec non perſonæ Procuratoris *ad text. in l. Paulus reſpondit ff. rem rat. hab. Iaſ. in l. Iulianus ſub n. 2. ff. qui ſatiſd. cogant. Aym. conſ. 159. num. 5. circa med. verſ. Sicut dicitur, Lancellot. de attentat. par. 1. cap. 1. n. 63. & ſeq. Vant. de nullit. verb. Qualiter ſententia n. 103. Rota coram S.M. Greg. deciſ. 176. num. 9. vbi Add. n. 13. in Senogallien Saluiani 29. Maij 1652. coram R.P.D. meo Bichio:*

6 Tertia nullitas ex eo deducta, quod ſententia A. C. lata fuerit non reuocatis attentatis commiſſis in Partibus, ceſſat tum ex eo, quod non ſubſiſtit prætenſum ſuppoſitum attentatorum , tum etiam quia A. C. prouidit per decretum particulare , quod cum pars acceptauerit , & poſtea paſſa fuerit ad vlteriora procedi in negotio principali, non poteſt amplius de illis excipere , vt notat *Angel. in l. ſi cuius n. 3. ff. de appellat. recipiend. Speculat. de appellat. §. nouiſſimè n. 21. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 12. limit. 42. n. 4. Rot. coram Creſc. deciſ. 7. de ſent. & re iudicat. & in rec. deciſ. 657. n. 1. part. 3.*

7 Nec quicquam facit , quod ſententia fuerit executioni demandata non obſtante , quod cauſa eſſet appellabilis , nec intraret Aegidiana , ex quo agebatur inter Perſonas Eccleſiaſticas . Nam potuit executio fieri in vim
8 rei iudicatæ, quæ clarè reſultat, dum Pars intra terminum Iuris non redijt pro Apoſtolis *clem. quamuis de appellat. cap. ab eo eod. tit. in 6. Bart. in l. 1. n. 3. ff. de libell. dimiſſor. Mantic. deciſ. 92. n. 1. Buratt. deciſ. 556. eodem n. ibique Adden. lit. A, & deciſ. 743. n. 1. & ſeqq. in rec. 590. n. 1. & ſeqq. part. 5. & firmatum fuit in Florentina fideicommiſſi 28. Iunij 1638. coram Reuerendiſſimo Salamantino , & in Bononien fideicommiſſi, ſeu Domus 30. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Bichio.*

9 Minus releuat , quod quando executio rei iudicatæ petitur ob deſertionem cauſæ , tunc ſeruari debeant quatuor termini ad docendum de appellatione , eiuſque legitima proſecutione *ex Veſtr. in prax. lib. 8. cap. vlt. n. 8.* Nam
10 cum de non reditu pro Apoſtolis conſtet ex reuolutione actorum , non fuit opus aliqua citatione, nec ſeruatione aliorum terminorũ, vt dixit Rota in vna Nullius Iuriſdictionis coram Achille penes *Mandoſ. de commiſsionibus commiſſione 29. col. 11. verſ. primo , igitur quæro ante fin.* & clarius firmatũ fuit *in Peruſina Bonorum 3. Maij 1612. coram Coccino apud Poſt. de manut. deciſ. 22. n. 2. & ſeqq.*

11 Demum exceptiones deductæ contra iuſtitiam eiuſdem ſententię non fuerunt habitæ in conſideratione, dum in contrarium doctum fuit de fideicommiſſo , de illius purificatione, necnon de identitate prædij controuerſi , quibus ſtantibus rectè fuit cõceſſa immiſſio Monaſterio , & Monialibus ex perſona Sororis Mariæ Lauriudæ *Peregr. de fideicom. art. 48. nu. 5. & ſeqq. Rot. deciſ. 368. n. 1. part. 5. in rec. in Bononien. fideicommiſsi 5. Decembris 1650. & 28. Iuny 1651. coram Me , & in Romana fideicommiſsi de Candidis 17. Iuny 1652. coram Reuerendiſsimo Tarraconen.*

12 Et in omnem caſum negari non poteſt , quin prædicta omnia requirant altiorem indaginem, & proinde nullo modo concludant notoriam nullitatem, & iniuſtitiam, quæ nullo vèlamine offuſcari poſſit , prout neceſſariũ eſſe ad impediendam manutentionem vigore immiſſionis conceſſæ à Iudice firmauit *Rota in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Sacrato apud Poſt. de manut. deciſ. 9. n. 18. & ſeq. & poſt eundem deciſ. 27. ſub n. 5. coram Merlino deciſ. 175. n. 4. in rec. deciſ. 362. ſub n. 2. & deciſ. 414. n. 3. par. 4. & fuit dictum in Senogallien. Saluiani 3. Iunij 1647. coram Eminentiſs. Card. Corrado.*

Et ità vtraque , &c.

RO-

ROMANA RETRACTVS.

Lunæ 17. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Cenſuarius præferendus venit in emptione fundi cenſiti, illique ex forma Conſtitutionis Pij V. facienda eſt denunciatio cum omnibus pactis, & conditionibus, Nec ſuffragatur facta Procuratori, ſi pro forma erat facienda Domino.

SVMMARIVM.

1 *Cenſuario vigore Bullæ Pij V. debetur prælatio in emptione fundi cenſuati.*

2 *Scientia in præiudicialibus concludenter probari debet.*

3 *Denunciatio ex forma Conſtitutionis Pij V. debet fieri cum expreſſione pactorum, & conditionum.*

4 *Denunciatio non videtur facienda ei, qui aliàs recuſauit emere.*

5 *Cenſuarius etiamſi recuſet emere, non tamen excluditur à retractu, quando res cenſuata venditur alteri.*

6 *Declarantur Deciſiones, & authoritates contrariæ.*

7 *Denunciatio non ſuffragatur, ſi contineat maius pretium, quam res vendita fuerit.*

8 *Denunciatio facta Marito non releuat, ſi Vxor erat domina Cenſus.*

9 *Maritus non poteſt præiudicare Vxori.*

10 *Denunciatio ſi pro forma eſt facienda Principali, non ſuffragatur, ſi fuerit facta Procuratori.*

DECISIO CLXIII.

1 BVLLA S.M. Pij V. ſuper forma creandi cenſus in Bullario nouo tom. 2. in ordine la 79. ſub §.6. loquitur per hæc verba. *Vbi autem res vendenda ſit, volumus Dominum Cenſus alijs omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, & per menſem expectari.* Vnde cum non reuocetur in dubium, quod Franciſca Ricca ſit domina cenſus aliàs impoſiti ſuper horto controuerſo, & domibus in eo exiſtentibus, quodque bona prædicta vendita fuerint Bonaueræ nulla facta denunciatione, meritò Domini reſponderunt pro confirmatione ſententiæ Rotalis concedentis eidem Franciſcæ prælationem pro pretio, & pactis in venditione contentis, prout in terminis dictæ Bullæ tradit *Gutier. pract. quæſt. lib. 2. q. 167. nu. 4. & ſeqq. Boccace. de cenſ. par. 2. n. 61. & ſeqq. Felician. eodem tract. lib. 1. cap. 10. n. 6. & 7. Rot. coram Millin. deciſ. 253. n. 1. in rec. deciſ. 620. ſub nu. 1. part. 2. & in Verulana Molendini 12. Ianuarij 1652. coram Eminentiſs. Card. Otthobono, confirmata 28. Iunij eiuſdem anni coram Reuerendiſſimo D. meo Penting.*

2 Non obſtat, quod Franciſca habuerit ſcientiam venditionis prædictæ, quia illa nullo modo probatur; prout concludenter probari deberet, præſertim ad effectum præiudicij iuxta *text. in cap. concertationi, & ibi gloſs. verb. ſciuerit de appellat. in 6. & in clem. cauſam de elect. Rot. coram Seraph. deciſ. 1239. n. 1. & 2. S. M. Gregor. deciſ. 425. n. 5. & 6. & in rec. deciſ. 644. n. 1. part. 3.*

3 Et tamen huiuſmodi ſcientia erat neceſſaria mediante denunciatione conditionum requiſita pro ſubſtantia, & ex forma Conſtitutionis ex doctrina *Bart. in l. denunciaſſe §. quid ergo n. 2. ff. de adulter. Bero. conſ. 171. n. 14. & 15. lib. 1. Cepol. conſil. ciuil. 47. n. 7. Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. gloſ. 2. n. 26. & ſeq.* & in terminis Conſtitut. S. m. Pij V. probat *Thomat. dec. March. 40. n. 13. & ſeq. præſertim n. 15. Seraph. dec. 1474. n. 3. Millin. dec. 253. n. 3. & 4. Duran. deciſ. 52. nu. 2. & fuit dictum in Fanen. retractus 19. Ianuarij, & 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio* vltra plures, quos cumulat *Modernus Peruſin. de cenſib. quæſt. 66. n. 48. & ſeqq.*

4 Non obſtat, quod talis denunciatio non fuerit neceſſaria in præſenti caſu, ex quo Carolus Monſolarius Maritus dictæ Franciſcæ licet pluries requiſitus, ſemper tamen renuerit emere præfatum hortum iuxta deducta corã *Mobedano deciſ. 324. aliàs 16. de locat. & conduct. & in Reatina Caſtri Petræ fortis 19. Martij 1589. coram*
5 *Plato.* Nam vltra quod Teſtes exaduerſo examinati id concludenter non probant, & recuſatio ſimplex de non emendo non excludit Cenſuarium à retrahendo quatenus res vendatur alteri, prout per concludentes rationes firmat *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſs. 9. num. 145. & in puncto Maſtrill. deciſ. 50. n. 11.*

6 Adhuc in caſu dd. deciſionum, nec denunciatio requirebatur pro forma, nec erant notificandæ conditiones, & pretium, cum quibus fiebat venditio, ſicuti diſponitur in Conſtitutione Pij, vndè vigore illius recuſans emere pro certo pretio non excluditur à retrahendo, ſi res fuerit vendita pro minori, vt dixit *Rota in Verulana Molendini 28. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Peuting. & in ſimili tradit Surd.*
7 *conſ. 371. n. 77. & ſeqq.* vbi quod ſi quis denunciat Venditori maius pretium, quàm verè reperiatur, denunciatio non ſuffragatur, & perinde eſt, ac ſi non denunciaſſet *Innoc. in cap. potuit col. 1. verſ. ergo ſi non requirit de locat. & conduct. ibique Barbat. ſub n. 2. verſ. Secundò quod denunciet, Io: Andr. in princ. & Imol. ſub n. 1. Bald. in l. final. n. 12. in prima lectura, & ibi Iaſ. nu. 21. C. de iur. emphyt.* & notat *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 265. ſub num. 94.*

8 Et quod magis vrget, talis oblatio prætenditur facta Marito, cum tamen eſſet facienda Vxori tanquam Dominæ cenſus, de cuius intereſſe principaliter agebatur *Tiraquell. de retract. lignag. §. 9. gloſs. 1. n. 1. in fine*, vbi quod denunciatio, ſeu proteſtatio facta contra Maritum excuſat quidem proteſtantem, ſeu denuncianiem à dolo, non autem ſuffragatur ad effectum acquirendi Ius contra Vxorem, cui factum Mariti præiudicare non poteſt, & in
9 eodem *§. 9. gloſs. 3. & vltima n. 7. Bart. in l. aut qui aliter §. & ſi fortè n. 2. ff. quod vi, aut clam, Angel. in l. mora ſub n. 7. verſ. tertiò quæro ff. de vſur. Iaſ. in l. non ſolum §. morte n. 23. ff. de nou. oper. nunciat. Felin. in cap. cum M. Ferrarienſis n. 53. de Conſtit. & firmauit Rota in Meleuitana Pecuniaria 19. Nouembris 1649. coram R. P. D. meo Cerro.*

10 Non

Digitized by Google

10 Non obſtat, quod Maritus dicatur quodãmodo Procurator Vxoris, nàm quando denunciatio requiritur pro ſubſtantia, tunc non ſufficit facta Procuratori, vt probat *Bald. in Litem veniunt 22.§.petitam num.2. ff.de petit. hæredit.* prout etiam in ijs, quæ concernunt declarationem animi, denunciatio debet fieri Domino, nec ſuffragatur, ſi fuerit facta Procuratori *Rota in his terminis in Romana Prælationis 26. Iunij 1617.coram bo: me: Seleucien.* penes *Cenc. de Cenſib.deciſ.307.num.4.*

Et ità vtraque &c.

ARIMINEN. SEPARATIONIS THORI.

Lunæ 24. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Separatio thori ob ſæuitiam Viri non conceditur, niſi illa concludenter probetur, nec ſufficiunt minæ, quandò præſertim Vir non eſt ſolitus illas exequi, minus inimicitiæ inter Socerum, & Generum, niſi adſint inter ipſos Coniuges, & in omnem caſum ſuccurritur Vxori mediante cautione de illam benè tractando.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi non fuit interpoſita, ſententia tranſit in iudicatum.*
2 *Læſio eſt probanda ab eo, qui petit reſtitutionem in integrum.*
3 *Læſio excluditur, quando conſtat de iuſtitia ſententiæ.*
4 *Separationi thori ob ſæuitiam non eſt locus, niſi conſlet de dicta ſæuitia.*
5 *Separatio thori non admittitur propter inimicitiam inter Socerum, & Generum, niſi adſit inter ipſos Coniuges.*
6 *Teſtes ſingulares non probant.*
7 *Separatio thori non conceditur ex quo Vir minatus fuerit, niſi probetur, quod ſit ſolitus exequi minas.*
8 *Et multò minus, quando conſtat de contrario, & quod humaniter vxorem tractauit.*
9 *Maritus poteſt ex cauſa Vxorem corrigere.*
10 *Separatio thori non conceditur propter litem inter virum, & vxorem, ſed ſolum cogitur Vir ad præſtan. cautionem de illam benè tractan.*

DECISIO CLXIV.

INTENTATVM fuit Iudicium ſeparationis thori ad inſtantiam Catharine Fuſcæ, contra Benedictum Valentinum, in quo licet in partibus emanauerit ſententia ad fauorem Catharinæ, illa tamen in ſecuuda inſtantia reuocata fuit per R. P. D. meum Bichium tunc A.C. Locumtenentem, & deinde in tertia coram bo: mem: Coccino, qui præuia deciſione Rotali pronunciauit, non eſſe locum ſeparationi, quia verò ab hac vltima appellatio non fuit interpoſita; Imò illius exequutio commiſſa fuit bo: me: Card. Panzirolo cum clauſula, *conſtito de re iudicata,* Ideò ſub die 14. Decembris 1637. dictum fuit, vt videretur de cauſis reſtitutionis in integrum; Quo dubio hodie per me propoſito, negatiuè reſponſum fuit.

1 Etenim res iudicata eſt clara, dum à ſententia lata per bon: mem: Coccinum nullo modo appellatum fuit, iuxtà *text.in cap. Romana§.ſi verò de appellat.in 6.auth.ei qui, & l.fin.§.illud C.de tempor.& repar.appell.Rot.coram Buratt.deciſ.376. num.1.& deciſ.741.in princip.* cum alijs per *Add. ad eundem deciſ.815.litera A. & in Peruſ. bonorum 29.Maij 1648.coram Eminentiſſ.Card.Corrado.*

2 De læſione verò nullo modo docetur pro parte Catharinæ, prout concludenter doceri deberet adhoc, vt ſit locus reſtitutioni per *text.in l.quid ſi minor.25.§.1.ff.de minor. cap. 1.* & ibi *Abb.num. 2. de reſtit. in integr. Innocent.in cap. cum ex literis ſub num.7.verſ.Ego non credo de in integr.reſtitut.Caſtr.in l.fin.num.5. C.in quib. cauſ. reſtit.in integr.non eſt neceſſ.Rot.coram Merlin.deciſ.1. num.1.& deciſ.33.num.3.in recent.deciſ.66. num.7. par.6.in Bonon.tranſactionis 30.Martij 1648.coram me, & in Vrbinaten. Emphyteuſis 29. Maij eiuſdem anni coram Eminentiſſ.Card.Otthobono.*

3 Imò illa prorſus excluditur, dum conſtat de iuſtitia ſententiæ, vt dixit *Rota deciſ. 552. ſub num.1.par.3.recent.& deciſ.170.num.2.par.6.& in Gerunden. portionum 25. Iunij 1649. coram me;*

4 Quæ iuſtitia in præſenti caſu eſt indubitata, ex quo, pro parte eiuſdem Catharinæ non docetur de aliqua ſæuitia, ob quam ſit deueniendum ad thori ſeparationem iuxtà notat. per *Natt.conſ.616.num.1. Rol.conſ.27.nu.2.& 3. lib. 3. Rot.poſt 2.vol.conſ.Farin.deciſ.371.num.1. & inter diuerſ.deciſ.278.num.9.& ſeqq.par.4.coram Merlin. deciſ.67.num.6.& 7.Duran.deciſ.72. nu.1.in recent. deciſ.441.num.1.& 2.par.1.deciſ.324.num.1.par.6.* & latè firmatum fuit *in Bonon. ſeparationis thori 10.Iunij 1650.coram R.P.D.meo Bichio.*

5 Nec obſtant Teſtes ad hunc effectum examinati, nam quatenus deponunt de inimicitia inter Generum, & Socerum, talis cauſa non videtur ſufficiens pro obtinenda ſeparatione, vt firmat *deciſ. in hac cauſa ſub die 5. Decembris 1636.* cum illa ſit conſiderabilis, quando vertitur inter ipſos Coniuges, ad *tex.in cap. ex tranſmiſſa de reſtit.ſpol.Abb.in cap.1.ſub num. 4. de diuort. Barboſ.in rub. ff. ſol. matr. par.2. ſub numer.32.Rot.coram Merlin.deciſ.446. num. 3. & deciſ.155.num.40.par.6.recent.*

6 Quatenus verò dicunt, quod Vir minatus fuerat velle vxorem occidere, in hoc ſunt ſingulares, & ideò nihil probant, *cap. licet cauſam de probat, cap. bonæ memoriæ 23.& cap.cum dilectus 32.de elect.Bertaz.conſ.Crim.228.num.7. & 13. in fine lib.1.Rot.diuerſ.dicta deciſ. 278. num. 11. verſ. præterea par.4.& in recent.deciſ.441.num.2.in fine, & num.5.par.1.* Et vltra plures relatos per *Add. ad ſau.mem.Greg.deciſ.294. nu.16.* firmatum fuit *in Bonon. ſeparationis thori 10. Iunij 1650. coram R.P.D.meo Bichio.*

7 Maximè cum ijdem teſtes non concludant, quod vir fuerit ſolitus exequi minas arg. *text. in l.metum ff.de eo quod metus cauſ. Natt. conſ.616. num.4.Rol.conſ.27.num.21.lib.3. Sanchez. de matr. tom.2.lib.10.tit.de diuort.cap.18.num.13.*

8 Imò

8 Imò conſtet de contrario, ex quo poſtea idem vir domum peruentus humaniter ſemper vxorem tractauit, vt benè in propoſito ponderat *Pariſ.conſ.54.num.31.lib.4.Rot.dec.324 num.22.par.6.recent. in Hiſpalen. ſeparationis thori 27. Februarij 1627. coram Eminentiſſ. Card. Macchiauello, & in Iannen.ſeparationis thori 16. Ianuarij 1645.coram R.P.D.meo Meltio.*

9 Demum quatenus de verberibus,& ſæuitia obijcitur, teſtes probant tantummodo leuem correctionem, quæ ex cauſa eſt etiam Viro permiſſa ad Mulieris emendationem, iuxta *tex.in Can.placuit,* & ibi *gloſ.33.quæſt.2. in can. ſatis.33.quæſt.5. & in can. ſicut verbo iudicari 7. quæſtiou. 1.* & aduertit *Rip. in l. Miles §. qui iudicati num.8.ff.de re iudic. Abb.in cap.ex tranſmiſſa num.3. de reſtit.ſpol.Signorol.conſ.63.nu.1. Farin.conſ.157. num.5.lib.2.& de delict.carn. quæſt. 143.num. 194. Tiraq.de legib.connub.gloſ.1.par.1. num. 22. Graff. deciſ.aur.lib.2.cap. 84.ſub num.1. verſ.Puto tamen, Sperell.deciſ.139.num.6. Rot.coram Buratt.dec.815. num.4.& in recent.deciſ.155.eodem num.4.par.6.*

10 Non obſtat timor futuræ ſæuitiæ ratione litis,quia eidem benè ſuccurſum fuit per Rotam, grauando Maritum ad præſtañ cautionem idoneam de vxore benè tractanda,quam ſufficere probat *text. in can. de benedicto,* & ibi *gloſ. verb. ſub cautela 32. quæſt. 1. Abb. in cap. ex tranſmiſſa num 1.& 2. de reſtit. ſpol. Barboſ. in rub. ff.ſol.matr.par.2.ſub num.41. verſ. alias enim, Sanchez.de Matrim.tom.2.lib.10.tit.de diuort.diſput.18. ſub nu.2. & 4. & ſeqq. Rot.poſt 2.vol.conſ.Farin.deciſ.371.num.13. coram Merlin. deciſ. 67. in fine, in recent.deciſ.324.num.27.& ſub num.30. verſ.& nihilominus par.6.* & fuit dictum *in dicta Bonon.ſeparationis thori 21.Febr.1650.coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ità præuijs pluribus citationibus contra Catharinam altera tantum parte informante reſolutum fuit &c.

PISAVREN. TESTAMENTI.

Lunæ 31. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Aperitio Teſtamenti non ſemper cenſetur prohibita à Teſtatore ad excluſionem fideicommiſſi, ſed etiam ad alios effectus, & idem fideicommiſſum eſt compatibile cum facultate teſtandi, quod poteſt inſtitui ſub duplici conditione, nempè ſi quis decedat ſinè filijs, & ſine Teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Aperitio Teſtamenti fieri non poteſt in caſibus à Teſtatore prohibitis.*

2 *Declara id non procedere, quando ceſſat ratio, ob quam fuit facta dicta prohibitio.*

3 *Ratio eadem vbi militat, ibi viget eadem diſpoſitio.*

4 *Teſtatoris voluntas ne reddatur eluſoria, qualibet interpretatio eſt capienda.*

5 *Subſtitutio euaneſcit, ſi deficiat conditio, ſub qua illa concepta fuit.*

6 *Subſtitutio concepta ſub duplici conditione copulatiuè non habet locum, niſi vtraque purificata.*

7 *Fideicommiſſum in caſum obitus filij ſinè filijs poteſt limitari, vt procedat, quatenus idem filius inteſtatus moriatur.*

8 *Et talis limitatio non dicitur correctio fideicommiſſi antecedentis, ſed potius declaratio.*

9 *Fideicommiſſum non eſt incompatibile cum facultate alienan. cum poſſit habere locum non ſecuta alienatione.*

10 *Dominus dicitur ille, qui habet dominium abſolutum rei.*

11 *Legitima non debetur ab inteſtato, ſed tota ſucceſſio, niſi quatenus quis abſtineat ab hæreditate.*

12 *Fideicommiſſum reſtrictum ad caſum impotentiæ teſtandi non poteſt extendi ad caſum teſtamenti.*

13 *Verba prolata per modum conſilij non important neceſſitatem, nec inducunt fideicommiſſum.*

DECISIO CLXV.

AD impediēn immiſſionem petitā à Vincentio, & fratribus de Rodulphis in bonis hæreditarijs Hieronymi duo opponebantur à Ludouico, alterum,quod Teſtator prohibuerit aperitionem Teſtamenti exceptis tantum quibuſdam caſibus, alterum verò, quod fideicommiſſum ſit conditionale, quatenus ſcilicet filius perueniens ad pubertatem
1 teſtamentum non conderet; Et quoad primū licèt prohibitio aperitionis teſtamenti ſit expreſſa, & literalis, ideoque ſeruanda,vt diſponit *text.in l.vlt.ff.ad Trebell.& in l.eius 3.C.quemadm. teſtam. aper.* ibi, *præter partem, quam aperiri defunctus vetuit,* vbi *gloſ.in verb.vetuit,* firmat id procedere; ſiuè expreſsè, ſiuè tacitè prohibuerit, & not. *Azo.in Sum.num.9.C eod. tit.Vaſquez. de ſucceſſ. reſolut. lib. 2. §.17. ſub num. 4. limit.4.& 5.*

2 Nihilominus animaduertebant Domini, quod in præſenti caſu non prohibuit Teſtator aperitionem Teſtamenti ad excluſionem fideicommiſſi in caſibus à ſe diſpoſitis, ſed tantum ne patefacto Teſtamento antè purificatas ſubſtitutiones pararent ſubſtituti inſidias filio hæredi grauato, ad quem effectum etiam ex diſpoſitione legis prohibetur aperitio teſtamenti in pupillari ætate, vt eſt *tex. in l.pupillares 8.ff.quemadm.teſtam.aper.& in §.ſin autem,* vbi *Angel. in princ. & Pichard. num.1. inſtit. de pupill. ſubſt.*

3 Quod benè colligitur, tùm ex eo, quod poſt pubertatem filij voluit Teſtator illi Teſtamentum oſtendi priuatiuè etiam quoad Notarium rogatum, tùm etiam quia infra diſpoſuit, quod moriente filio cum filijs Teſtamentum publicaretur; Vndè idem permiſſum videtur ſi decederet ſinè filijs, cum militet eadem ratio *l.iam hoc iure ff.de vulg.& pupil. l.qui filiabus ff.de legat.1.Rot.deciſ.707.nu.4.par.2.*
4 *recent.* aliàs fruſtratoria fuiſſet diſpoſitio Teſtatoris, quod vtique non eſt diceñ, imò potius quælibet interpretatio capienda venit, *Alba. conſ. 106. num. 18. Mantic. de coniect. lib.3.*

tit. 2. num. 13. Rot. deciſ. 134. num. 3. part. 7. recent.

5 Verum ex ſecundo capite cenſuerunt Domini immiſſionem eſſe denegandam, quia extrà caſum pupillaris ætatis, qui non venit, Vincentius, & alij de Rodulphis non apparent vocati, niſi quatenus Io: Baptiſta non haberet filios, nec poſſet diſponere; Vndè licet ipſe deceſſerit ſinè filijs; Nihilominns quia diſpoſuit condendo Teſtamentum, fideicommiſſum euanuit, & expirauit ſubſtitutio *Alex. conſil. 59. ſub num. 6. verſ. patet quia, & num. ſeq. lib. 3. & conſ. 88. num. 1. verſ. ideò videtur lib. 7. Fuſar. conſ. 65. num. 27.*

6 Subſtitutus enim ſub duplici conditione copulatiuè non debet admitti, niſi vtraque conditione purificata *text. eſt in l. ſi hæredi plures ff. de condit. inſtit. Ruin. conſ. 96. num. 18. lib. 2. Dec. conſ. 89. num. 2. Roman. conſ. 131. num. 1. & conſil. 138. eodem num. verſ. ſecunda quia, Bec. conſ. 39. num. 22. & 23. lib. 1. Hond. conſ. 78. numer. 24. eodem lib. Peregr. conſ. 41. num. 11. vol. 3. & conſil. 119. num. 1. vol. 5. Surd. deciſ. 228. numer. 3. & 4.*

7 Nec cadit dubitatio, quin Teſtator fideicommiſſum à ſe relictum in caſum obitus filij ſine filijs potuerit limitare, & locum habeat ſi filius inteſtatus moriatur *iuxt. text. in l. generaliter C. de inſtit. & ſubſtit.* & benè probat *Iaſ. conſ. 232. numer. 4. & ſeqq. & præſertim num. 7. lib. 2. Ancharan. lib. 1. quæſt. 12. num. 9. Fabian. de Monte inter conſ. vlt. volunt. conſ. 149. num. 32. & ſeqq.* & firmauit *Surd. conſ. 10. num. 36.*

8 vbi quod hæc non eſt correctio, ſed declaratio, & limitatio, quia cenſetur Teſtator induxiſſe fideicommiſſum caſu, quo Hæres inteſtatus decederet, *& num. 37.* vbi quod facto Teſtamento voluit Teſtator fideicommiſſarijs præferendos eſſe eos, qui ab hærede grauato inſtituerentur, & tradit *Ruin. conſ. 76. numer. 13. lib. 2. Angel. conſ. 159. num. 3.*

9 Et in ſimili, quod facultas alienandi ſit compatibilis cum fideicommiſſo, illudque habeat tantummodo locum non ſecuta alienatione, probat *text. in l. Titius 54. ff. ad Trebell. Socin. conſ. 123. num. 3. & 4. lib. 3. Hond. conſ. 69. num. 22. & 23. lib. 2. Ruin. conſ. 114. ſub num. 11. & conſ. 153. num. 14. verſ. nec eſt aliqua repugnantia vol. 2. Rot deciſ. 186. num. 3. & 4. par. 4. tom. 2. recent. & coram Merlin. deciſ. 459. num. 3. & 4. in Sancti Seuerini fideicommiſſi 25. Iunij, & 14. Decembris 1646. & 27. Maij 1647. coram R. P. D. meo Veroſpio, & 27. Iunij 1651. coram me,* vbi cumulantur concordantes.

10 Quod autem Teſtator voluerit concedere filio facultatem teſtandi, & limitare fideicommiſsum in caſum obitus ipſius ſine Teſtamento, benè demonſtrant verba illa, *Et non morendo detto Gio: Battiſta in età puerile viuendo oltre li 14. ò 15. anni per il che viene padrone d'ogni coſa &c.* Non enim verificari poſsunt niſi in dominio abſoluto ad effectum liberè teſtandi; Nàm alias verè Dominus appellari non poſset ad *text. in l. fœminæ §. illud C. de ſecund. nupt. & in l. fin. §. ſed quia C. commun. de legat.*
11 *Suarez alleg. 9. ſub num. 15.* Et clarius ibi, *Et venendo occaſione di douer fare Teſtamento non hauendo detto Gio: Battiſta figlioli viuendo la Signora Lauinia Chiara ſua Madre laſciarli la legitima*; Quæ verba ſupponunt liberam bonorum diſpoſitionem filio attributam; Nàm ab inteſtato legitima non debetur, ſed tota ſucceſſio, niſi quatenus quis abſtineret ab hęreditate, & ideò ex teſtamento tantum relinquenda erat, ex notatis per *Peregr. de fideicomm. art. 36. numer. 5.* cum relat. per *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 1. quæſtion. 1. num. 9.* & firmauit *Rot. deciſ. 272. num. 13. par. 5. rec.*

12 Ac demum attentis illis verbis, ibi, *Et perche in caſo di morte di detto Gio: Battiſta ſenza figli non poteſſe detto mio Teſtamento, & diſpoſitione ſopra di nuouo fare, & confermare, io qui ſeguito, & dico, che ſe detto Gio: Battiſta morirà ſenza figliuoli legitimi &c. ſuſtitniſco à lui tutti quelli che hò di ſopra chiamati*; Ex quibus apparet, quod fideicommiſsum in caſum mortis filij ſinè filijs conditionale erat, quatenus idem filius ſine filijs decedens non poſset condere Teſtamentum, ac diſpoſitionem paternam de nouo facere, vel confirmare, cumque ſuum fideicommiſsum Teſtator reſtrinxerit ad caſum impotentiæ filij teſtandi, nequaquam illud extendi poteſt ad caſum contrarium, Teſtamenti ſcilicet conditi *Menoch. conſ. 171. num. 19. Rota deciſ. 267. num. 2. par. 2. recent.* vbi quod fideicommiſsum in caſu alienationis non poteſt trahi ad caſum mortis *Pereg. de fideicommiſſi art. 1. num. 36. Canal deciſ. 577. num. 5.* vbi quod fideicommiſsum factum in vno caſu ad aliũ extendi non debet, cum alijs adductis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 46. num. 1.*

13 Non obſtat, quod Teſtator hortatus fuerit filium ad diſponendum, prout ipſe diſpoſuit; Nam cum talia verba prolata fuerint per modum conſilij, non important neceſſitatem, neque inducunt fideicommiſsum *l. cum pater 79. §. mando,* ibique *Bart. Bald. & Caſtr. ff. de legat. 2. Peregr. de fideicom. dicto art. 1. num. 49. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 1. num. 12. Magon. deciſ. Lucen. 78. num. 5.*

Ex quibus cenſuerunt Domini immiſſionem eſse denegandam, cum Vincentius, & fratres non probent eueniſse caſum eorum vocationis *Aym. conſ. 161. num. 16. Peregr. de fideicomm. art. 43. num. 60. Surd. deciſ. 210 num. 5. Rot. in Romana fideicommiſſi de Cincijs 9. Iunij 1617. Remboldo* penes *Poſt. de manut. deciſ. 302. num. 1. & 2.*

Et ità deciſum fuit vtraque &c.

FAVENTINA LEGATI.

Lunæ 28. Aprilis 1653.

ARGVMENTVM.

Impugnans Teſtamentum, vel Codicillos ex capite dementię Teſtatoris debet illam concludenter probare, nec ſufficiunt Teſtes de credulitate, & dubitatiuè deponentes; Et in dubio ſemper præſumitur pro ſanitate mentis.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi non fuerit interpoſita in tempore, ſententia tranſit in iudicatum.*
2 *Sententiæ validitas reſultat ex reuolutione proceſſus.*
3 *Pro legatis competit hypotheca.*
4 *Saluianum interdictum intrat pro legatis.*
5 *Dementem quem eſſe, debet concludenter probari.*
6 *Teſtis affinis nihil probat.*
7 *Teſtis deponens per verbum* credo *non probat.*
8 *Dementia probari debet de tempore Diſpoſitionis.*
9 *Dementiam non probat actus, qui alicui cauſæ prudenter aſcribi poteſt.*
10 *Dementia non reſultat ex memoriæ imbecillitate.*
11 *Teſtis dubitatiuè deponens non probat.*
12 *Teſtis, deponens non audiuiſſe, non concludit, quod alij audire non potuerint.*
13 *Teſtes, qui patiuntur exceptiones in perſonis, non veniunt attendendi.*
14 *Teſtibus deponentibus de ſanitate mentis magis creditur, quàm alijs, qui deponunt de dementia, licet numero pluribus.*
15 *Notario aſſerenti, Teſtatorem eſſe ſanæ mentis, creditur.*
16 *Dementia non poteſt prætendi in Teſtatore, qui prudenter diſpoſuit de rebus ſuis.*
17 *Item ſi paulò antè Teſtamentum confeſſus fuit ſua peccata.*
18 *Legatario non retardatur immiſſio prætextu dementiæ Teſtatoris, ſi huiuſmodi exceptio ſit turbida.*

DECISIO CLXVI.

1 AD fauorem Matthiæ Fernianæ præſente Procuratore Partis aduerſæ fuit ſub die 12. Aprilis 1652. lata ſententia alterius confirmatoria ſuper immiſſione in poſſeſſionem prædij nuncupati *la caſa di ſopra*, quæ ob non interpoſitam appellationem in tempore, ſed tantum, ſub die 4. menſis ſequentis tranſitum fecit in iudicatum, prout hodie reſolutum fuit, per *tex. in cap. Romana §. ſi verò de appellat. in 6. cap. quòd ad conſultationem de re iudicata, Auth. hodie C. de appellat. Rot. deciſ. 548. nu. 1. par. 4. tom. 3. recent. & dec. 176. n. 2. par. 5.*
2 Concurrit enim validitas dictæ ſententiæ,
reſultans ex reuolutione proceſſus, & iuſtitia,
quia fuit conceſſa immiſſio Matthiæ ſuper
prędio controuerſo occaſione vſusfructus ſibi
relicti in codicillis Thomæ mariti, pro quo le-
3 gato competere hypothecam diſponit *text. in*
l. 1. C. com. de legat. §. noſtra inſtit. de legat. Ripa in l. 1.
n. 65. verſ. contrarium tenet ff. de legat. 1. Neguſant.
de pignoribus 3. membro ſecundæ par. num. 3. & dixit
Rot. coram Canaler. deciſ. 420. nu. 1. & ſeqq. Duran.
deciſ. 185. num. 4. & 5. & in rec. deciſ. 387. n. 2. par. 1.
4 & conſequenter intrare Saluianum firmatum
fuit coram *Seraph. deciſ. 828. num. 1. coram Merl.*
deciſ. 212. eodem num. & in rec. deciſ. 4. nu. 2. & deciſ.
541. n. 4. par. 5.
5 Prætenſio verò, quod Thomas Teſtator de
tempore codicillorum non eſſet ſanæ mentis,
nullo modo iuſtificatur, prout concludenter
qrobari deberet, cum in contrarium ſtet iuris
præſumptio *ad tex. in l. nè codicillos 5. C. de codicillis, Bald. qui ampliat etiã in ſeniſ imo in l. ſenium n. 1. C. qui teſt. fac. poſſ. Ioannes Andreas in cap. finali col. 2. n. 10. verſ. & qui hoc dicit de ſucceſſ. ab inteſt. Honded. conſ. 78. n. 53. lib. 2. Menoch. conſ. 683. nu. 1. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 5. nu. 3.* alijque plures relati per *Gratianum cap. 843. nu. 1. & 2. & nu. 36.* & firmauit *Rota in Romana hæreditatis de Gracchis 5. Octobris 1622. impreſſ. per add. ad Maſcard. de probat. Concl. 824. Caual. deciſ. 366. n. 3. Duran. dec. 178. n. 9. & ſeq. & in rec. deciſ. 384. n. 2. par. 1. & dec. 233. n. 17. & ſeqq. part. 7.*

Nec obſtant teſtes exaduerſo examinati;
nàm primus, qui eſt Notarius, & Cognatus Ioannis Aduerſarij, deponit per verbum
credo, non fuit præſens ſtipulationi, & aſſerit,
ſe non fuiſſe rogatum de codicillis, ex quo
Teſtator non reſpondebat ſuis interrogationibus, vt patet ex illis verbis, ibi, *Gio. Cattanei*
è mio Cognato, &c. & ibi, *credo che Tomaſſo non*
poteſſe eſſere in ceruello, nè poſſo giurarlo perchè non
c'ero preſente, &c. cominciai ad interrogarlo, e lui mi
guardaua fiſſo nel volto, e non mi riſpondeua, ſolo che
6 *due volte chiamò D. Antonio, &c.* Certum eſt au-
tem, quod Teſtis affinis nihil probat *can. ab-*
ſens el. 2. 3. q. 9. Alex. conſ. 132. nu. 27. lib. 5. Rota co-
ram Durano deciſ. 427. n. 3. cum alijs per Gabriel de
teſtibus concl. 15. num. 1. & ſeqq. Maximè cum lo-
7 quatur per verbum *credo*, dum credulitas, &
iudicium non eſt cauſatum à ſenſu inferente, ità debere credi *gloſſ. in cap. quoties verbo credere de teſtibus, Bald. in l. ſiue poſſidetis nu. 14. C. de probat. & in l. teſtium nu. 40. C. de teſtibus, Gratian. qui plures cumulat. cap. 843. nu. 6. & ſeqq. Rot. coram*
8 *S. mem. Greg. deciſ. 517. num. 17. & 18. & deciſ. 578.*
num. 12. Fortiùs verò in præſenti caſu, quia
non percutit tempus codicillorum, prout neceſſarium eſſe probat *tex. in l. 2. ff. de teſtamentis, Coru. conſ. 261. n. 22. lib. 4. Odd. conſ. 93. n. 33. & ſeq. Thomat. deciſ. Marcb. 24. nu. 3. Rota coram Caual. deciſ. 366. n. 1. & deciſ. 622. n. 7. Buratt. dec. 256. n. 4. & 5. & in rec. dec. 570. n. 15. par. 4. to. 3.*
9 Et quia ex ijs, quæ refert teſtis, patet, quod
ideò Teſtator non reſpondebat, quià erat affinis aduerſarij, & ſic non confidebat de eò, ac
propterea vocauit Antonium, vt duceret Frãciſcũ alium Notarium de teſtamento rogatũ,
quià plura addere volebat, vt deponit primus
Teſtis pro Matthia examinatus in *Summ. nu. 9.*
Quando autem actus alicui cauſæ prudenter
aſcribi poteſt, nullatenus dementiam probat
Alex. in l. ſi cum dotem. 23. §. ſi maritus num. 7. ff. ſol. mat. Iaſon conſ. 2. ſub n. 9. lib. 1. Pariſ. conſ. 88. nu. 68. lib. 3. Ramon. conſ. 42. nu. 20. & firmat *Magon. deciſ. Flor. 97. n. 16. verſ. qui quidem, & n. 22.*
10 Secundus verò, & tertius Teſtes nihil protſus concludunt circa dementiam, licet enim
deponant, quod Teſtator interrogatus à Notario an cognoſceret Teſtem, reſpondendo dixerit, ſe cognoſcere Dominicum Paganinũ,
& Andream de Lacu, qui tamen Andreas vocabatur Guizana, attamen vltrà quod poteſt eſſe, quod dictus Andreas Guizana denominaretur etiam Audreas de Lacu, adhùc talis error circa cognomen reſpiceret tantummodo imbecillitatem memoriæ, quæ non
impedit factionem teſtamenti, non autem de-

Digitized by Google

mentiam, aut defectum intellectus, vt ponderat *Pariſ. dicto conſ. 88. n. 4. & ſeqq. lib. 3. Ferett. conſ. 207. n. 14. verſ. neo dictum, Menoch. de præſump. lib. 6. præſumpt. 45. nu. 30. verſ. cæterum, & pluribus ſeqq. Rot. coram Buratt. deciſ. 256. nu. 10. & 11. Duran. deciſ. 178. nu. 18. & in rec. deciſ. 233. n. 23. par. 7. & in Romana donationis* 11. *Ianuarij* 1619. *coram bon. mem. Selencien.*

11 Quartus deponit dubitatiuè, & ideò nihil probat. *Rot. in rec. deciſ. 774. num. 6. par. 2. S. mem. Greg. deciſ. 290. n. 1. & ſeqq. ibique Add. n. 13. Buratt. deciſ. 256. num.* 8. cum alijs pluribus relatis per *Farinacc. de teſtib. q. 68. n. 21.*

12 Quintus dicit tantummodo, ſe non audiuiſſe Teſtatorem loquentem quod non ſufficit, dùm non coarctat negatiuam, nec excludit, quin alij audire potuerint *Hond. conſ. 99. nu. 34. & 35. lib. 2. Grat. conſ. 30. num. 15. & ſeqq. eodem lib. Surd. conſ. 414. ſub n. 73. relati per Cyriac. contr. 409. num.* 25. Et firmauit *Rota coram S. mem. Greg. dec. 351. n. 32. in Regien. hæreditatis* 22. *Februarij* 1636. *& 24. Aprilis 1637. coram Cocc. & in Firmana Codicillorum* 1. *Iulij* 1644. *&* 28. *Iunij* 1645. *coram Reuerendiſs. Terracinen.*

13 Sextus demum, & ſeptimus patiuntur exceptionem in perſona, & ideò eorum dictum non venit attendendum *Dec. conſ. 33. ſub nu. 4. verſ. 2. quia Burſatt. conſ. 70. nu. 43. lib. 1. Pariſ. conſ. 53. n. 36. lib. 4. Rol. conſ. 57. n. 41. eod. lib. Rot. dec. 264. n. 47. & ſeqq. par. 5. in rec.*

14 Maximè, quia in contrarium adſunt tres Teſtes formiter examinati, qui plenè deponunt de ſanitate mentis eiuſdem Thomæ teſtatoris tempore codicillorum, & ante, quorum primus inquit, quod rectè cum omnibus loquebatur, & quod iniunxit Notario de teſtamento rogato, vt illud ad ſe afferret, quia intendebat nonnulla addere, & ſecundus, qui eſt religioſus, & Confeſſarius, deponit Teſtatorem ſibi propriam intentionem patefeciſſe, & omnia ore proprio Notario dictaſſe, dum erat in ſenſu perfecto, quibus propterea teſtibus, licet nu. paucioribus, vti deponentibus de ſanitate mentis magis eſt eredendum, quàm alijs arteſtantibus de contrario *Decius in l. furioſum n. 20. C. qui teſt. fac. poſ. & conſ. 448. num. 10. Iaſon. conſ. 2. n. 10. lib. 1. Ferett. conſ. 207. n. 9. & 10. Mantic. de conieƈt. lib. 2. tit. 5. num. 6. verſ. addo, quod etiam, Gabr. de teſtibus concl. 4. n. 19.* Et vltrà plures, quos cumulat *Gratian. cap. 843. ſub num. 11. & 12.* firmauit *Rot. in Romana hæreditatis de Gracchis 5. Octobris 1622. impreſs. poſt add. ad Maſcard. de probat. concl. 824. Buratt. deciſ. 256. num. 19. ibique add. n. 29. & in rec. dec. 570. n. 17. par. 4. to. 3.*

15 Faciliùs verò in præſenti caſu, quia depoſitio eorundem Teſtium eſt adminiculata, & multum veriſimilis, tum attenta expreſſione facta per Notariũ in præfatis codicillis, quod Teſtator eſſet ſanæ mentis, quæ expreſſio vehementem præſumptionem facit, vt tradit *Bald. in l. ſanum 27. C. de tranſact. Hond. conſ. 78. n. 57. & ſeqq. lib. 2. Beron. conſ. 56. num. 10. in fin. eod. lib. Surd. conſ. 89. nu. 7. Rot. coram Buratt. deciſ. 211. n. 7. & dicta deciſ. 256. num. 3. & in recent. dec. 233. num. 32. par. 7.*

16 Tum etiam ponderata ſtructura, & tenore codicillorum, in quibus Teſtator legando Vxori ſuæ dilectiſſimæ vſumfructum Prædij controuerſi, donec naturaliter, & honeſtè vixerit, non ſolum expreſsit nomen eiuſdem prædij, ſed etiam laboratorum, nonnulla legata pia reliquit pro eius anima, & alia plura prudenter diſpoſuit, quæ congruunt tantummodo homini perfectæ mentis, vt ad propoſitum ponderat Ioannes Andreas *in cap. vlt. propè finem verſ. refert Valerius de ſucceſſ. ab inteſt. Alex. in l. furioſum 9. n. 3. ibique Iaſ. ſub n. 2. verſ. quarto limita C. qui teſt. fac. poſſ. Marſil. ſingul. 380. n. 3. Ioſeph Ludouicus deciſ. Peruſ. 1. n. 13. Gam. deciſ. 262. nu. 2. Boer. deciſ. 23. nu. 88. & ſeqq. Rota coram Durand. deciſ. 178. ſub num. 2. & in rec. deciſ. 384. n. 10. in fine par. 1. deciſ. 570. nu. 20. par. 4. to. 3. & dicta dec. 233. n. 29. par. 7.*

17 Tum demùm, quia immediatè ante conditos codicillos ſua peccata confeſſus fuit in ſenſu perfecto, vt deponunt teſtes dati in *Summ. num.* 12. quod ponderat *Dec. conſ. 448. n. 21. & num. 36. in fine Rot. in Romana hæreditatis de Gracchis 5. Decembris 1618. coram Rembol. Duran. deciſ. 178. n. 14. & in rec. deciſ. 384. n. 4. part. 1.* & in omnem caſum huiuſmodi exceptio vti turbida, & reſpiciens petitorium non poteſt legatariæ immiſſionem retardare *l. fin. Cod. quorum*

18 *bon. Ripa in rubrica ff. de pignoribus ſub n. 19. verſ. defendendo, Menoch. de adipiſc. rem. 3. nu. 180. verſ. in hoc iudicio. Rota in Romana Saluiani 20. Martij 1651. coram R. P. D. meo Veroſpio &c.*

Et ità &c. vtraque parte Informante.

BONONIEN. DE BOLOGNINIS.

Veneris 2. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Legitimam non poteſt prętendere Adoptiuus in bonis Adoptantis extranei, & in Trebellianicam tenetur imputare fructus perceptos: Hæres verò, qui non confecit Inuentarium, & bona fideicommiſſi alienauit, non deducit ſua credita.

SVMMARIVM.

1. *Legitima debetur filio in bonis Patris naturalis, non autem in bonis Adoptantis.*
2. *Legitima non debetur ei, cui præterito non competit querela, vel aliud ius impugnandi teſtamentum.*
3. *Adoptato ab Aſcendente debetur legitima, ſecus ab Extraneo, & in his terminis procedit deciſ. 360. par. 5. rec.*
4. *In Trebellianicam tenetur extraneus fructus perceptos imputare.*
5. *Hæres non poteſt detrahere ſua credita, ſi bona fideicommiſſaria alienauit, & Inuentarium non confecit, nam intrat præſumptio ſatisfactionis, vel ſubtractionis bonorum.*
6. *Fideicommiſſario non retardatur immiſſio prætextu detractionum, ſi illæ ſint turbidæ, & illiquidæ.*
7. *Fructus à die motæ litis imputantur hæredi in prætenſas detractiones.*

D E-

DECISIO CLXVII.

THadæus de Bologninis, qui vna cum Bartholomæo fratre plures in partibus ſentẽtias reportauit ſuper immiſſione in poſſeſſionem bonorum Bartholomæi, & Io:Mariæ de Bologninis, & deuoluta cauſa per appellationem ad Rotam, obtinuit deciſiones fauorabiles ſuper exiſtentia vtriuſque fideicõmiſſi, ſuper purificatione ad ipſius fauorem etiam quoad portionem Horatij, & Valerij, necnon eidem ſuffragari legitimationem Maximiliani Patris; Proſequendo diſputationem coram Me in locum Eminentiſs. D. Card. Otthoboni ſubrogato inſtetit diſputari dubium, An Palmerijs, & litis Conſortibus aduerſarijs aliquæ ſuper iiſdem fideicommiſſis competerent detractiones, & nullas competere reſponſum fuit.

1 Nam in bonis Bartholomæi fruſtrà petitur legitima ex perſona Aemilij, dum ipſe non eſt deſcendens à Teſtatore, ſed tranſuerſalis, & de tempore adoptionis habebat Patrem naturalem, à quo legitimam debebat conſequi non autem ab adoptante, *l. cum in adoptiuis §. ſed ne articulum, ibique gloſ. verb. tantummodo Cod. de adopt. Decian. conſ. 34. nu. 13. lib. 1. & conſ. 126. n. 10. lib. 3. Gabr. conſ. 24. n. 6. lib. 2. Tiraquell. in l. ſi vnquam verbo ſuſceperit liberos num. 8. in fine Cod. de reuoc. donat. Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 43. Marta de ſucceſs. par. 4. q. 5. art. 2. n. 42. verſ. Idcirco.*

2 Et regulare eſt, quod illi non debeatur legitima, cui præterito querela, vel aliud ius impugnandi Teſtamentum non datur, *l. cum quæritur, & l. omnimodò in fine C. de inoffic. teſtam. Rota coram Greg. deciſ. 135. num. 8.* prout illam non competere adoptato, probat *text. in §. ſed ex Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Ruſtic. in l. cum Auus lib. 2. cap. 12. ſub num. 2. de condit. & demonſtr. Peregr. de fideicom. d. art. 36. n. 43. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 8. ſub num. 20. verſ. neque obſtat, Marta de ſucceſſ. par. 1. q. 19. art. 1. num. 2. in fine, & par. 4. q. 5. art. 2. n. 42. verſ. Ergo præteritus, & n. 45.*

3 Non obſtat *deciſ. 360. num. 21. par. 5. in recent.* quia loquitur in adoptato ab aſcendente, non autem ab extraneo, prout ità explicat, & declarat *Aretin. in l. ex facto num. 12. in fine ff. de vulgar. & pupillar. Bald. in dicta l. cum in adoptiuis ſub num. 5. C. de adopt. cum alijs per Modern. Vrbinaten. de fratribus par. 1. cap. 33. n. 20.*

4 Trebellianica verò remanſit conſumpta ex perceptione fructuum totius hæreditatis per ſpatium annorum 60. & vltra, quos vti extraneus idem Aemilius in illam tenetur imputare *l. in fideicommiſſariam 18. vbi Ripa nu. 25. & l. deducta 58. §. ante diem ff. ad Trebell. l. Iubemus 6. C. eodem Peregr. qui plures cumulat. de fideicommiſs. art. 49. n. 62. Fuſar. conſ. 5. nu. 36. & conſ. 106. nu. 12. Rota coram Caual. deciſ. 20. num. 4. & deciſ. 540. n. 6. in rec. deciſ. 152. nu. 3. in fine par. 1. & deciſ. 88. n. 23. par. 5. & in Romana hæreditatis 14. Decemb. 1646. coram bo. mem. Arguelles.*

5 In bonis pariter Io:Mariẹ nullẹ competunt detractiones, dum ipſe Aemilius hæres inſtitutus inuentarium non confecit, & quamplura bona dicti fideicommiſſi alienauit, nam intrat præſumptio, vel quod illæ fuerint factæ, vel quod fuerint ſubtracta bona, ex quibus potuerint fieri, vt millies cenſuit Rota, & ſignanter *in deciſ. 77. num. 3. & 4. par. 5. recent. deciſ. 88. n. 23. & ſeqq. & deciſ. 126. nu. 28. 29. & 33. par. 7. Duran deciſ. 360. nu. 1. & ſeq. Merlin. dec. 265. n. 9. & deciſ. 383. nu. 15. & 16. Et fuit dictum in Auximana fideicommiſs. 13. Ianuarij 1640. & 31. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, in Romana fideicommiſs. de Spiritibus 12. Ian. 1643. coram R. P. D. meo Bichio, & in Bonon. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. coram me, vltra plures adductos per Gratian. forenſ. diſcept. cap. 570. n. 19. & 20.*

6 Vndè attentis prẹdictis non poteſt Thadæo retardari immiſſio, cum prætenſio detractionũ ſaltem remaneat turbida, & illiquida, *Rota deciſ. 301. n. 18. par. 6. recent. & deciſ. 164. n. 9. par. 7. in Romana hæreditatis 1. Aprilis 1647. & in Romana fideicommiſſi de Pelatijs 28. Iunij eiuſdem anni coram bon. mem. Arguelles, & in Bonon. fideicom. de Pancaldis 23. Ianuarij 1649. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

7 Præſertim quia à die motæ litis ſemper aduerſarii perceperunt fructus aſcendentes ad quantitatem notabilem, ex quibus dicta prætenſa eredita magis redduntur turbida, iuxta *gloſs. final. in auth. perpetua C. de Sacroſ. Eccleſ. Alciat. conſ. 63. n. 14. lib. 9. Rota coram Merlin. dec. 312. num. 5. in rec. dec. 391. n. 6. & dec. 411. n. 26. par. 5. in Rom. fideicommiſſi de Campagnolis 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Peutingero, & in d. Bonon. fideicommiſs. 5. Decemb. 1650. & 16. Iunij 1651. coram me.*

Et ita deciſum altera tantum parte informante, alterà verò ſæpè ſæpius monita, & citata.

AQVILANA BENEFICII.

Lunæ 5. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Attentans quæ teneatur facere ad effectum purgandi attentata per eum commiſſa, & poſſeſſio ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata reſpectu poſſeſſionis captæ ſufficiẽter purgantur per dimiſſionem eiuſdem poſſeſſionis.*
2 *Expenſæ, ſi non ſint liquidæ, debet attentans illas liquidare, vel præfigere terminum parti, quo elapſo ſufficit depoſitum vnius iulij.*
3 *Attentans tenetur reſtituere fructus perceptos.*
4 *Solutio facta in manibus Oeconomi à Iudice deputati, ſuffragatur ſoluenti.*
5 *Ex diuerſis non fit illatio.*
6 *Diuerſitas dignoſcitur ex diuerſitate perſonarum, temporis, & quantitatis.*
7 *Poſſeſſio probatur ex locatione, ſi concurrat perceptio affictuum.*
8 *Poſſeſſio probatur ex locatione iunctis adminiculis.*
9 *Poſſeſsio dignitatis debet apprehendi capitulariter.*
10 *Dignitas non dicitur de Capitulo niſi habeat ſtallum in Choro, & vocem in eodem Capitulo.*

11 *Poſſeſſio non poteſt impugnari ab eo, qui eodem modo illam accepit.*

12 *Manutentionis in iudicio non attenduntur exceptiones reſpicientes petitorium, & requirentes altiorem indaginem.*

DECISIO CLXVIII.

SVb die 28. Aprilis 1651. reſolntum fuit poſſeſſionem beneficij controuerſi captã à Paulo Camponeſco in ſpretum Inhibitionis Rotalis, vna cum omnibus inde ſecutis eſſe attentatam; Quia verò idem Paulus prætendebat purgaſſe attentata, & è conuerſo Ioſeph Coliſta inſtabar pro mandato de manutenendo, vtrumque dubium propoſui. Et Domini non conſtare de ſufficienti purgatione attentatorum, ſed Ioſepho dandum eſſe mandatũ de manutenendo reſponderunt. Moti ex eo, quia licet reſpectu poſſeſſionis conſtet de renunciatione, mediante inſtrumento publico,
1 quam ſufficere dixit *Rota deciſ.269.num.1. verſ. nam licet par.1.rec.in Bonon.attentatorum 26. Febr. 1642.coram Reuerendiſs.Salam. & in Aueniomen.at-*
2 *tentatorum 14.Febr.1650.coram me.* Et quoad expenſas mediante præfixione termini ad liquidandum in vim ſpecialis commiſſionis vna cum depoſito vnius iulij iuxta ſtylum ſeruari ſolitum donec liquidata fuerint. *Rot.coram Seraph.deciſ.655.num.4.in Pampilonen. beneficij coram Blanchetto apud Marcheſ.de comm.to.1.fol.432. eod. num.coram S.mem. Greg.deciſ.503. numer.1. & ibi Add. nu.6.* & firmarum fuit *in Verulana bonorum 5.Iulij 1649.coram Reuerendiſs.D.meo Decano.*

3 Attamen quoad fructus perceptos non couſtar de illorum reſtitutione, cum tamen ex quietantijs ſubſcriptis ab eodem Paulo appareat ipſum exegiſſe de anno 1650. & 1651. à Colonis bonorum Eccleſiæ ſalmas frumenti viginti duas, quæ omnino erant reſtituendæ, vt firmat *Lanceliott.de purgat. attentat.par.3. c.29. num.32. Rota deciſ.5.num.1. de reſtit.ſpoliat in nou. Seraph.deciſ.1176.num.2.& numeris ſeqq.& in rec. deciſ.269.n.1.& 2.par.1.*

4 Nec ſubſiſtit reſponſio exaduerſo data, quod
dictum frumentum conſignatum fuerit Oeconomo ab Epiſcopo deputato, cui rectè ſolui
poſſe probat *tex.in cap.cum vos de off. ordin. & in can.quoniam 75.diſt. cum concordan.* quoniã aliud
eſt frumentum, quod fuit exactum ab Oeconomo, aliud verò conſignatum ipſimet Pau-
5 lo; Et propterea de vno ad aliud inferri non
poteſt *l.Papinianus 21. ff.de minor. Surd.conſ.150. num.94. Rota coram ſan.mem. Greg.deciſ.115.nu.4.*
6 Cumque adſit diuerſitas non ſolum in perſonis, ſed etiam in tempote, & in quantitate, prætendi non poteſt, quod frumentum ſit idem per ea, quæ tradit *Iaſ.in conſ. 87. num. 7. lib.3.Surd.conſ.80.n.8.& per tot. Rota coram Burat. dec.157.n.2.& dec.298.n.4.*

7 Reſpectu verò manutentionis poſſeſſio Coliſtæ viſa fuit Dominis ſufficienter probari ex inſtrumento locationis bonorum vna cum perceptione fructuum *iuxt. gloſ. in l.qui vniuerſas §.quod per Colonum verb. Colonum ff. de acquir. poſſeſs.Alex.conſ.10.num.3.verſ.licet* vbi probatur *lib.4.Rot.coram Buratt.dec.263.num.1.in fin.& ibi Add. litera A. in recentioribus deciſ. 29. num.3. par.5.* & dictum fuit *in Romana domus 25. Febr. 1647.coram me.*

8 Maximè cum talis perceptio fructuum adminiculetur ex depoſitione duorum teſtium, quorum alter ſer.ſeru. alter verò ad perpetuã rei memoriam examinatus fuit, necnon ex atteſtatione Maſſariorum, & Officialium terræ Pratæ, & ex alijs latius in facto deductis, quo caſu poſſeſſionem ſufficienter probari, etiam contra tertium firmauit *Rota coram Coccino dec.161.nu.4. Seraph.dec.896.nu.2. S.m.Greg. dec.318.n.3.& 4.& in recent.dec.573. n.5.par.2.& dec.22.n.12.par.7.*

9 Non obſtat, quod poſſeſſio non fuerit capta
capitulariter, tum quia nullibi iuſtificatur Ab-
batiam controuerſam eſſe dignitatem, & ha-
10 bere ſtallum in Choro, & vocem in Capitu-
lo, prout requiritur ad hunc effectum, vt dixit
*Rota coram Seraph.dec.98.nu.1.in Ciuitaten.Archi-
prasbyteratus 3.Iulij 1645.corã R.P.D. meo Cerro,
& in Cathacen.Cantoratus,* vbi aliæ cumulantur
22.Maij 1651. coram me. Tum etiã quia eodem
11 modo abſque facto Capituli poſſeſſio fuit
apprehenſa à Paulo, qui propterea agnouiſſe
videtur, quod talis ſolemnitas non ſit neceſ-
ſaria iuxta deducta *in Gerunden. Cappellania 27.
Ian.1645.coram R.P.D.meo Bichio.*

12 Exceptio, quod eadem poſſeſſio capta fuerit in vim Regreſſus, abſque eo quod præceſſerit ſententia illius canonizatoria, vti reſpiciens petitorium, & requirens altiorem indaginem, non venit attendenda in hoc ſummariſſimo iudicio manutẽtionis *Oſaſcus dec.116. num.7. Rota d.deciſ.99.nu.2.par.1.& coram Buratt. dec.194.n.7.*

Et ità deciſum fuit vtraque Parte Informante.

CALAGVRITANA BENEFICII DE LEQVITIO.

Veneris 23. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Beneficia Diœceſis Calaguritanę debent adiudicari ei, qui habet requiſita neceſſaria ex forma Conſtitutionis Clem. VIII. & illi qui eſt dignior, & habet qualitates præponderantes, inter quas connumeratur Sacerdotium, & Baccalaureatus nõ obſtante Iudicio Ordinarij, pro quo non præſumitur, quando ex forma eiuſdem Conſtitutionis tenetur aliquem inſtituere.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Diæceſis Calaguritana veniunt illi adiudicanda, qui habet requiſita neceſſaria.*

2 *Dignior præferendus venit in adiudicatione beneficij.*

3 *Dignus an poſſit præferri in electione ſimplicis beneficij omiſſo digniore eſt opinio controuerſa.*

4 *Dignior dicitur qui eſt Sacerdos.*

5 *Etiam*

Digitized by Google

5 *Etiam ſi beneficium non ſit Sacerdotale.*
6 *Itam dignior dicitur ille, qui lauream Baccalaureatus aſſecutus fuit.*
7 *Beneficiato præfertur non habens beneficium.*
8 *Quod procedit quatenus dictum beneficium ad congruam ſuſtentationem ſufficiat.*
9 *Et quatenus alter non habeat qualitates præponderantes, & ſic cæteris paribus.*
10 *Ordinarij iudicium habet præſumptionem pro ſe.*
11 *Declara, quandò liberam electionem habet, ſecus verò quando ex neceſſitate inſtituere debet præſentatum ab altero.*
12 *Tunc enim, ſi fuerit electus minus dignus, non conuincitur erroneum iudicium ordinarij, ſed Præſentantis.*

DECISIO CLXIX.

1 CVM Martinus de Eſcalante doceat ſe eſſe filium Naturalem, & Patrimonialem Oppidi de Iequitio, in quo vacauit beneficiũ controuerſum, comparuerit intra legitima tempora, & ab examinatoribus Synodalibus renunciatus fuerit idoneus non ſolum ad ſimplicia, ſed etiam ad Curata, meritò cenſuerunt Domini eidem beneficium eſſe adiudicandum, vt ad literam diſponit particularis Conſtitutio ſan: mem: Clementis VIII. ſuper iſtis beneficijs diœceſis Calaguritanę & dixit *Rota in Calaguritana beneficij de Cornago 27. Maij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, in Calaguritana beneficij de Bilbao 28. Iunij 1651. coram Eminentiſſimo Cardinali Otthobono in Calagurit. Beneficij de Alexanco 24. Ian. proximè præteriti coram R.P.D. meo Peutingerio*, & paſſim in alijs.

2 Nec refert, quod eædem qualitates requiſitæ per d. Conſtitutionem concurrant etiam in cæteris oppoſitoribus; nam cum in Martino etiam alię reperiantur, quę illum digniorem reddunt, ipſe propterea præferendus venit *cap. quoniam de Iurepatron. can. Metropolitano 63. distinct. Gonzal. ſuper regul. 8. gloſ. 4. nu. 117. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 11. num. 5. Buratt. dec. 22. num. 29.* & firmatum fuit *in Calaguritana beneficij 10. Aprilis 1652. coram R. P. D. meo Meltio, & vltimo loco in Calaguritana beneficij de Arnedo 28. Martij proximè præteriti coram R.P.D. meo Peuting.*

3 Et licet in beneficijs ſimplicibus controuerſa ſit valdè opinio, an poſſit eligi dignus omiſſo digniore: attamen in præſenti caſu tollitur omnis difficultas ex verbis eiuſdem Conſtitutionis præcipientis expreſsè eligi, & præſentari digniorem, vt aduertit *Garz. de beneficijs par. 7. cap. 16. num. 17. Gutier. Canonic. quæſt. lib. 2. cap. 11. num. 55.* optimè *Rot. cumulatis Concord. in Calaguritana beneficij 27. Nouembris 1648. coram R. P. D. meo Bichio, & in Calaguritana beneficij de Lumbreras 18. Martij 1652. coram R. P. D. meo Meltio.*

4 De qualitatibus autem, quibus Martinus præpollet Alijs non poteſt dubitari, quia ex literis patentibus ordinarij datis in *Summ. nu. 4.* conſtat ipſum vſque de menſe Aprilis 1644. fuiſſe promotum ad ordines Sacros, cum tamen alij oppoſitores cum eo concurrentes ſint deſtituti huiuſmodi qualitate, quam ad hunc effectum ponderat *Dec. conſ. 542. num. 12. & 13. Lara de Capellan. lib. 2. cap. 3. num. 17. Gutierez conſ. 2. num. 22. in fine.* Etſi beneficium
5 non ſit Sacerdotale *Calaguritana beneficij della caſa della Reina 2. Martij 1648. coram Reuerendiſs. Terracinen. Calaguritana beneficij de Vuzella 1. Iulij 1652. coram R.P.D. meo Albergato & in Calaguritana beneficij de Ocon eodem die, & anno coram R.P.D. meo Zarate.*

6 Prout pariter conſtat, quod de menſe Maij 1645. Lauream Baccalaureatus in Vniuerſitate Salamantina aſſecutus fuit, quam qualitatem magnifecit *Rota in Calaguritana Beneficij de Cornago 10. Maij 1639. coram Reuerendiſs. Terracinen. in Calaguritana Beneficij del Ziego 6. Februar. 1651. & in Calaguritana Beneficij de Logronno 20. Nouembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Veroſpio, & in dicta Calaguritana Beneficij 15. Ian. 1652. coram R.P.D. meo Bichio.*

7 Non obſtat, quod Martinus in literis ſui Sacerdotij nuncupetur Capellanus S. Mariæ Villanouæ diœceſis Aſtoricen. & propterea tanquam beneficiatus ab alijs non beneficiatis remaneat excluſus per *tex. in cap. is, cui de præbend. in 6. Rot. coram Pen. deciſ. 388. n. 3. & 4.* Nam vltra quod non probatur eandem Capellaniã ad congruam ſuſtentationem ſufficere, prout neceſſarium eſſe firmauit *Rot. in Calaguritana*
8 *Beneficij della caſa della Reina 27. Martij 1648. coram Reuerendiſs. Terracinen. in Calaguritana Beneficij de Anſeio 1. Iulij 1652. coram R. P. D. meo Veroſpio, in Calaguritana beneficij de Bilbao 10. Febr. proximè præteriti coram R. P. D. meo Peuting. & in Calagurit. Beneficij de Haro 14. Martij præteriti coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

9 Adhuc talis probatio releuare non poſſet, niſi cæteris paribus, non autem quando in Beneficiato concurrunt qualitates præponderantes, vt declarat *Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. allegat. 60. num. 103.* & dixit *Rot. deciſ. 61. num. 4. par. 3. recent. in Calaguritana Beneficij de Bãnares 11. Decembris 1651. coram Eminentiſs. Card. Otthobono Calaguritana Beneficij 15. Ianuarij, & 2. Decembris 1652. coram R. P. D. meo Bichio, & in Calaguritana Beneficij de Anſeio 1. Iulij eiuſdem anni coram R.P.D. meo Veroſpio.*

10 Minus facit, quod Garzias habeat pro ſe Iudicium Ordinarij, pro quo regulariter præſumẽdum eſſe diſponit *tex. in cap. in præſentia de renunc.* quia hoc bene procederet, ſi ordinarius
11 liberam electionem haberet, ſecus veró cum ex forma Clementinæ Conſtitutionis Inſtitutionem dare debeat præſentato à Beneficiatis, nam ea attenta non intrat Iudicium Ordinarij
12 ſed Beneficiatorum, quod erroneum conuincitur, dum ex ſupradictis Martinus apparet dignior, vt pluries firmauit *Rota, & ſignanter in Calaguritana Beneficij 27. Nou. 1648. & 15. Ian. 1652. coram R. P. D. meo Bichio, in Calaguritana beneficij de Lumbreras 18. Martij eiuſdem anni 1652. coram R.P.D. meo Meltio, in Calagurit. beneficij 13. Ian. currentis anni coram Reuerendiſs. D. meo Decano, in Calaguritana beneficij de Murillo 14. Febr. præteriti coram R.P.D. meo Albergato.*

Et itá Martino tantum Informante deciſum fuit.

B O-

Digitized by Google

BONONIEN. LAVDI.

Veneris 6. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Laudum, latum ab Arbitratore vigore Compromiſſi cum obligatione camerali, & clauſulis ampliſſimis, habet executionem paratam, & ſuſtinetur etiam ſine citatione, & cum informationibus extraiudicialibus, etiamſi arbitrator fuiſſet Religioſus.

SVMMARIVM.

1 *Laudum, latum vigore compromiſſi iuramento, & obligatione camerali vallati, paratam habet executionem.*

2 *Maximè ſi in compromiſſo conuentum fuerit, quod debeat executioni demandari omni, & quacumque appellatione remota ad inſtar trium conformium, & rei iudicatæ.*

3 *Compromiſſum poteſt fieri in religioſum tanquam arbitratorem, & amicabilem compoſitorem.*

4 *Arbitratoris aſſertioni non eſt ſtandum in concernentibus propriam iuriſdictionem.*

5 *Compromiſſum an poteſt fieri in Religioſum ſinè licentia ſui ſuperioris.*

6 *Et an licentia præſumatur, quandò partes faſſa fuerunt, omnia interueniſſe.*

7 *Laudum ſeu arbitramentum, latum à Religioſo ſinè licentia ſuperioris, valet, licet Ipſe acceptando compromiſſum, non bene faciat.*

8 *Arbitrator poteſt etiam ſe extraiudicialiter informare, attentis clauſulis* procedendi de facto, & ſine tela iudiciaria.

9 *Arbitratorem fuiſſe informatum de rationibus, & meritis cauſæ, probatur ex confeſſione partium.*

10 *Contra confeſſionem propriam nemo venire poteſt.*

11 *Arbitratores aliquando diſcutiunt prius iura partium, & poſteà reportato compromiſſo pronunciant.*

12 *Arbitrator poteſt procedere ſinè citatione, quando in compromiſſo adeſt talis facultas.*

13 *Diuerſitas confinium demonſtrat diuerſitatem rei.*

14 *Identitas probari debet ab eo, qui in illa ſe fundat.*

15 *Fructus, percepti à die motæ litis, veniunt reſtituendi.*

DECISIO CLXX.

PENDENTE Iudicio in Rota inter Co: Io:
Baptiſtam de Blanchis, & Angelũ Manſiũ de Naſcentorijs ſuper prædio della Torricella, quod prætendebatur ſuppoſitum fideicõmiſſo Raynerij de Naſcentorijs, quia cauſa per tres vices propoſita nulla fuit capta reſolutio, ſed dictum, quod coadiuuarentur probationes Partes deuenerunt ad Compromiſſum in perſonam R. D. Caroli Ioſephi Roſſerij, eligendo illum in Arbitrum, Arbitratorem, & amicabilem compoſitorem, cum facultate procedendi, & decidendi huiuſmodi, & aliàs differentias de Iure, & de facto tantum, ſola facti veritate inſpecta, altè. & baſsè, ſinè figura Iudicij, & tela Iudiciaria, nullo Iuris ordine ſeruato, omnique ſolemnitate omiſſa, eius mero, libero, & abſoluto arbitrio, & cum alijs ampliſſimis clauſulis, vt in *Summ. num.* 2. Vnde lato dicto Laudo, & cauſa mihi commiſſa cum facultatibus A. C. dubitaui an illud eſſet exequendum, & affirmatiuè
1 reſolutum fuit, quia cum emanauerit in vim
compromiſſi Iuramento, & obligatione Camerali vallati, paratam habet executionem, *Io: de Anan. conſ.* 50. *num.* 8. *Rota deciſ.* 516. *num.* 1. *par.* 3. *rec.* & *coram Durano deciſ.* 210. *num.* 5. *repet. in rec. deciſ.* 300. *par.* 5. & *poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ.* 152. *nu.* 1. & 2.

2 Maximè cum inter partes Conuentũ fuerit, quod illud deberet executioni demãdari omni, & quacumque exceptione remota, ad inſtar trium conformium, & rei Iudicatæ, *l. ne in arbitris C. de recept. arbitr. Pariſ. conſ.* 45. *num.* 13. *lib.* 1. *Grat. conſ.* 34. *nu.* 2. & 3. *eodem lib. Mar. Ant. var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 2. *num.* 24. *Boer. deciſ.* 284. *num.* 26. *verſ. vel niſi actum, Amat. deciſ. March.* 58. *num.* 17.

3 Exceptiones verò exaduerſo deductas, cenſuerunt Domini, non releuare: nam, quod illud latũ fuerit à Religioſo, ceſſat ex facultatibus compromiſſi, ex quibus apparet ipſum fuiſſe electum etiã in Arbitratorem, & amicabilem Compoſitorem, prout eligi poſſe, firmat *Odofred. in l. ſi quis ex conſenſu in fin. C. de Epiſ. Aud. ibique Bald. num.* 5. *Idem Bald. in l. Pedius* §. *in ſeruum num.* 5. & 6. *ff. de recept. Arbitr. Alberic. de Roſate in l. non diſtinguemus* §. *ſacerdotio nu.* 8. *ff. eod. Abb. qui reddit rationem in cap. Quintauallis nu.* 13. *de Iure iur. Sanchez ad præcepta decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 55. *in fin.* & *num.* 60. *Tamburin. de Iur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 6. *n.* 29. & dixit *Rota Cor. S. m. Greg. dec.* 204. *n.* 9.

4 Non obſtat, quod non appareat de licentia Superiorum, & in ijs quæ concernunt propriam iuriſdictionem non ſit ſtandũ aſſertioni Arbitratoris per ea, quæ tradit *Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum nu.* 130. *verſ. non obſtat de Conſt.*
5 *Rota coram Buratto deciſ.* 29. *num.* 5. & 6. Nam
eſto, quod illa fuiſſet neceſſaria, adhuc cum
6 partes in inſtrumento compromiſſi expreſsè
faſſæ fuerint, omnia interueniſſe, nec aliud remanere, niſi ſimplicem prolationem Laudi, talis licentia præſumitur adhibita *Iaſ. conſ.* 12. *num.* 10. & *numer.* 11. & *is in fin. lib.* 1. *Corn. conſ.* 2. *num.* 7. *lib.* 2. *Alciat. de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 18. *verſ.* & cum iſtud, vbi, quod licet Religioſus non benè faciat acceptando compromiſſum ſine licentia, nihilominus eius arbitramentum ſeruari debet, maximè in præſenti caſu, in quo renunciatum fuit, etiam Iuri dicendi de nullitate *Caſtr. conſ.* 260. *n.* 1. *verſ. ſi verò,* & *num.* 2. *lib.* 1.

8 Minus vrget defectus probationum; Nam etſi illæ non appareant in actis attamen attentis clauſulis procedendi, etiam de facto, & ſine tela iudiciaria, potuit Arbitrator ſe extraiudicialiter informare, vt dixit *Rot. deciſ.* 380. *n.* 2. *par.* 3. & *deciſ.* 38. *num.* 3. *par.* 5. *rec.* Imò cum eædem partes aſſeruerint in compromiſſo, quod coram Arbitro fuerint deductæ, propoſitæ, & al-

Digitized by Google

& allegatæ rationes, documenta, petitiones, & replicationes, quodquè illæ pluries, & pluries, ac ſæpè ſæpius fuerint cum ſatisfactione ambarum partium diligenter viſæ, auditæ, intellectæ, ac conſideratæ non poſſunt hodiè
10 contra propriam confeſſionem opponere de tali defectu, nec excipere, quod laudum ſit latum ſine probationibus, & ſine cauſæ cognitione, vt per *Soccin. conſ. 121. col. 3. ſub numer. 3. verſ. ſed præmiſſis non obſtan. lib. 3.* vbi teſtatur
11 pluries vidiſſe Arbitratores diſcutere prius iura partium, & poſtea reportato Compromiſſo pronunciare, prout factum fuit in præſenti caſu, & eius dictum ſequitur *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 76. num. 30. Gabr. de ſent. concluſ. 6. num. 13. Theſaur. deciſ. 253. num. 7.*

12 Et ex facultatibus eiuſdem compromiſſi ceſſat etiam defectus Citationis, dum Compromittentes fuerunt concordes, quod Arbitrator procederet etiam ſine Citatione, ibi, *Citatis, vel non Citatis partibus*, ad *Text. in l. diem proferre §. ſi quis litigatorum*, ibique *Bald. ſub nu. 2. ff. de recept. arbit. Speculat. de citat. §. viſo ſub nu. 15. Aſin. in pract. §. 7. lim. 57. num. 1. Mar. Anton. d. reſol. 2. num. 22. verſ. ad ſecundum lib. 2.*

13 Iniuſtitia pariter deducta ex eo, quod per Sententias fuerit Angelo conceſſa immiſſio ſuper toto prædio *della Torricella*, & nihilominus per laudum fuerit reſtricta ſuper 40. tornaturis tantum, tollitur, & ex Teſtibus examinatis poſt reſcriptũ Rotale, quod Coadiuuarentur probationes, & ex tribus inſtrumentis datis in *Summ. num. 6. & ſeqq.* ex quibus apparet duo prædia eiuſdem nominis *della Torricella*, inter ſe diſtincta, & ſeparata fuiſſe poſſeſſa ab Aemilio Seniore de Blanchis, alterum conſiſtens in tornaturis 100. circiter, alterum verò in tornaturis 70. Et ex hoc vltimo Rainerium emiſſe dumtaxat tornaturas 40. ab Aemilio Seniore certis deſignatis confinibus omninò diuerſis ab iis, qui aſſignantur prædio tornaturarum 100. Vnde ex dicta confinium diuerſitate arguitur diuerſitas prædii, & tornaturarum, *Bart. in l. demonſtratio falſa numer. 14. ff. de condit. & demon. Natt. conſ. 429. nu. 12. Rota coram ſan: mem: Greg. deciſ. 555. num. 8. & co-*
14 *ram Merlino deciſ. 415. nu. 5.* Cum tamen identitas debuiſſet concludenter probari ab Angelo, qui in ea ſe fundat *Corn. conſ. 144. nu. 11. lib. 4. Aym. conſ. 198. num. 4. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 12. num. 1. & ſeqq. Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 195. num. 5. Merlin. deciſ. 476. num. 2. & in rec. deciſ. 407. num. 1. par. 4.*

15 Demum ad id, quod dicitur, laudum fuiſſe iniuſtum etiam in ea parte, in qua condẽnat ad reſtitutionem fructuum, qui exaduerſo fuerunt percepti ex bonis Pirrhi, ſufficit allegare deciſiones factas coram Reuerendiſſimo Tarraconeñ, & ſententiam ab ipſo latam, & eſt de iure, quod victus debeat reſtituere fructus perceptos à die motæ litis *l. 2. C. de fruct. & lit. expen. l. certum C. de rei vendic. Rota deciſ. 165. num. 54. & deciſ. 189. num. 1. par. 7. rec. Et in Bonoñ Bonorum 26. Febr. 1649. coram Eminentiſſ. Otthobono.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA CASALIS.

Lunæ 23. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Debita Teſtatoris ſoluenda ſunt ex toto aſſe hæreditario, & ab hæredibus pro æquali portione; Retentio verò non datur, niſi credita ſint certa, & plenè iuſtificata.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes ſi ſint plures, vnuſquiſque tenetur pro rata.*

2 *Retentio non datur pro creditis illiquidis, & turbidis in quantitate.*

3 *Retentio non competit pro creditis, niſi illa plenè iuſtificentur.*

DECISIO CLXXI.

SVB die 14. Iunij 1649. firmatum fuit coram bo: me: Arguelles Puellis diſperſis S. Euphemiæ hæredibus Iacobi Tholomæi deberi rubra viginti octo Caſalis S. Proculæ detenta per Artemiſiam, & Martham Aduerſarias; fundamentum reſolutionis fuit, quia illa vſque de anno 1578. adiudicata fuerunt Michaeli de Groſſis, & Oliuæ de Blondis legatarijs Pauli fideicommittentis, & poſteà per Iacobum fuerunt ab iiſdem recuperata mediante ſolutione ſcutorum 900.

Prout pariter firmatum fuit deberi Puellis prædictis aliam ratam, & partem Caſalis pro ſumma ſcutor. 300. quæ Iacobus de proprio ſoluit de anno 1576. Eccleſiæ S. Mariæ Puritatis.

Verum hodiè, repropoſita coram me Cauſa, cenſuerunt DD. Deciſionem eſſe refor-
1 mandam; Nam cum hæreditas Pauli Teſtatoris diuiſa fuerit in duas partes, quarum altera peruenit ad Puellas occaſione legitimæ, & trebellianicæ, debitæ Iacobo earum Authori; Altera verò ad Lucretiam Vaccham, & deindè ad Artemiſiam, & Martham filias legatum ſupradictum, & debitum ſcutor. 300. non erat ſoluendum ex ſola portione dictarũ Artemiſiæ, & Marthæ, ſed ex toto aſſe hæreditatis, & ſic ab vtroque ex hæredibus pro medietate iuxtà *text. in l. 1. C. de hæredit. action.* ibique *Bart. & Cyn. num. 1. Bald. conſ. 194. eodem num. lib. 4. Rota coram Merlin. deciſ. 631. num. 2. & coram ſan: mem: Greg. XV. deciſ. 442. num. 3.* & ibi *Add. num. 5.* pluresque cumulat *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 16. num. 7.*

2 Nec obſtat prætenſa retentio occaſione fructuum cenſus ſcutorum 400. in ſorte; quia cum dictæ Sorores per ſpatium tot annorum perceperint indebitè fructus ex ſupradicta rata rubrorum 14. vel ex illis conſequutæ fuerunt ſatisfactionem, vel ſaltem creditum remanſit adeò turbidum in quantitate, ità vt nullo modo mereatur retentionem *Rot. coram Duran. deciſ. 113. num. 7. & in rec. deciſ. 433. num. 4. part. 2.* & fuit dictum *in Regien. ſeu Salernitana*

bono-

Digitized by Google

bonorum 25. *Maij* 1646. *coram R.P.D. meo Meltio, & in Bonon. fideicommiſſi* 16. *Iunij* 1651. *&* 17. *Iunij* 1652. *coram me*.

3 Et ex eadem ratione ceſſat etiam retentio quoad alia credita exaduerſo deducta: Maximè cum illa non plenè, & concludenter iuſtificentur, vt dixit *Rot. poſt Cenc. de Cenſib. dec.* 498 *num.* 15. & latè firmatum fuit *in Romana, ſeù Ianuen. locorum Montium* 1. *Martij* 1641. *coram Reuerendiſſ. Tarraconen. & in Tuſculana Saluiani* 17. *Iunij* 1647. *coram R.P.D. meo Veroſpio*.

Et ità &c.

VITERBIEN. BENEFICIORVM.

Lunæ 23. *Iunij* 1653.

A R G V M E N T V M.

Reſignatio iuxtà Conſtitutionem Gregor. XIII. publicari debet, aliàs beneficia vacant ob non factam dictam publicationem, non autem per obitum Reſignantis:

S V M M A R I V M.

1 *Reſignatione non publicata, beneficia vacant ob non factum dictam publicationem, & collatio ſpectat ad Papam*.

2 *Impedimentum non habetur in conſideratione, quando illud remoueri potuit, nec fuerunt adhibitæ diligentiæ*.

3 *Reſignatio facta ad fauorem, quando non fuit ſortita effectum non abdicat ius à Reſignante*.

Declara Concluſionem prædictam, vt num. 5.

4 *Reſignatio ad fauorem habet in ventre conditionem*, quatenus beneficium perfectè acquiratur Reſignatario.

6 *Reſignatio ſortitur effectum ſuum eo ipſo, quod Papa Reſignationem admiſit, & gratiam purè conceſſit.*

7 *Reſignans ad fauorem alicuius reſignatione admiſſa habetur pro mortuo*.

8 *Reſignatione admiſſa, & non publicata, ſi interim Reſignans decedat, beneficium vacat ob non publicationem, non autem per mortem*.

9 *Onus publicandi Reſignationem non facit prouiſionem conditionalem, ſed reſolubilem quatenus publicatio non ſequatur*.

10 *Conſtitutio Gregoriana reſoluit ius quæſitum Reſignatario non ſequuta publicatione*.

11 *Renuncianti non datur regreſſus ad iura renunciata.*

12 *Reſignatio non dicitur perfecta, niſi præſtito formali conſenſu in Camera, vel Cancellaria, & extenſo per Notarium*.

13 *Reſignans poteſt recedere à conſenſu præſtito in parua data*.

14 *Sed hoc procedebat de ſtylo antiquo, qui hodie non ſeruatur*.

15 *Reſignantis conſenſus hodie non recipitur, niſi poſt ſignatam ſupplicationem, & gratiam perfectam.*

Stylus Dataria probatur ex atteſtatione, & fide Officialium eodem num. & num. 17.

16 *Parua data quando apponatur*.

18 *Reſignans poſtquam abdicauit à ſe ius non poteſt illud in alium transferre*.

19 *Poſſeſſio anterior præferenda venit in cõcurſu poſterioris, quæ præſumitur clandeſtina, & turbatiua*.

D E C I S I O C L X X I I.

RESIGNAVIT Petrus Paulus Guazzinus in fauorem Iacobi Paltonerij tria beneficia ſimplicia, quę ob non factam publicationem iuxtà formam Conſtitutionis fælic. rec. Greg. XIII. Fuluius Serantonius à Sanctiſſimo impetrauit; Illorumque poſſeſſionem adeptus fuit. Quia verò idem Iacobus nouam reſignationem à Guazzino obtinuit, & expeditis deſuper literis poſſeſſionem eorumdem beneficiorum accepit; orta fuit quæſtio inter Reſignatarium, & Impetrantem ſuper manutentione, vndè propoſito dubio ſub die 17. Februarij præteriti reſponſum fuit, vt videretur de bono iure, quod hodie ad fauorem Fuluij fuit reſolutum.

1 Ipſe enim prouiſus fuit de huiuſmodi beneficijs, vti vacantibus ob non publicationem reſignationis, quo caſu illorum collatio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, vt diſponit eadē Conſtitutio Greg. XIII. in Bull. nouo tom. 2. in ord. 75. & notat *Pariſ. de reſignat. lib.* 11. *q.* 7. *num.* 34. *& ſeqq. Garz. de benef. par.* 11. *cap.* 3. *nu.* 274 *in fine, & ſeqq. Rot. coram Merlin. deciſ.* 422. *num.* 8. *& in recent. deciſ.* 539. *num.* 15. *par.* 4. *tom.* 3.

2 Defectus verò non ſecutæ publicationis exaduerſo non controuertitur, & allegatum impedimentum carcerationis non videtur releuare, cum reſignatio emanauerit de menſe Decembris 1650. & carceratio ſecuta fuerit 17. Maij 1651. & ſic poſt quinque menſes à die reſignationis, admiſſę per Sanctiſſimum, & conſenſus præſtiti per Reſignantem, quo tempore commodè poterat publicationem procurare; Imò, cum poſteà nullas adhibuerit diligentias, nec alia fecerit iuxtà præſcriptum eiuſdem Conſtitutionis, impedimentum non eſt habendum in conſideratione, vt aduertit *Pariſ. de reſign. lib.* 11. *q.* 13. *num.* 109. *& ſeq. & firmauit Rot. coram Merlino deciſ.* 329. *num.* 15. *& latius in Tridentina parochialis* 5. *Decembris* 1646. *coram R. P. D. meo Cerro cum notatis per Add. ad Quarant. in ſumm. Bull. verbo Beneficiorum reſignatorum Publicatio verſ.* 3. *limita fol. mihi* 115. *& per Barboſ. de Iure Eccleſ. vniu. lib.* 3. *cap.* 15. *ſub numer.* 193.

3 Non obſtat, quod reſignatio facta in fauorem Paltonerij, tanquàm non ſortita effectũ, non abdicauerit ius à Reſignante, vt dixit *Rota in Neapolitana parochialis* 15. *Martij* 1647. *coram Eminentiſſ. Card. Otthobono*; ex quo in huiuſ-
4 modi reſignationibus, quæ ad fauorem certæ perſonæ fiunt, tacita ſemper ineſt conditio, quatenùs beneficium perfectè acquiratur Reſignatario, itaut ante, nec ius, nec poſſeſſio abdicetur à Reſignante, vt notat idem *Pariſ. de reſign. lib.* 1. *q.* 3. *num.* 8. *&* 47. *& q.* 7. *nu.* 9. *& ſeq. Rot. in Lunen. Sarzanen. beneficij* 4. *Iunij* 1631. *coram Coccino, penes Poſt. de manut. deciſ.* 354. *num.* 5. *&* 6. vbi quod donec conditio purificetur, & Reſignatario plenè, & perfectè ius, & poſſeſſio acquiratur, poſſeſſio remanet in pendenti

penes

penes Reſignantem, *& in rec. deciſ.635. num. 8.*
& 9. par. 3. cum alijs in Imolen. beneficij 23. Iunij
1645.coram Eminentiſſ.Card.Corrado.

5 Etenim prædicta procedunt, quando reſi-
gnatio non habuit effectum ſuum, vel ex de-
fectu conſenſus partis, quia conditiones non
fuerint impletæ, vel ex defectu conſenſus Pa-
pæ, quia narrata non fuerint iuſtificata, vel ex
alio impedimento perſonali, tunc enim non
poteſt dici, quod quæratur ius Reſignatario,
quodque Reſignans habuerit animum dimit-
tendi poſſeſſionem, ſine quo poſſeſſio nun-
quam amittitur *l.3.§.in amittenda. ff.de acq. poſſ.*
Rip.in cap.cum Eccleſia Sutrina num.11. ante finem
de cauſ poſſeſſ.& prop.Rota coram Merlino dec. 299.
num. 9. Prout de reſignatione ob malam ex-
preſſionem valoris, quod non abdicet ius à
Reſignante, dixit *Rot.deciſ.417.nu.1.& dec.419.*
num.1.& 2. par.1. diuerſ Et de reſignatione ob
conditiones, & pacta non ſeruata firmatum
fuit *in deciſ.48.num.8.& 9.& deciſ.830.nu.3.& 4.*
coram Buratto, in deciſ.214.num.3.coram Merlino,
& in Valentina parochialis 13.Ianuarij 1645.coram
R.P.D. Cerro. Et generaliter de reſignatione
nulla ex defectu conſenſus probat *Garz. de be-*
nef.par.11.cap.3.num.277.& ſeqq. Rot.in Vercelleñ
Canonicatus coram Corduba apud eumdem, vbi ſupra
num.278.

6 At in præſenti caſu reſignatio habuit effe-
ctum ſuum, & ceſſauit ius Reſignantis, illud-
que in Reſignatarium translatum fuit eo ip-
ſo, quod Papa Reſignationem admiſit, & gra-
tiam prouiſiuam purè, & ſimpliciter ei con-
ceſſit, vt aduertit *Mareſc.var.reſol.lib.1. cap. 51.*
num.9.& 27.Boer.deciſ.348.num.4. verſ.in contra-
rium, & num.ſeq.Caſſad.deciſ.1. num. 1. de renunc.
Merlin.deciſ.3.eodem num. verſ. nec anterior, & di-
ctum fuit in Papien. Archipresbyteratus 11. Maij
1648. coram R. P. D. meo Cerro, vbi quod reſi-
7 gnans in fauorem alicuius, reſignatione ad-
miſſa, habetur pro mortuo *iuxtà conſ. Pariſ.93.*
num.25.lib.4.& in deciſ. Caualer. 104. num. 8. Et
cum hac diſtinctione tranſiuit *Rota in Triden-*
tina parochialis 15.Iunij 1648. coram R. P. D. Bi-
chio, ac in his terminis procedunt, & intelli-
gendæ veniunt *deciſ.175.num.2. lib.3. coram Pu-*
teo, deciſ.92 eodem num.par.1. rec. & deciſio Croto-
nien. Parochialis 17. Decemb.1621. coram Vbaldo,
aliaq.plures quæ in contrarium fuerunt allegatæ.

8 Quod adeò verum eſt, vt ſi interim admiſ-
ſa reſignatione contingat, Reſignantem dece-
dere, beneficium non vacet per illius obitum
Rot.apud Garz.de beneſ.par.2. cap.1. num. 130. &
par.11.cap.3.num.305.& 307.& in rec. deciſ. 539.
num.15.par.4. tom. 3. vbi quod tali caſu ſi reſi-
gnatio non publicatur beneficium vacat ob
omiſſam publicationem, non autem per obi-
tum Reſignantis, *& in Legionen.Canonicatus 23.*
Ianuarij, & 27.Aprilis 1640. coram Reuerendiſſimo
Tarraconen.

9 Nec onus faciendæ publicationis, eiuſque
incertitudo efficit, quod interim prouiſio di-
catur conditionalis, ſed ſolùm, quod ſit reſo-
lubilis, quatenus publicatio non ſequatur, vt
ponderat *Caldaſ.conſ.31.ſub nu.20. verſ.item poſt*
acceptationem, Mareſcott.var.reſol.d. lib.1. cap. 51.
num.26.Lotter.de re beneſ.lib.3. quæſt. 21. num. 26.
vbi notat quod Conſtitutio Gregoriana re-
ſoluit ſimpliciter ius iam quæſitum Reſigna-
tario *Pariſ.de reſignat.lib.11.q.7. nu.34.44. & ſeq.*
Caſſad.deciſ.24.num.6.ſuper reg. & ità apertè fir-
matum fuit in *dicta Tridentina parochialis 15.Iu-*
nij 1648.coram R.P.D.meo Bichio.

11 Cum igitur à principio ius fuerit acquiſi-
tum Reſignatario, illudque abdicatum à Re-
ſignante, ſi deindè ius Reſignatarij reſoluitur,
non propterea ad Reſignantem reuolat; Nam
regula eſt ſatis trita, quod renuncianti non da-
tur regreſſus ad iura renunciata, *l. quæritur. §.ſi*
venditor.ff.de ædil.Edict. Rot.deciſ.483.nu.10.par.1
recent.& deciſ.13.num.3.par.6.

12 Non obſtat, quod reſignatio non dicatur
perfecta, niſi quando eſt præſtitus formalis
conſenſus in Camera, vel Cancellaria, & ex-
tenditur à Notario, vt inquit *Pariſ. de reſignat.*
lib.8.q.8.num.40.& 43.Caputaq.deciſ.217. num.8.
& 9.par.1.cum relat.per Barboſ.de iur. Eccleſ.lib.3.
cap.15.num.24.& per Add.ad Buratt.dec.787. n.3.
13 *& 4.* Itaùt non releuet conſenſus, qui præſta-
tur in parua data, quia ille non facit actum
perfectum; cum etiam poſt paruam datam res
dicatur integra, & reſignans poſſit à reſigna-
tione recedere idem *Pariſ.lib.1.quæſt.12. nu. 37.*
& 42.Gratian.diſcept.for.cap.191. num. 5. & ſeqq.
Lotter.de re beneſ.lib.3.q.16.num.18.& 19.Rota de-
ciſ.458.per tot.lib.3.par.3.diuerſ.

14 Nàm prædicta procedunt de ſtylo antiquo,
ſed poſteà inoleuit praxis, quod non adijcia-
tur conſenſus à tergo ſupplicationis, niſi ille
fuerit priùs extenſus in Camera, vt aduertit
Lotter.de re beneſ.lib.3.q.16.num.59. Barboſ.de iure
Eccleſ.vniu.lib.3.cap.15.num.24.verſ.2. colligitur.
15 Imò hodie ex nouiſſimo ſtylo idem conſen-
ſus non recipitur niſi poſt ſignatam ſupplica-
tionem, & poſt gratiam perfectam, qui con-
ſenſus poſtea retrotrahitur ad diem ſupplica-
tionis, *Pariſ.lib.1.quæſt.12.num.18. & ſeqq.* Et de
hoc ſtylo teſtantur, quamplures practici, &
Officiales Datariæ, quibus in hac materia ſtan.
eſſe, firmauit *Rot.coram Seraph.deciſ.792. num.3.*
& coram Comitul.deciſ.119.num.5.

16 Quod autem de eo tempore nempè de mẽ-
ſe Decembris 1650. ſupplicatio iam eſſet ſi-
gnata, conſtat ex adnotatione paruæ datę, quę
nunquam apponitur, niſi ſupplicationes priùs
manu Papæ ſignatæ fuerint, vt deponunt ij-
dem Officiales, quorum fidem attenden. eſſe,
17 vltrà authoritates adductas firmauit *Rot.coram*
Coccino deciſ.88.num.2.& in Aſten. coadiutoriæ 14.
Febr.præt.coram me.

18 Nec quicquam releuat ſecunda reſignatio
reportata per Iacobum ab eodem Guazzino
de menſe Iunij 1652. Quia cum prima perfe-
cta fuerit, & ipſe abdicauerit à ſe omne ius,
non habebat quid poſſet in Iacobum transfer-
re *Rebuff.conſ.4.num.5.& conſ.185.num.6. Pariſ.de*
reſignat.lib.1.q.15.num.16. & ſeq. Et faciunt ad-
ducta *per Caſſad.deciſ.9.ſub num.1. verſ. ſed maior.*
parſ.de conceſſ.præb.

19 Firmato bono iure Fuluij, illi manutentio
concedenda venit, cum doceat de ſua poſſeſ-
ſione, capta ſub die 2. Nouembris 1651. quæ
in

in concurſu alterius, apprehenſæ per Iacobū, præferenda venit. Cum iſta ſit poſterior, & capta non citato Fuluio, itaut dicatur clandeſtina, & non manutenibilis *Rota coram ſan. me. Greg. deciſ. 6. num. 3. in rec. deciſ. 139. num. 5. part. 7.* Et fuit dictum *in Salernitana beneficij 1. Februarij 1651. coram me.*

Et ità &c. Vtraque &c.

BONONIEN. DE BOLOGNINIS.

Veneris 4. Iulij 1653.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum fideicommittentis ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium hæredis probat, bona in eo deſcripta fuiſſe Teſtatoris.*

2 *Et huiuſmodi probatio operatur non ſolum contra confitentem, ſed etiam contra hæredes, & habentes ab eo cauſam.*

3 *Identitas bonorum probatur ex Inſtrumēto diuiſionis ſequutæ inter filios, & hæredes Teſtatoris.*

4 *Identitas bonorum reſultat ex deſcriptione facta per Teſtatorem in eius Teſtamento.*

5 *Poſſeſſio Rei conuenti ex quibus probetur.*

6 *Identitas bonorum fideicommiſſi probatur ex eo, quod quis poſſidet bona in eodem loco, vbi poſſidebat Teſtator.*

7 *Fallit, quando in contrarium docetur de intermedijs acquiſitionibus.*

DECISIO CLXXIII.

POST reſolutionem vltimo loco captam, quòd Palmerijs, & litis Conſortibus nullæ competant detractiones in bonis Bartholomæi, & Io:Mariæ de Bologninis: Placuit Dominis aggredi diſputationem ſuper illorū identitate, quam reſpectu fideicommiſſi Bar-
1 tholomæi conſtare dixerunt ex inuentario ſolemniter confecto ab Aemilio primo hærede inſtituto, quod rectè probat, bona in eo deſcripta fuiſſe teſtatoris iuxtà *text. in l. fin. C. arbit. tutelæ Bald. conſ. 407. num. 6. lib. 1. Pereg. de fideicom. art. 44. numer. 2. relati per Gratian. forenſ. diſcept. cap. 765. num. 59. & ſeqq. Rota coram Pen. deciſ. 392. n. 1. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 575. num. 3. ibique Adden. lit. B. in rec. deciſ. 442. num. 2. par. 3. in Bonon. Bonorum, ſeu fideicommiſſi de ſanctis 17. Maij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana fideicommiſſi de Zuccaris 4. Februarij 1650. coràm Reuerendiſs. D.*
2 *meo Decano.* Idque non ſolum contra confitentem, ſed etiam contrà illius Hæredes, & habentes ab eo cauſam, quales ſunt Palmerii, & litis Conſortes Aduerſarij. *Rota coram Caual. deciſ. 578 num. 5. Merlin. deciſ. 736. num. 2. in recent. deciſ. 96. num. 2. & 3. par. 7. & in Bituntina fideicommiſſi 20. Martij 1651. coram R. P. D. meo Albergato, & in Bononien. fideicommiſſi 28. Iunij eiuſdem anni coram me.*
3 Reſpectu verò fideicommiſſi Io: Mariæ ſufficienter iuſtificatur identitas ex inſtrumento diuiſionis ſecutæ vſquè de anno 1586. inter filios, & hæredes eiuſdem, in quo inſtrumento ſingillatim exprimuntur bona eum ſuis qualitatibus, confinibus, ſituationibus, & numero Tornaturarum, vt benè in propoſito ponderat *Natt. conſ. 235. n. 15. Marzar. de fideic. q. 58. in princ. Rota coram Cocc. dec. 120. ſub n. 1. & 2. coram Merlino dec. 244. ſub n. 12. dec. 262. n. 1. & deciſ. 294. in princ. in rec. dec. 417. num. 5. par. 4. tom. 2. & dec. 518. nu. 8. & 9. par. 4. tom. 3. deciſ. 84. n. 9. par. 5. & dictum fuit in Fanen. Bonorum 19. Iunij 1648. coram bon. mem. Arguelles, & in Bonon. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. coram me.*
4 Et vlterius conſtat, eadem bona fuiſſe adnotata, & deſcripta per Teſtatorem in eius Teſtamento, dum maiorem illorum partem particulari fideicommiſſo ſubiecit, & alienari prohibuit. Ex huiuſmodi enim deſcriptione, & adnotatione probari identitatem bonorum firmauit *Bald. conſ. 89. num. 3. lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 778. num. 18. & 19. Rot. dec. 312. num. 2. par. 7. rec. in Bonon. fideicom. de Amorinis 18. Maij 1648. coram R. P. D. meo Meltio & in Meleuitana fideicom. 20. Iunij 1650. coram Eminentiſs. Card. Otthobono.*
5 Quod autem bona prædicta exiſtant hodie penes Palmerios, & litis Conſortes, probatur non ſolum ex litis ſuſtentatione, & cautione præſtita pro eximendis bonis à ſequeſtris per Iudicem relaxatis, vt dixit *Rota coram Verall. deciſ. 369. par. 2. in rec. dec. 407. n. 4. par. 5. in Bonon. fideic. 7. Maij 1640. coram Reuerendiſs. D. meo Decano in Firmana fideic. 4. Maij 1648. corā Emin. Card.*
6 *Otthobono*, & paſſim in alijs. Sed etiam ex eo, quod ipſi poſſident bona in iiſdem locis, in quibus poſſidebant tàm Bartholomęus, quàm Ioannes Maria fideicommittentes. Vndè reſultat validiſſimum argumentum identitatis bonorum, & quod ſint eadem, quæ poſſide-
7 bant Teſtatores prædicti, dum axaduerſo non docetur de intermedijs acquiſitionibus iuxtà celebre *Fulgoſ. conſ. 145. col. 2. verſ. Porrò ſi aliundè Menoch. præſum. 15. n. 34. lib. 6. Peregr. conſ. 48. n. 13. lib. 1. & in tract. de fideicom. art. 44. n. 22. Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 575. num. 9. ibique Adden. nu. 11. in rec. deciſ. 131. num. 5. par. 1. in Firmana fideicomm. 4. Maij 1648. coram Eminentiſs. Card. Otthobono in Bonon. fideicom. de Amorinis 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Meltio cum alijs in dicta Bonon. fideic. 5. Decembris 1650. coram me*, & plures cumulat *Fuſar. de ſubſtit. q. 618. nu. 45.*

Et ità in contumaciam Partis recuſantis comparere Thadæo tantùm Informante deciſum fuit.

CALAGVRITANA BENEFICII DE OCON.

Lunæ 15. Decembris 1653.

ARGVMENTVM.

Beneficia Diœceſis Calaguritanæ adiudicanda ſunt filiis patrimonialibus, qui præponderant in qualitatibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Beneficium illi venit adiudicandum, qui eſt dignior & habet maiores qualitates.*

2 *Beneficij in adiudicatione præferendus eſt is, qui per longum tempus inſeruiuit Eccleſiæ, in qua eſt ſitum.*

3 *Paupertas eſt conſiderabilis in adiudicatione beneficij.*

4 *Baccalaureatus, & Doctoratus gradus non ſunt conſiderabiles, quando non fuerunt ſuſcepti in publica Vniuerſitate.*

5 *Dignior dicitur ille, qui præponderat alijs in qualitatibus.*

DECISIO CLXXIV.

CVM in Eccleſia Parochiali de Ocoñ duo vacauerint Beneficia. Quartæ portiones nuncupata; Quatuor comparuerunt oppoſitores; nempè Ioannes Vrquide, Ioannes Guerrero, Franciſcus de Zanaga, & Martinus Perez, omneſq; pro filijs Patrimonialibus, necnon habiles ad curata declarati fuerunt. Quia verò ad primum præſentatus fuit Ioannes Guerrero, & ad ſecundum Martinus Perez, & ambo reportarunt inſtitutionem ab Ordinario. Ideò interpoſita appellatione, & cauſa mihi commiſſa, dubitaui. Quibus dicta beneficia eſſent adiudicanda. Et Domini reſeruata diſputatione reſpectu ſecundi, cenſuerunt Ioanni Vrquide primum eſſe adiudicandum.

1 Ipſe enim non ſolum antecellit alios in ætate, & antiquitate ſacerdotij. Sed etiam baptizatus fuit in Eccleſia de Ocoñ, & pluries ad audiendas Confeſſiones, & curam animarum, fuit approbatus: Et propterea vti dignior, & habens maiores qualitates, cæteris præferendus venit, vt aduertit *Lambertin. de Iurepatr. lib. 2. par. 3. q. 5. art. 1. nu. 4. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 4. ſub num. 143. Gutierez conſ. 44. numer. 10.* Et in terminis iſtarum qualitatum reſpondit. *Rot. in Calaguritana beneficij de Toralua 10. Iunij 1650. coram Eminentiſs. Card. Otthobono. In Calaguritana beneficij de Alexaneo 8. Mar. 1652. coram R. P. D. meo Albergato in Calaguritana beneficij de Ocon 13. Ian. 1653. coram R. D. meo Decano, & in Calag. benef. 27. Iun. eiuſdem anni coram R. P. D. meo Meltio.*

2 Imò dictus Vrquide inſeruiuit eidem Eccleſiæ per annos 17. vt conſtat ex partitis libri, datis *in Summ. num. 14.* & ex Teſtibus d. Summ. num. 15. deponentibus vlterius, Franciſcum de la Ranaga nunquam inſeruijſſe; Guerrerum verò, & Perez à die tantummodò, quo fuerunt Beneficiati, nempè ab anno 1652. Nam qualitas ſeruitij in eadem Eccleſia multum operatur ad effectum, de quo agitur *Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 2. & 4. Rot. coram Merl. deciſ. 6. num. 1. in Calag. benef. de Murillo 28. Iun. 1652. coram Reuerendiſs. Tarraconen, & 14. Febr. & 23. Maij 1653. coram R. P. D. meo Albergato, cum alijs per Latter. de re benef. lib. 2. qu. 31. num. 138.*

3 Et vlterius eſt Pauper, habens Matrem, fratres, & nepotes pauperes, & eſt deſtitutus, non ſolum bonis patrimonialibus, ſed etiam beneficijs Eccleſiaſticis præter Capellaniam annui redditus ſcut. 27. cũ onere miſſarum, inſufficientem ad eius congruam ſuſtentationẽ, & compatibilem cum beneficio, quod hodie ſibi adiudicari contendit, vt alias ponderauit *Rot. deciſ. 16. num. 7. par. 2. diuerſ. in Calagurit. benef. del Ziego 6. Febr. 1651. coram R. P. D. meo Veroſpio & in Calagurit. benef. de Haro 14. Mar. 1653. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

4 Nec quicquam facit, quod Franciſcus de la Ranaga ſit Baccalaureus, & Doctor in Theologia; Quia cum gradus prædicti non fuerint per eum ſuſcepti in aliqua Vniuerſitate, vel Academia publica, ſed in Monaſterio Hyeracen. vigore priuilegij particularis, non important qualitatem conſiderabilem, vt tradit *Rebuff. in tract. de nomin. q. 10. num. 12. Grat. diſcept. foreuſ. cap. 186. num. 73. Rot. in Calag. benef. de Auſeio 1. Iulij 1652. coram R. P. D. meo Veroſpio*

5 Maximè in concurſu aliarum qualitatum, quibus præponderat Vrquide, quæ illum digniorem reddunt, vt benè in propoſitio firmauit *Rot. in Calag. benef. 23. Maij 1653. coram R. P. D. meo Cerro, & 17. Nouembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ità &c.

MEDIOLANEN. BENEFICIORVM.

Luna 26. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Vnio quandò ſuſtineatur ſiuè de Iure, ſiuè vigore Concilij, vel etiam in vim Indulti.

SVMMARIVM.

1 *Valor narratus per non exceſſum probatur per Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinatos, quando illi ſunt adminiculati.*

2 *Expreſſio valoris per non exceſſum contentatur lenioribus probationibus.*

3 *Valor narratus per non exceſſum ſuſtinetur ex ſtylo Rotæ, quamuis excedat in 6. parte.*

4 *Vnio abſque cauſa præciſa neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis de iure non ſuſtinetur.*

5 *Ordinario aſſerenti ſe facere unionem ex cauſa præciſa neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis non creditur.*

6 *Vniendi facultas à Concilio Ordinarijs conceſſa ad quæ ſe extendat.*

7 *Vnio cum reſeruatione Iuriſpatronatus ad ſui fauorem eſt prohibita.*

8 *Facultas vniendi conceſſa pro Eccleſijs erectis non ſe extendit ad Eccleſias de nouo erigendas.*

9 *Verba adiecta vni ad aliud extendi non debent.*

10 *Vnio facta ſinè vtilitate Eccleſiæ, & pro ſeruitio, & commodo Vnientis non valet.*

11 *Clauſula* licita tamen & honeſta, & Decretis Concilij minimè contraria *indicat, quod Papa noluerit illis derogare.*

DECISIO CLXXV.

PRAETENDENTIBVS Fratribus S.Thereſiæ Diſcalceatis Beneficia controuerſa,
S.Mariæ de Rezzano S.Stephani de Incagnate, & S.Petri de Bebulco, de quibus à Sanctiſs.
prouiſus reperitur R.P.D.Turrianus, fuiſſe
vnita eorum Monaſterio; Et propterea prouiſionem Apoſtolicam non ſuffragari, obtinuerunt ſubſcribi dub. An gratia eiuſdem eſſet iuſtificata; Itaut veniret exequenda, quod
hodiè contra prædictos fratres reſolutum fuit;
1 Etenim valor beneficij in ducatis aureis 60.
de Camera, & aliorum beneficiorum S.Mariæ, & S.Stephani in ducatis ſimiliter 24. narratus per non exceſſum probatur ex depoſitione trium Teſtium, qui licet fuerint ad perpetuam rei memoriam examinati. Nihilominus quia ſunt bene informati, deponunt
deductis oneribus, & adminiculantur ex atteſtatione Actuarij Curiæ Archiepiſcopalis
Mediolani, optimè videntur ſuffragari; Nam
2 ad effectum probandi valorem per non exceſſum, etiam leuiores probationes ſufficiunt,
vt norat *Garz. de benef. par. 5. cap. 3. num. 198. Rota decis. 610. num. 1. verſ. valor autem par. 4. diuerſ. & in rec. deciſ. 532. num. 6. par. 4. in Placent. beneficij 27. Maij 1647. coram Reuerendiſs. Terracinen. in Ceſenaten. Canonicatus 1. Iunij 1651. coram Eminentiſs. Card. Corrado, & firmatum fuit in Amerina beneficij 20. Februar. 1612. coram Sanctiſs. D.N. Innoc. X.*
vbi quod exceſſus in modico non attenditur,
3 & Rota illum admittit etiam in ſexta parte, & teſtatur *Mantic. dec. 182. n. 4. & dec. 327. n. 7.*
Presbyteratus, & Doctoratus eiuſdem D.
Turriani non cadunt in controuerſiam, &
alia plura expreſſa in literis ſufficienter iuſtifi-
4 cantur ex datis *in Summ. num. 1. & ſeqq.* Nullitas
verò vnionis ad fauorem Eccleſiæ dictorum
Fratrum Diſcalceatorum, in qua conſiſtit cardo difficultatis reſultat ex eo, quia facta fuit à
bon. mem. Cardinali Montio abſque cauſa
præcedente neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis Eccleſiæ, ſinè qua de iure vnio ſuſtineri non
valet *iux. tex. in cap. expoſuiſti 33. de præbend. Oldr. conſ. 261. num. 1. Rebuff. in Prax. tit. de vnione nu. 38. & ſeqq. Hoieda de Incomp. benef. par. 2. cap. 3. num. 8. Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 28. quæſt. 4. Rota dec. 294. n. 2. & dec. 318. eodem n. p. 5. rec.*
5 Quod adeò verum eſt, vt circa qualitates
prædictas non ſufficiat aſſertio ordinarij, ſed
illæ aliſidè ſint iuſtificandæ ex notatis *per Dec. conſ. 233. num. 2. in fine Pariſ. conſ. 36. num. 11. lib. 4. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 120. Rot. in rec. deciſ. 294. num. 14. & ſeqq. & deciſ. 318. num. 3. & 4. par. 5. & in Squillacen. diſmembrat. 3. Iun. 1644. coram Eminentiſs. Card. Otthobono.*
6 Nec vnio ſuſtineri valet ex diſpoſitione
Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 13. & 15. de reform. Nam
vigore illius poſſunt tantummodò Ordinarij
vnire beneficia Cathedralibus, ſeu Parochijs
habentibus tenues redditus, qui non eſt caſus
7 noſter. Imò cum talis vnio facta appareat cum
reſeruatione Iuriſpatronatus ad fauorem eiuſdem Cardinalis, & ſuorum. Non ſolum prohibetur expreſsè ab eodem Concilio *in ſeſſ. 25. cap. 9.* Sed etiam de iure *ex text. in cap. ad audientiam 3. & ibi gloſſ. verb. Rectoris, & Abb. n. 12. de Eccleſ. ædif.* vbi, quod tali caſu dicitur, quis
vſurpare bona Eccleſiæ, *Lambertin. de iurepatr. lib. 1. tit. 1. q. 8. art. 7. num. 3. & 11. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 28. num. 47.* & firmauit *Rota deciſ. 239. in fine par. 1. rec.*
8 Indultum verò Card. Montio conceſſum
à ſan. mem. Vrbano VIII. ſuffragari non poteſt, quia loquitur de Eccleſijs iam ædificatis,
licet non perfectis, vt patet ex illis verbis ibi,
aut fabricæ Eccleſiarum earumdem, & ideo ad Eccleſias de nouo totaliter erigendas extendi nō
debet *iux. conſ. Calderin. 17. num. 1. poſt med. verſ. item vnio de reb. Eccl. non alien. Garz. de benef. p. 12. cap. 2. num. 193. & ſeqq. Rot. diuer. deciſ. 835. nu. 5. & deciſ. 836. num. 1. & ſeqq. par. 4. in Corduben. præſtimoniorum penes Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 444. à num. 2. ad fin. & in recent. deciſ. 361. num. 3. par. 2. deciſ. 309. eod. num. par. 3. & deciſ. 373. num. 2. & ſeqq. par. 4. tom. 2. & coram Merlino deciſ. 837. nu. 1.*
cum alijs adductis per *Add. ad ſan. mem. Gregor. deciſ. 258. n. 10.*
Nec aduerſantur verba in eo adiecta, ibi
9 *Eccleſiæ tunc erectæ, vel erigendæ*; Nam illa reſpiciunt tantummodò Eccleſiam S.Mariæ, quam
Diuus Carolus in Collegiatam erexerat, non
autem aliàs Eccleſias à Card. Montio erigendas de nouo; Cum enim ſan. me. Greg. XIII.
facultatē dediſſet eidem Diuo Carolo vniendi Eccleſias ad alias Parochiales, ſeu Collegiatas, & ipſe vigore facultatis prædictæ Eccleſiam Parochialem S.Mariæ in Collegiatam
erexiſſet, inſtituendo in illa vnam Præpoſituram, & quinque Canonicatus, & Manſionarios; Quia tamen morte præuentus vnionem
huiuſmodi debitæ executioni demandare non
potuit; Ideò ſan. me. Vrbanus VIII. indulſit
eidem Card. Montio, vt menſæ Capitulari Eccleſiæ tunc erectæ, vel erigendæ Beneficia
Eccleſiaſtica vnire poſſet. Vndè prædicta
verba *præfata Eccleſia S. Mariæ* reſtrictiuè adiecta ad Eccleſias diuerſas, & erigēdas de nouo
extendi non poſſunt, vt probat *text. in cap. fin. de reſcript. & in cap. cum capella ibique, gloſſ. verbo in quantum de Priuileg. Rot. in Palentina Abbatiæ de Beneuiuere 14. Decembris 1618. coram Coccin.* &
faciunt adducta *in dec. 19. n. 4. coram Buratto.*
10 Præſertim quia vnio legitur expreſsè facta
non pro vtilitate Eccleſiæ, ſed, vt ſupradictum eſt, pro ſeruitio, & commodo ipſius
Cardinalis ad effectum acquirendi ſibi, & ſuis
dictum ius honorificum contra diſpoſitionē
Iuris, ac S.Conc.Trid. cui Papa non cenſetur
11 voluiſſe derogare, dum adiecit clauſulam
licita tamen, & honeſta, ac decretis S. Conc. Trid. minimè contraria. Rot. deciſ. 780. num. 5. & 8. par. 1. diuerſ. & in recent. deciſ. 21. ſub num. 3. par. 2. cum
alijs per *Barboſ. clauſ. 61. n. 1. & 2.*
Et ita deciſum fuit vtraque &c.

CE-

CESENATEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 30. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis ex quibus coniecturis inducatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, quando conſtat de voluntate Teſtatoris.*
2 *Teſtatoris voluntas facit tranſmiſſibile, quod ſui natura non eſt tale.*
3 *Teſtatoris voluntas tranſmittendi fideicommiſſum colligitur ex ijſdem coniecturis, ex quibus deſumitur vocatio.*
4 *Tranſmiſſio fideicommiſſi facilius inducitur, quàm vocatio.*
5 *Tranſmiſſio fideicommiſſi in deſcendentibus inducitur ex leuioribus coniecturis.*
6 *Et pro coniectura facit, ſi illi, ad quos prætenditur tranſmiſſio, fuerint poſiti in conditione.*
7 *Hæc autem coniectura fortius vrget, ſi pluries fuerint poſiti in conditione.*
8 *Et maximè ſi fuerit addita qualitas, quod ſint legitimi, & naturales.*
9 *Declarantur authoritates contrariæ.*
10 *Tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis inducitur ex vocatione proximiorum in defectum nepotum.*
11 *Teſtator, ſi vocauit Tranſuerſales, multo magis Deſcendentes cenſetur voluiſſe admittere.*
12 *Tranſmiſſio fideicommiſſi inducitur ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus.*
13 *Tranſmiſſio inducitur, ſi ſubſtitutio coniuncta fuerit cum iure accreſcendi.*
14 *Et ratio eſt, quia ſicuti tranſmittitur ius accreſcendi, ita quoque tranſmitti debet ſubſtitutio fideicommiſſaria.*
15 *Tranſmiſſio inducitur fauore Nepotum, quando ijdem Nepotes in aliqua re particulari fuerunt vocati, & ſubſtituti.*
16 *Item, ſi Teſtator mandauerit, inter ſubſtitutos ſeruari æqualitatem.*
17 *Teſtator cenſetur, ſe velle conformare cum diſpoſitione iuris communis.*
18 *Tranſmiſſioni in dubio non eſt locus.*
Fallit concurrentibus coniecturis eod. nu.
19 *Coniectura, licet ſingulæ de per ſe non ſufficiant pro tranſmiſſione, ſimul iuncta iuuant.*
20 *Tranſmiſſio ceſſat, quoties concurrit expreſſa vocatio.*
21 *Tranſmiſſio habet etiam locum quando Teſtator proprio nomine ſubſtituit, ſi ex coniecturis appareat de voluntate illius.*
22 *Teſtator vocando filios natos, & naſcituros non reſtringit vocationem ad filios primi gradus.*
23 *Dictio* Ab *& dictio* Ex *non ſemper denotant cauſam proximam, & immediatam, ſed aliquando etiam mediatam, & remotam.*
24 *Proximior ſemper præferri debet.*
25 *Nepos mortua matre ſubingreditur locum illius, nec dicitur remotior, ſed in eodem gradu cum Auunculo.*
26 *Filius, ſubintrans in locum patris, ſuccedit tamquam filius, non tamquam nepos.*
27 *Gradus per mortem patris non corrumpitur, ſed repræſentatur.*
28 *Succeſſionis prærogatiua potius attendi debet, quam coniunctio ſanguinis.*
29 *Proximiorum vocatio non excludit ius repræſentationis.*
30 *Tranſmiſſio facilius inducitur, quando agitur de portione proprij parentis, in qua quemadmodum Teſtator prædilexit filium, ità cenſentur prædilexiſſe Nepotem.*

DECISIO CLXXVI.

FVIT hodie renouata diſputatio; An conſtet de fideicommiſſo ad fauorem Pauli
Antonij, & aliorum de Ramponibus pro rata, ad Iſabellam ſpectante, & confirmata fuit
Deciſio, aliàs coram me edita ſub die 4. Apri-
1 lis 1650. Quia ex coniecturis, totoque teſtamenti contextu apparet, Lucretiam Teſtatricē voluiſſe, quod fideicommiſſum conditionale tranſmitteretur, quo caſu, locum eſſe tranſmiſſioni, & eſſe recedendum à regula contraria, tradit *Bero in cap. Raynutius nu. 365. de teſtam. Soccin. in l. in conditionibus §. 1. num. 4. ff. de cond. & demonſtrat. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 20. num. 8. verſ. Quin etiam, & num. ſeqq. Gabr. qui plures cumulat de hæred. inſtit. concl. 2. num. 15. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 102. num. 1. 6. & ſeq. Viu. deciſ. vlt. in fin. Rot. coram ſan. mem. Greg. dec. 56. num. 1. & 2. & de-*
2 *ciſ. 551. num. 3. & ſeqq.* vbi quod ex voluntate Teſtatoris fit tranſmiſibile, quod ſui natura non eſt tale, *Iaſ. in l. nemo poteſt nu. 33. verſ. Item adde ff. de leg. 1. Soccin. in l. hæredes mei §. cum ita ſub num. 9. verſ. 2. quia ff. ad Trebell. Decian. conſ. 88. num. 65. lib. 2. Giouagnon. conſ. 79. nu. 60. verſ. Quamobrem lib. 1.* vbi quod iſta tacita voluntas colligitur ex ijſdem coniecturis, ex quibus elici-
3 tur vocatio, imò ex leuioribus, vt *num. 42.* & tradit *Aym. conſ. 62. num. 16. conſ. 663. ſub num. 6. verſ. 3. coniectura, & conſ. 776. num. 12. & 13.* Nam
4 ea, quæ non ſufficiunt ad effectum vocationis, exuberant ad effectum tranſmiſſionis, vt tradit *Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſs. 10. par. 2. num. 42. Noal. de tranſmiſſ. caſ. 1. num. 117. & ſeqq.* & firmauit *Rot. coram Buratt. deciſ. 568. num. 11. & 12.* Ea ratione, quia tranſmiſſio facilius inducitur, quàm vocatio *Mart. de ſucceſſ. legal. par. 1. q. 24. art. 5. num. 30. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 21. num. 268. Rot. coram Greg. d. deciſ. 551. nu. 9.* & dictum fuit *in Bonon. fideicom. de Fornaſarijs 1. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

5 In præſenti verò caſu plures concurrunt coniecturæ, & quidem vrgentes ad effectum inducendi tranſmiſſionem, cū tamen leuiores ſufficerent, ex quo verſamur in deſcendentibus *Aym. in l. cum filio num. 356. verſ. licet facilius ff. de leg. 1.* & de veriori, & receptiori teſtatur *Ludou. Bellon. conſ. 167. nu. 12. & ſeqq. & conſ. 188. num. 8. & 9. Ramon. conſ. 74. num. 28. Rota coram ſan. mem. Greg. d. deciſ. 56. num. 10. & coram Buratt. deciſ. 568. n. 5. & in Nucerina fideicommiſſi 1. Iulij 1650. coram R. P. D. meo Meltio.*

6 Prima autem coniectura ex eo deſumitur, quod iſti de Ramponibus fuerunt poſiti in

Digitized by Google

conditione, vt patet ex illis verbis. *E morendo li figlioli di detto M. Fabritio ſenza figlioli, à deſcendenti. Suſtituiſce li più proſſimi &c.* Vnde eſto, quod non dicerentur vocati, adhuc ad eos eſt facienda tranſmiſſio ex doctrina *Bald. in l. ſi Pater in 4. quæſt. num. 26. Cod. de Inſtit. & ſubſtit. & in l. vnic. num. 10. C. de ijs qui ante apert. tab. Socin. in d. l. hæredes mei §. cum ita ſub num. 10. & 11. ff. ad Trebell. Odd.* qui dicit hanc opinionem eſſe communem, & ab omnibus approbatam *in tract. de compend. par. 6. num. 13. limit. 6. Graſſ. in §. fideicommiſſum q. 68. num. 3.* vbi de communi, & conſulti reſponderunt *Socin. Iun. conſ. 141. n. 25. & ſeqq. lib. 2. Cephal. conſ. 16. num. 42.* vbi præcipuam hanc coniecturam dicit, *Fab. de Anna conſ. 10. num. 13. Bellon. Iun. conſ. 6. num. 18. & conſ. 86. num. 20. Fuſar. conſ. 31. num. 7. conſ. 54. num. 39. & conſ. 104. num. 12.* vbi reprobatis contrarijs firmat, hanc opinionem eſſe magis receptam optimaque ratione fulcitam, & hanc coniecturam concurrentibus alijs amplexa fuit *Rot. in d. Bonon. fideicommiſſi de fornaſarijs 1. April. 1650. coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Bituntina fideicom. 20. Martij 1651. coram R. P. D. meo Albergato.*

7 Maximè cum non ſemel tantum, ſed bis dicti Nepotes fuerint poſiti in cõditione, quæ geminatio magis enixam Teſtatricis voluntatem demonſtrat *ex not. per Iaſ. conſ. 52. num. 22. verſ. & eſt aduerten. lib. 3.* Et in fortioribus terminis *Corn. conſ. 74. num. 5. lib. 2. cum alijs per Rot. coram Buratt. d. deciſ. 568. n. 8.*

8 Quinimò fuerũt poſiti in conditione cum qualitate, quod ſint legitimi, & naturales, nam cum eadem qualitas fuerit expreſſa, tàm in præcedentibus, quàm ſubſequentibus ſubſtitutionibus, cenſetur etiam in hac parte repetita *iuxtà tex. in l. qui filiabus 17. ff. de leg. 1.* & latè probat *Ruin. conſ. 92. num. 14. lib. 3. Alex. conſ. 94. num. 1. lib. 1.* & benè firmauit *Rot. in Bonon. fideicommiſſi Bartholomæi, & Io. Mariæ de Bologninis 8. Iunij 1648. coram Reuerendiſs. Terracinen.* Et propterea ex illa reſultare coniecturam tranſmiſſionis dixerunt *Giouagnon. conſ. 79. num. 60. lib. 1. Fuſar. qui plures cumulat q. 490. num. 162.* & firmauit *Rot. in d. Bituntina fideic. 20. Martij 1651. coram R. P. D. meo Albergato.*

9 Nec reſiſtunt authoritates in contrarium adductæ, & præſertim *deciſ. 125. coram Mantic. & deciſ. 1014. coram Seraph.* Quia loquuntur quando coniectura huiuſmodi eſt ſola, vel aliæ leues concurrunt, vt notat *Mart. de ſucceſs. leg. par. 1. q. 24. art. 5. num. 28.* & declarauit *Rota coram eod. Mant. deciſ. 120. num. 9. & in rec. dec. 142. num. 4. in fin. par. 4.* Hic autem adſunt aliæ, & quidem vrgentes; Etenim concurrit ſecunda

10 deſumpta ex ſubſtitutione proximiorum deficientibus iſtis filijs, quam ad effectum tranſmiſſionis ponderauit *Alex. in l. ſi Pater num. 3. ff. de vulg. & pupill.* Ne melioris conditionis ſit tranſuerſalis, & extraneus, quàm ſint deſcendentes *Intriglid. de ſubſtit. q. 47. nu. 21. Treutacinq. eod. tract. par. 4. cap. 14. num. 7. Peguer. deciſ. 100. num. 11. Rot. deciſ. 782. num. 15. par. 1. diuerſ. & coram Buratt. deciſ. 568. n. 6.*

11 Quæ coniectura non ceſſat ex eo, quod hodie nõ agatur de admiſſione extranei, quia ſufficit ſola poſſibilitas, vt probat *Ramon. conſ. 74. n. 15. & ſeq. conſ. 76. n. 24. & per tot. & conſ. 77. à n. 12.* Et dum reſtatrix de tranſuerſalibus cogitauit, multò magis deſcendentes cenſetur voluiſſe admittere *Bartol. in l. hæredes mei §. cum ita in fin. ff. ad Trebell. Pariſ. conſ. 77. n. 22. & ſeq. lib. 2.* & plures cumulat *Fuſar. de ſubſtit. q. 490. n. 100.*

12 Tertia ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, nam reſtatrix primo loco vocauit Ludouicam, cui ſubſtituit Fabritium, & alios filios naſcituros, iſtis verò ſubſtituit Nepotes quibus deficientibus ſine filijs ſubſtituit proximiores æqualiter, & æquis portionibus, quam coniecturam eſſe valdè vrgentem pro inducenda tranſmiſſione tradit *Pariſ. conſ. 78. numer. 5. lib. 2. Grat. conſ. 101. num. 4. eod. lib. Fuſar. conſ. 54. num. 34.* & firmauit *Rota deciſ. 142. nu. 4. par. 4. rec.*

13 Quarta quia ſubſtitutio coniuncta fuit cum Iure accreſcendi; Nam filij Fabritij æqualiter & æquis portionibus fuerunt inuicem ſubſtituti, & re, & verbis coniuncti; Quando autem Ius accreſcendi eſt vnitum cũ fideicommiſſaria ſubſtitutione, ſemper fit tranſmiſſio, licet aliàs non deberet fieri, vt probant *text. in l. qui Patri 59. ff. de acquir. hæred. & in l. ſi ex pluribus 9. ff. de ſuis, & legit.* & notat *Iaſ. in l. huius §. fin. num. 2. ff. de vulg. & pupill. & in conſ. 154. num. 13. verſ. 4. principaliter lib. 4. Menoch. conſ. 95. num. 111. Fuſar. d. conſ. 54. num. 32. & in tract. de ſubſtit.* vbi innumeros cumulat, & teſtatur de magis

14 communi *quæſt. 490. nu. 95. & ſeqq.* Nam ſicuti tranſmittitur Ius accreſcendi, ita etiam ſubſtitutio fideicommiſſaria, vt eadem determinatio æqualiter omnia determinet ex notat. *per Alex. conſ. 20. num. 7. lib. 1. Giouagn. conſ. 79. num. 53. & ſeqq. eod. lib. Graſſ. in §. fideicommiſſum q. 68. nu. 4.* dicens ab hac communi non eſſe recedendum *Vin. deciſ. 398. num. 15. 21. & 22.* & ſequitur *Rota deciſ. 319. num. 9. & 10. coram Mant. ſan. mem. Greg. dec. 551. n. 8. Pen. dec. 1000. n. 6.*

15 Accedit quinta, quod Ramponij Iſabellæ filij vocati fuerunt in Legato Prædij, quam coniecturam pro tranſmiſſione fideicommiſſi adducit *Bald. in l. ſi Pater num. 26. C. de inſtit. & ſubſtit. Peregr. de fideicom. art. 31. num. 10.* & probat *Mart. vot. 85. num. 10.* Cum rectè arguatur de vna ſubſtitutione ad aliam, vt notat *Ruin. conſ. 156. num. 5. verſ. Atque ex alia lib. 2. Odd. conſ. 37. num. 9. Gabr. de hæred. inſtit. concl. 2. num. 34.* & in fortioribus ad effectum vocationis, quod huiuſmodi coniectura ſit valdè potens, quando ijdem filij in alia parte teſtamenti reperiuntur vocati, firmauit *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 315. num. 3. in rec. dec. 133. n. 2. & dec. 146. n. 3. & 4. par. 1. & coram Merlino dec. 83. n. 9.*

16 Concurrit ſexta, quod Teſtatrix voluit, ſeruari æqualitatem inter ſubſtitutos, quæ vtique non ſeruaretur, ſi portio Iſabellæ eſſet deferenda Camillo, vt tenet *Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita nu. 344. ff. ad Trebell. Peregr. de fideic. art. 31. nu. 9. verſ. tacita autem voluntas, Bellon. Iun. conſ. 6. num. 22. & 23. & conſ. 95. num. 4.* & hanc coniecturam amplexa fuit *Rot. in d. Bonon. fideic. de Fornaſarijs 1. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

17 Se-

Digitized by Google

17 Septima demum; quod Ramponij ſucceſ-
ſiſſent ab inteſtato Ludouicæ Aniæ, quæ vl-
timo loco deceſſit, & Lucretiæ Proauiæ, quæ
fecit fideicommiſſum, & ſic eſt veriſimile,
quod Teſtatrix voluerit ſe conformare cum
diſpoſitione Iuris communis per *tex. in l. Gallus*
§. quidam rectè ff. de liber. & poſthum. quam conie-
cturam ad tranſmiſſionem inducendam pon-
derat *Hond. conſ. 70. num. 20. & ſeqq. lib. 1. Pedroc.*
conſ. 40. num. 350. & ſeqq. Gionagnon. conſ. 79. nu. 47.
lib. 1. Noal. de tranſmiſs. caſ. 1. num. 184. Rot. coram
ſan. mem. Greg. d. dec. 56. n. 4. & 5.

18 Et ex his ceſſat obiectum, quod in dubio
ſit iudicandum, non eſſe locum tranſmiſſioni,
quia ſtantibus coniecturis præfatis res videtur
clara, nec eſt locus dubitationi, vt inquit
Fuſar. conſ. 54. num. 45. verſ. 2. reſpondetur. Et licet
19 ſingulæ de per ſe poſſent pati difficultatem,
tamen ſimul iunctæ ponunt rem in tuto ad
tex. in l. ſi ſeruus plurium §. vlt. ff. de leg. 1. Rot. coram
Buratt. deciſ. 568. num. 14. & in d. Bonon. fideicomm.
de Fornaſarijs 1. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo
Veroſpio, & in Bituntina fideic. 20. Martij 1651. co-
ram R. P. D. meo Albergato.

20 Coniecturæ verò deductæ in contrariũ pa-
rũ vrgere videntur. Nam quod filij Fabritij, &
filij filiorum vocati fuerint nomine proprio,
& ſic non ſit agendum de tranſmiſſione, quæ
non habet locum, vbi adeſt expreſſa vocatio,
ceſſat ex facto, & ex lectura teſtamenti, in
quo vocatio apparet facta per nomen appel-
latiuum, non autem proprium, cum tamen
21 etiam in d. caſum attentis coniecturis habeat
locum tranſmiſſio iuxtà notata per *Alex. in d.*
l. qui Patri num. 13. & 14. ff. de acqu. hered. Menoch.
conſ. 209. num. 27. & ſeqq. Ciriac. qui latè mate-
riam tractat *controu. 302. à num. 32.* & probant
quamplures relati per *Fuſar. de ſubſtit. q. 490.*
num. 56. & per Altograd. conſ. 65. num. 34. lib. 1. &
dixit *Rot. dec. 56. nu. 6. in fin. & numeris ſeqq. coram*
ſan. mem. Greg.

22 Quod Teſtatrix vocauerit filios natos, & na-
ſcituros ex Fabritio, & Ludouico non exclu-
dit Nepotes, nec reſtringit vocationem ad
filios primi gradus, cum illa verba ſtent de-
monſtratiuè ad indicandas perſonas Parentũ,
vt aduertit *Bart. in l. Gallus §. inſtituens ſub num. 2.*
& 3. ff. de liber. & poſth. Rot. in rec. deciſ. 6. num. 34.
& 35. par. 5. & in Bonon. ſucceſſionis 4. Martij 1646.
coram R. P. D. meo Bichio.

23 Hinc quoque ceſſat obiectum exaduerſo de-
ductum, quod ſi viuente Fabritio extitiſſet
Nepos ex altero filio Ludouicæ præmortuo,
iſte non potuiſſet prætendere tranſmiſſionem,
& concurrere cum eodem Fabritio, ex quo
prima ſubſtitutio reſtricta fuit ad filios primi
gradus attentis verbis *ab Ipſa, & ex Ipſa* tota-
liter perſonaliſſimis: Nam dd. verba non ſem-
per denotant cauſam proximam, & immedia-
tam, ſed etiam mediatam, & remotam ſe-
cundum ſubiectam materiam *tex. eſt in l. 1. §. ex*
incendio ff. de incend. ruin. & nauf. Mant. de coniect.
lib. 8. tit. 18. num. 62. & dixit *Rot. in Interamnen.*
fideicommiſſi 11. Februarij 1642. coram Reuerendiſs.
D. meo Decano.

24 Demum non obſtat, quod de tempore
obitus Ludouicæ ſolus Camillus exiſteret in
rerum natura qui tamquam proximior debe-
bat omnino præferri per *text. in l. cum ita §. in*
25 *fideicommiſſo, & in l. peto §. fratre ff. de leg. 2.* Quia
dum Ramponij ſubingreſſi fuerant in locum
Matris ob priuilegium repræſentationis, non
dicũtur remotiores, ſed in eodem gradu cum
Camillo Auunculo *§. cum filius Inſtit. de hæred.*
quæ ab inteſt. defer. & firmatum fuit *in deciſ. quæ*
reuidetur in §. fin. & notat *Fuſar. de ſubſtit. q. 485.*
26 *num. 3. verſ. reſpondetur tamen,* vbi quod quando
filius ſuccedit in locum Patris, tunc ſuccedit
tanquam Pater, non tamquam filius, licèt
ſemper ex perſona propria, non autem ex per-
ſona Patris *Bart. in l. 1. §. ſi ſit nepos à princ. ff. de*
collation. dot. & in l. 2. C. de lib. præt. Iaſ. conſ. 159.
num. 4. verſ. & eſt aduertendum lib. 4. Rolan. conſ. 68.
27 *num. 23. lib. 1.* & tali caſu gradus repręſentatur,
non corrumpitur *Fuſar. vbi ſupra n. 3. verſ. Vnde*
dicatur, Honded. conſ. 70. num. 49. lib. 1. Gabr. conſ.
130. nu. 32. lib. 2. Benint. dec. 88. nu. 1. ad med. & fir-
mauit *Rot. dec. 426. n. 5. par. 4. diuerſ.*

28 Textus vero in d. l. cum ita, & in l. peto pro-
cedunt, quando quis eſt proximior, non ſo-
lum reſpectu ſanguinis, ſed etiam ratione or-
dinis ſuccedendi, quæ prærogatiua ſucceſſio-
nis præſertim attendi debet, vt declarat *Fuſar.*
d. q. 485. nu. 3. verſ. Et reſpondendo, Peregr. de fideic.
art. 21. num. 9. & 16. in fin. Alex. conſ. 26. num. 13.
lib. 3. alijque plures relati per *Altograd. conſ. 65.*
nu. 37. & ſeqq. lib. 1.

29 Nec valet replicatio, quod ex vocatione
proximiorum excludatur Ius repræſentatio-
nis, quia contrarium eſſe verius firmant ad-
ducti per eumdem *Altograd. d. conſ. 65. num. 25.*
Peregr. de fideicom. art. 21. num. 17. & probat *Fuſar.*
de ſubſtit. q. 485. ſub num. 3. verſ. reſpondetur, quod
Nepos.

30 Vndè cum prædictæ coniecturæ, & aliæ
exaduerſo adductæ, vel non ſubſiſtant in facto
vel ſint leues, non veniunt attendendæ, præ-
ſertim, quia hodie non agitur de tranſmiſſione
reſpectu portionis Camilli in quibus termi-
nis procedit *deciſ. 100. par. 1. recent.* ſed Iſabellæ
matris Pauli Antonij, & aliorum de Rampo-
nibus, prout benè per *Honded. conſ. 70. num. 26.*
& 27. lib. 1. & dixit *Rot. in d. Bonon. fideic. de For-*
naſarijs 1. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Ve-
roſpio.

Et ita deciſum partibus hinc indè acerrimè
informantibus.

BVRGEN. BENEFICIORVM.

Mercurij 4. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Liquidatio fructuum admittit leuiores proba-
tiones, quando de perceptione non dubitatur
ſed tantum agitur de quantitate, & reſultat ex
libris Eccleſiæ fideliter tentis.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio fructuum eſt difficilis probationis.*
Liquidatio fructuum contentatur leuioribus probationibus quando perceptio non controuertitur, & quæritur tantum de quantitate eod. nu.
2 *Libri Eccleſiæ, benè, & legaliter tenti, probant.*
3 *Citatio habetur pro executa in odium illius, qui impedit citationem fieri.*
4 *Impedimentum cenſetur præſtitum ab eo, de cuius intereſſe agitur.*
5 *Poſſeſſor malæ fidei tenetur ad reſtitutionem fructuum etiam ante motam litem perceptorum.*

DECISIO CLXXVII.

CONTRA Petrum de Zorilla detentorem
vnius Beneficij nuncupati de Sottoauellanos, & Franciſcum Antonium de Alarcon
detentorem alterius de Zilleruello obtinuit
Dominus Petrus Rodriguez de Peſquera ſententiam immiſſionis vna cum condemnatione eorumdem ad reſtitutionem fructuum indebitè perceptorum, quos hodie Domini
cenſuerunt eſſe liquidãdos reſpectu Zorilli in
ducat. 704. & regalibus quinque reſpectu verò
Alarcon. in ſimili ſumma duc. 704. & regaliũ
1 nouem Moti, ex eo quia liquidatio fructuum
eſt difficilis probationis, & leuiores probationes admittit, quando perceptio non controuertitur, & dubitatur tantummodo de quantitate iuxta diſtinctionem, quam tradit
Achill. deciſ. 22. per tot. de reſtit. ſpoliat. & ſecuta fuit *Rota coram Coccino deciſ. 439. num. 2. & 3. & coram Merlino dec. 483. ſub n. 2. & dec. 509. n. 3.*

2 Vndè cum in præſenti caſu ex libris publicis Eccleſiæ loci de Sottoauellanos, & notulis ab Adminiſtratore eiuſdem Eccleſiæ appareat perueniſſe ad manus Zorilli ſummam prędictam ducatorum 704. & regalium quinque, prout pariter ex libris Eccleſiæ de Zilleruello tetigiſſe in portionem Franciſci Antonij ſimilem ſummam ducatorum 704. & regalium nouem; Talis probatio viſa fuit ſufficiens. Nam libri huiuſmodi conſcripti ab Officiali publico, & bene, fideliter, & legaliter tenti optimè probant quantitatem vnicuique ſolutam *Ancharan. conſ. 44. numer. 5. verſ. Contrarium. Rot. diu. deciſ. 623. n. 1. par. 1. coram Verallo dec. 156. eodem num. par. 2. Andr. dec. 52. ſub n. 1. & 2. Merlin. dec. 762. n. 4.*

3 Non obſtat, quod dicti Intruſi non teneantur ad reſtitutionem fructuum, niſi ab anno
1647. quo ipſi effectiuè fuerunt citati; Nam
cum d. Peſquera fuerit impeditus à Conſilio
4 Regio quo minus de anno 1644. citare potuerit; Et impedimentum cenſeatur præſtitum
ab illis, de quorum intereſſe agitur, vt firmatum fuit in deciſione huius cauſæ 26. Iunij
1651. coram me, ſequitur, quod impedientes habeantur pro citatis vt notat *Cardin. in Clem. cauſam q. 13. verſ. Sicut & is de electio. Vitalin. in Clem. 1. num. 75. de foro compet. ſpecul. de Contum. §. 1, in princ. Rota coram Creſcent. deciſ. 18. num. 2. de ſent. & re iudic. & poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 348. ſub num. 3.* & latè *coram Seraph. deciſ. 1094. num. 3.*

5 Vel ſaltem ratione malæ fidei teneantur ad reſtitutionem fructuum etiam ante motam litem iuxta *gloſ. in cap. grauis verbo fructus verſ. malæ fidei de reſtit. ſpoliat. Menoch. de recup. remed. 15. num. 603. & ſeqq. Peregr. de fideicommiſſis art. 49. num. 130. in fine Rot. in Romana Sylua 12. Decembris 1633. coram bon. mem. Card. Veroſpio apud Poſt. de ſubhaſt. dec. 100. n. 4. & 5. & coram Merlin. dec. 663. ſub n. 23. verſ. ſecunda afferebatur limitatio & n. ſeq.*
Et ità &c.

ROMANA OFFICII NOTARIATVS.

Veneris 6. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Officia Capitolina amplius non vacant, & ſunt redacta ad inſtar bonorum allodialium; ideo eorum fructus iuxta pręſumptionem legalem poſſunt taxari ad rationem quinque pro centenario.

SVMMARIVM.

1 *Officia Capitolina ex Priuilegio Pauli V. amplius non vacant.*
2 *Fructus ſtabilium præſumuntur, reddere quinque pro centenario.*
3 *Teſtis de auditu ab eo, qui habet intereſſe non probat.*
4 *Teſtis non informatus de ſtatu, & qualitate Rei non probat.*
5 *Damnum, quod quis propria culpa ſentit, ſibi met ipſi imputari debet.*
6 *Libri ſuſpecti de falſo non probant.*
7 *Aeſtimatio, facta non citata parte, non afficit non citatum.*
8 *Valor Bonorum non præſumitur mutatus intra decennium ceſſante culpa poſſeſſoris.*
9 *Inueriſimilitudo tollit fidem probationi.*
10 *Taxatio ad formam præſumptionis legalis, ceſſante probatione contraria, ſubſiſtit.*
11 *Taxatio legalis ad rationem quinque excluditur per contrarias probationes.*
12 *Locatio ſola non probat veros annuos redditus.*

DECISIO CLXXVIII.

SECVTA euictione Officij controuerſi,
necnon condemnatione contra Flauium
Paradiſium venditorem pro pretij reſtitutione in ſumma ſcut. 250. Actum fuit de damnis,
& intereſſe, quæ pro triennio taxata fuerunt
ad rationem octo pro centenario. Illo verò
elapſo ad rationem quinque, vt in deciſionibus ſub die 5. Iulij 1649. 1. Martij 1652. & 14.
Martij 1653. coram R.P.D. meo Peutingerio.
Cumque in illarum executionem emanauerit decretum Rotale, illudque acriter à Flauio
impugnaretur, dubitaui. An eſſet confirmandum, vel infirmandum, & Domini excepto
1 ptimo tempore perſtiterunt in reſolutis. Nam
cum officia Capitolina ex priuilegio ſa. mem.
Pauli V. amplius non vacent, ſed ſint redacta ad inſtar Allodialium, vt teſtatur *Gratian.*

diſcept.

2 *diſcept.forenſ.cap.730.num.8.45.& ſeqq.* Taxatio
ad rationem quinque nō poteſt dici exceſſiua;
tanquam fundata in præſumptione iuris iuxtà
*gloſ. in Auth. Perpetua C.de Sacroſan. Eccleſ. Mant.
de tacit.lib.4.tit.20.num.12. Rota deciſ.718.num.1.
tom.3.recent.& dec.135.num.18.par.6.* & in termi-
nis huius Officij firmatum fuit *in Romana Of-
ficij Notariatus 31. Ian.1629. & 4. Iuly 1631. co-
ram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

3 Nec prætenſio, quod officium fuerit in-
fructuoſum, & deductis oneribus nullum, vel
modicum dederit emolumentum, v[illegible] fuit
DD. poſſe ſubſiſtere. Nam Teſtes ad id [illegible]du-
cti vltrà quod plures patiuntur exceptiones,
vel deponunt de auditu ab ipſomet Flauio, &
ſic maiorem probationem non faciunt, quàm
ille, à quo audiuerunt, qui nullam profectò
facit, cum ſit principalis Intereſſatus, vt dixit
4 *Rota coram Verall.deciſ.264.num.7.par.3.& in rec.
deciſ.762.num.6.par.2.* Vel vti non informati de
ſtatu, & qualitate Officij non veniunt atten-
dendi. *Alexan. conſ.54.num.4.& 5.lib.6. Rota co-
ram Andr.deciſ.84.num.5.& coram ſan.mem. Greg.
deciſ.570. num.4.* cum alijs per *Adden.ibid.nu.10.*
5 Imò nonnulli ex eis concludunt id eueniſſe
propter rixas, & contentiones continuas inter
dictum Flauium, & Paſquinum de Crudis,
qui officium adminiſtrabat. Et propterea eius
culpæ adſcribi debet, ſi officium fructum non
reddidit iuxtà *text.in l.quod quis 204.ff.de reg.iur.
Gonzal.ſuper reg.8.gloſſ.27.n.208.& ſeqq. Rot.deciſ.
263.n.7.par.7.recent.*

6 Probatio verò deducta ex libris expeditio-
num, in quibus Prouentus Officij adnotari
ſolent, & ad quos Teſtes ſe referunt ſimiliter
reiecta fuit in præſenti diſputatione, quia libri
præfati nunquam fuerunt exhibiti, ex quo
in pluribus partibus apparent alterati, & de-
prauati, & ſic nullam merentur fidem, cum
tamen ad dictum effectum ſufficeret ſola ſu-
ſpicio, vt notat *Caſtr. in l. Iubemus num. 2. C.de
probat. Menoch.de præſumpt.lib.1.præſumpt.99.n.5.
Rota poſt 2.volum.conſ. Farin.dec.229.n.2.& deciſ.
366.n.4.& in Romana donationis 31. Ian.1648. co-
ram R.P.D. meo Veroſpio.*

7 Nec quicquam facit, quod valor officij cur-
ſu temporis fuerit notabiliter diminutus, cum
à principio eſſet valoris ſcutorum 7500. de
anno verò 1622. æſtimatum fuerit in ſcutis
2000. tantum: Si quidem æſtimatio prædicta
facta fuit Lercarijs abſentibus, & non citatis,
quibus propterea non poteſt præiudicare ad
*text.in l.de vnoquoque ff.de re Iudic. Alex. in l.ſæpè
num.125.ff.eodem Surd.deciſ.256.ſub nu.3.& ſeqq.*
8 Et redditur valdè inueriſimilis, dum Flauius
de anno 1616. medietatem præfati Officij vē-
didit Iannotto pro ſcutis 3100. Iannottus ve-
rò de anno 1617. quintam partem alienauit in
Righezzam pro ſcutis 1500. & de anno 1619.
ipſe Flauius eamdem medietatem obtinuit
ſibi adiudicari pro ſumma ſcut. 2666. Vnde
non eſt poſſibile, quòd tam breui temporis
ſpatio valor totius officij ità decreuerit, vt ad
dicta ſcuta 2000. tantum redactus fuerit, cum
regulariter, ceſſante culpa Poſſeſſoris, ille
poſt paucos annos, & ſic intrà decennium
non præſumatur mutatus *Bec. conſ.115.num.7
lib.2. cum alijs per Add. ad Gregor. deciſ.553. nu.15*
9 Inueriſimilitudo autem tollit fidem proba-
tioni *l.Ob Carmen §.fin.ff.de teſtib. Surd.conſ.1.nu.
10. Rota coram Gregor. deciſ.510. num.4.& in rec.*
10 *deciſ.241. num.22. par.7.* Et conſequenter ceſ-
ſante probatione, liquidatio facta ad ratio-
nem quinque iuxtà præſumptionem Iuris be-
ne ſubſiſtit, vt firmauit *Rota in Reatina Iuris re-
dimendi 14. Februarij 1635. coram bon. mem. Card.
Veroſpio Iun. & in Bonon. Pradij 28. Ian. 1641. co-
ram R.P.D. meo Peutingerio.*

11 Non obſtant authoritates exaduerſo allega-
tæ, quia loquuntur quando in contrarium
fuit facta probatio excluſiua prædictæ præ-
ſumptionis, vt pluribus adductis dixit *Rota
in Materaten. redditionis rationis 20. Febr. 1647. co-
ram R.P.D. meo Meltio.*

Quò verò ad primum tempus cenſuerunt
Domini, deciſionem eſſe reformandam. Nam
licet Righezza Lercariorum Author locaue-
rit ad triennium Iannotto officium prædictū
ſub annuo affictu ſcut. 120. Et iſte correſpon-
deat ſummæ contentæ in Decreto Rotali ta-
xante damna pro dicto tempore ad rationem
octo pro centenario. Nihilominus quia Ian-
nottus arripuit fugam, & officium dimiſit, &
locatio non habuit effectum niſi pro menſi-
bus ſex, & penſio non fuit perſoluta, niſi per
totam diem 29. Iunij 1617. Ideò Domini no-
luerunt habere rationem de eodem affictu,
niſi pro dictis ſex menſibus, & pro ſumma
ſoluta ſcut. ſexaginta reducendo in reliquis
decretum Rotale ad rationem ſupradictā ſcu-
12 torum quinque, ea ratione moti, quia ceſ-
ſante ſolutione, locatio ſola concludenter non
probat veros annuos fructus, vt dixit *Rota dec.
116.n.2.par.2.& dec.871. eod.nu.par.4.diuerſ.& in
rec.dec.656.n.6.par.3.*

Et ità vtraque &c.

BAMBERGEN. PRAEPOSITVRAE.

Lunæ 23. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Subrogatio debetur Collitiganti, dummodo fuerit petita in tempore, & lis ſit ſuper Titulo, nec conſtet de calumnia, quæ tamen non præſumitur, niſi probetur.

SVMMARIVM.

1 *Lis ad effectum ſubrogationis debet eſſe ſuper titulo beneficij, & quod illud petatur uti ſuum, non autem vt ſibi debitum.*

2 *Regula de ſubrogandis non arctat ad petendam ſubrogationem intra menſem. Subrogatio tamen peti debet intrà menſem à die gratiæ, & ſubrogationis conceſſa.*

3 *Litigioſum ſi fuerit effectum beneficium, tunc ligantur manus Ordinarij Collatoris, quominus poſſit illud conferre.*

4 *Concordata Germaniæ an comprehendant beneficia reſeruata.*

5 *Lis*

Digitized by Google

5 *Lis ad effectum ſubrogationis dicitur introducta per citationem legitimè executam.*

6 *Litigioſum efficitur beneficium, ſi in cōmiſſione adſint clauſula*, quam, & quas, cum inciden. dependen. &c. totoque negatio principali.

7 *Subrogatio debetur Collitiganti, ſiuè beneficium vacet per obitum, ſiuè per ceſſionem, vel alio modo.*

8 *Calumnia non præſumitur in lita, ad effectum excludendi ſubrogationem, niſi concludenter probetur.*

9 *Calumnia vt excludatur, qualibet cauſa etiam colorata ſufficit.*

DECISIO CLXXIX.

PLACVIT Reuerendiſſimo Datario, conſulere Rotam, an eſſet danda ſubrogatio D. Principi de Naſſau, qui illam prætendit, tam occaſione litis vertentis cum Hieronymo primo electo à Capitulo Bambergen. quā etiam ex alia lite inita cum Philippo Valentino eiuſdem Hieronymi ſucceſſore; Et licet ex
1 primo capite lis non reuocaretur in dubium, cum fuerit introducta in Partibus coram Ordinario ad inſtantiam Hieronymi cōtra Principem, & in Rota pro parte Principis contra eumdem Hieronymum, & vterque petierit Præpoſituram controuerſam vti ſuam, non autem, vt ſibi debitam, & tamquam collatam non autem conferendam prout neceſſarium eſſe docet *gloſs. in cap. 2. verbo finita verſ. ſi autem petit, vt lit. pend. in 6. & tradit Innoc. in cap. cum M. Ferrarienſis num. 9. de Conſtit. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 3. num. 5. Garz. de benef. par. 11. cap. 3. num. 76. & ſeqq. Rot. coram Put. dec. 485. n. 1. & 2. lib. 2. in recent. deciſ. 202. num. 9. & ſeqq. par. 4. tom. 2.* & firmatum fuit *in Tridentina Scholaſtriæ 30. Mar. 1648. coram Eminentiſs. Card. Otthobono.*

Nihilominus ex dicta lite non incliuabant Domini ad fauorem Principis. Nam eſto quod illa coram Ordinario non fuiſſet extincta per ſententiam Officialis Bambergeñ latam ad fauorem Hieronymi, quia tamen ipſo mortuo ad eamdem præpoſiturā electus fuit à Capitulo Philippus Valentinus, qui ſucceſſiuè etiam prouiſionem per obitum à Sede Apoſtolica reportauit, & Princeps intra menſem ſubrogationem non petijt, non poteſt hodiè amplius concedi, non ex eo, quod Re-
2 gula de ſubrogañ arctet ad petendam ſubrogationem intra menſem, ſed quia intra menſem à die prouiſionis factæ ad fauorem Philippi Valentini, ipſe ſubrogationem non petijt, vt firmauit, *Rot. coram Put. deciſ. 144. num. 2. lib. 3. Seraph. deciſ. 1165. eodem num. ſan. mem. Greg. deciſ. 125. num. 16. Cocc. deciſ. 350. num. 2. & ſeqq. in recent. deciſ. 342. num. 10. par. 1. & in Neapolitana Cimiliarcatus 5. May* 1651. *coram R. P. D. meo Bichio.*

3 Cenſuerunt tamen ſubrogationem eſſe concedendam ex alia lite inita cum eodem Valentino Hieronymi ſucceſſore per cuius promotionem ad Eccleſiam Bambergeñ vacauit dicta præpoſitura prima dignitas in Cathedrali *iux. extrauag. ad regimen. de præbend.* quæ expreſsè loquitur in electiuis teſte *Pariſ. de reſign. lib. 3. q. 6. num. 87. &* 88. Adeo vt Capitulum haberet ligatas manus, nec poſſet exercere ſuum prætenſum ius eligendi, etiam ſi de illo conſtaret, prout non conſtat, vt tradit *Gonz. ad reg. 8. gloſs. 1. num. 8. & 9. Rot. in Treueren. Canonicatus 18. Mar. 1648. coram R. P. D. meo Cerro.*

4 Nec reſiſtunt concordata Germaniæ, quia illa non comprehendunt beneficia taliter reſeruata, vt habetur in Conſtitutione 1. Nicolai V. in Bull. nouo tom. 1. & dixit *Rot. in Paterbonen. Præpoſituræ relata per Georgium Branden. ad dicta concord. notab. 3. à nu. 13. & in rec. deciſ. 580. num[illegible] & 2. par. 2. & deciſ. 153. num. 1. & 5. par. 6. in Sa[illegible]rgen. Præpoſituræ 3. Iunij 1623. coram bo. me. Card. Veroſpio ſen. & in Terdonen. Præpoſituræ 27. Feb. 1651. coram Eminentiſs. Card. Otthobono.*

5 Quod autem adeſſet huiuſmodi lis, illaque introducta fuerit ſuper titulo, negari non poteſt, cum contra ipſum Valentinum appareat executa citatio Rotalis poſt mortem Hieronymi, *vt in Summ. num. 6. & 7.* & comparente illius Procuratore producta fuerint iura pro parte Principis, *vt num.* 8. Cum tamen ad inducendam litis pendentiam pro obtinenda ſubrogatione gratioſa ſufficiat ſola citatio legitimè executa *iuxta tex. in Clem. 2. ibiq. Vitalin. num. 7. vt lit. pend. Felin. in cap. ſuper literis num. 13. de reſcript. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 27. à n. 2. Buratt. deciſ. 927. num. 3. Duran. deciſ. 390. num. 1. in rec. deciſ. 607. num. 5. & 6. par. 5.* & latè firmatum fuit *in Treueren. Canonicatus* 18. *Mar.* 1648. *coram R. P. D. meo Veroſpio.*

6 Præſertim attenta clauſula *quam, & quas,* ac alijs clauſulis. *Cum omnibus inciden, dependen. annexis, & connexis, totoque negatio principali, &c.* quæ data præexiſtentia prouiſionis, vt in caſu præſenti, inducūt litem ſuper titulo *Sarnen. in reg. de Infirmis q. 34. num. 4. Rot. coram Buratt. d. deciſ. 927. eodem num. & ibi Add. num. 31. Merlin. deciſ. 73. num. 6. & ſeqq. Gerunden. Prioratus 27. Iun. 1644. coram R. P. D. meo Eichio, in Leodien. beneficij 23. Martij 1648. coram R. P. D. meo Peutingerio, & in Maioricen. Parochialis 2. Decembris 1650. coram me.*

7 Vndè, ſicuti ſi Valentinus deceſſiſſet, ſubrogatio veniret concedenda; Ita etiam concedenda venit, ex quo per illius ceſſionem, vel promotionem vacauit præpoſitura de qua agitur ad *tex. in cap. 2. ibi. cedant, vel decedant, vbi etiam Anchar. ſub num. 1. in 2. not. & Franch. num. 5. verſ. & idem quando vt lite pend. in 6. Rebuff. ſuper reg. de ſubrogan. gloſ. 2. & gloſ. 3. verſ. ego intelligerem cum alijs adduct. per Vinian. de iurep. lib. 13. cap. 7. numer. 3. & per Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 20. num. 75. & 76.*

8 Non obſtat, quod lis huiuſmodi prætendatur calumnioſa. Nam calumnia nullo modo probatur, prout concludenter probari deberet; Et quidem euidens, & notoria quæ nulla poſſit excuſatione velari *Achill. deciſ. 7. nu. 6. vt lit. pend. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 27. eodem num. & numeris ſeqq. Meſſanen. Archipresbyteratus, 29. Aprilis 1641. coram R. P. D. Cerro, & 5. May 1642. & 19. Ianuary 1643. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

9 Imò ceſſat in præſenti caſu attenta prouiſione Apoſtolica reportata pro parte Princi-

pis

Digitized by Google

pis ob duplicem reſeruationem, cum tamen ad hunc effectum quælibet cauſa etiam leuis, & colorata ſufficiat vt aduertit *Rebuff. ſuper reg. de ſubrog. gloſ. 7. num. 3. Rot. coram Seraph. dec. 1165. nu. 10. & coram ſan. mem. Gregor. dicta deciſ. 27. n. 8. dec. 125. n. 5. & ſeqq. dec. 426. nu. 8. & ibi Add. n. 11. & in rec. dec. 306. n. 2. in fine par. 1.*

Et ità in contumaciam Partis recuſantis comparere poſt terriam propoſitionem D. Principe tantum informante reſolutum fuit.

BONONIEN. DE BOLOGNINIS.

Veneris 27. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Clauſula *ſinè præiudicio trium conformium in eo in quo ſunt conformes* appoſita in Commiſſione quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* ſinè præiudicio trium conformium *præſeruat iuriſdictionem Iudicis à quo.*

2 *Clauſula* ſine præiudicio trium conformium habet locum, *quatenus ſententiæ ſint conformes, & in eo, in quo ſunt conformes.*

Maximè ſi hoc fuerit expreſſum in Commiſſione eod. num.

3 *Clauſula* ſinè præiudicio trium conformium in eo, in quo ſunt conformes, *præſeruat executionem in partibus conformibus, & in difformibus illam ſuſpendit.*

4 *Clauſula* ſinè præiudicio trium conformium *requirit, quod ſententiæ debeant eſſe tres reſpectu numeri.*

5 *Sententiæ dicuntur conformes reſpectu ſubſtantiæ, quando omnes concedunt immiſſionem ſuper bonis fideicommiſſi.*

6 *Perſonæ licet ſint plures, reputantur pro vnica, quando repræſentant eundem gradum.*

7 *Sententia lata ad fauorem vnius iuuat etiam alios venientes ex eodem iure.*

8 *Exceptio Iuris Tertij non prodeſt Reo, qui reperitur iam condemnatus.*

9 *Iudicium captum ab vno poteſt proſequi ab alio exiſtente in eodem gradu.*

DECISIO CLXXX.

AD tollendas difficultates, quæ poſſent oriri occaſione reſcripti Signaturæ Iuſtitiæ, quæ in commiſſione appellationis porrecta per Palmerios, & litis Conſortes, & directa R.P.D. meo Cerro adiecit clauſulam *ſine præiudicio trium conformium in eo, in quo ſint conformes.* Placuit Dominis antequam Thadæus de Bologninis nouam executionem faceret, prius diſputare dubium coram eodem D. meo Cerro: An executio facta ſuper medietate bonorum vigore mãdati per me relaxati eſſet attentata, necne. Et quia negatiuè reſpõſum fuit, nempè non conſtare de attentatis. Hodie propoſui dubium, an reſpectu alterius medietatis procedendum eſſet ad vlteriora, & procedendum eſſe DD. reſponderunt.

1 Clauſula enim *ſine præiudicio trium conformiũ* præſeruat iuriſdictionem Iudicis à quo, & operatur, vt executio nullo modo retardari valeat, vt firmauit *Rota coram Mantica dec. 289. num. 7. verſ. & in commiſſione, & in Beneuentana manutentionis 9. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Peutingerio in fine.*

2 Et licet hoc veniat intelligendum, quatenus ſententiæ ſint conformes, & in eo, in quo ſunt conformes, præſertim in caſu præſenti, in quo huiuſmodi verba fuerunt in commiſſione adiecta, quæ indicant, quod Signatura 3 voluerit præſeruare executionem in partibus dumtaxat conformibus, in difformibus verò ſuſpendere iuxta *gloſ. in clem. vt calumnijs verb. alicuius ex eis de re iudic. Dec. conſ. 385. num. 1. & ſeqq. Surd. conſ. 102. num. 15. Rota deciſ. 241. num. 4. par. 1. diu. poſt 2. vol. conſ. Farin. deciſ. 328. num. 3. penes Cenc. de cenſibus dec. 188. num. 5. in Corduben. decimarum 23. Iuny 1614. coram bon. me. Manzanedo*, & ita in ſpecie firmatum fuit in hac Cauſa ſub die 4. currentis menſis corã D. meo Cerro.

4 Nihilominus DD. exiſtimarunt ſatis conſtare de conformitate ſententiarum, quia reſpectu numeri, quinque fuerunt latæ ſuper 5 fideicommiſſo Io: Mariæ, & tres ſuper fideicommiſſo Bartholomæi, quo verò ad ſubſtantiam omnes concernunt immiſſionem ſuper bonis eiſdem fideicommiſſis ſubiectis, quod ſufficit ad hoc, vt ſententiæ dicantur inter ſe conformes iuxta *conſ. Caſtr. 163. nu. 2. lib. 2.* & millies firmauit *Rota, vt coram Canaler. dec. 387. nu. 1. Duran. deciſ. 365. nu. 3. Merlin. deciſ. 331. num. 1. in recen. deciſ. 647. num. 1. par. 1. & deciſ. 491. par. 5. & dec. 292. eod. num. par. 6. & in Romana Domus, ſeu Saluiani 11. Aprilis 1644. coram Reuerendiſſimo Terracinen.*

6 Non obſtat, quod ſententiæ prædictæ loquantur tantummodo de medietate, pro altera verò medietate latæ fuerint ad fauorem Horatij, & Valerij, nàm cum omnes iſti ſimul ſub nomine collectiuo proximiorum fuerint vocati, & inuicem, & reciprocè inter ſe ſubſtituti, & huiuſmodi fideicommiſſa agnouerint mediante introductione iudicij pro obtinenda immiſſione, vtique tamquam repræſentantes eumdem gradum pro vna tantum perſona reputantur *gloſ. in l. Interdum verb. filij ff. de hered. inſtit. Dec. conſ. 319. num. 6. Roman. conſ. 99. num. 1. Decian. conſ. 1. num. 130. & 213. lib. 1. Soc. Iun. conſ. 104. ſub num. 25. lib. 1. Clar. in §. Teſtamentum q. 80. nu. 1. & 7.*

7 Et propterea ſentẽtia lata ad fauorem vnius iuuat etiam alios venientes ex eodem iure, & res iudicata obtenta per vnum parit exceptionem rei iudicatæ ad fauorem alterius, vt notat *Peregr. de fideic. art. 53. n. 43. Seraph. deciſ. 44. n. 2. & probat text. in l. hæres 7. ff. fam. erciſc.* vbi quod victoria eius, qui eſt hæres in ſolidum prodeſt etiam ei ad quem apparet hæreditatem pertinere *l. loci corpus 4. §. Si fundus ff. ſi ſeruit. vindic.* & faciunt notata per *Alex. conſ. 186. in fine lib. 2. Rota deciſ. 518. n. 2. & ſeqq. par. 5. rec.*

8 Et in omnem caſum exceptionem huiuſmodi Palmerij, & litis Conſortes non valent dedu-

deducere, nam cum ipſi iam fuerint per ſententias condemnati, & iniuſtè bona detineant renentur illa omnino reſtituere, vt firmauit *Rota coram Durano deciſ. 448. num. 10. & 11. & in Peruſina reintegrationis 10. Iunij 1648. coram Reuerendiſſimo Terracinen.*

9 Vndè parum refert, quod Horatius, & Valerius nolint iudicium proſequi, vel non poſſint, ex quo ſunt demortui, quia non propterea impeditur Thadæus eumdem gradum obtinens inſtare pro illarum executione iuxta deducta per *Rotam d. deciſ. 518. n. 2. & ſeqq. par. 5. recent.*

Et ità Vna tantum &c. deciſum fuit &c.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurij 11. Martij 1654.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti ex quibus coniecturis cenſeantur diſpoſitiuè vocati: Et an pro conſequendis bonis fideicommiſſi obſtet illis renunciatio Matris, dum agunt ex perſona propria, vel detractiones oppoſitæ ab hæredibus grauatorum, qui non confecerunt Inuentariũ, & alienarunt bona eiuſdem fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum, ſi appellatio per biennium non fuerit proſecuta.*

2 *Appellationem non interponere, vel illam non proſequi idem eſt.*

3 *Reſtitutio in integrum non datur ſinè læſione.*

4 *Læſio ceſſat, quando conſtat de validitate, & iuſtitia ſententiæ.*

5 *Sententiæ validitas reſultat ex reuolutione proceſſus.*

6 *Fideicommiſſario datur immiſſio conſtito de exiſtentia, & purificatione fideicommiſſi, ac de bonorum identitate.*

7 *Bona eſſe ſuppoſita fideicommiſſo probatur ex confeſſione Partis.*

8 *Fideicommiſſum probatur ex lectura Teſtamenti.*

9 *Fideicommiſſum purificatur per obitum illius, poſt cuius mortem fuit facta ſubſtitutio.*

10 *Filij in conditione poſiti concurrentibus coniecturis cenſentur diſpoſitiuè vocati.*

11 *Et pro coniectura facit primò, quod pluries fuerint poſiti in conditione.*

12 *Facit ſecundò, quod fuerint poſiti in conditione cum qualitate, quod ſint legitimi, & naturales, & nati ab ipſis hæredibus.*

13 *Item & tertiò, ſi in caſu obitus inſtitutorum ſine filijs vocati fuerint extranei.*

14 *Facit quartò Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus.*

15 *Facit quintò Reciproca ſubſtitutio inter filios hæredes inſtitutos.*

16 *Item ſextò Probibitio alienationis legitimæ, & Trebellianicæ.*

17 *Demum, ſi in caſum deficientiæ lineæ filiorum ſubſtituta fuerit Eccleſia.*

18 *Verbum* linea *comprehendit omnes deſcendentes in infinitum.*

19 *Coniecturæ plures ſimul iunctæ ſufficiunt ad inducen. vocationem, licet ſingulæ de per ſe non ſuffragentur.*

20 *Coniecturæ verò leuiores requiruntur in Deſcendentibus, quam in Tranſuerſalibus.*

21 *Renunciatio fideicommiſſi facta à Matre non nocet filio venienti ex perſona propria.*

22 *Renunciatio facta à Matre de bonis fideicommiſſi ante illius purificationem non præiudicat filijs.*

23 *Renunciatio enim huiuſmodi habet tacitam conditionem;* ſi ſucceſſio ei deferatur.

24 *Amplia etiam ſi filius ſit hæres Matris.*

25 *Et tali caſu non impugnatur renunciatio, ſed dicitur illam non comprehendere ius filio competens.*

26 *Collatio non eſt facienda inter ſuccedentes ex fideicommiſſo.*

27 *Hæres, qui non confecit Inuentarium, & bona fideicommiſſi alienauit, non poteſt detrahere legitimam, & Trebellianicam, quia præſumitur illas conſumpſiſſe.*

28 *Legitimæ, & Trebellianicæ conſumptio probatur ex confeſſione Partis.*

29 *Inuentarij defectus, & alienatio bonorum inducit præſumptionem, quod hæres fuerit ſatisfactus de eius creditis.*

30 *Et alleganti contrarium incumbit onus probandi.*

31 *Fideicommiſſi bona non poſſunt alienari pro dote, niſi conſtet illam fuiſſe ſolutam.*

32 *Creditor adminiſtrans bona ſui Debitoris præſumitur ſibi ſatisfeciſſe.*

33 *Melioramenta, niſi ſint liquida, non veniunt reficienda, ſed ſufficit cautio.*

34 *Fideicommiſſario competunt eadem actiones ſuper bonis ſubrogatis pro fideicommiſſo, prout ſuper ipſis bonis fideicommiſſarijs.*

35 *Bona ſubrogata pro fideicommiſſo ſuccedunt loco bonorum alienatorum.*

DECISIO CLXXXI.

PRAEFIXO Valentino de filijs competente termino ad tranſportandum acta, illiſque non tranſportatis dedi dubium iuxta formam commiſſionis mihi directæ. An conſtet de re iudicata, vel potius de cauſis reſtitutionis in integrum, quod affirmatiuè quo ad primam partem, & negatiuè quoad ſecundam fuit reſolutum.

1 Etenim, quoad primam partem, cum per biennium, & vltra à die interpoſitæ appellationis nihil fuerit geſtum in cauſa illa remanſit deſerta, & ſententia A. C. fecit tranſitum in iudicatum *iuxt. tex. in Clem. ſi appellationem, & Clem. ſicut de appell. Rot. coram Duran. deciſ. 71. n. 1. & in Spoletana fideicommiſſi 27. Martij* 1648. *coram*
2 *R. P. D. meo Bichio.* Nam idem eſt non appellare, & debito tempore appellationem non proſequi *l. fin. §. illud etiam C. de temp. appell. cum pluribus in Aquilana Iuriſpatronatus 4. Iunij* 1646. *coram Eminentiſs. Card. Corrado, & in Caietana Bonorum 3. Decembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Cerro.*

3 Reſpectu vero ſecundæ partis cenſuerunt DD. non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum, quia illa non datur ſine læſione, & læſio ceſſat attenta validitate, & iuſtitia ſententiæ,

4 tentiæ, *cap.1. & ibi Abb. de reſtit. in integrum Rot.*
deciſ.87. num.1. & deciſ.170. num.2. par.6. recent. &
in Gerunden. Portionum 25. Iunij 1649. coram me.
5 Validitas reſultat ex reuolutione proceſſus,
& ea, quæ exaduerſo fuerunt oppoſita, cum
non habeant ſubſiſtentiam facti, non viden-
tur indigere reſponſione. Iuſtitia autem pa-
6 tet, quia ſuper bonis fideicommiſſarijs Pauli
concedit immiſſionem Simoni, qui docet de
requiſitis neceſſarijs, nempè de fideicommiſ-
ſo eiuſdem Pauli, de purificatione ad ſui fa-
uorem per obitum Angeli vltimi grauati in
portione per eum poſſeſſa, & de bonorum
identitate, quibus concurrentibus competere
remed. l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. tol. dixit *Rot. deciſ.*
472. num.1. par.3. recent. deciſ.368. eod. num. par.5.
deciſ.301. num.5. & 6. par.6. in Fanen. Bonorum 19.
Iunij 1648. coram bo. me. Arguelles, & in Bononien.
fideicom. 5. Decemb. 1650. coram me.
7 Exiſtentia fideicommiſſi non ſolum pro-
batur ex confeſſione Aduerſarij, qui faſſus fuit
bona controuerſa eſſe ſuppoſita fideicommiſ-
ſo Pauli iuxta notata per *Peregr. de fideic. art.43.*
num.6. Maſcard. de probat. concluſ.777. num.10. Bar-
dellon. conſ.93. num.114. lib.1. Barz. deciſ.5. num.15.
& 16. Rot. deciſ.131. ſub num.3. & 4. & deciſ.261.
8 *num.4. & 5. par.7. recent.* Sed etiam reſultat cla-
rè ex lectura eiuſdem teſtamenti, vt tradit
Molin. de Primogen. Hiſpanor. lib.2. cap.8. numer.2.
cum alijs pluribus *in Mediolanen. Bonorum 26.*
Iunij 1647. coram R.P.D. meo Bichio, & in Roma-
na fideicommiſſi 8. Iunij 1648. coram bon. mem. Ar-
guelles.
9 Purificatio verò controuerti nõ poteſt, nam
cum Teſtator pro æquali portione ſcripſerit
ſibi hæredes Anaſtaſium, Valentinum, An-
gelum, Catherinam, & Brigittam filios, illoſq;
ad inuicem ſubſtituerit in caſum obitus ali-
cuius ſine filijs, vtique mortuis Anaſtaſio, &
Catharina ſine prole, in portione Angeli, qui
pariter ſiue filijs vltimo loco deceſſit, ſucce-
dunt pro æquali Valentinus filius Valentini
Senioris, & Simon filius Brigittæ, qui hodie
agit; Ipſi enim poſiti fuerunt in conditione, &
propterea pluribus pro eorum vocatione con-
currentibus coniecturis, cenſentur diſpoſitiuè
10 vocati, non obſtante opinione *gloſ. in l. Lucius*
la 2. ff. de hæred. inſtit. vt tradit *Ruſt. de lib. in cond.*
poſit. lib.5. cap.8. num.1. Bero conſ.109. num.9. & ſeq.
& conſ.110. à num.34. lib.2. Peregr. conſ.91. num.30.
lib.1. Rot. coram Greg. deciſ.315. num.1. & deciſ.337.
num.6. cum concordan. cumulatis *in Vrbinaten.*
Pradij 3. Iunij 1650. coram R.P.D. meo Bichio.
11 Coniecturæ autem ſunt plures, quarum
prima ex eo deducitur, quod filij prædicti non
ſemel tantum, ſed bis, & ter fuerunt poſiti
in conditione, quæ geminatio, & repetitio
indicat magis enixam Teſtatoris voluntatem,
vt benè in propoſito aduertit *Hond. conſ.54. nu.*
11. lib.2. Rot. coram Seraph. deciſ.1329. nu.11. in rec.
deciſ.266. eod. num. par.1. & deciſ.389. num.8. & 9.
par.4. tom.2. cum alijs relatis per *Adden. ad Bu-*
ratt. deciſ.385. n.10. verſ.4. coniectura.
12 Imò non ſolum fuerunt poſiti in conditio-
ne, ſed vlterius fuit addita qualitas, quod ſint
legitimi, & naturales, & nati ab ipſis hæredi-
bus inſtitutis, hæc enim cum cenſeatur adie-
cta ad excluſionem legitimatorum, qui vna
cum legitimis ab inteſtato ſuccederent, pluri-
mum vrget pro inducẽda vocatione ad fauo-
rem poſitorum in cõditione *Soc. Iun. conſ.110.*
num.25. & ſeqq. & conſ.145. numer.39. lib.3. Giouag.
conſ.79. num.17. & ſeqq. lib.1. Rot. coram Merlin. dec.
608. n.7. & in dicta Vrbinaten. Pradij 3. Iunij 1650.
coram R.P.D. meo Bichio.
13 His accedit, quod Teſtator in caſu obitus
Inſtitutorum ſine filijs vocauit extraneos, vn-
de non eſt veriſimile, quod minus dilectos
voluerit ad ſuam hæreditatem admittere, &
fillos ex maſculis primo loco vocatis exclu-
dere, vt bene per *Hond. conſ.54. num.37. & ſeqq.*
lib.2. Gabr. conſ.96. num.15. lib.1. Rot. coram Greg.
dicta deciſ.315. num.6. & 7. coram Merlin. dec.686.
n.6. & in rec. dec.355. n.5. par.5.
14 Adeſt digreſſus ad plures ſubſtitutionum
gradus, vt alijs relatis ponderat *Menoch. conſ.*
173. num.54. verſ.5. coniectura, & firmauit *Rota*
dec.133. n.7. & dec.320. n.18. par.1. rec. & dec.389.
n.7. par.4. tom.2.
15 Concurrit reciproca ſubſtitutio appoſita in-
ter proprios filios hæredes inſtitutos, quam
coniecturam ponit *Ruſt. de lib. in cond. poſit. lib.8.*
cap.1. num.1. & plures cumulat *Fuſar. de ſubſtit.*
quæſt.437. num.87. & in conſ.131. nu.9. & conſ.173.
num.4. & dixit, *Rota in dicta Vrbinaten. Pradij 3.*
Iunij 1650. coram R.P.D. meo Bichio.
16 Appoſita fuit prohibitio detractionis legi-
timæ, & Trebellianicæ, vt aduertit *Riminal.*
Sen. conſ.243. num.90. verſ. Et maximè lib.2. Vbi
quia prohibendo illas videtur Teſtator in om-
nibus bonis ſubſtituiſſe, & velle hæreditatem
integrè ad ſubſtitutos peruenire *Gozad. conſ.64.*
num.13. Fuſar. Qui dicit hanc concluſionem
vacuam ab omni dubitatione *conſ.145. nu.21.*
& firmauit *Rota dec.389. nu.12. par.4. tom.2. rec. &*
coram Merlin. dec.447. n.7.
17 Et demum, quia Teſtator in Caſu deficien-
tiæ lineæ filiorum voluit, quod in eius bonis
ſuccederet Eccleſia S. Petri, & S. Franciſci,
quam coniecturam multum operari pro in-
ducenda vocatione tradit *Petra de fideicommiſſ.*
qu.9. num.216. Gabr. eod. tit. lib.4. concluſ.4. num.23.
Decian. conſ.102. num.47. lib.2. Et ratio eſt, quia
dicta ſubſtitutio non poteſt habere locum,
niſi poſiti in conditione eſſent vocati *Rota co-*
ram Seraph. deciſ.946. nu.6. repepetita apud *Barz.*
deciſ. Bonon.8. num.5. Vnde cum dicti filij non
ſolum fuerint poſiti in conditione, ſed etiam
grauati, ac onus illis iniunctum, cenſentur
propterea diſpoſitiuè vocati *iuxt. not. per Rip. in*
l. Centurio num.166. & ſeqq. ff. de vulg. Soc. conſ.77.
n.6. in fin. lib.1. Ruin. conſ.139. n.12. lib.3. & tradit
Curt. Iun. conſ.87. nu.6. & ſeq.
18 Maximè cum Teſtator vſus fuerit verbo
linea, quæ non verificatur in ſolis filijs, ſed
continet plures gradus, & extenditur ad Ne-
potes, Pronepotes, & omnes deſcendentes in
infinitum, vt probat *Ancharan. conſ.95. num.7.*
Surd. conſ.344. num.14. Rot. coram Caual. deciſ.241.
num.1. & coram Merlin. deciſ.66. num.2. & dec.206.
num.15. & in rec. deciſ.424. num.1. par.2. & dec.21.
nu.14. in fin. par.5.

19 Et licet prædictæ coniecturæ ſingulæ de per ſe non ſufficiant, tamen ſimul iunctæ bene ſuffragantur ad inducendam vocationem Simonis in tota hæreditate *Socin.Iun.conſ.*110.*nu.* 28.*in fin.lib.*3.*Peregr. conſ.*91. *num.*38. *lib.*1.*Grat. conſ.*106. *num.*48. *lib.*2. & firmauit *Rot. in recent. deciſ.*146.*num.*1.*par.*1. *& deciſ.*389.*num.*13.*par.*4. *to.*2.*& in Terracinen.fideicomm.* 14.*Decemb.*1643. *coram Eminentiſs.Card.Ottbobono.*

20 Prædictis accedit, quod Simon eſt ex deſcẽdẽtibus eiuſdem Teſtatoris, in quibus leuiores coniecturas ſufficere firmauit *Rot. in his terminis deciſ.*389.*num.*4.*&* 5.*par.*4.*tom.*2.*recent.& dec.* 61.*n.*5.*par.*7. quæ eſt *deciſ.*686.*num.*4.*&* 5. *coram Merlino.*

21 Non obſtat, quod Brigitta Simonis Mater renunciauerit iuribus ſibi competentibus, & competituris ſuper dicto fideicommiſſo, quia cum Simon agat ex perſona propria, & tanquam ad illud vocatus, talis renunciatio obeſſe non poteſt, vt eſt *text. in l. ex repudiatione* 26. *ibique gloſs. & DD. C. de fideicomm. Ripa in l.qui Romæ §.duo fratres num.*101.*ff.de verb.oblig. Bald. conſ.*215.*numer.*2. *lib.*2.*Peregr.de fideicomm. art.*52.*n.*81. & plures cumulat *Fuſar. de ſubſtit. q.*593.*n.*165.*q.*597.*n.*5.*& ſeqq.*

22 Idque facilius venit dicendum, quia hodiè agitur tantummodo de portione Angeli, cui Brigitta prædeceſſit, quæque ſuper dictis bonis nullum ius habuit; Vndè renunciatio per ipſam facta non valet nocere filijs iuxta doctrinam *Bart.in l.qui ſuperſtitis num.* 4. *verſ. Item vide ibique Caſtren.num.*3. *verſ.dic ergo melius ff.de acquir.hæred.Bald.in l.fin.num.*16.*C.de pact.Roland.*
23 *conſ.*11.*num.*4.*lib.*1.*vbi num.*5.*&* 6. firmat, quod talis renunciatio videtur habere tacitam conditionem, *ſi ſucceſſio ei deferatur*, quæ conditio ſi non euenit, renunciatio habetur pro non facta, *num.*7.*in fin.* Vbi teſtatur de communi, à qua durum eſſet in iudicando recedere *Ruin. conſ.*138.*num.*10.*lib.*2. *Aym.conſ.*127. *num.*3.*&* 4. *Bec.conſ.*107.*num.*16.*lib.*1. *Peregr.de fideic.art.*52. *num.*93.*Magon.deciſ. Florent.*147.*numer.*10.*&* 11 *Vinius deciſ.* 211. *num.* 3. *&* 4. & de communi latè *Gram.dec.*57.*n.*2.*&* 11.

24 Et hanc opinionem procedere etiamſi filius ſit hæres matris, probat *Theſaur. quæſt. forenſ. lib.*2.*q.*90.*per tot.* vbi ponit rationes, & reſpondet contrarijs, *Paſchal.de Vir patr. poteſt.par.* 3. *cap.*7.*num.*53.*Marant.diſput.*10.*num.*12.*& ſeqq.* & præſertim *num.*34.*Vincent.de Franch. dec.*67.*n.*7. *&* 8. & de communi *Caſtill.dec.*189. *n.*2.

25 Nec tali caſu impugnatur renunciatio, ſed dicitur illã non comprehendere ius filio competens ex perſona propria, vt tradit *Natt.conſ.* 470.*num.*12.*& ſeq.Surd. conſ.*133. *numer.*26.*verſ. Secundo reſpondeo, Fontanell.de pact. nupt. clauſ.*9. *gloſs.vnica par.* 1. *num.*58. cum alijs quos adducit *Cancer.variar.lib.*3.*cap.*15.*nu.*58.*& ſeq.& præſertim num.*63.

26 Et ex his ceſſat etiam obiectum quod idem Simon teneatur conferre Dotem Maternam, quia cum ipſe agat ex iure proprio, & vigore fideicommiſſi nihil conferre debet *Salicet. in l.Illam ſub num.* 2. *verſ. Nunc vero C. de collat. Dec.in l. ſi emancipati num.*15.*cod.tit. Angelus conſ.* 101. *num.* 2. *verſ. ſequitur videre*, & latè probat *Gabr. conſ.*96. *nu.*37. *lib.* 1. vbi quod nulla lege cauetur quod inter ſuccedentes ex fideicommiſſo ſit facienda collatio.

27 Ceſſat pariter prætenſio detractionum legitimæ, & Trebellianicæ ex perſona Valentini Senioris, & aliorum filiorum Teſtatoris. Nam cum ipſi defecerint in cõfectione Inuentarij, & bona alienauerint intrat præſumptio detractionis, & conſumptionis, vt firmauit *Rota deciſ.*77. *num.*3. *&* 4. *& deciſ.* 399. *num.* 7. 28. *& ſeq.par.*5.*rec.coram Duran.deciſ.*360.*num.*1.*& ſeqq. in Reatin.ſucceſſ.* 6.*Iunij* 1644.*in fin. coram R.P.D. meo Meltio*, cum alijs pluribus relat.*in Bononien. de Bologninis* 2.*May* 1653.*coram me.*

28 Nec talis conſumptio negari valet per Valentinum attenta ipſius confeſſione facta in iudicio contra creditores prætendentes huiuſmodi detractiones propter quam remanet ab huiuſmodi exceptione excluſus ad *text. in l. cum te C.de tranſact. & l. generaliter C. de non num. pec.Rot.in rec.deciſ.*575.*num.*4.*par.*2.*rec.& in Rom. fideicom.de capite ferreo* 10.*Martij* 1645.*coram Eminentiſs.Card.Corrado.*

29 Et eodem modo reſpondetur quoad prætenſam retentionem pro dote Cloridæ Matris hæredum grauatorum, & vxoris fideicommittentis, nam dum inuentarium non exhibetur, & plura bona fuerunt diſtracta intrat præſumptio occultationis bonorum quodque illa ſufficientia fuerint pro detractionibus, &
30 allegranti contrarium incumbit onus probãdi *Rot.deciſ.*88. *nu.*25.*& dec.*126.*num.*29.*par.*7.*recen. & coram Merlin.deciſ.*265.*n.*9.*& dec.*383.*nu.*15.*&* 16. cum pluribus *in Auximana fideic.* 13. *Ianuar.* 1640. *&* 31. *Ianuarij* 1642. *coram Reuerendiſsimo D.meo Decano.*

31 Et tamen nec conſtat huiuſmodi dotem fuiſſe ſolutam prout expreſsè conſtare deberet ad hoc vt ex fideicommiſſo detrahi poſſet *Rot. deciſ.*126. *nu.*29. *verſ.Item Dos Helena par.*7. *rec.*
32 Imò apparet ipſam adminiſtraſſe bona hæreditaria Pauli, & plures pecuniarum ſummas exegiſſe, ex quibus propterea præſumitur ſatisfacta *l.Peculium la* 2.*§.propterea ff.de Pecul. Rot. poſt Pacif.de Saluian.deciſ.*87.*n.*2. *& coram Burat e. deciſ.*420.*eod.numero.*

33 Retentio pro prætenſis Melioramentis factis in quadam domo non meretur allegari, dum illa non erant liquida, & nihilominus fuit præſtita cautio de illis reficiendis ſequuta liquidatione iuxta opinionem *Rot. deciſ.* 659. *num.*1.*par.*1.*diuerſ.& in recent. deciſ.*650.*n.*2.*&* 7. *par.*2. *Caualer.dec.*54.*in fin. Buratt.deciſ.*834.*n.*13. & firmatum fuit *in Rom. Saluian.* 23.*May* 1644. *coram Eminentiſs.Card.Cecchino.*

34 Exceſſus deductus ex eo quod immiſſio cõceſſa fuerit etiam ſuper prædio *della Romita*, quod non probatur fideicommiſſarium Pauli imò conſtat fuiſſe emptum ab hæredibus grauatis tollitur ex confeſſione propria eiuſdem Valentini, qui faſſus fuit iudicialiter illud ſubrogatum fuiſſe loco bonorum alienatorum & vti tale ſemper retinuit, nam eadem actio, quæ competit ſuper bonis originaliter fideicommiſſarijs, competit etiam pro bonis illo-

illorum loco ſubrogatis *l. Imperator §. fin. ibique Bart. §. cum autem num. 3. ff. de leg. 2. l. ſi rem ff. de pet. hæred. Rot. in recent. deciſ. 320. num. 1. & ſeqq. par. 5. repetita coram Merliu. dec. 428. & deciſ. 164. n. 15. par. 7.*

35 Prout ſimili reſponſione tollitur obiectum de prętenſa acquiſitione facta ab ipſo aliiſque hæredibus de quibuſdam prædiolis contiguis bonis fideicommiſſariis exiſtentibus in Territorio Cæſarum, dum concurrit confeſſio propria quod illa retinebat pro reintegratione fideicommiſſi iuxta deducta *in dec. 126. n. 30. & dec. 164. n. 15. par. 7. rec.*

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA BENEFICII S. VINCENTII.

Veneris 13. Martij 1654.

ARGVMENTVM.

Ad beneficia Diœceſis Calaguritanæ præſentari debent illi, qui habent maiores qualitates, & ſi ſecus factum fuerit, iudicium præſentantium conuincitur erroneum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij in adiudicatione ille præferendus venit, qui habet maiores qualitates.*
2 *Ordinarij iudicium habet præſumptionem pro ſe.*
3 *Declara, vt hoc procedat, quando inſtitutio prouenit à libero arbitrio ipſius, ſecus ſi à præſentatione facta ab alijs.*
4 *Præſentantium iudicium conuincitur erroneum, ſi omiſſo magis digno præſentatus fuerit minus idoneus.*
5 *Citatus ſi non comparet, videtur diffidere de eius iure.*

DECISIO CLXXXII.

1 IN vna Calaguritana beneficij de Ocon 15. Decembris præteriti fuit coram me reſolutum, beneficium eſſe adiudicandum Ioanni, ex quo in illo concurrebant maiores qualitates, quam in cæteris oppoſitoribus: Hodie ex ijſdem rationibus idem quoque reſpōſum fuit circà beneficium controuerſum ad fauorem Franciſci Martinez. Cùm ipſe ſit Senior vti conſtitutus in ætate annorum 36. ſit ſacerdos, Deputatus ab Ordinario pro adminiſtratione Sacramentorum in tota diœceſi, necnon ad audiendas fidelium Confeſſiones cum facultate ampliſſima abſoluendi etiam à caſibus reſeruatis. E conuerſo verò Antonius Gil, qui cum eo concurrit ſit iunior agens annum tantummodò 23. de tempore Oppoſitionis ſimplex Clericus Minorum Ordinum abſque aliqua qualitate conſiderabili; Itaut meritò Franciſcus præferendus veniat iuxta *tex. in cap. Statuimus de maior. & obed. cap. ex ore de Priuil. can. ſi fortè 65. diſt. Can. licet ergo 8. quæſt. 1.* & aliàs reſolutum fuit *in Calaguritana beneficij de Bilbao 28. Iunij 1651. coram Eminentiſſimo Cardinali Ottobono in Calaguritana beneficij 23. Maij 1653. coram R. P. D. meo Cerro, & in alijs.*

2 Nec refert, quod Antonius fuerit Inſtitutus ab Ordinario, pro cuius Iudicio regulari-
3 ter eſt præſumendum *c. in præſentia, ibique DD. de renunc.* Nam cum inſtitutio non proceſſerit à libero arbitrio ipſius, ſed potius à præſentatione facta per Beneficiatos, non attenditur
4 iudicium Ordinarij, ſed Beneficiatorum, quod ex ſupradictis erroneum conuincitur, dum apparet, maiores qualitates in Franciſco concurrere, quam in Antonio, vt in his terminis firmauit *Rot. in Calaguritana beneficij 27. Nouembris 1648. coram R. P. D. meo Bichio, in alia Calagurit. beneficij 15. Ianuarij, & 13. Maij 1652. coram eodem, in Calaguritana beneficij de Lumbreras 12. Martij prædicti anni 1652. coram R. P. D. meo Meltio, in Calaguritana beneficij de Ocon 16. Ianuar. 1653. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & in Calaguritana beneficij de Murillo 14. Febr. eiuſdem coram R. P. D. meo Albergato.*

5 Et eò facilius inclinarunt Domini in hanc ſententiam, quia Antonius etiamſi perſonaliter citatus fuerit: Nihilominus non curauit comparere, ſignum euidens, vel quod agnoſcat ſuum malum Ius, vel quod amplius ad huiuſmodi beneficium non intendat concurrere iuxta deducta *in Calaguritana beneficij de Alexon. 24. Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Peutingerio, & in Calaguritana beneficij de Haro 14. Martij eiuſdem anni coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Et ita altera tantum &c:

LICIEN. BONORVM.

Veneris 24. Aprilis 1654.

ARGVMENTVM.

Pater non poteſt pręiudicare filio in bonis fideicommiſſi, & in quibus ſuccedit ex perſona propria, etiamſi filius ſit hæres patris, dummodò hæreditatem adiuerit cum beneficio legis, & de bonis hæreditarijs rationem reddat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum purificatur ad fauorem illius, qui habet qualitatem Clericatus requiſitam à Teſtatore non obſtante diſpoſitione tex. in l. cum anus, & l. cum acutiſſimi.*
2 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti.*
3 *Pater non poteſt præiudicare filio in bonis fideicommiſſi, & in quibus ſuccedit ex perſona propria.*
4 *Hæres cum beneficio legis, & Inuent. non impeditur reuocare bona fideicommiſſi alienata per eius authorem.*
5 *Hæres tenetur ſeruare factum defuncti, quatenus vires hæreditariæ ſuppetunt.*
6 *Exceptio non redditæ rationis opponi non poteſt ab eo, qui pro ſua parte rationem reddere tenetur.*
7 *Donatio facta occaſione certi Matrimonij eſt priuilegiata, nec venit conferenda.*
8 *Clauſula* omnia, & ſingula *habet vim ſpecia-*

V lis

lis, & indiuiduæ mentionis.

9 *Præſertim quando verificari non poteſt, niſi in bonis controuerſis.*

10 *Donationis titulo renunciare cenſetur, qui diuidit bona vigore diſpoſitionis diuerſæ, & incompatibilis.*

11 *Collatio non eſt facienda, niſi de bonis, quæ proueniunt ex ſubſtantia eius, de cuius ſucceſſione agitur.*

12 *Acceptans ſibi imputet, ſi in electione ſibi præiudicauit.*

13 *Legitimam non poteſt amplius deducere, qui illam acceptauit cum onere ſibi iniuncto per Teſtatorem.*

14 *Confeſſio emiſſa ad vnum finem non debet effectum contrarium operari.*

15 *Confeſſio erronea non præiudicat confitenti.*

DECISIO CLXXXIII.

1 ADmiſſa purificatione fideicommiſſi cōditi per Galienum Teſtatorē ſuper Prædio nuncupato del Prencipe ad fauorē Nicolai Natalis, vti habentis qualitatem clericatus
2 non obſtante diſpoſitione *tex. in l. cum auus, & in l. cum acutiſſimi C. de fideic.* Inſtabat tamen Anna pro receſſu à Deciſis, ex quo idem Prædium fuit alius tanquam liberum, & cum promiſſione euictionis aſſignatum, & donatum Leonardo per Matthęum Seniorem, cuius factum à Nicolao illius hærede impugnari non poteſt *ad tex. in l. cum à Matre C. de rei vendic. & in l. ex qua perſona de reg. Iur.*

3 Verum non obſtante huiuſmodi fundamento adhuc Domini perſliterunt in reſolutis, cum enim Prædium controuerſum proueniat à Galieno Auo, non potuit Matthæus Pater Nicolao præiudicare ex traditis per *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 586. num. 50. Rota in rec. deciſ. 653. num. 7. par. 1. coram Merlin. deciſ. 699. nu. 32.* & fuit dictum *in Bononien. ſeu Ferrarien. pecuniaria 12. May 1653. coram R. P. D. meo Zarate.*

4 Parumque refert, quod Ipſe ſit hæres pro quarta parte eiuſdem Matthæi, nam dum adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & Inuent. non impeditur ex propria perſona conſequi hoc Prædium vigore fideicommiſſi Auiti iuxta *tex. in l. final. §. in computatione ibique Bald. num. 1. & ſeqq. & Iaſ. num. 4. C. de Iure delib. Berou. conſ. 129. num. 5. lib. 2. Menoch. conſ. 203. num. 27. Rota coram Merlin. deciſ. 644. n. 3. repetita in rec. deciſ. 298. n. 5. & 8. par. 6.*

5 Exceptio verò, quod Nicolaus non reddiderit rationem de bonis inuentariatis, & ideò quatenus extet in hæreditate teneatur dona-
6 tionem ſeruare, vrget etiam contra Leonardum Authorem Annæ, qui pro alia quarta eſt pariter hæres Matthæi, & vti talis tenetur approbare factum eiuſdem circà collationem bonorum donatorum, & ideò dum Ipſa rationem non reddidit, non poteſt alteri huiuſmodi defectum obiicere ad *tex. in l. ſi ambo ff. de compenſat. Aym. conſ. 159. num. 6. Rot. coram Durau. deciſ. 400. n. 1.* & firmatum fuit *in Melenit. menſium 22. May 1648. coram bo. mem. Arguell.*

7 Non obſtat, quod talis donatio, tanquam facta contemplatione certi matrimonij, ſit priuilegiata, nec conferenda, niſi de ea facta
8 fuerit expreſſa mentio; Nam dum Pater ad æqualitatem inter filios ſeruandam omnia, & ſingula bona donata conferri mandauit, non poteſt dubitari de voluntate ipſius, quia clauſula illa habet vim ſpecialis, & indiuidualis mentionis, vt docet *gloſ. in cap. vt circa verbo. omnia, & ſingula de elect. in 6. Gabr. conſ. 144. n. 68. lib. 2. Surd. conſ. 331. nu. 7. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 30. n. 18.* cum pluribus *in Bononien. ſucceſſionis de Zanis 17. May 1641. coram R. P. D. meo Bichio, & in Melenitana Pacti 12. Februarij præteriti coram me.*

9 Præſertim quia reſpectu Leonardi non adſunt alia bona donata, itaut in ſolo Prædio del Prencipe verificari poſſit diſpoſitio Teſtatoris *ad text. in l. 2. ff. de liber. & poſthum. Socin. Sen. conſ. 3. n. 17. lib. 3. Natt. conſ. 474. n. 14.*

10 Sed ceſſat difficultas ex acceptatione, poſteà ſubſecuta; dum enim Leonardus diuiſit bona in executionē diſpoſitionis paternę, cenſetur titulo Donationis renunciaſſe vt tradit *Oldrad. conſ. 245. num. 9. Dec. conſ. 253. ſub num. 2. & ſeqq. Aym. conſ. 459. num. 15. & conſ. 661. num. 8.* cum alijs per *Giouagn. conſ. 18. num. 4. 10. & 14. lib. 2.*

11 Et reſponſio, quod in Diuiſione non fuerit comprehenſum Prædium controuerſum, parū vrgere videtur, nam, cùm illud proueniret à Galieno Auo, non veniebat conferendū, quia ea tantum conferri debent, quæ proueniunt ex bonis, & ſubſtantia Patris, & de cuius ſucceſſione agitur *l. illam, & l. illud C. de collat. Ruin. conſ. 162. num. 11. lib. 2. Beron. conſ. 54. num. 20. lib. 1. Pariſ. conſ. 130. num. 6. lib. 1.* & firmauit *Rot. deciſ. 169. num. 2. par. 3. rec.*

12 Minus facit, quod bona donata eſſent libera, relicta verò in Teſtamento ſubiecta oneri fideicommiſſi, cuius vigore poſteà ad Nicolaum peruenerunt; adeout Leonardus potius damnum, quam commodum ex Teſtamento perceperit; Nam vltrà quod contrariū deponunt Teſtes formiter examinati, aſſerentes portionem habitā à Leonardo ex bonis paternis aſcendere ad ſc. 5000. valorem verò Prędij donati non excedere ſc. 2000. Dū Leonardus exiſtimauit, ſibi potius expedire huiuſmodi portionem habere, quam Prædium vigore Donationis, imputet ſibi, ſi iſtud recuſauit, & dictam portionem acceptauit ex notatis per *Caſtr. & Alex. in l. ſi cum dotem §. ſi pater num. 2. ff. ſolut. matr. Dec. conſ. 389. ſub n. 10. verſ. ſecūdò principaliter, Aym. conſ. 132. num. 22. & conſ. 174. num. 9. Surd. de alim. tit. 5. q. 1. nu. 24. & ſeqq. Rot. deciſ. 452. nu. 17. par. 5. rec.*

13 Hinc videmus, quod licet filius poſſit conſequi ſuam legitimam abſque vllo onere, vel grauamine, ſi tamen loco legitimæ acceptat bona, per Patrem ſibi relicta, non poteſt amplius legitimam deducere, & onus bonis adiectum recuſare, prout vltra relatos per *Gratian. diſcept. forenſ. 983. num. 3. & per Adden. ad Greg. deciſ. 489. num. 27. verſ. & vt filius*, probat *Surd. dec. 21. numer. 20. & ſeqq.* & firmauit *Rot. in Romana fideicommiſſi de Ceulis 26. Nouembris 1639. & 16. Martij 1642. coram Reuerendiſſimo Salamantino, in Bononien. legitimæ 8. Febr. 1647. coram Eminentiſ-*

ſimo

Digitized by Google

ſimo Ottobono, & in Fanen. bonorum 19. Iunij 1648. coram bon. mem. Arguelles.

14 Quæ, iterum repetuntur circa prætenſam ratificationem donationis, fuerunt abundè ſublata in alijs Deciſionibus. Et obiectum, quod Nicolaus faſſus fuerit, hoc Prædium del Prencipe eſſe liberum, tollitur, & ex eo, quod dicta Confeſſio facta fuit ad effectum imponendi Cenſum, & alliciendi emptorem ad contrahendum, & ideò vti emiſſa ad vnum finem non debet alium operari *Rota coram Pena deciſ. 332. num. 7. & ſeqq.* Ac etiam quia ap-

15 paret erronea ex ipſo Teſtamento Galieni, quo caſu confitenti non præiudicat *l. 2. ff. de cõfeſſ. cap. fin. eod. tit. Surd.* qui plures cumulat *conſ. 5. num. 42. & ſeqq. Rot. in rec. deciſ. 14. numer. 36. & deciſ. 283. num. 16. & ſeqq. par. 6. & in Sancta Seuerinæ decimarum 28. Iunij 1647. coram Reuerendiſſimo Tarraconen.*

Et ità deciſum partibus hinc indè Informantibus &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 27. Aprilis 1654.

ARGVMENTVM.

Confeſſio de recepto facta per Tutorem, vel Curatorem non nocet pupillo, niſi aliundè iuſtificetur, vel adſint adminicula; Maximè quando agitur de ſumma conſiderabili.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam, & vigore illius executiuè proceditur.*

2 *Clauſula* ſi quid exequendum *non vulnerat obligationem cameralem, ſed ſuſpendit illius executionem.*

3 *Tutoris confeſſio de recepto non præiudicat pupillo, niſi aliundè iuſtificetur, & n. 12.*

4 *Et talis opinio eſt communis, & verior.*

5 *Confeſſio de recepto, facta per Tutorem, vel Curatorem, ſapit naturam donationis.*

6 *Tutori, & Curatori eſt prohibita confeſſio de recepto.*

7 *Solutio non præſumitur facta, quando non apparet de quietantia.*

8 *Maximè ſi ſumma ſit conſiderabilis.*

9 *Solutio non præſumitur de ſumma, quàm quis non debebat.*

10 *Confeſſio de recepto probat concurrentibus adminiculis.*

11 Soluere *verbum importat veram ſolutionem.*

12 *Confeſſio de recepto facta à Tutore non iuſtificatur ex ſubſcriptione Creditoris.*

13 *Coniectura vna tollitur per aliam, & fortior vincit debiliorem.*

14 *Tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis.*

15 *Solutio non præſumitur ex tarditate in petendo creditum.*

DECISIO CLXXXIV.

CREDITVM Raynaldæ hæredis Antonij patris, cuius vigore fuit relaxatum mãdatum contra Michaelem Mariottum, & deindè exequatur contra bona hereditaria ipſius reſultat ex inſtrumento publico venditionis furni, & vtenſilium cum iuramento, & obligatione ampliſſima in forma R. Cameræ. Vnde cenſuerunt Domini mandatum prædictum

1 eſſe exequen. Quia obligatio Cameralis habet executionem paratam, & in vim illius poteſt executiuè procedi, vt dixit, *Rota poſt Zacch. de*

2 *oblig. Camer. deciſ. 69. nu. 1. & deciſ. 203. eodem num.* Et clauſula, *ſi quid exequen.* non vulnerat obligationem, ſed ſuſpendit tantùm executionem mandati, donec cognoſcitur de iuſtitia illius, vt pluribus relatis probat *Grat. diſcept. forenſ. cap. 968. num. 2. & ſeqq.* & firmauit *Rot. in Romana pecuniaria 7. Maij 1649. coram me, & in Romana Cambij 23. Ianuarij 1651. coram Reuerendiſſimo Tarraconen.*

3 Nec fuit habita in conſideratione ſolidatio reportata à Ioanne Ferro vno ex Tutoribus dictæ Raynaldæ in quadam apoca ſub die 22. Aprilis 1630. in qua, recipiendo ſcuta 20. fatetur ſcuta 450. fuiſſe ſoluta Antonio Teſtatori, & ſcuta 350. Vgolino Magnino; Huiuſmodi enim confeſſio de recepto, extraiudicialis, & voluntariè facta à Tutore non præiudicat Pupillo, dum de vera ſolutione non conſtat, vt probat *text. in l. Lucius Titius 47. in fin.* ibique *Bart. in §. Tutelæ num. 1. verſ. dico ergo ff. de admin. & pericul. Tutor.* quem ſequitur *Iaſ. in l. 2. §. vlt. ſub num. 20. verſ. ego tamen pondero*, ibique etiam *Alciat. ſub num. 16.* vbi exemplificat in Tutore, & quolibet Adminiſtratore *ff. ſi cert. pet. Aret. in §. Vendita num. 5. Inſt. de rer. diuiſ. Alex. conſ. 97. ſub numer. 3. verſ. quia reſpondeo lib. 7. Anguiſſol. conſ. 265. num. 5. & ſeqq. & conſ. 266. num. 14. Cald.* qui plures cumulat *conſ. 32. num. 25. Maſcard. de probat. concluſ. 370. nu. 1. Canalcan. de Tut. & Curat. cap. 1. num. 274. Grat. cap. 776. numer. 56. Franciſcus Marc. deciſ. 248. num. 1. par. 1.* & latè *Surd. deciſ. 229. ſub num. 23. verſ. allegabat, tamen & numeris ſeqq.*

4 Et hanc opinionem reſpondendo contrarijs pluribus rationibus, & auctoritatibus comprobat *Natt.* qui illam verioreum aſſerit *conſ. 543. ſub num. 18. & ſeqq.* & de communi teſtatur *Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. num. 12. & 13. Paſchal. de viribus patr. poteſt. par. 1. cap. 2. num. 12. Viuius communium opinionum concl. 145. per tot.* & firmauit *Rot. dec. 714. n. 2. par. 3. rec.*

5 Et optima quidem ratione, nam, cum ex confeſſione de recepto reſultet remiſſio crediti iam contracti, illa ſapit naturã donationis, quæ, cum Tutori, & Curatori ſit expreſsè pro-

6 hibita, conſequenter prohibita eſt etiam confeſſio, prout per *tex. in l. contra Iuris 28. §. vlt. ff. de & pact. in l. pactum Curatoris 22. iuncta gloſ. verb. remittentes C. eodẽ probat Aym. conſ. 494. n. 9. Menoch. conſ. 31. n. 36. & ſeqq. Surd. dicta deciſ. 229. ſub n. 24. verſ. & mouentur prædicti.*

7 In præſenti verò caſu non ſolum non apparet de huiuſmodi receptione, quinimò illa

redditur valdè inueriſimilis, dum Tutor fatetur, fuiſſe ſoluta Antonio Teſtatori ſcuta 450. & tamen exhibet quietantiam tantummodò de ſcutis 100. reportatam paulò ante eius obitum ſub rogitu publici Notarij: Nam ſi maior ſumma fuiſſet ſoluta, vtique quietantia ſimilis reperiretur, vt benè in propoſito arguit *Lancell.Gall.conſ.86. num.6. Rimin.Iun. conſ.489.num.9.lib.5.* & dixit *Rota in Romana dotis de Paluzzellis 26.Octobris* 1601. *coram Litta, & deciſ.575. num. 22. coram Pen. iuxtà Venetam impreſſionem*. Præſertim quia agitur de notabili ſumma, itaut non ſit credendum, quod deſu-
8 per non fuerit reportata quietantia, vt ponderauit *Rot.coram Millin.deciſ.195.num.1.deciſ.485. num.7.par.3.lib.3.diuer.& in rec. deciſ.772.ſub n.3. par.3.& deciſ.259.n.5.& 6.par.6.*

9 Rurſus in eadem ſolidatione declarat Tutor, fuiſſe ſoluta ſcuta 350. Vgolino Magnino, qui tamen non erat Creditor in huiuſmodi ſumma, inueriſimile eſt autem, quod Antonius voluerit ſoluere id, ad quod de Iure non tenebatur ad *text.in l.cum de indebito ff.de condict. indebiti Rot.coram Duran. deciſ.319.n.6.& dec.73. nu.8.par.4.to.2 rec.*

10 Nec obſtãt deciſiones in contrarium adductæ; quia procedunt concurrentibus adminiculis, & quando aliunde conſtat de vera, & effectiua numeratione, in quibus terminis loquitur *deciſ.177. num.1.4.& ſeqq. par.2. diuerſ.& coram ſan.mem.Greg. deciſ.506. num.1. & ſeqq.* Et ita intelligendum eſſe *text. & gloſs.in dicta l.Lucius de admin.& pericul. Tutor.* latè probat *Iaſ.in*
11 *d.l.2.§.vlt.nu.20. ff.ſi cert.pet.* vbi ponderat verba. *Si ſoluiſſent*, quæ important veram ſolutionem, & numerationem *Rimin. Iun. conſ. 147. num.14.lib.1. Natt.conſ.843.ſub numer.18 & ſeqq. Menoch.conſ.39.n.64.* & ſequitur *Gutier.de Iuramento confirm.par.1.cap.50.n.6.& 7.*

Adminicula verò, quæ deducuntur ad probandam numerationem huiuſmodi vel ſunt leuia, vel retorquentur in contrarium. Pri-
12 mum enim, quod dicta quietantia fuerit ſubſcripta ab eodem Vgolino Magnino, & Angelo Herculano non releuat, cum talis ſubſcriptio concludat quidem veritatem ſubſcriptionis factæ à Tutore, non autem veritatem confeſſionis de recepto, & ideo cum nullum prębeat adminiculum, confeſſio remanet ſimplex, quæ Pupillo nocere non valet, prout vltra ſupra allegatos tradit *Roman.conſ.352.n.5.* ibique *Add.Litt.F. Magon.deciſ. Lucen.5. num.25. Manciu.de confeſſ.cap.9.art.2.nu.2.& 4.* vbi refert *deciſionem Rotæ coram Rubeo*, & fuit dictum in *Marſilien.pecuniaria 29.Ianuarij* 1607. *coram Lancellott.*

13 Alterum quod Mariottus eſſet diligens in ſoluendo, ex quo ſoluerit Antonio ſcuta centum ante diem conuentum, tollitur ex eo quod poſt mortem eiuſdem Antonij diſtulit ſoluere ſcuta 50. ad Annum 1629. quæ ſolui debebant de anno 1625. Vnde ex hac moroſitate, & tarditate per tot annos ceſſat coniectura ſupra deducta, cum vna coniectura tollat aliam, & fortior debiliorem vincat *l.non ſolum ff.de ritu nupt.cap.literas de præſumpt. Dec.conſ. 470. num.10. Rot.coram ſan.mem. Greg. deciſ.247. num.3.*

14 Lapſus verò temporis nõ meretur allegari, quia durante tutela Raynalda nõ poterat agere, ea verò finita non probatur, habuiſſe ſcientiã præfati Crediti, & tamen eſt certum, quod tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis *l. obligationum ferè §. planè ff. de*
15 *act.& oblig.l.ſi certis annis C.de pact.* Et præſumptio, quæ deducitur ex tarditate petendi, eſt leuis, vt aduertit *Honded. conſ.55. numer.69. lib.1. Hieronym.Palm.conſ.45.num.6.* vbi ait, quod præſcriptio eſſet fruſtratoria, ſi ex moroſitate in petendo, Creditum præſumeretur ſolutum, quod etiam firmauit *Rot.deciſ.788. nu.12.par.1. diuerſ.& coram Pen.deciſ.575. n.19. iuxtà Venetam impreſſionem.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 18. Maij 1654.

ARGVMENTVM.

Hæres cum beneficio legis, & Inuent. poteſt conueniri in perſona, & bonis proprijs, ſi Inuentarium non ſit legitimè confectum, & de bonis hæreditarijs ſufficientem rationem non reddat.

SVMMARIVM.

1 *Creditum Dotis probatur ex capitulis matrimonialibus.*
2 *Hæres cum beneficio l.& Inuent. non tenetur vltrà vires hæreditarias.*
3 *Inuentarium non afficit Creditores certos non citatos.*
4 *Hæres cum benef. l.& Inuent. detectis Creditoribus non facit fructus ſuos, ſed de illis rationem tenetur reddere.*
5 *Hæres cum beneficio &c. non poteſt ſoluere Creditoribus poſterioribus, quando ſcit, adeſſe anteriores.*

DECISIO CLXXXV.

POST relaxatum mandatum ad fauorem Euphraſiæ, & Georgij Coniugum contra bona hæreditaria Abbatis Martini, fuit etiam obtentum decretum contra perſonam, & bona propria Franciſci illius hæredis, cuius executio cum fuerit ſuſpenſa per Signaturam quæ cauſam mihi commiſit cum clauſula *Si quid exequendum*. Dubitaui, an mandatum eſſet exequendum, & affirmatiuè reſponſum fuit.

1 Siquidem de credito non dubitatur, cum illud reſultet non ſolum ex Teſtamento, in quo idem Abbas mandauit ſolui reſiduum præfati crediti, ſed etiam ex obligatione ipſius iurata, & in forma Cameræ, contenta in Capitulis Matrimonialibus, quæ optimè illud pro-

probant, vt dixit *Rot. in Ariminen. Dotis 4. Maij 1646. coram R.P.D. meo Veroſpio, & in Aſculana Dotis 26. Iun. 1647. coram Me.*

2 Nec obſtat vnicum fundamentum Franciſci, quod Ipſe ſit hæres cum beneficio legis, & Inuent. quo ſtante non tenetur vltrà vires hæreditarias, vt diſponit *text. in l. fin. §. Etſi præfatam C. de iur. delib. Rot. deciſ. 2. num. 3. par. 6. recent.* Adeout non poſſit in perſona, & bonis proprijs moleſtari ex notatis per *Pariſ. conſ. 33. nu. 91. & ſeqq. & conſ. 69. numer. 160. & ſeqq. lib. 3.* & firmauit *Rota coram Coccino dec. 151. n. 2.*

3 Nam cum Coniuges eſſent creditores certi, & nominati in Teſtamento Abbatis, cuius vigore Franciſcus hæreditatem adiuit, & nihilominus non fuerint citati, Inuentarium prædictum illis nocere non poteſt iuxta doctrinam *Bart. in l. fin. §. cum igitur num. 3. C. de iur. delib. Aym. conſ. 89. nu. 6.* & latè probat *Surd. conſ. 1. num. 86. & 87. & conſ. 181. nu. 26.* cum alijs per *Rot. in Maceraten. Cenſus 12. Iun. & 1. Decem. 1651. coram R.P.D. meo Bichio.*

4 Accedit prædictis quod Franciſcus de bonis hæreditarijs nullam rationem reddit, minuſque de fructibus, quos detectis creditoribus, & poſtquam conſtitutus fuit in mala fide non faciebat ſuos, vt notat *Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio num. 24. in fine verſ. quoad creditores, ff. ſi eius pluſquam per leg. Falcid.* & probat *Laderch conſ. 8. numer. 1. Peregr. conſ. 42. numer. 28. lib. 1. & in tract. de fideicom. art. 49. num. 77.* & firmauit *Rota coram Merlin. deciſ. 796. num. 5. & ſeqq.* vbi quod tali caſu hæres reſpectu fructuum habetur pro cuſtode, & adminiſtratore, *& in rec. deciſ. 304. n. 4. & 5. & deciſ. 535. n. 5. & 6. par. 5.*

5 Et demum plurimum mouebat Dominos, quod idem Franciſcus alienauit multa mobilia valoris conſiderabilis, & non obſtante ſcientia, quod adeſſent creditores anteriores, illorum pretium conſignauit poſterioribus non reportata cautione de reſtituendo, vt monet *Bart. in dicta l. fin. §. & ſi præfatam num. 1. ibique communiter Doctor. C. de iur. delib.* & vltra plures cumulatos per *Grattan. forenſ. diſcept. cap. 532. nu. 6. & 7.* dixit *Rota coram Seraph. dec. 1311. num. 3. in Romana quarti dotalis 19. Iulij 1645. & in Romana reſidui dotis 15. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Cerro.*

Et ità &c.

OXOMEN. CAPELLANIAE.

Veneris 22. Maij 1654.

ARGVMENTVM.

Deſcendentia in materia Iuriſpatronatus debet probari per gradus diſtinctos à primo fundatore, vel ſaltem ab eo, qui exiſtit in quaſi poſſeſſione præſentandi.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentia probatur per Teſtes, deponentes de ea per gradus diſtinctos.*

2 *Deſcendentia, & proximitas ſi fuerit probata reſpectu filij, remanet probata etiam reſpectu patris.*

3 *Proximitas probata reſpectu vnius fratris, remanet etiam probata reſpectu alterius.*

4 *Probationes factæ ſuper ſtatu perſonæ, & cum legitimo contradictore afficiunt omnes.*

5 *Teſtes de ſimplici auditu, non autem ex certa ſcientia non probant.*

6 *Deſcendentia debet probari per gradus diſtinctos.*

7 *Deſcendentiæ probatio ſi deficiat in vno gradu, corruit in totum.*

8 *Res iudicata impedit, quominus quis poſſit audiri in iuribus ſuis.*

9 *Iuriſpatronatus pertinentia probatur eo ipſo, quod quis docet ſe fuiſſe præſentatum ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

10 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi non tenetur probare deſcendentiam à primo fundatore.*

DECISIO CLXXXVI.

PROPOSITA hac cauſa per contradictas, cenſuerunt Domini Capellaniam controuerſam ſitam in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Mercato Oppidi de Sorron Petro Ioſepho eſſe adiudicandam, cum ipſe ſit proximior cōſanguineus de genere fundatoris iuxtà legem fundationis, vt deponunt quamplures Teſtes dati in *Summ. num. 5.* quorum aliqui examinati de anno 1641. probant per gradus diſtinctos dictum Petrum Ioſephum deſcendere à Maria de Gonſaluo, alij verò examinati de anno 1587. ſimiliter per gradus diſtinctos firmant, Mariam prædictam deſcendere ab Hermanno Teſtatore, ex quibus propterea deſcendentiam remanere ſufficienter iuſtificatam, firmauit *Rot. coram Comit. deciſ. 88. num. 1. & ſeqq. Caualer. deciſ. 46. num. 4. Millin. deciſ. 10. num. 2. in rec. deciſ. 331. num. 8. par. 6.* cum alijs pluribus *in Bononien. fideicom. de Amorinis 18. Maij 1648. coram R.P.D. meo Meltio.*

(1 in margin beside "ſe adiudicandam")

2 Et ex iiſdem Teſtibus probatur etiam, quod Ideſfonſus, qui Petrum Ioſephum filium præſentauit, ſit propinquior Conſanguineus Teſtatoris, vt ipſe diſpoſuit in ſuo Teſtamento, nam probata deſcendentia, & proximitate filij, remanet quoque probata reſpectu Patris, tanquam in gradu vicinioris, vt dixit

3 *Rot. in Maioricen. Beneficij 4. Decembris 1651. coram R.P.D. meo Albergato.* Quemadmodum probata proximitate reſpectu vnius fratris, eadem quoque probata remanet reſpectu alterius, ex deductis per *Alex. in l. ſæpè num. 51. verſ. idem etiam ſeuſi ff. de re iudic. Rot. coram. Cocin. deciſ. 105. nu. 1. in Gerunden. Beneficij 27. Iun. 1644. coram R.P.D. meo Bichio, & cōcordantes cumulantur in alia Gerunden. Beneficij 11. Martij 1648. coram me.*

4 Non obſtat, quod dicti Teſtes examinati fuerint in alia cauſa; Nam cum examen emanauerit ſuper ſtatu perſonæ, & cum legitimis contradictoribus, probat etiam in præſenti, iuxtà *tex. in l. ingenuum ff. de ſtat. hom. Caualer. deciſ. 575. num. 8. Comit. deciſ. 102. num. 1. & 2. ſan. mem. Greg. dec. 535. num. 2. & ſeqq. & coram Duran. deciſ. 457. eod. num.*

5 Nec vrgent alij Teſtes à Didaco exaduerſo inducti ad probandam eius deſcendentiam ab Antonio Barrionueuo fratre eiuſdem fundatoris, quia loquuntur de ſimplici auditu, non autem de certa ſcientia, prout debuiſſent deponere *iuxta tex. in l. teſtium*, & ibi, *gloſ. & DD C. de teſtib. & in cap. licèt ex quadam vbi Abb.n.1. eodem tit. Alex.conſ.1.num.16.lib.2. Dec.conſ.301. eodem num.* Præſertim cùm ſint annoſi, & de eodem loco, Et de materia, ſuper qua deponnnt, veriſimiliter poſſunt eſſe informati.

6 Et quod magis eſt non concludunt de ſingulis gradibus incipień à fundatore, prout neceſſarium eſſe probat *tex.in l.iuris conſultus verſ. nam quoties ff. de gradib. affin. & in dicto cap. licet ex quadam de teſtib. Anchar.conſ.52.num.7. & conſil.439.n.8. Rot. pènes Garz. de Benef.par.7.cap.15 num. 29. & 31. & in Maioricen. beneficij 27. Iunij 1653. coram R.P.D. meo Albergato.* Et tamen

7 eſt certum, quod in probanda deſcendentia defectus in vno gradu operatur, quod tota probatio corruat, *Innoc. in cap. ſeries circa med. verſ. nota de teſtib. ibique Ioan. Andr. poſt prin. & Anan.num.2. Rot. coram Mant.deciſ.88. num.2.*

8 Inde attento defectu huiuſmodi, cum Didacus per duas vices voluerit concurrere, ſemper reiectus fuit, vt in ſententijs de anno 1617. & de anno 1641. datis in *Summ. num.3. & 4.* quæ cum tranſierint in iudicatum, obſtant eidem quominus poſſit de nouo ſuam proximitatem deducere ad *tex. in l.cùm quæritur iunctis duabus ll.ſeqq. ff. de re iud. Rot. coram ſa: me: Greg.deciſ.492.num.3. & coram Buratt. deciſ.935. eodem num.*

9 Imò vltima ex ſententijs prædictis declarat dictum iuſpatronatus ſpectare ad Ideľfonſum Patrem Petri Ioſephi: Et propterea præſentationem, & nominationem ab iſto factam in perſonam Ioannis de Heredia eius fratris eſſe attendendam, eundemque inſtituendum, prout inſtitutus fuit, Vnde cum Petrus Ioſeph doceat ſe proximiorem, & præſentatum ab eo, qui exiſtit in quaſi poſſeſſione præſentandi, hoc ſolum ſufficit, vt cappellania controuerſa veniat eidem adiudicanda *iuxta tex. in cap. conſultationibus cum ibi not. de Iur. patr. Rot. deciſ.224.num.1. & in fin.par.1. recen. & dec.146. num.2.par.2. Duran. deciſ.100.nu.4. & dictum fuit in Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. coram bon: mem: Arguelles.*

10 Nam talis quaſi poſſeſſio inducit præſumptionem vlterioris deſcendentiæ, & releuat eum ab onere probandi illam à primo fundatore *Rot. in recen.deciſ.347.num.1. in fin.par.1. in Maioricen. beneficij 4. Aprilis 1650. coram R.P.D. meo Albergato & in Imolen. Decanatus 20. Nouembris eiuſdem anni, & 1. Decembris 1651. coram R.P.D. meo Veroſpio cum alijs adductis per Add. ad ſa: mem: Greg.deciſ.349.num.6.*

Et ità &c.

MELEVITANA PACTI.

Veneris 12. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Pactum appoſitum in Inſtrumento matrimoniali, quod omnia, & ſingula bona, acquirenda per Coniuges, ſpectent ad filios, comprehendit tam bona acquiſita ex pecunia cõmuni, quam ex induſtria alicuius ex eis, nec pater in ijſdem bonis poteſt filijs præiudicare.

SVMMARIVM.

1 *Verba*, omnia, & ſingula, *nullam reſtrictionem patiuntur.*
2 *Et habent vim ſpecialis expreſſionis.*
3 *Pactum, quod omnia, & ſingula bona, per Coniuges acquirenda conſtante Matrimonio, ſpectent ad filios, comprehendit non ſolum bona acquiſita ex pecunia, ſed etiam ex induſtria.*
4 *Deciſio Melenitana Cenſus coram Peutingero declaratur.*
5 *Clauſula appoſita in Inuentario*, quod quatenus deſcriberentur aliqua bona, quæ de iure deſcribi non debuiſſent pro non deſcriptis habeantur, *præſernat à quocumque præiudicio.*
6 *Pater non poteſt, præiudicare filijs in bonis, in quibus ſuccedit iure proprio.*
7 *Bona, ſpectantia ad filios iure proprio, non cadunt ſub fideicommiſſo paterno.*
8 *Bona propria filij ſeparanda veniunt à bonis hæreditarijs patris.*
9 *Inuentarium diſtinguit bona hæredis à bonis Teſtatoris, & impedit, ne fiat commixtio.*

DECISIO CLXXXVII.

IN inſtrumento matrimoniali inito de anno 1567. inter Io: Paulum Manducam, & Catharinam Xerri fuit in ſpecie appoſitum pactum, quod omnia, & ſingula bona per ipſos ſponſum, & ſponſam acquirenda conſtantè matrimonio intelligantur, & ſint filiorum. Cum autem occaſione illius plures exortæ fuerint lites, & controuerſiæ tam in Rota, quam in alijs Tribunalibus, ad illas tollendas dedi Dub. An, & quæ bona acquiſita à Ioanne Paulo, & Vxore ſpectent ad filios, & ſint ſeparanda a fideicommiſſo. Et hodiè illo propoſito, informante tantum Cumulo, Manduca verò, per 14. vices citato, comparere recuſante reſponſum fuit omnia bona quæſita conſtante matrimonio eſſe ſeparanda, ſiuè illorum acquiſitio proueniat ex pecunia propria Coniugum, ſiuè ex induſtria, vel alio quocunque titulo.

1 Ratio reſolutionis fuit, quia verba pacti ſunt clara, & generalia, ibi, *omnia, & ſingula bona*, quæ nullam reſtrictionem patiuntur *iux. tex. in l. ſi ſocietatem 74. ff. pro ſocio*, Et habent

2 vim ſpecialis dinumerationis, ac comprehendunt quæcunque bona abſque vlla limitatione *gloſ. in cap. vt circa verbo omnia, & ſingula de electión. in 6. Aretin. in l. ſi ex toto §.ſi ita legatū in 1 notab.*

notab. ff. de legat. 3. Iaſ. in l. 1. num. 24. ff. eodem Rot. deciſ. 160. num. 3. par. 4. recen. cum alijs in Bonon. Succeſſionis de Zanis 17. Maij 1641. coram R.P.D. meo Bichio.

3 Et in proximis terminis tradunt, *Lopez. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 62. num. 1. & 4. Gutierez Ciuil. quaſt. lib. 2. quaſt. 117. num. 2. verſ. contrarium tamen, & numeris ſeqq. Matienz. ad nouã recopilat. lib. 5. tit. 9. leg. 2. gloſ. 2. nu. 1. & ſeqq. fol. 257 Morquet. de diuiſ. bonorum lib. 2. cap. 11. nu. 4. Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap. 1. gloſ. 3. par. 1. num. 3. & ſeqq. Valaſc. conſult. 103. nu. 17. & ſeqq.* vbi quod veniunt omnia argumentata poſt matrimonium, ſiuè proceſſerint ex pecunia communi, ſiuè ex induſtria, & firmat *Gam. deciſ. 358. num. 1.*

4 Nec releuat *deciſio in Meleuitana Cenſus 29. Ianuarij 1652. coram R.P.D. meo Peutingerio*, in qua firmatur ſub dicto pacto comprehendi tantũmodò bona ex propria induſtria per Coniuges acquiſita; Nam cum ibi articulus non fuerit ex profeſſo diſcuſſus, & talis interpretatio expreſsè reſiſtat verbis ipſius pacti nullo modo amplectenda venit *Bart. in l. ab executore num. 7. in fine de appellat. Tiraq. in l. ſi vnquam verbo libertis num. 13. C. de reuoc. donat. Aym. conſ. 1 pro genero num. 312. Surd. conſ. 179. num. 47. & 48. Rot. deciſ. 198. num. 1. par. 6. recen.*

5 Minus facit, quod bona huiuſmodi ab Heredibus fideicommiſſarijs Io: Pauli fuerint in inuentario deſcripta tanquam ſuppoſita fideicommiſſo eiuſdem; Nam ſtantibus clauſulis, & reiteratis proteſtationibus datis *in Sum. nu. 2. quod quatenus deſcriberentur aliqua bona, quæ de iure deſcribi non debuiſſent, pro non deſcriptis habeantur &c.* ex illis præſeruatum fuit omne præiudicium reſultans ex adnotatione prædicta *Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio num. 24. ff. ſi cui plus quam per leg. falc. Rot. deciſ. 287. num. 6. par. 3. recen. & in Romana Separationis bonorum 20. Aprilis & 25. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

6 Quibus ſtantibus non potuit Io: Paulus in præiudicium filiorum de dictis bonis diſponere, illoſque iure quæſito priuare, vt in terminis huius pacti firmauit *Rot. deciſ. 83. num. 3. & ſeqq. & deciſ. 221. per tot. par. 4. tom. 2. recen. & nouiſſimè fuit reſolutum in Meleuitana Viridarij 2. Maij 1653. & in alia Meleuitana Saluiani, ſeu Cenſus 4. Februarij præteriti coram R. P. D. meo Peutingerio.*

7 Et propterea bona prædicta vti ſpectantia ad filios non cadunt ſub fideicommiſſo, vt in puncto tenuit, *Rot. in d. Meleuitana fideicommiſſi 13. Mar. 1651. coram R.P.D. meo Bichio, & probat. tex. in l. ſequens quæſtio 70. ff. de leg. 2. Peregr. de fideicommiſſis art. 6. nu. 1. & ſeqq. Corn. conſ. 225. num. 9. lib. 4. Gabr. conſ. 92. num. 17. & ſeqq. lib. 2. Ehgen. conſ. 69. à num. 4. eodem lib.*

8 Imò tanquam propria filiorum veniunt ſeparanda, ne confundantur cum hæreditate, & fideicommiſſo Patris *per tex. in l. 1. §. fin. ff. de ſeparat. Bald. in l. debitori num. 4. verſ. hic quæro C. de Pact. Caſtr. conſ. 245. num. 1. lib. 1. & vltra relatos per Coſt. de remed. ſubſid. remed. 40. num. 1. & 2. & de ratione rata qu. 45. num. 1. & ſeqq. firmauit Rot. coram Cauallerio deciſ. 41. per tot & deciſ. 51. nu. 1.*

9 Maximè cum factum ſit inuentarium, quo caſu ſine alia ſeparatione bona hæredis non comprehenduntur in bonis Teſtatoris, nec fit commixtio, vt tradit *Phanucc. de Inuent. qu. 242 num. 19. cum alijs per Surd. deciſ. 310. num. 15. & ſeqq.*

Et ita &c.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Mercurij 19. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Procuratoris perſona, & acta per eum geſta cenſentur approbata per Principalem, qui proſequitur appellationem per eundem interpoſitam: Et Tutor tenetur de neglectis, & ad damna, & intereſſe ob non factam reſtitutionem librorum, & pecuniarum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum ob non proſecutam per biennium appellationem.*

2 *Appellationem non proſequi, & non appellare idem eſt.*

3 *Appellans non proſequens appellationem videtur ab illa recedere.*

4 *Mandatum procuræ præſumitur ex productione iurium.*

5 *Procuratoris perſonam, & acta per ipſum geſta approbare videtur ille, qui proſequitur appellationem per eundem interpoſitam.*

6 *Ratio non dicitur ſufficienter reddita, niſi etiam libri, & ſcripturæ ad eam pertinentes reſtituantur.*

7 *Clauſula*, deducens &c. *operatur, vt omne ius vndecumque competens cenſeatur in iudicium deductum.*

8 *Tutor tenetur ad damna, & intereſſe ob non factam reſtitutionem librorum, & pecuniarum.*

9 *Tutor tenetur de neglectis.*

Adminiſtrator quilibet tenetur de neglectis eodem numero.

10 *Tutores plures ſi fuerint deputati in ſolidum, vnuſquiſque tenetur de geſtis à Contutore.*

11 *Tutor ex quibus cauſis poſſit ſe à tutela excuſare.*

12 *Tutor tenetur ad intereſſe ob deperditionem librorum.*

13 *Læſio ceſſat ceſſante nullitate, & iniuſtitia ſententiæ.*

DECISIO CLXXXVIII.

1 LICET à ſententia lata ad fauorem Flaminiæ Thereſiæ appellauerit Archiconfraternitas Aduerſaria; Nihilominus quia per biennium, & vltra non fuit appellationem proſecuta, minuſque curauit prorogari fatalia, ſententia prædicta tranſiuit in iudicatum, *Auth. hodiè C. de appell. & in cap. Romana §. ſi verò eodem tit. in 6. Rota coram Durano deciſ. 71. num. 1. & in rec. deciſ. 548. num. 2. par. 4. tom. 3. & in Nouarien. Eccleſiæ 17. Iunij 1652. coram me.*

2 Nàm idem eſt non appellare, & debito tempore appellationem non proſequi *l. fin. §. illud etiam C. de tempor. appell. Rota in Aquilana In-*

3 *Iuriſpatronatus* 4. *Iunij* 1646. *coram Eminentiſſimo Card. Corrado*, vbi quod ab Appellatione cenſetur receſſum, ſi illa proſequuta non fuerit, *& in Caietana Bonorum* 3. *Dec. eiuſdem anni coram R.P.D. meo Cerro.*

4 Non obſtat, quod ſententia fuerit nulla, & iniuſta, ideoque non tranſierit in iudicatum; Nàm nullitas ex defectu mandati procuræ in perſonam Angeli Herculani, qui comparuit pro Archiconfraternitate, tollitur ex iuribus per ipſum productis, ex quibus reſultare mãdatum præſumptum notat *Aym. conſ.* 80. *num.* 5. *Menoch. conſ.* 246. *num.* 51. *Rota coram Millin. deciſ.* 278. *nu.* 3. *& in Elboren. Iuris conferendi penes Marcheſ. de Comm. par.* 3. *fol.* 394. *ſub nu.* 4. *& in Romana pecuniaria de Strozzijs* 18. *Iunij* 1638. *coram Card. Panzirolo.*

5 Maximè cum idem Herculanus appellauerit à dicta ſententia, & Archiconfraternitas d. appellationem hodiè proſequatur, ex qua proſequutione intrar ratificatio, & approbatio omnium, necnon perſonæ ipſius Procuratoris *ad text. in l. Paulus reſpondit ff. rem rat. hab. Iaſ. in l. Iulianus ſub num.* 2. *ff. Qui ſatiſd. cog. Rota coram ſan. me. Greg. deciſ.* 176. *n.* 9. *ibique Adden. n.* 13. *in Senogallien. Saluiani* 29. *Maij* 1652. *corã R.P.D. meo Bichio, & in Bononien. Pradij* 10. *Martij* 1653. *coram me.*

6 Altera verò nullitas ex defectu libelli, & petitionis, eò quod actum fuerit pro reddi- tione rationis, & condemnatio emanauerit pro damnis, & intereſſe ob non ſequutam reſtitutionem librorum, ceſſat. Tum ex eo, quod Iudicium redditionis rationis comprehendit etiam reſtitutionem librorum; adeout ratio non dicatur ſufficienter reddita, niſi illis reſtitutis, vt probat *text. in l. cum ſeruus* 81. *in fine ff. de condit. & demonſtr. Rolan. conſ.* 49. *num.* 37. *lib.* 1. Tum etiam attenta clauſula *deducens &c.*

7 quæ operatur, vt omne ius vndecumque cõpetens cenſeatur in iudicium deductum. *Bald. in cap.* 2. *de Ord. Cognit. Papien. in prax. tit. de form. libell. act. realis, verbo deducendo num.* 7. *Rot. coram Duran. deciſ.* 90. *num.* 1. *in rec. deciſ.* 135. *nu.* 5. *par.* 6. *& in Cornetana Reintegrationis* 26. *Iunij* 1641. *coram R.P.D. meo Bichio.*

8 Iuſtitia quoque videtur clara; Nàm cum libri Aromatariæ, ſuper quibus cadit controuerſia peruenerint ad manus Franciſci Tutoris Flaminiæ Thereſiæ, ipſeque eoſdem libros conſignauerit Danzetto ad effectum exigendi credita in eis deſcripta aſcendentia ad ſummam ſcutorum 1644. vt patet ex *Sum. n.* 4. *&* 5. Vtique dum pecuniæ non conſignantur, nec libri reſtituuntur, tenetur Archiconfraternitas hæres dicti Franciſci ad damna, & intereſſe, vt in ſimili ob non factam reſtitutionem librorum à Notario, coram quo fuerunt exhibiti, firmauit *Rota in Romana Societatis Lignorum* 31. *Ianuarij, &* 10. *Iunij* 1648. *coram R.P.D. meo Meltio, &* 28. *Ianuarij, &* 28. *Iunij* 1650. *coram R.P.D. meo Bichio*, cum pluribus relatis per *Gratian. forenſ. diſcept. cap.* 71. *n.* 1. *& ſeqq.*

9 Tutor enim, & quilibet Adminiſtrator tenetur de neglectis, vt notat *Bartol. in l.* 2. *ff. de negoc. geſt. Socin. conſ.* 2. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 1. *Menoch. conſ.* 863. *num.* 11. *&* 12. *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 19. *nu.* 21. *Rota Genuen. deciſ.* 80. *nu.* 4. & quod teneatur de omni eo, in quo quis fuit damnificatus ex mala, vel negligenti adminiſtratione firmauit *Rota deciſ.* 565. *numer.* 2. *&* 3. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.*

10 Nec quicquam facit excuſatio exaduerſo adducta, quod dicti libri conſignati fuerint Danzetto Contutori. Nam vltrà quod talis conſignatio facta fuit per eũdem Franciſcum, ceſſat difficultas, dum ipſe, & dictus Danzettus fuerunt deputati Tutores in ſolidum, adeò vt vnuſquiſque eorum teneatur de geſtis à Contutore per *text. in l.* 2. *C. de diuid. tutel. Peregr. conſ.* 71. *num.* 30. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 170. *num.* 11. *Gutier. de tutel. & Cur. cap.* 15. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 1. *Boer. deciſ.* 59. *num.* 2. *Rot. in Romana Tutelæ de Cenlis* 24. *Nouem.* 1586. *&* 5. *May* 1587. *coram Cypſio*, vltrà plures, quos refert *Gratian. cap.* 86. *à n.* 13. *ad finem*, vbi quod tali caſu ceſſat beneficium ordinis *ad text. in l. reos, §. cum talibus ff. de duob. reis, & in Auth. Hoc ità C. eodem.*

11 Minus releuat ſenectus, & infirmitas eiuſdem Franciſci, quia licet ob prædicta impedimenta potuiſſet forſan ab onere tutelæ ſe eximere; Cum tamen id non fecerit, nec pupillum de alio Tutore prouidere curauerit, *iuxtà text. in §. final. Inſtit. de Curat.* Non poteſt huiuſmodi exceptionem deducere. Maximè quia ex fide Medicorum ab ipſo exhibita apparet, quod die 6. Martij 1625. hoc morbo detinebatur, & tamen die 11. eiuſdem citauit Sirigattum peritum pro librorum reſtitutione, & die 8. menſis ſequentis inſtetit pro remotione Danzetti alterius Contutoris, quẽ ſuſpectum allegauit, ſignum euidens, quod morbus non adeò ingraueſcebat, vt eum à negocijs retraheret; Et ſemper ſit verum di-

12 cere, quod culpa ſua dd. libri fuerint deperditi, & propterea ad intereſſe teneatur ad *text. in l.* 1. *§. vlt. ff. de admin. tutor. Ruin. conſ.* 89. *n.* 8. *lib.* 5. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 500. *n.* 10.

13 Ex quibus cenſuerunt Domini conſtare de re iudicata, non autem de cauſis reſtitutionis in integrum, quia ceſſante nullitate, & iniuſtitia ceſſat læſio, quæ eſt fundamentum reſtitutionis. *Rot. coram eod. Merlino deciſ.* 1. *nu.* 1. *&* 2. *& in rec. deciſ.* 590. *nu.* 6. *par.* 5. *deciſ.* 87. *num.* 1. *& deciſ.* 170. *n.* 2. *par.* 6.

Et ità vtraque &c.

SPOLETANA ADMINISTRATIONIS.

Veneris 19. *Iunij* 1654.

ARGVMENTVM.

Ratio Adminiſtrationis ex quibus dicatur ſufficienter reddita.

SVMMARIVM.

1 *Ratio, vt dicatur ſufficienter reddita, quæ ſint neceſſaria.*

2 *Ratio, ſemel reddita, iterum reddi non debet.*

3 *So-*

3 *Solidatio poſterior importat extinctionem crediti antecedentis.*

4 *Teſtibus, deponentibus contra proprium intereſſe, creditur.*

5 *Confeſſio facta in reſponſione ad poſitiones rectè probat contra reſpondentem.*

DECISIO CLXXXIX.

PETRVS Lucidus, vti hæres teſtamentarius Caſtelli olim Canonici Camerarij Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Ciuitatis Spoletanæ, pulſatus fuit ab Ancaiano ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis, nec non ad reſtituendam portionem diſtributionum, & fructuum ſui Prioratus. Sed Domini exiſti-
1 marunt Lucidum non teneri; Nam idem Caſtellus eius author ſingulis annis reddidit bonum, & fidele computum ſuæ adminiſtrationis exhibendo libros, calculando, & ſolidando cum Computiſta, & Ratiocinatore deputato à Capitulo, & conſignando bullettinos frumẽti mutuati diuerſis perſonis, & alias ſcripturas *iuxt. tex. in l. cum ſeruus 81. ff. de cond. & demonſtr.* & firmauit *Rot. in Maceraten. redditionis rationis 13. Maij 1642. coram Merlino, & in Licien. Adminiſtrationis 18. Martij 1652. coram me.*

2 Cumque ſemel rationem reddiderit, non tenetur amplius eius hæres illã reddere, *l. ſemel C. de Apoc. public. lib. 10. Io: Monac. in cap. vnico n. 9. ibique Archidiac. num. 11. Io: Andr. num. 9. & communiter ſcriben. de Cleric. ægrot. in 6.* & notat *Menoch. qui alios cumulat de arbitr. caſ. 209. numer. 37. Pariſ. conſ. 89. num. 1. lib. 1.* & dixit *Rota coram Seraph. deciſ. 230. num. 1. & in rec. deciſ. 184. num. 1. par. 2. & deciſ. 256. num. 4. par. 4.* cum alijs *in Anconitana redditionis rationis 2. Decemb. 1647. coram Reuerendiſſimo Ghislerio.*

3 Hinc non releuat, quod ex diuerſis notulis, & partitis per eundem Caſtellum conſcriptis appareat ad eius manus perueniſſe notabilem quantitatem frumenti, & plures pecuniarum ſummas; quia cum poſtea habita ratione de partitis prædictis reportauerit ſolidationem computorum, & de anno 1644. repertus fuerit creditor in ſcutis 15. hæc poſterior ſolidatio cum expreſſione cauſæ importat remiſſionem, & extinctionem debiti antecedentis, & optimè probat *iuxta doctr. Rebuff. de liter. obligat. art. 6. gloſ. 3. numer. 3.* quem refert, & ſequitur *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 391. num. 1.* & probat *Alex. conſ. 141. num. 4. lib. 6. Rot. in Romana pecuniaria 26. Iunij 1648. coram Me.*

4 Coadiuuantur prædicta ex Teſtibus formiter examinatis, aſſerentibus Lucidum ſemper bonum, & fidele computum reddidiſſe, inter quos adſunt etiam nonnulli Canonici eiuſdẽ Eccleſiæ, quibus tanquam deponentibus contra proprium intereſſe facilius credendum eſt, vt notat *Socin. Iun. conſ. 61. num. 19. in fine, & num. ſeq. lib. 2.* quem ſequitur *Surd. deciſ. 107. num. 5.* & firmauit *Rot. coram Pen. deciſ. 87. num. 22. iuxtà impreſſionem Venetam, & coram ſan. mem. Greg. deciſ. 351. num. 15.*

5 Et tollitur difficultas ex confeſſione eiuſdẽ Ancaiani facta in reſponſione ad poſitiones, dum fatetur, Caſtellum ſemper habitum fuiſſe pro viro probo, honorato, ac timoratæ conſcientiæ; Eidemque ſemper fuiſſe reuiſa computa per alios Canonicos, & in executionem ſolidationis pecunias, & bullettinos reſtituiſſe, quæ confeſſio plenè probat contra reſpondentem *iuxta tex. in cap. cum in poſitionibus vbi Franch. num. 2. & ſeqq. de iureiur. in 6. Abb. conſ. 118. num. 5. par. 2. Aym. conſ. 217. nu. 9.* & firmauit *Rot. in recen. deciſ. 235. num. 3. & 4. par. 8. & coram Duran. dec. 319. n. 20.* vbi quod habet vim confeſſionis iudicialis.

Ex quibus Lucidum non teneri reſponſum fuit.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII.

Lunæ 22. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Societas Officij ſuperlucratur per obitum illius ſuper cuius vitæ periculo inita fuit, etiamſi non fuerint præſtiti fideiuſſores promiſſi, quando pro illo tempore apparent recepti fructus.

SVMMARIVM.

1 *Societatis fructus recipiens ſatis declarat ſe velle in contractu perſiſtere.*

2 *Fructuum receptio non operatur perpetuam remiſſionem præſtandi fideiuſſores.*

3 *Fructuum receptio operatur remiſſionem præſtandi fideiuſſores pro tempore, pro quo illi fuerunt ſoluti.*

4 *Fructus ſocietatis, quamuis pro parte recepti fuerint, nihilominus important ratificationem contractus.*

5 *Obſeruantia attendi debet perindè, ac ſi à principio ità inter partes fuiſſet conuentum.*

6 *Obſeruantia habet vim noui contractus.*

7 *Obſeruantia non indiget præſcriptione, quando adducitur pro interpetratione contractus.*

8 *Societas cenſetur ratificata, & onus implendi remiſſum pro illo ſemeſtre, pro quo fructus in aliqua quantitate fuerunt recepti.*

9 *Solutio facta in cauſam expreſſam, ad aliam referri non poteſt.*

10 *Solutionem reduplicare nemo præſumitur.*

11 *Sequeſtrum impedit, ne ſolutio creditori fiat.*

DECISIO CXC.

DOMINI ex eodem fundamento, quod ſocietas fuerit ſuperlucrata per obitum Saxi, ſuper cuius vitæ periculo illa reſidebat, iterum reſponderunt, mandatum non eſſe exequendum, non obſtante repetita exceptione R.P.D. Ciſcarini, quod contractus non fuerit impletus, nec præſtitus fideiuſſor pro-
1 miſſus; Nam dum pro tempore, quo Saxus obijt, ipſe fructus recepit, ſatis declaraſſe videtur, quod voluerit in contractu perſiſtere, & Societatem continuare, vt in his terminis firmauit *Scacc. de commerc. & camb. §. 1. q. 1. n. 367.*

Gra-

*Gratian.diſcept.for.cap.*301.*num.*36.*& ſeqq. & cap.* 302.*num.*1.*Burat.deciſ.*674.*nu.*7.*Merlin.deciſ.*290. *num.*8.*in rec. deciſ.*192. *num.*18. *& ſeqq. par.*5. & latè firmatum fuit *in Romana ſocietatis officij* 13. *Martij* 1648.*coram R.P.D.meo Bichio.*

2 Neque contrarium cenſuit Rota in Deciſione ex aduerſo allegata *Piſauren. Societatis officij* 30. *Maij* 1639. *coram Reuerendiſs.Tarracon.* Nam licet ibi deciſum fuerit, qnod per fructuum receptionem poſt obitum fideiuſſorũ non intelligatur perpetuò remiſſa obligatio
3 illos renouandi; Nihilominus expreſsè firmatur, quod remiſſio eſt indubitara pro tempore, quo fructus appatent ſoluti; atquè ideò cum in caſu dictę deciſionis ſemeſtre ſolutum comprehenderet tantummodò totam diem 12. Iunij 1638. Et Franciſcus Maria, ſuper cuius vitæ periculo cantabat Societas, obierit die 13. menſis Septembris, talis ſolutio non potuit operari vltra ſuum tempus, & ſic vltra dictam diem 12. Iunij, ſequendo doctrinam *Gratian. in locis ſupra allegatis, necnon deciſionem* 192.*par.*5.*rec.* alioſque relatos per *Adden.ad Buratt.deciſ.*674.*n.*17.

4 Non obſtat, quod dicti fructus non fuerint integrè recepti, ſed pars tantum ſoluta fuerit; nam ex ſolutione partis reſultat ratificatio in totum *ad text.in l. de lege* 6. §.*vlt. ff.de leg. commiſſ.Aretin.conſ.*149.*num.*11. *Surd.qui multipliciter exemplificat conſ.*104.*num.*8. *& ſeqq. Gratian. d.cap.*301.*num.*58.*& ſeqq. & cap.*302.*num.*17.*Rot. in Eſina pecuniaria* 26. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Pentingerio, cum alijs in præterita Deciſione adductis.*

5 Minus ſupradictum fundamentum impugnari valet ex eo, quod fructus ſemeſtruatim eſſent ſoluendi; nam ex ordinibus factis, & ſolutionibus ſubſequutis, & ex confeſſione propria eiuſdem R. P. D. Ciſcarini conſtat de obſeruantia contraria, ſoluendi, ſcilicet de menſe in menſem, ex traditis per *Gratian. cap.* 716.*nu.*19.*verſ.maximè quia*, vbi quod talis obſeruantia debet attendi non ſecus, ac ſi à principio ita inter partes fuiſſet conuentum. *Menoch.conſ.*49.*ſub num.*20.*&* 21. *Rot.coram Caualer. deciſ.*199.*num.*6.*& in rec.deciſ.*208. *num.*10.*par.*4. *tom.* 2.

6 Obſeruantia enim habet vim noui contractus, vt inquit *Surd. conſ.*335. *numer.*26. *Sim.de Prat.conſ.*79.*nu.*27. *lib.*1. *Ioſeph Ludouic.com.opin. concl.*38. *illat.*121. *Gratian. cap.*675. *ſub num.*14. *Rot.coram Caualer. deciſ.* 302. *num.*3. & præualet etiam Statuto contrario *Surd. d. conſ.* 335. *ſub n.*26.*Rot.poſt Cenc.de cenſibus deciſ.*221.*n.*6.

7 Parumque refert, quod illa non fuerit præſcripta; nam cum Societas fuerit inita ad ſex menſes, & deinde ad beneplacitum, illa deducitur pro interpretatione diſpoſitionis, & declaratione eiuſdem beneplaciti, ad quē effectum non eſt neceſſaria prēſcriptio, ſed ſufficit quod ita fuerit obſeruatũ, *iux.not.in l.quadam ff. de reb.dub.Alex.conſ.*8.*n.*7.*lib.*6.*Caſt.conſ.*347.*n.*4. *lib.*1.*Aym.conſ.*101.*ſub n.*4. *& conſ.*201.*n.*12.*Bec. qui plures cumulat conſ.*101. *n.*50.*lib.*1. *Rota coram Buratt.deciſ.*390.*num.*3.*in rec.deciſ.*419. *num.*6. *& deciſ.*448. *num.*3. *par.*1. *& deciſ.*14. *num.*5. *par.*7. & firmatum fuit *in Cremonen. Præpoſituræ* 23. *Maij* 1644. *coram Eminentiſs.Card.Corrado.*

8 Imò, etiam ſi fructus ſemeſtruatim ſoluendi eſſent, adhuc pro ſemeſtre incępto die 19. Nouembris, quo Saxus obijt, ſolutio fructuum controuerti non poteſt; ſiquidem ſolidatio facta inter partes per totum menſem Iunij 1650. eſt indubitata, & abinde citra in cauſam vtriuſquè Societatis antè obitum Saxi apparent ſoluta ſcuta 222. poſt obitum verò ipſius, nempè die ſequenti eiuſdem menſis Nouembris ſcuta 60. in cauſam fructuum Societatis magnæ: Vndè poſitis dictis ſcutis 60. in cauſam expreſſam, & calculatis integrè fructibus eiuſdem Societatis magnæ, clare patet, quod pro fructibus Societatis paruæ, & pro ſemeſtre incæpto die 19. Nouembr. Chryſoſtomus ſoluerat notabilem quantitatem; itaut ſemper ſit verum dicere, contractum pro illo tempore fuiſſe ratificatum, & onus implendi remiſſum, vt tradit *Rim. conſ.* 155. *num.*5. *& ſeqq. lib.*5. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 290. *num.* 8. *in Romana Societatis officij* 15. *Maij* 1645. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, cum alijs ſupra allegatis.*

9 Obiectum, quod R. P. D. Ciſcarinus eſſet creditor in iulijs ſeptem menſtruis in vim ordinis Franciſci fratris pro penſione cuiuſdam manſionis, qui proptereà prætenduntur comprehenſi ſub receputa ſcutorum 55. non fuit habitum in conſideratione; nam cum ſolutio facta fuerit expreſsè in cauſam vtriuſque Societatis, in aliam referri non poteſt, *vt eſt tex. expreſſus in l.*1.*ff.de ſolut. Rot.coram Caual.dec.*165. *num.*2.*&* 3.*& poſt Zacch. de oblig. cam. deciſ.*199. *num.* 21. *& in Romana, ſeu Veliterna reſtitutionis in integrum* 17.*Decembris* 1646. *coram R.P.D.meo Bichio.*

10 Et quod tollit omnem difficultatem, eſt impoſſibile, quod dicti iulij ſeptem ſint comprehenſi in receputis ſcutorum 55. nam pro eiſdem menſibus, pro quibus illa fuerunt ſoluta in cauſam vtriuſque Societatis, dantur etiam quictantiæ particulares de dicta ſumma iuliorum ſeptem, & ſignanter de menſe Octobris, & Nouembris 1648. itaut non ſit dicendum, quod Chryſoſtomus voluerit ſolutionem reduplicare, prout in ſimili ponderat. *Rimin. conſ.*348. *num.*8. *& ſeqq. lib.*2. *Rota coram Merlin.deciſ.*507. *num.*1.*& ſeqq.* Maximè cum
11 poſtea ſuperuenerint ſequeſtra Creditorum eiuſdem Franciſci, quæ impediebant ne ſolutio fieret. *Caputaq. deciſ.*155. *par.*3. & fuit dictum *in Auenionen. Attentatorum* 28. *Iunij* 1651. *coram me.*

Et ita in deciſis perſiſtendum eſſe (vtraque parte informante) reſponſum fuit.

V I-

Digitized by Google

VITERBIEN. BENEFICIORVM.

Veneris 26. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Reſignatio ſi non fuerit publicata, beneficia vacant apud Sedem ob non factam publicationem culpa Reſignatarij, non autem per obitum Reſignantis; Et Gratia Reſignationis dicitur perfecta per conſenſum præſtitum à Partibus, & per Siguatutam Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio ſi nō fuerit publicata beneficia deuoluuntur ad Sedem Apoſtolicam.*

2 *Reſignatio dicitur perfecta eo ipſo quod Papa illam admiſit, & gratiam prouiſiuam purè, & ſimpliciter conceſſit.*

3 *Reſignatio ſi non fuerit publicata, beneficia vacant ob non factam publicationem, non autem per obitum Reſignantis.*

4 *Conſtitutio Greg. XIII. de publicandis Reſignationibus reſoluit ius, iam quæſitum Reſignatario.*

5 *Conſtitutio Greg. non inducit nouam vacationem, ſed ſuſtinet praecedentem, eliſa tamen gratia prouiſiua facta Reſignatario.*

6 *Declarantur authoritates contrariæ.*

7 *Gratia Reſignationis antiquitus non dicebatur perfecta, niſi poſtquam regiſtrata fuerat in officio Maioris Datæ.*

8 *Et ratio eſt, quia ante non aderat conſenſus Partium, à quo totalem perfectionem recipiebat, & num. ſeq.*

9 *Gratia ex nouo ſtylo Datariæ quando dicatur perfecta.*

10 *Reſignatio ſi publicata non fuerit, beneficium non vacat per obitum Reſignantis, à quo omne ius abdicatum fuit.*

11 *Stylus Datariæ probatur per fides Officialium.*

12 *Data maior nihil aliud eſt, niſi extenſio Datæ paruæ.*

13 *Gratia Reſignationis perficitur per conſenſum Partium, præſtitum in Camera, vel Cancellaria, & per Signaturam Papæ.*

14 *Inſtrumentum publicum facit plenam probationem.*

15 *Renunciari, vel cedi non poteſt ius, ſemel ceſſum, & renunciatum.*

16 *Reſignans per Reſignationem validam, & perfectam amittit titulum, & poſſeſſionem.*

DECISIO CXCI.

1 CONFIRMARVNT hodie Domini deciſionem coram me editam ſub die 23. Iunij 1653. in qua firmatum fuit conſtare de bono Iure Fuluij, moti ex fundamentis in ea deductis, quia ipſe Beneficia Controuerſa impetrauit à Sede Apoſtolica ad quam deuoluta fuerant ob omiſſam à Paltanerio publicationem Reſignationis iuxta Conſtitutionē ſan. mem. Gregorij XIII. in ordine 85. Bullar. nouo tom. 2. & notat *Gonzal. ſuper regul. 8. gloſs. 51. n. 106. Maſsob. in Prax. hab. concurſ. requiſ. 7. dub. 39. n. 19.* & dixit *Rot. corā Merl. dec. 422. n. 5. & ſeq.*

2 Nec habuerunt in conſideratione obiectum aliàs deductum, quod reſignatio prædicta non habuerit effectum ſuum, & gratia non fuerit perfecta, nam contrarium manifeſtè apparet, dum Papa reſignationem à Guazzino factam admiſit, & gratiam prouiſiuam purè, & ſimpliciter Paltanerio conceſſit ex not. per *Gabr. conſ. 193. num. 1. & 7. lib. 2. Celſ. Hug. conſ. 43. nu. 6. verſ. Reſpondeo enim, Mandoſ. conſ. 16. num. 2. Menoch. de recup. remed. 14. nu. 59.* & admittit *Caſſad. deciſ. 2. num. 5. & ſeqq. & deciſ. 3. per tot. de renunciat. Achill. deciſ. 8. eodem tit. Caputaq. deciſ. 81. numer. 1. parte 3.*

3 Et licèt poſtea Beneficia prædicta impetrata fuerint, non propterea gratia antecedens poteſt dici conditionalis, & quod non abdicauerit Ius à Reſignante, quia imò vacant ob non factam publicationem, non autem per obitum Reſignantis, vt bene explicat *Pariſ. de Reſignat. lib. 11. q. 7. à n. 20. & præſertim n. 34. & ſeq.* vbi ſubdit, quod licet ſecundum regulam de Publicandis, & Conſtitutionem Pianam Ius non abdicaretur à Reſignante inſpecta tamen Conſtitutione ſan. mem. Gregorij XIII. Reſignans remanet deſtitutus omni iure, & Beneficia vacant, ac liberè conferri, & impetrari valent, & firmauit *Rota in Legionen. Canonicatus 23. Ianuarij, & 27. Aprilis 1640. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. & in Maioricen. Parochialis 1. Iulij 1643. coram Reuerendiſs. Salamantino.*

4 Conſtitutio enim Gregorij reſoluit ius iam quæſitum reſignatario, vt latè probat *Lotter. de re beneſ. lib. 3. q. 21. num. 26.* vbi quod Conſti-
5 tutio non inducit nouam vacationem, ſed ſuſtinet præcedentem per reſignationem, eliſa dumtaxat gratia prouiſiua facta reſignatario in eius odium; quia non publicauit, vt firmatum fuit *in Colonien. Canonicatus, ſeu Fereuli 16. Decembris 1647. coram R. P. D. Meltio.*

6 Et authoritates in contrarium adductæ non loquuntur in iſtis terminis, quando reſignatio euanuit ob non factam publicationem, ſed ſolum quando illa non habuit effectum ſuum, ex defectu conſenſus Papæ, vel ex aliquo impedimento perſonali eiuſdem reſignatarij, vt latè firmatum fuit in deciſione, quæ reuidetur in §. Etenim prædicta.

7 Minus perfectio eiuſdem reſignationis impugnari valet ex eo, quod ſupplicatio ſignata à Sanctiſſimo non fuerit regiſtrata in officio maioris Datæ, ſed habeat tantum Datam paruam; Nam quicquid ſit de ſtylo antiquo, quo attento, etiam poſt ſignatam à Papa ſupplicationem, & paruam Datam appoſitam ab Of-
8 ficiali, gratia non dicebatur perfecta, cum nō adeſſet conſenſus Partium, à quo totalem perfectionem recipiebat; Vndè ſupplicationes huiuſmodi remanebant vt plurimum penes impetrantes, & eorum Procuratores, quibus licebat illas lacerare, & pro arbitrio retinere, vt notat *Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 12. nu. 35. 36. & 47. & lib. 8. q. 8. nu. 29. & ſeqq. Mart. controu. Iur. lib. 6. tit. reſignatio cap. 122. per tot. Gratian. cap. 191. num. 5. verſ. Vnde de ſtylo, & num. ſeq. Burſat. conſ. 393. ſub numer. 14. verſ. 3. hæc ſententia lib. 4.* cum alijs per *Rotam deciſ. 471. n. 1. & ſeqq. par. 1. diuerſ.*

Digitized by Google

diuerſ.& deciſ.458.ſub num.5.par.3.

9 Hodiè ex nouiſſimo ſtylo poſtquam Papa ſignauit ſupplicationem, illa non redit amplius ad manus Partium, ſed D. ſubdatarius in calce ipſius ſcribit. *Extendatur Conſenſus* in cuius exequutionem Notarius in Cancellaria, ſeu Camera Apoſtolica ad limites eiuſdem ſupplicationis rogatur de formali cōſenſu Partium, & attergata nota conſenſus, ſupplicatio redit ad Datarium, & regiſtratur in officio paruæ Datæ; Quibus peractis, gratia dicitur perfecta, nec eſt amplius locus pœnitentiæ, quia à conſenſu prædicto tanquam à cauſa formali reſignatio perficitur, vt aduertit *Pariſ.de reſignat.lib.1.q.6.num.70.* & melius *q.12. num.22.Gomes ad Reg.de public.reſignat q.7.ad med. verſ.requiſitus igitur Lotter. de re benef. lib.3. q.17. num.54.Gabr.conſ.192.num.6. lib.1.* cum alijs per *Add.ad Buratt.deciſ.512.num.11.*

10 Et conſequenter, ſi reſignatarius non publicauit reſignationem, Beneficium non vacat amplius per obitum reſignantis, à quo omne Ius abdicatum fuit, ſed benè propter culpam reſignatarii, penes quem Beneficium reſidebat ob non factam ab ipſo publicationē. *Pariſ.vbi ſupra lib.11.q.7. num.54. Rot.coram Pen. deciſ.310. num.10. iuxta Venetam impreſſionem*, & firmatum fuit *in dd.Legionen.Canonicatus 23.Ian. & 27.Aprilis 1640.coram Reuerendiſſimo D. Tarraconen.*

11 De hoc autem ſtylo teſtantur quam plures Officiales Datariæ, & Practici in hac materia, quorum fidei credendum eſſe ſuper re ſpectāte ad eorum officium dixit. *Rota coram Comitul. deciſ.119.num.5.in recent.deciſ.322. num.11. par.5.* & dictum fuit *in Valentina Parochialis 8. Aprilis 1644.coram R.P.D. meo Cerro.*

12 Hinc parum refert, quod ſupplicatio prædicta non habeat datam magnam, quia data maior nihil aliud eſt, niſi extenſio paruæ datæ, quæ notatur ſub ea die, qua data parua appoſita fuit, vt affirmant iidem Practici in fide per eos ſubſcripta, & tradit *Lotter.de re benef.lib.2.q.23.n.14.& ſeqq.*

13 Quinimò ipſa Datatio, vel reſignatio non ſufficit ante præſtitum conſenſum in Camera, vel Cancellaria, qui ſolus, interueniente Signatura Papæ, gratiam perficit, & pœnitentiam omnino excludit ex notat. per *Pariſ. de reſign.lib.1.q.12.num.41.*

14 Exceptio, quod ſupplicatio primæ reſignationis non fuerit regiſtrata in officio dictæ paruæ datæ, nullo modo ſubſiſtit in facto, quia contrarium atteſtatur Notarius, qui de ordine Rotæ acceſſit ad idem officium, & illam oculariter vidit, prout pariter non ſubſiſtit, quod à Guazzino, & Paltanerio non fuerit præſtitus conſenſus in Cancellaria, dum de illo datur Inſtrumentum publicum, *cap. cum olim de verb.ſignif.gloſ.in leg.fin. verb.manifeſtum C.de reb. credit.Rot.deciſ.296.n.2.par.7.rec.*

15 Non obſtat ſecunda reſignatio, quia Ius ſemel renunciatum iterum cedi non poteſt, *Gomes ſuper reg.de public.reſign. q.18. num.2. verſ.Et ſecundum hoc*, vbi ſtante quod Papa medio tēpore alium prouidit, primæ reſignationi locus non eſt, ob non ſeruatam regulam de pu-

16 blicandis, minus ſecundæ, cum per primam reſignationem validam, non ſolum poſſeſſio, ſed etiam titulus abdicatus fuerit à Reſignante, *Pariſ.de reſign.lib.1.q.15.nu.1.& lib.8.quaſt.7. num.90. Rebuff. conſ.4. num. 4.& ſeqq. & conſ.38. numer.1.*

Ex quibus, vtraque parte Informante, reſolutum fuit pro confirmatione Deciſionis &c.

EVGVBINA EMPHYTEVSIS.

Veneris 26. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Omnia ferè bona in ſtatu Vrbini ſunt Emphyteutica Eccleſiæ, ſuper quibus linea finita competit proximioribus, vel hæredibus ius petendi renouationem, quod ius durat per annum à die ſcientiæ, & per 30. quando fuit inueſtitus extraneus.

SVMMARIVM.

1 *Vrbini in ſtatu omnia ferè bona ſunt Emphyteutica Eccleſiæ.*

2 *Vrbini in ſtatu adeſt conſuetudo renouandi emphyteuſim ad fauorem proximiorum, vel hæredum.*

3 *Narratiua Papæ emanata motu proprio, probat.*

4 *Emphyteuſis renouatio in ſtatu Vrbini quibus ſit facienda vigore Breuis Vrb.VIII.*

5 *Scripturæ vna pars aliam declarat.*

6 *Emphyteutica bona in ſtatu Vrbini redacta ſunt ad inſtar allodialium.*

7 *In Emphyteuſi ius, petendi renouationem, eſt quid hæreditarium.*

8 *Bartoli doctrina in l. 1. §.permittitur &c. procedit exiſtentibus deſcendentibus, ſecus verò in eorum defectum.*

9 *Emphyteuſis renouatio poteſt peti etiam poſt annum, quando quis non habuit ſcientiam, quod illa eſſet finita.*

10 *In Emphyteuſi non currit annus, ad petendam renouationem niſi à die ſcientia.*

11 *Emphyteuſis renouatio poteſt peti intra 30. annos, quando extraneus fuit inueſtitus.*

DECISIO CXCII.

CVM per obitum Iſabellæ, & Lauiniæ filiarum q.Ioannis Franciſci de Bonhieronymis prædium controuerſum deuolutum fuerit ad Monaſterium, & Monachos S. Paterniani Ciuitatis Fani, ipſique de anno 1628. renouauerint inueſtituram in perſonam Catharinæ, pariter dicti Ioannis Franciſci filiæ, ſtipulantis pro ſe, eiuſque filijs, & nepotibus maſculis, & fœminis, & cum clauſula *Ad habendum &c.* Idque defuncta eadem Catharina ſine filijs, & nepotibus, inſtituto ſibi hærede Dominico Balleono, dubitaui An Eccleſia, quæ Andream Mariottum iam inueſtiuerat, teneatur eidē Balleono dictam emphyteuſim renouare, & teneri reſponſum fuit.

1 Siqui-

Digitized by Google

1 Siquidem in ſtatu Vrbini omnia ferè bona
ſunt emphyteutica. Non quidem conceſſa
Laicis per Eccleſiaſticos, ſed quæ ipſi Laici
ſubmiſerunt dominio Eccleſiæ, ad euitandam
illorum deuaſtationem, & confiſcationem
propter inimicitias, & bella tunc vigentia;
Etſi quæ fuerunt ab initio per Eccleſiaſticos
Laicis prædictis conceſſa, illa tunc erant ſte-
rilia, inutilia, & infructuoſa, & proprijs ex-
penſis per eos ad culturam redacta; Adeò vt
2 inoleuerit conſuetudo faciendi huiuſmodi re-
nouationes ad fauorem Proximiorum, ſeu
Hæredum emphyteutæ, vt habetur in Breui
ſan. mem. Vrbani VIII. cuius narratiua, tan-
3 quam emanata Motu proprio, optimè probat
vt dixit, *Rota coram Seraphino deciſ. 388. num. 1.*
vbi etiam ſi illa facta fuerit cum clauſula
*(ſicut aſſeritur) Duran. deciſ. 154. num. 3. & 4. in
rec. deciſ. 656. num. 3. par. 2.* & firmatum fuit *in
Orioleu. Beneficiorum 15. Dec. 1645. coram Reueren-
diſs. D. meo Decano.*
4 Vnde cum dictum Breue expreſsè præci-
piat, quod quicumque Domini directi, ad
quos bona emphyteutica ſtatus Vrbini de-
uolui contigerit, non poſſint illa pro ſe reti-
nere, ſed teneantur iuxtà antecedentes conceſ-
ſiones renouationem concedere illi, vel illis,
ſiuè maſculis, ſiuè fœminis, qui de iure, vel
æquitate à Iuriſprudentibus conſiderata, in
renouatione preferendi ſunt; huiuſmodi ver-
ba intelligi debent de proximioribus, vel de
hæredibus, vt ſupradictum fuit; cum vna
pars ſcripturæ aliam declaret, *l. qui filiabus ff. de
5 legat. 1. Menoch. conſ. 1. n. 186. Rot. diuerſ. deciſ. 327.
num. 1. par. 4. & in rec. deciſ. 587. num. 12. par. 4. to. 3.*
Et verba antecedentia recipiant interpretatio-
nem ex ſubſequentibus, *Rot. coram Buratt. deciſ.
872. ſub num. 4. & deciſ. 930. num. 6. & in rec. deciſ.
323. n. 74. par. 6. & deciſ. 120. n. 14. par. 7.*
6 Malè igitur per Abbatem, & Monachos fa-
cta fuit conceſſio ad fauorem Mariotti; Nam
cum adeſſet Balleonus hæres Catherinæ, ille
omnino debebat præferri, tum vigore dicti
Breuis, in quo expreſsè diſponitur, quod poſ-
ſit emphyteuta, tam primus, quam ſecundus,
vel etiam vltimus ex comprehenſis bona em-
phyteutica de conſenſu aliorum vocatorum,
vel ſine eorum præiudicio alienare tam inter
viuos, quam in vltima voluntate, & aliàs
quomodolibet diſponere in fauorem cuiuſ-
cumque, & quod Dominus directus ſatisfacto
ei de canonibus, & laudemio alienationi, &
diſpoſitioni huiuſmodi conſentire, vel aliàs
quomodolibet acquirenti inueſtituram facere
teneatur; Ex quibus verbis bona prædicta di-
cuntur redacta ad inſtar allodialium, vt in
terminis Bullæ Bonifacianæ, ad inſtar cuius
Papa reduxit bona ſtatus Vrbini, firmat *Mar-
cabrun. ab Anguill. conſ. 26. num. 256. Laderch conſ.
19. num. 10. verſ. vltimo in terminis, Rota coram Du-
ran. deciſ. 254. num. 5. & in recent. deciſ. 319. num. 1.
& 2. par. 5.*
7 Tum etiam de iure, cum ius petendi reno-
uationem ſit quid hæreditarium, vt dicit *gloſ.
in l. 1. §. permittitur verb. impetrabile, ff. de aqua quot.
& æſt. Anchar. conſ. 134. num. 3. verſ. Et iſtud ius.
Pariſ. conſ. 22. num. 36. circa med.* vbi firmat Do-
minum directum teneri concedere renouatio-
nem filiæ defuncti, vel hæredi ipſius, & illi
potius gratificari, quam alteri, *& conſ. 28. n. 5.
lib. 1. Aldobr. conſ. 21. num. 5. & 16.* vbi ait nulli
dubium eſſe, quod hæres extraneus præferen-
dus ſit extraneo, non hæredi, *& num. 19. lib. 2.*
cum alijs per *Caldaſ. de renouat. emphyt. lib. 1. q. 9.
num. 24.*
8 Nec vrget *doctrina Bart. in d. l. 1. §. permittitur*;
Quia procedit, quando adſunt deſcendentes,
qui petunt præferri, ſecus vero eis deficienti-
bus, vt benè declarat *Aldobr. d. conſ. 21. num. 5.
verſ. aliquando, & num. ſeq. & num. 10. & 37.* vbi
reddit rationem *lib. 2. Bero. conſ. 98. num. 16. verſ.
non obſtat lib. 1.*
9 Minus facit, quod idem Balleonus inue-
ſtituram intra annum non petierit; Nam cum
ipſe non habuerit notitiam, quod emphyteu-
ſis eſſet finita, prout exaduerſo probari de-
beret. *Bald. in cap. ex parte il 2. num. 38. de appellat.
Corbul. de cauſ. priuat. ob non petit. inueſtit. num. 10.*
cum pluribus relatis per *Gratian. cap. 758. nu. 9.*
10 Non impeditur quo minus illam etiam poſt
annum petere poſſit, cum annus non incipiat,
niſi à die ſcientiæ, vt habetur *in cap. 1. ibique
gloſſ. verb. per annum ſi de feud. def. contr. ſit int. dom.
& agnat. Vaſſal. gloſs. in cap. 1. verb. vltra annum,
quo tempore miles inueſt. pet. deb. Alex. conſ. 79. ſub
nu. 11. verſ. item dictum tempus lib. 1. Iaſ. in l. 2. n. 23.
C. de iur. emph. Tiraquell. de retract. lignag. §. 35.
gloſs. 4. num. 12. Rot. coram Seraph. deciſ. 610. num. 7.
& 8. & deciſ. 630. nu. 1.* & plures cumulat *Gabr.
de iur. emph. concl. 1. num. 11. qui num. ſeq.* ſubdit,
11 quod quando extraneus eſt inueſtitus, talis
facultas durat ſpacio 30. annorum. *Dec. conſ.
395. in fin. verſ. & hoc procedit; Mantic. de tacit. lib.
22. tit. 32. num. 8. verſ. diuerſum eſt, Mareſcott. var.
lib. 1. cap. 3. num. 18. & 19. Gratian. cap. 88. num. 33.
& cap. 758. num. 6. Valaſc. conſult. 101. num. 30. &
conſult. 123. num. 5. Rot. in Ferrarien. bonorum de
Schianchis impreſs. poſt Cyriac. contr. 205. nu. 7. & 8.
& in Imolen. bonorum coram Coccino poſt Fenzon.
ad Stat. Vrb. deciſ. 66. §. neque obſtat, coram Durano
deciſ. 431. num. 3.* & latè firmatum fuit *in Cal-
lien. bonorum 18. Aprilis 1647. coram R. P. D. meo
Meltio.*

Et ità &c.

BONONIEN. IVRISPATRONATVS.

Mercurij 1. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus ex quibus probetur, & præſenta-
tus quæ debeat iuſtificare ad hoc, vt ſibi de-
beatur inſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio ad beneficium Iuriſpatronatus debetur ei,
qui docet de illius exiſtentia, de vacatione, & præ-
ſentatione ad ſui fauorem, ac de propria habilitate.*
2 *Vacatio beneficij probatur ex fide obitus illius, qui
dictum beneficium poſſidebat.*

X 3 *Ha-*

3 *Habilitas præſentati iuſtificatur ex fide Examinatorum, & ex literis patentibus Ordinarij.*

4 *Iuſpatronatus probatur ex pluribus præſentationibus, effectum ſortitis per ſpatium annorum centum.*

5 *Præſentationes prima, & vltima ſi probentur effectuata, media præſumuntur.*

6 *Præſentationibus æquipollent conſenſus, præſtiti reſignationi, ſeu electioni.*

7 *Iuriſpatronatus vehemens præſumptio reſultat ex enunciatiuis antiquiſſimis.*

8 *Iuriſpatronatus in probatione multum operatur aſſertio Ordinarij in actu Viſitationis.*

9 *Res iudicata facit rem claram, & manifeſtam.*

10 *Immemorabilis probatur ex Teſtibus deponentibus cum requiſitis gloſſæ in cap. 1. de præſcript. in 6.*

Et vigore illius poteſt allegari melior titulus de mundo eod. nu.

11 *Amplius etiam ſi verſemur in perſonis ſuſpectis, in quibus cadit præſumptio vſurpationis.*

DECISIO CXCIII.

VACANTE Parochiali Eccleſia S. Michaelis loci de Capugnano per obitum Dominici Palmerini, Communitas, & homines prædicti præſentarunt Ioannem, cui præſentationi cum Promotor Fiſcalis Menſæ Archiepiſcopalis ſe oppoſuerit, dedi dubium; An eidem inſtitutio eſſet concedenda, & Do-
1 mini reſponderunt affirmatiuè, cum doceat de requiſitis neceſſariis ad eam obtinendam, nempè de vacatione Parochialis, de exiſtentia Iuriſpatronatus, & præſentatione ad eius fauorem facta intra legitima tempora, & de propria habilitate, quibus concurrentibus, eſſe locum inſtitutioni firmat *tex. in cap. Decernimus, &c. Monaſterium 16. q. 7. cap. Cum Bertholdus, ibique Abb. num. 9. & 12. de re iudic. Rot. deciſ. 337. num. 1. par. 2. recen. deciſ. 232. eod. num. par. 5. & deciſ. 87. à princ. par. 7. in Gerunden. beneficij 4. Iulij 1642. & in Cracouien. Præpoſitura S. Floriani 28. Nou. 1650. coram R. P. D. meo Bichio.*

2 Vacatio eſt indubitata, & probatur ex fide obitus Dominici Palmerini formiter extracta *Rota in Placentina beneficij 7. Februar. 1650. coram Eminentiſs. D. Card. Corrado, & in Bononien. beneficij 26. Februarij 1652. coram R. P. D. meo Albergato.*

3 Habilitas Ioannis præſentati iuſtificata remanet, & ex relatione Examinatorum, vt firmauit *Rota deciſ. 613. num. 6. & deciſ. 931. nu. 3. coram Buratt.* & ex literis patentibus Ordinarij *Felin. in cap. poſt ceſſionem num. 3. & 15. de probat. Rota dec. 152. num. 24. par. 5. recen. & in d. Gerunden. beneficij 4. Iul. 1652. coram R. P. D. meo Bichio.*

4 Iuſpatronatus verò, & pertinentia illius ad Homines Terræ Capugnani reſultat ex pluribus præſentationibus, effectum ſortitis curſu temporis 200. & vltra annorum, cùm tamen ad hunc effectum ſola centenaria ſufficiat, etiã in terminis Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. ibi, *Siue etiam ex multiplicatis præſentationibus per longiſſimum temporis curſum,* iuxtà *conſ. Feder. de S. n. 234. nu. 3. verſ. Sic ad propoſitum, Dec. conſ. 117. ſub num. 2. verſ. ſecunda non obſtat, & conſ. 126. n. 3. verſ. Et hoc etiam,* & firmauit *Rot. corã Burat. dec. 142. n. 2. & ſeqq. & ibi Add. n. 15.* vbi quod ex continuatis præſentationibus effectum ſortitis per ſpatium annorum centum præſumitur titulus fundationis, & dotationis, *deciſ. 172. num. 1. vbi etiam adden. lit. A. & dec. 875. in princ. Duran. deciſ. 87. num. 21. Merlin. deciſ. 45. num. 3. & in recen. deciſ. 258. nu. 10. par. 4. deciſ. 218. numer. 22.* vbi dicitur, concluſionem eſſe veram, & receptam, *& num. 52.* vbi quòd non requiritur poſitiua probatio dotationis, & fundationis, ſed ſufficit illa, quæ reſultat ex centenaria, *par. 6. & deciſ. 241. num. 1. eadem par. 6. & deciſ. 29. à princ. par. 7.*

5 Non obſtat, quòd in prima centenaria non probetur continuatio præſentationum de vno in alium; Nàm concurrentibus primis, & vltimis effectum ſortitis, mediæ quoque præſumuntur, dùm non docetur de ſtatu libertatis intermedio. *Alciat. præſumpt. 2. reg. 2. verſ. ſed mihi videtur, Tiraq. de præſcript. §. 1. gloſſ. 5. per tot. Rota coram Seraph. deciſ. 1141. num. 3. in recent. deciſ. 275. ſub num. 4. par. 3. coram Buratt. deciſ. 172. num. 10. & ibi Adden. num. 32. & deciſ. 875. ſub n. 2. & 3.* cum aliis *in Cremonen. Præpoſituræ 23. Maij 1644. coram Eminentiſs. Card. Corrado.*

6 Prout pariter non obſtat, quod nonnullæ ex prædictis præſentationibus non ſint veræ præſentationes, ſed conſenſus præſtiti ab iiſdem Hominibus in electione facienda; Nam idem eſt aliquem ab beneficium præſentare, & illius electioni conſentire; conſenſus enim habet vim præſentationis, vt firmauit *Rota coram Creſcen. deciſ. 2. de Iurepatr. & in recent. deciſ. 471. n. 22. & deciſ. 482. n. 5. par. 4. to. 2. & deciſ. 407. num. 7. coram Merlino.*

7 Quæ omnia faciliùs procedunt in præſenti caſu, in quo, vltra duplicem centenariam reſultantem ex dictis præſentationibus, concurrunt etiam enunciatiuæ antiquiſſimæ de anno 1456. 1497. & 1543. in Summ. num. 9. & duob. ſeqq. ex quibus reſultare vehementem præſumptionem iuriſpatronatus, & validum illius adminiculum, notat *Abb. conſ. 54. num. 3. vol. 1. Burſatt. conſ. 324. nu. 6. lib. 3. Ferret. conſ. 293. eodem num. lib. 2. Rot. deciſ. 518. num. 2. par. 1. recent. deciſ. 360. num. 3. & deciſ. 674. ſub num. 2. par. 2. Buratt. dicta deciſ. 142. num. 11. & deciſ. 172. n. 12. vbi adden. num. 33. & coram Merlino deciſ. 45. n. 2.*

8 Præſertim attenta vltima de anno 1543. emiſſa ab Ordinariò in actu viſitationis Eccleſiæ; Nam aſſertioni Ordinarij multum deferri ſolet in hac materia, in qua agitur de eius præiudicio. *Felin. in cap. Illud num. 6. de præſcript. Gratian. forenſ. diſcept. cap. 597. num. 13. Rota diuer. deciſ. 567. num. 2. par. 4. Mantic. deciſ. 350. n. 3. Buratt. deciſ. 111. nu. 7. ibique Add. lit. C. & dec. 552. nu. 4. & poſt Vinnat. de iurepatr. deciſ. 26. nu. 12. & in rec. deciſ. 132. n. 1. par. 1.*

9 Inſuper concurrit ſententia lata de anno 1643. ad fauorem Dominici Palmerini præſentati à dictis Hominibus contra Menſam Archiepiſcopalem, prætendentem libertatem Parochialis controuerſæ, à qua cum non fuerit appellatum, reſultat res iudicata, quæ facit rem claram, manifeſtam, & indubitatam

ad

Digitized by Google

ad text. in l.Ingenuum ff. de ſtatu homin. Rota in his terminis deciſ.147.n.6.& deciſ.210. nu.1.par.5.rec. & coram Buratt.deciſ.26.n.8.

10 Et tollitur difficultas ex teſtibus formiter examinatis, deponentibus de immemorabili, cum requiſitis *gloſſæ in cap. 1. verb. Memoria de praſcript.in 6.* qua ſtante poteſt allegari melior titulus de mundo, vt millies firmauit Rota, & ſignanter *deciſ.27. num.8. par.4. tom.2. recent. deciſ.150. numer.4. & ſeqq. par.5. & in Abulen.decimarum 12. Decembris 1650.& 15.Maij 1651.coram Me.*

11 Vndè non refert, quòd verſemur in Vniuerſitate, in qua cadit præſumptio vſurpationis, nam attenta immemorabili, iunctis prædictis præſentationibus continuatis, & effectum ſortitis per ſpatium tot annorum, ceſſat præſumptio huiuſmodi, etiam ex diſpoſitione eiuſdem Concilij, vt aduertit *Gabriel conſ. 192.nu.3.& ſeqq.lib.2.Rota deciſ.409. in fin.par.1. diuerſor.& coram Merlin. deciſ.277.num.3.& deciſ. 349.num.2.*

Et ita pro inſtitutione ad fauorem Ioannis Palmerini reſponſum fuit, Menſa Archiepiſcopali, & Saluatore Viuarello pluries,& pluries citatis,& non informantibus.

MELEVITANA RETROVENDITIONIS.

Mercurij 9. Decembris 1654.

ARGVMENTVM.

Pactum redimendi ſimpliciter conceptum non præſcribitur per 30.annos; Et allegatio ſuſpecti debet fieri cum iuramento, & cum cauſa, & illa probari debet.

SVMMARIVM.

1 *Promittens retrouendere tenetur adimplere promiſſa.*

2 *Statutum Melitæ ſuper retractu eſt validum.*

3 *Pactum retrouendendi conceptum ſimpliciter, intelligitur ſemper,& quandocumque.*

4 *Pactum prædictum cum iuramento, & obligatione omnium bonorum non præſcribitur per triginta annos.*

5 *Veriſimilitudo ceſſat attenta contraria conuentione Contrahentium.*

6 *Diuerſitas perſonarum operatur, ne pactum conceptum cum vno cenſeatur repetitum cum alio.*

7 *Pactum retrouendendi, ſeu redimendi intelligitur ſemper, & quandocumque, quando venditio fuit facta pro modico pretio.*

8 *Minor reſtituitur aduerſus contractum per Ipſum initum, niſi à die, quo factus eſt maior, effluxerint anni 30.*

9 *Suſpectus non poteſt allegari Iudex poſt litem inſtructam,& concluſum in cauſa.*

10 *Suſpecti allegatio debet fieri cum iuramento, & num.12.*

11 *Suſpecti allegatio ſi fuerit reiecta, debet appellari à reiectione, aliàs non operatur.*

12 *Suſpecti allegatio debet fieri cum cauſa, & illa probari.*

13 *Citatio non requiritur poſt concluſum in cauſa attento ſtylo.*

14 *Concluſio in cauſa, ſiue illius decretum non circumducitur per admiſſionem articulorum, qui non concernunt merita cauſæ.*

15 *Aſſertioni propriæ ſtandum eſt in concernentibus animi declarationem.*

DECISIO CXCIV.

EGIT Saluus Cumbo pro retrouenditione Prædij controuerſi contra hæredem Andreæ Emptoris, & quia poſt ſententiam obtentam in partibus alteram fauorabilem reportauit in Rota præuia deciſione R. P. D. mei Veroſpij, ideò dubitaui, an dicta ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda, & Domini pro confirmatione reſponderunt.

1 Nam cum idem Andreas expreſsè promiſerit Prædium retrouendere caſu, quo venditionem à Parentibus factam nollet Saluus ratificare, vtique pulſatus idem Andreas pro retrouenditione, cum oblatione pretij, & actuali depoſito debebat omninò promiſſionem adimplere iuxtà *text. in l.2. C.de Pact. int. Empt.& vend.& in l.ſi cum venderet 13.* vbi *Caſtr. num.4.ff.de pignor.act.Tiraquell.de retract.Conuent. §.3.gloſs. vnic. num.1. Theſaur. quæſt.forenſ. lib.2. qu. 72. num. 1.* & in fortioribus terminis tradit *Alex.conſ.10.ſub num.1.circa med.lib.1. Socin.conſ. 80. ſub num.1. lib.3. Chaſſan. conſ.33. in princ. & n.14.& conſ.41.n.7.* & firmauit *Rot.coram Durano deciſ.52.num.6.*

2 Nec excuſari valet ex eo, quod obligatio retrouendendi intelligi debeat ad annum, mēſem, hebdomadam, & diem iuxtà Statutum loci canonizatum à *Rota coram Canal. dec.658.* vel intra triennium iuxtà conuentionem initam in primo inſtrumento, vt tradit *Roman. conſ.27.num.1.* Nam cum obligatio fuerit con-
3 cepta ſimpliciter, debet intelligi quandocumque, & iuxtà diſpoſitionem iuris, vt declararunt partes in alio Inſtrumento poſtea celebrato ſub die 13.Nouembris 1622.in illis verbis ibi. *Cum gratia redimendi quandocumque*, vt notat *Tiraq.de retract.conuent. §.1.gloſs.2. nu.1.& ſeqq.Mant.de tacit.lib.4. tit.31.nu.20. Menoch.conſ. 143.num.14.*

4 Et ſtante Iuramento ſpeciali, ac hypotheca, & obligatione omnium bonorum non potuit præſcribi per 30. annos *Gabr. conſ.144. num.32. verſ.arbitror, & num. 50. verſ. his igitur cum ſeqq. lib.2.*alter *Gabr.de præſcript. concluſ.6. num.15. & 16.Theſaur.quæſt.forenſ.lib.2.q.72. num.3.* vbi teſtatur de communi, à qua durum eſſet in iudicando recedere, *Aym. conſ.71. num.2. Oſaſch. deciſ.69.num.12. Viuius deciſ.424. num.27.& ſeqq.* & firmauit *Rot.in Reatina Tenutæ Arpeiæ 3.Aprilis 1579.coram Lancellotto.*

5 Statutum verò ſe fundat in veriſimilitudine, quæ ceſſat ſtante conuentione contraria, *Aym.conſ.290.ſub num.7. verſ.non obſtat il 2. Rota in Romana pretij grani 31. Martij 1642. coram R.P.D. meo Meltio, & Roman. exaduerſo allegatus loquitur,* quãdo fauore contrahentis apponitur

6 in eodem inſtrumento, ſecus verò ſi in inſtrumento ſeparato fauore tertij, & Notario pro eo ſtipulante, diuerſitas enim perſonarum operatur, ne tempus, et pactum limitatũ cum vno cenſeatur repetitũ cum alio, vt aduertit *Aret. in l. Gallus §. Et quod ſi tantum n. 15. de lib. & Poſth.* cũ alijs per *Peregr. de fid. art. 16. n. 54. & ſeq.*

7 Quæ opinio faciliùs procedit in præſenti caſu, in quo venditio facta fuit pro viliſſimo pretio cum læſione vltra dimidiam veri valoris, vt deponunt Teſtes dati *in Summ. num. 4.* quod oſtendit voluntatem Partium reſeruandi facultatem redimendi quandocumque, & mouent animum Iudicis ad extendendam redemptionem, vt benè in propoſito tradit *Hoſtiẽ. in ſumma tit. de vſur. verb. An aliquo caſu verſ. 9. ſi vendo tibi, Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 55. Bimius conſ. 375. num. 22. & 23. lib. 4. Socin. iun. conſ. 104. ſub num. 3. lib. 3.* & firmat *Magon. deciſ. Lucen. 77. nu. 18. & Hieron. à Laurent. deciſ. Auen. 129. n. 8. & 14.*

8 Et in omnem caſum cum Saluus eſſet minor de tempore celebrati contractus, nec conſtet, quod à die, quo factus eſt maior, effluxerint anni 30. minuſque, quod ſcientiam habuerit ſupradicti pacti, cõpeteret illi ex hoc capite reſtitutio in integrum iuxta *gloſ. in l. 1. verb. æſtimabit C. de Patr. pot. Ruin. conſ. 150. circa fin. verſ. & vbi etiam lib. 4. Aym. conſ. 201. num. 34. Surd.* qui plures cumulat *conſ. 251. nu. 7. & ſeqq. Gomeſ. var. reſol. tom. 2. cap. 2. n. 13. in fine verſ. quia licet, Rot. coram Duran. deciſ. 426. num. 9. & plurib. ſeqq. & in rec. deciſ. 164. num. 4. verſ. maximè cum etiam par. 2.*

9 Nec obſtant nullitates exaduerſo oppoſitæ nam, vt benè firmat *deciſ. coram R. P. D. meo Veroſpio*. Prima deducta ex eo, quod ſententia lata fuerit à Iudice de voto Aſſeſſoris ſuſpecti allegati, tollitur non ſolum, quia recuſatio apparet facta poſt litem inſtructam, imò poſt concluſum in cauſa *ad tex. in l. apertiſſimi 14. C. de Iudic. Felin. in cap. cum dilectus num. 6. de fide inſtr. & in cap. inſinuante num. 15. de offic. delegat.* & probat *Marant. de ord. iud. par. 6. tit. de appell. n. 26. Lancell. de attent. par. 2. cap. 6. n. 59.*

10 Sed etiam quia illa legitur ſine iuramento, quod omnino requiri notat *Couar. pract. quæſt. cap. 26. nu. 1. verſ. eodem iure*, & firmauit *Rota deciſ. 2. num. 5. par. 2. diuerſ. & in rec. deciſ. 638. nu. 13. par. 4. to. 1. & deciſ. 20. n. 26. par. 6.*

11 Ac demum, quia fuit reiecta per Arbitros, nec à reiectione apparet fuiſſe appellatum, ſed tantum à ſententia Vicarij, vndè Allegrettus non poteſt amplius de illa opponere, quia non attenditur recuſatio, quando quis vtitur remedio appellationis argumento, *text. in l. 3. §. falſus ff. rem rat. hab.* & tradit *Hoſtien. in Summ. titul. de recuſat. iudic. deleg. verb. quis ſit effectus; verſ. quid ergo ſi dixeris.*

12 Replicatio verò, quod etiam vnus ex Arbitris tanquam conſanguineus Aſſeſſoris recuſatus fuerit ceſſat, dum cauſa recuſationis non fuit probata *c. ſecundò requiris 41. §. vlt. & cap. cum ſpeciali 61. iuncta gloſ. verb. de recuſatoris, ibique Dec. num. 8. de appellat. ſpecul. de recuſ. §. qualiter ſub num. 5.* cum alijs per *Gaill. pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 33. num. 14.* & pariter facta fuit ſine Iuramento de menſe Octobris, poſtquam de menſe Auguſti iam fuerat concluſum in cauſa ex not. per *Felin. in cap. cum dilectus nu. 6. de fide inſtr. Couar. pract. quæſt. cap. 26. num. 2. verſ. huius autem opinionis, Maſtrill. deciſ. 151. num. 75.* vbi quod tali caſu cenſetur quis conſentire in iudicem, & remittere ſuſpicionem, & probat *Vin. deciſ. 363. num. 8.*

13 Et ex hac reſponſione tollitur etiam altera nullitas deducta ex defectu citationis ad ſententiam, nam poſt concluſum in cauſa, non requiritur alia citatio attento ſtylo illarum partium approbato in *Rota in vna Meleuitana Territorij 17. Maij 1649. coram Eminentiſſimo Ot-*
14 *thobono*: Cui non reſiſtit, quod poſtea fuerint admiſſi articuli; nam cum illi non reſpiciant merita cauſæ, ſed tantum probationem recuſationis, non circumducunt concluſionem in cauſa factam, vt docet *Capell. Tholoſ. quæſt. 14. n. 2.* & firmauit *Rot. deciſ. 2. de Teſtib. in nou.*

15 Obiectum, quod Cumbus nolit pro ſe redimere, ſed intendat, vti pacto fauore aliorum nullo modo ſubſiſtit in facto, imò apparet de contrario, dum ad formam ſententiæ iurauit in actis pro ſe, & ſuis velle redimere, & pecunias proprias ad hunc effectum depoſuit, cuius aſſertioni ſtandum eſſe probat, *text. in l. admonendi ff. de iur. iur. Socin. conſ. 91. numer. 22. lib. 4. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 163. num. 4. & deciſ. 460. num. 13.*

Et ità &c.

COMEN. COLLEGII.

Veneris 30. Aprilis 1655.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria non ſolet concedi quando Articuli ſunt irreleuantes calumnioſi, & imaginarij, & probatio, vel poteſt fieri per ſcripturas. vel contrarium eius, quod articulatur, reſultat per ipſas Scripturas.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non datur, quando materia articulata eſt irreleuans, imaginaria, & calumnioſa.*
2 *Remiſſoria non conceditur ſuper Articulis, qui ſunt contrarij Articulis alias datis.*
3 *Articulorum contrarietas inducit præſumptionem calumniæ.*
4 *Remiſſoria non datur ad probandum aliquid per Teſtes, cuius contrarium apparet per Scripturas.*
5 *Remiſſoria non datur aduerſus propriam confeſſionem.*
6 *Ciuis quis eſſe poteſt duorum locorum.*
7 *Remiſſoria non datur ad faciendam probationem per Teſtes, quæ poteſt fieri per Scripturas.*
8 Communitas, Vniuerſitas, & Vicinantia *ſunt verba Synonyma.*
9 *Remiſſoria denegatur, quando Articuli ſunt imaginarij, vel improbabiles.*
10 *Obſeruantia non attenditur, ſi ſit contraria voluntati Teſtatoris, & Conſtitutionibus Apoſtolicis.*

6 *Re-*

11 *Remiſſoria non conceditur ſtante irrelevantia materia articulata.*

DECISIO CXCV.

LICET aliàs ex capite irrelevantiæ coram
DD. meis Peutingerio, & Priolo denega-
ta fuerit remiſſoria petita per homines Locar-
ni, & Ronchi, nihilominus ob reiteratas in-
ſtantias Partium, quæ reſolutionibus non
acquieſcebant, iterùm propoſiti dubium; An
illa eſſet concedenda, & tertio loco pro dene-
1 gatione reſponſum fuit. Quia articuli nu-
per exhibiti viſi fuerunt imaginarij, irreleuā-
tes, & calumnioſi; itaùt ſuper illis remiſſoria
nullo modo concedenda veniat, vt dixit *Rota*
deciſ.128.num.1.par.7.recent. in Cæſaraguſtana di-
ſtributionum 10. Februarij 1640.coram bo.mc.Card.
Panzirolo, & in Rauennaten.bonorum 11.Maij 1648.
coram Reuerendiſſ.D.meo Decano.
2 Etenim primus articulus, quod Terra
Ronchi fuerit, & ſit membrum, ſeù Villa Aſ-
conæ, eſt de directo contrarius articulis pri-
mæ inſtantiæ, in quibus Ronchenſes cona-
bantur probare, quod dd. duæ Terræ in ſua
origine erant vnitæ, variatio autem, & con-
trarietas in articulis ſufficit pro denegatione
remiſſoriæ, vt probat *tex.in cap.ſollicitudinem in*
fin. de appellat. Canon. quod autem ibique *gloſſ.*
verb.contrariam 23.q.7 Rota coram Merlin.dec.807.
num.12.verſ. adeſt etiam, & firmatum fuit *in Fa-*
nen.nullitatis apocæ 26. Iunij 1648. coram Reueren-
3 *diſſ.Tarraconen.* Vbi quod talis contrarietas ca-
lumniam articulantis expreſsè demonſtrat, &
tradit *Innoc. in cap. Fraternitatis in fin.* ibique
Felin.num.11. circa med. verſ. & cognoſcitur de Te-
ſtibus, Vitalin.in clem.2.num.144. eod. tit. Rota co-
ram Caual.deciſ.208.num.2.
4 Imò illis expreſsè reſiſtunt ſcripturæ, &
inſtrumenta publica data in *Sum.nu.3. & 4.* ex
quibus euidēter apparet Terras præfatas fuiſ-
ſe sēper localiter diſtinctas, & proprio, & par-
ticulari nomine nuncupatas, & cōſtituiſſe, ac
de præſenti cōſtituere ſeparatas Cōmunitates,
Vicinantias, & Vniuerſitates, adeout nō poſ-
ſit dari remiſſoria ad probandum per teſtes,
cuius contrarium reſultat ex ſcripturis, vt di-
xit *Rota coram Durano deciſ.196.nu.3.& dec.453.*
num.6.& in recen.deciſ.589.num.1.ad fin.par.2. de-
ciſ.772.num.5.par.3.deciſ.217.num.1. par. 7. cum
alijs *in Calaguritana Decimarum Sancti Aſcentij, &*
Dauallillo 26. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Za-
rate.
5 Et ex his ceſſat etiam alter articulus, quod
Ronchum, vti Villa Aſconæ conſtituat vnū
Commune cum dicta Terra, & veniat ſub il-
lius denominatione, nàm ex inſtrumentis
prædictis conſtat, quod homines terræ Ron-
chi cum ſuo Conſule, & Conſules Terrę Aſ-
conæ cum proprio interuenerunt in diuerſis
actibus tanquam duæ terræ diſtinctæ, & ſe-
paratæ, cum quibus inſtrumentis concordant
etiam alia data in *Summ.num.5.& 6.* continen-
tia explicitas confeſſiones vtriuſque Partis,
quod Aſcona, & Ronchum ſunt duo Com-
munia, & duo corpora, aduerſus quam con-
feſſionem remiſſoriæ non eſſe locum firmauit
Rota coram Penia deciſ.588.num. 3.& 4.coram Bu-
ratt.deciſ.877.num.7.in recent.deciſ.54.nu.9. par.7.
& in Calaguritana Beneficij de Ocon 26.Iunij 1654.
coram R.P.D.meo Beuilaqua.
6 Tertius quod Ronchenſes conuocati fue-
rint ad conſilium Aſconæ, dederintque eo-
rum ſuffragia in capita ſuper rebus commu-
nibus, non concludit vnitatem dd. Terrarum
cum potuerint ibi interuenire tāquam poſſi-
dentes in Terrà Aſconæ, vel tanquam Ciues
eiuſdem loci, non enim eſt inconueniens,
quod quis ſit Ciuis duarum Terrarum, vt not.
Gratian.forenſ.diſcept.cap.623.num.25. Cyriac.con-
trou.273. num.19. & dixit *Rota coram Buratt. de-*
ciſ.804.num.3.& deciſ.811. num. 7. Et cum talis
7 articulus per ſcripturas, & libros Communi-
tatis probari poſſit, fruſtrà petitur probatio
per teſtes *l.cenſus ff.de probat. gloſ. in cap.tertio lo-*
co verb.teſtium eod.tit. Roman.conſ.319.num.1.verſ.
hæc quidem, Rota in recen.deciſ.414. num. 5. par. 2.
deciſ.111.num.10.par.6.& deciſ.252.num.1.par.7.
cum pluribus *in Barchinonen. Parochialis, ſeù*
Vicariæ 13.Iunij 1644.coram Eminentiſs.Card.Cor-
rado, & in Calaguritana Præeminentiarum 4. De-
cembris 1646.coram me.
8 Quartus diſtinguens Vicinantiam ab ipſo
Communi, ſeù Vniuerſitate benè tollitur ex
ijs, quæ deducuntur in *deciſ. R.P.D. mei Prioli,*
quia Commune, & Vicinantia ſunt ſynony-
ma, vt benè colligitur ex præfatis inſtrumen-
tis datis in *Summ. num.3.& ſeqq.* in quibus plu-
ries leguntur infraſcripta, vel ſimilia verba.
Conuocata, & congregata generaliſſima Vicinantia,
9 *& Vniuerſitate Ronchi.* Adeout talis articulus
detegatur imaginarius, & improbabilis, &
confictus potius ad protrahendam expeditio-
nem cauſæ, quam quod verè res ità ſe habeat,
vt reſpondit *Rota deciſ.27.num.1. part.4. tom. 2.*
recen.& deciſ.73.num.7.& ſeqq.& dec.217.num.9.
par.7.
10 Quintus, & ſextus, quod Iuuenes Ronchi
fuerint alias admiſſi in Alumnos, & in ſpecie
de anno 1562. receptus fuerit Ioannes Mona-
chus de ordine Diui Caroli, ſunt penitus ir-
releuantes, nàm vltrà quod admiſſiones hu-
iuſmodi potuerunt fieri ob deficientiam Aſ-
conenſium, adhuc illis expreſsè reſiſtit volun-
tas Fundatoris, & literæ ſan: me: Greg. XIII.
contrà quarū tenorem non potuit Ronchen-
ſibus ex dd. admiſſionibus aliquod ius acqui-
ri ad not. per *Felin.in c.cum acceſſiſſent num. 4. de*
Conſtit.Rot.in recen.deciſ.63.num.10. part.5. & de-
ciſ.66.num.12. par.7. cum alijs in deciſ. huius cauſæ
5.Iulij 1649.coram R.P.D.meo Peutingerio.
11 Demùm non releuant ſeptimus, & octauus,
quatenus firmant Ronchenſes contribuere
pro Salario Magiſtri Grammaticæ, nàm con-
tributio procedit quia ijdē Ronchenſes vtun-
tur illius opera, & poſſunt non accedendo ſe
eximere à tali onere, vt expreſsè diſponitur
in inſtrumento diuiſionis ſequutæ de anno
1642. ibi, *Ronchenſium arbitrio relinquatur non*
ſoluere, dummodò non accedant, Vndè attenta ir-
releuantia probationis non eſt locus conceſ-
ſioni remiſſoriæ ad *text. in l. ad probationem,* ibi-

Digitized by Google

què *DD.de probat.Rota deciſ.555. num. 3. par. 3. recent.* cum alijs pluribus *in Vlixbonen. nullitatis professionis 27. Iunij 1646. coram bon. mem. Arguelles.*

Et ità vtraque &c.

MELPHITEN. LITERARVM CAMBII.

Veneris 14. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non retardat executionem obligationis Cameralis, & literarum Cambij, quando apparet de vera numeratione, quæ non præſumitur ſimulata, niſi ſimulatio probetur, & concurrat cauſa ſimulandi.

SVMMARIVM.

1 *Promittens ſoluere poteſt compelli ad ſolutionem mediantè relaxatione mandati.*

2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non attenditur, quando conſtat de vera numeratione.*

3 *Verba* per altretanti riceuuti contanti *important veram numerationem.*

4 *Reuelationes factæ non citata parte, non ſunt attendendæ.*

5 *Iura, non producta in actis, non releuant.*

6 *Simulatio non præſumitur, niſi probetur.*

7 *Simulatio iuſtificari debet per plenas, & concludentes probationes.*

8 *Simulatio nunquam inducitur niſi concurrat cauſa ſimulandi.*

9 *Simulatio excluditur, dum conſtat de vera, & effectiua numeratione.*

DECISIO CXCVI.

MAndatum pro ſcutis 2500. contra Dionyſium, & alios de Bottonis ab A. C. relaxatum ad inſtantiam Hæredum Io: Baptiſtæ de Alexandris, cenſuerunt Domini, eſſe
1 iuſtum; Et iuſtitiàm reſultare ex eo, quia in Apoca, ſeù literis Cambij per eos ſubſcriptis, & ſibimet ipſis directis, promiſerunt per totam diem primam Maij 1652. ſoluere præfatam ſummam: Vnde cum illam hucuſque non ſoluerint, rectè propterea fuerunt condemnati iuxtà *tex.in l.quoties 59. ff.de verb.oblig.* & dixit *Rota deciſ.472.in princ.par.4.tom.2. recen. & in Romana Cambij 8.Martij 1652.coram R.P.D. meo Cerro.*

2 Non obſtat exceptio non numeratæ pecuniæ, nàm illa non admittitur, quando conſtat de vera, & reali numeratione, vt notat *Cyn. in l.generaliter num.1. C.de non numer.pecun. Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.14.gloſ.vnica num.9.par.1. Scacc.de commerc.& Camb.§.2.gloſ. 8. num. 6.* & vltrà plures cumulatos per *Gratian. forenſ. diſcept.cap.879.num.22.& ſeqq.* firmat *Ricc. dec.55. num. 13.part.1.*

3 Numeratio verò concludenter probatur ex illis verbis; *Per altretanti riceuuti contanti*, quæ veram, & effectualem ſolutionem important, vt probat *Paſchal.de virib.patr.poteſt.part.1.cap.8. num. 76.* vbi ſecus ſi fuiſſet dictum pro totidem Cambiatis, idem *Gratian. loco proximè citato num.1.& 23.Rota Genuen. deciſ.44. per totam, & firmatum fuit coram Buratt.deciſ.199. num.1. & coram Coccin.deciſ.302.num.5.*

4 Nec obſtant aſſertę reuelationes, nam vltra quod ſunt extraiudiciales, & non citata parte, quæ ideò nullum gradum probationis faciunt *Rota coram Duran.dec.212.nu.15.& dec.329. nu.1. & in rec.deciſ.154. num.13. verſ.nec etiam par. 4.*
5 *tom. 2.* Adhuc, cum non fuerint in actis productæ, non ſunt habendę in conſideratione *Rota coram eodem Duran.deciſ.409.nu.7.* & penes *ſan:mem: Gregor. deciſ. 224. num. 5.* & ibi *Adden. num.6.*

6 Minus facit exceptio ſimulationis, quia illa non præſumitur, niſi probetur ad *Text. in l.quamuis, vbi Bald. C. ſi quis alteri, vel ſibi, Iaſ. in l.ſi poſt diuiſionem ſub num. 2. verſ.& dicit C. de Iur.& fact.ignor. Alb.conſ.9.num.5.& ſeqq. Roman. conſ. 102. ſub num. 4. verſ. attamen,* & dixit *Rota deciſ. 413. num. 1. par. 2. recent.* Et quidem per
7 plenas, & concludentes probationes. *l. ſed ſi Maritus 14.ff.qui, & à quibus, Caſtr.conſ.74. nu.2. verſ.nam tales ſimulationes lib.2. Aym. conſ. 145.ſub num.2. verſ.& ibidem, Caput.deciſ.163. num. 5. & ſeqq. par. 3. cum alijs in deciſ. 151. num. 1. par. 2. recent.*

8 Hic autem, nec conſtat de cauſa ſimulandi, ſinè qua etiam cum coniecturis ſimulatio non inducitur iuxtà *conſ. Bart. 65. num.4. verſ. ſed ad hoc lib.1.Pen.deciſ.125. num. 10. deciſ.168. num.2.& deciſ.415. num.1. iuxtà Venetam impreſſ. Coccin.deciſ.408.num.2.& 3.Buratt. deciſ.365. numer.3.* cum pluribus per *Adden.ad Greg.dec.157. num.27.*

9 Imò illa expreſsè excluditur, dum conſtat de vera, reali, & effectiua numeratione etiam per Partis confeſſionē, vt notat *Aym. conſ.145. num.17.* & dixit *Rota deciſ.792.num.1. par. 4. diuerſ.in rec.deciſ.555.num.4.& 5.par.5. coram Greg. deciſ.195.ſub num.3.verſ.hinc etiam,& coram Merlino deciſ.609.num.4.& 5.*

Ex quibus pro iuſtitia mandati reſolutum fuit vtraque parte informante &c.

MEDIOLANEN. BENEFICIORVM.

Veneris 14. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Vnio Beneficiorum facta per Cardinalem Archiepiſcopum, an, & quando ſuſtineatur, tàm de iure communi, quàm vigore Indulti.

SVMMARIVM.

1 *Vnio dicitur in vſus pios, ſi fuerit pro perfectione fabricæ Eccleſiæ, ac pro manutentione cultus diuini, & Sacerdotum.*

2 *Gerundium* erigendæ *importat futurum.*

3 *Pluralis locutio non poteſt reſtringi ad vnum, ſed debet in pluribus verificari.*

4 *Ver-*

Digitized by Google

4 *Verba*, ſibi benè viſis, *denotant liberam facultatem.*

5 *Dictio*, iuxtà *eſt relatiua, & operatur, vt omnia contenta in relato cenſeantur comprehenſa in referente.*

6 *Ius honorificum etiam in Eccleſia Regulari acquiri poteſt.*

7 *Vtile per inutile non vitiatur, quando materia eſt diuidua, & ſeparabilis.*

8 *Narratiua, quod Beneficium vacauerit, & vacet, debet verificari de vtraque vacatione, & non ſolum de præterito, ſed etiam de præſenti.*

9 *Vnita non vacant.*

DECISIO CXCVII.

RESOLVTVM fuit ſub die 26. Ianuarij 1654. Gratiam R. P. D. Turriani eſſe iuſtificatam, & exequendam, & quia tota quæſtio reducebatur ad nullitatem vnionis factæ per bon: mem: Cardinalem Montium ad fauorem Fratrum Diſcalceatorum, qua ceſſante excludebatur vacatio expreſſa in eadem gratia; Ideò Domini, re maturè diſcuſſa poſt ſecundam propoſitionem, cenſuerunt vnionem ſuſtineri, & ſic à deciſis eſſe recedendum.

Nam quamuis de iure communi, & ex diſ-
poſitione Sacri Concilij vnio prædicta aliquã
pateretur difficultatem, illa penitus ceſſat at-
tento ampliſſimo Indulto à ſan: mem: Vrba-
no VIII. præfato Cardinali Montio conceſſo,
per quod eidem datur facultas, vt quæcum-
que, & qualiacumque Beneficia Eccleſiaſtica,
etiam reſeruata, & affecta illorum fructus, red-
ditus, & prouentus etiã dignitatibus, præben-
dis, cæteriſque Beneficijs &c. vel alijs vſibus
pijs, aut fabricæ Eccleſiarum earundem ſibi
beneuiſis, & aliàs iuxtà facultates prædicto
Cardinali Carolo conceſſas, vnire, & incor-
1 porare poſſet, & valeret; Vndè cum vnio fa-
cta appareat, pro perficienda fabrica Eccleſiæ
Beatæ Mariæ propè locum Conceſſæ pro ma-
nutentione Cultus Diuini, eiuſque augumẽ-
to, & pro ſuſtentatione Sacerdotum dictæ
Eccleſiæ adhibendorum, & pro alijs ipſius Ec-
cleſiæ ſeruitijs, negari non poteſt, quin facta
fuerit in vſus pios, etiam iuxtà formam præ-
fati Indulti, vt benè per *Ancharan. in cap. 1. ſub
num. 4. verſ. nam, & ille de Eccleſiis Aedific. Imol.
in cap. cum acceſſiſſent num. 4. poſt med. verſ. quæ ra-
tio ceſſat de Conſtit. Decius conſ. 118. ſub nu. 5. verſ.
& Simonia, & Bero. conſ. 3. num. 6. in fine, & nu. 10.
& 26. lib. 1.*

Obiectum verò, quod Indultum loquatur
tantum de Eccleſijs erectis, non autem de
erigendis, ceſſat ex lectura ipſius, & ex illis
verbis, ibi, *Eccleſiæ tunc erectæ, vel erigendæ*, quæ
comprehendunt, tàm erectas de præterito,
2 quàm erigendas de futuro, propter illud ge-
rundium *erigendæ* iuxtà notata per *gloſſ. in l. ſi tu
ex parte 75. verb. adeundo il 1. ff. de acquir. hæredit.
Pariſ. conſ. 19. num. 4. lib. 2. Pancir. conſ. 192. num. 28.*
& firmauit *Rota deciſ. 456. num. 11. par. 4. tom. 2.
recent. & deciſ. 163. num. 9. par. 7.*

3 Nec illud reſtringi valet ad Eccleſiam tan-
tum S. Mariæ à Diuo Carolo in Collegia-
tam erectam, nam pluralis illa locutio, *vel
alijs vſibus pijs, aut fabricæ Eccleſiarum earundem
ſibi beneuiſis*, prædictam reſtrictionem non
patitur ad *Text. in cap. pluralis*, & ibi *DD. de re-
gul. Iur. in 6.* & tradit *Dec. conſ. 562. num. 3.* & vl-
tra cumulatos per *Grat. diſcept. forenſ. cap. 565.
num. 75.* firmauit *Rota deciſ. 743. num. 15. part. 4.
tom. 3. recent. & coram Merlino deciſ. 872. nu. 10.*

4 Præſertim iunctis verbis, *ſibi beneuiſis*, quæ
denotant liberam vniendi facultatem, vt pon-
derat *Bartol. in extrau. ad reprimendum, verbo pro-
ut num. 1. Bald. in extrauag. de pace Conſtantiæ, ver-
bo nomina verò num. 3. Alex. in l. ſi ſic 78. nu. 8. ff. de
legat. 1.* & pluribus comprobat *Lapus allegat. 60
num. 4.*

Imò cum Indultum vltra facultates gene-
rales conceſſas eidem Cardinali, contineat
etiam alias facultates expreſſas in Indulto
Gregorij XIII. ad fauorem Diui Caroli,
vtique ſicut illud cantat pro Eccleſijs erectis,
& erigendis, ità etiam hoc conceſſum Cardi-
nali Montio eandem facultatem compre-
5 hendere debet virtute dictionis relatiuę *iuxtà*,
quæ operatur, vt omnia contenta in relato,
cenſeantur cõprehenſa in referente ex doctr.
*Bald. in l. 1. num. 2. C. de Epiſcopis, & Cleric. Intri-
gliol. deciſ. Siciliæ 36. num. 15. Rota deciſ. 40. num. 1.
& ſeqq. par. 2. diuerſ. & in recent. deciſ. 586. num. 2.
par. 1.*

Alterum obiectum, quod in vnione reſer-
uatum fuerit Iuſpatronatus ad fauorem
eiuſdem Cardinalis, & ſuorum, nullo modo
ſubſiſtit in facto; Nàm talis reſeruatio facta
fuit reſpectu Monaſterij, & intuitu fundatio-
nis cum notabili impenſa ſcut. 18. mil. nec
non donatione annui redditus ſcut. 400. vltra
ſupellectilia, & alia neceſſaria, & longè poſt
vnionem ſecutam, imò concernit tantum
6 præeminentias, & ius honorificum, quod etiã
in Eccleſia regulari acquiri poſſe, probat *text.
in cap. nobis*, ibique *Abbas, & communiter ſcriben-
tes de Iurepatronatus*, & vltra relatos per *Bar-
boſ. in addit. ad Concil. ſeſſ. 14. cap. 13. num. 17. verſ.
Iuſpatronatus honorificum, & de iure Eccleſ. vniuerſ.
lib. 3. cap. 12. num. 47. verſ. verum ad effectum*, fir-
mauit *Rota coram Canal. deciſ. 265. num. 6. & deciſ.
321. num. 1. & per totam, & in recent. deciſ. 377.
num. 1. par. 5.*

7 Rurſus cum ſimus in actu diuiduo, reſer-
uatio iuris honorifici ſecuta poſt annos decẽ,
& vltra vnione iam perfecta, non poteſt ei-
dem vnioni præiudicare, ac illam inualidare,
cap. ſi confirmationem 39. ibique *Gloſ. in 2. nota-
bili, de elect. in 6. Ancharan. conſ. 215. num. 4. Surd.
conſ. 428. num. 21. Rota deciſ. 546. num. 4. par. 4. di-
uerſ. & in recent. deciſ. 526. num. 11. par. 5.*

Vndè attentis prædictis, tantum abeſt, quod
R. P. D. Turrianus poſſit iuſtificare narrati-
uam, quod beneficia controuerſa vacent ad
præſens, & à tãto tempore vacarent, quod eo-
rum collatio ad Sedem Apoſtolicam legiti-
8 me deuoluta exiſtat, prout concludenter,
vtramque vacationem probare deberet, non
ſolum de præterito, ſed etiam de tempore
gratiæ, vt dixit *Rota deciſ. 379. nu. 8. par. 1. recent.*

in

Digitized by Google

in Naulen. Parochialis 18. *Aprilis* 1644. *coram R.P. D.meo Cerro, & in Lucana vnionis* 28. *Ian.* 1648. *coram R.P.D.Bichio*, vbi aliæ cumulantur, quod imò probata validitate vnionis vacatio ex-
9 preſsè excludatur, cum vnita non vacent. *Rot. deciſ.* 186. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & deciſ.* 90. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 4. cum alijs *in Mindonien. Parochialis* 3. *Martij* 1653. *coram R.P.D.meo Zarate.*

Et ita deciſum &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE ARNEDO.

Lunæ 24. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Beneficia Diœceſis Calaguritanæ adiudicanda veniunt Ei, qui habet maiores qualitates, & inſtitutionem ab Ordinario pro cuius iudicio præſumendum venit.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij iudicio ſtandum eſt, donec conuincatur erroneum.*

2 *Ordinarij iudicium detegitur iuſtum, quando inſtitutio fuit illi conceſſa, qui habet maiores qualitates.*

3 *Paupertas multum operatur in adiudicatione beneficij.*

4 *Aetas maior, & antiquius Sacerdotium non operantur prælationem in concurſu qualitatis paupertatis.*

5 *Beneficij in adiudicatione præferendus eſt ille, qui non indiget diſpenſatione.*

6 *Procurator ſi fuerit admiſſus ad votandum, non poteſt à Tertio opponi, quod non iurauerit ſuper Impedimento Principalis.*

7 *Officiali creditur ſuper re ſpectante ad eius Officium.*

DECISIO CXCVIII.

TANDEM poſt tertiam propoſitionem reſolutum fuit Ioanni Martinez de Alcalde beneficium eſſe adiudicandum, quia non ſolum eſt filius naturalis, & patrimonialis Oppidi de Arnedo, in quo vacauit Beneficium controuerſum, & ab examinatoribus Synodalibus ad curata approbatus fuit, ſed etiam habet præſentationem Beneficiato-
1 rum, & inſtitutionem ſui Ordinarij; Itaut illius Iudicio ſtandum ſit, donec erroneum conuincatur, vt probat *text. in cap. in præſentia de renunciat. Gonzal. ad regul.* 8. *gloſ.* 4. *numer.* 117. & dixit *Rota in Calaguritana Beneficiorum* 26. *Iunij* 1648. *coram R.P.D.meo Bichio.*

2 In præſenti verò caſu tantum abeſt, quòd illud poſſit dici erroneum, quod imò appareat iuſtum, & rationabile ex qualitatibus, quæ in Ioanne concurrunt, ſiquidem vſque de anno 1642. Ipſe Sacerdotali charactere decoratus fuit, habuit pluries licentiam adminiſtrandi Sacramenta, & ſignãter de anno 1648. etiam in tota Diœceſi; Inſeruiuit per multum tempus Eccleſiæ, in qua vacauit Beneficium controuerſum, & in Eccleſia annexa exercuit curam Animarum: Eſt Baccalaurus, & inſignis Scholaſticus, vt de prædictis omnibus apparet ex Scripturis authenticis, & ex teſtibus, tàm in Curia, quàm vltimo loco in partibus vigore remiſſoriæ examinatis, qui addunt, quod ipſe eſt optimè inſtructus in functionibus, & Cæremonijs Eccleſiaſticis; quod in exercitio curæ maxima cum Populi ſatisfactione ſe geſſit, ideoque Eccleſiæ eſt valdè vtilis. Ac demum eſt pauper deſtitutus redditibus, tàm patrimonialibus, quàm Eccleſiaſticis; Econtrà verò quod Ioannes Beltram Aduerſatius eſt diues, & poſſidet duplex Beneficium, alterum in Eccleſia de Ocon, & alterum in Eccleſia de Lubera, quæ ſupera-
3 bundant ad congruam illius ſuſtentationem, cum aſcendant ad redditum annuũ ſcut. 600. Huiuſmodi autem qualitatem paupertatis ad effectum prælationis, & adiudicationis beneficij ſummoperè attendendam eſſe probat *text. in cap. is cui de præben. in* 6. *Hoſtien. in cap. tuam circa med. verſ. Cum & talibus de ætat. & qualit. Roch. de Iurep. verb. honorificum nu.* 42. *verſ.* 2. *Crederem*, & firmauit *Rota coram Pen. deciſ.* 388. *n.* 3. *& ſeq. in Calaguritana Beneficij de Alexanco* 20. *Iunij* 1653. *coram D. meo Beuilaequa in Calaguritana Beneficij de Ocon* 15. *Decembris eiuſdem anni coram me, & in Calaguritana Beneficij de Clauixo* 26. *Iun.* 1654. *coram D.meo Cerro.*

4 Nec refert, quòd idem Beltram ſit antiquior in ætate, & in Sacerdotio, quia hæc qualitas non eſt talis, quæ mereatur prælationem, vt dixit *Rota in Calaguritana Beneficij de Murillo* 28. *Iunij* 1652. *coram Reuerendiſſimo Tarraconen, & in Calaguritana Beneficij* 2. *Decemb. eiuſdem anni coram D.meo Bichio.*

5 Maximè quia ipſe pro aſſecutione dicti Beneficij, tanquam incompatibilis indigeret diſpenſatione, qua tamen non eget Martinez, vt etiam ponderauit, *Rota coram Seraphin. deciſ.* 767. *num.* 2. *in dicta Calaguritana Beneficij de Murillo* 28. *Iunij* 1652. *coram Reuerendiſſimo Tarraconen. &* 12. *Februarij* 1653. *coram R. P. D. meo Albergato, & in Calaguritana Beneficij S. Martini* 26. *Maij eiuſdem anni coram eodem.*

6 Non obſtat, quòd duo ex Beneficiatis præſentauerint mediante Procuratore abſque eo, quòd Procurator iurauerit ſuper impedimento Principalium; nam cum tale votum alijs non reluctantibus admiſſum fuerit, non poteſt hodie de huiuſmodi defectu opponi, vt notat *Abb. in cap. quia propter §. illud num.* 1. *verſ. vnum tamen ſcias de elect. Lauor. variar. elucubrat. de elect. can. tit.* 4. *cap.* 17. *num.* 40. quem refert, & ſequitur *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 110. vbi quod eligentes admittendo videntur renunciare Iuri ſuo, & in terminis terminantibus firmatum fuit *in Calaguritana Beneficij de Murillo* 24. *Maij* 1619. *coram ſan. mem. Innocentio Decimo, & melius in eadem Cauſa* 13. *Nouembris* 1620. *coram Vbaldo impreſſa penes eundem Lauor. fol.* 419. cum alijs pluribus in fortioribus terminis *in Leodien. Præpoſituræ Tongren.* 8. *Februarij* 1649. *coram Eminentiſſimo Card. Otthobono.*

7 De-

Digitized by Google

7 Demum non obſtat, quod quædam ſchedula fuerit in Terra reperta; nam cum ſinguli Beneficiati habeant plures ſchedulas ſecūdum numerum concurrentium, & in Vrna, ſeù Buſſula numeratæ fuerint 23. correſpondendentes numero Beneficiatorum, illa, quæ in Terra proiecta fuit, eſt de inutilibus, quæ remanent in manibus eorundem Beneficiatorum, vt de prædictis omnibus teſtatur Secretarius, qui interuenit electioni, & vota collegit, cui tanquàm Officiali in re ſpectante ad eius officium fidem adhibendam eſſe probat *textus in cap. poſt Ceſſionem, & ibi Felin. nu. 15.* & omnes de probat, *Dec. conſ. 11. ſub num. 1. verſ. quod patet, & conſ. 70. eod. num. ad med. verſ. non eſt dubium, Ruin. conſ. 56. num. 5. lib. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 85. nu. 20. Rot. coram Coccino deciſ. 88. num. 2.*

Et ità vtraque parte Informante &c.

MELEVITANA BENEFICII.

Mercurij 26. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus quando non cadit in controuerſiam, & Ordinarius non eſt in cauſa, tunc ſola quaſi poſſeſſio ſufficit ad ſuſtinendam præſentationem, nec ſuffragatur donatio eiuſdem Iuriſpatronatus facta Laico, niſi fuerit confirmata ab Epiſcopo, vel à Vicario cum ſpeciali mandato Ipſius.

SVMMARIVM.

1 *Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur per vnicum actum.*

2 *Præſentandi quaſi poſſeſſio ſufficit ad ſuſtinen. præſentationem.*

3 *Præſentatio, & ſimiles actus ſunt fructus poſſeſſionis, & tanquam tales ſpectant ad poſſeſſorem.*

4 *Præſentatio facta ab eo, qui non eſt patronus, nec exiſtit in poſſeſſione præſentandi, non ſuffragatur.*

5 *Iuriſpatronatus donatio facta laico ſine conſenſu Epiſcopi non valet.*

6 *Nec dicitur confirmata ab Epiſcopo per admiſſionem præſentationis pro illa vice tantum.*

7 *Minus confirmari poteſt à Vicario ſine ſpeciali mandato Ipſius.*

8 *Iuriſpatronatus donatio non poteſt dici confirmata, ſi præſentationes à Donatario factæ, ſemper fuerunt reiectæ.*

9 *Res iudicata impedit, quominus idem ius deduci poſſit.*

DECISIO CXCIX.

PLACVIT Dominis omiſſa Diſputatione ſuper attentatis aggredi negocium principale, & ordinare, vt videatur de bono Iure; Vndè dubio propoſito reſolutum fuit, conſtare de bono Iure Ignatij, cum ipſe præſentatus fuerit à Vincentio, & nepotibus ex Hieronymo fratre, qui Vincentius, & Hieronymus vti deſcendentes Petri Vaccari exiſtebant in quaſi poſſeſſione præſentādi mediante præſentatione facta de anno 1644. & effectum ſortita in Perſonam Bonifacij; Etenim ad acquiren. quaſi poſſeſſionem præſentandi vnicus actus, & vnica præſentatio ſufficit, vt docet *Ripa in cap. Cum Eccleſiæ Sutrina num. 91. de Cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & in his terminis firmauit *Rota in Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. & in Sulmonen. Beneficij 10. Martij 1649. coram bon. mem. Arguelles, & vltimo loco reſolutum fuit in Rota præterita in Mediolanen. Iuriſpatronatus 24. Currentis menſis coram R. P. D. meo Zarate.*

2 Hæc autem quaſi poſſeſſio optimè ſuffragatur pro ſuſtinenda præſentatione facta in perſonam Ignatij, dum Iuſpatronatus non cadit in controuerſiam, & Ordinarius non eſt in in cauſa, vt eſt *text. in cap. Conſultationibus 19. vbi Abb. num. 2. & Butr. num. 9. de Iurepatr. cap. querelam 24. de elect. Card. conſ. 69. nu. 4. Feder. de Sen. conſ. 234. eodem num. 4. verſ. eſt dicendum, Dec. conſ. 129. num. 2. ante fin. verſ. negari enim non poteſt, & num. ſeqq. & conſ. 134. ſub num. 1. verſ. Cum ergo. Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 452. num. 14.* & dictum fuit *in Terdonen. Iuriſpatronatus 17. Iunij*

3 *1647. coram me*, vbi redditur ratio, quia actus præſentationis, & ſimiles ſunt fructus poſſeſſionis, & vti fructus ſpectant ad Poſſeſſorem. *Abb. in conſ. 54. num. 2. lib. 1. Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 2. & 3. Rota deciſ. 737. num. 4. par. 2. recent.*

4 Hinc parum releuat præſentatio facta per Deſcendentes Calcerani Inguanes ad fauorem Trophymij Borgij; Nam cum ipſi non eſſent Patroni, nec exiſterent in quaſi poſſeſſione præſentandi, talis præſentatio non eſt attendenda, vt probat *textus in dicto cap. Conſultationibus*, & ibi *Abbas ſub num. 3. de Iurepatr.* cum alijs *in Piſcien. Beneficij 21. Aprilis 1651. coram Reuerendiſſimo Tarraconen, & in Terdonen. Iuriſpatronatus 9. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Albergato.*

5 Nec releuat, quod idem Calceranus reportauerit aliàs de anno 1555. donationem dicti Iuriſpatronatus à dicto Petro primo hærede fundatoris, nam cum illa emanauerit ad fauorem Laici ſine conſenſu Epiſcopi, nullo modo ſuſtineri valet *cap. Illud, & cap. cum ſeculum, ibique DD. de Iurepatr. Franch. & Geminian. in cap. 1. num. 2. eod. tit. in 6. Abb. conſ. 59. num. 3. verſ. 3. principaliter lib. 2. Mantic. deciſ. 86. num. 6. Seraph. deciſ. 384. num. 1.* & firmatum fuit *coram ſan. mem. Greg. deciſ. 420. n. 1.* cum pluribus ibid. *per Add. relatis n. 7.*

6 Confirmatio verò ex eo deducta, quod Epiſcopus Meleuitanus de anno 1565. admiſerit præſentationem à Calcerano Donatario factā ad fauorem Antonij filij non fuit habita in conſideratione, quia limitata fuit ad illam vnicam præſentationem tantum, vltrà quam propterea nullatenus extendi debet ad *text. in l. 3. C. de tranſact. Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum num. 20. ff. de leg. 1. Imol. in cap. vltimo num. 5. verſ. ſi autem de Inſtit. cum not. per Lambert. de Iure patr. lib. 2. par. 1. q. 8. art. 11. n. 2.*

7 Minus habita fuit in conſideratione altera confirmatio reportata à Vicario Generali de anno

Digitized by Google

anno 1592. quia ſine mandato ſpeciali Epiſcopi non valuit Vicarius Generalis dictam donationem confirmare, vt probatur per *Calder. conſ.1.de offic.Vicar.Ferrett.conſ.347.num.17. verſ. nec obſtat Garz. de benef. par.5. cap.9. num.77.* & tradit *Gratian.alios cumulans cap.303.n.10. & ſeq. Rota coram ſan.mem. Gregor.4.deciſ.420.ſub num.2. ibique Add. num.8. in recent. deciſ.576.ſub num.1. par.1.& deciſ.337.num.5.par.2.* & firmatum fuit *in Feſulana Beneficij ſeu Oratorij 5. Decembris 1646. & 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*

8 Vndè eueniente vacatione Beneficij, cum Deſcendentes à Calcerano voluerint præſentare, fuerunt ſemper reiecti, & eorum præſentationes non habuerunt effectum ſuum, ſignum euidens, quod donatio non fuerit cõfirmata, nullumque ius vigore illius in eos translatum fuerit, *Bald.conſ.32.in fin.lib.1. Roch. de Iurepatr.verb.competens quæſt.18. num.44. Lambert.cod.tract.lib.2.par.1. q.3.art.15.num.3. Rota in Lucana Iuriſpatronatus poſt Viuian. de Iurepatr.deciſ.30.num.8.* & dictum fuit *in allegata Terdonen. Iuriſpatronatus 17.Iunij 1647.coram me.*

9 Quod melius declarauit ſententia contra ipſos lata de anno 1605. in qua firmatum fuit eiſdem non competere Ius præſentandi, & confirmationem fuiſſe reſtrictam ad vnicam præſentationem tantum; Cumque ſententia prædicta tranſitum fecerit in iudicatum impedit, quominus hodiè de nouo poſſint huiuſmodi prętenſionem deducere, prout in his terminis reſolutum fuit *in Oxomen. Capellaniæ 22.Maij 1654. & in Bonon. Iuſpatr. 1. Iulij eiuſdem anni coram me.*

Et ità &c.

ASTORICEN. IVRISDICTIONIS.

Veneris 4. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Aſſiſtentia iuris, quam habet Epiſcopus exercendi Iuriſdictionem in locis ſitis intrà limites ſuæ Diœceſis, ceſſat per ſeparationem Territorij factam à Papa, nec illi ſuffragantur actus poſſeſſorij, ſi deficiat ſcientia Partis, & in Breui ſeparatorio adſit clauſula *ſublata & decretum irritans.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet fundatam intentionem exercendi Iuriſdictionem in locis ſitis intra limites ſuæ Diœceſis.*
2 *Aſſiſtentia prædicta ceſſat, ſi Papa conſtituat Territorium ſeparatum, & illud eximat à iuriſdictione Epiſcopi.*
3 *Diœceſanus quando quis efficiatur etiam in materia Iuriſdictionis.*
4 *Territorij ſeparatio non poteſt fieri, niſi à ſolo Papa.*
5 *Conſtitutiones Apoſtolicæ ſtatim obligant, nec indigent acceptatione, vel obſeruantia.*
6 *Clauſula* ſublata, & Decretum irritans *tollunt omnem vſum, & obſeruantiam in contrarium.*
7 *Obſeruantia circa exercitium Iuriſdictionis ex quibus probetur.*
8 *Compromiſſum ſuper bonis Eccleſiæ non poteſt fieri à Prælato ſine beneplacito Apoſtolico.*
9 *Beneplacitum Apoſtolicum non interueniſſe in laudo probatur ex lectura ipſius.*
10 *Aſſertioni Iudicis non ſtatur circa iuſtificationem eius ſententiæ.*
11 *Beneplacitum Apoſtolicum non præſumitur ex curſu temporis, quando deficit obſeruantia, imò conſtat de obſeruantia contraria.*
12 *Actus facti ſine ſcientia poſſidentis præſumuntur clandeſtini, & turbatiui.*

DECISIO CC.

PRONVNCIATVM fuit per Sententiam Rotalem, quam DD. dixerunt eſſe confirmandam, conſtare de omnimoda iuriſdictione Abbatis priuatiuè quoad Epiſcopum ſuper Oppido Villæ Franchæ, & locis illi ſubiectis. Quia apparet de ampliſſimo priuilegio ad eius fauorem conceſſo per ſan. mem. Clem.VII. in quo Oppidum prædictum, & loca illi ſubiecta vna cum Incolis, & Habitatoribus, Parochialibus, & alijs Eccleſijs à Iuriſdictione, poteſtate, & ſuperioritate Epiſcopi totaliter eximuntur, ac liberantur, & Abbati pro tempore exiſtenti immediatè ſubijciuntur, & ſubmittuntur excepta tamen
1 Sacrorum Ordinum collatione. Vnde licet Oppidum Villæ Franchæ ſit intra fines Diœceſis Aſtoricen. & de iure Epiſcopus fundatã in illa intentionem habeat *cap. conquerente de offic.ordin.cap.cum olim de præſcription.* cum pluribus *in Beneuentana Iuriſdictionis 13.Maij 1652.& 27.Ian.1653.coram R.P.D.meo Zarate.*

2 Attamen attento priuilegio huiuſmodi non poteſt amplius illa iuuari, quia Oppidum præfatum poſitum fuit extra Diœceſim, & factum Territorium ſeparatum, & veluti noua Diœceſis, vt dixit *Rota deciſ.165. ſub num.1. & 2.par.4.diuerſ.& in rec.deciſ.635. nu.2. verſ.vndè ex dicta conceſſione par. 3. coram Andr. deciſ. 54. num.5.* & latè firmatum fuit *in Montis Caſſinen. Iuriſdictionis 27.Martij 1651.coram R. P. D. meo Bichio,* cum alijs quos adducunt *Flores de Mena var.reſol.lib.3.q.24.per tot.& præſertim num.32. & Lotter.de re benef.lib.1.q.24.n.127.& ſeqq.*

3 Et ipſe Abbas effectus fuit Diœceſanus illius loci, excluſo Epiſcopo, vt docet *gloſ. in clem. 1. §. volumus verbo Diœceſanus, ibique Imol. num.49.verſ.quæritur, quis appellatur Vitalin.nu.9. & Card.in §.final.circa med.verſ.quæro in eo de foro compet. Felin.in cap.cum olim 18. verſ. 2. limita de præſcription.* & vltra plures, quos cumulat *Gratian.diſcept.forenſ.cap.212.n.9.&* 10.firmauit *Rot. deciſ.324.n.1.par.1.in rec.*

4 Vnde non poteſt Epiſcopus id amplius reuocare in dubium, & in præiudicium Abbatis Iuriſdictionem aliquã in eodem loco prætendere cum huiuſmodi ſeparationis facultas ad Papam ſpectet *iux.tex.in cap.ſi Papa de Priuil. in 6.& not.DD.in cap.cum contingat de foro compet. Rot.coram Buratt.deciſ.578. num.2. in Saliſburgen.*

Iu-

Digitized by Google

Iuriſdictionis 1. Iuly 1643. ſuper bono iure coram Reuerendiſſimo Tarraconen. & in dicta Beneuentanæ Iuriſdictionis 13. May 1652. coram R. P. D. meo Zarate.

5 Et licet literæ prædictæ ſan.mem.Clementis
ſuper huiuſmodi ſeparatione Territorij ſtatim
dicantur effectuatæ, & de per ſe obligent, ac
authoritatem habeant. Adeo vt non requi-
ratur, nec acceptatio, nec obſeruantia, vt dixit
*Rot.coram Merlin.deciſ.*314. *num.*4. *&* 5. Præſer-
tim, vt ibidem *num.*6. Attenta clauſula ſubla-
6 ta, & decreto irritanti, qua mediante Papa
declarauit velle reſiſtere contrario vſui, illum-
que, infringere qui propterea non venit at-
tendendus, vt firmatum etiam fuit in *deciſ.*574.
*num.*27.*par.*4. *tom.*3.*recent. & deciſ.*217. *numer.*6.
*part.*7.

7 Nihilominus in præſenti caſu ceſſat diffi-
cultas attenta obſeruantia, nam ab ipſo initio
conceſſionis Abbas pro tempore Iuriſdictio-
nem exercuit erecto Tribunali, & deputato
Vicario, illamque poſtea ſemper continuauit,
vt patet ex quam plurimis actibus datis in
Summ.Abbatis num. 4. concernentibus licentias
adminiſtrandi Sacramenta, collationem Be-
neficiorum, & Præbendarum, explorationem
Monialium, & ſimilia, vt bene per *Rot.coram
Comit.deciſ.*83.*n.*4.*Martin.Andr.dicta deciſ.*54.*n.*4.
14.*& ſeqq.*

8 Hinc non obſtat Laudum Card. Quinentij,
& Marchionis de Agilar modificans priuile-
gium prædictum. Nam dum non conſtat de
compromiſſo, minuſque quod factum fuerit
cum beneplacito Apoſtolico, nullum ex di-
cto Laudo præiudicium illatum fuit iuribus
Eccleſiæ, & ſucceſſoribus in ea, *vt not.Io:Bapt.
de Arbitr.lib.*2.*cap.*4.*num.*5.*& ſeqq. Blanc.de Com-
promiſſ.q.*4.*num.*28. *verſ.quod idem ponit Lap.alleg.*
92.*nu.*7. *verſ.Item ſi fuerit, Roman.conſil.*369.*n.*18.
verſ.Primum quia, cum alijs pluribus *in Papien.
manutentionis* 13.*Martij* 1654.*vbi redditur ratio co-
ram R.P.D.meo Peutingerio.*

9 Beneplacitum verò Apoſtolicum non in-
terueniſſe, probatur ex lectura ipſius Laudi, in
quo illud expreſsè reſeruatur non obſtante
aſſertione Compromiſſariorum, quibus in
hac materia Eccleſiæ præiudiciali creden. non
eſſe, tradit *Abb.in cap.ſicut nobis* 39.*num.*5.*de ſent.
excomm.Iaſ.in repetit. l.admonendi nu.*189. *verſ.ve-
ritas eſt ff. de iure iur.* & probat *Rebuff.conſ.*17.*nu.*
10.*verſ.nec obeſt*. Et regulare eſt, quod in ijs,
quæ concernunt iuſtificationem ſententiæ, non
10 ſtatur aſſertioni Iudicis, *Innocent.in cap.quoniam
contra num.*8.*de probat. Card.conſil.*128.*nu.*1.*in fine
verſ.in his enim, Socin. conſ.* 47. *num.*15. *vol.*4. &
dixit *Rot.in Barchinon. Beneficij* 15.*May* 1620. *co-
ram bon.mem.Manzanedo.*

11 Præſumptum verò ex lapſu temporis ceſ-
ſat, dum deficit obſeruantia. Imò conſtat de
obſeruantia contraria tam ante annum 1600.
quam poſt *Rota coram Coccino deciſ.*301. *n.*2.3.*&*
4.*in recen. deciſ.*176. *num.*45. *par.*5. & vltra con-
cordantes adductos per *Adden.ad ſan.mem. Greg.
deciſ.* 354. *ſub num.* 18. *verſ.aduertendum*, firma-
tum fuit *in Craconien.decimarum* 27.*Martij* 1651.
coram R.P.D.meo Veroſpio.

12 Non obſtant actus Iuriſdictionales, qui præ-
tenduntur facti pro parte Epiſcopi, quia præ-
ſumuntur clandeſtini, & turbatiui deficiente
ſcientia, & patientia Abbatis, qui habita no-
titia quemdam tranſmiſſum fuiſſe ab Epiſco-
po de anno 1625. pro exploranda voluntate
Monialis, illico illum eiecit præcipien. iudi-
cialiter ſub pœna excommunicationis, vt ab-
ſtineret, prout abſtinuit. Atque ideo huiuſ-
modi actus non ſunt habendi in conſideratio-
ne, vt reſpondit *Rot.coram Comit. d.deciſ.*83. *nu.*
20. & penes *Poſt. de manut. deciſ.*438. *num.*18. *&
in alleg.Montis Caſſinen.iuriſdictionis* 27.*Mar.*1651.
coram R.P.D.meo Bichio.

Ex quibus, & alijs plenius deductis in de-
ciſione R.P.D, mei Cerri reſponſum fuit pro
confirmatione ſententiæ Rotalis altera tan-
tum &c.

COMEN. COLLEGII.

Lunæ 7. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Teſtator mandans erigi Collegium, vel Semi-
narium in aliquo loco, & in Domo ſuæ ha-
bitationis, præſumitur id feciſſe in benefi-
cium illius loci, & pro commodo ſuorum
Conciuium, & maximè ſi concurrant ad-
minicula, nec non obſeruantia proxima Di-
ſpoſitioni.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pium ſine expreſſione loci intelligitur fa-
ctum Ciuibus domicilij Teſtatoris.*
2 *Papæ aſſertioni eſt ſtandum ſuper declaratione vo-
luntatis Teſtatoris dubiæ.*
3 *Inſcriptiones antiquæ in marmore inſculptæ pluri-
mum operantur.*
4 *Obſeruantia proxima diſpoſitioni venit attendenda.*
5 *Facultatiui actus non inducunt neceſſitatem.*
6 *Loca dicuntur diſtincta, & diuerſa, ſi habeant pro-
priam, & particularem denominationem.*
7 *Quod quiſque iuris in alium ſtatuit, id ipſe ſeruare
tenetur.*
8 *Locus ſi denominetur cum qualitate, & expreſſione
alterius loci, non propterea dicitur pars iſtius.*
9 *Probatio ne dicatur concludens, ſufficit quælibet poſ-
ſibilitas in contrarium.*
10 *Diuiſio, & ſeparatio excludit communionem, & par-
ticipationem.*

DECISIO CCI.

CVM Bartholomæus Papius oriundus è Terra Aſconæ mandauerit ibi Seminarium erigi, prout cum effectu de anno 1584. erectum fuit. Inſurrexerunt Homines Locarni, & Ronchi prætendentes, etiam eorum Iuuenes ad Seminarium prædictum debere admitti. Et quia non obſtantibus ſententijs contrarijs, quarum vltima lata fuit à R.P.D. meo Zarate adhuc cauſam appellationis obtinuerunt mihi committi. Dubitani an hu-
iuſmo-

Digitized by Google

iuſmodi ſententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda, & Domini pro confirmatione reſponderunt, quia illius validitas eſt indubitata, & Iuſtitia reſultat ex deciſionibus in cauſa factis, dum enim Teſtator Seminarium præfatum in Terra Aſconæ, & in domo propria per eum ædificata erigi iuſſit; in beneficium Patriæ, & commodum ſuorum Conciuium, & nõ Aliorum id ordinaſſe, & diſpoſuiſſe præſumitur *ad text. in l. ſi quis ad declinandam 38. §. vbi autem, ibique Bart. num. 1. verſ. itera quando C. de Epiſc. & Cler. gloſs. in cap. 1. verb. pauperes de teſtam. in 6. Couar. in cap. cum tibi num. 14. eodem tit. Feder. de Senis, conſ. 282. num. 2. verſ. vnde ſi eſt Pariſ. conſ. 38. num. 28. lib. 3. Surd. de alim. tit. 1. q. 93. num. 13.* & alios cumulat *Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 5. num. 2. Gonz. ſuper reg. 8. gloſs. 2. num. 59.*

2 Maximè quia non ſolùm dantur literæ ſan: mem: Greg. XIII. in quibus habetur, quod dictum Seminarium inſtitutum fuit à Bartholomæo Papio pro conſeruatione Iuuentutis Terræ Aſconæ in vera Religione, & pietate, &c. Cui aſſertioni circa voluntatis declaratio-
3 nem ſtandum eſſe notat, *Mantic. qui plures cumulat de coniect. lib. 3. tit. 1. nu. 31.* Sed etiam adeſt inſcriptio publica appoſita in ædificio eiuſdẽ Collegij inſculpta in marmore ſub his verbis. *Bartholomæo Papio qui Collegium hoc ædificandum teſtamento mandauit ad ſtudioſam Iuuentutem Aſconen. alendam, & inſtruendam.* Cui inſcriptioni fidem adhiben. eſſe docet *gloſs. in cap. cum cauſam verb. per libros poſt med. de probat. Cald. de empt. & vend. cap. 21. num. 21. Guidop. conſ. 88. num. 2. & deciſ. 193. num. 1. verſ. 2. probatur,* cum alijs pluribus *in Auxim. Sepultura de Cimis 28. Maij* 1646. *coram bo: me: Arguelles.*

4 Et conſtat etiam de obſeruantia mediante admiſſione puerorum præfatæ Terræ, nam S. Carolus glor. mem. executor deputatus à Greg. XIII. nominauit ipſe tres pueros oriundos è Terra Aſconæ, & tres alios pariter de eodem loco nominari, & eligi mandauit per Octauium de Florerijs, quæ obſeruantia, vti erectioni proxima plurimum operatur ad dictum effectum, vt probat *tex. in l. mela 14. §. ſed ſi alimenta, ff. de alim. & cib. leg. Bald. in proœm. ff. ſub num. 13.* & dixit *Rota coram Caualer. deciſ. 122. n. 5. & in rec. deciſ. 216. n. 2. verſ. tum etiam quia par. 2. & deciſ. 105. n. 10. par. 7.*

5 Nec refert, quod aliquando fuerint etiam admiſſi Iuuenes de Terra Ronchi, quia admiſſiones huiuſmodi non ſunt habendę in conſideratione, dum prima de tempore S. Caroli non plenè iuſtificatur, vltima dedit cauſa liti, reliquæ verò; Si quæ adſunt, potuerunt fieri ex gratia ob deficientiam Aſconenſium, & vti facultatiuæ, & ſecutæ de voluntate illorum non inducunt neceſſitatem, nec operantur, vt ijdemmet inuiti cogi poſſint ad facien. ſimiles electiones de perſonis Ronchenſium, vt tradit *Menoch. de arbitr. Iud. Caſ. 160. num. 9. Rota diuerſ. deciſ. 778. num. 5. par. 1. & in rec. deciſ. 224. num. 7. par. 6.* cum alijs per *Cyriac. contron. 460. num. 28.*

6 Minus facit, quod appellatione Aſconæ veniat etiam Terra Ronchi, tanquam illi vnita de tempore Teſtamenti, & erectionis, quia ex Inſtrumentis, & alijs Iuribus datis *in Sum. num. 7.* conſtat, vtramque Terram eſſe localiter diſtinctam, habere ſuam particularem denominationẽ, & conſtituere ſeparatam Cõmunitatem, Vicinãtiam, & Vniuerſitatem, etiamſi ab eodem Conſule, vel Prætore gubernetur, & ideò Ciues vnius non poſſunt dici Ciues alterius ad hoc, vt iuuentur dicta Teſtamentaria diſpoſitione, vt firmatum fuit *in 1. deciſ. huius cauſa coram R. P. D. meo Peutingerio 17. Martij 1649. & latius coram R. P. D. meo Zarate 14. Febr. 1653.*

7 Hinc legata aliàs relicta pro dotandis pauperibus puellis Ronchi fuerunt tantum diſtributa Ronchenſibus, qui propterea non debent cõqueri, ſi à præſerti legato pro Aſconenſibus relicto ipſi hodiè declarantur excluſi: nam vrget contra eos *reg. text. in l. 1. ff. quod quiſque Iur. & in cap. dilecti de maiorit. & obed. Rota deciſ. 330. num. 9. par. 4. tom. 2. rec. cum concordan. adductis in Ianuen priuilegiorum 28. Iunij 1649. coram Eminentiſs. Card. Corrado.*

8 Obiectum, quod Ronchum aliquando denominatum fuerit Ronchum Aſconæ, non concludit, quod ſit pars, ſeu membrum eiuſdem terræ, cum talis denominatio facta fuerit ad diſtinctionem aliarum terrarum, quæ appellantur eodem nomine, prout ſunt Roncho di ſopra, & Roncho di Martignone, vt in *Summ. num. 8.* Et tamen ſola poſſibilitas ſufficit ad hoc, vt probatio non dicatur concludens.
9 *Caſtr. in l. penult. §. docere num. 4. ff. ne quis cum eo, Dec. conſ. 37. num. 9. verſ. præterea, Rot. in Aſten. Coadiutoriæ 21. Iunij 1652. & 14. Februarij 1653. coram me.*

10 Aliud verò obiectum, quod Palatium, vbi Teſtator mandauit Collegium erigi, fuerit conſtructum in ſitu communi, quodque Ronchenſes contribuerint pro Salario Ludi Magiſtri, tollitur ex eo, quia propter illius anguſtiam Gregorius XIII. mandauit Collegium erigi in alio ſitu, prout cum effectu erectum fuit ſumptibus Aſconenſium, & cõtributio pro Salario Ludi Magiſtri nihil commune habet cum ipſo Collegio, quæ eatenus ſit, quatenus Ronchenſes vtuntur opera eiuſdem Magiſtri ex Iure ſibi reſeruato in diuiſione, facta de anno 1643. quæ diuiſio, & ſeparatio operatur, vt nõ poſſint hodie Rõchenſes participare de commodo Collegij pro Aſconenſibus relictis, vt probat *Caſtr. conſ. 307. propè fin. lib. 2.* vbi quod poſt diuiſionem, & ſeparationem non datur aliqua participatio, & pluribus comprobat *Bero conſ. 103. numer. 7. & ſeqq. lib. 2.*

Ex quibus, & alijs rationibus deductis in deciſionibus huius Cauſæ altera tantum parte informante reſolutum fuit pro confirmatione ſententiæ Rotalis.

Digitized by Google

BENEVENTANA DOTIS.

Veneris 18. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Renunciatio, & Ceſſio Mulieris cum decreto Iudicis, & alijs ſolemnitatibus valet, nec dicitur emanaſſe ex falſa cauſa, ſi facta fuit pro ſoluendo debito approbato per renunciantem: Et Sententia Iudicis laici firmans contrarium non ſolum eſt iniuſta, ſed etiam nulla ex defectu Iuriſdictionis, quando pronunciauit ſuper bonis de directo dominio Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Renuncianti iura ſua non datur amplius regreſſus.*
2 *Inſinuatio præſumitur ſtante lapſu 30. annorum, & obſeruantia.*
3 *Inſinuatio poteſt fieri ex interuallo, & extrinſecus ab Inſtrumento.*
4 *Læſio non præſumitur in actu celebrato in præſentia Iudicis.*
5 *Læſio ceſſat, ſi venditio facta fuerit pro iuſto pretio.*
6 *Læſio pro reſcindenda venditione debet eſſe vltra dimidiam.*
7 *Læſio non habet locum in iure quærendo.*
8 *Mulier per tranſitum ad ſecunda vota amittit proprietatem bonorum, quæ ſibi obuenerunt ex primo matrimonio.*
9 *Laudum à Partibus acceptatum habet vim pacti, Tranſactionis, & rei iudicatæ.*
10 *Pœnæ ſecundo nubentium ex quibus cenſeantur remiſſæ.*
11 *Sententiæ nullæ, & iniuſtæ non merentur nomen Sententiæ.*
12 *Iudex laicus non eſt Iudex competens ſuper bonis de directo dominio Eccleſiæ, & Sententia eſt nulla ex defectu Iuriſdictionis.*
13 *Amplia etiam, quod adſint alia corpora non Emphyteutica Eccleſiæ.*
14 *Emphyteuticum eſſe contractum, & non cenſualem probatur ex confeſſione Partis.*
15 Concedere, *verbum importat dominium.*
16 *Diſcretiuus loquendi modus denotat diuerſam Diſponentis voluntatem.*
17 *Verbum,* Cenſus *verificatur etiam in Canone.*
18 *Manutentio datur antiquiori poſſeſſori, qui non habuit ſe pro ſpoliato.*

DECISIO CCII.

IVXTA formam reſolutionis captę die 15. Iunij 1654. Propoſui dubium, an, & de cuius bono iure conſtet, quod ad fauorem Hieronymi Carrafæ reſolutum fuit, cum doceat, bona controuerſa prouenire ex dote, & ſucceſſione Ioannæ Fuſcæ, cuius iura per Fuluiam, & Aemiliam, fuerunt vendita, & renunciata Franciſco Antonio eius Authori mediante inſtrumento publico cum decreto Iudicis, ac alijs ſolemnitatibus requiſitis, tàm de iure communi, quàm ex forma Statuti Beneuentani, præcedentibus Bannimentis publicis, ac examine teſtium ſuper vtilitate dictæ venditionis, & renunciationis. Adeout nulliter, & ſine actione egerit Fuluia, & proprio, & ceſſionario nomine ſororis pro conſequutione dictorum bonorum, quæ totaliter à ſe abdicauit, & in Carrafam tranſtulit; Nàm
1 renuncianti iura ſua, non datur amplius ad ea regreſſus *l. quæritur §. ſi venditor ff. de ædil. edict. can. quam periculoſum 7. q. 1. & tradit Aym. conſ. 114 num. 10. Surd. deciſ. 231. num. 13. Rot. in recent. deciſ. 635. num. 3. par. 1. & deciſ. 338. num. 1. par. 4. tom. 2.* cum alijs *in Romana prætenſæ Reſtitutionis dotis 15. Ianuarij, & 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

2 Nec obſtat allegatus defectus inſinuationis, Quia attenta obſeruantia dicti inſtrumenti, & curſu 30. annorum, & vltra, inſinuatio benè præſumitur, vt firmauit *Rota coram Put. deciſ. 132. in fin. lib. 2. deciſ. 876. num. 4. par. 4. diuerſ. in recent. deciſ. 682. num. 18. & ſeqq. par. 4. tom. 3.* vltra plures cumulatos *in Romana fideicommiſſi de Coſciaris 16. Martij 1648. coram Eminentiſs. Card. Corrado.*

3 Et præſumptio prædicta non tollitur ex lectura eiuſdem inſtrumenti, in quo inſinuatio non fuit adhibita, cum potuerit adhiberi ex interuallo, & extrinſecus ab ipſo actu, vt probat *tex. in l. fin. §. ſimilique modo C. de donat. ante nupt. & not. Bart. in l. Modeſtinus num. 5. ff. de donat. Thomat. deciſ. 13. nu. 18. & deciſ. 68. nu. 41. & ſeqq. Rot. deciſ. 671. num. 3. par. 1. recent. & deciſ. 385. numer. 5. par. 2.*

4 Prætenſio verò, quod dicta iura dotalia Ioannę aſcendentia ad ducat. 6000. fuerint vendita pro ducat. 1300. & ſic intret enormiſſima læſio, ceſſat non ſolum ex præſentia Iudicis, quæ excludit omnem læſionem, vt aduertit *Dec. in l. ſingularia num. 13. ff. ſi cert. pet.* vbi quod dicitur vtiliter fieri, quod fit in præſentia Iudicis, *Hondeđ. conſ. 34. num. 61. lib. 2. Aym. conſ. 114. num. 2. verſ. in quibus locis Rot. coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 120. num. 15. & deciſ. 406. numer. 14.*

5 Sed etiam quia non ſubſiſtit in facto, quod illa aſcendant ad ſimilem ſummam, cum integra dos conſtituta primo viro, vix aſcendat ad ducat. 2235. cuius duæ tertiæ partes ceſſæ, & venditæ per Aemiliam, & Fuluiam non excedunt ducat. 1540. Vndè cum pro iiſdem duabus partibus fuerint ſoluti ducat. 1300. nulla læſio conſiderari poteſt ex notat. per *Put. deciſ. 275. ſub num. 2. lib. 2. ſan. mem. Gregor. deciſ. 553. nu. 7. & ſeqq. & in recent. deciſ. 532. per tot. par. 5.* Adhunc enim effectum debet eſſe talis,
6 quæ excedat dimidiam iuſti pretij per *text. in l. 2. C. de reſcind. vend. Gabr. de empt. & vend. concl. 1 à num. 1.* & dixit *Rota in Albanen. Bonorum penes Poſt. de ſubhaſt. deciſ. 53. num. 1.*

7 Maximè cum dicta ceſſio facta fuerit viuente Ioanna, quæ & poterat ſuperuiuere, & etiam præmoriendo portionem filiarum minuere, & ſic cum ageretur tantummodo de iure quęrendo, & de ſola ſpe ſuccedendi, non autem de iam quæſito, nulla læſio conſiderari poteſt, *ad text. in l. 1. §. ſi impuberi ff. de collat. bonor.*

benev. Ayn. conſ. 114. *num.* 13. *& ſeqq. Mantica de tacit. lib.* 8. *tit.* 22. *num.* 2. & in puncto reſpondit *Rot. in Aſculana Renunciationis* 22. *May* 1651. *&* 1. *Iulij* 1652. *coram R.P.D. meo Cerro*.

8 Non obſtat, quod talis ceſſio facta fuerit ex falſa cauſa, nempè ad effectum ſoluendi Ioannæ matri proprietatem lucri dotalis, necnon legitimam Franciſci filij, cum tamen ob tranſitum Ioannæ ad ſecunda vota, neutrum deberetur iux. *tex. in l. fœmina C. de ſecundis nupt.*

9 Nam cum adeſſet laudum Ioannis Baptiſtę Maſcambruni, per quod dictæ Sorores cogebantur ad huiuſmodi ſolutionem, illudque fuerit acceptatum, & obſeruatum per plures annos, non poteſt dici conſtare de falſitate cauſæ; Quia tali caſu valet in vim pacti, Tranſactionis, & Reiudicatæ, & omninò exequendum venit, *l. cum autem C. de arbitr. Bart. in l.* 1. *num.* 6. *ff. de reiudic. Dec. conſ.* 60. *num.* 3. & vltra plures relatos à *Gratian. cap.* 755. *nu.* 34. *& ſeqq.* firmauit *Rot. coram Duran. deciſ.* 136. *num.* 1. *in recent. deciſ.* 588. *eodem num. par.* 2. *& deciſ.* 65. *num.* 1. *&* 2. *part.* 7. & firmatum fuit *in Romana Societatis Lignorum* 20. *February* 1641. *coram R.P.D. meo Peutingerio*.

10 Imò per acceptationem dicti Laudi, in quo Matri tradebatur lucrum, & legitima filij, non obſtante tranſitu ad ſecunda vota, videntur expreſsè remiſſæ pœnæ dictę legis fœminæ ex not. per *Surd. deciſ.* 99. *num.* 12. *Manent. deciſ.* 47. *num.* 16. *Peregr. deciſ.* 13. *num.* 10. cum alijs per *Gratian.* qui teſtatur de veriori, *cap.*

11 140. *num.* 11. Hinc non releuant Sententiæ, quarum vigore Fuluia obtinuit immitti in poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, quia attenta iniuſtitia notoria, imò etiam nullitate, non merentur nomē ſententiarū, vt eſt *tex. in l.* 4. *§. condemnatum ff. de ſent. & rei iud. Dec. conſil.* 8. *num.* 9. *& conſ.* 38. *num.* 6. *in fin. Rom. conſ.* 334. *num.* 7. *verſ. non enim ſententia, Rot. in recent. dec.* 38. *num.* 2. *part.* 7.

12 Nullitas eſt ineuitabilis ex defectu Iuriſdictionis, vt firmatum fuit in prima deciſione facta in hac cauſa coram R. P. D. meo Peutingerio; Nàm cum viridarium, ſuper quò Immiſſio conceſſa fuit, eſſet de directo dominio Eccleſiæ, non potuit Gubernator Beneuenti tanquam Iudex laicus illam concedere, & in ea ſe intromittere, etiam ſi ageretur inter perſonas laicas ſuper ſolo dominio vtili, vt dixit *Rota in Romana Domus de Scappuccys poſt Pacif. de Saluian. deciſ.* 238. quam paſſim *Rot. ſequitur, vt in deciſ.* 472. *nu.* 1. *par.* 2. *rec. in Romana Bonorum* 19. *January* 1643. *coram Reuerendiſs. Terracinen. in Ariminen. Saluiati* 19. *Juny eiuſdē anni, &* 30. *May* 1646. *cor. R.P.D. meo Bichio.*

13 Quamuis reliqua corpora non eſſent emphyteutica Eccleſiæ, vt *in Auenionen. Saluiani* 20. *Aprilis* 1654. *coram R.P.D. meo Beuilacqua*.

14 Nec refert, quod in dubio contractus præſumatur potius cenſualis, quam emphyteuticus; Quia ceſſat quæuis præſumptio attenta confeſſione ipſius Ioannæ, de cuius dote agitur, facta in capitulis matrimonialibus, ibi, *vn Giardino reddititio alla Chieſa di S. Modeſto, e come per conceſſione fatta dall'Abbate, e Padri di*

15 *detta Chieſa*; Verbum enim *concedere*, importat dominij translationē, vt tradit *Bart. in l. vxori §. fin. num.* 4. *ff. de leg.* 3. *Caſtrenſ. conſ.* 27. *num.* 6. *verſ. clarum eſt autem, lib.* 1. *Gratian. cap.* 82. *nu.* 15. Et ſic magis congruit emphyteuſi, quam cen-

16 ſui, in quo dominium non transfertur; Quod comprobat diſcretiuus loquēdi modus; Nam in iiſdem Capitulis, quando fuit actum de Cenſu, dictum fuit, *item vn annuo cenſo di ducat.* 10. *comprato dal Signor Vincenzo della Vipera*; Adeò vt quando fuit dictum de conceſſione, nō poſſit intelligi de emptione Cenſus argumento *tex. in l. vnica §. ſin autem C. de caduc. tollend.*

17 Nec reſiſtunt verba, *à Cenſo perpetuo*; Quia tanquam æquiuocà verificantur etiam in Canone *Abb. in cap. conſtitutus num.* 2. *de Relig. Domib. Seraph. deciſ.* 1235. *num.* 1. *deciſ.* 703. *num.* 2. *in fin. par.* 1. *diuerſ. & in recent. deciſ.* 14. *num.* 3. *verſ. & ad illud par.* 4.

18 Firmata igitur ex prædictis nullitate, & iniuſtitia Sententiarum, & illarum exequutionis, manutentio eſt concedenda Hieronymo, qui non habuit ſe pro ſpoliato iuxta *gloſſ. in l. iuſtè poſſidet ff. de acq. poſſeſſ. ſan. mem. Gregor. deciſ.* 307. *num.* 6. *&* 7. *& deciſ.* 555. *nu.* 6. prout alias conceſſa fuit per *Rotam*, *vt in deciſionibus coram R.P.D. meo Peutingerio*.

Et ità &c.

ROMANA TRANSACTIONIS.

Lunæ 21. *Iunij* 1655.

ARGVMENTVM.

Læſio pro reſcindenda venditione requiritur de iure vltrà dimidiam, ſed ex Statuto Vrbis ſufficit vltra tertiam, & talis læſio habet locum etiam in Tranſactione, & maximè quando facta fuit propter metum.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio reſcinditur propter læſionem.*
2 *Læſio vltrà tertiam ſufficit, pro reſcindenda venditione vigore Statuti Vrbis.*
3 *Læſio de iure requiritur vltrà dimidiam, pro reſcindenda venditione.*
4 L. 2. C. de reſcind. vend. *habet locum etiam in Tranſactione, habito reſpectu ad dubium litis euentum.*
5 *Metus excludit conſenſum.*
6 *Metum non probat proteſtatio antecedens, ſed illa multum confert, ad metum præſumen.*
7 *Amplia ſiuè proteſtatio ſit publica, ſiuè ſecreta.*
8 *Metus iuſtus ex affectu metuentis dignoſcitur.*
9 *Metus ſuſpicio pro metu habetur.*
10 *Tranſactio corruit, ſi ceſſet cauſa, propter quam illa inita fuit.*
11 *Tranſactio fieri debet ſuper re dubia, non autem ſuper iure claro, & indubitato.*
12 *Tranſactionem qui petit reſcindi, debet ante omnia reſtituere accepta.*
13 *Fallit ſi habeat iuſtam cauſam retinendi.*

DE-

DECISIO CCLII.

DECESSIT de anno 1647. bon. mem. Camillus Cincius condito teſtamento; in quo inter alia iure legati reliquit Bernardo de Michelibus eius famulo ſcuta 2. mil. monetæ, tria loca Montium, & quamplura mobilia aſcendentia in totum ad ſcuta 4. mille circiter; Quia verò ſuper dicto Legato inita fuit tranſactio, & ea non obſtante idem Bernardus de anno 1653. introduxit Iudicium ſuper illius conſequutione contra D. Mariū dicti Camilli hæredem, propterea A. C. per ſuam ſententiam diffinitiuam pronunciauit, tranſactionem obſtare, & D. Marium eſſe abſoluendum; Cauſa tandem per appellationē ad Rotam deuoluta, dubitaui, an tranſactio prædicta eſſet reſcindenda, & DD. affirmatiuè
1 reſponderunt, quia conſtat de læſione, qua ſtante, eſſe locum reſciſſioni illius, firmauit *Rota coram Duran. deciſ. 121. num. 17. vbi num. 28.* teſtatur de magis communi non obſtante iuramento, *& num. 29.* reddit rationem, quia ex enormiſſima læſione excluditur conſenſus, & reſultat dolus; *& in Romana Reſciſſionis Tranſactionis 29. Maij 1648. & 16. Iunij 1651. cor. Eminentiſſ. Card. Corrado.*

2 Læſio verò concludenter probatur, nam cum Bernardus in ſatisfactionem dicti legati ſcutorum 4. mil. circiter receperit in pecunijs, & mobilibus reſpectiuè ſcuta 1200. tantum, intrat læſio non ſolum vltra tertiam, quæ ſufficit pro reſcindenda tranſactione vigore Statuti Vrbis cap. 154. lib. 1. vt dixit *Rota coram Buratt. deciſ. 538. nu. 20.* & poſt *Cenc. de Cenſib. deciſ. 175. num. 1. & ſeqq. & in dict. Romana reſciſſionis Tranſactionis coram Eminentiſſ. Card. Corrado.*

3 Sed etiam vltra dimidiam iuxtà diſpoſitionem iuris communis, vt eſt *text. expreſſus in l. 2.*
4 *C. de reſcind. vend.* qui licet loquatur in venditione, tamen habere locum etiam in Tranſactione habito reſpectu ad dubium litis euentum, quando exceſſus vltrà dimidiam eſt magnus, vt in caſu præſenti, notat *Bart. in l. ſi quis cum aliter num. 5. verſ. quaro quid ſi in contractu Tranſactionis ff. de verb. oblig. Mantic. qui plures cumulat de tacit. lib. 26. tit. 9. num. 23. & ſeqq. C. ualer. deciſ. 644. num. 1. Duran. deciſ. 121. num. 17. & ſeqq.* Et de veriori, & magis communi *Cagnol. in l. 2. ſub num. 78. verſ. ſed pro contraria opinione, & numeris ſeqq. C. de reſcind. vend. Socin. Iun. conſ. 129. num. 48. lib. 1. & conſ. 98. num. 17. & ſeqq. lib. 2.* & firmauit *Rot. deciſ. 102. num. 2. & deciſ. 732. num. 1. & ſeqq. par. 1. diuerſ. & in recent. deciſ. 755. num. 4. par. 2.*

5 Et eò libentius tranſierunt Domini in hanc ſententiam, quia Tranſactio prædicta ex parte Bernardi non poteſt dici, quod fuerit libera, & voluntaria, prout requiritur, ſed potius videtur facta ad effectum ſe eximendi à moleſtijs, & vexationibus litis Criminalis introductę ſuper prętenſa falſitate Teſtamenti eiuſdem Camilli, & ob metum, & timorem carcerationis, qui metus excludit conſenſū, vt in terminis Tranſactionis eſt *text. in l. interpoſitas 13. Cod. de tranſact.* & firmauit *Rota deciſ. 147. num. 29. par. 1. recent. & deciſ. 315. num. 8. & ſeqq. par. 5.*

6 Nec refert, quod ille non ſit talis, qui poſſit cadere in conſtantem virum, quia ſaltem negari non poteſt, quod pro parte Bernardi, vti talis apprehenſus fuerit, vt denotat proteſtatio præcedens, quæ licet non probet metum, tamen multum confert ad illum præſumendum iuxta *tex. in l. & ſi quis 14. §. plerique ff. de relig. & ſumpt. funer. Dec. in l. in omnibus num. 12. ff. de reg. Iur. Honded. conſ. 29. num. 54. & ſeqq. lib. 1. Surd. conſ. 395. ſub num. 26. & 27.* vbi ampliat ſi-
7 uè proteſtatio ſit publica, ſiuè ſecreta: idemque firmat *Pereira deciſ. 30. num. 8. verſ. vel ſi vxor Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 328. num. 9. & deciſ. 374. num. 4. & 5. & in Baren. ſeù nullius pecuniaria 26. Maij 1645. coram R. P. D. meo Cerro.*

8 Iuſtus enim metus ex affectu metuentis dignoſcitur, vt notat *Alberic. in rubric. ff. ex quib. cauſ. maior. in integr. reſtit. num. 1. Honded. conſ. 29. num. 51. lib. 1. Rot. coram Gregor. deciſ. 374. num. 18.*
9 Et ſola metus ſuſpicio pro metu habetur ex adductis per *Bald. in l. fin. num. 7. C. de iur. deliber. Pariſ. conſ. 60. nu. 13. lib. 4. Sanchez de matrim. lib. 4. diſput. 1 num. 17.* & probat *Grammatic. deciſ. 5. num. 7. & ſeqq.*

10 Vndè cum ex oculari inſpectione appareat, teſtamentum eſſe legale, & litem criminaliter introductam eſſe imaginariam, & calumnioſam, ceſſat ſubſtantia Tranſactionis, & conſequenter ipſa Tranſactio *Angel. in l. cum hi §. cum lis ff. de tranſact. Dec. conſ. 351. num. 3. Magon. dec. Florent. 85. à num. 4. per tot.* cum alijs per *Rot. coram Merlin. deciſ. 621. num. 20. & ſeqq.*

11 Etenim Tranſactio fieri debet ſuper re dubia, non autem ſuper iure claro, & indubitato, vt docet *text. in l. 1. ff. de tranſact. Curt. Iun. in l. cum te num. 6. C. eod.* vbi quod tali caſu etiam in vim pacti non ſuſtinetur, *Aym. conſ. 152. numer. 10. & 11.* qui firmat huiuſmodi Tranſactionem continere turpitudinem, nec firmari iuramento, *& conſ. 410. nu. 7. & ſeqq.* Vbi quod hinc arguitur calumnia, & tradit *Surd. conſ. 451. num. 11. Maneut. conſ. 149. num. 85. Rot. coram Merlin. deciſ. 490. num. 2. & ſeqq. in Bononien. nullitatis concordiæ 12. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana hæreditatis 30. Ianuar. 1654. coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

12 Non obſtat, quod Bernardus, petens reſciſſionem Tranſactionis, teneatur antè omnia reſtituere quicquid recepit vigore illius, nàm
13 ſtante læſione prædicta, & quod bona per ipſum accepta proueniunt ex hæreditate Camilli, & continentur in legato, iuſtè poteſt illa retinere, vt probat *Cephal. conſ. 415. numer. 4. & 5. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. num. 40.* & dixit *Rot. deciſ. 102. num. 3. verſ. non obſtat par. 1. diuerſ. in recent. deciſ. 315. num. 17. par. 5.* Et vltra relatos per *Adden. ad Greg. deciſ. 354. num. 17. verſ. limitatur quartò*, firmatum fuit in allegata *Romana reſciſſionis Tranſactionis 29. Maij 1648. & 16. Iunij 1651. coram Eminentiſſ. Corrado.*

Et ità deciſum vtraque parte Informante &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE Lanciego.

Luna 21. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Beneficia Calaguritanæ Diœceſis adiudicanda ſunt illis, qui habent maiores qualitates, inter quas ponderatur ætas, Sacerdotium, licentia audiendi confeſſiones, & paupertas, nec attenditur iudicium Ordinarij, quando illud pendet à iudicio, & præſentatione Beneficiatorum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi nõ fuit interpoſita in tempore, ſententia tranſit in iudicatum.*

2 *Beneficium eſt adiudicandum ei, qui habet maiores qualitates.*

3 *Paupertas eſt qualitas conſiderabilis pro adiudicatione beneficij.*

4 *Ordinarij iudicium habet præſumptionem pro ſe.*

5 *Fallit quando inſtitutio non procedit à libero arbitrio ipſius, ſed ab aliorum præſentatione.*

6 *Præſentantium iudicium conuincitur erroneum, ſi præſentent minus idoneum.*

7 *Reſtitutio in integrum non datur ſinè læſione.*

DECISIO CCIV.

VLTRA qualitates requiſitas à conſtitutione ſan: mem: Clementis VIII. docuit Martinus de Vgualde ſe eſſe digniorem Ioanne de Mendieta, & propterea ſub die 3. Innij 1654. deciſum fuit coram R. P. D. meo Cerro, ipſum præferendum eſſe in adiudicatione Beneficij controuerſi. Cumque in exe-
1 cutionem Deciſionis prædictæ emanauerit Senrentia Rotalis, & ab ea in tempore non fuerit appellatum, cenſuerunt Domini conſtare de re iudicata iuxtà *text. in cap. quod ad conſultationem de re iudicata, & in cap. Romana §. ſi verò, iuncta gloſſ. verb. interlocutoriam de appellat. in 6.* cum alijs per *Rotam in Caietana Bonorum 3. Decembris 1646. coram eodem R. P. D. meo Cerro, & in Romana fideicommiſſi de Marianis 14. Decembris 1648. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.*

2 Maximè cum validitas reſultet ex reuolutione proceſſus, & Iuſtitia appareat ex eo, quia Martinus eſt ætate maior, quam ſit Ioannes, eſt Sacerdos, cum alter ſit ſimplex Clericus, & aliàs ab Ordinario approbatus ad audiendas fidelium confeſſiones per totam Diœceſim Calaguritanam, prout in ſpecie habenti huiuſmodi qualitates Beneficium eſſe adiudicañ firmauit *Rota in Calaguritana Beneficij della Caſa della Reina 16. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, in Calaguritana Beneficij de Logrono 11. Februarij 1650. coram R. P. D. meo Veroſpio, in Calaguritana Beneficij de Ocon. 1. Iulij 1652. coram R. P. D. meo Zarate*, cum concordan. adduct. *in Calaguritana Beneficii S. Vincentij 13. Martij 1654. coram me.*

3 Vlterius conſtat, eumdem Mattinum eſſe pauperem, nec poſſidere aliud Beneficium, quo mediante ſe commode ſuſtentare valeat, quam qualitatem pro adiudicatione Beneficij ponderauit pluries Rota, & ſignanter in *Calaguritana Beneficij de Alexanco 20. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Beuilacqua, in Calaguritana Beneficij de Ocon. 15. Decembris eiuſdem anni coram me, & in Calaguritana Beneficij de Clauixo 26. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Cerro.*

4 Non obſtat, quod pro Ioanne concurrat inſtitutio reportata ab Ordinario, pro cuius Iudicio præſumendum eſſe, docet *text. in cap. in*
5 *præſentia de renunc.* Nàm cum Inſtitutio non proceſſerit à libero arbitrio Ipſius, ſed à præſentatione facta per Beneficiatos, non atten-
6 ditur Iudicium Ordinarij, ſed Beneficiatorũ, quod erroneum conuincitur, dum Ioannem prætulerunt Martino, licet habenti maiores qualitates, vt reſpondit *Rota in Calaguritana Beneficij de Lequitio 23. Maij 1653. & in dicta Calaguritana Beneficij Sancti Vincentij 13. Martij 1654. coram me*, & prius *in Calaguritana Beneficij de Murillo 14. Februarij 1653. coram R. P. D. meo Albergato.*

7 Obiectum de poſſeſſione triennali Ioannis non ſubſiſtit in facto, & ſublatum fuit per deciſionem D. mei Cerri; Vndè cum Iuſtitia Sententiæ ſit euidens, & validitas indubitata, ceſſat læſio, ſine qua non competit Beneficiũ reſtitutionis *cap. 1.* & ibi *Abb. de reſtit. in integr. Rota coram Durano deciſ. 259. num. 1. & deciſ. 365. num. 6. & in recent. deciſ. 87. num. 1. & deciſ. 170. numer. 2. par. 6.*

Et ità Martino tantum Informante &c.

ROMANA MERCIVM.

Luna 28. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Creditor vigore obligationis Cameralis poteſt agere contra Debitorẽ ſui Debitoris etiã non facta excuſſione probato vtriuſque credito, nec repellitur exceptione non implementi, ſi prius Debitor adimplere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione non proſequuta in tempore, nec obtenta prorogatione fatalium, Sententia tranſit in iudicatum.*

2 *Appellationem non interponere, vel illam non proſequi à pari procedunt.*

3 *Creditor poteſt agere contra Debitorem ſui Debitoris, etiam non facta excuſſione.*

4 *Creditum probatur ex Inſtrumento publico.*

5 *Creditum probatur ex Apoca trino teſte munita.*

6 *Promittens conſignare rem tenetur ad præciſam conſignationem, vel ad damna, & intereſſe, & loco illorum ad pretij reſtitutionem.*

7 *Exceptio non implementi non poteſt opponi ab eo, qui prius tenetur implere.*

8 *In implemento contractus quando plures deficiunt, tunc attenditur ſolum contrauentio primi.*

DE-

DECISIO CCV.

LVDOVICVS Pompilius Creditor Caroli Antonij Tarditi in ſcutis 3. mil. monetæ, obtinuit, per Sententiam, condemnari hæredes Ioannis Andreæ Rotigni, vti debi-
1 tores ſui debitoris ad ſolueñ ſibi ſcuta 500. Et quia ab anno 1641. quo fuit interpoſita appellatio, nihil fuit geſtum in cauſa, minuſque prorogata fatalia, Cauſa remanſit deſerta, & Sententia tranſiuit in Iudicatum *Auth. hodie C. de appellat. clem. ſi appellationem, & clem. ſicut eodem tit. Rot. deciſ. 21 num. 2. & 3. par. 7. rec. & in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Cerro.*

2 Paria enim ſunt non appellare, & debito tempore appellationem non proſequi, vt eſt *text. in l. final. §. Illud etiam C. de tempor. appell.* & dixit *Rota in Aquilana Iuriſpatronatus 4. Iunij 1646. coram Eminentiſſ. Card. Corrado. & in Romana Redditionis rationis 19. Iunij 1654. coram me.*

3 Executio verò dictæ rei iudicatæ retardari nequit ex eo, quod Rotigni non ſint debitores Pompilij, ſed tantùm Caroli Antonij Tarditi; Nàm cum Pompilius ſit Creditor eiuſdem Tarditi, benè potuit agere contra Rotignos, tanquàm debitores ſui debitoris, etiàm non facta excuſſione attenta obligatione Camerali ad *text. in l. nomen. vbi Doct. C. quæ res pign. obl. poſſ. Rot. poſt Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 7. num. 1. & deciſ. 190. num. 14. & 154. & coram Merlino deciſ. 189. num. 4.* cum alijs per *Add. ad Buratt. deciſ. 793. num. 10.*

4 Minus de Creditis dubitari poteſt, ſiquidem Creditum Pompilij contrà Tarditum reſultat ex Inſtrumento publico ſub die 12. Februarij 1639. *vt in Summ. num. 1.* & Creditum
5 Tarditi aduerſus Rotignos ex Apoca ſub die 1. Aprilis 1640. ab iiſdem ſubſcripta, & trino teſte munita, in qua fatentur, habuiſſe ſcuta 500. & occaſione illorum promiſerunt, intrà quatuor menſes conſignare merces conuentas cum Iuramento, & obligatione Camerali,
6 vt latiùs in *Summ. num. 2.* Vndè cum nec tempore conuento, nec poſteà dictas merces conſignauerint, minuſque pecunias receptas ſoluerint, meritò ad illarum conſignationem, & in defectum conſignationis, ad pecuniarum reſtitutionem fuerunt condemnati, vt firmat *Bald. in l. ſi traditio num. 7. C. de act. empt.* vbi quod re non tradita poteſt Emptor repetere pretiū, non vt pretium, ſed vt intereſſe, ſicut re euicta, *Ruin. conſ. 141. num. 9. verſ. nec obſtant allegata in contrariū lib. 1.* cum adductis per *Gratian. cap. 301. num. 1. & ſeqq.* & dixit *Rota coram Buratto deciſ. 819. num. 1. & in recent. deciſ. 322. num. 2. par. 5.*

7 Nec poſſunt Rotigni iuuari exceptione nō implementi ſub prætextu, quod Tarditus non ſoluerit alia ſcuta 500. prout promiſerat; Nàm cum illa non eſſent ſoluenda, niſi poſt tres menſes à die conſignationis mercium, & dictæ merces nunquam conſignatæ fuerint; Vtique Tarditus nullo modo tenebatur implere, nec obſtat ei huiuſmodi exceptio, quià ordo priùs ſeruari debet iuxtà ea, quæ notat *Bald. in l. 1. num. 22. verſ. Cum enim primum C. de vſur. & fruct. legat. Rota deciſ. 139. num. 2. & ſeqq. poſt Zacch. de Obligat. Cam. & in recent. deciſ. 90. num. 13. par. 4. tom. 2. & deciſ. 136. eod. num. par. 5.*
8 Et regulare eſt quod ex duobus Contrauenientibus attenditur tantummodò Contrauentio Primi, nec defectus ſecundi eſt habendus in conſideratione, vt docet *Matheſilan. ſing. 50. Bald. in l. num proponas 21 num. 1. C. de pact.* & dixit *Rota deciſ. 86. num. 14. par. 4. diuerſ.*

Et ità altera parte tantum informante &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 5. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Obligatus in forma Cameræ, de reſtituendo, prioribus, & potioribus, & ad omne mandatum Domini, conſtito de anteriori credito, poteſt conueniri executiuè, non obſtante clauſula *ſi quid execquen.* quia illa non vulnerat obligationem Cameralem.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad reſtituen. prioribus, & potioribus, & ad omne mandatum Domini poteſt conueniri executiuè, ad reſtituen. pecunias acceptas.*
2 *Clauſula,* & ad omne mandatum Domini, *operatur, vt pecuniæ dicantur extare, perinde, ac ſi nunquam conſignatæ fuiſſent.*
3 *Clauſula,* ſi quid execqueñ *non vulnerat obligationem Cameralem, ſed ſtante iuſtitia, & validitate mandati, proceditur ad illius executionem.*
4 *Apoca priuata non poteſt concurrere cum Inſtrumento, dum non habet requiſita* l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab.
5 *Nouatio crediti inducitur per ſolidationem, & creationem nouæ partitæ.*
6 *Solutio, facta in cauſam expreſſam, non poteſt in aliam referri.*
7 *Pecunia quando eſt in obligatione, illa venit ſoluenda, non autem ſpecies.*
8 *Pecuniam ſoluere tenetur, qui ſpeciem præſtare non valet.*

DECISIO CCVI.

IO: Baptiſta, & alij de Scottis, quibus ex pretio Vallis Montanæ conſignata fuerunt ſcuta 28. mil. monetæ ſub obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus DD. de Sfortijs, & ad omne mandatum cum ſuis Iudicis, cum pulſati ab anterioribus coacti fuerint dd. pecunias reſtituere, egerunt pro eorum reintegratione contrà Philippum hæredem Octauij Coſtæ, qui ex eodem pretio ſcuta 4500. receperat ſub ſimili obligatione de reſtituendo. Et quia ab A. C. mandatum executiuum reportarunt dubitaui; An illud eſſet exequeñ, & Domini affirmatiuè
1 reſponderunt. Nàm cum Scotti ex Inſtrumentis in actis productis appareant Creditores de anno 1618. 19. 20. 22. 23. & 26. Coſta

verò de anno 1627. rectè fuit contrà ipſum
relaxatum mandatum vigore prædictæ obli-
gationis, vt probat *Mantic. deciſ. 45. num. 16.*
& 17. & firmauit *Rota coram Seraph. dec. 1396.*
nu. 1. & ſeq. in Romana Anterioritatis, penes Zacch.
de oblig. Camer. deciſ. 135. num. 1. & in Romana Pe-
cuniaria 7. Maij 1649. confirmata 27. Maij 1650.
coram me, in quibus Deciſionibus, & præſer-
tim in prima ponderata fuit clauſula. *Et ad*
2 *omne mandatum Domini*, quæ operatur, vt pe-
cuniæ dicantur extare, perinde, ac ſi nunquã
conſignatæ fuiſſent, quod prius dictum fuerat
in deciſ. 114. num. 6. par. 4. tom. 2. recent. & in Roma-
na Saluiani de Caſalibus coram R.P.D. meo Cerro,
penès eundem *Zacch. deciſ. 189. nu. 35.* Quam-
uis Signatura reſcripſerit cum clauſula, *Si quid*
3 *exequendum*, Quia ſtante validitate, & iuſtitia
mandati dictum reſcriptum non vulnerat
obligationem Cameralem, ſed proceditur ad
vlteriorem executionem *Rot. poſt Zacch. de*
obligat. Camer. deciſ. 12. num. 4. & apud *Cenc. de*
Cenſib. deciſ. 384. num. 1. & 2. cum alijs adductis
per *Gratian. cap. 968. num. 2. & ſeq.*

4 Prætenſio verò, quod Octauius ſit Ceſſio-
natius Abraham Hebræi, Creditoris vigore
Apocæ priuatæ de anno 1624. parum releuat
ad hunc effectum; Tùm quia dicta Apoca
non habet requiſita *l. Scripturas C. qui potior. in*
pignor. hab. Caual. deciſ. 492. num. 2. Buratt. deciſ. 14.
5 *num. 36.* Imò fuit nouata per ſolidationem, &
creationem nouæ partitæ de anno 1627. per
quam extincta fuit origo debiti antecedentis,
& ſublata obligatio præcedens *l. nouatione ff. de*
nouat. & poſt Rebuff. ad Conſtit. Regales tom. 2. tit. de
Mercat. minutat. vend. art. 2. gloſſ. 20. num. 1. & ſeq.
tradit *Gratian. cap. 273. num. 53. Rota in recent. de-*
ciſ. 150. num. 19. & ſeq. par. 5. Tùm etiam quia
6 idem Octauius non recepit ſcut. 4500. in
dictam Cauſam, ſed ad Computũ ſcut. 10065.
aliàs mutuatorum bon. mem. D. Duci Ale-
xandro ſub die 29. Martij 1627. vt apparet ex
ordine cuius vigore exegit, ibi, *Saranno conten-*
ti di pagare al Signor Ottauio à buon conto di ſorte
principale di ſcudi 10065. *di preſtito fatto al Si-*
gnor Duca Aleſſandro noſtro Padre, como per atti del
Belgio 29. Marzo 1627. Et ideò cum Cauſa
fuerit expreſſa, in illam, & non in aliam ſo-
lutio referri debet *l. 1. ff. de ſolution. Rot. dec. 293.*
num. 5. par. 5. recent. & in Romana, ſeù Veliterna
Reſtitutionis Dotis 17. Decembris 1646. coram R.P.
D. meo Bichio.

7 Non obſtat, quòd idem Octauius ſit debi-
tor ſpeciei, non autem quantitatis, ex quo di-
cta ſcut. 4500. inueſtiuerit in locis Montium,
eaquè vinculauerit loco Cautionis, & pro
adimplemento contentorum in Chirographo
venditionis Vallis Montanæ. Nam cum ipſe
receperit à DD. de Sfortijs pecuniam, non
loca Montiũ, illamque reſtituere promiſerit,
pecunia, quæ eſt in obligatione, venit reſti-
tuenda, non obſtante prætenſo Inueſtimento,
vt dixit, *Rota in Romana Locorum Montium 27.*
Nouembris 1637. coram Pironano, & firmatum
fuit pro iiſdem de Scottis in Vrbeuetana Cenſus 6.
Iunij 1640. coram Reuerendiſſ. Terracinen.

8 Præſertim cum ex *Summ. num. 5.* conſtet,
huiuſmodi loca fuiſſe alienata per eundem
Octauium; Itaùt hæres ipſius illa amplius
præſtare non poſſit, quò caſu teneri ſoluere
pecuniam probat *text. in l. 1. ff. de penu. legat. l. ſi*
quis 57. ff. de ſolut. l. cum ſine 19. & l. ſi penum 24.
ff. quando dies leg. cedat, Barz. deciſ. 84. numer. 7.
& ſeqq. Rot. coram Dunoz. deciſ. 47. num. 1. & 2.

Ex quibus pro executione mandati reſpon-
ſum fuit Informantibus tantùm fratribus de
Scottis. Altera Parte pluries, & pluries cita-
ta &c.

BONON. ATTENTATORVM.

Lunæ 5. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Attentata ſunt omnia geſta poſt impetratam Commiſſionem, & inhibitionem perſonaliter præſentatam, quæ ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſemper eſt timenda, nec euitatur prætextu diuerſitatis Cauſarum, ſi concurrat identitas Rei, Actionis, & Perſonarum.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta poſt Inhibitionem, perſonaliter præſentatam.*

2 *Identitas Cauſæ probatur ex identitate Rei, Actionis, & Perſonarum.*

3 *Identitas Rei probatur ex identitate duorum confinium.*

4 *Continuans non attentat.*

5 *Declara, Concluſionem procedere per viam priuatæ facultatis, ſecus verò mediante authoritate Iudicis.*

6 *Inhibitio Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſemper eſt timenda.*

7 *Et ratio eſt, quia aliàs ſub prætextu iniuſtitiæ aperiretur via Iudicibus inferioribus, cognoſcendi de viribus inhibitionis Rotalis.*

DECISIO CCVII.

REVOCAVIT A. Cam. mandatum exe-
quutiuum, relaxatum à Vicelegato Bo-
nonię ad fauorem Bernardini Paleotti, & alio-
rum, & manutentionem in bonis controuer-
ſis Io: Baptiſtæ Manzino conceſſit: Quia verò
non obſtante commiſſione appellationis mihi
directa, & citatione perſonaliter præſentata
idem Paleottus A.C. de nouo adiuit, & re-
portato ab ipſo mandato, poſſeſſionem Tor-
naturarũ 15. necnon partis Domus ſitæ in
communi Caldarariæ accepit, præuia expul-
ſione Colonorum; Ideò propoſui dubium,
An conſtet de attentatis, quæ veniant reuo-
1 canda, & affirmatiuè reſponſum fuit; Quia
omnia prædicta geſta fuerunt, nedum poſt im-
petratam commiſſionem, & citationem, ſed
etiãm poſt Inhibitionem perſonaliter præſen-
tatam, qua ſtante non poſſunt à vitio attenta-
torum excuſari, *cap. non ſolum in fine de appell. in*
6. Caſ. de Graſſ. deciſ. 6. num. 2. de cauſ. poſſ. & propr.
Buratt. deciſ. 181. & deciſ. 909. vtrobique num. 1. &
in

in recen.deciſ.285.n.2.par.1.& deciſ.751.nu.1.par.8. & paſſim in alijs.

2 Prætextus verò diuerſitatis cauſarum non excuſat ab attentatis prædictis; Nam cum primum mandatum, cum quo concordat, tàm decretum reuocationis, quam aliud decretum repoſitionis ab ipſa reuocatione, relaxatum fuerit ſuper 15. Tornaturis Terræ Caldarariæ, & ab eodem interpoſita fuerit appellatio; Identitas remanet ſufficienter iuſtificata, non ſolum reſpectu actionis, & perſonarum, quæ ſunt eædem, quæ continentur in mandato, ſed etiam reſpectu rei, cum vltra

3 denominationem loci Caldarariæ concurrant duo confinia, nempè bona fratrum de Barzellinis, & bona illorum de Cannobijs iuxta doctrinam, *Bart. in l. Demonſtratio falſa num. 14. & ſeqq. ff. de cond. & demonſtr. Alex. conſ. 133. nu. 5. lib. 1. & conſ. 38. num. 2. lib. 5. Surd. conſ. 44. num. 20. Rota coram Durano deciſ. 325. num. 1. & in recent. deciſ. 35. n. 1. par. 3. & deciſ. 59. n. 5. par. 6.*

4 Non obſtat, quod expulſio Colonorum, & alia plura prætendantur geſta in vim continuationis poſſeſſionis. Nam regula, qui continuat, non attentat, procedit per viam pri-

5 uatæ facultatis, ſecus verò mediante mandato, & facto Iudicis, quia tunc prætextus continuationis non ſuffragatur, dum poſſeſſio eſt controuerſa, ſed eſt recurrendum ad Iudicem appellationis, vt dixit *Rota deciſ. 342. nu. 5. par. 4. rec. in Cæſarauguſtana Parochialis de Coſuenda 5. Iunij 1620. in fine coram Pirouano, in Bonon. Bonorum 17. Martij 1649. & in Rheginen. Attentatorum 12. Dec. 1653. coram R.P.D. meo Bichio.*

6 Et in omnem caſum, cum Inhibitio Rotalis perſonaliter præſentata fuerit, illa ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta timenda erat *deciſ. 26. numer. 3. de appell. in antiq. in Lucana Canonicatus 30. Aprilis 1646. & Vercellen. Prioratus 28. Nouembris eiuſdem anni coram R.P.D. meo Peutingerio.* Nec poterat Paleottus ad alios actus coram diuerſo Iudice in cauſa procedere, vt latè firmatum fuit in *Romana fideicommiſſi de Marianis 11. Martij 1647. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. & in Taurinen. Parochialis 13. Nouembris eiuſdem Anni coram me.*

7 Aliàs ſub prętextu Iniuſtitię aperiretur via Iudicibus inferioribus cognoſcendi de viribus Inhibitionis Rotalis, quod vtique permitten. non venit, vt dixit *Rota coram Andr. deciſ. 10. n. 31. & deciſ. 34. n. 2.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. DE BOLOGNINIS.

Luna 5. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Ad effectum admiſſionis ad cauſam, ſufficit ſemiplenè, & apparenter docere de intereſſe, & iudicium ciuile, prius introductum, præiudicat criminali.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe ad effectum admiſſionis ad cauſam ſufficit, quod ſemiplenè, & apparenter probetur.*

2 *Cauſa, ciuiliter introducta, præiudicat criminali.*

3 *Cauſa ciuili pendente, proceſſus in criminali eſt nullus, & attentatus.*

DECISIO CCVIII.

AD retardandam Immiſſionem, quam per plures Deciſiones firmauerat Rota, concedendam eſſe Thadęo Bolognino ſuper bonis fideicommiſſarijs Bartholomei, & Ioannis Marię, porrexit Achilles de Palmerijs querelam in Curia criminali A.C. tam contra dictum Thadæum, quam etiam contra Antonium Procuratorem ſub prętextu, quod nonnulla iura, in actis producta, fuiſſent falsò compoſita opera, & conſilio eiuſdem Antonij; Cumque ad plures actus per Iudicem criminalem fuiſſet deuentum, tandem ſuperuenit commiſſio, in qua Thadæus obtinuit, mihi reſcribi, vt Iudici criminali inhiberem, prout inhibui. Verum quia in Commiſſione prędicta nulla fuit facta mentio de perſona Antonij, ideò recurſum habuit ad Signaturam, quę iniunxit mihi, vt conſtito de intereſſe illum ad cauſam admitterem, & inhiberem; Propoſito itaque Dubio an conſtet de

1 intereſſe affirmatiuè reſponſum fuit. Etenim dum contra Antonium porrecta fuit querela, quod participationem habuerit in dicta fabricatione Scripturarum, & in ſpecie, quod falsò conſtruxerit quandam partitam in libro mortuorum Eccleſię Parochialis Sancti Blaſij, debet Ipſe docere de legalitate Scripturarum, & de veritate dictę partitę, & mediante tali probatione patefacere propriam innocentiam, & ſe eximere à dictis moleſtationibus, & ſic intereſſe eſt clarum, & indubitatum, cum tamen ad dictum effectum ſufficiat qualiſcumque probatio, & quod intereſſe ſemiplenè, & apparenter probetur, vt notat *Abb. in cap. veniens num. 9. & ibi Felin. num. 13. & ſeqq. de Teſtib. Couar. pract. quaſt. cap. 16. ſub num. 1.* & tenuit *Rot. coram Merlin. deciſ. 504. num. 1.* cum pluribus *in Nullius ſeu Burgen. Iuris viſitandi 1. Iulij 1648. coram Me, & in Brunduſina Bonorum 23. April. 1653. coram R.P.D. meo Meltio.*

2 Non obſtat ſententia lata in iudicio criminali, quia dum lis pendebat in ciuili ſuper eodem facto, non poterat Achilles conuolare ad criminale, cui cauſa ciuilis præiudicat *iux.*

3 *text. in l. damus C. de falſ. & in l. 1. C. de appellat. Natt. conſ. 138. num. 1. & ſeqq.* & comprobat *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 23. num. 28.* vbi quod pendente iudicio ciuili, proceſſus coram Iudice criminali eſt nullus, & attentatus, *Rot. coram Burat. deciſ. 34. nu. 1. & coram Coc. deciſ. 123. num. 8. & 9.*

Et ità altera tantum.

Digitized by Google

VERVLANA DOTIS.

Veneris 19. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Attentata non dantur, quando cauſæ ſunt diuerſæ, & diuerſitas dignoſcitur ex diuerſitate ſummæ, actionis, & perſonarum.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ceſſant in cauſa diuerſa.*

2 *Inhibitio, quamuis ſemper ſit timenda, hoc tamen non procedit, quando cauſa eſt diuerſa.*

3 *Diuerſitas cauſarum probatur ex diuerſitate perſonarum, rei, & actionis.*

4 *Conditionis implementum probari debet ab eo, qui tenetur adimplere.*

5 *Attentata non intrant, quando ſumma eſt diuerſa, & procedit à diuerſa cauſa.*

6 *Clauſula* cum inciden, annexis, & connexis, totoque negotio principali, ac quam, & quas &c. *reſtringuntur ad cauſam, & actionem intentatam.*

DECISIO CCIX.

OBTINVIT Hortentia de Gaſparis ab A.C. mandatum executiuum pro ſcutis 1000. occaſione legati, ſibi relicti à Diamante Matre contra Laurentium, & alios dictæ Diamantis hæredes, qui cauſam appellationis cum clauſula *ſi quid exequen.* curauit mihi committi.

Quia verò eadem Hortenſia introduxit poſteà nouum iudicium in partibus pro Dotis conſequutione contra Ioannem Hieronymũ Patrem, & reportato mandato, illud exequi fecit ſuper quibuſdam bonis, & ad eorum ſubhaſtationem deuenit.

Dubitaui propterea, an omnia prædicta in partibus geſta poſt reportatam Commiſſionem in Rota eſſent nulla, & attenta, & fuit negatiuè reſponſum; Nam, cum cauſa præ-
1 dicta ſit totaliter diuerſa à cauſa, commiſſa in Rota, cuius vigore conceſſa fuit Inhibitio, ceſſat penitus quælibet prætenſio attentatorũ, *cap. ad hæc 6. vbi Franch. in princ. de appell. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 1. & cap. 12. limitat. 2. num. 15. Gratian. qui alios cumulat cap. 914. num. 30. Rot. coram Merlin. deciſ. 91. num. 2. & deciſ. 334. nu. 3. & in rec. deciſ. 310. num. 11. & deciſ. 364. num. 5. par. 9.*

2 Nec refert, quod Inhibitio ſemper ſit timenda, quia id procedit in eadem cauſa, ſecus in diuerſa, in qua non cauſat attentata, *Bellam. conſ. 18. num. 3. & 4. Rot. in rec. deciſ. 500. num. 10. par. 1. & deciſ. 87. num. 1. par. 4.* & firmatũ fuit *in Anconitana pecuniaria 28. Iunij 1652. & in Fanen. fideic. ſeu Attentatorum 1. Iunij 1654. coram R.P.D. meo Zarate.*

3 Diuerſitas autem controuerti non poteſt, ſiquidem Cauſa deuoluta per appellationem ad Rotam, habet originem à iudicio executiuo moto ad inſtantiam Hortentiæ contra bona hæreditaria Diamantis Matris occaſione legati ſcutorum mille; Cauſa verò in partibus introducta fuit via ordinaria contra Ioannem Hieronymum patrem pro habenda Dote: Vnde apparet, adeſſe diuerſitatem non ſolum in actione, ſed etiam in credito, & in perſonis; quo caſu nunquam intrant attentata, vt aduertit *Lancellott. de attent. dicta par. 2. cap. 12. limit. 2. num. 10. & 11.* vbi quod quodlibet ex iſtis ſufficit, ad inducendam diuerſitatem; vt notat *Gratian. dicto cap. 914. num. 30. & 31. Rot. Ianuen. deciſ. 179. ſub num. 9. verſ. Et propterea,* & firmatum fuit *coram Cauiler. deciſ. 624. per totam, & in rec. deciſ. 364. num. 6. & 7. par. 9. tom. 2.* cum alijs pluribus per *Add. ad Buratt. deciſ. 644. n. 10.*

4 Non obſtat, quod coram A.C. citatus fuerit Ioannes Hieronymus pater, & productum Inſtrumentum ſponſalium; Nam dictus Ioannes Hieronymus non fuit citatus vti principalis, ſed pro ſuo prætenſo iure, & intereſſe ratione vſusfructus, ſibi debiti in bonis Diamantis: productio verò inſtrumenti ſponſaliũ fuit neceſſaria, quia cum legatum eſſet conceptum ſub conditione, quatenus Hortentia nubere vellet, debebat apparere de adimplento conditionis prædictæ, *l. ſancimus 24. C. de nupt. l. ex his C. quand. dies leg. ced. l. 1. §. ſin autem C. de caduc. toll. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 16. num. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 147. nu. 1. & ſeqq.* alioſque cumulat *Cyriac. contr. 329. n. 19.*

5 Et ſaltem negari non poteſt, quod ſumma ſit diuerſa, quodque procedat ex diuerſa cauſa, quod ſufficit pro excluſione attentatorum, vt in fortioribus terminis firmat *Iaſ. conſ. 9. n. 6. lib. 1. Menoch. conſ. 123. num. 20. & ſeqq.* & dixit *Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 345. n. 1. & ſeqq. & coram Cocc. deciſ. 304. n. 1.*

6 Minus releuant clauſulæ *cum inciden. & dependen. annexis, & connexis, totoque negotio principali, ac quam, & quas &c.* adiectæ in Commiſſione Rotali, quia operantur tantummodò circa cauſam, & actionem intentatam, ſuper qua pronunciatum fuit, & commiſſa fuit appellatio, ſecus verò circa diuerſa, *Rot. dicta deciſ. 345. num. 4. coram ſan. mem. Greg. in Romana Palatij 26. Ianuar. 1626. coram Remb. & in rec. deciſ. 87. numer. 2. par. 4. & deciſ. 364. numer. 8. & 9. par. 9. tom. 2.*

Et ità altera &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 10. Decembris 1655.

ARGVMENTVM.

De natura Societatis eſt, vt Socij debeant tam de lucro, quam de damno participare, & Maximè attento pacto *di correre egual fortuna.*

SVMMARIVM.

1 *Socij debent inter ſe lucrum, & damnum æqualiter diuidere, & communicare.*

2 *Pactum inter Socios initum,* di correre egual fortuna, *importat aſſumptionem in ſe cuiuſcumque ca-*

caſus, & euentus exactionis.
3 *Pactum huiuſmodi importat Societatem quandam ſuper exactione debitorum.*
4 *Socius fundatam habet intentionem ſuper pacto prædicto ad effectum participandi.*
5 *Verba illa* di mano in mano *quid importent.*
6 *Obſeruantia declarat dubiam intentionem Partium.*
7 *Socius præueniens Conſocium in exactione crediti, non propterea efficitur melioris conditionis.*
8 *Poſitionibus, exhibitis ſine iuramento, Pars non tenetur reſpondere.*
9 *Nullitates, quæ non ſunt de tribus, non veniunt attendendæ.*

DECISIO CCX.

CVM Plattus, & Piſentes exegerint à Parlato ſummam ducat. 2000. & pulſati à Ioſepho Baua tunc Conſocio in negotio, de quo agitur, medietatem reſtituere recuſauerint; Lata fuit ſententia Rotalis, condemnans illos ad huiuſmodi reſtitutionem, deductis pro rata expenſis in exactione factis, quam hodie Domini confirmandam eſſe reſponde-
1 runt, Quia ex natura Societatis eſt, quod inter ſocios lucrum, & damnum ſit commune, & æqualiter diuidendum, vt ſunt *text. aperti in l. cum duobus 52. §. quidam, l. ſi id quod 59. §. Item Celſus, l. Socium 61. §. fin. & l. Verum 64. §. Si cum tres ff. pro Socio, l. ſi merces, §. Vis maior, ff. locat. Alexand. conſ. 131. num. 8 lib. 2. Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 502. num. 7. & coram Buratt. deciſ. 79. eod. num.*

2 Quod fortiùs dicendum venit in præſenti caſu, quia poſt primum Inſtrumentum initum de Anno 1628. celebratum fuit ſecundum de menſe Aprilis 1629. in quo Parlatus, aſſumendo in ſe totum negotium, promiſit ſoluere prædictis ſocijs ſcuta 4386. pro Capitali, & ſcuta 900. pro vtilibus, & vnicuique ratam ſuam, ipſique per pactum expreſſum conuenerunt, *di correre vguale fortuna in detta eſſattione, e negotio.* Pactum enim æqualis fortunæ importat aſſumptionem cuiuſcumque caſus, & euentus exactionis, & communicationem, & exæquationem inter ipſos Socios, vt probat *text. in l. Caius Seius 11. ff. de Vſur.* ibi. *Vniuerſorum debitorum fortunam ſuſcipere, & in l. filius familias 117. §. Diui il 2. ibique Angel. n. 1. Bolognett. num. 163. & plurib. ſeqq. ff. de legat. 1.* & firmat *Berous conſ. 161. num. 19. verſ. Quoad ſecundam dubitationem, & numeris ſeq. lib. 1.* Vbi quod vigore ſimilis pacti diuiſorij contracta dicitur
3 quædam Societas ſuper exactione debitorum, cuius vigore omne id, quod à debitoribus fuit exactum, communiter eſt diuidendum, nulla habita conſideratione, An vni, vel alteri ſit integraliter ſatisfactum; Vndè ſuper illo Socius fundatam intentionem habet, vt
4 in terminis Societatis firmauit, *Rota deciſ. 493. nu. 1. par. 1. recent.*

5 Nec pactum prædictum reſtringi poteſt ad exactionem faciendam in Vrbe ſuper effectibus, & Iuribus ſocialibus, & ſignanter ſuper Vino, ex quo Parlatus promiſit ſoluere *per tutto il meſe di Settembre proſſimo, e di mano in mano ſecondo andarà vendendo il vino, qui in Roma;* quia cum in Inſtrumento vinum ceſſum fuerit Parlato pro certo pretio ſub obligatione, & hypotheca omnium bonorum, illa verba *di mano in mano &c.* apparent appoſita pro maiori ſecuritate, & faciliori exactione Venditorum, quatenus vinum diſtraheretur ante menſem Septembris, non autem ad effectum limitandi, & reſtringendi promiſſionem antecedentem factam, de ſoluendo pretio in genere ad *text. in l. 4. §. ſi ex conuentione,* ibique *Caſtr. num. 5. ff. de re iudic. Rot. deciſ. 662. num. 1. & ſeqq. par. 1. diuerſ. & in recent. deciſ. 207. nu. 9. par. 4. tom. 2. & deciſ. 365. nu. 35. & 36. par. 5. & poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 288. nu. 1. &* cum alijs per *Gratian. cap. 256. n. 20. & ſeqq.*

6 Idque patet ex verbis ſubſequentibus, ibi *per tutto il meſe di Settembre proſſimo, è dopo ad ogni loro requiſitione,* quæ demonſtrant obligationem non fuiſſe limitatam, nec reſpectu loci, nec reſpectu temporis, & comprobat obſeruantia ſubſequuta, nam pecuniæ, quæ per ipſos ſocios exactæ fuerunt à fideiuſſoribus Parlati, poſtquam ipſe latitare cœpit, fuerunt æqualiter diuiſæ, & communiter etiam factę expenſæ dictæ exactionis, & aliorum Iudiciorum, itaut obſeruantia huiuſmodi omnem tollat dubietatem, & declaret, quid Partes inter ſe conuenerint, *l. ſed Iulianus §. Proinde ff. ad Macedon. l. quædam ff. de reb. dub. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 1. num. 5. Aym. conſ. 101. num. 3. Surd. conſ. 224. num. 7. & deciſ. 134. num. 9. Rot. deciſ. 220. nu. 4. & 5. par. 4. tom. 2. recent. & in Fauentina Societatis 16. Aprilis 1646. coram Me.*

7 Hinc parum releuat præoccupatio in exigendo, nam attenta natura Societatis, & pacto prædicto, ſocius, qui fuit diligens in exigendo, tenetur alijs contribuere, nec eſt melior conditio ipſius, quamuis exactionem præuenerit, & præoccupauerit, *text. eſt in l. Verum 64. §. Si cum tres, & ibi Bart. & Bald. num. 1. & Odofred. in princ. ff. pro ſocio, Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 12. num. 3. Menoch.* qui firmat iniquum eſſe, quod ſociorum vnus è re communi portionem habeat, alter verò nihil *conſ. 46. nu. 4. Felic. de Societ. cap. 30. n. 54.* & probat *Camunc. deciſ. 54. n. 1 in fine.*

8 Non obſtat, quod ſententia Rotalis ſaltem reuocanda veniat ex capite nullitatis, ex quo Baua omiſerit reſpondere Poſitionibus exaduerſo datis, nam cum illę non fuerint exhibita medio iuramento, non tenebatur vllo modo reſpondere iuxta doctrinam *Iaſ. in l. Iudices num. 7. C. de Iudic. & in l. poſſideri nu. 24. ff. de acquirend. poſſeſſ. Rota coram Buratt. deciſ. 466. nu. 3. & in recent. deciſ. 779. num. 1. par. 2.* Et in omnem caſum huiuſmodi nullitas, cum non ſit ex
9 tribus, non venit attendenda, ſtante Conſtitutione Pij IV. & Clementis VIII. vt firmauit *Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 492. numer. 5. & deciſ. 508. n. 2. & coram Merlin. deciſ. 11. n. 16.*

Et ità vtraque &c.

C A-

CALAGVRITANA DECIMARVM DE OCON.

Veneris 28. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum non retardat effectum rei iudicatæ ſuper ſolutione Decimarum, quando executio eſt cœpta, & dicitur cœpta per relaxationem Executorialium, nec ſuffragatur prætextus Immemorabilis, ſi conſtet de Titulo.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non retardat executionem rei iudicatæ, quando executio eſt cœpta.*

2 *Executio dicitur cœpta ex opinione Rotæ poſt relaxatas Executoriales.*

3 *Et hanc opinionem ſequitur Signatura, quando agitur de ſententijs Rotalibus.*

4 *Concluſio in cauſa habet vim Citationis.*

5 *Et ità ſeruatur in Regnis Hiſpaniarum.*

6 *Citatio quamuis non fuerit capitulariter facta, ſufficit tamen, quando fuit citatus ſuperior ad ſe congregan. & recuſauit.*

7 *Citationis defectus ſuppletur per comparitionem Citati.*

8 *Parochus habet aſſiſtentiam iuris pro conſecutione Decimarum ſuper bonis exiſtentibus intra limites ſuæ Parochiæ.*

9 *Decimas tenentur ſoluere poſſidentes intra limites Parochiæ.*

10 *Tranſactio reſtricta ad certa bona, quoad alia non operatur.*

11 *Probare debet diſpoſitionem, & qualitatem, qui ſe fundat in diſpoſitione qualificata.*

12 *Nec liberatur ab onere probandi propter poſſeſſionem, vel obſeruantiam, quando materia habet reſiſtentiam iuris.*

13 *Amplia etiamſi poſſeſſio ſit longæua.*

14 *Immemorabilis ceſſat, quoties conſtat de Titulo.*

15 *Actio, & paſſio non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto,*

16 *Immemorabilis probari debet cum requiſitis gloſſæ in cap. 1. de præſcript. in 6.*

DECISIO CCXI.

SENTENTIA Rotalis Confirmatoria alterius de partibus condemnans Abbatem, & Monachos Sancti Prudentij ad ſoluendũ Parochis, & Beneficiatis Eccleſiæ Parochialis loci de Ocon, & de Redal decimas de omnibus Terris, & bonis ibi exiſtentibus ob non Interpoſitam appellationem tranſitum fecit in iudicatum, illiuſque vigore ſeruatis quatuor terminis ad docen. de appellatione fuerunt expeditæ literæ executoriales. Et licet commiſſa mihi fuerit cauſa
1 reſtitutionis in integrum cum clauſula, *qui ad legitimam*, nihilominus Domini cenſuerunt ad vlteriora eſſe proceden. quia cum executio rei iudicatæ iam fuerit cœpta, prętextu reſtitutionis in integrum retardari nequit, vt docet *Ripa in l. 4. §. Condemnatum num. 30. verſ. aliquando petitur reſtitutio ff. de re iud. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 121. nu. 14. Alex. conſ. 223. nu. 6. lib. 6. Honded. conſ. 27. num. 33. lib. 2. Rota coram Put. deciſ. 277. lib. 2. Andr. deciſ. 85. num. 2. in rec. deciſ. 734. num. 4. par. 3.* cum alijs per *Adden. ad Gregor. deciſ. 458. num. 10.*

2 Cœpta autem dicitur executio poſt relaxatas Executoriales iuxtà opinionem, quam ſeruat Rota, vt per *Lancell. de attent. par. 2. cap. 18. num. 131. & ſeq. Mantic. deciſ. 219. num. 3. Burat. deciſ. 868. eodem num. in recent. dec. 243. nu. 4. par. 3.* & fuit dictum *in Anconitana Pecuniaria 15. May 1654. coram R. P. D. Zarate.*

3 Et ita etiam ſentire Signaturam, vbi agitur de ſententiis Rotalibus teſtatur *Marcheſ.* qui adducit rationem *de commiſſ. appellat. ab Execut. Breuis par. 1. cap. 2. num. 19. fol. 398. Add. ad Buratt. dec. 268. Lit. C. in fine,* & dixit *Rota dec. 688. n. 3. & 4. par. 4. to. 3. rec.*

4 Prædictis verò non videntur obſtare prætenſæ nullitates contra vtramque ſententiam deductæ. Nam quod illa de partibus lata fuerit abſque præcedenti citatione ad ſententiam tollitur ex eo quod dicta ſententia lata fuit 19. Decembris 1648. & die 17. eiuſdem iam per Iudicem fuerat concluſum in cauſa cum monitione Partium ad deponendũ ſportulas, & informandum die ſequenti talis enim concluſio habet vim citationis per *text. in cap. auditis, vbi gloſs. verb. ad illum, & Abb. numer. 4. de de Procurat. Vant. de nullit. cap. vlt. num. 109. & ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. In Annot. contra nullit. & attent. num. 154. & 155.* & de ſtylo in Regnis Hiſpa-
5 niarum teſtatur, *Rota deciſ. 485. nu. 5. & dec. 617. num. 3. par. 2. recen. & coram ſan. mem. Greg. dec. 140. num. 2.* vbi in additionibus *num. 11.* redditur ratio, quia poſt concluſum in cauſa Pars ſcit ſe amplius non eſſe citandam, & ideo ſibi imputare debet, ſi ſtatim non deducit, quod intendit, & deducere poteſt, *& deciſ. 576. nu. 5. Buratt. deciſ. 900. num. 6.* & in terminis Diœceſis Calagutitanæ firmauit, *Rota in Calaguritana Sepulturarum 12. Decembris 1614. coram Manzanedo, & in Calaguritana de Cenizeros 1. Iunij 1618. coram ſan. mem. Innoc. X.*

6 Ceſſat pariter altera nullitas, quod ſententia Rotalis lata fuerit per contradictas, non citatis Monachis, legitimè congregatis, nam citatio perſonaliter præſentata fuit Priori, & monachis repertis in monaſterio requiſito eodem Priore ad congregandos alios, quia cum ſe paratum obtulerit, ſi poſtea neglexit id adimplere, non propterea corruit citatio, ſed illa afficit citatos perinde, ac ſi capitulariter facta fuiſſet iuxtà *gloſ. in cap. ſi capitulum de conceſſ. Præbend. in 6. Alex. conſ. 219. num. 12. lib. 6. Rota in rec. dec. 628. n. 4. par. 3.* & notant *Add. ad ſan. me. Greg. dec. 584. n. 6.*

7 Quinimò Philippus Martinez Procurator ſubſtiturus in huiuſmodi cauſa à Procuratore Generali Capitulariter electo in vim facultatis ſibi attributæ fatendo executionẽ dictæ citationis comparuit in Iudicio, & quamplures actus Iudiciales fecit etiã appellando, adeò vt notitia commiſſionis, & citationis Rotalis

Digitized by Google

lis controuerti non valeat, & per illius comparitionem omnis prætenſus defectus ſanatus fuerit, vt notat *Bald. in l. ne quis nu. 1. verſ. tertio nota ff. de ferijs Lancellott. de attent. in præfat. part. 2. cap. 4. n. 128. & ſeqq. Gonz. ad reg. 8. §. 7. Proœmiali num. 148. Aegid. deciſ. 538. Seraph. deciſ. 1441. nu. 4.* & pluribus relatis firmatum fuit *coram ſan. me. Gregor. deciſ. 27. à num. 2.* vbi *Add. num. 9. & ſeqq. & coram Buratt. dec. 727. num. 1.* vbi pariter *Add. à num. 8.*

8 Iuſtitia demum clarè reſultat ex deciſione in cauſa facta coram R.P.D. meo Cerro. Nã Parochus habet aſſiſtentiam iuris pro decimarum cõſecutione ſuper omnibus Prædijs exiſtentibus intra limites ſuæ Parochiæ, vt ſunt *tex. in cap. Cum contingat, & c. Cum in ſua de decim. cap. fin. de Parochijs cap. de Decimis, cap. ſtatuimus, & c. in Sacris 16. q. 1. Rebuff. de Decim. q. 7. n. 4. & 5. & q. 13. num. 83. Rota in Pampilonen. Decimarum de Vſurbil. 1. Iulij 1648. 1. Febr. 1649. & 10. Iunij 1652. coram me,* cum alijs *in Toletana Decimarum de Vercial. 26. Iunij 1654. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.* Ac propterea Monachi,

9 qui ibi poſſident diuerſa bona, pro illis Decimas perſoluere debent. *Rota coram Coc. dec. 55. num. 8. in Aſtoricen. Decimarum 1. Iulij 1652. coram Domino meo Bichio, & in Calaguritana Decimarum Sancti Aſcenſi & Danalillo 1. Iulij 1654. coram D. meo Zarate.*

10 Nec ad effugiẽdam ſolutionem prædictam poſſunt iuuari aſſerta concordia; Nam vltrà quod illa non comprehendit bona exiſtentia in Territorio de Redal; adhuc reſpectu Oppidi de Ocon eſt reſtricta ad bona acquiſita ante Concilium, adeout pro alijs poſtea acquiſitis integram Decimam ſoluere teneantur, vt patet ex illis verbis, ibi. *De alijs verò hæreditatibus, quas ſupradictum Monaſterium poſt Concilium quolibet titulo acquiſiuit in Territorio de Ocon, teneatur Eccleſia de Ocon ex integro ſoluere Decimas.*

11 Vndè ſi monachi prætendunt, bona controuerſa fuiſſe acquiſita ante Concilium id concludenter probare debent, tanquam fundamentum eorum intentionis, vt in terminis de ipſis Ciſtercienſibus tradit, *Rebuff. de Decim. q. 14. num. 42.* & regulare eſt, quod fundans ſe in diſpoſitione qualificata debet probare, non ſolum diſpoſitionem, ſed etiam qualitatem *ad tex. in l. 1. §. Quod autem,* ibique *Bart. num. 1. verſ. Item nota ff. ne quid in flum. publ. Ioſeph Ludon. concl. 14. illat. 108. Surd. dec. 320. num. 6. & ſeqq. Rot. in Firmana hæreditatis 27. Iunij 1644. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

12 Releuari autem non poſſunt ab onere probandi prætextu poſſeſſionis, vel obſeruantiæ. Nam quando materia habet reſiſtentiam iuris poſſeſſio, vel obſeruantia non liberat à probatione, nec illam transfert in aduerſarium, vt eſt *text. in cap. ad Decimas de reſt. ſpol. in 6.* & tradit *Bald. in l. vis eius in fin. C. de probat. Ruin. conſ. 28. num. 9. lib. 4. Menoch. præſumpt. 69. numer. 4. lib. 6. Rota in Cæſaraguſtana Decimarum poſt Tambur. de Iur. Abbat. tom. 3. dec. 42. num. 5.* quod pro-

13 cedit etiamſi poſſeſſio ſit longæua ex not. per *Alex. conſ. 76. nu. 4. lib. 3.* & pluribus comprobat *Seraph. dec. 332. n. 3. & ſeqq.*

14 Minus iuuari poſſunt prætenſa immemorabili; Nam illa excluditur ex productione tituli reſultantis ex eadem concordia. *Rota coram Buratt. dec. 831. num. 6. & coram Eminentiſſimo Otthobono dec. 39. num. 16.* & tamen quod ipſi exegerint Decimas ex bonis proprijs implicat

15 contradictionem; Quia actio, & paſſio non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto per *text. in l. in re communi, ff. de ſeruit. Vrban. Præd. Rota dec. 23. n. 2. par. 2. diuerſ. & in Aſtoricen. Decimarum 1. Iulij 1652. coram R.P.D. meo Bichio.*

16 Quod verò non ſoluerint Parochis, Teſtes ad id inducti non coarctant negatiuam aſſerendo aliter eſſe non poſſe, quin ipſi ſcirent, nec deponunt de alijs requiſitis per *gloſ. in cap. 1. verb. memoria de præſcript. in 6. Rota coram Eminentiſs. Otthobono dec. 185. nu. 2.* cum alijs *in dicta Aſtoricen. Decimarum.*

Vndè ex prædictis, & alijs deductis in deciſione huius cauſæ coram R.P.D. meo Certo reſolutum fuit ad vlteriora eſſe procedendum.

Vtraque &c.

MEDIOLANEN. BONORVM.

Luna 7. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Creditor habẽs hypothecam ſuper omnibus bonis ſui Debitoris, poteſt illam exercere etiam contra Tertium, nec tenetur excutere bona eiuſdem Debitoris, ſi illa ſint intricata, vel in Inſtrumento adſit Quarantigia, vel ſi interpellauerit ad indicandum bona, & illa non fuerint indicata.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, quando vna eſt confirmatoria alterius.*

2 *Creditor habens hypothecata omnia bona ſui Debitoris, poteſt exercere ſuam hypothecam etiam contra Tertium.*

3 *Hypotheca eſt onus reale, & ſequitur ipſam rem.*

4 *Creditum probatur ex Inſtrumento publico.*

5 *Inuentarium hæredis probat, bona fuiſſe in bonis Debitoris.*

6 *Excuſſio Debitoris non eſt neceſſaria, quando quis pulſatus fuit ad indicandum bona, & non indicauit.*

7 *Excuſſio non eſt facienda ſuper bonis intricatis, & exiſtentibus penes Tertios.*

8 *Excuſſio non requiritur, ſi in Inſtrumento adſit Quarantigia.*

DECISIO CCXII.

1 CENSVERVNT Domini conſtare de tribus conformibus; Siquidem reſpectu numeri non cadit controuerſia, reſpectu verò conformitatis, vna eſt confirmatoria alterius, & ideò dicuntur conformes, etiamſi duę vltimæ aliquid detrahant à prima, & vlterius mandent Melioramenta refici, & cum fructibus

Digitized by Google

bus compenſari. Nam cum Tintorius ſit promptus eadem melioramenta reficere, & reſpectiuè compenſare, & exequutio petatur tantum ſuper bonis exiſtentibus *in loco detto la Granza*, non ademptis in ſententijs vltimis, vtique in ea parte negari non poteſt extare tres ſententias conformes *iuxta gloſſ. in elem. t. verb.alicuius de ſent.& re iudic. Dec.conſ.385.nu.2. verſ.his tamen non obſtan. Aym.conſ.183.nu.2. Surd. conſ.102. num.16.* Quam opinionem ſequitur, *Gratian.deciſ.Marchia 18.num.4. & Rot.deciſ.241. num.4.par.1. diuerſ.& coram Merlin. deciſ.550. in fine*, cum alijs per *Addent. ab Buratt. deciſ. 567. num.9.*

2 Iuſtitia verò reſultat ex eo, quia dictæ ſententiæ firmant, bona exiſtentia *in loco detto la Granza*, olim poſſeſſa per Franciſcum Corneum, & nunc detenta per Vimercatum relaxanda eſſe ad fauorem Tintorij, ceſſionarij illorum de Bonaccinis donec de eius credito ſibi ſatisfiat, nam cum ipſe habeat obligata omnia bona debitoris ſui, poteſt pro conſequutione ſui crediti illa auocare etiam à Tertio, *iuxta tex.in l.ſi fundus 16.§.in vindicatione,ff. de pign. Roman.conſ.388. num.9. Rot.coram Merlin. dec.2. ſub num. 5. & 6. & in Senogallien. ſeu Vrbinaten. Dotis 28. Iunij 1645. coram Reuerendiſſimo Royas.*

3 Hypotheca enim eſt onus reale, tranſiens cum ipſa re in quemcumque poſſeſſorem, *l.pignoris 17. ff. de pignor. l.pignoris 18. C.eod. l.eos 9. C.qui pot.in pign.hab.* & vltra notata *per Gratian. for.diſcept.cap.272.n.9.* firmauit *Rot.dec.675.n.7. & 26.par.4.to.3.rec.*

4 Nec de credito dubitari poteſt, quia de eo apparet ex Inſtrumento publico *Summ. num.1.* & de ceſſione *Summ. num. 5.* Quodque bona
5 poſſeſſa per Vimercatum fuerint in bonis Franciſci probatur ex Inuentario facto per Tutorem Mauritij filij, & hæredis eiuſdem Franciſci Cornei, vt firmant relati per *Gratian.cap. 765.num.59.& ſeqq.*& dixit *Rot. deciſ.387. nu.2. par.1.rec.& in Romana fideicommiſſi de Incoronatis 16.Ian.& 22.Maij 1643.coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano.*

6 Non obſtat quod fuerit actum hypothecaria contra Vimercatum non excuſſis bonis ipſius Debitoris, nam ſtante mandato relaxato contra bona hæreditaria Franciſci, & præfixione termini contra Aduerſarium ad indicandum bona Debitoris, ſuper quibus poſſet exequutio fieri, talis monitio, & præfixio termini ſuccedit loco excuſſionis faciendæ non ſolum de ſtylo illius Curiæ, ſed etiam de iure *iuxt. gloſſ.in l.à Diuo Pio §. in venditione verbo capiantur ff. de re iudic.* quam ſequitur *Surd. conſ. 39.n.18.Gratian.for.diſcept. cap.7. n.27. Rot.coram Merlin.dec.470.n.3.*

8 Indicatio verò exaduerſo facta de nonnullis bonis in liſta deſcriptis non videtur poſſe ſuffragari, quia cum eadem bona non exiſtant penes hæredes Franciſci Cornei, ſed penes Tertios, & ſint intricata, non tenetur Tintorius illa excutere, *Rot.Genuen.dec.156.num.7.* vbi quod dicta bona habentur, ac ſi non extarent, & firmatum fuit *in Romana Caſalis Agezzani 16. Decembris 1641. coram Reuerendiſſimo Terracin.& in Tudertina Cenſus 28. Martij 1653. coram R.P.D. meo Meltio.*

8 Et eo facilius ceſſat obiectum, quia in Inſtrumento, cuius vigore actum fuit, adeſt Quarantigia, quo caſu non eſſe neceſſariam excuſſionem tenet *Socin.conſ.24.nu.48. verſ.quidam etiam volunt lib. 1.* vbi adducit rationem,& ſequitur *Surd.conſ.39.num.21.verſ.& facit, Gabr. de fideiuſſor.concl.1.n.84.* cum relatis *per Gratian. dict.cap.7.n.28.& cap.593.n.5.*

Cætera tanquam irreleuantia non indigent reſponſione.

Et ità vtraque &c.

ROMANA VITRIOLI.

Veneris 11. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Obligatus in forma Cameræ poteſt conueniri executiuè non obſtante exceptione rei non traditæ, ſi pulſatus ad recipiendum, Merces de mandato Iudicis depoſita fuerit, & non attenta replicatione, quod non eſſet bonitatis promiſſæ, quando ex Teſtibus conſtat de contrario, & ipſe recepit illius partem.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè proceditur vigore obligationis Cameralis.*
2 *Clauſula,* Et ad omne mandatum Domini, *operatur, vt pecunia dicantur extare.*
3 *Solutio, & conſignatio probatur ex quietantijs, & receputis.*
4 *Depoſitum factum præuia interpellatione ad recipiendum idem operatur, ac ipſa conſignatio.*
5 *Periti relatio non eſt attendenda in his, quæ non concernunt ſuam artem.*
6 *Tempus quando eſt de ſubſtantia, probatio debet eſſe concludens etiam reſpectu temporis.*
7 *Mutatio qualitatis in quibus rebus præſumatur.*
8 *Teſtibus deponentibus de affirmatiua magis creditur, quam alijs deponentibus de negatiua.*
9 *Teſtibus deponentibus veriſimiliora magis creditur.*
10 *Approbare cenſetur totum qui recipit illius partem.*
11 *Mutatio cedit damno illius, contra quem facta fuit proteſtatio.*
12 *Venditionem rerum cenſetur approbare in totum, qui recipit maiorem illarum partem.*
13 *Teſtes deponentes de mala qualitate rei habito reſpectu ad illam alterius loci, non concludunt malam qualitatem eiuſdem rei reſpectu loci, in quo fabricata fuit.*
14 *Suſpectus quis allegari non poteſt à Procuratore, niſi cum ſpeciali mandato.*
15 *Suſpecti allegatio facta tempore incongruo, & per calumniam non valet.*

D E-

Digitized by Google

DECISIO CCXIII.

RECVSANTE Iacobo Betto ſoluere pre-
tium Vitrioli empti à Franciſco Atta-
uante in Ciuitate Corneti fuit contra ipſum
relaxatum mandatum ad eſſectum, deponendi
pro ſcutis 1400. monetæ, quià verò vigore
reſcripti Signaturæ cum clauſula, *ſinè præiudi-
cio*, ex dicto depoſito poſteà ſubſecuto conſi-
gnata fuerunt Attauanti ſcuta 444. alia verò
de mandato A. C. reſtituta fuerunt eidē Ber-
to data cautione in forma depoſiti de repor-
tando ad omne mandatum Domini; Ideò
diſputato dubio an mandatum pro illorum
reportatione, & reſtitutione poſtmodum ab
eodem A. C. relaxatum, eſſet exequendum;
DD. affimatiuè reſponderunt.

1 Quia promiſſio eſt clara ſub iuramento, &
obligatione in forma Cameræ, vndè rectè
fuit actum via executiua, vt dixit *Rota deciſ.
404. num. 4. coram Durano*, & poſt *Zacch. de oblig.
Camer. deciſ. 69. & deciſ. 135. vtrobique num. 1.*

2 Præſertim attenta clauſula, *& ad omne
mandatum Domini*, quæ operatur, vt pecuniæ
dicantur extare, & faciliorem præbet execu-
tionem, vt dixit *Rota coram Seraph. deciſ.* 1396.
num. 1. & 2. & in Romana Pecuniaria 7. Maij 1649.
coram me.

3 Exceptio verò, quod Vitriolum non fuerit
traditū, tollitur in parte ex receputis, & quie-
4 tantijs datis *in Sum. num. 2. & ſeqq.* Et pro reſi-
duo concurrit iudicialis interpellatio contra
ipſum facta ad illud recipiendū in loco deſti-
nato pro diebus certis, & horis cum proteſta-
tione, quod alias deponeretur eius riſico, pe-
riculo, & expenſis, prout factum fuit, nam
talis interpellatio cum depoſito poſteà ſubſe-
cuto ad effectum conſequendi pretium idem
operatur, ac ipſa conſignatio ad *text. in l. ſi
per emptorem 5. & l. illud 17. ff. de peric. & commod.
rei vend. Odd. conſ. 51. num. 7. Gomeſ. var. reſol. lib. 2.
tit. de empt. & vend. ſub num. 32. & ſeq. Surd. deciſ.
262. num. 3. & ſeqq.* & dixit *Rota in Romana Grani
24. Nouembris* 1642. *coram bo. me. Peutingerio.*

5 Minus quod illud non fuerit qualitatis, &
bonitatis promiſſæ, quiuimò Terroſum, Cer-
rinum, & non mercantile, vt deponunt Pe-
riti iudicialiter electi *Summ. de Bettis num. 4. &
ſeqq.* Tum quia tertius, qui cum primo con-
cordat, non erat Peritus in dicta arte, ſed Chi-
rurgus, cui propterea tanquam deponenti ſu-
per re non ſpectante ad eius officium nulla
fides adhibenda venit, vt aduertit *Anchar. con-
ſil. 330. num. 6.* cum Peritis in ſola propria arte
ſtandum ſit, & non in alia ex pluribus notatis
per *Maſcard. de probat. concluſ. 1174. nu. 1. & ſeqq.*

6 Tum etiam quia non percutiunt tempus
factæ interpellationis ad recipiendum, cum
deponant de menſe Maij, & Iulij anni 1651.
& ſic longè poſt factam conſignationem, quo
tempore potuit eſſe mutata qualitas Vitrioli
tanquam rei mineralis ſubiectę mutationibus
& facilis corruptionis, probatio enim quæ nō
percutit tempus, nullius eſt releuantiæ, quan-
do tempus eſt de ſubſtantia *Iaſ. conſ. 46. num. 27.
lib. 3. Rota coram Durano deciſ. 337. num. 43. in Abu-
len. portionum* 14. *Maij* 1647. *& in Aſten. Coadiuto-*
7 *riæ 21. Iunij* 1652. *coram me*; Et in ſimilibus re-
bus limitatur regula, quod non præſumatur
mutatio argumento *text. in l. 1. & in l. ſi quis Vi-
na 4. in d. l. ſi per emptorem, & l. illud ff. de peric. &
commod. rei vend.*

8 Imò in contrarium adſunt Teſtes vigore
remiſſoriæ examinati aſſerentes, *Che il Vetriolo,
fatto fabricare dall' Attauanti nell' edificio di Viterbo
è ſtato ſempre in vn modo, e tanto era dal principio
che cominciò à lauorare quanto ſino al preſente gior-
no tutto di vna qualità, e bontà*, Quibus Teſtibus
deponentibus de affirmatiua magis eſt creden-
dum, quàm alijs deponentibus de negatiua
*Cæſar. de Graſ. deciſ. 118. alias 7. num. 4. de præben.
Merlin. deciſ. 97. num. 5. & deciſ. 242. num. 3.* cum
alijs per *Gratian. cap. 843. num.* 19. Maximè cum
9 deponant veriſimiliora, & magis præcisè, ac
tempus conſignationis percutiant *l. ob Carmen
§. vlt. ff. de teſtib. cap. licet cauſam verſ. ex præmiſſis
de probat. Aym. conſ. 1. pro genero num. 372. Mantic.
deciſ. 215. num. 4. &* 5.

10 Vlterius ponderabant Domini, quod Bet-
tus ex cumulo Vitrioli exiſtentis in Magazze-
no Corneti recepit ſine vlla reclamatione
milliaria 160. & vltra per cuius receptionem
videtur approbaſſe illud fuiſſe tale, quale pro-
miſſum fuerat *Rot. Genuen. deciſ. 136. ſub num.* 5.
11 parum obſtante quod reſiduum venditum
fuerit ſcutis 12. pro quolibet milliario, quia
ex lapſu temporis potuit mutari qualitas, vt
ſupra deductum fuit, prout mutatam fuiſſe
damno eiuſdem Betti attenta proteſtatione
Attauantis probat *Text. in l. ſi vina ff. de peric. &
commod. rei venditæ Bart. in l. Item liberatur §. qui
paratus num. 1. ff. quibus mod. pignus, vel hypot. ſoluit.
Dec. conſ. 421. num. 7. & ſeqq. Natt. conſ. 631.
num. 2.*

12 Nec contradicit tertius Peritus, quatenus
firmat, *Che il Vetriolo non è Romano per non eſſer
ben purgato, ne ben conditionato ſi come ſi vede nella
ſua giallezza, e dalla quantità di terra, che vi è den-
tro, & anche per eſſer la Miniera imperfetta per la
troppo graſſezza, che impediſce non poterſi redurre in
pani, vt in Summ. num.* 10. quia conuentio non
fuit de vendendo Vitriolo Romano, vel con-
fecto in Terra Siluenæ quod venditur pretio
ſcutorum 60. vt deponunt communiter Te-
ſtes, ſed de Vitriolo Viterbieñ, de quo Bettus
notitiam habebat, & per cuius receptionem
in maiori parte videtur approbaſſe venditio-
nem in totum ad *text. l. de lege §. fin. ff. de lege
commiſſ. Aym. conſ. 106. num. 2. & ſeqq.* & probat
Surd. conſ. 104. num. 7. & ſeqq. quem ſequitur
Gratian. diſcept. for. cap. 239. num. 26.

13 Et ex his patet etiam reſponſio ad ea, quæ
dicuntur ab alijs Teſtibus, & Peritis, & præci-
puè à Zampichetto; quia non firmant Vitrio-
lum eſſe malæ qualitatis habito reſpectu ad
locum, in quo fabricatum fuit, ſed ad diſtin-
ctionem alterius, quod conficitur in fodinis
Siluenæ, quod eſt melioris qualitatis, & con-
ditionis, & venditur pro maiori pretio.

14 Denium non obſtat, quod quartus Peritus
proceſſerit ad experimentum Vitrioli non
obſtante allegatione ſuſpecti, nām prima re-

cuſatio die 3. Maij in termino intimationis facta fuit à Procuratore non habente ſpeciale mandatum *Rolan.conſ.19.num.2.lib.3.Ioſeph Ludouic.concluſ.30.illat.24.Fontanell.deciſ.4.num.8.Rot.coram Gregor.deciſ.368.num.1.* & ibi *Adden.*
15 *nu.8.* Altera verò facta à principali tanquam extrà tempus, & poſtquam Peritus ab Vrbe diſceſſerat, vti calumnioſa non fuit habita in conſideratione *cap. ex parte de appellat.* nam idem eſt non recuſare,& minus validè hoc facere *l.non putauit* §.*non quæuis*, & ibi *Bart. ff. de bon. poſſ. Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 518. num.6.*

Ex quibus Domini reſponderunt pro executione mandati vtraque parte informante &c.

BVRGEN. BENEFICII.

Veneris 18. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Beneficia Diœceſis Burgen vigore Conſtitutionis Synodalis non poſſunt conferri niſi filijs patrimonialibus, & habentibus quædam requiſita particularia.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Synodalis Burgen. diſponit, quod beneficia illius Diœceſis non conferantur, niſi filijs patrimonialibus.*

2 *Patrimonialitatis in probatione in terminis dictæ Conſtitutionis multum confert, ſi alter frater poſſidet beneficium in eadem Eccleſia.*

3 *Liber Baptiſmi probat, quē eſſe oriundū ex aliquo loco.*

4 *Ætas probatur ex fide Baptiſmi.*

5 *Habilitas ad obtinen. beneficium probatur ex relatione Examinatorum.*

6 *Beneficium debet ei adiudicari, qui habet requiſita neceſſaria ad illud obtinendum.*

7 *Simonia debet ſaltem ſemiplenè probari ad effectum excludendi aliquem ab aſſecutione beneficij.*

8 *Teſtis aſſerens audiuiſſe ab aliquo, qui id negat, nihil probat.*

9 *Simoniæ crimen non præiudicat Tertio in aſſecutione beneficij, ſi illius non fuit particeps.*

10 *Teſtis deponens ſe publicè audiuiſſe, debet exprimere à quo audiuerit, alias non probat.*

11 *Teſtis vnicus non probat.*

12 *Ætas requiſita ab aliqua Conſtitutione, ſi deficiat, collatio beneficij non ſuſtinetur.*

DECISIO CCXIV.

VACANTE Beneficio in Eccleſia loci de Rubena plures comparuerunt Oppoſitores, quorum aliqui ceſſerunt liti, Chriſtophorus verò, & Ioannes cœperunt contendere de illius adiudicatione; vnde propoſito dubio, Cuinam illorum Beneficium eſſet adiu-
1 dicãdũ Domini pro Chriſtophoro reſponderunt; quia docet per Teſtes formiter examinatos, ſe eſſe filium Patrimonialem loci de Rubena, in quo vacauit Beneficium contro-uerſum ad formam Conſtitutionis Synodalis, vt tradit *Gonzal.ad reg.8.gloſſ.9.§.1.num.19. verſ.*
2 *in Diœceſi Burgen.* Et vltrà quod Franciſcus eius frater poſſidet Beneficium in eadem Eccleſia, quod multum confert ad concludeñ Patrimonialitatem, vt dixit *Rot.in Calagurita na Beneficij de Auſeio 27. Iunij 1653. coram R. P. D.*
3 *meo Bichio*; Exhibet etiam fidem Baptiſmi, quam ſufficere ad probañ, ipſum eſſe oriundum ex tali loco firmat idem *Gonzal.vbi ſupra num.112.* & dixit *Rota deciſ.699.num.1.par.2.rec. & deciſ.137.num.3.par.5.*

4 Et ex eadem fide Baptiſmi conſtat, dictum Chriſtophorum prodiiſſe in lucem de menſe Iulij 1618. & conſequenter habere ſufficientem ætatem requiſitam à dicta Conſtitutione, vt tradit *Mandoſ. ſuper regul. Cancell. reg. 18, quæſt.10.num.3.Rota in rec.deciſ.138. num.2. & deciſ.260.num.14.par.6.& coram Buratt.dec.75.nu.1. & deciſ.365.num.2.*

5 Habilitas demum, & literatura in legendo, & conſtruendo reſultat ex fide Examinatorū, qui in duplici examine illum retulerunt idoneum, vt dixit *Rota coram Buratt.deciſ.613.nu.6. & deciſ.931.num.2.& coram Eminentiſſ. Card. Otthobono deciſ.187.num.2.*

6 Quibus ſtantibus eidem Chriſtophoro Beneficium venit adiudican. vt diſponit *text. in cap.illud in fine, vbi Abb. de Iurepatr. & in can. decernimus 16.quæſt.1.Rot.coram dicto Eminentiſſimo Otthobono deciſ.123.num.5. deciſ. 259. numer.2. & deciſ. 264. eodem num. & in Calaguritana Beneficii de Lequitio 23.Maii 1653.coram me.*

7 Non obſtat incapacitas ratione Simoniæ, prætenſæ ex eo, quod frater ipſius Chriſtophori promiſerit quædam Didaco vni ex oppoſitoribus ad hoc, vt à concurſu deſiſteret, quia illa nullo modo probatur, prout ſaltem, ſemiplenè probari debuiſſet ad effectum ipſum excludendi ab aſſecutione Beneficij, vt dixit *Rota in Militen.Parochialis 31.Ianuarii 1650*
8 *coram R. P. D. meo Bichio*, Siquidem Teſtis pro informatione Curiæ examinatus aſſerit id audiuiſſe à Didaco, & tamen Didacus id negat, expreſsè firmans, ſe liberè, & ſpontè ab oppoſitione deſtitiſſe reddens rationem, quia diffidebat de iuribus ſuis, & timebat ſibi præiudi-
9 care in alijs vacationibus; Et cum deponat de conuentione, & tractatu facto cum fratre Chriſtophori, non autem cum ipſo Chriſtophoro, eidem præiudicare non poteſt, vt dixit *Rota coram Mant.deciſ.211.num.12.Penia dec.21t. num.5.* & firmatum fuit *in Toletana Penſionis 27. Ianuarii 1627. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, vbi quod tali caſu, nec intrat Bulla ſa:mem: Pij V. de confidentia in ordine 87.

10 Alter verò Teſtis examinatus in Curia quatenus deponit publicè audiuiſſe, quod Chriſtophorus vocabatur Simoniacus, non venit attendendus, tum quia non exprimit à quibus audiuerit *Natt.conſ.473. num.16. Rota in Tullen.Matrimonii 15. Ianuarii 1653. coram R. P. D. meo Albergato*, cum poſſit eſſe, quod audiuerit à perſonis ſuſpectis, & intereſſatis, & ſic quod habeat initium vitioſum *Rot. deciſ. 257. num.7.par.4.tom.2.rec.& deciſ.739.num.34.& 35. par.4.*

11 *par. 4. tom. 3.* Tùm quia eſt vnicus *cap. licet ex quadam de teſtib. Rota coram Merlin.deciſ.174. nu.5. & deciſ.319.num.9.*

12 Nec Ioannes poteſt concurrere cum Chriſtophoro, quia in eo deficit ætas legitima annorum 23. requiſita à prædicta Conſtitutione, prout ex hoc capite alias reiecti fuerunt oppoſitores, qui voluerunt concurrere, vt in *deciſ.15.num.1. par.2. recent. & coram Durano deciſ.79. eodem num. & ſeqq.et in Burgen. Beneficii 1. Iulii 1650.coram R.P.D.meo Meltio.*

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA BENEFICII De Ocon.

Lunæ 6. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Beneficia Calaguritanæ Diœceſis adiudicari debent ei, qui vltra requiſita, expreſſa in Conſtitutione Clementis VIII. habet alias qualitates præponderantes.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium illi venit adiudican. qui præeminet in qualitatibus.*
2 *Senior præferendus eſt iuniori.*
3 *Sacerdos antiquior debet præferri iuniori in Sacerdotio.*
4 *Item qui approbatus fuit, ad audiendas fidelium confeſſiones, & curam animarum exercuit.*
5 *Nobilis præfertur ignobili.*
6 *Pauper præfertur diuiti.*
7 *Præſertim ſi facultates in ſtudijs conſumpſit.*
8 *Ordinarij iudicium habet præſumptionem pro ſe.*
9 *Baccalaureatus operari debet cæteris paribus, ſecus in concurſu aliarum qualitatum.*

DECISIO CCXV.

1 EX tribus Oppoſitoribus, concurrentibus ad Beneficium controuerſum, cenſuerunt Domini illud eſſe adiudicandum Ioanni Guerrero, qui vltra alia requiſita, contenta in Conſtitutione Clemētis cæteris Oppoſitoribus præeminet in qualitatibus iuxtà *text. in can.ſi fortè 65.diſtinct.* & in terminis iſtorum beneficiorum firmauit *Rot. in Calaguritana Beneficij de Lumbreras 4.Iulj 1646.coram R.P.D.meo Otthobono,* & in alijs relatis *in Calaguritana Beneficij de Haro 14.Martii 1653.coram Reuerendiſſimo D.meo Decano.*

2 Etenim non reuocatur in dubium, quod ipſe ſit ſenior collitigante, nàm id apparet ex fide Baptiſmi vtriuſque, & cōſequenter tanquam talis præſumitur, maiorem prudentiā, & maturitatem habere ad notata per *Bald. in conſ.167.in fine, & per Roland.conſ.47.nu.70.lib.1.* & dictum fuit *in Calaguritana Beneficii de Zeruera 15. Maii 1654. coram R.P.D. meo Bichio, et in Calaguritana Beneficiorum de Cornago 25. Iunii proxime præteriti 1655. coram R. P. D. meo Albergato.*

3 Imò non ſolum eſt ætate maior, ſed etiam antiquior Sacerdos, quam ſit Franciſcus, qui cum eo concurrit, quam qualitatem ponderauit Rota in hac cauſa ad fauorē Ioannis de Vrquideſ, *vt in deciſ. 15. Decembris 1653. coram me, et in Calaguritana Beneficii de Alexanco 30.Ianuarij 1654.et 26.Iunij 1655 coram Reuerendiſſimo D.meo Decano.*

4 Concurrit pariter, quod aliàs approbatus fuit ab Ordinario ad audiendas fidelium confeſſiones, quodque curam animarum per plures annos laudabiliter exercuit, vt latè firmatum fuit *in Calaguritana Beneficij della Caſa della Reina 16.Ianuarij 1647.coram R.P.D. meo Bichio, et in Calaguritana Beneficij de Ocon 1. Iulij 1652. coram R.P.D.meo Zarate.*

5 Inſuper eſt nobilis, & pauper, & in beneficijs certum eſt, quod nobilitas ſanguinis eſt conſideranda, vt docet *gloſſ.in cap.conſtitutis 46. verbo impotentiam de appellat. Tiraq.de nobilit.cap. 20.num.10.et 11.* & notat *Gutierez.conſil.2.nu.26.* cum alijs *in Calagurita Beneficij de Clauixo 26. Iunij 1654.coram R.P.D.meo Cerro.*

6 Quemadmodum etiam paupertas magni eſt facienda iuxtà ea, quæ notat *Lara de Anniu. et Capellan.lib.2.cap.3.num.11.* vbi ait pauperem idoneum præferendum eſſe diuiti idoniori *Rot.deciſ.16.num.7.par.2. diuerſ. et in Calaguritana Beneficij de Alexanco 20.Iunii 1653.coram R.P.D.*

7 *meo Beuilacqua.* Præſertim quando, vt in præſenti patrimonium fuit in ſtudijs inſumptum *Auth.habita C.ne filius pro patre,* ibi, *amore ſcientiæ exules facti de diuitibus pauperes.*

8 Demum concurrit pro Ioanne non ſolum præſentatio Beneficiatorum, ſed etiam inſtitutio reportata ab Ordinario, pro cuius iudicio præſumeñ eſſe ſtatuit *text. in cap. in præſentia,* ibiquc *Doct.de renunc.Rot.in Maioricen. Parochialis 13.Iunii 1646.coram me,* vbi cumulantur concordantes, *et in Calaguritana Beneficii de Ocon 1.Iulii 1652.coram R.P.D.meo Zarate.*

9 Nec releuat, quod Aduerſarius lauream Baccalaureatus ab Vniuerſitate Compluteñ obtinuerit, nàm cum Ioannes in pluribus eū ſuperet, hæc qualitas non valet impedire illius prælationem, cum tantum operari poſſet cæteris paribus iuxtà *text. in §. ordinatione auth. de Monach. Dec.in cap.Clerici num.38.et 39.de Iudic.* & firmatum fuit *in Calaguritana Beneficij de Lequtio 23.Maij 1653.coram Me, & in alia de Erze 16. Martij 1654. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Et ità &c.

FIRMANA PENSIONIS.

Veneris 17. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Clericus per aſſumptionem Militiæ ſecularis amittit irreuocabiliter penſionem, etiamſi poſteà habitum Clericalem reaſſumpſerit, & quamuis non præceſſerit trina monitio, vel citatio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus aſſumendo Militiam ſecularem penſionem amittit.*

2 *Clericus aſſumendo Militiam ſecularem, videtur renunciare Eccleſiaſtica.*

3 *Clericus effectus Miles etiamſi non dimicauerit, & habitum reaſſumpſerit non propterea penſionem recuperat, & num. 7.*

4 *Extinctum quod ſemel fuit, amplius non reuiuiſcit.*

5 *Clericus, licet per Militiam ſecularem, & dimiſſionem habitus Clericalis non amittat irreuocabiliter priuilegium Clericale, amittit tamen irreuocabiliter penſionem.*

6 *Clericus effectus Miles amittit penſionem, etiamſi non fuerit monitus, nec citatus.*

7 *Prout etiam amittit beneficium, licet non præceſſerit citatio, vel monitio.*

8 *Penſio iiſdem modis extinguitur, quibus beneficium vacat.*

9 *Diſpenſatio tanquam ſtricti iuris non admittit extenſionem de caſu ad caſum, neque ex maioritate rationis.*

DECISIO CCXVI.

FIRMARVNT Domini ſub die 25. Iunij 1649. Penſionem ſcutorum 65. reſeruatam ad fauorem Alimenti Scipionis eſſe extinctam: Et hodie repropoſita cauſa, permanſerunt in reſolutis. Nàm, cum idem Ali-
1 mentus poſt obtentam dictam Penſionem, deputatus fuerit Cuſtos, & Præfectus Arcis Arquatæ, & tamquam talis iuramentu m militare præſtiterit, ac habitum, & Tonſuram deſerendo, ſecularem Militiam ſuſceperit, ſtatim effectus fuit incapax Penſionis prædictæ, vt ex opinione *Zabarella in Clem. vnica §. eadem in 6. quæſt.* ibique *Imol. n. 26. de ſupplen. neglig. Prælat.* firmant expreſsè *Gig. de Penſ. quæſt. 55. nu. 4. Gambar. de off. & poteſt. legat. lib. 6. nu. 743. & ſeqq. Viuian. de Iurepat. lib. 13. cap. 9. num. 55. in fine verſ. vel ſi fiat Miles, Ricciull. de iure perſon. lib. 7. cap. 5. num. 26. & ſeqq.* Et pluribus comprobat *Ciarlin. contron. forenſ. lib. 1. cap. 36. num. 37. & ſeqq. & lib. 2. cap. 136. num. 7.*

2 Militia enim Eccleſiaſtica eſt incompatibilis cum Seculari, ideoque Clericus, ſtatim atque ſecularem Militiam aſſumit, videtur alteri renunciare *Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 73. ſub num. 6. verſ. item Clericus,* qui effectus eſt Miles, *Gig. de penſ. dicta quæſt. 55. num. 1. et 2. Ferdin. à Caſtropalao oper. moral. part. 2. tract. 13. diſput. 1. punct. 11. §. 10. num. 9.* & latè proſequitur *Carol. Marant. contron. iur. reſp. 50. per tot. part. 5.* cum alijs adductis in deciſione quæ reuidetur.

3 Nec refert, quod Scipio actu non dimicauerit, nec ſæua exercuerit, & poſſit quandocumque habitum Clericalem reaſſumere; Nàm poſtquam Penſio fuit extincta ex præſumpta, & ſpontanea eius renunciatione facta Militiæ Clericali, non eſt amplius locus
4 pœnitentiæ, quia ſemel extinctum amplius nõ reuiuiſcit, etiamſi ceſſet cauſa extinguens, vt benè in propoſito docet *Abb. in cap. 1. nu. 6. de Cleric. coniug. Gig. vbi ſuprà quæſt. 54. numer. 8. Ricciull. de iure perſonar. dicto lib. 7. cap. 5. num. 17. & pluribus ſeqq.* & præſertim *num. 26.* Et latè defendit *Ciarlin. contron. forenſ. allegato cap. 36. numer. 52. & ſeqq. & cap. 136. num. 20.*

5 Et Clericus, licet per Militiam ſecularem, & dimiſſionem habitus Clericalis non amittat irreuocabiliter priuilegium Clericale, perdit tamen irreuocabiliter Penſionem, quam non recuperat ſine noua reſeruatione, vt reprobato *Graſſio* notat *Ricciull. loco proximè citato,* quem allegat, & ſequitur *Barboſ. in cap. fin. numer. 1. & 2. de Cleric. coniugat. & in tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1 cap. 39. §. 2. num. 79. & lib. 3. cap. 14. num. 32.* vbi de beneficio, & facit *gloſſ. in Clem. gratia verb. reſignaueris de reſcript.* & per eam *Sanchez de Matrim. lib. 7. diſput. 42. num. 6.*

6 Hinc non vrget, quod nulla præceſſerit citatio, vel monitio; Nàm hodiè non agitur de amittendo priuilegio Clericali iuxtà *text. in cap. fin. de vita, & honeſt. Cleric.* Sed tantum de amiſſione Penſionis, quàm Clericus ipſo iure perdit per militiam ſecularem, nec recu-
7 perat per habitus reaſſumptionem: Prout pariter non recuperat beneficium, etiamſi nulla præceſſerit citatio, vel monitio *gloſſ. in cap. fin. verb. redierint,* ibique *Hoſtienſ. propè finem verſ. aut Ii, & Abb. num. 4. de Cleric. non reſid. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 15. poſt princ. verſ. quæres*
8 *an Eccleſia.* Penſio enim iiſdem modis extinguitur, quibus Beneficium vacat *Gabr. conſ. 187. num. 11. & conſ. 200. num. 12. lib. 2. Garz. de beneſ. part. 1. cap. 5. num. 106. & ſeqq. Sanchez ad præcepta Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 28. nu. 36.* alioſque cumulat *Farinacc. conſ. 204. numer. 17. & ſeqq.*

9 Diſpenſatio verò obtenta ſuper impedimento Matrimonij, & ſuper geſtatione habitus ſecularis ſupplere non poteſt defectum prouenientem ex Militia: Nàm in ijs, quæ ſunt ſtricti iuris, prout ſunt Diſpenſationes, non datur extenſio de re ad rem, vel de caſu ad caſum etiam ex maioritate rationis *Couarr. de Sponſal. part. 2. cap. 8. §. 8. num. 11. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 4. num. 48. & 49. Ricc. deciſ. Cur. Archiep. Neap. 95. per tot. part. 1. Rot. coram Penia deciſ. 488. num. 1. & ſeqq. & in rec. deciſ. 94. num. 5. part. 6.*

Et ità vtraque &c.

ILLERDEN. DECIMARVM.

Mercurij 22. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Laicus an, & quando ſit capax Iuris decimandi, & quomodo dictum ius efficiatur litigioſum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia facit tranſitum in iudicatum, ſi ab ea non fuerit appellatum, vel appellatio non proſecuta.*

2 *Reſtitutio in integrum non datur aduerſus rem iudicatam, ſi Sententia ſit valida, & iuſta.*

3 *Lai-*

Digitized by Google

3 *Laicus quo caſu dicatur capax iuris decimandi.*
4 *Immemorabilis quomodo probari debeat.*
5 *Examen ſinè interrogatorijs Partis eſt validum, quando pars citata non curauit illa exhibere.*
6 *Immemorabilis non probatur, quandò Teſtes non deponunt de viſu per 40. annos antè motam litem.*
7 *Exceptio excludit comprehenſionem, & eximit caſum exceptum è corpore diſpoſitionis.*
8 *Lis ſuper vna re non poteſt operari reſpectu alterius.*
9 *Reſponſio regulari debet ad formam petitionis.*
10 *Lis non dicitur conteſtata ſuper exceptione Rei, niſi concurrat impugnatio, & negatio Actoris.*
11 *Immemorabilis eſt compatibilis cum priuilegio, quando ex eo non deducitur initium.*
12 *Productio facta in vno Iudicio, & ad alium finem non præiudicat in Iudicio diuerſo, & ad diuerſum effectum.*

DECISIO CCXVII.

NON docuit Capitulum, ſe appellaſſe à
1 Sententia Reuerendiſs. Terracineñ, lata
de anno 1642. ad fauorem Carlani loci de
Albelda ſuper ſolutione Decimarum; Imò
quatenus de appellatione doceret, adhuc cum
illam non fuerit proſecutum, nec curauerit
prorogari fatalia, Sententia fecit tranſitum
in iudicatum, & cauſa remanſit deſerta, *Clemen. ſi appellationem, & Clem. ſicut de appellat. Rot. coram Eminentiſſ. Otthob. deciſ. 44. num. 4.*
2 Nec videtur locus reſtitutioni in integrum,
quia ex actis Sententia detegitur valida, & ex
Deciſionibus apparet iuſta: Etenim, cum Car-
3 lanus probauerit, eſſe in quaſi poſſeſſione per-
cipiendi Decimas ab immemorabili tempore
etiam cum fama priuilegij Apoſtolici; hinc
ſequitur, Sententiam eſſe iuſtam, nàm attenta huiuſmodi probatione etiam laicus eſt capax iuris decimandi, vt poſt *Io. Andr. in cap. cum Apoſtolica num. 9. ad finem verſ. ſatis videtur. et Abb. ibidem num.* 12. de his quæ fiunt à Prælat. ſinè conſenſu Capituli, aduertit *Felin. in cap. cauſam 5. num. 3. de præſcript. & in cap. cum contingat 13. num. 4. verſ. ſi tamen de for. compet.* & firmauit *Rota deciſ. 715. num. 1. part. 3. rec.*
4 Immemorabilis verò controuerti non poteſt, nàm Teſtes, vigore Remiſſoriæ examinati, concludenter de ea deponunt cum omnibus requiſitis *gloſſa in cap. 1. verbo memoria de*
5 *præſcript. in 6.* Et licet examen factum fuerit
abſque Interrogatorijs, attamen, cum Pars
citata non curauerit illa exhibere, talis defectus eidem eſt imputañ; Nec eſt locus repetitioni Teſtium *Rot. coram Mantic. deciſ. 9. num. 6. & coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 351. num. 47.* vbi *Add. num. 51. & deciſ. 466. num. 2.* cum alijs relatis per *Farinac. de Teſtib. quæſt. 73. num. 73.*
6 Non ob. quod Teſtes non potuerint deponere de viſu per 40. Annos antè motam litē, cum illa prætendatur cōteſtata de anno 1593. & 1594. Nàm, vt benè reſpondetur in Deciſionibus ad fauorem Carlani editis, Capitulū de dicto anno 1593. non reuocabat in dubium, ipſum eſſe vniuerſalem Decimatorem, producendo Sententiam arbitramentalem latam ſuper tali iure de anno 1418. ſed tantum prætendebat, ab huiuſmodi ſolutione eſſe exemptas nonnullas Terras, & Domos particulares, petendo deſcriptionem Bonorum exemptorum, & non exemptorum, ne confunderentur exactiones, quæ prætenſio in reliquis comprobat intentionem Carlani, cum
7 exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis *l. nam quod liquida ff. de penu. legata, §. vt autem Auth. de non alienan. aut permut. reb. Eccl. Surd. conſ. 453. num. 6. Rot. coram Buratt. deciſ. 841. numer. 3.*

Patet igitur ex prædictis, litem non fuiſſe introductam ſuper vniuerſo iure Decimandi, ſed tantum ſuper Decima particulari, & ſuper eo, an liceret Capitulo cogere Incolas, & habitatores loci de Albelda ad denunciandum
8 Terras Francas, & exemptas, ideoque tanquā
ſuper vna re, non poteſt operari reſpectu alterius, vt aduertit *Natt. conſ. 32. nu. 11. Caſ. Manent. deciſ. 36. num. 50. in fine, Rot. in Comen. Iurispatronatus 2. Iuny 1606. coram Iuſto, & in Hiſpalen. Decimarum 26. Iunij 1647. coram Eminentiſſimo Corrado.*

Prout nec etiam illa deduci poteſt ex reſponſione Carlani, emiſſa de anno 15[illegible]. Nàm
9 vltrà quod reſponſio regulari debet ad formā
petitionis, adhuc, cum Capitulum nunquam impugnauerit ius Decimandi in eodem Carlano, fruſtrà exindè deducitur conteſtatio li-
10 tis, quæ non datur ſuper exceptione Rei ſinè
impugnatione, & negatione Actoris ad *text. in cap. veniens 13.* & ibi, *gloſſa verbo negante de renunc. Felin. in cap. vnico num. 6. verſ. limita ſecundò de lit. conteſt.* & vltra adductos per *Pac. Iordan. diuerſ. elucubrat, tom. 3. lib. 14. tit. 5. num.* 5. firmauit *Rot. in hac cauſa deciſ. 520. num. 5. par. 5. recent.*
11 Nec refert productio Priuilegij, quia compatitur cum immemorabili, dum ex eo non deducitur principium, & allegatio eiuſdem priuilegij facta fuit ad maiorem cautelam ad *text. in cap. auditis de præſcript. & in cap. cum perſona,* ibique *gloſſ. verb. munitos de priuil. in 6. Rot. in Toletana Decimarum 27. Iunij 1608. coram Ortembergo, et in Toletana Decimarum 16. Martij 1643.*
12 *coram Me.* Et fortius, quia productio non apparet facta in hoc iudicio, ſed in alio, & ad diuerſum effectum, nempè diuiſionis *Rot. deciſ. 29. num. 45. et ſeqq. et deciſ. 182. num. 22. par. 7. recent.*

Et ità conſtare de re iudicata, non autem de cauſis reſtitutionis in integrum vtraque parte informante deciſum fuit.

FVLGINATEN. ATTENTATORVM

Lunæ 27. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Attentata ſunt omnia geſta coram primo Iudice poſt commiſſam alteri cauſam, *vt procedat ad legitimam*, vel cum clauſula ſimili tranſlatiua exequutionis; Et maximè ſi vigore dictæ Commiſſionis fuerit obtenta, & præſentata

 Iuhi-

Inhibitio Rotalis, quæ ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta timenda eſt.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* vt ad legitimam executionem procedat, *licet non reuocet executionem factam, impedit tamen faciendam.*
2 *Clauſula prædicta adimit facultatem Iudici à quo, proceden. ad vlteriora.*
3 *Attentata ſunt omnia geſta coram primo Iudice poſt commiſſam cauſam cum clauſula ſuſpenſiua.*
4 *Inhibitio Rotalis ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſemper eſt timenda.*
5 *Inhibitio Rotalis non admittit cognitionem, vel declarationem alterius Iudicis.*
6 *Tertius veniens ad cauſam ad defenſionem alterius facit omnia acta ſua.*
7 *Signatura Iuſtitiæ reſcripta non poſſunt alterari, aut reuocari per Auditorem Præfecti eiuſdem Signaturæ.*
8 *Mandatum de manutenendo datur pro reuocatione attentatorum.*

DECISIO CCXVIII.

1 MANDATVM de ſubhaſtan, deliberatio bonorum, & poſſeſſio capta per Eliſeos emanarunt vigore mandati Iudicis à quo poſt commiſſam cauſ m appellationis in Rota eum clauſula, *vt ad legitimam executionem procedat*, quę clauſula; Licet non retractet exequutionem factam, & conſumatam, tamen impedit faciendam, vt dixit *Rota in Romana Dotis 2. Iunij 1636. coram Reuerendiſs. Terracinen. & in Auenionen. Attentatorum 10. Ian. 1648. coram Me.*

2 Et adimit facultatem eidem Iudici procedendi ad exequutionem, vt notat *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 86. num. 7. & ſeqq.* & firmauit *Rota in Ianuen. Pecuniaria, ſeu Attentatorum 24. Ian. 1642. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

3 Vndè meritò reſponderunt DD. Conſtare de attentatis: Nam poſt commiſſam Cauſam appellationis cum clauſula ſuſpenſiua exequutionis quicquid coram primo Iudice factum fuit, remanet nullum, & attentatum, *l. Sciendum ff. de appell. recip. cap. ex parte de appell. cap. non ſolum eodem titu in 6. Rota dec. 534. in princ. par. 5. rec. & in Leodien. attentatorum 25. Maij 1648. coram R. P. D. meo Cerro.*

4 Fortius verò in præſenti caſu, in quo fuit conceſſa Inhibitio Rotalis, præuia perſonali citatione ad dicendum contra Commiſſionē, illa enim ſiuè iuſta, ſiuè Iniuſta timenda erat, *Rota deciſ. 26. num. 3. de appell. in antiq. coram Durano deciſ. 104. num. 2.* Nec licuit eiſdem de Eliſeis

5 aſſumere partes Iudicis ſuper illius declaratione, vt dictum fuit *in Aeſina Laudi 19. Decembris 1625. coram Pirouano, & in Toletana Matrimonij 20. Iunij 1645. coram Eminentiſſimo Cardinali Corrado, & in Taurinen. Parochialis 13. Nou. 1647. coram me.*

6 Nec obſtat, quod commiſſio appellationis obtenta fuerit contra Perſichettum fideiuſſorem; Nam cum Eliſei fuerint admiſſi ad cauſam in dicto Iudicio, & comparuerint adhærendo eidem Perſichetto; Quiſſimò vſi fuerint mandato, & exequatur ad eius fauorem relaxato, fecerunt omnia acta ſua *Mohedan. dec. 3. de Iudic. Greg. dec. 259. & dec. 303. vtrobique nu. 1. & coram Coc. dec. 224. n. 5.*

7 Minus facit, quod Auditor Eminentiſſimi Præfecti mandauerit, reſcriptum non aſſicere: Nam cum factum fuerit in plena Signatura, requirebatur aliud reſcriptum ſimile *iuxt. text. in cap. cum acceſſiſſent*, ibique *Abbas num. 2. verſ. inferior autem, Dec. num. 16. & Felin. num. 9. de Conſtit. Clem. ne Romani verbo nos inter de elect.* Et iu puncto firmauit *Rot. in Hydruntina pecuniaria 23. Ian. 1619. coram Vbaldo.*

8 Reſponderunt pariter DD. eiſdem Cattaneis dandum eſſe mandatum de manutenen. Quia illud etiam competit pro reuocatione attentatorum reſpectu poſſeſſionis; Dum ipſi non habuerunt ſe pro ſpoliatis, *Rot. coram Seraph. dec. 1176. n. 6. in Baren. ſeu nullius pecuniaria 24. Ian. 1646. coram R. P. D. meo Cerro, & in dicta Auenionen. attentatorum 10. Iunij 1648. coram me.*

Et ità &c.

BVRGEN. BENEFICII.

Lunæ 15. May 1656.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Synodalis Burgen. eſt vtilis, ac fauorabilis Eccleſiæ, & pluries approbata à Rota, & ſemper obſeruata in collatione Beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Præſentationis vim habet oppoſitio, quando in reliquis quis habet qualitates, requiſitas à Teſtatore, vel ab aliqua Conſtitutione.*
2 *Conſtitutio Synodalis Burgen. fuit ſemper à Rota approbata, cum nihil diſponat contra ius, ſed tantum prater ius.*
3 *Conſtitutio prædicta eſt vtilis, & fauorabilis Eccleſiæ.*
4 *Obſeruantia probatur ex Teſtibus.*
5 *Obſeruantiæ probatio debet eſſe ſpecifica, & indiuidua reſpectu caſus controuerſi.*
6 *Obſeruantia vt excludatur, debet probari Conſuetudo contraria in eodem caſu, & cum iiſdem facti circumſtantijs.*
7 *Obſeruantia, probata reſpectu partis, concludit etiā reſpectu totius propter vniuerſalitatem cauſæ.*
8 *Beneficium illi debet adiudicari, qui habet maiores qualitates.*

DECISIO CCXIX.

ATTENTA Conſtitutione Synodali Burgen. quæ antiquiorem dimidium Portionarium in Eccleſia reſidentem præſentari iubet. Cenſuerunt Domini Beneficium controuerſum integram portionem nuncupatum adiudican. eſſe Io. Baptiſtæ; & conſequenter ſententiam Rotalem eſſe confirmandam licet ipſe à Beneficiatis præſentatus non

fue-

1 fuerit, nihilominus quia ſe oppoſuit, nec alius
antiquior concurrit; habetur pro præſentato,
iux. tex. in l. nnum ex familia § ſi falcidia ff. de leg. 2.
Gonz. ad reg. 8. gloſ. 9. § 1. ſub num. 94. verſ. pariter,
& pluribus comprobat *Lotter. de re benef. lib. 2.*
quæſt. 28. num. 26. & ſeqq. Rot. coram Buratt. dec. 45.
num. 4. & 5. ibiq. Add. num. 9. & deciſ. 737. num. 5. &
coram Duran. deciſ. 370. num. 2. & firmatum fuit
in deciſ. 97. num. 3. par. 3. recent. in Comen. Beneficij 1.
Iulij 1641. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. in Gerunden. Beneficij 27. Iunij 1644. & in Feſulana Beneficij
ſeù Oratorij 27. Iunij 1646. coram R. P. D. meo
Bichio.

2 Nec validitas d. Conſtitutionis poteſt amplius in controuerſiam deduci, nam pluries
fuit approbata in Rota; vt habetur *in deciſ. 15.*
num. 2. & 3. par. 2. rec. Cumque nihil diſponat
contra, ſed tantum præter ius potuit ab Ordinario validè condi, præſertim approbante
Synodo Diœceſana; vt in terminis firmauit,
Rot. coram Duran. deciſ. 79. num. 3. & 4. in Burgen.
Beneficij 1. Iulij 1650. coram R.P.D. meo Meltio,
cum alijs adductis *in deciſ. huius cauſa coram*
3 *R.P.D. meo Bichio*, vbi ponderatur vlterius,
illam eſſe vtilem, & fauorabilem eidem Eccleſię, cum ea mediante prouideatur de perſonis idoneis, vndè attenta vtilitate prædicta
potuit Epiſcopus cum conſenſu Beneficiatorum, qui in Synodo interuenerunt, reſtringere prætenſam eorum facultatem liberè prę-
ſentandi ad Portionarium antiquiorem, actu
reſidentem, vt notat *Felin. in cap. cum acceſſiſſent*
num. 19. & ſeqq. de Conſtit. Berou. conſ. 5. num. 40.
lib. 1. Ferretti conſ. 133. num. 7. Rot. in d. Feſulana
Beneficij, ſeù Oratorij 5. Decembris 1646. coram D.
meo Bichio.

4 Obſeruantia verò Conſtitutionis reſultat
ex deciſionibus, ſupra relatis, illamque probant ſex Teſtes, examinati formiter pro Io:
Baptiſta, cum quibus concordant alij tres,
inducti ab ipſis Beneficiatis; Et licet duo ex
eis conentur probare Iuſpatronatus, & liberam præſentandi facultatem etiam ante Conſtitutionem, & ſic ab immemorabili tempore; Attamen vltrà quod excluduntur ab alijs
Teſtibus numero pluribus: Adhuc non deponunt de publica voce, & fama per verbum
fuit, & eſt, ſed tantum per verba præſentis
temporis; Imò, indiuiduando caſum duarum
præſentationum, firmant vtramque fuiſſe factam iuxtà Conſtitutionem Synodalem, &
deinde non concludunt de exiſtentia dimidij Portionarij, quodque in illius concurſu
Alij præſentati fuerint, atque ideò non veniunt attendendi; Probatio enim debet eſſe
5 ſpecifica, & indiuidualis ſuper caſu controuerſo vt aduertit *Oldr. conſ. 237. num. 3. Menoch.*
conſ. 54. num. 37. Sand. conſ. 79. num. 13. & in deciſ. 131.
num. 8. & ſeqq. Ioſeph Ludouic. comm. opin. concl. 14.
illat. 46. Rot. coram Buratt. dec. 129. nu. 6. & dec. 373.
n. 13. & coram Duran. dec. 453. n. 1.

6 Et ex his patet etiam reſponſio ad ſententiam latam de anno 1566. & ad præſentationes factas à Beneficiatis, de quibus *in Summ.*
num. 2. & 3. Nam in prædictis caſibus non concurrebant dimidij Portionarij, vt declarant
duo Teſtes, alter pro Beneficiatis, & alter pro
Io: Baptiſta examinati; Et ad effectum excludendi obſeruantiā ſupra firmatam debet probari conſuetudo contraria in eodem caſu, &
cum eiſdem facti circumſtantijs, vt dixit *Rota*
in Burgen. diſtributionum 14. Martij 1614. coram bo.
mem. Manzanedo, cum alijs per Gratian. cap. 767. ſub
num. 8. verſ. cum etiam & num. 9. & cap. 956. num.
23. & 24.

7 Non obſtat, quod Conſtitutio Synodalis,
de qua meminit Deciſio Durani, diſponat de
requiſitis reſpectu ætatis, non autem de actu
præſentationis, quia ad effectum obſeruantiæ
ſufficit, quod in aliqua parte fuerit vſu recepta ratione vniuerſalitatis cauſæ, vt inquit
Bald. in l. 1. num. 24. verſ. tu dic de emancipat. liberor.
Garz. de benef. par 12. cap. 2. num. 294. Rot. dec. 359.
num. 3. verſ. & obſeruantiæ par. 4. diuer. & in rec. dec.
273. nu. 3. par. 3. Seraph. dec. 1043. nu. 4. Caual. deciſ.
449. nu. 7.

8 Facilius etiam inclinarunt Domini ad fauorem Io: Baptiſtæ quia eſt nobilis, pauper,
antiquior Sacerdos, Baccalaureus, & aſſiduè
inſeruiuit Eccleſiæ, in qua vacauit beneficium controuerſum, & ſic maiores qualitates habet, quam Franciſcus Aduerſarius, qui
agnoſcendo hanc veritatem liti ceſſit; Vndè
etiam ex hoc capite venit præferendus, vt in
ſpecie reſpondit *Rot. in Burgen. Beneficij 31. Maij*
1655. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in
ſimili in Calaguritana beneficij de Murillo 28. Iunij
1652. coram R.P.D. meo Albergato, & in Calaguritana beneficij de Ocon 12. Dec. 1653. coram me, &
paſſim in alijs.

Ex quibus & alijs deductis in deciſione D.
mei Bichij reſponſum fuit vtraque parte Informante pro confirmatione ſententiæ Rotalis.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE NASCENTORIIS.

Lunæ 15. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Attenta iuſtitia, & validitate ſententiæ ceſſat læſio, & conſequenter reſtitutio in integrum, & fideicommiſſario datur immiſſio, dum docuit de fideicommiſſo, de purificatione ad eius fauorem, & de identitate bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non datur ſinè læſione.*
2 *Sententiæ iuſtitia ex quibus appareat.*
3 *Qualitas probari debet ab illo, qui in ea ſe fundat.*
4 *Hæres non poteſt impugnare confeſſionem Defuncti.*
5 *Præſcribi poteſt ius agnoſcendi fideicommiſſum.*
6 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
7 *Creditum, ſemel exactum, iterum exigi non poteſt.*

DE-

DECISIO CCXX.

DVO ſunt prædia controuerſa, in quibus pro parte Hoſpitalis Beatæ Mariæ de Vita prætenditur, immiſſionem conceſſam Angelo Manſio vti fideicommiſſario Io: Raynerij non ſuſtineri: Alterum ſitum in Villa Armaroli nuncupatum *la Madalena*; Alterum verò in communi Sancti Ioannis in Triario
1 nuncupatum *la Montanara*; Et quoad primum cenſuerunt DD. non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum, nam illa non datur ſine læſione, & læſio ceſſat attenta validitate, & Iuſtitia ſententiæ *cap. 1. de reſtit. in integr. in 6. Rot. coram Buratt. deciſ. 323. num. 1. & ſeqq. in Romana fideicommiſſi de Incoronatis 16. Ianuarij 1643. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozzetto Decano, & in Spoletana fideicomm. 27. Martij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*

2 Nec de Iuſtitia dubitari poteſt, dum fideicommiſſum eſt literale; Purificatio ad fauorem Angeli fuit aliàs per tres ſententias conformes canonizata per Rotam contra dictum Hoſpitale, & alios, nec amplius reuocatur in dubium; Et identitas ſufficienter iuſtificatur ex duabus deciſionibus coram R. P. D. meo Peutingerio ſub diebus 20. Iunij 1650. & 10. Februarij 1651.

3 Quibus non obſtat, quod prædium controuerſum, licet repertum in hæreditate Ioannis Raynerij, proueniat tamen à Domitilla Matre, quæ in caſum obitus ipſius ſine filijs ſubſtituit naſcentorem de Blanchis, prætenſum Authorem Hoſpitalis; Siquidem ſubſtitutio prædicta non loquitur de vniuerſa hæreditate, ſed de dotalibus tantum, & nequaquam iuſtificatur, iſtud prædium fuiſſe dotale Domitillæ, prout in primis probandum eſſet, *l. Ab ea parte 5. ff. de prob. Alex. conſ. 27. nu. 7. lib. 7. Rot. in rec. dec. 469. n. 2. par. 3. dec. 645. eod. nu. par. 4. & dec. 219. n. 12. par. 5.*

4 Inſtrumenta verò acquiſitionum, ad id probandum deducta, excludunt penitus prætenſionem huiuſmodi, dum in illis profitetur Domitilla, ſe emere Tutorio nomine ſuorum filiorum, cuius confeſſio ab Hoſpitali cauſam ab ea habente impugnari non valet, *l. Cum à Matre C. de rei vendicat. Socin. Sen. conſ. 82. num. 4. lib. 3. Ruin. conſ. 50. nu. 13. lib. 1. Rota coram Cocc. dec. 120. nu. 1. & ſeqq. & in rec. dec. 265. nu. 3. par. 1.*

5 Vlterius fideicommiſſum prædictum nedum non probatur agnitum ab ipſo Naſcentore, quinimò, cum ab anno 1591. quo obijt Ioannes Raynerius, & purificata fuit dicta ſubſtitutio, elapſi ſint anni 50. & vltra; Ius illius remanſit præſcriptum, vt in fortioribus eſt Textus *in l. hæreditatis C. de petit. hæred. Dec. conſ. 267. num. 2. Pariſ. conſ. 48. nu. 11. & 18. lib. 3.* & pluribus adductis tradit *Peregr. de fideicommiſ. 41. nu. 14. Molin. de Primog. hiſpan. cap. 10. nu. 15. verſ. ſecunda Concluſio lib. 4.* Et in indiuiduo firmauit *Rota in hac eademmet Cauſa 13. Iunij 1640. coram Reuerendiſſ. Terracin.*

6 Sed ceſſat difficultas, quia Domitilla conſecuta fuit ſuas dotes vſque de anno 1528. illaſque erogauit in bonis ſtabilibus, vt patet ex Inſtrumento dato in *Summ. num. 4.* Vnde ceſſat penitus allegata retentio, cum attenta ſolutione extincta fuerit obligatio reſtituendi *l. ſoluendo ff. de neg. geſt. Rota coram Buratt. dec. 283. num. 1. & in rec. dec. 262. nu. 13. par. 6.* nec debeat permitti, quod idem creditum ſemel, atque iterum exigatur *ad Text. in l. bona fides 57. ff. de reg. Iur.*

Ex quibus reſpectu prædij exiſtentis in Villa Armaroli nuncupati *la Madalena*, cenſuerunt DD. non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum, ſuſpenſa reſolutione quoad aliud prædium *della Montanara*, in quo non fuerunt Concordes.

Et ita &c. Vtraque &c.

ROMANA APOTHECARVM.

Mercurii 17. Maii 1656.

ARGVMENTVM.

In Donatione occaſione certi Matrimonij facta Patri, & filijs etiam cum clauſula, *præſenti &c. et ad haben. &c.* filij ſuccedunt ex perſona propria, & tanquam filij, non autem vti hæredes Patris, & poſiti in conditione, tàm in vltima voluntate, quam inter viuos cenſentur ex Statuto Vrb. diſpoſitiuè vocati.

SVMMARIVM.

1 *Rota Decanus poteſt ſubrogare alium in locum Auditoris demortui.*
2 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem.*
3 *Bona præſumuntur illius, in cuius hæreditate reperta fuerunt.*
4 *Executio habet præſumptionem pro ſe.*
5 *Donatio contemplatione certi Matrimonii facta Patri, et filiis cenſetur duplex donatio, altera facta Patri, altera verò filiis.*
6 *Donationem tali caſu recognoſcit filius à Donante, non autem à Donatario.*
7 *Et illam conſequitur ex perſona propria, non autem vti hæres Patris.*
8 *Donatio facta occaſione certi Matrimonii Patri, et filiis præſumitur facta filiis, vti filiis, non autem vti hæredibus.*
9 *Filii, in conditione poſiti, ex Statuto Vrbis cenſentur diſpoſitiuè vocati.*
10 *Amplia tam in diſpoſitione per viam vltimæ voluntatis, quam inter viuos.*
11 *Clauſula* præſenti &c, & ad haben. &c. *famulantur contractui cui adiiciuntur.*
12 *Retentio non datur niſi ſuper bonis Debitoris, non autem alterius.*
13 *Retentio non datur pro credito illiquido.*
14 *Proprietas ex quibus præſumatur donata.*

DECISIO CCXXI.

ANTONIVS de Donatis Hæres Matthæi Patrui obtinuit mandatum ab A. C. contra bona hæreditaria Antonij Mainardi ſui debitoris, cuius vigore fuit facta executio

Digitized by Google

tio ſuper Apotheca, & manſionibus contro-
uerſis, ſitis propè montem Iordanum, ſed
adita ſignatura, & commiſſa cauſa bon. mem.
Bichio cum clauſula, *vt ad legittimam executio-
nem procederet*, fuit coram eo diſputatum præ-
1 dictum dubium, & reſolutum affirmatiuè;
quia verò morte præuentus non valuit Deci-
ſionem extendere, Ego ſubrogatus in eius lo-
cum à Reuerendiſſimo Domino meo Deca-
no, huiuſmodi onus aſſumpſi.
2 Ratio reſolutionis fuit, quia creditum di-
cti de Deamatis eſt indubitatum, reſultans
ex Inſtrumento publico ſub obligatione am-
pliſſima in forma Cameræ, quod propterea
paratam habet executionem, & ius tribuit pro
obtinen̄ mandato executiuo contra hæredem
obligati, vt tradit *Galleſ. de oblig. Camer. quæſt. 4.
num. 12. ibiq. Add. num. 6. et 13. Rot. deciſ. 686. nu. 1.
et deciſ. 695. num. 2. part. 2. recent. et coram Merlin.
deciſ. 577. num. 1.*
3 Et bona executata reperta fuerunt in hære-
ditate Antonij Debitoris; vnde ad ipſum præ-
ſumuntur ſpectare, donec contrarium exad-
uerſo probetur *iuxtà Gloſſ. in leg. prima verbo re-
ſtituantur Cod. de priuil. fiſc. Rota coram ſanct. mem.
Greg. deciſ. 402. num. 2. & coram Buratt. deciſ. 196.
num. 1. & ſeq. & deciſ. 675. num. 3. & in recent. deciſ.
533. num. 1. & deciſ. 568. num. 1. & 2. par. 5.*
4 Rectè itaque fuit facta executio ſuper bo-
nis prædictis, pro qua in dubio pronunciari
venit ad *text. in leg. 2. C. de offic. ciuil. Iudic. Surd.
conſ. 39. ſub num. 6. verſ. his tamen, & num. ſeq. Rota
deciſ. 56. nu. 17. par. 4. tom. 2. recent. & coram Duran.
deciſ. 345. num. 1.*
5 Nec ſubſiſtit, quod bona prædicta ſubia-
ceant fideicommiſſo Annibalis cum prohibi-
tione expreſſa de non alienan̄, tanquam ſibi
donata occaſione certi matrimonij à Ioanne
Baptiſta Patre, Nàm cùm talis Donatio facta
fuerit non ſolùm Annibali, ſed etiam Filijs tot
cenſentur donationes, quot ſunt Perſonæ in
Donatione comprehenſæ. Et vna donatio di-
citur facta in perſona patris, altera in Perſona
Filij *Angel. in leg. apud Iulianum §. ſi quis alicui ff. de
legat. primo, Gama deciſ. 174. nu. 21. Fontanell. de
pact. nupt. clauſula 4. gloſ. 9. part. 1. num. 10. & 18.* &
vltra relatos per *Gratian. cap. 924. num. 31. et ſeqq.
firmauit Rot. coram Merlin. deciſ. 404. num. 7.*
6 Vndè Antonius iunior recognoſcit dona-
tionem à Ioanne Baptiſta Donante, nō autem
ab Annibale Donatario *iux. notata per Bald. in
cap. 1. num. 3. & in fin. ſi Vaſſall. feud. priu. Caſtr. in
leg. ſi pecuniam num. 11. ff. de cond. cauſ. dat. Menoch.
qui alios cumulat conſ. 1153. num. 3. Rot. coram Mer-
7 lin. dicta deciſ. 404. num. 7.* Et conſequitur bona
prædicta ex propria perſona, & vti filius Anni-
balis, non autem tanquam Hæres *Rota dec. 127.
num. 4. & 5. par. 6. recent. Romana Fideicommiſſi de
Incoronatis 5. Martij 1640. coram Pirouano, in Aue-
nionen. Fideicommiſſi 4. Februarij, & 26. Iunii 1647
coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Romana, ſeù Ne-
peſina Reſtitutionis in Integrum 4. Iunii 1655. co-
ram R. P. D. meo Cerro.*
8 Quæ fortius dicenda veniunt in præſenti
caſu, Tum quia Donatio facta fuit occaſione
certi, & determinati matrimonij, contrahen-
di cum Alexandra de Alexandris, quo caſu
inſurgit non leuis coniectura, quod Donatio
cenſeatur facta filijs vti filijs, non autem vti
hæredibus, prout illam ponderat *Rota dec. 127.
num. 9. & ſeqq. part. 6. recent. & deciſ. 114. num. 2.
part. 7. in Romana Diuiſionis 16. Iunii 1641. & in
Romana, ſeu Nepeſina reſtitutionis in integrum 4. Iu-
nii 1655. coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana
Reſtitutionis Dotis 30. Maii 1653. coram R. P. D.
meo Beuilacqua.*
9 Tum etiam quia filij in eadem Donatione
fuerunt pluries in conditione poſiti, quo caſu
ex Statuto Vrbis libro 1. cap. 142. cenſentur
diſpoſitiuè vocati, perindè ac ſi nominatim
vocati fuiſſent, vt firmauit *Rota coram ſanct. me-
mor. Gregor. deciſ. 575. num. 1. et 10. in rec. dec. 417.
num. 4. part. 4. et deciſ. 185. num. 1. et ſeqq. et dec. 248.
num. 1. et 2. part. 7. et coram Merlino deciſion. 447.
num. 11.*
10 Quod procedit, ſiue ſint poſiti in conditio-
ne in diſpoſitione facta per viam vltimæ vo-
luntatis, ſiuè inter viuos, vt dixit *Rota dec. 732.
num. 1. part. 3. deciſ. 142. num. 3. in fine part. 4. deci-
ſion. 473. num. 1. et 2. part. 4. tom. 2. et deciſ. 114. nu. 4
part. 7.*
11 Nec reſiſtunt clauſulæ adiectæ in donatio-
ne, facta per eundem Ioannem Baptiſtam,
ibi, *Donauit Annibali præſenti &c. omnia iura &c.
ad haben. &c.* quia non propterea fuit immu-
tata ſubſtantia donationis factæ filijs in ante-
cedenti Capitulo, ſed dd. clauſulæ famulantur
contractui, cui adijciuntur, & ab illo reſtri-
ctionem recipiunt *Rota in recent. deciſ. 60. nu. 12.
et 13. par. 5. coram Merlin. deciſ. 532. ſub num. 8. &
ſeqq. & in Caietana bonorum 3. Decembris 1646.
coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana Domus 20.
Maii 1647. coram bon. mem. Peutingerio.*
12 Hinc ceſſat aſſerta retentio, prætenſa per
Alexandram occaſione crediti dotalis contra
bona Annibalis viri, nàm cùm bona prædicta
non ſint de hæreditate Annibalis, ſed ſpectent
ad Antonium; fruſtrà ſuper illis retentio op-
ponitur, quæ non competit niſi in bonis De-
bitoris, vt dixit *Rota in Maceraten. Saluiani, ſeù
interuſuriorum 12. Maii 1608. coram bo. mem. Man-
zanedo penes Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 130.
num. 7.*
13 Maximè cum eadem Alexandra per plures
annos retinuerit bona hęreditaria Annibalis, ex
quorum fructibus, vel præſumitur ſatisfacta,
vel ſaltem eius creditum remanet adeò illi-
quidum, itaut non mereatur retentionem
*Rot. in Reginen. ſeu Salernitana bonorum 25. Maij
1646. coram R. P. D. meo Meltio, & in Romana Ca-
ſalis 23. Iunij 1653. coram me.*
14 Demum non ſubſiſtit, quod Io. Baptiſta
donauerit tantummodò habitationem, non
autem proprietatem Domus; nam dum de
illa ad fauorem alterius non diſpoſuit, & ad-
didit, ſe donare habitationem, vſum, & frui-
tionem, & quod extantibus filijs Annibalis;
Hieronymus, & Antonius nihil in dicta Do-
mo prætendere poſſent, reſeruando ſibi vſum-
fructum tantum, ex his apparet etiam pro-
prietatem fuiſſe in Donatarium translatam
*leg. Nam quod liquidæ §. fin. ff. de pen. legat. Pariſ. con-
ſil. 9.*

ſil.9.num.11.lib.1. Rota coram Buratt. deciſion. 24. num.10.& coram Merlin.deciſ.586.num.4.
Et itá vtraque &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 20. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum, an cenſeatur inductum ex præcepto Teſtatoris aſſumendi denominationem, Arma, & inſignia familiæ ſuæ, & ex prohibitione alienationis, vt bona conſeruenuentur in Agnatione.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum cenſetur à Teſtatore inſtitutum ex onere iniuncto hæredibus, & ſucceſſoribus aſſumendi denominationem, Arma,& inſignia familiæ ſuæ.*
2 *Verba, prolata ad vnum finem, non debent diuerſum operari.*
3 *Verba vltima, & poſteriora derogant prioribus.*
4 *Fideicommiſſum inducitur ex prohibitione alienationis, vt bona conſeruentur in Agnatione.*
5 *Agnatio contemplata cenſetur ex onere iniuncto hæredibus, aſſumendi denominationem Arma,& inſignia Teſtatoris.*

DECISIO CCXXII.

CENSVERVNT Domini conſtare de fideicommiſſo inſtituto per bo: me: Franciſcum Vbaldum, qui ſcriptis hæredibus tribus Neptibus ex Fabritio fratre legauit vſumfructum locorum Montium D. Benedicto Monaldo poſteà S. R. E. Cardinali, & eo defuncto voluit, quod ipſo facto, & ipſo iure perueniant; & ſpectent ad primum filiũ maſculum naſciturum ex dictis Neptibus conditione adiecta, quod idem filius, & illius hæredes, & ſucceſſores aſſumere debeant denominationem, Arma, & Inſignia familiæ ſuæ abſque vlla mixtura ſub pœna priuationis ipſo facto, & ipſo iure incurrendæ, alias deuoluantur ad alium filium primo naſciturum ex altera filia, & hærede prædicta, qui ſimiliter denominationem, Arma, & inſignia aſſumere
1 debeat; nàm ex tali onere omnibus iniuncto, concurrentibus præſertim alijs coniecturis, præſumitur inſtitutum fideicommiſſum, & quod Teſtator voluerit eoſdem vocare,& honorare, quos grauauit, & onerauit, vt benè in propoſito firmat *Molin.de primogen. Hiſp. lib. 1. cap.5.num.34.& lib.2.cap.14.num.6.& 7.* Et probat *Bardellon. conſ. 191. num. 49. & 50. Theſaur.* qui plures enumerat effectus ex tali onere reſultantes, *deciſ.270.num.10.Rot.deciſ.266. nu.13. & 16.par.1.recent.*

Hinc non refert, quod idem Teſtator diſpoſuerit,quod mortuo Benedicto omnia prędicta loca Montium, necnon ſtabilia, & Cenſus perueniant, & ſpectent ad primum maſculum, qui naſcetur ex vna ex dictis tribus Neptibus,& ille filius, illiuſque hæredes eorumdem locorum Montium, ſtabilium, & Cenſuum reſpectiuè ſint abſolutè Domini, & de illis ipſe filius primo naſciturus liberè diſponere poſſit: Nam vltrà quod huiuſmodi verba prolata fuerunt ad excludendum hæredes Benedicti à proprietate, & ad demonſtrãdum ſolum vſumfructum eidem fuiſſe reli-
2 ctum, ideoque vti prolata ad vnum finem, non debent alium, & diuerſum operari *Aym. conſ.29.num.7.Rot.deciſ.416.num.1. part. 1. diuerſ. & in rec.deciſ.87.num.22.part.9.*

Adhuc cum poſteà ſubſequantur immediatè alia verba, de quibus ſupra, nempè, *Et voluit, quod filius primo naſciturus,& illius hæredes, & ſucceſſores denominationem, Arma, & Inſignia familiæ ſuæ aſſumere debeant abſque vlla mixtura ſub*
3 *pœna priuationis,alias deuoluantur &c.* hæc vltima ordinatio tanquam derogans primæ attendi debet iuxtà notata per *Decian.conſ.35.nu.4.& 5.* quem refert, & ſequitur *Peregr.de fideic. art. 40. num.45.circa finem, verſ. & ſi Teſtator, Gratian.forenſ.diſcept.cap.416.num.10.& 11.* & probat *Fuſar.de ſubſt.quæſt.724.num.5.*

4 Idque ſuadet ipſa prohibitio alienationis etiam latiſſimè ſumpto vocabulo iniuncta hæredibus inſtitutis, ac omnibus alijs non deſtituta ratione conſeruandæ Agnationis,deſumpta ex onere ſuperius iniuncto,vt benè in propoſito firmauit *Mantic.de coniect.lib.6.tit.15. num.15.Socin.Sen.conſ.251.num.3.in fine verſ. confirmantur præmiſſa, & numeris ſeqq.Rot.coram Millin.deciſ.183.nu.5.& coram Merlin.deciſ.12. nu.39. & coram Eminentiſſ.Otthobono deciſ. 113. num. 16. & 17.*

Nec facit, quod talis ratio non fuerit per Teſtatorem expreſſa; dum enim filio primo naſcituro, eiuſque hæredibus,& ſucceſſoribus iniunctum fuit onus,aſſumendi denominationem, Arma, & inſignia familiæ ſuæ de Vbal-
5 dis, ex tali onere,cenſeri contemplatam agnationem, notant *Grat.conſ.5.num.86.& ſeq. lib. 2. Bellon.Iun.conſ.73.num.29.& conſ.86.num.7.* & vltra relatos per *Fuſar.de ſubſt. quæſt.499. num.13. & 14.* firmauit *Rot.coram Scraph.deciſ.1329. numer.3.& deciſ.1486. nu.5.* cum concordantibus adductis *in Bononien. fideicommiſſi de Barberijs 5. Decembris 1650.verſ. quia ex onere coram Eminentiſſ.Corrado.*
Et itá vtraque &c.

VITERBIEN. TRANSACTIONIS.

Veneris 2. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria denegari non ſolet, quando petitur in principio litis, cauſa eſt prophana, & conſtat de releuantia, nam illa attenta ceſſat omnis ſuſpicio calumniæ.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria concedi debet quando Cauſa eſt prophana, & Articuli releuantes.*

2 *Sta-*

Digitized by Google

2 *Stabilia præſumuntur reddere quinque pro centenario.*
3 *Fructus recompenſatiui debentur ab eo, qui retinet rem, & pretium.*
4 *Locupletari nemo debet cum iactura alterius.*
5 *Calumnia excluditur ſtante releuantia.*
6 *Remiſſoria vt concedi debeat, ſufficit releuantia vnius articuli.*

DECISIO CCXXIII.

1 REGVLÆ omnes militant ad fauorem Pauli, ad effectum obtinendi remiſſoriã, quam Domini concedendam eſſe reſponderunt: petitur enim in principio litis, cauſa eſt prophana, & materia articulata eſt releuans *Rot. coram Verall. deciſ. 68. par. 3. & coram ſan. mem. Greg. deciſ. 124. n. 1. coram Merlin. deciſ. 102. in princ.* & paſſim in alijs.

2 Releuantia eſt clara reſpectu Articuli, in quo habetur, quod ſc. 10. mil. contenta in tranſactione, fuerunt promiſſa per patruos in recompenſationem non ſolum pecuniarum, ſed etiam ſtabilium, quæ Thomas, & Gregorius eiſdem relaxabant, nam ſequuta dicta probatione, licita erit reſpectu ſtabilium taxatio fructuum, & intereſſe; cum ſtabilia ſint in fructu, & præſumantur reddere quinque pro centenario iuxta gloſſam communiter approbatam *in auth. perpetua verb. iuſta C. de Sacroſ. Eccleſ. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 20. num. 12. Rot. coram Buratt. deciſ. 65. num. 2. & deciſ. 112. num. 1. & in recent. deciſ. 571. num. 6. & 10. deciſ. 656. num. 2. part. 3.*

3 Vndè, dum patrui retinebant bona fructifera, debebant etiam ſoluere intereſſe, ſaltem ex æquitate *l. curabit, C. de act. empt. & ibi Cagnol. num. 33. Gabr. concl. 4. nu. 1. & ſeqq. de empt. & vend.* & alter *Gabr. conſ. 57. nu. 3. & 4. lib. 1.* & firmauit *Rota deciſ. 370. num. 1. par. 3. rec. cum concordantibus in Romana fructuum 16. Febr. 1651. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

4 Articulatur inſuper, quod patrui ſunt publici Negociatores, quodque ex pecunia, & bonis, quæ remanſerunt in eorum manibus, maius lucrum conſecuti fuerunt, quam ſit intereſſe taxatum in tranſactione, adeout non ſit permittendum, quod locupletentur cum aliena iactura *ad tex. in l. nam hoc natura 14. ff. de cond. indeb. & in cap. locupletari 48. de reg. iur. in 6.* & probat *Natt. conſ. 305. num. 2. Rota coram Buratt. deciſ. 714. num. 4.*

5 Non obſtat aſſerta calumnia, nã tantũ abeſt, quod illa probetur quod imò manifeſtè excludatur ex releuantia materiæ articulatæ, vt dixit *Rota poſt ſecundũ vol. conſ. Farinac. dec. 298. n. 2. & dec. 306. nu. 1. & in Romana Societatis de Rotignis 5. Nouemb. 1646. coram Reuerendiſs. Terracin.*

6 Quibus ſtantibus cenſuerunt Domini ſuperfluum eſſe reliquos Articulos examinare, quia ad effectum remiſſoriæ ſufficit releuantia vnius, *Mantic. deciſ. 312. nu. 2. Caualer. deciſ. 59. nu. 1. & in Melenitana Domus 11. Martij 1648. coram Eminentiſs. Otthobono.*

Et ità vtraque &c.

HISPALEN. PRAEEMINENTIARVM.

Veneris 1. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Attentata ſunt omnia, geſta poſt præſentatam Inhibitionem Rotalem, etiamſi illa obtenta fuerit mediante Commiſſione nulla, & ſubreptitia, quia nihilominus timenda venit, nec ſpectat ad Iudices de partibus iudicare de viribus illius.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta poſt præſentatam Inhibitionem.*
2 *Inhibitio Rotalis ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta timenda eſt.*
3 *Amplia etiamſi fuerit obtenta mediante commiſſione nulla, & ſubreptitia.*
4 *Et ratio eſt, quia aliàs aperiretur via contemnendi inhibitiones Rotales.*
5 *Inhibitio Rotalis an ſubſiſtat, nec ne, non debet cognoſci per Iudices de partibus.*
6 *Appellatio datur à Decreto, procedendi ad vlteriora non obſtante exceptione rei iudicata.*
7 *Appellatio datur à Decreto de procedendo ad vlteriora non attentæ inhibitione Rotali.*
8 *Clauſula* quam, & quas, *appoſita in Commiſſione dat facultatem procedendi prout in prima.*

DECISIO CCXXIV.

NON attenta exceptione rei iudicatæ oppoſita pro parte Capituli, & Canonicorum Eccleſiæ Hiſpalen. contra Portionarios eiuſdem Eccleſiæ, & litis Conſortes, prætendentes ſe congregare in Aula Capitulari; Quia Nuntius Hiſpaniarum mandauit ad vlteriora procedi; Idem Capitulum à dicto Decreto cauſam appellationis in Rota committi obtinuit, & illius vigore de menſe Martij 1654. in partibus inhiberi; Rurſus verò, cum non obſtante Inhibitione prædicta ad alios actus fuiſſet proſecutus, iterum appellauit Capitulum, & nouam Commiſſionem, & Inhibitionem reportauit, executam de menſe Iulij eiuſdem anni; Quibus ſpretis, cum adhuc mandatum de manutenen. in poſſeſſione ſe congregandi Portionarijs conceſſerit, dubitaui: An conſtet de attentatis, quæ veniant reuocanda, & affirmatiuè reſponſum fuit.

1 Siquidem omnia prædicta fuerunt geſta poſt primam, & ſecundam Commiſſionem, & Inhibitionem Rotalem, de quarum executione dubitari non poteſt, dum vltra fidem Executoris conſtat, quod Procurator Portionariorum inſtetit, illis non obſtantibus ad vlteriora procedi, & mandatum de manutenendo reportauit; Vndè remanent nulla, & attentata, vt eſt *tex. in cap. non ſolum in fine de appellat. in 6. Innoc. in cap. cum M. Ferrarienſis ſub num. 9. eodem tit. de appellat. Alex. conſ. 89. ſub nu. 9. verſ. Tamen his non obſtantibus lib. 1.* Et in terminis de

ſen-

ſententia lata per Cardinalem Legatum dixit, *Rota coram Andr. dec.10.num.1.& 2. coram Merlin. dec.752.num.1.& ſeqq.& in rec.deciſ.670.num.1.& 2.par.2.* Et de ſententia Nuntij Hiſpaniarum, *Rot.coram Durano deciſ.104. à princ.repetita in rec. dec.102.par.5.*

2 Inhibitio enim Rotalis, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſemper eſt timenda *iux.not.in dec.26.num.3.de appellat.in antiq.Put.dec.385.lib.2.Caputaq.dec.93. par.2.Merl.dec.241.num.1.* Etiamſi conceſſa fuerit mediante Commiſſione nulla, & ſubreptitia, nec tribuente Iuriſdictionem, prout recedendo ab opinione antiqua, firmauit. *Rota*

3 *dec.762.nu.1.verſ.Et licet par.4. diuerſ.coram Greg. dec.435.num.5.& 6. coram Caual.dec.355.num.1. & in Barchinon.beneficij 5.Maij 1620.& in Romana Domus 27. Nouembris 1624. coram bon. mem. Manzanedo.*

4 Vndè non poſſunt Portionarii, ſe excuſare ſub prætextu, quod nullum emanauerit Decretum ſuper iure tenendi claues, de quo fit mentio in Commiſſione, quodque eadem Commiſſio deſuper obtenta, fuerit ſubreptitia; quia hoc modo aperiretur via contemnendi inhibitiones Rotales, quod vtique non debet permitti, vt aduertit *Lancell. de attent.poſt Inhib.ampliat.11.num.5.Mandoſ.de Inhib. q.20.num.1.& 2. Rot.coram Seraph.dec.654.num.1. & 2.*& latè firmatum fuit *in Taurinen.Parochialis 13.Nouemb.1647.coram me.*

5 Nec ſpectat ad Iudices de partibus iudicare de viribus Inhibitionum Rotalium, vt poſt *Franch.in cap.Paſtoralis numer.5.& 6.de appellat.* firmauit *Rot.coram Achill.dec.29.num.6. eod.tit.& in dicta dec.762.num.4.par.4.diuerſ.dec.159. eodem num.par.2.recent.* eum alijs pluribus *in Toletana matrimonij 20.Iunij 1645.coram Eminentiſs. Card. Corrado, & in Ariminen. bonorum 26.Iunij eiuſdem anni coram R.P.D.meo Veroſpio.*

6 Verùm in hoc caſu cenſuerunt Domini, ceſſare difficultatem, & conſtare ſatis clarè de iuſtitia Inhibitionis, dum prima appellatio interpoſita fuit à Decreto Nuntij, qui pronunciauerat procedi ad vlteriora non obſtante exceptione rei iudicatæ, *Bart.in l.eius qui num.1. ibique Caſtr. ff.de appellat. recip. Bald.in Auth.Habita nu.72.C.Ne fil.pro patr. Bec.conſ.31.n.6.lib.1.* eum alijs per *Scacc.de appellat. quæſt.17.limit.17. memb.1.nu.94. & ſeqq.* Et ſecunda à decreto de

7 procedendo ab vlteriora Inhibitione Rotali non obſtante, vt notat *Menoch. de Adipiſc. poſſeſſ.remed.4.num.822.& ſeqq.Gonzal.ſuper reg.8.in annotat.num.196.* Et in terminis reſpondit, *Rota in Bracharen.Parochialis 6.Nouembris 1620. coram bon.mem.Manzanedo, & coram Merlino deciſ. 752. ſub num.7.*

8 Et vtraque commiſſio continebat clauſulam *quam, & quas*, cuius vigore poterat procedi prout in prima, *Sarnen.ſuper reg. de Infirm. q.34.num.4.verſ.Et hoc vlterius, Rot.dec.762.nu.2. par.4.diuerſ.Coccin.dec.47.num.10.& 13.& in rec. dec.26.nu.3.par.7.*

Et ita &c.

ALBANEN. REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 12. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Tutor tenetur rationem reddere de ijs, quæ peruenerunt ad eius manus, & in ſpecie de Grano, Vino, & illorum pretio.

SVMMARIVM.

1 *Tutor de administratis tenetur rationem reddere.*
2 *Tutor non tenetur reddere rationem niſi de ijs, quæ peruenerunt ad eius manus.*
3 *Aſſertio facta à Teſtatore in eius Teſtamento, ſi eſt veriſimilis, & adminiculata attendenda venit, & num.8.*
4 *Confeſſio ſuperat omnem aliam probationem.*
5 *Verbum eſſe ſupponit exiſtentiam de tempore præſenti.*
6 *Inuentarium, continens deſcriptionem bonorum genericam abſque expreſſione quantitatis non probat.*
7 *Inuentarium non ſuffragatur circa deſcriptionem bonorum, ſi in deſcriptione non fuerint adhibiti Teſtes.*
8 *Teſtatoris aſſertio ſuper exiſtentia bonorum vrget contra Tutorem, ſi ex pluribus verificetur.*
9 *Liber Annonæ probat pretium frumenti.*
10 *Frumenti pretium regulatur à ſolito illius loci, in quo fuit recollectum.*
11 *Teſtibus peritis, & informatis de ſtatu, & qualitate rei creditur circa illius fructus.*
12 *Ratio etiam ſine libris reddi poteſt.*

DECISIO CCXXV.

LICET Franciſcus Sarnanus pulſatus ad reddendam rationem reportauerit ſententiam abſolutoriam in Tribunali A. C. & vlterius fuerit declaratus creditor in ſcut.647. nihilominus diſputato principali dubio ad inſtantiam Catherinæ circa tres partitas concernentes frumentum, Noualia, & Vineam DD. reſpectu primæ cenſuerunt, non conſtare de ſufficienti redditione rationis.

1 Gaſpar enim in Teſtamento aſſeruit, ſe relinquere rubra 150. frumenti, Franciſcus verò conſtituit ſe debitorem tantummodò in rubris 107. circiter; Vnde de quantitate, quæ remanet in eius manibus, tenetur omninò rationem reddere per *text.in l.1. §.officio,ff.de tutel. & rat.diſtrah.Rota coram ſan.mem. Gregor.deciſ.30. num. 4. & coram Merlino deciſ. 375. num.1. & per totam.*

2 Nec refert, quod huiuſmodi aſſertio non potuerit præiudicare Tutori, non habenti ab eo cauſam ex notat.per *Phanuc.de Inuent.q.240. num.60.& ſeqq.* qui propterea non tenetur, niſi de eo, quod peruenit ad eius manus, vt notat *Bart.in l.1.num.9.& ſeqq.* ibique *Alex.nu.22. ff.de eden.Rota dec.586.num.1.par.4.tom.3.recen.* cum alijs *in Romana redditionis rationis 14. Iunij 1649. & 23. Ian.1654.coram R.P.D.Peuting.*

3 Siquidem aſſertio prædicta veriſimilis reddir

ditur ſaltem pro quantitate rubrorũ 132. non ſolum ex atteſtatione Notarij aſſerentis, quod Tutor longè poſt deſcriptionem rubrorũ 80. Eum requiſiuit, vt vellet deſcribere alia rubra 50. & ſimilem deſcriptionem ob defectũ
4 Teſtium fuiſſe omiſſam; Sed etiam ex confeſſione eiuſdem Tutoris, qui poſtquam in duabus vicibus iam diſtraxerat rubra 52. faſſus fuit ſub die 1. Decembris 1638. *eſſere nel granaro di Albano rubia 80. di grano*, quæ confeſſio ſuperat omnem aliam probationem, *l. cum te l. 2. C. de tranſact. l. generaliter C. de non num. pecun.* & præualet cuicumque probationi in contrarium, *Aym. conſ. 61. num. 3. Rota coram Buratt. dec. 317. num. 8.*

5 Nec confeſſio prædicta poteſt intelligi de rubris iam diſtractis, quia verba illa *dice eſſere* tanquam præſentis temporis præſupponunt exiſtentiam realem de tempore ipſius confeſſionis *iuxtà text. in l. ſcribit 36. §. Item ſcribit ff. de aur. & argent. legat. gloſs. in l. ſi patronus verb. eſſe ff. de concubin.* & notat *Alberic. in ſuo dictionar. verb. eſt, & verb. eſſe*, vbi exponit idem importare, quod verbum remanere, & tradunt *Berou. conſ. 161. n. 1. lib. 1. Menoch. conſ. 97. num. 136.*

6 Hinc iuuari non poteſt Tutor ex deſcriptione, facta in Inuentario de menſe Auguſti 1638. quia cum illa ſit generica abſque expreſſione quantitatis; Et expectaret menſurationem faciendam, ibi *nella Cucina della Caſa della Riccia vn mucchio di grano da miſurare, Item nel ſolaro di ſopra vn mucchio di grano da miſurare, Item in Albano vna ſtanza piena di grano da miſurarſi, & in vn altra vna poca quantità di grano*, nullo modo talis deſcriptio venit attendenda, vt aduertit *Eſcobar. de ratiocin. cap. 9. num. 67. & ſeq. Roland. de Inuent. q. 106. nu. 1.* & firmauit *Rota in Maceraten. redditionis rationis 13. Maij 1642. coram R. P. D. meo Meltio, in Anconitana Cenſuum 24. Februarij 1649. coram Reuerendiſs. Tarratonen. & in Licien. adminiſtrationis 18. Martij 1652. coram Me.*

7 Minus ſuffragari poteſt declaratio facta de menſe Decembris eiuſdem anni 1630. & de menſe Martij 1631. quia cum in contrarium vrgeant coniecturæ, & præſumptiones ſupra deductæ: Et adnotatio facta appareat, poſtquam frumentum per tantum tempus fuit in eius poſſe, nullique fuerint adhibiti Teſtes in actu menſurationis, declaratio huiuſmodi nullius eſt ponderis, & momenti: Nam Teſtes debent eſſe præſentes, & videre res, quæ deſcribuntur, vt diſponit *tex. in §. ſi verò abſunt Auth. de hered. & falcid.* Et probant *Dec. conſ. 633. num. 14. Natt. conſ. 214. n. 13. & ſeqq. Alb. conſ. 253. n. 6. Monticul. de inuen. q. 234. n. 45. & ſeqq.* alioſque refert *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 767. num. 5. & cap. 849. nu. 54.*

8 Iuſtificatur etiam aſſertio prædicta ex relatione Peritorum, & ex ſolito Teſtatoris ſerendi rubra 30. ac ex alijs latè deductis per Informantes, itaut attenta veriſimilitudine, & tot adminiculis non poſſit dubitari de veritate illius ex notatis per *Tiraq. in l. ſi vnquam verb. donatione largitus num. 100. & ſeqq. Surd.* qui multipliciter exemplificat *deciſ. 135. num. 5. & deciſ. 325. num. 6.* & firmauit *Rota in Romana ſeu Bononien. pretij clericatus 1. Decembris 1625. coram Pirouano, confirmata coram Merlino deciſ. 273. ſub nu. 1. & 2.*

9 Pretium autem dicti frumenti, de quo non redditur ratio, cenſuerunt DD. deſumendum eſſe ex libris Annonæ, inſpiciendo venditiones, ſingulis menſibus factas à menſe Auguſti 1650. vſque ad menſem Auguſti 1651. Ita tamen, vt medium ſit attendendum, non autem ſupremum, aut infimum, prout aliàs taxauit, *Rota in dec. 479. num. 4. par. 2. rec. & dec. 100. num. 2. par. 4. & in Romana, ſeu Veliterna affictus 24. Decemb. 1653. coram R. P. D. meo Bichio.*

10 Remanet ſecunda, & tertia partita, circa quas contrarium firmatum fuit, nempè rationem fuiſſe ſufficienter redditam; Noualia enim in quantitate rubrorum ſexdecim cum dimidio probãtur vendita de licentia Teſtatoris, ex alijs verò rubris non diſtractis recollectum fuit frumentum, illudque venditum ad rationem ſcutorum 8. bon. 40. pro quolibet rubro, quanti vendebatur de dicto tempore in loco recollectionis iuxtà textum expreſſum *in l. vltima §. fin. ibique Bart. num. 8. Cod. de adminiſtr. Tutor. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 224. col. 4. litt. A. & B.* vbi, quod non tenetur illud tranſmittere ad alium locum, in quo carius vendatur, idemque probat *Gutier. de tutel. & cur par. 2. cap. 1. num. 62. & num. 120. Eſcobar. de ratioc. cap. 17. n. 22. & ſeqq. Afflict. dec. 316. n. 7. & 8.*

11 Et fructus vineæ, calculati per Tutorem in ſex cadis muſti ſingulis annis, non poſſunt dici tenues habito reſpectu ad quantitatem recollectam ab ipſa Pupilla, poſtquam Vinea deuenit ad eius manus, vt in *Summ. num. 19.* & ad valorem eiuſdem vineæ *Summ. num. 16.* necnon etiam ad qualitatem Territorij ſterilis, & infructiferi, vt deponunt duo Teſtes aſſirmantes vineam aliquando reddidiſſe cados quinque, aliquando ſex. & ad ſummum ſeptem, & computato anno fertili cum ſterili non exceſſiſſe maiorem fructum Cadorum ſex, vt in *Summ. num. 18.* Quibus propterea Teſtibus tanquam practicis & rectè informatis de ſtatu, & qualitate vineæ iunctis alijs ſupra deductis plenam fidem adhibendam eſſe dixit *Rota coram Penia deciſ. 614. num. 1. iuxtà impreſſionem Venetam, Caual. deciſ. 361. num. 2. & in Toletana Decimarum de Verſcial 26. Iunij 1654. coram Reuerendiſs. D. meo Dunozetto Decano*, & aſſerenti in maiori quãtitate fuiſſe perceptos incumbit onus probandi, *Rota in Romana redditionis rationis 10. Decemb. 1648. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

12 Non obſtat, quod Tutor non confecerit librum ſuæ adminiſtrationis, quia etiam ſine libris rationem reddi poſſe, probat *Calcan. conſ. 93.* quem refert, & ſequitur *Rota coram ſan. me. Gregor. dec. 199. nu. 5. ibique Adden. nu. 8. & dec. 274. num. 6.* & firmatum fuit *in Romana redditionis rationis 16. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Albergato, & in Melenitana redditionis rationis 24. Martij 1653. & 12. Iunij 1654. coram Reuerendiſs. D. meo Dec.*

Et ita vtraque parte Informante deciſum fuit &c.

ROMANA ALIMENTORVM.

Mercurij 14. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & ſumptis litis debentur filio ſpurio, docto de paupertate, & boni iuris præſumptione: Paupertas autem reſultat ex Teſtibus, & ex eo, quod non probatur contrarium: Et filiatio ex tractatu, nominatione, ac educatione, quando agitur ad effectum Alimentorum, licet ſecus ad effectum ſuccedendi, nam tunc requiruntur validiores probationes.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & ſumptus litis non debentur, niſi conſtito de paupertate, & præſumptione boni iuris.*

2 *Et ratio eſt, quia ſine illis nemo viuere, aut litigare poteſt.*

3 *Paupertas de iure præſumitur.*

4 *Filius præſumitur pauper, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi.*

5 *Paupertas probatur ex Teſtibus.*

6 *Paupertatis probatio non excluditur ex eo, quod quis habeat artem.*

7 *Paupertas non excluditur, quamuis aliquis ſit Miles, procurator, vel Medicus.*

8 *Boni iuris præſumptio ad effectum alimentorum reſultat ex ſententia, quamuis ab ea fuerit appellatum.*

9 *Filiatio, quando non agitur ad effectum ſuccedendi, ſed pro conſequendis alimentis, contentatur leuioribus probationibus.*

10 *Filius attento matrimonio, quis præſumitur potius Patris, quam Adulteri.*

11 *Sed talis præſumptio non conſiſtit in ſolo Matrimonio, ſed in cohabitatione coniugum, & acceſſu Mariti ad Vxorem.*

12 *Filius, licet quis præſumatur potius legitimus, quam ſpurius, hoc tamen procedit fauore ipſius, non autem in eius odium.*

13 *Filius aliquando quis deſcribi ſolet in libro baptiſmi propter honorem Coniugum, & ad occultandum adulterium.*

14 *Alimenta, & ſumptus litis taxari ſolent habito reſpectu ad qualitatem perſonarum, & quantitatem patrimonij.*

15 *Alimenta, & ſumptus litis taxantur arbitrio Iudicis.*

DECISIO CCXXVI.

PRAETENDENS Matthæus Saluettus ſe eſſe filium naturalem Antonelli Felletrani iudicium inſtituit contra hæredes illius pro conſecutione Alimentorum; Et licet ab A.C. reportauerit decretum fauorabile in ſcutis ſex ſingulis Menſibus; Nihilominus Signatura reſcripſit cum clauſula *ſine præiudicio*, quoad ſcuta tria tantum. Vndè diſputato particula-
1 ri Dubio, An, & ad quam ſummam debeantur dicta Alimenta, & ſumptus litis, exiſtimarunt Domini, deberi in ſcutis tribus: Moti ex eo, quia ipſe Matthæus docuit de requiſitis neceſſarijs, nempè de paupertate, & præſumptione boni Iuris, quibus ſtantibus eſſe locum prædictæ præſtationi probat *text. in l. ſi inſtituta 27. §. de inoſſicioſo ff. de inoff. teſtam. & in l. fin. §. quod ſi ei, & §. nam ſi tales C. de ordine cognit. Felin. in cap. ſi qui teſtium nu. 9. verſ. Secundus caſus de teſtib. Rota coram Buratt. dec. 15. num. 1. ibique Add. Litt. A. & in Anconitana Alimentorum 4. Iunij 1646. coram bon.
2 me. Arguell.* vbi redditur ratio, quia ſine Alimẽtis & ſumptibus litis nemo viuere, aut litigare poteſt per *text. in l. 2. in fine, C. de alim. pupill. præſtan.*

3 Paupertas viſa fuit ſufficienter iuſtificari ex ſola præſumptione Iuris, cum ſit connaturalis, & intrinſeca, ex quo quilibet nudus, & pauper naſcitur *cap. ſicut 11. cauſ. 8. diſt. 47. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 33. num. 20. verſ. imò cum ſimus, Rota in Fanen. Dotis 20. Nouembris 1641. coram R.P.D. meo Cerro, & in dicta Anconitana Alimentorum 4. Iunij 1646. coram bon. mem. Argueglias.*
4 Adeout filius ſufficienter doceat, ſe eſſe pauperem, quandò dicit ſe nulla bona poſſidere, prout reprobata opinione *Caſtr. in dicta l. ſi inſtituta §. de inoſſicioſo ff. de inoff. teſtam.* dixit *Rota dec. 499. num. 3. & 4. par. 1. diuerſ. & coram Buratt. dec. 756. n. 7.*

5 Et tamen ex abundanti dantur Teſtes formiter examinati deponentes, Matthæum eſſe pauperem, & nihil poſſidere, licer aſſerant, illum eſſe inſtructum in arte Muſicæ, quia ad dictum effectum non attenditur, an ex propria induſtria poſſit ſibi victum quærere, ſed an habeat redditus ſufficientes, Nam non ſo-
6 la Ars hominem alit, ſed illius exercitium, quod occaſionem expoſcit paratam, & continuam, ac bonam & rectam valetudinem, vt ex *Bald. & Salic.* tradit *Aym. conſ. 199. num. 5. & ſeqq. Aldobr.* qui teſtatur de communi, & æquiori *conſ. 28. à num. 11. lib. 1. Rot. dec. 628. nu. 3. par. 4. rec.* Sicuti de eo qui militare poteſt, fir-
7 mauit *Rot. coram Duran. deciſ. 95. num. 9. confirmata in rec. deciſ. 194. num. 68. par. 7.* Et de Doctore, & Procuratore *Mareſc. var. lib. 2. cap. 83. num. 40. Rot. in Bonon. Alimentorum poſt Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 1172. num. 1. verſ. nec applicantur, & deciſ. 224. num. 5. & 6. par. 2. rec.* De Medico *deciſ. 186. num. 1. & per tot. par. 4.* Et de Pictore fuit dictum *in Auenionen. Alimentorum 28. Ianuar. 1647. coram Eminentiſſ. Corrado.*

8 Præſumptio etiam boni Iuris reſultat, tum ex ſententia A. C. quamuis ab ea fuerit interpoſita Appellatio, vt notat *Couarr. pract. quæſt. cap. 6. nu. 6. verſ. ſecundum quod, Surd. de alim. tit. 1. q. 120. num. 10. & 11. Rot. dec. 250. num. 2. par. 1. rec. & in Fanen. Dotis 20. Nouemb. 1641. coram R.P.D. meo Cerro*, cum concordan. adductis per *Add. ad ſan. mem. Greg. deciſ. 189. num. 7. verſ. præſumptio boni iuris.*

9 Tum etiam quia ijdem Teſtes dicunt, Matthæum eſſe filium Antonelli deponendo de Nominatione, Tractatu, præſtatione Alimentorum, educatione, & communi reputatione, quæ omnia exuberant ad effectum de quo agitur, cum non agatur principaliter de filiatione, minuſque ad effectum ſucceſſionis, ſed incidenter pro conſequendis Alimentis,

quo

quo caſu ſufficit ſummaria cognitio,& leuio-
res requiruntur probationes per *text. in l.ſi quis
à liberis §.ſi vel parens , & ibi gloſs. verb.conſtiterit
ff.de liber.agnoſc.Surd.de alim.tit.*1. *q.*110. *num.*10.
*verſ.tamen communiter, & q.*112. *num.*20.*&* 21. &
vltrà adductos per *Grat. forenſ. diſcept. cap.* 567.
*num.*23. *& ſeqq.* firmauit *Rota dec.*289.*n.*1.*par.*1.
*rec.deciſ.*409.*num.*3.*par.*5.*Buratt.deciſ.*756.*num.*2.
*& ſeqq. Merlin.deciſ.*658. *à num.*1. & fuit dictum
in Auenionen.Alimentorum 28. *Ianuar.* 1647.*coram
Eminentiſs.Card.Corrado.*

10 Non obſtat quod Catherina Mater de tem-
pore conceptionis Matthæi haberet virum, &
ſic intret diſpoſitio, *text.in l.Miles §.defuncto ff.ad
l.Iul.de adult.* quod ipſe præſumatur filius Ma-
riti dictæ Catherinæ , non autem Antonelli
Adulteri ; Siquidem præſumptio prædicta
11 non fundatur in ſolo Matrimonio , ſed etiam
in Coniugum cohabitatione , & acceſſu Ma-
riti ad Vxorem , quibus concurrentibus pro-
les cenſetur potius legitima , quam Spuria ,
*Socin. Iun.conſ.*86.*num.*40.*lib.*2. *Surd.conſ.*1.*nu.*54.
*verſ.& non obſtat, & num.*61. *Alex.conſ.*88. *nu.*14.
verſ. præterea lib. 7. pluresque referunt *Add. ad
Buratt.deciſ.*725.*nu.*21. & dixit *Rota in dicta Aue-
nionen. Alimentorum* 28. *Ianuar.* 1647. *coram Emi-
nentiſs.Corrado, & deciſ.*488.*num.*15.*& ſeqq. coram*
12 *Merlin.* vbi firmat vlterius , quod ſi expediat
filio , ſe eſſe potius illegitimum, tunc non ità
mordicus eſt inhærēdum præſumptioni dictæ
l.Miles , quæ cum ſit inducta fauore illius,non
debet in eius odium retorqueri , *& coram eod.
deciſ.*797. *num.* 18. *&* 19. & notat *Decian.conſ.*1.
*nu.*128.*lib.*3.*Gozadin.conſ.*13.*nu.*48. *verſ.Prætereà,
Marcell.Marcian.conſ.*51.*n.*5.*lib.*1.

13 Nec vrget , quod in libro Baptiſmi Mat-
thæus fuerit deſcriptus filius Hieronymi, non
autem Antonelli , quia id fieri ſolet propter
honorem Ipſorum Coniugum , ad occultan-
dum Adulterium , & peccatum , vt in ſpecie
reſpondet *Pariſ.conſ.*10. *num.*87. *lib.*2. *Gozadin
conſ.*13.*n.*46.*Decian.conſ.*1.*n.*131.*lib.*3.

14 Quouerò ad quantitatem Domini attenta
qualitate perſonarum , & valore bonorum
exiſtimarunt,huiuſmodi alimenta,& ſumptus
litis deberi in ſumma ſcutorum trium quoli-
bet menſe , vt docet *I.C.in l.ſi cui* 14.*ff.de annu.
& menſtr.legat. Gratian.* qui plures cumulat *cap.*
112.*num.*1.*& ſeqq.* & firmauit *Rot.deciſ.*548. *ſub
num.*9. *par.*4. *rec. & in dicta Anconitana Alimento-
rum* 4.*Iunij* 1646.*coram bo.me.Arguellias.*

15 Hęc enim materia remittitur vt plurimum
arbitrio Iudicis *l.*2.*ff.vbi pupill.* educari, & mo-
rari debeat,*Aym.conſ.*189.*n.*10.*Bcnintend.dec.*43.
*n.*2.*Rot.coram Buratt.deciſ.*261.*n.*11.

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE PEDICONIS.

Lunæ 19. *Iunij* 1656.

ARGVMENTVM.

Conditio ſi ſinè filijs expirat non ſolum per exi-
ſtentiam maſculorum,ſed etiam fœminarum
non obſtante Statuto , illarum excluſiuo , ſi
Teſtator eaſdem vocauit ad ſucceſſionem ,
conformando ſe cum diſpoſitione iuris com-
munis .

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti , ex Statuto Vrb. cenſentur diſpoſitiuè vocati.*

2 *Conditio ſi ſine filijs ceſſat non ſolum per exiſtentiam maſculorum,ſed etiam fœminarum.*

3 *Inuentarium factum per Tutricem probat,bona fuiſſe in bonis Teſtatoris.*

4 *Fideicommiſſario datur immiſſio , conſtito de fideicommiſſo , de vocatione , & de bonorum identitate .*

5 *Fideicommiſſarijs non præiudicat Tutor , aſſignando pro dote fœminæ maiorem dotem , quam illi de iure debeatur .*

6 *Satutum excluſiuum fœminarum non habet locum , quando Teſtator illas ad ſucceſſionem admiſit.*

7 *Et tali caſu cenſetur , ſe voluiſſe conformare cum Diſpoſitione iuris communis, non autem Statuti.*

8 *Mulier , adminiſtrans bona Mariti , & fructus , ac mobilia retinens, præſumitur ſatisfacta de ſua dote, donec rationem non reddiderit.*

9 *Hæredes quando ſunt plures , tunc onus , ſoluendi debita hæreditaria ſpectat ad vnumquemque pro rata .*

DECISIO CCXXVII.

BERNARDINVS Pediconus in vltimo ,
ſub quo deceſſit Teſtamento , Hæredes
vniuerſales inſtituit Brigittam , Euphemiam ,
Ioſephum , & Angelum eius filios legitimos,
& naturales æquis portionibus , *& caſu quo ali-
quis obiret ſine filijs , voluit , quod vnus vel vna mo-
riatur alteri ſuperuiuenti* , vt ſunt verba dicti Te-
ſtamenti.

Cum itaque Angelus obierit ſine prole , &
ſucceſſiuè Brigitta Monialis in Monaſterio
Sancti Coſmati inſurrexerunt filiæ Ioſephi ,
& inſteterunt coram me , diſputari Dubium ,
An & pro qua rata ſit danda Immiſſio, quam
Domini pro medietate concedendam eſſe re-
ſponderunt.

1 Quia de fideicommiſſo Bernardini conſtat
ex verbis ſupra relatis , & de earum vocatio-
ne ex eo , quia fuerunt poſitæ in conditione ,
& conſequenter diſpoſitiuè vocatæ attento
Statuto Vrb. *cap.*142.*lib.*1. *Rot.coram Merlin.dec.*
447.*n.*11.*& in rec.dec.*114.*nu.*4.*& dec.*185.*nu.*1.*&
ſeqq.par.*7.

2 Nec refert , quod ipſæ ſint fœminæ , quia
conditio ſi ſine filijs purificatur non ſolum
per exiſtentiam Maſculorum , ſed etiam fœ-
minarum *ad tex.in l.ſi ità ſcriptum* 46.*ff.de leg.*2.
& in l.ſi quis ita 16.*ff.de teſtam.tutel.Socin.conſ.*227.
*ſub num.*7.*verſ.ex quibus colligo , & num.fin. lib.*2.
Et de veriori , & magis communi teſtatur
*Mantic. de coniect. lib.*11. *tit.*14. *per tot.* quem ſe-
quitur *Rot.coram Seraph. dec.*880. *num.*1. *Buratt.
deciſ.*834. *eod. num. & in recent. deciſ.*316. *num.*2.
& 3.*par.*1.

3 Legitimatio Perſonarum eſt indubitata , &

identitas vineæ Petiarũ 28. ſuper qua in ſpecie petitur Immiſſio, non cadit in controuerſiam; Et probatur ex Inuentario facto per Perpetuã Matrẽ, & Tutricem dd. filiorum *Rot. dec. 387. n. 2. par. 1. recen. & in Romana fideic. de Incoronatis 16. Ianuarij, & 22. Maij 1643. coram Reuerendiſs. D. meo Dunozetto Decano,* cum alijs per *Grat. forenſ. diſcept. lib. 4. cap. 765. n. 59. & ſeqq.*

4 Vndè his concurrentibus Immiſſio venit concedenda ſiuè ex remedio *l. finali*, ſiuè vtilis Saluiani Interdicti, vt dixit *Rot. in Fanen. bonorum 19. Iunij 1648. coram bon. mem. Arguegli, & in Bononien. fideicommiſſi 5. Decemb. 1650. coram me,* vbi aliæ cumulantur.

5 Non obſtat, quod Perpetua Vxor olim dicti Bernardini Teſtatoris, tanquam Mater, & Adminiſtratrix vna cum Ioſepho filio, dederit in ſolutum pro dote Euphemiæ petias decem eiuſdem Vineæ, quia ſtante fideicommiſſo Bernardini nõ poterat vocatis vllo modo præiudicari, nec eidem aſſignari maior portio quam de iure deberetur, *Peregr. de fideic. art. 42. num. 55. Fuſar. conſ. 166. nu. 4. Caſtr. conſ. 43. ſub num. 3. in fine lib. 2.* & firmauit *Rot. in Romana Dotis 15. Iunij 1648. & 8. Martij 1649. coram Reuerendiſs. Tarreconen.*

6 Prætenſio verò, quod Euphemia remanſerit excluſa à Ioſepho in portione Angeli, & Brigittæ attento alio Statuto excluſiuo fœminarum; Non fuit habita in conſideratione in præſenti caſu, in quo Teſtator expreſsè vocauit, & ad ſucceſſionem admiſit, tam maſculos, quam fœminas æquis portionibus, Iubens in euentum, quod aliquis dd. eius filiorum, & hæredum obiret ſine filijs, quod vnus, vel vna moriatur alteri ſuperuiuenti per fideicommiſſum, nam dictum Statutum non impedit, quominus fœmina poſſit ex Teſtamento capere iuxtà not. per *Bart. in l. fin. n. 4. verſ. pro hoc induco C. de pact. Alex. conſ. 131. num. 2. in fin. & num. 3. lib. 1. Caſtr. conſ. 52. ſub num. 2. verſ. cum verò lib. 1.* vbi quod tali caſu perindè eſt, ac ſi dictum Statutum non eſſet in rerum natura, *Pariſ. conſ. 53. num. 79. lib. 3. Surd. conſ. 185. num. 20.* & firmauit *Rota dec. 449. nu. 1. par. 4. diuerſ. & coram Greg. XV. dec. 358. n. 1. & ſeqq.*

7 Etenim tali caſu ceſſat ratio, quod voluerit ſe conformare cum diſpoſitione dicti Statuti, quinimò cenſetur voluiſſe ab ea recedere, & ſucceſſionem reducere ad terminos Iuris cõmunis, *Ruin. conſ. 40. num. 10. verſ. vndè patet lib. 3. Marzar. conſ. 35. ſub num. 18. Surd. conſ. 185. nu. 20.* & vltra relatos per *Gratian. cap. 942. num. 9.* firmauit *Rot. deciſ. 424. nu. 2. par. 4. diuerſ. & in Narnien. fideicommiſſi 1. Iunij 1620. coram ſan. mem. Innocentio X.*

8 Minus ſuffragari poteſt retentio pro dote Perpetuæ vxoris fideicommittentis, quia, cum ipſa adminiſtrauerit bona Teſtatoris, & fructus, ac mobilia in notabili quãtitate ad eius manus peruenerint, intrat præſumptio ſatisfactionis, donec de illis rationem reddat *ad text. in l. Peculium la 2. §. propterea ff. de Pecul. Rot. in rec. deciſ. 14. num. 9. & deciſ. 130. num. 15. & deciſ. 391. num. 8. par. 5.* cum alijs *in Interamnen. fideicommiſſi 11. Martij 1654. coram me.*

9 Et in omnem caſum huiuſmodi debitum tanquam hæreditarium æqualiter ad omnes ſpectabit *ad text. in lib. 2. & tot. tit. C. de hæred. act. Rota deciſ. 431. n. 3. par. 4. recent.*

Et ità altera tantum &c.

BENEVENTANA HAEREDITATIS.

Lunæ 19. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum inſtitutum ſub conditione, ſi ſine filijs, illis exiſtentibus, & ceſſantibus coniecturis expirat, nec inducitur per prohibitionem alienationis etiam cum cauſa ad hoc, vt bona remaneant in familia, ſi talis prohibitio ſit perſonalis, nec ſtet de per ſe, ſed ſit conſecutiua ad præcedens fideicommiſſum nam tunc recipit limitationem à caſibus in fideicommiſſo comprehenſis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum ſub conditione ſi ſinè filijs, illis exiſtentibus, & conditione non purificata, expirat.*
2 *Filij in conditione poſiti ceſſantibus coniecturis non cenſentur vocati.*
3 *Coniectura autem, quod fuerint poſiti in conditione cum qualitate, quod ſint legitimi, & naturales, non eſt conſiderabilis.*
4 *Alienationis probibitio, quando non reperitur adiecta in caſu obitus ſine filijs, ſed in oratione ſeparata, & caſu diuerſo, non releuat.*
5 *Alienationis prohibitio merè perſonalis, & reſtricta ad certas perſonas, non extenditur ad alias.*
6 *Amplia, etiamſi fuerit addita ratio, vt bona remaneant in familia.*
7 *Alienationis prohibitio an inducat abſolutum fideicommiſſum etiam non ſecuta alienatione, quando fuit munita ratione generali, eſt opinio ſatis controuerſa.*
8 *Declara, vt non inducat abſolutum fideicommiſſum, quando dicta ratio generalis adijcitur immediatè poſt ſimplicem prohibitionem alienationis, quæ de per ſe nihil operaretur, ſecus aliàs.*
9 *Et hæc opinio eſt verior.*
10 *Illamque ſequitur Rota Romana.*
11 *Et ità conciliantur authoritates inter ſe contrariæ.*
12 *Alienationis prohibitio ad hoc, vt bona remaneant in familia, tunc inducit abſolutum fideicommiſſum, quando nullum aliud fideicommiſſum præcedit, à quo ipſa prohibitio reguletur.*
13 *Secus verò ſi præcedat aliud fideicommiſſum, quia tali caſu prohibitio recipit limitationem à caſibus, in fideicommiſſo comprehenſis.*
14 *Deciſio Peruſina fideicommiſſi de Bigazzinis in quibus caſibus locum habeat.*
15 *Deciſio Caualerij 481. quomodo ſit intelligenda.*
16 *Alienationis prohibitio iniuncta Alicui, ceſſantibus coniecturis non extenditur ad Alios.*
17 *Et eodem modo expirat, ſicut expirat ſubſtitutio.*
18 *Prius, & poſterius non operatur in eadem Scriptura.*

19 Fi-

19 *Fideicommiſſi in materia attenditur potius ordo intellectus, quam Scripturæ.*

20 *Fideicommiſſi pro excluſione in dubio eſt pronunciandum.*

DECISIO CCXXVIII.

LVTIVS Senior de Leonibus inſtituto hærede vniuerſali Camillo filio, illo ſine filijs decedente, voluit, quod in eius bonis ſuccederent filiæ ſuæ, earumque filij pro æquali portione.

Vndè licet ex Camillo nati fuerint quatuor filij, nempè Cæſar, & Lutius Iunior, qui obierunt; Magdalena nupta in Domo de Bilottis, & Beatrix Monialis profeſſa in Monaſterio S. Victorini; Nihilominus quia eadem Beatrix, ſiue Monaſterium ex eius perſona, accepit poſſeſſionem prædij della Cancellaria, & ſententiam fauorabilem ſuper purificatione dicti fideicommiſſi ad ſui fauorem reportauit, reuocatam per Rotam in gradu appellationis; Dubitaui, an dicta ſententia reuocatoria eſſet confirmanda, vel infirmanda, & DD. pro confirmatione reſponderunt.

1 Cum enim Camillus deceſſerit relictis filijs defecit conditio, ſub qua hæres reperitur grauatus, & expirauit fideicommiſſum, *iuxt. text. in l. Lucius* 85. *ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. ſi cum dotem* 23. *n.* 10. *ff. ſolut. matr. & extat celebre conſilium Oldrad.* 21. *paſſim in Rota receptum, vt in dec.* 486. *nu.* 1. *& ſeqq. par.* 1. *rec. & deciſ.* 632. *n.* 2. *par.* 4. *to.* 3.

2 Nec refert, quod Beatrix tamquam filia Camilli, fuerit poſita in conditione, quia ceſſantibus coniecturis, filij in conditione poſiti non cenſentur vocati, *iuxta gloſs. in d. l. Lucius ff. de hæred. Inſtit. Rot. in recen. deciſ.* 389. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. cum alijs adductis per *Adden. ad Buratt. deciſ.* 385. *num.* 10. quam gloſſam procedere etiam in deſcendentibus firmatum fuit *coram eod. Buratt. deciſ.* 387. *num.* 1. *&* 2. *in rec. deciſ.* 221. *nu.* 2. *par.* 5. *& in Auenionen. fideicommiſſi* 22. *Aprilis* 1652. *coram me.*

3 Coniecturæ verò ex aduerſo deductæ, non videntur tales, vt à ſuperiori regula ſit recedendum, nam quod poſiti fuerint in conditione filij legitimi, & naturales ex ſuo corpore deſcendentes eſt valdè debilis, prout notat *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſs.* 24. *nu.* 13. *Theſaur. deciſ.* 96. *n.* 26. Illamque reiecit *Rot. dec.* 335. *n.* 8. *coram Burat.* cum concordantibus adductis *in dicta Auenionen. fideicom.* 22. *Apr.* 1652. *coram me.*

4 Prohibitio alienationis, & obligationis bonorum non reperitur adiecta caſui vocationis, & obitus Camilli ſine filijs, ſed in oratione penitus diſtincta, & ſeparata, imò cum in dictum caſum facta fuerit per Lutium expreſſa prouiſio, vocando ſcilicet filias ſuas, non poteſt ex huiuſmodi prohibitione alienationis prætendi inductum fideicommiſſum in caſum mortis, vt benè per *Zanch. in l. heredes mei §. cum ita num.* 675. *& ſeqq. ff. ad Trebell. Honded. conſ.* 78. *num.* 47. *& ſeqq. lib.* 1. *& conſ.* 69. *nu.* 21. *lib.* 2. *Card. Alban. conſ.* 1. *num.* 13. *Gabriel conſ.* 132. *num.* 68. *lib.* 1. & plures cumulat *Fuſar. de ſubſtit. q.* 638. *num.* 104. & dixit *Rota coram Greg. dec.* 433. *n.* 12. *& in rec. dec.* 8. *n.* 5. *&* 6. *par.* 7.

5 Maximè quia dicta prohibitio eſt merè perſonalis, ibi *prohibuit d. eius hæredi*, Ideoque ex ratione quantumuis generali non poteſt extendi ad nepotes per *text. in l. Pater filium* 36. *§. fundum Titianum ff. de legat.* 3. & docet *Ripa in l. filius familias §. Diui num.* 103. *&* 111. *de legat.* 1. *Marta vot. deciſiuo* 222. *num.* 33. *& ſeqq. Caualcan. deciſ.* 5. *num.* 90. *par.* 3. *Griuel. deciſ. Dolan.* 22. *nu.* 33. *&* 34. & vltra plures cumulatos per *Fuſar. de ſubſtit. q.* 437. *num.* 174. *& q.* 673. *num.* 9. 17. *& ſeqq.* firmauit *Rota in Bonon. fideicom. de Pepulis* 27. *Iun.* 1562. *corā Oradino poſt Giouagn. conſ.* 97. *n.* 12. *& ſeq. lib.* 1. *in rec. dec.* 316. *nu.* 6. *par.* 1. *& in Romana fideicōmiſſi de Coronis* 28. *Iau.* 1647. *coram D. meo Cerro.*

Et verba immediatè appoſita, *& ideo hoc fecit, vt omnia bona prædicta remaneant, & conſeruen-*
6 *tur pro ipſo hærede, eiuſque familia, & ſucceſſoribus,* tanquam conſequutiua, & adiecta per viam rationis, & per modum cauſæ enunciatiuè prolatæ, non immutant qualitatem prohibitionis, nec inducunt nouam diſpoſitionem, aut extenſionem fideicommiſſi *iuxta conſ. Decij* 636. *num.* 6. *& ſeqq.* & eſt bonus *tex. in auth. de reſtit. fideicom. Peregr. qui latè materiam tractat art.* 14. *num.* 11. *& ſeqq.* & præſertim *nu.* 18. *Fuſar. q.* 673. *num.* 9. vbi quod non obſtante d. ratione, adhuc prohibitio dicitur perſonalis, *Mareſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 103. *num.* 4. *& ſeqq.* & probant plures relati per *Altograd. conſ.* 60. *nu.* 10. *& ſeqq. lib.* 1. *Surd. dec.* 35. *per tot.* Et reprobata opinione Petræ de fideic. firmauit, *Rota coram Seraph. deciſ.* 883. *num.* 4. *& ſeqq. & inter diu. deciſ.* 698. *num.* 16. *&* 17. *par.* 1. *in Bononien. fideicom. de Elephantuccys coram Bubalo penes Giouagnon. conſ.* 39. *num.* 46. *& ſeqq. lib.* 1. quæ loquitur in fortioribus terminis, *in Peruſina fideicom. de Fiumaggiolis coram Litta apud eumdem vbi ſupra num.* 74. *& ſeqq.* vbi quod talis prohibitio etiamſi ſit veſtita à cauſa, dicitur ſtare ad maiorem fideicommiſſi corroborationem *in d. Bonon. de Pepulis poſt dictum Giouagn. conſ.* 97. *n.* 11. *& ſeqq. & coram Coccino dec.* 294. *n.* 7.

7 Et licet magna ſit diſſenſio Doctorum, nunquid per rationem generalem inducatur ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, & illud locum habeat etiam non ſequuta alienatione, in qua quæſtione veteres, & recentiores valdè torquentur, adeout quamplures etiam variauerint Teſte *Curt. Iun. conſ.* 43. *num.* 9. *verſ. ſecundò principaliter Mant. de coniect. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 24. *& ſeqq.* cum alijs pluribus adductis per *Franciſcum Redanaſc. conſ.* 29. *n.* 16. *& ſeqq.*

8 Attamen, quando hæc ratio generalis ſubijcitur poſt nudam, & ſimplicem prohibitionem alienationis, quæ de per ſe nihil operaretur per *text. in l. filius famil.* 118. *§. Diui il* 2. *& l. Pater filium* 36. *§. Duobus, & §. Iulius de legat.* 3. Tunc talis ratio confirmat quidem prohibitionem antecedentem, ſed non inducit nouū fideicommiſſum, niſi caſu quo alienatio fuerit ſubſequuta, quicquid ſecus ſi prohibitio ipſa eſſet veſtita, vel facta fauore certæ perſonæ, & eſſet valida, vt latè probant, *Socin. Sen. conſ.* 227. *à num.* 1. *& præſertim ſub num.* 3. *verſ. quibus tamen non obſtantibus vol.* 2. *Dec. conſ.* 117. *ſub num.* 13. *& ſeq. & conſ.* 286. *num.* 11. *verſ. vltimo non* ob-

obſtat, *& 422.per tot.præſertim à n.7.Ruin.conſ.89. num.14.& ſeqq.vol.2.Rolan.conſ.34.num.64.& ſeq. vol.4.Pariſ.conſ.75.num.33.& ſeqq.lib.2.Curt.Iun. d.conſ.43.num.9.& conſ.145. num.10. verſ.quartus principalis caſus*, & alios refert, *Gabr. de fideic. concl.9.num.7. & 37. & ſeqq. vbi num.* 41. reddit rationem, & tradit *Mart. vot. deciſiuo 222. num. 36.& ſeqq.*

9 Et hanc opinionem veriorem dicit *Alciat. in l.Pater filium 36. §.fundum num.6. de leg.1.3.* & de communi teſtatur *Socin.Iun.conſ.97.num.51. & 52.& conſ.163.num.8.lib.2.Siluan.conſ.6.nu.26. & 31.* Alijque plures relati per *Mart. conſ. 43. num.24.& per Fuſar.de ſubſtit.q.688.num.14.verſ. Ego certè*, vbi firmat hanc opinionem eſſe magis receptam, & veriorem, & ab ea in conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum.

10 Illamque pluries amplexa fuit Rota, *vt in deciſ.568.num.7.& 8.par.1.diuerſ.in rec. deciſ.300. num.20.& ſeqq.& præſertim num.27.par.1.* vbi reſpondendo ad doctrinam *Bart. in l. Pater filium §. fundum de legat. 3.* firmat, quod huiuſmodi verba non ſunt apta ad inducendam nouam diſpoſitionem, neque extenſionem fideicommiſſi de perſona ad perſonam *deciſ.284. num.8. & 9.par.6.& dec.15.n.1.& ſeq.par.7. repetita inter deciſ.Merlin.dec.669.n.1.*

11 Et cum hac diſtinctione opiniones inter ſe diſcrepantes conciliat, & ad concordiam reducit *Socin.in l.qui Romæ §.Cohæredes col.6.nu.15. & ſeqq.ff.de verb.oblig.Rip.in l.filius famil. §.Diui num.122.& ſeqq de leg.1.Decian. conſ.94. num.21. verſ.& poſtremo lib.5. Honded.conſ.78.nu.33.lib.1. Curt.Iun.d.conſ.43. nu.9.* & pluribus comprobat *Mandell.conſ.200.num.2.Menoch.conſ.197.num.29. verſ.ſecundus eſt caſus,Surd.dec.125.n.7.*

12 Non obſtat, quod ex ſola prohibitione alienationis, *ad hoc vt bona remaneant in familia*, cenſeatur inductum fideicommiſſum, tàm in caſu alienationis, quàm in caſu mortis, *ex Dec. conſ. 23. num. 4. verſ.ſexto moueor, Aretin. in l.qui Romæ §. cohæredes verſ. vbi autem de verb. obligat.* Quia prædicti, & alij DD.loquuntur quando nullum præcedit fideicommiſſum, à quo prohibitio dependeat, tunc enim talis prohibitio tanquam indefinita, & nullo caſu coarctata,
13 locum ſibi vendicat perpetuò, quandiu ſupereſt aliquis de familia, ſecus verò quando præcedit aliud fideicommiſſum, nàm tali caſu prohibitio recipit limitationem à caſibus in fideicommiſſo comprehenſis, vt benè reſpondet *Rot.deciſ.473.ſub num.2. verſ.& ſic ceſſat par.4.diuerſ.*& ita videtur ſentire *Dec. in allegat. conſ.636. num.12.* & diſtinguendo, ac enumerando plures caſus firmat *Bellon. Iun. conſ. 1. à n.85.& præſertim ſub nu.92.& ſeqq.*

14 Nec applicatur *deciſ.in Peruſina fideicom. de Bigazzinis 14. Nouembris 1605. coram Litta apud Giouagnon.conſ.75. num.71.& ſeqq. lib.1.* nàm ibi prohibitio non erat perſonalis, aderat dictio *in perpetuum*, & ratio conſeruandi bona in agnatione ſtabat de per ſe, concepta per verba diſpoſitiua, & in caſu alienationis datus fuerat ſubſtitutus, vt reſpondendo dictæ deciſioni firmauit, *Rota coram ſan.mem.Greg.dec.433.n.18.* cum adductis per *Altograd.conſ.79. nu.25.& 26. lib.2.* Nam ſola pœna nullitatis in caſu alienationis non eſt ſufficiens ad veſtiendam prohibitionem, dum non adeſt ſubſtitutus, cuius fauore nullitas inducitur, vt in præſenti ex *not.per Rot.dec.284.n.10.& ſeqq.par.6.rec.*

15 Minus *deciſ.481.coram Caualerio*, quia ibi pariter prohibitio erat realis, ſtabat de per ſe, & fuerat concepta per verba habentia tractum ad tempus futurum, & apta compræhendere etiam nepotes,& alios in infinitum, vt habetur in *dicta deciſ.n.7.*

16 Vndè cum nullæ concurrant coniecturæ, ſola prohibitio alienationis facta Camillo filio vt ſupra dictum fuit,non egreditur perſonam illius, vt notat *Bald.conſ.304.nu.1.vol.5.Cagnol. in l.2.num.46. verſ.ſecundo principaliter C. de pact. inter empt.& vendit.Tiraqu.de retract.conuent. §.1. gloſ.6.num.25. Rolan.conſ.59.num.28. & 29. lib.3. Surd.conſ.448.n.29.& deciſ.125.n.1.& 2.*

17 Imò eodem modo expirat, ſicut expirauit ſubſtitutio, vt aduertit *Alex.conſ.99. nu.8. & 9. lib.3.Dec.conſ.136.nu.11.& 12.& conſ.635.nu.17. & 18.Ruin.conſ.136.nu.16.lib.3.* & firmauit *Rota coram Seraph. deciſ.482. num.3.* Dictamque opinionem latè comprobat *Grat.forenſ.diſcept.cap. 774.num.15.vbi num.16.& 17.*ampliat ſiue ſub-
18 ſtitutio præcedat, & prohibitio ſubſequatur, ſiue econuersò; Cum in eodem Teſtamento non detur prius, & poſterius per ea, quæ tradit *Cephal.conſ.282.num.32.& ſeqq.* alijque relati per *Altograd. conſ.79. num.9. & ſeqq. vol.2.* vbi
19 quod vis non eſt in ordine, ſed in coniunctionē, & correſpectiuitate prohibitionis, & ſubſtitutionum, ſemperque præualet ordo intellectus, ſecundum quem prius concipitur ſubſtitutio, quam prohibitio, adeout prohibitio cenſeatur facta propter ſubſtitutiones ſubſequentes, non autem ſubſtitutiones propter prohibitionem, & bene firmauit, *Rota coram Seraph.deciſ.883.num.2.& ſeqq.& præſertim num.5.& 6.*

20 Ex quibus cauſa bis propoſita, & vtraque parte acerrimè informante, cenſuerunt Domini, ſententiam Rotalem eſſe confirmandā. Nec eſſe opus ingredi articulum renunciationis factæ à Beatrice occaſione ingreſſus in religionem, cum ex ſupradictis conſtet non adeſſe fideicommiſſum, pro cuius excluſione in dubio pronunciandum eſſe firmauit *Rota dec.279.nu.31. par.6.rec. & in Auenionen.fideicommiſſi 22.Aprilis 1652.coram me.*

CAVALLICEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 23. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Verbum *les Enfans* in vltimis voluntatibus idem ſignificat, ac verbum *liberos*, & iunctum cum alijs verbis *ſiens heritiers* comprehendit Nepotes, & deſcendentes. Et filij in conditione poſiti concurrentibus coniecturis,quarum plures enumerantur in Deciſione, cenſentur diſpoſitiuè vocati.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario datur immiſſio conſtito de fideicommiſſo, purificatione illius, & bonorum identitate.*
2 *Verbum* les Enfans *in vltimis voluntatibus idem ſignificat, ac verbum* liberos.
3 *Verbum* les Enfans *latius patet, quam verbum* filios.
4 *Deciſio Auenionen. fideicommiſſi coram Pirouano declaratur.*
5 *Liberorum appellatione veniunt etiam Nepotes.*
6 *Diſcretiuus loquendi modus demonſtrat contrariam diſponentis voluntatem.*
7 *Declara, vt hoc procedat, quando dicta diſcretina loquutio legitur in eadem parte diſpoſitionis, ſecus ſi in diuerſa.*
8 *Diſcretiuus loquendi modus non operatur, quando conſtat de contraria voluntate Teſtatoris.*
9 *Filiorum appellatione veniunt Nepotes, quando Teſtator contulit diſpoſitionem in tempus remotiſſimum.*
10 *Verbum* les Enfans *comprehendit Nepotes, & deſcendentes, praſertim ſi fuerint addita alia verba* ſiens heritiers.
11 *Declarantur authoritates contrariæ, vt procedant, quando Teſtator ſenſit de filijs primi gradus.*
12 *Filij poſiti in conditione concurrentibus coniecturis cenſentur vocati.*
13 *Et inter coniecturas ponderatur illa, ſi fuerint vocati ad portionem patrui, nam facilius præſumuntur vocati ad portionem patris, cuius reſpectu fuerunt poſiti in conditione.*
14 *Item, ſi Teſtator vſus fuerit verbo linea, & gradu, quia dicta verba tanquam collectiua comprehendunt Nepotes, & deſcendentes.*
15 *Caducato vno gradu in fideicommiſſis perpetuis ſuccedit alter.*
16 *Ponderatur tertio, ſi filij fuerint poſiti in conditione, cum qualitate maſculinitatis.*
17 *Ponderatur quarto, ſi fuerit additum, quod ſint de legitimo matrimonio procreati.*
18 *Sed coniectura huiuſmodi, quando eſt ſola, & concurrunt vrgentiores in contrarium, reprobatur à multis.*
19 *Iuncta verò cum alijs multum operatur.*
20 *Ponderatur quinto, digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus.*
21 *Similiter vocatio fœminarum in defectum Maſculorum.*
22 *Coniecturæ plures, licet ſingula de per ſe non ſufficiant ad effectum, vt poſiti in conditione dicantur vocati, iuuant tamen ſimul iunctæ.*

DECISIO CCXXIX.

BERTRANDVS Teſtator poſt factas plures ſubſtitutiones ad fauorem filiorum, Nepotum, & Deſcendentium Maſculorum, necnon deſcendentium ſimilium ex Ludouico fratre; his omnibus deficientibus vocauit Catharinam, Ioannam, & Annam de Girardis ſuas ſorores, ſi tunc in humanis erunt: *ſin minus* (ſunt verba teſtamenti idiomate gallico concepti) *les Enfans ſiens Heritiers.*

Per obitum Caroli nepotis dicti Teſtatoris, qui hæredem fecit Hoſpitale Villæ Inſulæ, inſurrexerunt illi de Pinet, Ioffres, & Vigier nepotes ex filijs præfatarum Mulierum, prætendentes, eſſe factum locum fideicommiſſo ad eorum fauorem, & dato Dubio, an illis ſit danda immiſſio, Domini affirmatiuè reſpon-
1 derunt: Quia conſtat de fideicommiſſo, de illius purificatione, & de bonorum identitate, quibus ſtantibus eſſe locum immiſſioni ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* dixit *Rota deciſ. 301. num. 5. & 6. par. 6. rec. deciſ. 151. nu. 1. par. 7.* & firmatum fuit *coram Merlin. deciſ. 312. eod. nu.* cum alijs *in Bononien. fideicommiſſi 5. Dec. 1650. coram Me.*

2 Nec de vocatione dubitari poteſt, nam licet ipſi non ſint filij dictarum Ioannæ, Catharinæ, & Annæ, ſed Nepotes ex filijs prædefunctis: Nihilominus comprehenduntur ſub illis verbis *les Enfans*, quæ in vltimis voluntatibus idem ſignificant, ac verbum *liberos*, vt tradunt quamplures Authores Galli, & ſignāter *Ludou. Bellus conſ. 67. num. 7. verſ. dictio enim, conſ. 89. num. 12. & conſ. 181. num. 7. Franc. Barry de ſucceſſ. lib. 17. tit. 12. nu. 18. Bertrand. de Argenter ad Conſuet. Britann. tit. des Baſtard. art. 452. in prin. fol. 1767. & art. 455. & 456. fol. 1774. Carundas in reſponſ. iuris Galliæ lib. 4. reſp. 47. & 81. & lib. 9. reſp. 37.* alijque plures relati per *Tondut. Sanleger. quæſt. ciuil. cap. 51. num. 11.* & ita firmat, ſeu præſupponit *Boer. dec. 155. in princ. & n. 3.*

3. Et licet *Rebuff. in l. liberorum 220. ff. de verb. ſign.* videatur ſentire contrarium, tamen in *verſ. itidem fol. mihi* 696. fatetur, quod verbum *Enſans* latius patet, quam verbum *filz*, quod ſignificat filios; & *deciſ. Auenionen. fideicommiſſi 7. Maij 1638. coram Pironaro*, non exprimit, quænam ſint verba de idiomate Gallico in Latinum translata ſignificantia filios maſculos, & ſic non applicatur.

5 Appellatione autem liberorum venire nepotes, firmant expreſsè Doctores ſupra allegati, & eſt *textus in l. cognoſcere 56. & in dicta l. liberorum 220. ff. de verb. ſignif. Ruſtic. in l. cum Anns lib. 6. cap. 8. num. 4. & 5. & 22. ff. de condit. & demonſtrat. Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 43.* & vltra cumulatos per *Fuſar. de ſubſtit. q. 327. num. 1.* firmauit *Rota coram Mantic. deciſ. 375. nu. 3. verſ. vndè cum Teſtator, & num. 4. & in rec. deciſ. 131. nu. 2. par. 4.* vbi ampliat id præſertim procedere, quando agitur de illorum fauore, *& dec. 4. n. 3. par. 4. tom. 2.*

6 Non obſtat quod Teſtator in antecedentibus ſubſtitutionibus vltra verbum *les Enfans* addiderit etiam, *& alios poſteriores*, quod non fecit in ſubſtitutione, de qua agitur, ſignum euidens, quod ſub dicto verbo intendebat comprehendere tantum filios primi gradus;
7 Nam huiuſmodi argumentum, deductum ex diſcretiuo modo loquendi ipſius Teſtatoris, tunc demum videtur concludere, quando talis diſcretiua loquutio legitur in eadem parte diſpoſitionis, de cuius interpretatione agitur, ſecus ſi in diuerſa, vt firmauit *Rot. deciſ. 174. n. 21. par. 4. rec.* & notant *Add. ad ſa. me. Greg. dec. 301. n. 18. in fine.*

8 Aliàs enim id potuit fieri ad maiorem declarationem; Et ſemper ceſſat obiectū, quando

Digitized by Google

do conſtat de contraria voluntate Teſtatoris, vt inquit *Surd. conſ. 426. ſub n. 30. verſ. tertiò reſpō-*
9 *deo, & n. 31.* Vndè cū Teſtator poſt tot gradus ſubſtitutionum vocauerit ſupradictas fœminas, & earum liberos, & ſic in remotiſſimum tempus, quo impoſſibile ferè reddebatur, quod eſſent extituri filij primi gradus, vtique negari non poteſt, quod verbum *liberos*, & verbum *filios* habuerit pro ſynonymis, *Aym. conſ. 62. num. 12. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 8. nu. 21.* Quodque propterea illorum appellatione cōtineantur Nepotes, & alij deſcendentes, vt tradit *Imol. in l. Gallus §. inſtituens num. 48. ff. de liber. & poſthum.* & probant quam plures relati per *Fuſar. de ſubſt. q. 320. n. 15. & ſeq. & q. 327. n. 13.* & firmauit *Rot. deciſ. 162. à num. 1. par. 6. recent. & coram Merlin. deciſ. 206. num. 16. & ſeqq. & num. 33. & 38. ac deciſ. 223. à num. 1. vſque ad 13. coram eodem.*

10 Præſertim quia poſt verbum *les Enfans* ſequuntur alia verba *ſiens heritiers*, quæ comprehendunt Nepotes, & deſcendentes in infinitum authore eodem *Rebuff. in dicta l. liberorum verſ. hodie, & verſ. etiam ff. de verb. ſignific. fol. 697.*

11 Non obſtat *Menoch. conſ. 328. & Surd. conſ. 554.* alijque plures exaduerſo allegati, quia procedunt, quando conſtat de voluntate Teſtatoris, quod ſenſerit de filijs primi gradus ob verba reſtrictiua, & declaratiua ibidem adiecta, & ità reſpondendo ad vtrumque explicat *Fuſar. de ſubſtit. q. 327. n. 18.*

12 Dixerunt pariter Domini immiſſionem eſſe concedendam prænominatis Actoribus ſuper bonis hæreditarijs Ludouici; Siquidem ipſe inſtituit hæredem Bertrandum, cui ſubſtituit Carolum eiuſdemmet Teſtatoris filiū, & Carolo ſinè filijs decedente, vel eius linea finita vocauit Antonium, & Ludouicum Pinet pro tertia parte, Ioannem Ioffres pro alia tertia, & Bertrandum Vigier pro reliqua tertia parte, & deficiente, ſeu moriente altero ex dictis Antonio, & Ludouico ſinè liberis maſculis, aut alijs poſterioribus de legitimo Matrimonio, ſubſtituit alium, & ſuos liberos maſculos, & ſic de maſculo in maſculum durante linea, & gradu, prout pari modo ſubſtituit dictos Ioffres, & Vigier de maſculis in maſculos, & deficientibus dictis maſculis fœminas: Vndè, licet Actores prædicti non appareant expreſsè vocati, nihilominus quia fuerunt poſiti in conditione, concurrentibus coniecturis admitti debent *Berou. conſ. 109. n. 9. & ſeqq. & conſ. 110. à num. 34. lib. 2. Rot. in rec. deciſ. 389. num. 4. par. 4. tom. 2. in Vrbinaten. prædij 3. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Bichio, & in Interamnen. fideicommiſſi 11. Martij 1654. coram Me.*

13 Vrgentes autem viſæ fuerunt illæ, quæ cōcurrunt in præſenti caſu: Nam Teſtator altero ex prædictis Antonio, & Ludouico ſine filijs moriente ſubſtituit ſuperſtitēm, & eius liberos maſculos: Vndè ſi Nepotes ſunt vocati ad portionem Patrui, multo magis vocati cenſentur ad portionem Patris, cuius reſpectu fuerunt poſiti in conditione, vt bene in propoſito ponderat *Honded. conſ. 54. num. 38. & ſeqq. lib. 2.* Et eſt coniectura approbata à *Rota in deciſ. 133. num. 5. & deciſ. 146. nu. 2. & ſeqq. par. 1. rec. & coram Cocc. deciſ. 267. num. 1. & in Bononien. fideicommiſſi de Lambertinis 10. Ian. 1628. coram Virili*, cum pluribus cumulatis per *Fuſar. de ſubſtit. q. 437. n. 83.*

14 Imò non contentus de verbis prædictis, nō ſolum vocauit liberos Maſculos ad portionem ſic deficientis, ſed de maſculo in maſculum durante linea, & gradu, quæ verba tanquam collectiua, & incluſiua multorum graduum, comprehendunt nepotes, & deſcendentes in infinitum, & important perpetuum, & ſucceſſiuum fideicommiſſum inter omnes deſcendentes durante linea non tantum fauore diſpoſitiuè vocatorum, ſed etiam poſitorum in conditione, *Anchar. conſ. 95. num. 7. Surd. conſ. 344. num. 14. & 15. Rot. coram Merlin. deciſ. 66. num. 2. deciſ. 206. num. 15. & deciſ. 223. eod. num. & in rec. deciſ. 424. num. 1. & 2. par. 2.* & firmatum fuit *in dicta Interamnen. fideicommiſſi 11. Martij 1654. coram Me.*

15 Hinc parum releuat, quod Antonius, & Ludouicus obierint ante patrem hæredem grauatum, quia firmato fideicommiſſo perpetuo inter deſcendentes, (vt ſupra dictum fuit) caducato vno gradu alter admittitur *Gabr. conſ. 115. per totum lib. 1.* & probat *Bart. in l. quamdiu la 2. num. 10. ff. de acquir. hæred.* Et de magis communi *Iaſ. conſ. 148. à num. 10. lib. 2.* & latè proſequitur *Gionagn. conſ. 76. num. 5. & ſeqq. & conſ. 77.* per totum *lib. 1. Fuſar. q. 469. num. 68.* & dixit *Rot. deciſ. 180. num. 19. & ſeqq. par. 5. rec. in Bonon. fideicommiſſi de Bologninis 29. Febr. 1644. coram Reuerendiſs. Compoſtellano, & coram Eminentiſſimo Card. Otthobono deciſ. 113. n. 1.*

16 Inſuper filij prædicti non fuerunt poſiti in conditione ſimpliciter, ſed cum qualitate maſculinitatis, vt ponderat *Bald. in l. maximum vitium num. 2. C. de liber. præter. Socin. Iun. conſ. 110. num. 23. & ſeqq. & conſ. 145. num. 37. lib. 3. Gozadin. conſ. 64. n. 7. & 8. Rot. coram Coccino dec. 375. n. 7. & in rec. dec. 266. n. 15. par. 1.*

17 Imò additum fuit, quod deberent eſſe de legitimo Matrimonio procreati, quæ qualitas, cum cenſeatur adiecta ad excluſionem legitimatorum, qui vna cum legitimis ab inteſtato ſuccederent, plurimum operatur pro inducenda vocatione ad fauorem poſitorum in conditione ex notatis per *Gionagn. conſ. 79. num. 17. & ſeqq. lib. 1. Surd. deciſ. 162. ſub nu. 7. verſ. in facto autem, & num. 8.* & quamuis hanc con-
18 iecturam reprobet *Zanchus in l. hæredes mei §. cum ità ff. ad Trebell.* alijque relati per *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 76. nu. 48.* Et debilem eſſe dixerit, *Rota in Auenionen. fideicommiſſi 22. Aprilis 1652. coram Me.* Nihilominus ibi concurre-
19 bant coniecturæ in contrarium; hic verò vrgentes numerantur pro inducēda vocatione; Et propterea huiuſmodi coniecturam iunctā cum alijs amplexa fuit *Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 329. num. 6. coram Buratt. deciſ. 897. nu. 2. in Anximana fideicommiſſi 22. Martij 1638. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, in Spoletana fideicommiſſi 18. Febr. 1647. coram bo. mem. Arguelles, in Vrbinaten. Prædij 3. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Bi-*

chio,

Digitized by Google

chio, & in dicta Interamnen. fideicommiſſi coram Me.

20 Adeſt digreſſus ad plures, ſubſtitutionum gradus, quam Coniecturam in his terminis adducit *Rota deciſ.266.num.14.par.1.recent.& deciſ.389.num.7.par.4.tom.2.& in dicta Auximana fideicommiſſi coram Reuerendiſſ. D.meo Decano, & coram Eminentiſſ. Card. Otthobono deciſ.113.nu.15.*

21 Demum concurrit vocatio fœminarum in defectum maſculorum, & aliæ plures cumu-
22 latæ per Informantes, quæ licet ſingulæ per ſe aliquam poſſint pati difficultatem, tamen ſimul iunctæ benè ſuffragantur ad effectum, de quo agitur, vt firmauit *Rot. dec. 146. num.1.par.1.in rec.& dicta deciſ.389.nu.13. par.4. tom 2.* & latius in allegata *Interamnen. fideicommiſſi 11. Martij 1654. coram Me.*

Ex quibus Domini pro immiſſione reſponderunt, omiſſis Detractionibus, quas reſeruare voluerunt ad particularem diſputationem vtraque &c.

MELEVITANA COMMENDAE.

Veneris 23. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Clauſula, *parito iudicato*, quid operetur reſpectu poſſeſſionis, fructuum, & expenſarum.

SVMMARIVM.

1 *Patientia habetur pro paritione, quando ſententia non continet aliquod praeceptum poſitiuum, ſed tantum negatiuum, & prohibitiuum.*
2 *Fruſtra petere videtur ille, qui petit, quod intus habet.*
3 *Fructus, qui dicit, fuiſſe perceptos, probare debet.*
4 *Appellatio ſuſpendit effectum Sententiæ.*
5 *Clauſula,* parito iudicato, *non cadit niſi ſuper ijs, in quibus adſunt tres Sententiæ conformes.*
6 *Clauſula,* parito iudicato, *non comprehendit expenſas, ſi illarum condemnatio continetur in vnica Sententia tantum.*
7 *Stylus non præſumitur niſi probetur.*

DECISIO CCXXX.

ADVERSVS Sententiam Rotalem aliarum duarum confirmatoriam, latam ad fauorem D. Equitis della Valletta ſuper adiudicatione Commendæ Montis Peſulani, fuit pro parte Ven. linguæ interpoſita appellatio, & obtenta reſtitutio in integrum cum clauſula *parito iudicato*; Vndè, antequam procederetur ad vlteriora in negocio principali, Dubium propoſui, an conſtet de ſufficienti paritione, quod affirmatiuè reſolutum fuit.

1 Etenim reſpectu poſſeſſionis ipſius Commendæ res tranſit ſinè difficultate; Nam idem Eques, ſtatim ſequuta vacatione, illius poſſeſſionem accepit, quam hodie pacificè retinet; Cumque Sententia non contineat aliquod præceptum poſitiuum, ſed tantũ negatiuum, & prohibitiuum, ſola patientia ſufficit, & habetur pro paritione, vt dixit *Rot. coram Buratt. deciſ.52.num.6.& deciſ.933.num.1.* cum concordantibus adductis per *Add.ad eund.deciſ.17.nu.8. & coram Merlin.deciſ.20.num.3.& ſeqq.*

2 Ceſſat pariter controuerſia quoad fructus, dum enim Eques illos percepit, & in proprios vſus conuertit, videtur petere, quod intus habet contra regulam *textus in §. ſic itaque, Inſtit. de action. Rota deciſ.64.num.11.par.6.rec.*

3 Et ſæper pro parte ipſiusdocen eſſet, quod ad manus linguæ aliqui fructus peruenerint *l. ei incumbit ff. de probat. l. qui accuſare C.de eden. Rot. coram Buratt.d.deciſ.933.num.1.in fine.*

4 Remanet difficultas circa expenſas, & cum Sententię de partibus nullam de expenſis prędictis mentionem faciant, ſed tantum vltima, à qua fuit appellatum, ſequitur quod lingua non teneatur illi parere; Tum quia Sententia fuit ſuſpenſa per appellationem iuxtà notata per *Alex.in conſ.188.num.10.lib.2. Felin.in cap.paſtoralis 28.§.præterea num.14.verſ. concluſio ſit de off. deleg.* & in his terminis *Rota coram Seraph. deciſ.754.in fine.*

5 Tum etiam quia clauſula *parito.* præſupponit rem iudicatam, nec cadit niſi ſuper ijs, in quibus adſunt tres Sententiæ, non autem, vt in
6 caſu præſenti, vbi concurrit vnica ſuper expenſis, vt benè per *Mart.de clauſul.par.1.clauſula 92.num.1.* Et firmatum fuit in vna *Valentina pecuniaria 20. Nouembris 1598. coram Cypſio, poſt Marcheſ. de Commiſſ. part. 2. fol.247. num.2. & in Farſen. pecuniaria 10. Ianuarij 1611. coram Manzanedo.*

Et in puncto, quod clauſula prædicta non comprehendat expenſas, quarum condemnatio continetur in vnica Sententia, firmauit *Rot.coram Millin.deciſ.108. num.2.& 3.* & clarius *in Melenitana Amianitatis 15.Ianuarij 1635.coram Reuerendiſſ. Carillo.*

7 Non obſtat, quod ex ſtylo illarum partium expenſæ prætendantur comprehenſæ in Sententijs, etiamſi non contineant earum condemnationem, quia ſtylus non præſumitur, niſi probetur *Bart.in l.de quibus num.23. ff. de legib. Socin.Sen.conſ.36.num.11.lib.4.Rot. deciſ. 793. num.2.par.1.diuerſ.*

Et ità &c.

GERVNDEN. PAROCHIALIS.

Veneris 27. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Literæ Apoſtolicæ in forma Breuis, quando ſunt iuſtificatæ, habent executionem paratam, & iuſtificatio reſpectu narratorum ex quibus reſultet præſertim circà Reſeruationem.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Literæ in forma Breuis, quando ſunt iuſtificatæ, paratam habent executionem.*
3 *Clericatus probatur ex Teſtibus, deponentibus de communi reputatione, & publica voce, & fama.*

4 Cle-

Digitized by Google

4 *Clericatus probatur per Teſtes, aſſerentes vidiſſe aliquem, Miſſam celebrare.*
5 *Vacatio per obitum probatur ex partita, formiter extracta ex libro, in quo mortui deſcribuntur.*
6 *Obitus Beneficiati in poſſeſſione probatur ex Teſtibus.*
7 *Menſis Nouembris eſt fixus, & perpetuò reſeruatus Sedi Apoſtolica.*
8 *Reſeruatio intrat quoad Parochiales, pro quibus Ordinarius tempore debito non indixit Concurſum, nec perſonam magis idoneam Pontifici præſentauit.*
9 *Reſeruatio, in eſſe deducta viuente Pontifice, non ceſſat per illius mortem.*
10 *Beneficia ſemel reſeruata ſemper durant affecta.*
11 *Executio Breuis, & literarum Apoſtolicarum non retardatur per exceptiones turbidas.*

DECISIO CCXXXI.

CENSVERVNT DD. non intrare arbitrium ad effectum retardandi executionem Breuis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, & mandari de immittendo illius vigore relaxati ad fauorem Iacobi Cerueræ:
1 Nàm cum illud reguletur à iure *gloſſ. in l. qualem verb. videtur de recept. arbitr. Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. videbitur ſub. num. 8. verſ. tertio caſu, Rot. coram Duran. deciſ. 60. num. 1.*
2 De iure huiuſmodi literæ in forma Breuis, quando ſunt iuſtificatæ, paratam executionē habent, vt in his terminis dixit *Rota coram eodem Duran. deciſ. 377. num. 2. Buratt. deciſ. 590. num. 1. Merlin. deciſ. 629. num. 2. & in rec. deciſ. 165. num. 1. par. 3.*
3 Iuſtificatio autem controuerti non poteſt reſpectu clauſulæ, *Conſtito*, appoſitæ in eodem Breui; Siquidem Clericatus reſultat ex teſtibus, deponentibus non ſolum de communi reputatione, & publica voce, & fama *Rot. deciſ. 14. de probat. in antiq. & deciſ. 126. num. 2. par. 5.*
4 *rec.* Sed etiam ex certa ſcientia, quia pluries viderunt illum Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebrantem *Cancler. deciſ. 559. num. 4. & in rec. deciſ. 629. num. 3. part. 1.*
5 Vacatio Parochialis per obitum Stephani probatur per partitam, formiter extractam ex libro Parochi, in quo mortui deſcribuntur datam in *Summ. num. 2. Rot. coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 78. num. 2. & coram Buratt. deciſ. 11. eodem*
6 *num.* Quodque obierit in poſſeſſione, deponunt ijdem Teſtes aſſerentes, eum exercuiſſe curam dictæ Parochialis, & percepiſſe fructus vſque ad obitum *Rot. coram Duran. deciſ. 406. numer. 4. coram Merlin. deciſ. 73. nu. 11. & in rec. dicta deciſ. 629. num. 5. part. 1.*
7 Reſeruatio demum patet ex eo, quia Parochialis controuerſa vacauit de menſe Nouembris, qui menſis eſt fixus, & perpetuò reſeruatus Sedi Apoſtolicæ vigore regulæ Cancellariæ hodie nonæ, vt dixit *Rot. coram Coccino deciſ. 305. num. 1. & coram Merlin. deciſ. 891. eo-*
8 *dem num.* Cumque Ordinarius intra tempus debitum non indixerit Concurſum, nec elegerit Perſonam magis idoneam, & electam Pontifici ſignificauerit ad formam Sac. Conc. Trid. & Conſtitut. San: mem. Pij V. meritò eadem Parochialis collata fuit Iacobo vigore eiuſdem Conſtitutionis in ordine 33. Bullar. nou. tom. 2. fol. 165. & tradit *Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 6. num. 130. & ſeqq. Garz. de benefic. par. 10. cap. 2. num. 7. & ſeqq. præſertim à num. 22. Rot. coram Seraph. deciſ. 702. per tot.* & nouiſſimè firmatum fuit *in Oueten. Parochialis 16. currentis menſis coram R. P. D. meo Priolo.*
9 Nec refert, quod antè lapſum quatuor menſiū vacauerit Sedes Apoſtolica per mortem felic. record. Innocentij X. quia cum reſeruatio iam fuerit in eſſe deducta viuente Pontifice, non ceſſauit per mortem illius, quicquid ſecus ſi vacatio Parochialis contigiſſet vacante Sede iuxtà *extrauag. ad Romani de præbend.* & firmauit *Rota coram Merlin. deciſ. 192.*
10 *num. 8.* Et regulare eſt, quod beneficia ſemel reſeruata ſemper durent affecta *Felin. in cap. in noſtra num. 20. verſ. poſtea mutaui de reſcript. Gonzal. ſuper dicta reg. 8. §. 5. procœmial. num. 79. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 20. num. 69. Rot. dec. 31. num. 2. verſ. in oppoſitum de præbend. in antiq. & coram Duran. deciſ. 154. num. 11. & ſeqq.*
11 Quæ facilius procedunt in præſenti caſu attenta regula xi. S. D. N. in qua diſponitur, quod omnia beneficia, quæ Innocentius X. eius Prædeceſſor ſibi reſeruauerat, tanquam vacantia tempore illius obitus, remanere deberent reſeruata, & affecta, nullumque de illis præter Romanum Pontificem ea vice ſe intromittere, & diſponere poſſe cum decreto irritanti; Et ſic cum reſeruatio ſit clara, exceptiones verò leues, & turbidæ, executio Breuis retardari non debet *Rota coram Buratt. dec. 805. num. 9. verſ. præterea, & num. ſeq. & in rec. dec. 381. num. 1. ad finem part. 1.*

Et ità altera tantum &c.

EVGVBINA EMPHYTEVSIS

Veneris 4. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Bona Emphyteutica in Statu Vrbini vigore Breuis Vrb: VIII. debent renouari pro eodem Canone, & cum laudemio debito de Iure, aut ex Conſuetudine, vel Conuentione.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* teneatur *importat præceptum, & præciſam neceſſitatem.*
2 *Stabilia præſumuntur reddere quinque pro centenario.*
3 *Laudemium eſt quinquageſima pretij, & ſoluitur ad rationem duorum pro centenario.*
4 *Conſuetudo debet probari ab eo, qui illam allegat.*
5 *Conſuetudo debet probari cum debitis requiſitis.*
6 *Notario non creditur in ijs, de quibus non fuit rogatus.*
7 *Probatio, ne dicatur concludens, ſufficit ſola poſſibilitas in contrarium.*
8 *Conſuetudo excluditur ex vnico actu in contrarium.*
9 *Renouatio differt à Conceſſione.*

10 *Clau-*

Digitized by Google

10 *Clauſula* ſublata, & decretum irritans *tollunt omnia geſta in contrarium.*

11 *Relatio fieri debet ad proxima, non autem ad remota.*

DECISIO CCXXXII.

POST reſolutionem captam die 26. Iunij 1654. quod RR. Abbas, & Monachi S. Paterniani Ciuitatis Firmi teneantur renouare Inueſtituram ad fauorem Dominici Balleoni, hæredis Catherinæ, quam prius conceſſerant Andreæ Mariotto Extraneo. Dubitaui pro quo Canone, & laudemio eſſet facienda dicta renouatio, & Domini reſpectu Canonis reſponderunt pro ſolito, & conſueto non excedente quinquageſimam partem fructuum iuxtà diſpoſitionem Breuis ſan: mem: Vrba-
1 ni VIII. quod cum loquatur per verbum *Teneantur* importat præceptum, & præciſam neceſſitatem *cap. duobus 14. ibique gloſſ. verbo teneantur de reſcript. in 6. Clemen. exiui de Paradiſo verſ. item ordo de verb. ſignif. Pariſ. conſ. 19. nu. 132. lib. 2. Monach. deciſ. Lucen. 53. nu. 34. & ſeqq.* & firmauit *Rota in rec. deciſ. 276. num. 2. par. 1. & coram Merlin. deciſ. 253. num. 10.*

2 Fructus autem Bonorum de quibus agitur videntur conſiſtere in ſcutis 45. donec ſiat melior probatio, dum Capitale inter partes concordatum fuit in ſcutis 900. & pro tali ſumma ſolutum fuit laudemium; Nam ad rationem quinque pro centenario iuxtà taxam in ſtabilibus fieri ſolitam, huiuſmodi fructum præſumuntur reddere, vt notat *gloſſ. in auth. perpetua verb. iuſta C. de Sacroſ. Eccleſſ.* quam paſſim *Rota ſequitur, vt coram Buratt. deciſ. 65. numer. 1. & 2. & deciſ. 112. num. 1. & in rec. deciſ. 656. num. 2. par. 3. & deciſ. 135. num. 18. par. 6. & in Peruſina Reintegrationis 15. Aprilis 1652. coram bon. me. Peutingerio.*

3 Quo verò ad laudemium idem Breue diſponit, quod renouatio ſit facienda ſoluto laudemio de Iure, ſeù Conſuetudine, aut Conuentione debito. De iure autem ſoluuntur duo pro centenario, quæ eſt quinquageſima pretij, & æſtimationis rei Emphyteuticæ iuxtà *text. in l. fin. iuncta gloſſ. verb. æſtimationis,* & ibi *Iaſ. num. 39. C. de Iur. Emphyt. Clar. in §. Emphyteuſis quæſt. 23. nu. 1. Gratian. qui alios cumulat. cap. 180. num. 1. & ſeqq. Vinc. de Franch. deciſ. 201. nu. 1. & 2. Vrſinus deciſ. 496. num. 7.* Et in terminis ſimilis priuilegij conceſſi per Summos Pontifices Ciuitati Ceſenæ firmauit *Rot. coram Buratt. deciſ. 831. num. 1. & per tot. receden. ab antecedenti deciſione quæ eſt 435. coram eodem, & in Ceſenaten. ſeù Sarſinaten. Laudemiorum 30. Aprilis 1646. coram Reuerendiſſ. Terracinen. confirmata die 19. Iunij 1656. coram R. P. D. meo Albergato.*

4 Conſuetudo autem ſoluendi maiorem quantitatem non probatur, prout exaduerſo probari deberet, & quidem in ſpecie, & in indiuiduo *Honded. conſ. 31. num. 48. & ſeqq. lib. 2.*

5 Et cum debitis requiſitis *Burg. de Laudem. par. 1. inſpect. 6. num. 9. Gratian. cap. 79. num. 4. & ſeqq.* Et iura quæ dantur in *Summ. numer. 4. & 5.* vltrà
6 quod ſunt ſimplices atteſtationes Notarij, quibus credeñ non eſſe præſertim in ijs, de quibus non fuit rogatus firmauit *Rot. deciſ. 371. num. 8. par. 4. rec. & deciſ. 235. num. 6. par. 4. tom. 2.* Non concludunt valorem corporum renouatorum adeout poſſit eſſe, quod ſumma ſoluta correſpondeat quinquageſimæ iuxtà iu-
7 ris communis diſpoſitionem, quæ ſola poſſibilitas ſufficit, adhoc vt probatio non dicatur concludens *Rot. deciſ. 747. num. 2. par. 2. recen. & in Aſten. Coadiutoria 21. Iunij 1652. & 14. Februarij 1653. coram me.*

8 Et quod magis eſt excluditur huiuſmodi Conſuetudo ex renouatione vltima iſtorum bonorum, facta ad fauorem Catherinæ in qua apparent ſoluta pro laudemio ſcuta 18. tantũ, & ſic ad rationem duorum pro centenario qui vnicus actus contrarius ſufficit ad excludeñ dictam Conſuetudinem, vt notat *Bart. in l. ſemper in ſtipulationibus in fine,* ibique *Cagnol. num. 12. ff. de Regul. Iur. Berou. conſ. 5. num. 23. lib. 1. Surd. conſ. 393. num. 24. & conſ. 476. num. 13. Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 162. num. 9.* ibique *Adden. num. 15. & in Portuen. Affictus 27. Febr. 1651. coram R. P. D. meo Bichio.*

9 Demum Conuentio non adeſt, & ſolutio ſcutorum 500. facta per Mariottũ cantat pro intratura, & pro obtinenda noua Conceſſione, non autem pro renouatione, & ſic non applicatur: Cumque ipſe eſſet extraneus reijcitur eius oblatio per eandem Conſtitutionem in illis verbis, ibi, *etiam ſi Alij quicumque me-*
10 *liorem conditionem offerant,* & ſtante clauſula ſublata, & Decreto irritanti perindè eſt, ac ſi facta non fuiſſet *Caualer. deciſ. 423. num. 2. Buratt. deciſ. 704. num. 10.* cum alijs pluribus *in Iamen. Priuilegiorum 28. Iunij 1649. coram Eminentiſſimo Corrado.*

11 Nec ſubſiſtit quod dicta verba referantur ad Canones non autem ad ſolutionem laudemij, quia cum fuerint inſerta in eodem Capitulo, imò in eadem periodo, vbi agitur de ſolutione laudemij, & ibi appareant adiecta immediatè, & continuatiuè, referri debent ad idem laudemium, non autem ad diuerſa, & ad remota, & ſic ad Canones *Rot. deciſ. 232. nu. 17. par. 6. rec. & deciſ. 236. num. 18. par. 7. & coram Merlin. deciſ. 525. num. 5.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 14. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Mulier non poteſt alienare ſinè expreſſione cauſæ particularis, & debitis ſolemnitatibus, & ſi aliter faciat, nõ tenetur ad reſtitutionem pretij, niſi illud probetur verſum in eiuſdem vtilitatem, nec repellitur exceptione melioramentorum, quando illa ſunt illiquida, ſed tantum debet præſtare cautionem de illis reficiendis ſequuta liquidatione.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, quando Iudex pronunciat malè appellatum, & benè iudicatum, & prima Sententiam eſſe confirmandam.*

2 *Sententiæ duæ conformes inter Ciues, & Incolas ex Statuto Vrbis habent vim trium, & rei iudicatæ.*

3 *Statutum Vrbis de duabus conformibus ſeruatur in Rota, & in omnibus Curijs.*

4 *Mulieris Contractus adhoc vt ſuſtineri poſſit, non attenditur alia cauſa, niſi expreſſa in Inſtrumento, & Iudici inſinuata.*

5 *Mulieris obligatio non ſuſtinetur, ſi cauſa expreſſa ſit nimis vaga, & generalis.*

6 *Mulieris obligatio requirit expreſſionem cauſæ particularis.*

7 *Excuſſio fieri non debet ſuper bonis intricatis, & obnoxys anterioribus hypothecis.*

8 *Obligatio facta ex falſa cauſa non ſuſtinetur.*

9 *Mulier non tenetur reſtituere pretium, receptum ex contractu nullo, niſi fuerit verſũ in ipſius vtilitatẽ.*

10 *Verſio in vtilitatem Mulieris debet probari ob allegante.*

11 *Declarantur authoritates contrariæ, vt procedant quando agitur ad reſciſſionem ex capite læſionis, ſecus verò ſi opponatur nullitas contractus.*

12 *Melioramenta, ſi ſunt illiquida non veniunt reficienda, ſed debet dari cautio de illis reficiendis ſecuta liquidatione.*

13 *Melioramentorum exceptio non retardat executionem, quando opponitur in fine litis.*

14 *Melioramenta veniunt compenſanda cum fructibus indebitè perceptis à die motæ litis.*

DECISIO CCXXXIII.

SENTENTIA A.C. declarat, venditionem Domus controuerſæ fuiſſe nulliter, & inualidè factam, & Franciſcum Gotufredum Hæredem Hieronymæ Matris in poſſeſſionẽ eiuſdem eſſe immittẽ, & reintegrandum: Altera verò D. mei Veroſpij firmat, benè pronunciatum per eundem A. C. & malè appellatum pro parte Ignatij, & fratrum de Petronijs, & primam Sententiam in omnibus eius partibus eſſe confirmañ. Vndè DD. ſi-
1 nè difficultate reſponderunt, conſtare de duabus Conformibus iuxtà *gloſſam in clem. 1. verbo alicnius ex eis de ſent. & re iudic. Rot. coram Caualer. deciſ. 387. num. 1. & coram Duran. dec. 365. & Merlin. 331. eodem num.*

2 Atque ideò eſſe locum Exequutioni, eum due Conformes inter Ciues, & Incolas habeant vim trium, & rei iudicatæ ex Statuto Vrb. lib. 1. cap. 180. vt firmat *Grat. diſcept. forenſ. cap. 898. num. 1. & 5. Rota coram Buratt. de-*
3 *ciſ. 197. num. 1.* vbi quod dictum ſtatutum ſeruatur in omnibus Curijs, & etiam in Rota, & cumulatis concordantibus firmatum fuit in *Romana fideicommiſſi, ſeù Saluiani 1. Iuly 1652. coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana Cenſuum 27. Aprilis 1654. coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

4 Nec obſtare repetitum obiectum, ad euitandam nullitatem Contractus, quod de tempore alienationis Domus, factæ ab eadẽ Hieronyma adeſſent mandata contra Virum relaxata ex cauſa Societatum, quodque poſtea Creditores in concurſu non comparuerint, ſignum euidens, quod ex pretio Domus dictę Societates fuerant extinctæ; Siquidem hæc non fuit Cauſa expreſſa in Inſtrumento, & ſuper qua Decretum apparet interpoſitum, ſed benè quod Vxor deueniebat ad venditionem, ad effectum erogandi pretium in nonnullis negotijs Viri, & pro ſolueñ Societatibus Officiorum. Et eo maximè quia ipſa pro eius integra Dote, & Iuribus dotalibus erat benè tuta ſuper omnibus dicti ſui Mariti bo-
5 nis. Huiuſmodi verò Cauſa, Iudici expreſſa, & inſinuata reſpectu primæ partis viſa fuit nimis generalis, & vaga, & ideò inefficax pro ſuſtinenda obligatione Mulieris, vt notant *Addent. ad Roman. ſingul. 217.* Et ſequitur *Cæſ. Manent. deciſ. 22. num. 12. & 13. Rot. in rec. deciſ. 203. nu. 2. & ſeqq. par. 4. tom. 2. & coram Merlin. dec. 714.*
6 *num. 35. & ſeqq.* vbi quod per expreſſionem Cauſæ generalis non dicitur ſatisfactum Statuto, quod requirit illius diſcuſſionem adhoc, vt ſi illa ſit falſa, vel inefficax contractus poſſit impugnari, quod certè fieri non poteſt, quandò non exprimitur cauſa particularis, & firmatum fuit in *Romana Domuncularum 10. Febr. 1648. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

7 Reſpectu verò ſecundæ partis apparet manifeſtè falſa attenta decoctione ipſius Viri, & quod omnia illius bona erant obligata, & hypothecata Creditoribus anterioribus, tunc enim habentur, ac ſi non adeſſent, nec Hieronyma illa tenebatur excutere *Rot. Genuen. deciſ. 156. num. 7.* & firmatum fuit *in deciſ. 666. n. 11. par. 4. tom. 3. rec. in Tudertina Cenſus 28. Martij 1653. coram R. P. D. meo Meltio, & in Mediolanen. Bonorum 7. Febr. 1656. coram Me.*

8 Certum eſt autem, obligationem factam ex falſa cauſa non ſuſtineri *Alex. conſ. 89. nu. 14. lib. 2. Dec. conſ. 350. num. 4. Rota in Anagnina Spolij 26. Iunij 1648. coram D. meo Meltio*: Et Decretũ ſuper ea interpoſitum omninò corruere *l. 1. §. hæc verba ff. ne vis fiat ei, Alex. conſ. 69. num. 3. lib. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 529. num. 1. & ſeqq. par. 1. et coram ſan. me. Greg. deciſ. 496. nu. 11.* vbi *Add. nu. 12.* ampliant. ſiuè Decretum fuerit interpoſitum partim ex falſa, partim ex vera cauſa, *Caſtr. in l. ſi non ſortem §. ſi centum num. 2. ff. de cond. indeb.* cum aliis per *Gratian. cap 122. num. 5. & ſeqq.*

9 Prætenſio, quod data nullitate Contractus adhuc pretium veniat reſtituendum, ceſſat ex eo, quod non probatur, illud fuiſſe verſum in
10 vtilitatem Mulieris, ſicuti exaduerſo probari deberet, vt ſit locus reſtitutioni *l. prædiorum, l. vtere, & l. ſi prædium C. de præd. & alijs reb. min. Dec. conſ. 60. ſub num. 2. verſ. nec Lucretia, Roland. conſ. 7. num. 28. lib. 3. Rot. coram Buratt. deciſ. 814. num. 1. & ſeqq.*

11 Nec vrgent authoritates in contrarium adductæ quia procedunt quandò agitur ad reſciſſionem contractus ex capite læſionis, vel ſimili, ſecus verò ſi opponatur nullitas ob non ſeruatas ſolemnitates *Roland. dicto conſil. 7. num, 28. lib. 3.* vbi dicit Conclusionem huiuſmodi eſſe ab omnibus receptam, & tradit *Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 7. numer. 20. Rot.*

poſt

poſt Ric. ad Statutum Vrb. deciſ. 60. numer. 5. & ſeqq.

12 Demum non obſtat exceptio Melioramentum, quia cum illa non fuerint liquidata in ſpecie, ſed tantum in genere, nec appareat quantum ſitélioratum, eſto quod probaretur, quid eſſet impenſum, videtur ſatis eſſe conſultum fratribus de Petroniis per cautionem, de illis reficiendis ſecuta liquidatione *Gozadin. conſ. 100. num. 21. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 569.* Et ità ſeruauit *Rot. in deciſ. 48. num. 16. par. 7. recent. in Tiburtina Affictus 19. Iunij 1648. coram Eminentiſsimo Corrado, & in Romana Vineæ 27. Iunij 1650. coram Eminentiſſimo Otthobono.*

13 Maximè quia nec in prima, nec in ſecunda Inſtantia de eis fuit oppoſitum, ſed tantum hodiè ad impediē imminentem executionem, quo caſu illorum prætextu non eſſe retardaā teſtatur *Vinc. de Franch. deciſ. 112. num. 17.* & latè firmatum fuit *in Bonon. fideicommiſſi de Vizzanis 7. Iunij 1647. et in Auenionen. Salujani 8. Martij 1652. coram bo. me. Bichio.*

14 Et tollitur difficultas, quia cum Petronij fuerint condemnati ad fructuum reſtitutionem à die motæ litis, Melioramenta venirent cum illis excomputanda *l. ſumptus 49. & l. emptor 65.* ibique *gloſſ. verb. ſuperfluum, et verb. eos ff. de rei vendic. Rot. diuerſ. deciſ. 186. num. 5. par. 2. Put. deciſ. 275. lib. 3. Millin. deciſ. 157. in fine,* & dictum fuit *in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 1. Iulij 1647. coram Eminentiſſ. Card. Corrado.*

Et ità vtraque &c.

IMOLEN. BENEFICII

Lunæ 4. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Præſentato debetur inſtitutio ſi habeat maiorem numerum vocum etiamſi non probet deſcendentiam Præſentantium à primo fundatore, ſed tantum ab iis, qui exiſtebant in quaſi poſſeſſione præſentandi.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus à maiori parte patronorum inſtitui, & præferri debet.*

2 *Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur per vnicum actum.*

3 *Præſentationes ſubſequentes cenſentur factæ ad formam antecedentium.*

4 *Ordinarij aſſertioni, circa præſentationes factas, deferendum eſt.*

5 *Præſentandi quaſi poſſeſſio probatur ex narratiua Ordinarij.*

6 *Narratiua, quod quis præſentatus fuerit à medietate patronorum, ſi non fuerit iuſtificata, gratia corruit.*

7 *Patrono ſufficit probare deſcendentiam ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, abſque eo quod illam probet à primo fundatore.*

8 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi inſtitui debet.*

DECISIO CCXXXIV.

PRAESVPPOSITA exiſtentia Iuriſpatronatus, & habilitate litigantium, à partibus non controuerſa, Cenſuerunt DD. Co: Odoardum eſſe inſtituendum, cum ipſe præſentatus fuerit à Comitiſſa Laura de Saxatellis, habente duas ex tribus partibus dicti Iuriſpatronatus,
1 & exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi; Nam habens maiorem numerum vocum inſtitui, & præferri debet, vt diſponit *text. in c. quoniam 3.* & ibi *gloſ. verb. qui maioribus de Iurepat. Clem. plures eodem tit. Garz. de benefic. par. 9. c. 2. nu. 257. Rota in Sulmonen. beneficij 10. Martij 1649. coram bon. mem. Arguelles, & in Piſcien. beneficij 26. Nouembris 1650. coram me, & 20. Nouembris 1651. coram R. P. D. meo Zarate.*

2 Quod autem Laura exiſtat in dicta quaſi poſſeſſione præſentandi, patet ex eo, quia vacante hoc Beneficio de anno 1560. Anibal eius Abauus præſentauit pro duabus tertijs, idemque fecit de anno 1586. Alexander Anibalis filius, & dictæ Comitiſſę Laurę Proauus; Et ſucceſſiuè de anno 1620. Comes Franciſcus Maria donatarius pro illa vice tātum eiuſdem Alexandri præſentauit Ioannem Franciſcum Saxatellum vigore iurium ſibi competentium: Vlterius de anno 1650. Procurator conſtitutus à Lauinia Auia, & Tutrice eiuſdem Lauræ, necnon ab aliis Compatronis, vtendo iuribus ſuorum Principalium ſimilem præſentationem fecit; Et demum de anno 1654. ipſamet Comitiſſa Laura præſentauit ſimpliciter mediante Procuratore, & omnes prædictæ pręſentationes habuerunt effectum ſuum, adeò vt huiuſmodi quaſi poſſeſſio nullo modo controuerti valeat, cum illa acquiratur etiam ex vnico actu, vt docet *Rip. in c. cum Eccleſia Sutrina num. 53. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Calderin. conſ. 12. de Iurepat. Lambertin. eodem tract. 1. part. lib. 2. art. 11. quæſt. 3. princip. num. 1. & ſeqq. Dec. conſ. 117. num. 2. Rot. coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 452. num. 20. Caualer deciſ. 197. num. 3. Duran. deciſ. 74. num. 1. & deciſ. 199. nu. 3.*

3 Non obſtat, quod in vltimis præſentationibus factis à Comitiſſa Laura non legatur huiuſmodi qualitas, quod illæ fierent pro duabus ex tribus vocibus, nam ſtante expreſſione contenta in antecedentibus, aliæ ſubſequentes ad formam earundem factæ cenſentur, vt dixit *Rota deciſ. 221. num. 8. & ſeqq. par. 6. recent. & coram Eminentiſſ. Card. Otthobono deciſ. 234. nu. 17. & 18.*

4 Minus facit, quod non appareant præſentationes de anno 1560. & 1586. ſed ſolum illæ enuncientur in Inſtitutionibus factis ab Ordinarijs, Nam cum illi viderint præfatas pręſentationes, & valdè ſe informatos oſtendant, enunciando Inſtrumentum dotationis, necnō nomen Notarij de eo rogati, vt patet ex illis verbis, ibi, *Adeò quod omnimoda prouiſio, inſtitutio, & diſpoſitio tanquam de Iurepatronatus Anibalis de Saxatellis pro duobus tertijs, & Comitis Herculis, & fratrum pro alio tertio, ad quos pertinere dignoſcitur ex dotatione Ludouici q. Ioannis de Saxatellis facta de anno 1485. ſub die 19. Iulij ex rogitu Nicolai à Vulpe Notarij Imolen. Viſa præſentatione &c.*

ncm, &c. Et in alio Inſtrumento, ibi *Viſa præſentatione nominatione, & electione facta per Annibalem patrem dicti Alexandri pro duobus tertijs nominantis, præſentantis, & eligentis Vincentium &c.* prædictis aſſertionibus, & enunciatiuis vti factis ab Ordinarijs, ad quos ſpectat admittere præſentationem, & facere Inſtitutionem, & ſic in materia concernente eorum officium, defendum eſſe, dixit *Rota deciſ.11.num.2.de Iurepat.in nou.Seraph.deciſ.1141.num.8. Duran.deciſ.74.num.10.& ſeqq.in rec.dec.13.num.1.par.1.& deciſ.735.num.5.par.3.*

5 Nec applicatur alia Deciſio Durani 125.ſub num. 12. exaduerſo allegata, quia ibi enunciatiua emanauerat ab ipſa parte abſentibus alijs Compatronis, in præſenti verò caſu facta fuit ab Ordinario, qui illam vidit, & perlegit, & propterea ei creditur in hac materia, vt dixit *Rota coram Put.deciſ.167. lib.1. in Florentina Iuriſp.de Ricaſolis* 10. *Martij* 1603.*coram Lancellotto apud Viuian.de Iurepat.lib.4.c.1.n.71. verſ. & in præſentationibus, & coram Peniadec.912.n.2.*

6 Parumque refert, quod Com. Camillus Saxatellus reportauerit gratiam Apoſtolicam, nam cum illa fuerit obtenta ſub conditione, *dummodò medietatis Patronorum accedat aſſenſus*, conditio non poteſt dici purificata, nec iuſtificata narratiua in hac parte, dum ipſe præſentatus fuit à ſolis Com. Franciſco Maria, & Alexãdro Ranuccio de Saxatellis, qui vnicam tantum vocem ex tribus habent ad notata per *Abb.in cap.2.num.3. de reſcript. Io.Andr. in cap.1. de lit.conteſt.in 6. Rota coram Seraph.deciſ.803.n.1. coram Duran.deciſ.87. num.19. deciſ.100.num.6.& deciſ.199.nu.4.& 5.*

7 Ex prædictis itaque reſponſum fuit, non eſſe inſtituendum Com. Camillum, ſed bene Com. Odoardum, tanquam præſentatum à Laura, quæ non ſolum probat ſuam deſcendentiam ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi pro duabus ex tribus vocibus, quod ſufficere firmat *Lotter. de re benefic. lib. 2. q.11.num.118.& ſeqq.Rota coram ſan.mem. Gregor. deciſ.452.ſub num.16. & 17.& in Regien. beneficij 24.Martij 1653.coram bon.mem. Bichio.* Sed etiam quod ipſamet reperitur in dicta quaſi poſſeſ-
8 ſione præſentandi *ad text.in cap. conſultationibus de Iurepat. Rot.deciſ.7. eod. tit.in nou.& deciſ.191. num.1. par.5. rec.* Nam vbi agitur de pertinentia, obſeruantia plurimum operatur, *Rota in dicta Piſcien.beneficij* 20.*Nou.*1651. *coram R.P.D. meo Zarate, & in alijs.*

Et ita vtraque &c.

REATINA FIDEICOMMISSORVM.

Veneris 8. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius poteſt agere pro recuperatione bonorum alienatorum, vel pro pretij reſtitutione non obſtante exceptione detractionis legitimæ, ſi illa fuerit prohibita cum ſolita cautela Socini, & prohibitio acceptata per hæredem grauatum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres fideicommiſſo grauatus, qui bona alienauit, tenetur ad reintegrationem fideicommiſſi.*
2 *Ampliæ ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter alienauerit.*
3 *Et eſt in facultate fideicommiſſarij agere pro pretij reſtitutione, vel pro bonorum recuperatione.*
4 *Trebellianica prohiberi poteſt etiam filijs primi gradus.*
5 *Legitimæ prohibitio ſuſtineri non poteſt, niſi adhibita cautela Socini.*
6 *Legitimam hæres detrahere non poteſt, qui mediante generali acceptatione approbauit teſtamentum cum onere, illam non detrahendi.*
7 *Fortius verò ſi adſit acceptatio ſpecialis etiam reſpectu ipſius legitimæ.*
8 *Minor poteſt coram Iudice ſine alijs ſolemnitatibus acceptare hæreditatem pinguem cum onere, non detrahendi legitimam.*
9 *Minor ſi maior factus acceptauerit Teſtamentum paternum, & auitum cum onere non detrahendi legitimam non poteſt amplius illam prætendere.*
10 *Identitas bonorum probatur ex Inſtrumento Diuiſionis, factæ inter filios, & nepotes Teſtatoris.*
11 *Confeſſio præiudicat Confitenti.*
12 *Confeſſio probat contra confitentes, & habentes ab eis cauſam.*
13 *Executiuè procedi poteſt vigore obligationis Cameralis.*
14 *Executiuè poteſt Rota procedere, quando fuerunt ei communicatæ facultates A.C.*
15 *Productio poteſt fieri per compulſum in parte, & partibus.*
16 *Fideicommiſſarius, quando agit ex perſona propria recuperare poteſt bona fideicommiſſi alienata, etiam ſi ſit hæres Alienantis.*

DECISIO CCXXXV.

CVM Pompeius de Vecchiarellis, grauatus fideicõmiſſo tàm Bartholomæi Aui, quam Vincentij Patris, plura alienauerit bona eiſdem fideicommiſſis ſuppoſita. Dubitatum an, & pro qua rata pro illorum reintegratione eſſet relaxatum mandatum, & DD. pro nunc ſine præiudicio maioris ſummæ relaxandum eſſe cenſuerunt in ſcutis ſeptem millibus ducentis viginti quatuor, & bai. 57. ÷ quia pro eadem ſumma conſtat ipſum alienaſſe bona conſiſtentia in corporibus viginti octo, vt latius habetur in folio particulari exhibito in Rota, & per Inſtrumenta publica, aliaque iura in actis producta, in omnibus iuſtificato cum expreſſione, & ſpecificatione temporum, Notariorum, necnon perſona-
1 rum, quibus fuerunt vendita. De iure enim hæres grauatus, qui alienat bona fideicommiſſaria, tenetur ad pretij reſtitutionem, & reintegrationem fideicommiſſi, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter alienatio ſequuta fuerit, prout in primo caſu, quando alienauit ſcienter, eſt
2 *text.in l.quidam 25. §.fin. ff.ad Senat. Conſult. Trebell. & tradit Cagnol.in l.qui dolo num.1.ff.de regul. iuris Pariſ.conſ.5.num.26.lib.2.Menoch.de adipiſcen. remed.1.num.65.Peregr.de fideicom.art.45.num.35.*
3 vbi ait eſſe in facultate fideicommiſſarij agere pro

pro reſtitutione pretij, vel pro recuperatione bonorum alienatorum, quod repetit *art. 46. nu.26.* Et in ſecundo caſu quando ignoranter, *l.finali §.vltimo ibique Bart.Caſtrenſ. & alij ff.de legat.ſecundo Ioſeph Ludouic.commun.opin.concluſ.14. illat.91.verſ.declara ſecundo, Petr.de fideicom. qu.3. n.37.Fuſar.* qui plures cumulat, *de ſubſtit.q.556. num.22.& q.558.num.1.& 2.* & de communi teſtatur, *Alex.conſ.3.n.3.lib.3. Burſatt.conſ.13.n.75. lib.1. Gabr.conſ.44. num.9.& 22.lib.2. Maſcard.de probat.concl.779.nu.3. Graſſ.§.fideicommiſſum q.56. num.4.Oſaſch.deciſ.Pedemont.73. num.1.& ſeqq.* & de vtroque *Cyriac.* alios referens *controu.5. n.22. & ſeqq.* & firmauit *Rota coram Merlino deciſ.831. num.1.& 2.& deciſ.844. eodem num.1. & in Bononien.ſucceſſionis 4.Maij 1646.coram bo.me.Bichio,& 18.Martij 1652.coram me.*

4 Et fruſtrà opponitur, alienationes prædictas deberi imputari in legitimam, & Trebellianicam; nam Bartholomæus Teſtator prohibuit expreſsè illarum detractionem, iuſſitque hæredibus approbationem huiuſmodi diſpoſitionis, quàm poſteà reiterauit Vincentius per relationem ad teſtamentum prædictum. Certum eſt autem Trebellianicam prohiberi poſſe, etiam filijs primi gradus iuxtà opinionem Rotæ, à qua non eſſe receden. propter illius auctoritatem firmat *Marz. de fideicom. quæſt.49. Mareſc.var.reſol.lib.1.cap.100.num.10. Molin.de Primog. lib.1. cap.17. num. 12. & ſeqq.* & firmatum fuit *coram ſan.mem. Greg. deciſ.421. num.10.* ibique *Adden. num. 16. in Ceſenaten. bonorum 27. Martij 1648.coram bon.mem.Peutingerio in Romana fideicommiſſi 8.Iunij eiuſdem anni coram bon.me.Arguelles, & coram Eminentiſſ. Card. Otthobono deciſ. 36.num.3.*

5 Legitima verò prohibita fuit cum ſolita cautela, quod recuſantibus hæredibns teſtamentum, & prohibitionem acceptare, cenſerentur inſtituti in ſola legitima, quam cautelam tradit *Socin.Iun.conſ.122.num.8.& ſeqq.lib.1. Dec.conſ.687. num.2.* & approbat *Rota deciſ.206. num.4.deciſ.479.num.8.& deciſ.653.num.13.par.1. recent.coram Merlino deciſ.642.num.5.& in Fanen. bonorum 19. Iunij 1648. coram bon. memor. Arguelles.*

6 Cumque poſtea Pompeius vna cum alijs Fratribus per Inſtrumentum publicum de anno 1602.& 1608. promiſerit adimplere omnia in dictis Teſtamentis contenta, & quod tota hæreditas integrè conſeruaretur in familia, vſque ad minimum quadrantem, ſupponendo ijſdem fideicommiſſis legitimam, nec non prælegata, ac omnia, & ſingula bona ceſſat penitus prætenſio huiuſmodi, quia concurrit non ſolum acceptatio, & approbatio generalis Teſtamenti, & oneris in illo iniuncti cum clauſulis ampliſſimis, quam ſufficere firmauit *Rota in Romana fideicommiſſi de Ceulis 26.Nouemb. 1639.& 16.Maij 1642. coram Reuerendiſs. Compoſtellano,* cum alijs per *Adden.ad ſan. mem. Gregor. deciſ.489.num.27.verſ.& vt filius, & per Grat.cap.*
7 *983.num.3.& ſeqq.* ſed etiam ſpecifica, & indiuidualis reſpectu ipſius legitimæ vt diſponit *tex.in l.ſi quando 35. §.& generaliter C.de inofficioſo Teſtamento, & voluit Rot.deciſ.342.nu.9.par.5.rec. & coram Eminentiſs.Otthobono dec.100.nu.5.& per totam,& dec.110.n.1.*

8 Non obſtat, quod de tempore acceptationis ſecutæ, nempè de anno 1602. Pompeius eſſet minor, nam vltrà quod acceptatio erat vtilis, & neceſſaria eidem Pompeio ad effectū conſequendi pinguem hæreditatem, & appa-
9 ret facta coram Iudice, quo caſu ſolemnitates non eſſe neceſſarias dixit *Rota d. deciſ. 110. nu.11.coram Eminentiſſimo Card.Otthobono,* adhuc ceſſat difficultas, quia factus maior de anno 1608. Teſtamentum auitum, & paternum de nouo approbanit, & acceptauit ſupponendo illis legitimam, nec non prælegata &c. adeo vt detractio huiuſmodi nullo modo prætendi poſſit contra formam prædictæ acceptationis *ad text.in l.vnica C.ſi maior factus rat. hab. Rot.coram ſan.mem. Greg.deciſ.186. num.4.* & in terminis firmatum fuit *in d.deciſ.110.per totam & præſertim num. 16. coram Eminentiſſimo Cardinali Otthobono.*

10 De identitate verò bonorum alienatorum nullo modo dubitari poteſt, quia illa colligitur ex combinatione cum bonis contentis in Inſtrumento diuiſionis factæ à Pompeio, & fratribus, vt dixit *Rota deciſ.88. num. 12. par.7. rec.& coram Merlino deciſ.548.num.17.* cum alijs pluribus *in Fanen.bonorum 19. Iunij 1648. coram bo.me.Arguelles.*

11 Et cum idem Pompeius in dicta diuiſione de anno 1615. faſſus fuerit non ſolum bona diuiſa eſſe ſuppoſita prædictis fideicommiſſis, ſed etiam alia empta poſt patris obitum in dicta diuiſione deſcripta tanquam acquiſita ex pecunijs hæreditarijs, talis confeſſio, & declaratio ſicuti præiudicat ipſi Pompeio, vt notat *Marzar.de fideicom.qu.58.Peregr.eodem tractatu art.44.num.5.Rota coram Merlino deciſ.262.num.1. & deciſ.294. in principio,* ita etiam probat con-
12 tra hæredes, & habentes ab eo cauſam ad *text. in l. cum à matre C. de rei vendic. Rota coram Buratt.deciſ.229.num.10. & ſeqq. & in Romana fideicommiſſi 8. Iunij 1648. & in dicta Fanen. bonorum 19. Iunij eiuſdem anni coram bo.me.Arguelles.*

13 Minus dubitari poteſt, quod pro illorum reintegratione competat via executiua, & mandatum relaxari valeat, nam ſtante obligatione Camerali res tranſit ſine difficultate, *Cephal.conſ.439.num.16.Theſaur.deciſ.26.num.12. Rota in rec.deciſ.258. num. 1. par. 6. & in Romana Domorum de Incoronatis 18. Martij 1650. coram*
14 *Reuerendiſſ. D. meo Decano;* Et cum per commiſſionem particularem fuerint mihi communicatæ facultates A. C. eodem modo poteſt Rota executiuè procedere, ſicuti procederet idem A.C. *Rota deciſ.415.ſub nu.10.par.1. rec.Burat.deciſ.752.in fin.*& fuit dictum *in Æſina Pecuniaria 17. Februarij 1648. coram bo.mem.Peutingerio.*

15 Quod Inſtrumenta diuiſionum, & alia iura fuerint mutilatè in Rota producta, nullo modo ſubſiſtit in facto, nam Inſtrumenta ſunt integra, & per compulſum in actis exhibita, quamuis ad effugiendum expenſas, & tollendam prolixitatem fuerit repetita illa tantum pars, quæ facit ad cauſam, prout fieri

 poſ-

poſſe tradit *Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 1. de product. tur. num. 6.* & admittit *Rota d. deciſ. 139. num. 6. & ſeqq. par. 4. tom. 2. rec. & deciſ. 304. num. 21. par. 5. & coram ſan. mem. Greg. deciſ. 432. num. 7.* cum aliis per *Add. ad eundem deciſ. 238. num. 15. verſ. limitatur ſecundo.*

16 Quod R. P. D. Odoardus de Vecchiarellis R. C. Apoſt. Generalis Auditor, necnon illius fratres hodie agentes ſint etiam pro medietate hæredes Beneficiati Pompeij, & ſic pro dicta rata debeant concurrere ad reintegranda fideicommiſſa, ab eiſdem non controuertitur; Et cum veniant ex perſona propria independenter à dicto Pompeio, vti vocati ad eadem fideicommiſſa, poſſunt inſtare pro reintegratione non obſtante quod alienatio facta fuerit per ipſum Pompeium, *Natt. conſ. 470. nu. 13. Rota diuerſ. deciſ. 110. per tot. par. 2. & coram Merlin. deciſ. 716. num. 12. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 180. num. 12. & ſeqq. & deciſ. 270. d. num. 11.*

Vndè cum fideicommiſſa ſint literalia, & iam per ſententiam Rotalem canonizata corã R. P. D. meo Veroſpio ad fauorẽ eorundem, reſponderunt DD. pro mandati relaxatione contra bona hæreditaria Pompeij vtraque parte informante.

ALBANEN. REDDITIONIS RATIONIS.

Mercurij 13. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Confeſſio, facta à Tutore ſuper exiſtentia bonorum Pupilli, non poteſt ab eodem impugnari, & circa liquidationem, & valorem illorum admittuntur præſumptiones, & coniecturę, quando culpa ipſius Tutoris probatio difficilis redditur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio propria ſuperat quamcumque probationem.*
2 *Error in facto proprio non præſumitur.*
3 *Verbum* eſſe *idem ſignificat, ac verbum* remanere.
4 *Verbum* eſſe *importat exiſtentiam realem de tempore factæ confeſſionis.*
5 *Verbum* eſſe *impropriè exponitur pro* fuiſſe.
6 *Verbum* eſſe, *quando verificari poteſt in tempore præſenti, nunquam trahitur ad præteritum, vel ad futurum.*
7 *Confeſſio, quando eſt veriſimilis, & adminiculata, magis probat.*
8 *Pretium frumenti dicitur iuſtum, ſi ita vendi ſolet in publico foro.*
9 *Liquidatio fructuum, cum ſit difficilis probationis, admittit præſumptiones, & coniecturas, & probationes à ſolito, & conſueto.*
10 *Maximè in odium illius, qui omiſit deſcribere fructus, & cuius, culpa reddita fuit impoſſibilis melior probatio.*
11 *Liquidatio fructuum, quæ eſt conformis relationi Peritorum, & taxationi legali, dicitur iuſta, & venit attendenda.*
12 *Teſtes, examinati ad perpetuam rei memoriam non poſſunt concurrere cum Teſtibus, examinatis ſeruatis ſeruandis.*
13 *Teſtium dicta non poſſunt concurrere cum relatione Peritorum.*
14 *Inueriſimilitudo adimit fidem Teſtibus.*
15 *Fructuum liquidatio regulari non debet ex redditu vnius anni.*

DECISIO CCXXXVI.

EXHIBITIS per Franciſcum Samanum Tutorem Catherinæ neptis nonnullis computis ſuæ adminiſtrationis cœpta fuit diſputatio ſuper tribus partitis concernentibus frumentum, noualia, & Vineam, & DD. ſub die 12. Iunij 1656. reſpectu frumenti cenſuerunt non conſtare de ſufficienti redditione rationis ſed deficere rubra 25. circiter in reliquis verò affirmatiuè reſponderunt.

1 Hodie repropoſita cauſa ſuper iiſdẽ, quoad primam partitam idem quoque reſponſum fuit; Nam Franciſcus Tutor ſub die 1. Decembris 1638. poſtquam vendiderat rubra 52. frumenti relicta per Gaſparem Teſtatorem faſſus fuit ſub his præcisè verbis. *Eſſere nel granaro d'Albano rubia* 80. *di grano*. Si igitur adhuc extabant in horreo Albani rubra 80. vltra alia 52. iam diſtracta ſequitur, quod ipſe teneatur reddere rationem de rubris 132. non autẽ de rubris 107. prout fecit nam in hoc conuincitur ex propria confeſſione, qua nulla maior probatio *vulg. l. cum te la 2. Cod. de tranſactionibus cap. per tuas de probat. Rota deciſ. 34. num. 4. par. 5. recent.*

2 Huiuſmodi verò confeſſio non poteſt dici erronea, vel verificari in rubris iam diſtractis nam error in facto proprio nec præſumitur, nec ſuffragatur *l. 3. ff. de iuris, & facti ignor. Surd. deciſ. 293. num. 12. Rot. deciſ. 121. num. 1. par. 3. recent.* cum alijs *in Romana multiplici 29. Ianuarij*
3 *1638. coram Cardinali Panzirolo.* Et rubra 52. iam vendita, cum non eſſent amplius in rerum natura impoſſibile eſt, quod reperirentur in horreis Albani, vt denotat verbum; Eſſere, quod idem importat, ac verbum remanere *ad text.*
4 *in l. ſi patronus 2. ibique gloſ. verb. eſſe ff. de Concubin.* Et tanquam præſentis temporis præſupponit exiſtentiam realem de tempore factæ confeſſionis, *l. ſcribit 36. §. item ſcribit, & ibi Bart. in princ. ff. de aur. & arg. legat.* cum alijs adductis in deciſione, quæ reuidetur.

5 Et licet replicetur exaduerſo, quod etiam verbum *eſſe* aliquando ponitur pro *fuiſſe*, id tamen procedit impropriè, non autem ex natura eiuſdem verbi, vt docet *gloſſ. in §. in poteſtate verb. eſſe Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alien.*
6 *Iur.* Et quando verbum *eſt* poteſt verificari in tempore præſenti, tunc numquam trahitur ad aliud tempus, vt bene explicat *Angel. conſ. 51. nu. 3.* quem ſequitur *Surd. conſ. 55. ſub nu. 23. verſ. remonetur quoque*, & firmat *Menoch. conſ. 97. n. 136. verſ. accedit fortius.*

7 Imò eadem confeſſio adminiculatur ex fide

No-

Notarij, atteſtantis ſe deſcripſiſſe in inuentario de ordine ipſius Franciſci rubra 80. & poſt talem deſcriptionem fuiſſe requiſitum, vt vellet deſcribere alia rubra quinquaginta, illamque fuiſſe omiſſam ob defectum teſtium; Necnon ex relatione Peritorum, facta de ordine Iudicis; Ex ſolito Teſtatoris ſerendi rubra 30. circiter; ac ex declaratione per eum facta in vltima diſpoſitione, adeo vt, ſi confeſſio ſimplex de ęquitate canonica ſecundum magis communem probat in præiudicium confitentis, fortius id veniat dicendum, quando vt in caſu præſenti eſt veriſimilis, & pluribus adminiculata, *Rota coram Penia dec. 409. n. 4. & 5. iuxtà impreſ. Venetam, & in rec. dec. 158. n. 12. par. 1. deciſ. 113. num. 2. par. 3. & deciſ. 696. num. 4. par. 4. tom. 3.*

8 Perſtiterunt pariter Domini in reſolutis, quoad ſecundam partitam, concernentem Noualia relicta per Teſtatorem, quam partes hodie non impugnarunt, agnoſcentes, venditionem rubrorum 16. factam fuiſſe pro iuſto pretio cum licentia, & permiſſione Teſtatoris, & frumentum redactum ex alijs rubris fuiſſe diſtractum pro ſcutis 8:40. quanti tunc temporis vendebatur in publico foro, *iuxtà doctrin. Bart. in l. ſeptem 12. num. 1. C. de erogat. militar. annon. lib. 12.* & notãt communiter DD. *in cap. 1. de empt. & vendit. Afflict. deciſ. 316. num. 7. & 8. Rota deciſ. 370. num. 2. verſ. quo verò par. 4. recent.*

9 Quo verò ad fructus Vineæ, quæ empta fuit à Gaſpare vſque de anno 1628. pro ſcutis 245. & poſtea aucta mediante acquiſitione, cuiuſdam terreni pro pretio ſcutorum 8. Domini, ad effugiendas maiores expenſas, voluerunt capere extraiudicialem informationem à perſonis practicis, & informatis, ac fide dignis, & compertum fuit, illam conſiſtere in arboribus 745. & attenta qualitate non ſolum earundem arborum, ſed etiam terreni, reddidiſſe, & potuiſſe reddere ſingulis annis ſcuta 12. detractis expenſis pro cultura, & dempto canone, & pro totidem Tutorem eſſe condemnandum; cum in hac materia, quæ eſt difficilis probationis, admittãtur præſumptiones, & coniecturæ, & probationes etiam à ſolito, & conſueto *Bart. in l. cotem ferro §. qui maximos nu. 9. ff. de publican. & vectigal. Bald. in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit. expenſ. Rot. coram Seraph. deciſ. 955. num. 3. & deciſ. 1245. ſub num. 6. & ſeqq. coram Buratt. deciſ. 173. num. 5. & 6. & deciſ. 722. num. 4. & in Bononien. Bonorum 5. Iulij 1649. coram*
10 *R. P. D. meo Cerro.* Maximè in odium Tutoris, qui omiſit deſcribere fructus ſingulis annis, & cuius culpa impoſſibilis reddita fuit exactior probatio, vt in propoſito ponderauit *Rota in Romana Reſciſſionis Tranſactionis* 16. *Iunij* 1651. *coram Eminentiſs. Corrado.*

11 Et in hanc ſententiam eo facilius tranſierunt Domini, tum quia talis liquidatio eſt valdè conformis relationi factæ à Peritis ab A.C. iudicialiter electis, qui viderunt Vineam, & à vicinis ſe informarunt. Tum etiam quia ferè correſpondet taxationi legali, quæ in ſtabilibus fieri ſolet ad rationem quinque pro centenario, *iuxtà gloſ. in auth. perpetua verb. iuſta C. de Sacroſ. Eccleſ.* quam paſſim *Rota ſequitur, vt in deciſ. 65. num. 2. & deciſ. 112. num. 1. coram Buratt. & in rec. 656. num. 2. par. 3. deciſ. 135. num. 18. par. 6.* cum alijs *in Peruſina Reintegrationis* 15. *Aprilis* 1652. *coram bo. me. Peuting.*

12 Nec obſtant Teſtes Partis aduerſæ, deponentes de Cadis ſex quolibet anno, quia fuerunt examinati ad perpetuam rei mẽmoriam, & ideò non poſſunt concurrere cum Teſtibus, inductis pro Catherina examinatis ſer. ſeru.
13 & Parte citata, minuſque cum relationibus Peritorum, quæ teſtium dictis ſunt præferendæ, *Alba conſ. 20. num. 15. Rota coram Seraph. deciſ. 665. num. 7. & coram ſan. mem. Greg. deciſ. 161. nu. 8. ibique Adden. num.* 10. Concurrente etiam ma-
14 xima inueriſimilitudine, quod Tutor Puellæ voluerit per ſpatium annorum 18. retinere Vineam grauatam annuo canone ſcutorum 3:80. & pro cuius cultura ſingulis annis expẽdebat ſcuta 9. & vltra, & ex illa non perceperit maiorem fructum quã Cados ſex, nam maior fuiſſet expenſa, quam fructus, & præiudicium Catherinæ nimis manifeſtum, inueriſimilitudo autem tollit fidem teſtibus, *Aym. conſ. 281. n. 6. Rot. coram Seraph. deciſ. 1129. nu. 1. & in recent. dec. 73. n. 4. par. 4. to. 2.*

15 Minus facit, quod de anno 1655. fuerit ex dicta Vinea recollecta parua quantitas Vini; nam conſtat, id eueniſſe propter grandinem; Et ſic ex redditu dicti anni non poteſt inferri ad redditum aliorum annorum, *Bald. in l. 2. ſub nu. 60. C. de reſcind. vendit. Maſcard. de probat. concl. 1043. nu. 33.* cum alijs relatis per *Cyriac. controu. 453. num. 65.*

Et ità vtraque &c.

HISPALEN. PRAEEMINENTIARVM.

Veneris 15. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Ad acquirendam ſeruitutem diſcontinuam quæ ſint neceſſaria, & quomodò illa probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Portionarij, licet admittantur in Capitulo, & habeant plures prærogatiuas, nihilominus non ſunt de Capitulo.*

2 *Seruitus in re aliena inuito Domino conſtitui non poteſt.*

3 *Seruitus diſcontinua non acquiritur niſi per longiſſimum tempus.*

4 *Seruitus diſcontinua vt acquiratur requiritur immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo.*

5 *Immemorabilis non probatur, niſi Teſtes deponant de viſu per 40. annos ante motam litem.*

6 *Lis dicitur mota per productionem Articulorum, & plures actus geſtos in cauſa.*

7 *Articuli ſuccedunt loco petitionis, & libelli.*

8 *Mandatum procuræ præſumitur in eo, qui produxit iura, & actus iudiciales fecit.*

9 *Immemorabilis non probatur, niſi Teſtes deponant*

Digitized by Google

cum requiſitis gloſſa in cap. 1. de præſcript. in 6.

10 *Seruitus vt acquiratur neceſſe eſt, quod quis faciat actus iure ſeruitutis, credens vti iure ſuo.*

11 *Seruitus excluditur, ſi quis fecerit actus iure Communionis.*

DECISIO CCXXXVII.

1 RESOLVTVM fuit, Capitulo ſolum informante, non licere Portionarijs, & Dignitatibus ſinè Canonicatu, ſe congregare inuitis Canonicis in Aula Capitulari; Licet enim ipſi habeãt plures prærogatiuas, & præeminentias, quas habent Canonici, & admittantur in aliquibus actibus particularibus. Nihilominus non conſtituunt partem ſubſtantiãlẽ Capituli, nec propriè dicuntur de Capitulo *iuxtà not. per gloſ. in cap. penult. verb. Aſſiſios de Cleric. non reſid. Compoſtell. in cap. 1. nu. 4. verſ. nunquid Portionarij de elect. Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. num. 6. de his, quæ fiunt à maior. part. capit. Caputaq. deciſ. 84. per tot. par. 1. Caualer. deciſ. 57. nu. 1. & ſeqq. Merlin. deciſ. 697. à nu. 4.* & relatis concordantibus firmatum fuit *in Mediolan. Domorum 7. Iunij 1638. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.* & in terminis Capituli Hiſpalen. *in deciſ. 416. n. 5. & 6. par. 1. rec. & dec. 459. n. 6. & ſeqq. par. 5.*

2 Et propterea non poſſunt in dicta Aula, ad Capitulum, & Canonicos ſpectante, congreſſus particulares facere eiſdem Canonicis inuitis, & contradicentibus, id enim ſpeciem ſeruitutis habet, quæ in re aliena inuito Domino conſtitui non poteſt *ad text. in l. 3. & 4. ibique gloſſa ff. de ſeruit. Vrban. præd. Cepoll. eod. tit. cap. 25. n. 2. Pariſ. conſ. 63. n. 8. lib. 1.* & dixit *Rota deciſ. 347. n. 13. par. 5. rec.*

3 Nec ex eo, quod ibidem doceant aliquando ſe congregaſſe poteſt dici, quod Ius aliquod acquiſiuerint in præiudicium ipſius Capituli; Nam cum agatur de ſeruitute, quæ dicitur diſcontinua, requiritur ad dictum effectum tempus longiſſimum, cuius initij memoria non extet, vt probat *text. in l. ſeruitutes 14. vbi gloſſa verb. certam verſ. ſi autem ff. de ſeruit. Menoch. de retinen. remed. 5. nun. 50. Couar. var. lib. 1. cap. 17. num. 11.* vbi quod requiritur immemorabilis,

4 vel quadragenaria cum titulo, *Vaſquez contron. illuſtr. cap. 84. num. 6.* Et hanc opinionem tuetur *Guidop. deciſ. 573. num. 3. & 4. Viu. deciſ. 226. num. 2. Vinc. de Franch. deciſ. 183. num. 13. Barz. deciſ. 140. n. 27.* & ſequitur *Rota deciſ. 632. n. 8. coram Caual. & in rec. dec. 101. n. 5. par. 4. to. 2.*

5 Teſtes verò exaduerſo examinati, quamuis ſtudeant probare Immemorabilẽ, attamen nec deponunt, nec valent deponere de viſu per 40. annos ante litem motam de anno 1602. Quia deberent excedere centeſimum annum, cum tamen ſenior ex illis vix attingat ſeptuageſimum; Vndè ex defectu ætatis ceſſat probatio Immemorabilis, *Rota coram Seraph. deciſ. 1450. num. 2. & deciſ. 1460. eodem num. & coram ſan. mem. Greg. deciſ. 434. num. 11. & 12. & in recen. deciſ. 248. nu. 4. par. 2.*

6 Quod autem lis mota fuerit de anno 1602. apparet ex datis *in Summ. nu. 1. 3. & ſeqq.* vbi recenſentur quamplures actus, geſti in huiuſmodi cauſa, & ſignanter productio Articulorum facta pro Portionarijs, ad probandum immemorabilem vna cum Inſtantia, quod

7 pronunciaretur ſuper eorum Iure; Articuli enim ſuccedunt loco petitionis, & Libelli, vt notat *Oldrad. conſ. 244. nu. 1. Neuizan. conſ. 30. n. 12. Scacc. de Indic. cap. 60. num. 1.* & tenuit *Rota coram Duran. deciſ. 90. num. 2. & in recent. deciſ. 78. num. 7. part. 7.*

8 Non obſtat, quod actus prædicti non fuerint geſti ab ipſis Portionarijs, ſed à quodam Ioanne de Torres eorum nomine, nam de ſpeciali mandato Procuræ in huiuſmodi cauſa conſtat ex *proceſſ. fol. 17.* & tamen dum ipſe produxit articulos, & alios actus Iudiciales fecit, hoc ſolum ſufficeret, ad inducendum mandatum præſumptum *Rot. deciſ. 440. num. 6. par. 2. recent. & dicta deciſ. 78. num. 8. par. 7. & coram Eminentiſſimo Cardinali Ottbobono deciſ. 85. num. 10.*

9 Et in omnem caſum eſto, quod eſſet attendenda reaſſumptio litis de anno 1620. in qua Portionarij ſuccubuerunt, reportando ſententiam contrariam, adhuc teſtes non haberent ætatem legitimam, ad probandam Immemorabilem, *iuxtà gloſſ. in cap. 1. verb. memoria de præſcript. in 6. Rota deciſ. 101. num. 7. par. 4. tom. 2. rec. & dec. 235. n. 13. & 14. par. 5.* cum alijs per *Add. ad Buratt. dec. 673. n. 12.*

10 Quæ eo facilius firmanda veniunt, quia ijdem teſtes non deponunt, quod congreſſus in dicta Aula facti fuerint à Portionarijs iure ſeruitutis exiſtimantibus vti iure ſuo, prout neceſſarium eſſe, docet *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto num. 5. & 11. ff. de itin. actuque priuat. Felin. in cap. de quarta num. 40. de præſcript. Gratian.* qui alios cumulat *diſcept. forenſ. cap. 681. num. 33. & 41. Hond. conſ. 79. num. 50. & 51. lib. 1. Surd. deciſ. 177. num. 2. & 3.* & firmauit *Rota deciſ. 632. ſub num. 2. par. 3. in recent. & in dicta deciſ. 101. nu. 14. & ſeqq. par. 4. tom. 2.*

11 Quinimò ipſimet Portionarij alias faſſi fuerunt, ſe vſos fuiſſe Aula controuerſa Iure communionis, ex qua confeſſione excluditur ſeruitus, vt aduertit *Caſtr. in l. fin. num. 1. ff. quemadm. ſeruit. amitt. Burſatt. conſ. 156. n. 44. lib. 2. Gabr. conſ. 145. n. 4. & ſeqq. lib. 1. Aldobrand. conſ. 77. num. 26. lib. 2.*

Et ità pro Informante reſponſum fuit Portionarijs, & litis Conſortibus pluries citatis.

VITERBIEN. TRANSACTIONIS.

Luna 18. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Obligatio conditionalis, purificata conditione, habetur pro pura, nec præſumitur erronea, vel ſine cauſa, quando facta fuit à perſona informata, & ab Adminiſtratore, qui reportauit quietantiam de omni & toto eo, quod occaſione adminiſtrationis, & negociorum geſtorum remanſiſſet debitor. 1

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Conditionalis obligatio, conditione purificata, efficitur pura.*
2 *Obligatio non poteſt dici ſine cauſa, ſi facta fuit pro omni & toto eo, quod quis prætendere poteſt occaſione diuiſionis bonorum, negociorum geſtarum, & adminiſtrationis.*
3 *Adminiſtrator ſi conſtituat ſe debitorem occaſione adminiſtrationis, veriſimile eſt, quod ſit talis.*
4 *Error in facto proprio non præſumitur.*
5 *Obligatio, ne dicatur ſine cauſa. ſufficit etiam cauſa coniecturalis, & quæ ex antecedentibus, & ſubſequentibus deſumi poteſt.*
6 *Læſio probari debet ab allegante.*
7 *Læſio debet eſſe enormis, & in magno exceſſu ad infrigendam Tranſactionem.*
8 *Clauſula* computatis &c. *excludit duplicationem ſummarum, & operatur, vt facta computatione id tantum veniat ſoluendum, quod deficit pro quantitate promiſſa.*
9 *Relatio operatur, vt omnia contenta in relato cenſeantur repetita in referente.*

DECISIO CCXXXVIII.

DOMINICVS Tullius, & Paulus Germani fratres de Ciofis vixerunt ſemper in communione plures exercẽtes mercaturas in Ciuitate Viterbij, ſed mortuo Paulo, relictis quatuor filijs, nempè Thoma, Carolo, Gregorio, & Cæcilia fuit ſub die 16. Iul. 1627. deuentum ad quandam concordiam, in qua valor nonnullorum bonorum firmatus fuit in ſcutis 7500. & Dominicus, & Tullius ſuperuiuentes promiſerunt ſoluere filijs Pauli, tunc minoribus pro eorum tertia parte ſcuta 2500. videlicet ratam neceſſariam pro dote Cæciliç, reſiduum verò quãdo alij filij peruenerint ad annum 25. & interim fructus ad rationem ſex pro quolibet centenario, & anno.

Deinde ſub die 20. Decembris 1634. ijdem Dominicus, & Tullius pro omni, & toto eo, quod dd. nepotes quauis de cauſa, & occaſione poſſent ab ipſis prætendere promiſerunt ſoluere ſcuta 10000. monetæ computatis tamen in huiuſmodi sũma dd. ſcutis 2500. aliàs promiſſis, nempè ſcuta mille, quæ nepotes prædicti faſſi fuerunt habuiſſe in pecunia numerata ante celebrationem d. inſtrumenti, ſcuta 4000. liberè in termino vnius anni, & ſcuta 5000. poſtquam Gregorius vnus ex præfatis nepotibus compleuerit annum 25. & interim ſoluere fructus ad rationem quinque, pacto adiecto, quod adueniente tempore ſolutionis, ſi dicti nepotes voluerint exigere ſummam promiſſam, vel illius partem, teneantur intimare per duos menſes ante.

Huiuſmodi concordia obſeruata fuit per plures annos, ſed renuentibus hæredibus Dominici, & Tullij illam amplius adimplere ſub prætextu, quod obligatio facta per eorum authores fuerit ſine cauſa, quodque promiſſio fructuum tamquam vſuraria non poſſit ſuſtineri: Dedi dubium an, & ad quid ipſi teneantur.

Et DD. reſponderunt teneri pro ſumma ſc. 10000. demptis tamen ſcutis mille, de quibus fuit facta quietantia in eodem inſtrumento, nec non ſcutis 900. ſolutis pro dote Cæciliæ, & quod de fructibus particulariter videatur:

1 Fundamentum reſolutionis fuit, quia conſtat per inſtrumentum publicum de clara obligatione Dominici, & Tullij ſoluendi dictam ſummam nempè ſcuta 4000. in termino vnius anni, & ſcuta 5000. ſtatim, atque Gregorius peruenerit ad annum 25. Vndè tranſacto iam d. tempore, & purificata huiuſmodi conditione, perinde eſt, ac ſi promiſſio eſſet purè, & ſimpliciter facta, *l. quoties in diem 59. ff. de verb. obligat. §. omnis ſtipulatio Inſtit. eodem tit. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 46. num. 1. & ſeqq Surd. conſ. 179. ſub n. 9. Rota coram Coccino deciſ. 84. n. 1. & coram Merlino dec. 762. eod. num.*

2 Huiuſmodi verò promiſſio non poteſt dici ſine cauſa, quia facta fuit pro omni, & toto eo, quod quauis de cauſa, & occaſione dd. nepotes poterant prætendere occaſione diuiſionis bonorum, negociorum factorum, & pro benè, vel malè adminiſtratis, & quia ceſſerunt, & renunciarunt omnia, & ſingula iura, actiones, & prætenſiones, quæ, & quas habebant, aut habere poſſent ſuper bonis hæreditarijs Pauli eorum Patris, & iuribus, negocijs, & quibuſcumque bonis ipſorum Dominici, & Tullij, creditiſque, & exactionibus quibuſcumque cum ampliſſima quietantia in forma, quibus ſtantibus cum ipſi bona communia, & negocium adminiſtrauerint, &
3 eſſent optimè informati, & inſtructi, non eſt veriſimile quod errauerint conſtituendo ſe debitores, ſi verè non fuiſſent tales, vt ponderat *Siluan. conſ. 57. num. 27. & ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 22. num.* 6. & benè in propoſito firmauit *Rota deciſ. 121. num. 1. par. 3.*
4 *recent.* nam error in facto proprio non præſumitur, nec ſuffragatur, *l. quanquam ff. ad Velleian. l. 3. ff. de iur. & fact. ignor. Surd. deciſ. 293. ſub n. 11. verſ. addebam ego, & num. ſeq. Rota in Romana multiplici 29. Ianuarij 1636. coram Panzirolo, & in Albanen. redditionis 13. currentis menſis coram me.*

5 Et tamen ad d. effectum ſufficit cauſa etiam coniecturalis, & quæ ex præcedentibus, & rebus antea geſtis præſumi poſſit, vt notat *Abb. in cap. ſi cautio nu. 2. in fine*, quem ſequitur *Felin. ibid. num. 13. de fid. inſtr. Io. Andr. in addit. ad ſpecul. in rubr. de depoſit. in princ. Rota in Viterbien. Cenſus 7. Iunij 1638. coram bon. mem. Cardin. Veroſpio Iuniore.*

6 Et ex his ceſſat etiam obiectum deductum ex prætenſa læſione, quæ tamen ab hæredibus dd. Dominici, & Tullij eſſet plenè, & concludenter probanda, tanquam fundamentum eorum intentionis, *l. nam poſtea, §. ſi minor, vbi Bart. & alij ff. de iur. iuran. Rota deciſ. 539. num. 2. in fine par. 1. recent. & coram Buratt. deciſ. 538. num. 1.*
7 & quidem enormis, & in magno exceſſu, cum ſit facta promiſſio, & obligatio in pacto correſpectiuo habente vim tranſactionis, *Cagnol. in l. 2. num. 8. C. de reſcind. vend. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. num. 29. Rota coram Canaler. deciſ. 407. num. 1.*

Digitized by Google

um.1.& in recent.deciſ.625.num.7.par.1.

8 Quod autem de d.ſumma defalcari, & detrahi debeant ſcuta 900. monetæ ſoluta pro dote Cæciliæ conſtat ex lectura vtriuſque inſtrumenti; nam in primo conuentum fuit, quod deberent ſolui per Dominicum, & Tullium ſcuta 2500. & ex iſtis portio neceſſaria pro dote Cæciliæ, & in ſecundo, licet fuerint promiſſa ſcuta 1000. nihilominus additum fuit computatis ſcutis 2500. aliàs promiſſis; vnde cum de prima ſumma appareant ſoluta ſcuta 900. vt ſupra occaſione dotis eiuſdem Cæciliæ, vtique illa detrahi, & defalcari debent, nec poſſunt aſtringi hæredes promittentium ad ſoluendum niſi id, quod facta computatione deficit ad quantitatem expreſſam in ſecundo inſtrumento, nam pactum ſupradictum indicat noluiſſe contrahentes duplicare ſolutionem, ſed ratam ſcut. 2500. in diuiſione promiſſam augere dumtaxat ad ſcuta 10000. *iuxt.doctr.Bart.in l.Triticum 94.nu.3.verſ.imò tunc, ibique Iaſ.num.9. ff.de verb.obligat. Angel.in l.planè 34. §.ſi eadem res in fine*, vbi dat pro cautela, quod ad effugiendam duplicationem ſummarum apponatur, clauſula *computatis &c.ff.de legat.1. Ruin.conſ.64. num.5. lib.2. Mantic.de tacit. lib.12. tit.19. num.27.* vbi in fortioribus terminis reſpondendo *ad text.in l.fin. C. de dot.promiſſ.* declarat illam procedere in caſu dubio, ſecus verò quando ex verbis conſtat de voluntate contraria, *Gratian.cap.509.nu.20.& ſeqq.* & conferunt deducta per *Rotam in Romana quatuor Dominorum 28.Apr.1651.coram bo.me.Peuting.*

9 Et eſt certum, quod ſicuti ex lege primi inſtrumenti in computum ſcutorum 2500. erat accepto ferendum id totum, quod ſoluebatur pro dote Cæciliæ, ita etiam id debet fieri vigore ſecundi tanquam relatiui ad primum, in quo omnia repetita cenſentur *ad text. in l.ſi ita ſcripſero 38. ff. de condit. & demonſtr. & in l.aſſe toto 77. de hæred. inſtituend. l.ait Prætor §.Primo de re iudicat. Alex. conſ. 201. num. 20. ad finem lib.6. Rota coram fa.me.Greg.dec.522.n.9.& 10.*

Remanet difficultas circa fructus recompēſatiuos, in qua licet plura fuerint hinc inde deducta nihilominus, quia in aliquibus deficit iuſtificatio; Ideò DD. reſeruarunt illam ad particularem diſputationem.

Et ità vtraque &c.

MEDIOLANEN. CAPELLANIAE.

Veneris 22. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus ex priuilegio cadit ſub reſeruationibus Apoſtolicis, non obſtantibus clauſulis, quod verè, & non fictè cenſeatur ex fundatione, & dotatione: Et maximè ſi aſſignatio fuerit facta ex redditibus Eccleſiaſticis, non cantet in cauſam dotis, nec æquiualeat conceſſioni.

SVMMARIVM.

1. *Iuſpatronatus ex priuilegio cadit ſub reſeruationibus Apoſtolicis.*
2. *Iuſpatronatus tranſlatum in Eccleſiam liberam, non poteſt dici acquiſitum niſi ex gratia, & priuilegio.*
3. *Menſis Ianuarij eſt reſeruatus Sedi Apoſtolicæ, & beneficia in illo vacantia ſunt affecta.*
4. *Iuſpatronatus ex priuilegio cadit ſub reſeruationibus, etiamſi in eodem priuilegio adſint clauſulæ, quod verè, & non fictè cenſeatur ex fundatione, & dotatione.*
5. *Iuſpatronatus non poteſt dici ex cauſa oneroſa, quamuis ſint aucti fructus.*
6. *Iuſpatronatus de iure communi non acquiritur, niſi ex fundatione, Dotatione, & Conſtructione.*
7. *Iuſpatronatus non acquiritur ex augumento, quando expreſsè non fuit factum in cauſam dotis.*
8. *Iuſpatronatus non dicitur ex cauſa oneroſa, ſi augmentum non præponderat, vel æquiualet conceſſioni.*
9. *Valor fructuum, expreſſus per non exceſſum, non concludit per aſcenſum.*
10. *Iuſpatronatus non acquiritur ex Dotatione, facta de rebus Eccleſiæ.*
11. *Tituli veri productio facit ceſſare præſumptum.*

DECISIO CCXXXIX.

IOANNES Silua Caſtellioneus, prouiſus à Sede Apoſtolica per obitum Herculis de vna ex duabus Capellanijs Eccleſiæ Parochialis Sancti Laurentij, vti vacante in menſe reſeruato, expediuit ſolitum Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, quod fuit executioni demandatum; ſed quia Petrus Celſus pariter Caſtellioneus, prætendens, Capellaniam controuerſam eſſe de Iurepatronatus, & & ipſum præſentatum fuiſſe à quibuſdam aſſertis Patronis, cauſam appellationis obtinuit mihi committi; Dubitaui propterea, an idem Petrus Celſus eſſet inſtituendus, & Domini præſuppoſita ſine veri præiudicio exiſtentia Iuriſpatronatus, & omiſſa Diſputatione ſuper pertinentia Præſentantium, adhuc negatiuè reſponderunt: Moti ex vnico fun-
1 damento, quod dictum aſſertum Iuſpatronatus cadat ſub reſeruationibus Apoſtolicis, tāquam acquiſitum ex priuilegio, vt patet ex Bulla ſan.mem. Martini Quinti, in qua ad ſupplicationem Cardinalis Brandi Caſtellionei tres Capellæ, ſeu Eccleſiæ vniuntur, & incorporantur Parochiali liberæ Sancti Laurentij, cum onere Rectori iniuncto, aſſumendi duos Sacerdotes idoneos pro Diuinis peragendis, quibus de ipſius Eccleſiæ prouentibus neceſſaria congrua miniſtretur, & ſub narratiua, quod eſſent de Iurepatronatus prædictæ familiæ, quodque illarum fructus non excedunt florenos 60. fructus verò Parochialis, cui fa-
2 cta eſt vnio florenos 40. auri: Et licet in eadem Bulla Cardinali, eiuſque hæredibus reſeruetur Iuſpatronatus, quoties dictæ Parochialis vacatio contigerit, nihilominus qualitas Patronatus non poteſt dici tranſlata in di-

Digitized by Google

dictam Eccleſiam liberam, niſi ex gratia, & priuilegio Pontificis, vt aduertit *Lambertin. de Iurepatr. lib. 1. par. 1. quaſt. 6. art. 5. num. 6. ad med. verſ. Eſto hoc eſſe, Maſſobr. in prax. habend. concurſ. pralud. 7. dub. 3. n. 9. & ſeqq.* & firmauit *Rot. dec. 58. nu. 2. & ſeqq. par. 1. in rec.*

3 Vnde cum Capellania, de qua agitur, vacauerit in menſe Ianuarij reſeruato Sedi Apoſtolicæ, certè illius collatio ſpectat ad Papam, vt dixit *Rota dicta deciſ. 58. nu. 1. & ſeqq. & dec. 88.*

4 *per tot. par. 1. recent.* vbi ex verbis regulæ ampliat etiamſi in Priuilegio adeſſent clauſulæ, quod Iuſpatronatus non cadat ſub reſeruationibus, & quod verè, & non ficè cenſeatur ex fundatione, & pleno calamo firmatum fuit *in Cæſaraugustana Parochialis de Maella inter recen. deciſ. 336. num. 1. & ſeqq. & deciſ. 568. à nu. 1. par. 4. & deciſ. 247. num. 19. & ſeqq. par. 4. tom. 2. & in alia Cæſaraugustana Parochialis de Maella 5. Nouembris 1640. in fine coram Coccino, & in Spoletana Abbatie 19. Decemb. 1625. coram eodem.*

5 Nec ad excludendam reſeruationem vrget, quod Iuſpatronatus poſſit dici ex cauſa onerosa, ex quo fuerint aucti fructus præfatæ Parochialis, nam cum Eccleſia iam eſſet conſtructa, & haberet ſuos redditus particulares, vt conſtat ex verbis ipſius Bullæ, ex ſolo aug-

6 mento fructuum non potuit redigi in ſeruitutem, quia Iuſpatronatus de Iure non competit, niſi ex fundatione, dotatione, vel conſtructione, vt docet *gloſ. in cap. pia mentis 16. quaſt. 7.* & notant DD. *in cap. 3. de Iurepatr. Abb. conſ. 54. num. 1. lib. 1. Rota coram Millin. deciſ. 187. num. 1. & 2. & in dicta Spoletana Abbatia 19. Decembris 1625. coram Coccino, & in recent. dec. 510. num. 2. & ſeqq. par. 3. & deciſ. 630. num. 51. par. 4. tom. 3.*

7 Maximè quia nec probatur, dictum augmentum fuiſſe factum in cauſam Dotis, quo caſu quis dicitur potius Benefactor, & Ditator, quam Dotator, vt aduertit *Ioann. Andr. in cap. 1. col. 3. in princ. verſ. Alius autem de Iurepatr. Abb. in cap. 3 num. 10. eodem tit. Rota coram Seraph. deciſ. 1103. num. 1. & in rec. dicta deciſ. 630. num. 58. par. 4. tom. 3.* Minuſque idem augmentum preponderare, vel æquiualere ex deductis per *Rot. deciſ. 457. num. 17. par. 5. diuerſ. & in rec. dicta*

8 *deciſ. 58. num. 8. par. 1.* Nam quamuis in Bulla fructus Beneficiorum expreſſi fuerint in florenis 60. & fructus Eccleſiæ liberæ in florenis 40. auri, tamen huiuſmodi expreſſio facta

9 apparet per non exceſſum, quæ propterea non probat per aſcenſum, cum poſſit verificari, etiam in obolo *Rota coram Seraph. deciſ. 1017. num. 5. & in rec. deciſ. 186. num. 3. par. 1. & dec. 443. num. 1. par. 2.*

10 Et ceſſat difficultas, quia huiuſmodi augmentum prouenit ex bonis, & redditibus Eccleſiaſticis, non autem de proprio, & ſic Iuſpatronatus non deſinit eſſe ex priuilegio, quia de Iure etiam dotans ex bonis, & redditibus Eccleſiæ non ſibi, ſed eidem Eccleſiæ Iuſpatronatus acquirit, vt eſt *text. in cap. Apoſtolicos, ibique gloſſ. verb. conſtruxiſſe 12. quaſt. 2. Abb. in cap. ad audientiam 3. §. primo num. 10. & ſeqq. de Eccl. ædific. Rocch. de Curt. de Iurepatron. verb. Eccleſiam fundauit num. 8. & verb. & dotauit num. 26. Rot. dec. 528. ſub num. 2. verſ. Et addebant aliqui par. 1. diuer. & coram ſa. mem. Greg. deciſ. 397. num. 1. & in rec. deciſ. 658. num. 4. par. 1. & deciſ. 630. num. 56. par. 4. tom. 3.*

11 Demum non obſtat, quod Petrus Celſus poſſit ſaltem iuuari præſumptione alterius tituli, nam cum ipſe produxerit dictam Bullam Martini V. ex productione illius excluditur prætenſio huiuſmodi, cum productio veri tituli faciat ceſſare præſumptum, *Rota diu. deciſ. 731. num. 18. & 19. par. 1. & deciſ. 208. num. 2. par. 4. & coram Merlin. deciſ. 702. num. 39.* vltrà concordantes adductos per *Lotter. de re. Benef. lib. 2. quaſt. 8. num. 75.*

Et ità altera tantum &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE Pediconis.

Lunæ 25. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario non datur immiſſio ſuper bonis proprijs hæredis, nec quoties eidem competunt detractiones in quantitate, etiamſi hæres ſit Vxor Teſtatoris, & bona adminiſtrauerit, dum ad eius manus, non probatur, perueniſſe tot bona, ex quibus ſatisfactionem conſequi potuerit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario non poteſt concedi immiſſio ſuper bonis proprijs hæredis.*

2 *Retentio non ſolum competit Creditori, ſed etiam hæredi illius, & cuicumque ſingulari ſucceſſori.*

3 *Retentio competit pro dote Vxoris fideicommittentis necnon pro lucro dotali, & legitima debita filio.*

4 *Fideicommiſſario non datur immiſſio etiam pro indiuiſo, quando hæredi competunt detractiones conſiſtentes in quantitate.*

5 *Et redditur ratio, quia poteſt eſſe, quod illa abſorbeant totum fideicommiſſum.*

6 *Mulier, adminiſtrans bona hæreditaria Viri, non præſumitur de ſuis creditis ſatisfacta, niſi conſtet perueniſſe bona ſufficientia ad eius manus.*

7 *Præſumptio autem prædicta ceſſat, quando per euidentiam facti apparet, quod non potuerit conſequi ſatisfactionem.*

8 *Sententia, quæ tranſiuit in iudicatum, non poteſt in dubium reuocari.*

9 *Filij in conditione poſiti, ex Statuto Vrbis cenſentur diſpoſitiuè vocati.*

10 *Declara, vt hoc procedat reſpectu portionis ipſius patris, cuius reſpectu fuerunt poſiti in conditione, non autem quoad portionem Patrui, & Amitæ.*

11 *Fruſtrà quis petit quod intus habet.*

DECISIO CCXL.

SVPER vinea petiarum 28. reperta in hæreditate Bernardini de Pediconis placuit DD. concedere Immiſſionem pro medietate filijs Ioſephi, qui Ioſeph fuit vnus ex quatuor filijs

filijs inſtitutis per Teſtatorem, ſed hodie ex
nouiter deductis receſſerunt à reſolutis, quia
eſto, quod per obitum Auguſtini, & Brigittæ
ſine filijs purificatum fuerit fideicommiſſum
pro medietate ad fauorem Euphemiæ, & pro
altera ad fauorem Ioſephi, adhuc tamen ea-
dem vinea pro rata ſcutorum 600. ſpectabat
ad Perpetuam vxorem fideicommittentis,
quæ habet Iura ceſſa ab Auguſtino Romano
Reſeruatario dominij eiuſdem vineæ, cum
declaratione expreſſa, quod eſſet fundus do-
talis ipſius Perpetuæ, vt in *Summ. num.* 5. Et
1 conſequenter ſuper portione huiuſmodi, ſpe-
ctante ad Cleriam filiam, & hæredem di-
ctæ Perpetuæ, non poteſt concedi Immiſſio,
cum illa non ſit hæreditaria Bernardini, nec
cadat ſub eius fideicommiſſo *ad Text. in l. Cohæ-
redi 41. §. cum filia ff. de vulgar. & pupill. Peregr. de
fideicomm. art. 6. num. 1. in fine & num. 8. Rota in Fo-
roliuien. fideicommiſſi* 11. *Martij* 1622. *coram bon. me.
Manzanedo,* cum alijs per *Fuſar. de ſubſtit. q.* 648.
num. 1.

2 Vel in omnem caſum eidem Cleriæ com-
petit retentio pro dicta ſumma, cum Ius re-
tentionis tranſeat in hæredem, & quemlibet
ſingularem ſucceſſorem *l. hæredem, qui* 18. *ibique
Bart. circa med. verſ. reſpondeo ff. qui pot. in pign. hab.
l. ſi potiores* 3. *C. de his qui in prior. credit. loc. ſucced.
Gramm. deciſ.* 58. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi in ſpecie de
filia, quod poſſit retinere pro dote materna,
& deciſ 92. *num.* 19. *&* 20. & de communi, &
ab omnibus recepta opinione teſtatur. *Ioſeph
Ludouic. deciſ. Peruſ.* 109. *num.* 2. *par.* 2. *Rot. poſt Pa-
cif. de Saluian. deciſ.* 157. *num.* 6. vbi exemplificat
in quolibet poſſeſſore nõ vitioſo, & firmatum
fuit *in Bonon. fideicommiſſi de Glauarinis* 5. *Martij,
&* 28. *Iunij* 1649. *coram bo. me. Peuting.*

3 Prout pariter retentio competit pro reſiduo
dotis Perpetuæ, nec non pro lucro dotali, &
pro legitima, in portione Auguſtini præde-
functi ſibi debita tanquam Matri *auth. defun-
cto C. ad Tertullian. Rota deciſ.* 120. *num.* 3. *par.* 7.
rec. & coram Duran. dec. 76. *per tot.*

4 Certum eſt autem, quod fideicommiſſario
non debetur Immiſſio, neque etiam pro in-
diuiſo, quando adſunt detractiones, conſi-
ſtentes in quantitate, prout eſt dos materna,
& illius lucrum, vt probat *Surd. deciſ.* 333. *n.* 15.
& ſeqq. & latè firmauit *Rota coram Buratt. deciſ.*
946. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi redditur ratio, quia po-
5 teſt eſſe, quod illæ abſorbeant totum fideicõ-
miſſum, & nihil remaneat reſtituendum, & in
recent. deciſ. 51. *num.* 14. *&* 15. *& deciſ.* 88. *num.* 29.
& ſeqq. par. 6. cum alijs *in Bononien. Bonorum* 18.
Martij 1652. *coram Reuerendiſs. D. meo Dunozzetto
Decano.*

6 Non obſtat exceptio præſumptæ ſatisfactio-
nis, deductæ ex eo, quod eadem Perpetua
adminiſtrauerit bona hæreditaria viri, quia nõ
ſolum non probatur perueniſſe ad manus ip-
ſius bona ſufficiẽtia pro ſatisfactione ſui credi-
ti, prout neceſſarium eſſe ſecundũ opinionem
Rotæ firmat *Buratt. deciſ.* 862. *num.* 3. cum con-
cordant. ibid. per *Adden.* adduct. & reiecta opi-
7 nione *Socini,* dictũ fuit *in Fanen. Dotis* 17. *Mar-
tij* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro,* quinimò ex da-
tis *in Sum. additionali n.* 3. apparet, debita, & one-
ra hæreditaria ſuperare illius redditus, adeout
ſatisfactio fuerit impoſſibilis *Rot. coram eod. Bu-
ratt. deciſ.* 541. *num.* 1. & per euidentiam facti
tollatur dicta præſumptio, *Gratian. cap.* 123. *nu.*
23. *Rot. coram Penia dec.* 78. *n.* 4. *&* 5.

8 Et ceſſat omnis difficultas, quia Perpetua
citata parte rationem ſufficientem reddidit, &
ſententiam fauorabilem reportauit, *vt in Sum-
mar. num.* 8. quæ cum tranſitum fecerit in iu-
dicatum, non poteſt amplius in dubium re-
uocari, *l. res iudicata, ff. de regul. Iur. l. ingenuum, ff.
de ſtat. hom. Surd. conſ.* 61. *n.* 2. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 425.
n. 19. *par.* 5. *rec.*

9 Inſuper reſpectu portionis Brigittæ, quæ
obijt de anno 1653. exiſtimarunt DD. Immiſ-
ſionem eſſe prorſus denegandam, quia filij Io-
ſephi, qui illam petunt, licet fuerint poſiti in
conditione, & conſequenter ex Statuto voca-
10 ti, id tamen procedit quoad portionem pa-
tris, reſpectu cuius ſunt poſiti in conditione,
non autem reſpectu Patrui, & Amitæ, ad quo-
rum portionem nullo modo vocati cenſentur
vt notat *Caſtr. in l. filius familias §. cum quis nu.* 3.
verſ. nota ff. de legat. 1. & vltra cumulatos per
Gratian. forenſ. diſcept. cap. 371. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi
teſtatur de veriori, & per *Fuſar. de ſubſtit. q.* 440.
à num. 1. *per tot.* & præſertim *num.* 23. firmauit
Rota coram Seraph. deciſ. 1281. *num.* 3. *& in recent.
deciſ.* 100. *eodem num. par.* 1. *& deciſ.* 667. *n.* 8. *par.* 2.
in Auximana fideicommiſſi 2. *Iunij* 1638. *coram Re-
uerendiſs. D. meo Dunozetto Decano, in Romana de
Millinis* 15. *Ianuarij* 1644. *coram R. P. D. meo Cerro
& in Romana fideicommiſſi de Ferratinis* 15. *Iunij
eiuſdem anni coram R. P. D. Meltio,* & in alijs plu-
ribus.

11 Vndè cum filij Ioſephi poſſideant ſeptem
petias eiuſdem Vineæ, videntur poſſidere vl-
tra ratã ſibi debitam, itaut ſuper portione per
Cleriam retenta fruſtrà petant immiſſionem,
quam DD. cenſuerunt denegandam, & ſic re-
cedendum à deciſis.

Vtraque &c.

BONON. ATTENTATORVM.

Mercurij 27. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Attentata ſunt omnia geſta poſt Inhibitionem Rotalem, perſonaliter præſentatam, nec excuſantur ſub prætextu continuationis poſſeſſionis, ſi Attentans illa priuatus fuerit authoritate Iudicis, vel non proceſſerit per viam priuatæ facultatis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta poſt commiſſam cauſam appellationis in Rota, & Inhibitionem perſonaliter præſentatam.*

2 *Poſſeſſione remanet quis priuatus mediante mandato Iudicis.*

3 *Continuari non poteſt poſſeſſio, quam quis non habet.*

4 *De-*

Digitized by Google

4 *Decretum reuocatum non habetur in conſideratione.*
5 *Continuatio poſſeſſionis non excuſat ab attentatis, niſi quando fit per viam priuatæ facultatis, ſecus ſi facto Iudicis.*
6 *Clauſula* cum facultate manutenen. quem de iure *ſuſpendit executionem faciendam, ſed non annullat iam factam.*
7 *Fallit, ſi minus legitimè facta fuerit.*

DECISIO CCXLI.

ITERVM cenſuerunt Domini, conſtare de Attentatis, & eſſe perſiſtendum in Deciſis ſub die 5. Iulij 1655. Siquidem ſubſiſtit in facto, quod Marchio Ioannes Baptiſta Manzinus in vim ſententiæ, obtentæ à Vicelegato Bononiæ contra Malchiauellum, & eius prætenſos Creditores, locauerit Dominico Barberio Prædium Caldarariæ controuerſum: Et licet Locumtenens A. C. de Menſe Auguſti 1652. ſuper Prædio prædicto aſſociationem conceſſerit Paleotto, & alijs Creditoribus eiuſdem Malchiauelli, ad effectum deponendi fructus in S. Monte Pietatis: Attamen die 3. Iulij 1654. dictum Decretum reuocauit, & mandatum de manutenendo Manzino conceſſit, exequutum die 3. Decembris eiuſdem anni.

1 Vndè, commiſſa mihi cauſa appellationis cum facultate manutenendi quem de iure, & exequuta perſonaliter Citatione ad dicendum contra, nec non Inhibitione Rotali, cum adhuc Paleottus ea non obſtante actus, quamplures poſſeſſorios fecerit, etiam expellendo Colonum, & Conductorem præfati Manzini, non poſſunt illi à vitio attentatorum excuſari *iuxtà text. in cap. non ſolum de appellat. in 6. Rot. coram Mantic. dec.* 168. *&* 184. vtrobique *num.* 1. *& deciſ.* 185. *num.* 2. *& in rec. deciſ.* 687. *num.* 3. *par.* 4 *to.* 3.

2 Nec ſuffragatur antecedēs poſſeſſio in vim mandati de aſſociando, reportati à Locumtenente A.C. de Menſe Auguſti 1652. quia huiuſmodi poſſeſſione priuatus fuit per ſubſequens mandatum de manutenendo, conceſſum Manzino, quo ſtante omnem poſſeſſionem amiſit *l. iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſſ. Angel. in l. clam poſſidere §. qui ad Nundinas num.* 2. *ad finem ff. eod. Rot. in rec. deciſ.* 862. *num.* 1. *&* 2. *par.* 4. *& in Vercellen. Manutentionis* 28. *Iunij* 1655. *coram bon. mem. Bichio.*

3 Hinc fruſtrà allegatur Regula, quod qui continuat non attentat, quodque expulſio Coloni facta fuerit in vim mandati, reportati ab A.C. ſiue eius Locumtenente, quia continuatio præſupponit poſſeſſionem antecedētem, quam, cum Paleottus, non haberet, conſequenter nec continuare poterat: Et De-
4 cretum Locumtenentis A. C. quod non erat amplius in rerum natura, tamquam ab eodem reuocatum, non debet haberi in conſideratione, vt dixit *Rota deciſ.* 156. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

5 Et ſemper eſt certum, quod prætextus continuationis poſſeſſionis non excuſat actum ab attentatis; niſi quando proceditur per viam priuatæ facultatis, ſecus verò ſi facto Iudicis *Rota coram Caualer. deciſ.* 615. *num.* 3. *& coram Buratt. deciſ.* 434. *num.* 2. *in Cathacen. hæreditatis* 1. *Februarij* 1651. *& in Bonon. Bonorum* 7. *Febr.* 1656. *coram R.P.D. meo Cerro*, cum alijs adductis in deciſione quæ reuidetur.

6 Non obſtat, quod Signatura reſcripſerit in cauſa *cum facultate manutenendi quem de iure*, quia reſcriptum emanauit die 3. Decembris 1654. & Decretum manutentionis executum iam fuerat ſub die 23. Septembris antecedentis: Clauſula autem ſupradicta ſuſpendit executionem faciendam, ſed non reuocat, aut annullat iam factam, niſi quatenus minus legitimè facta fuerit, vt dixit *Rota deciſ.* 305. *nu.* 15. *& ſeqq. par.* 6. *rec. in Auenionen. Attentatorum* 10. *Iunij* 1648. *coram me, & in Interamnen. fideicommiſſi* 1. *Iulij* 1650. *& in Rhegmen. Attentatorum* 12. *Decembris* 1653. *coram R.P.D. meo Bichio, & in Bononien. Bonorum* 7. *Februarij* 1656. *coram R.P.D. meo Cerro.*

7 Reliqua fuerunt ſublata in præcedenti Deciſione, à qua propterea Domini noluerunt recedere.

Et ità vtraque &c.

FANEN. DOTIS.

Mercurij 4. Iulij 1657.

ARGVMENTVM.

Confeſſio dotis receptæ ceſſantibus coniecturis, non probat ſed præſumitur ſimulata, & multò magis ſi concurrant coniecturæ in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio dotis recepta, facta à Marito conſtante Matrimonio, ceſſantibus coniecturis non probat, ſed præſumitur ſimulata.*
2 *Coniectura receptionis Mobilium, reſultans ex eod. Inſtrumento non releuat.*
3 *Prout non releuat ſubminiſtratio alimentorum.*
4 *Confeſſio dotis receptæ præſumitur ſimulata, ſi Maritus de tempore confeſſionis erat contumax, & timebat confiſcationem.*
5 *Item ſi dotans erat pauper, nec tantam dotem ſoluere poterat.*
6 *Similiter, ſi Mulier poſt mortem Viri diſtulit per multum tempus, dotem repetere.*
7 *Item, ſi ſorori dos longè minor conſtituta fuit.*
8 *Dos ſi non fuit ſoluta non eſt locus illius repetitioni.*

DECISIO CCXLII.

1 OMISSIS nullitatibus cenſuerunt Domini, ex capite iniuſtitiæ non eſſe exequēdum mandatum A.C. quia relaxatum fuit ad inſtantiam Franciſcæ Corbellæ pro credito Dotis ſcutorum 1000. de quo non conſtat, niſi per confeſſionem de recepto, factam ab Andrea viro conſtante Matrimonio, quæ nulla præcedente promiſſione, nec concurrentibus coniecturis non probat numerationem, ſed præſumitur ſimulata; vt inquit *text. in l.* 1.

& ibi

& ibi gloſ. C. de dot. caut. non numer. & gloſ. ſimiliter in l. 1. verb. auxerit C. de donat. ante nupt. & notat *Io. And. in addit. ad ſpecul. in rubr. de donat. inter vir. & Vxor. Alex. conſ. 142. num. 1. & ſeqq. lib. 5. Pariſ. conſ. 86. à num. 20. lib. 3.* & firmauit *Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 67. num. 2. & 7.* ibique *Adden. num. 14. & deciſ. 188. num. 1.* Et de communi teſtatur *Buratt. deciſ. 108. nu. 1. & ſeqq. & deciſ. 925. num. 1. & 2.* vbi quod Rota ſemper amplexa fuit hanc opinionem, *Merlin. deciſ. 419. num. 8. & ſeqq. & in recent. deciſ. 55. num. 1. & deciſ. 259. à prin. par. 6.*

2 Coniecturæ verò exaduerſo deductæ, ad excludendam ſimulationem, viſæ fuerunt leues, & nullius momenti. Nam prima conſiſtens in receptione mobilium, æſtimatorum in ſcutis 200. non merentur allegari, cum contineatur in eodem Inſtrumento, & appareat facta conſtante matrimonio per ſimilem confeſſionem de recepto, & ſic laboret eodem vitio, vt aduertit *Gratus conſ. 36. num. 11. & 12. lib. 1.* & dixit *Rot. in Romana Dotis 21. Febr. 1650. coram Eminentiſs. Card. Corrado.*

3 Altera, quod Maritus per ſpatium annorum nouem, quo durauit matrimonium, alimenta vxori præſtiterit, non excludit ſimulationem, vt inquit *Socin. in l. 1. num. 94. ff. ſolut. matrim.* & de communi teſtatur *Gozad. conſ. 28. num. 32. verſ. ad* 6. dico *Rota coram Buratt. dicta deciſ. 108. num. 19.*

4 Imò in contrarium concurrunt plures, quæ ſimulationem expreſsè concludunt, & probant dotem non fuiſſe ſolutam, inter quas potiſſima viſa fuit Dominis, quod Andreas Maritus de tempore confeſſionis erat contumax, & bonorum confiſcationem timebat ex fama, quæ increbuerat, quod cum Bannitis conuerſaretur, vt latè deponunt Teſtes *Summ. num. 6.* Inde enim clarè deſumitur, confeſſionem fuiſſe factam ad euitandam confiſcationem prædictam, vt probat *text. in l. res Vxoris 24. ibi ante reatum C. de donat. inter Vir. & Vxor. Peregr. de Iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. ſub num. 178. & 179. Surd. deciſ. 116. n. 4. & ſeqq.* & firmatum fuit *in dec. 259. ſub num. 6. & 7. par. 6. in rec.*

5 Concurrente præſertim impoſſibilitate Dotantis, qui erat faber lignarius, &, vt deponunt ijdem Teſtes *Summ. num. 3.* non ſolum non poterat huiuſmodi dotem ſoluere, ſed vix ex propria induſtria ſe ipſum: & familiam alere iuxta notata per *Socin. in d. l. 1. nu. 108. ff. ſolut. matrim. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 12. n. 82. & præſumpt. 13. num. 29. Rota in Romana Dotis 10. Ianuarij 1600. coram Sacrato, Duran. dec. 98. n. 13. Merlin. deciſ. 419. nu. 5. & in allegata Romana Dotis coram Eminentiſs. Card. Corrado.*

6 His accedit, quod eadem Franciſca quamuis pauperrima tacuit poſt mortem viri per annos quinque, in petenda prætenſæ dotis reſtitutione; Et deinde in litis proſecutione per annos vndecim ab hæreditate illius nunquam alimenta petijt, quam coniecturam ponderat in propoſito *Sim. de Prat. conſ. 68. num. 1. & ſeqq. Rota in dicta Romana Dotis 10. Ian. 1600. coram Sacrato, & in Maceraten. Cenſus 13. Febr. 1641. coram Reuerendiſſ. Tarrac. poſt Merlin. de pign. dec. 41. n. 9.*

7 Et demum, quod Theodoræ ſorori eiuſdem Franciſcæ fuit conſtituta dos in quodam prædiolo valoris circiter ſcutorum 200. *Rota dicta deciſ. 41. num. 10. poſt Merlin. de pignor. & in Romana Dotis 11. Februar. 1656. coram R. P. D. meo Beuilacqua.* Veriſimile eſt enim, quod Pater voluerit inter filias æqualitatem ſeruare *Ceph. conſ. 733. n. 16. & ſeqq.*

8 Vndè cum ex prædictis coniecturis ſatis probetur, confeſſionem fuiſſe ſimulatam, non poterat vigore illius mandatum relaxari, quia, deficiente ſolutione dotis, non eſt locus illius repetitioni, *l. 1. C. de dot. caut. non numer. & l. 1. C. de donat. ante nupt.* cum alijs pluribus *in dicta Romana Dotis 21. Februarij 1650. coram Eminentiſs. Corrado.*

Reliqua, vti extrà dubium, non indigent Reſponſione.

Et ità vtraque &c.

FIRMANA SALVIANI.

Mercurij 4. Iulij 1657.

ARGVMENTVM.

Agens Saluiano Interdicto quid probare debeat, pro obtinenda immiſſione.

SVMMARIVM:

1 *Interdictum Saluiani habet locum, doc̃to de credito, cum hypotheca, & de poſſeſſione Debitoris, & Rei conuenti.*
2 *Obligatio Cameralis continet hypothecam.*
3 *Poſſeſſio Debitoris probatur ex Teſtibus.*
4 *Maximè ſi deponant de actibus poſſeſſorijs, nempè de locatione, perceptione fructuum, & ſimilibus.*
5 *Poſſeſſio rei conuenti probatur ex litis ſuſtentatione, iunctis adminiculis.*
6 *Creditor, ſi ſuccedat Debitori, actiones confunduntur.*
7 *Fallit, ſi hæreditatem adiuerit cum beneficio leg. & Inuent.*
8 *Hæres cum beneficio leg. & Inuent. habetur pro non hærede.*
9 *Hæres cum beneficio leg. & Inuent. repræſentat duplicem perſonam, & habetur pro Tertio.*
10 *Aditio hæreditatis non poteſt fieri à procuratore ſine ſpeciali mandato.*
11 *Solutio in dubio præſumitur facta de pecunijs proprijs, non autem hæreditarijs.*
12 *Verba clara non admittunt quæſtionem voluntatis.*
13 *Inuentarium probat negatiuam non exiſtentiæ bonorum, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi.*
14 *Inuentarium ex quibus probetur validum.*
15 *Inuentarium in dubio præſumitur validum.*

DECISIO CCXLIII.

OCCASIONE fideiuſſionis, præſtitæ per Marcum Antonium de Bartolatijs in Inſtrumento Cenſus, impoſiti à Ioanne Philippo ad fauorem Vincentij. Berardi, coactus fuit Marinus Frãciſcus filius eiuſdem fideiuſſoris

Digitized by Google

ſoris ſoluere pro fructibus ſcuta 763.58.& pro
1 expenſis ſcuta 39. 50. Vndè reportata Ceſſio-
ne à RR.PP.Barnabitis, Dominis, & poſſeſ-
ſoribus prçfati cenſus cœpit agere contra An-
ſouinum, & Octauium de Talianis Tertios
poſſeſſores vnius prædij, nuncupati il Piano
de Roſſi; Et propoſito per me dubio, an illi
ſit danda immiſſio, reſponſum fuit affirma-
tiuè, quia concurrunt requiſita neceſſaria ad
obtinendum in hoc iudicio, nempè creditum
cum hypotheca poſſeſſio anterior Debitoris,
& poſterior Rei conuenti, quibus ſtantibus eſ-
ſe locum remedio Saluiani interdicti, firmat
Bart. in l. 1. num. 3. & ibi communiter DD. *ff. de
ſalu. interd. Roland. conſ. 14. num. 13. lib. 1. Rot. coram
ſan. mem. Greg. deciſ. 491. num. 6. & coram Merlin.
deciſ. 487. num. 1. & in recent. deciſ. 59. eodem num.
part. 6.*

2 Creditum cum hypotheca reſultat ex In-
ſtrumento Cenſus cum obligatione ampliſſi-
ma in forma Cameræ, ſub qua contineri hy-
pothecam, notant relati per *Galleſ. de obligat.
Camerali quæſt. 5. num. 3.* ibique *Zacch. num. 37. &
per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 391. num. 48.* & fir-
mauit *Rot. coram Ruratt. deciſ. 905. num. 21. & co-
ram Eminentiſſimo Cardinali Otthobono deciſ. 156.
num. 2. & 3. & deciſ. 173. num. 8. & in Reatina
Saluiani 29. Maij 1652. coram R. P. D. meo Al-
bergato.*

3 Poſſeſſio Prædij controuerſi probatur ex
tribus Teſtibus deponentibus nedum ſimpli-
citer, Ioannem Philippum poſt contractam
dictam obligationem illud poſſediſſe, quam
probationem ſufficere, docet *Textus in l. ſtipu-
latio iſta 38. §. hæc quoque, ibique gloſs. verb. ſtipule-
tur ff. de verb. oblig.* cum pluribus cumulatis per
4 *Rot. deciſ. 220. num. 2. par. 5. recent.* Sed etiam ex-
primentibus actus poſſeſſorios dum dicunt
idem prædium locaſſe, coluiſſe, & fructus pa-
cificè percepiſſe, in quibus conſiſtit vera poſ-
ſeſſio, *l. 2. C. de acqu. poſſ. Pariſ. conſ. 107. num. 22.
lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 506. num. 4. par. 1. & in Me-
diolanen. bonorum coram Coccino penes Poſt de ma-
nut. deciſ. 253. n. 3.*

5 Poſſeſſio demum Anſouini, & Octauij de
Talianis iuſtificatur ex iiſdem Teſtibus vltra
litis ſuſtentationem, quæ, aliquo concurren-
te adminiculo, bene probat *Rot. in Beneuentana
Saluiani 14. Maij 1649. coram bo. mem. Arguelles,
& coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 79. n. 2. & 3.*

6 Non obſtat, quod Marinus Franciſcus ſit
filius, & hæres Marci Antonij prætenſi hære-
dis Impoſitoris, & ideo actiones fuerint con-
7 fuſæ. Nam cum ipſe adiuerit hæreditatem
cum beneficio legis, & Inuent. ceſſat confuſio
actionum, *l. fin. §. in computatione C. de Iur. delib.
Caſtr. conſ. 186. num. 1. lib. 2. Rot. deciſ. 63. n. 2. par. 3.
recent.* vbi quod tali caſu rectè poteſt ceſſio-
nem Iurium reportare, *& deciſ. 145. num. 7.
par. 4. to. 2.*

8 Hæres enim cum beneficio legis, & Inuent.
habetur pro non hærede quoad ſibi debita,
*Ruin. conſ. 38. num. 21. lib. 1. Menoch. conſ. 203. n. 27.
& 28. Rot. in Rauennaten. Saluiani 12. Febr. 1618.
coram Remb. & in Romana de Bombellis 19. Ianuar.
1624. coram Coccino.*

9 Et repræſentat duplicem perſonam, adeout
de per ſe conſideretur hæreditas, & de per ſe
conſideretur hæres, vt inquit *Bald. in d. l. fin.
§. in computatione nu. 3. & 4. C. de Iure deliber. Ruin.
conſ. proximè allegato num. 21. lib. 1. Gerius Spin. conſ.
19. ſub num. 40. verſ. quia, & num. ſeqq.* Imò quod
habeatur pro Tertio, & perſona extranea, *Rota
coram Coccino deciſ. 151. n. 1. & 2.*

10 Et tamen quatenus prædicta ceſſarēt, adhuc
deberet exaduerſo probari, quod Marcus An-
tonius eſſet hæres Impoſitoris, de cuius adi-
tione in præſenti nullo modo docetur, niſi per
actum geſtum à Latino eius aſſerto Procura-
tore, qui ſine ſpeciali mandato adire non po-
tuit, *Iaſon in l. 1. nu. 7. ff. de offic. Procur. Alex. conſ.
78. n. 15. vol. 5. Rot. coram ſa. me. Greg. XV. dec. 460.
n. 3. & coram Caual. dec. 272. n. 4.*

11 Prætenſio, quod ſolutio fuerit facta de pe-
cunijs hæreditarijs, nullo modo iuſtificatur, &
in dubio præſumitur de pecunijs proprijs *iux.
gloſ. in l. cum oportet verbo ex eius ſubſtantia, ibique
Doct. C. de bonis, quæ liber. Roman. conſ. 276. num. 7.
Peregr. de fideicomm. art. 35. num. 34.* & vltra plu-
res cumulatos per *Fuſar. q. 368. dixit Rota coram
Caualer. deciſ. 90. num. 2. & apud Duran. deciſ. 210.
num. 22. & in Romana Caſalis 14. Iunij 1649. coram
bo. me. Arguelles.*

12 Sed ceſſat difficultas in præſenti caſu, quia
conſtat de proteſtatione expreſſa, quod ipſe
ſoluebat de pecunijs proprijs, & ideo, cum
verba ſint ſatis clara, non eſt admittenda quæ-
ſtio voluntatis, *l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de
legat. 3. l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. Roland.
conſ. 34. num. 12. & ſeqq. lib. 4. Rot. coram Caualer.
dicta deciſ. 90. num. 3. & in Romana, ſeu Auximana
donationis 29. Ianuarij 1649. coram bon. mem. Pen-
tingerio.*

13 Maximè quia in hęreditate non aderant pe-
cuniæ, neque bona, ex quibus dictis Credi-
toribus potuerit ſatisfieri, cum illa, quæ ade-
rant, retinerentur per Siluiam Matrē occaſio-
ne eius crediti dotalis, & probatur ex decre-
to, reportato in partibus, & dato *in Summ.
num. 10.* quod ipſe Marinus Franciſcus nihil
poſſidet de bonis paternis, nec non etiam ex
ipſo Inuentario, ex quo bene deducitur hu-
iuſmodi negatiua, itaut aſſerenti contrarium
incumbat onus probandi, *Rot. coram Seraph. de-
ciſ. 504. num. 6. & in Bonon. de Berois 28. Iun. 1641.
coram Reuerendiſſimo Compoſtellano.*

14 Excluſa aditione Marci Antonij, non eſſet
opus quærere de validitate Inuentarij, confe-
cti per Marinum Franciſcum illius hęredem.
Nihilominus illa manifeſtè reſultat, ex quo
fuerunt citati perſonaliter creditores certi, In-
certi verò ad Valuas, fuerunt, deputati per Iu-
dicem duo probi viri, ad aſſiſtendum confe-
ctioni pro die, & hora certis, & idem Iudex
pronunciauit dictum Inuentarium fuiſſe ritè,
& rectè confectum, pro vt in dubio præſu-
15 mendum eſſe, firmauit *Gratian.* & plures per
eum relati *cap. 998. num. 3.*

Et ita altera tantum.

Digitized by Google

ILLERDEN. DECIMARVM.

Lunæ 26. Nouembris 1657.

ARGVMENTVM.

Tertius, qui impetrauit Commiſſionem admiſſionis ad cauſam, *docto de intereſſe*; ſufficit, quod de eo ſemiplenè, & apparenter doceat.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe, ad effectum admiſſionis ad cauſam ſufficit, quod ſemiplenè probetur.*

2 *Creditum Dotis probatur ex Capitulis Matrimonialibus.*

3 *Dotis augumentum, & Donatio propter nuptias ſpectat ad Vxorem.*

4 *Tertius, veniens ad cauſam ad excluſionem vtriuſque Collitigantis, an poſſit retardare expeditionem cauſæ.*

DECISIO CCXLIV.

PENDENTE lite inter Michaelem de Gilabert Modernum Carlanum loci de Albelda, & Capitulum eiuſdem loci ſuper ſolutione Decimarum, inſurrexit Victoria de Gilabert, prætendens vſumfructum dictarum Decimarum, & ipſas Decimas ad ſe ſpectare vigore crediti dotalis, & donationis ſibi, & Raimundo eius viro factæ occaſione Matrimonij contrahendi: Vndè, obtenta Commiſſione admiſſionis ad cauſam cum clauſula *Conſtito de intereſſe*, inſtetit diſputari Dubium, an de illo conſtaret, quod affirmatiuè reſolutum fuit.

1 Etenim ad effectum admiſſionis ad cauſam ſufficit de intereſſe apparenter docere, reſeruata pleniori probatione in diffinitiua iuxtà notata per Doct. *in cap. veniens il 2. vbi Felin. n. 13. & ſeqq. de teſtib. idem Felin. in cap. cum ſuper nu. 16. de re iudic. Abb. conſ. 82. num. 10. verſ. inſuper lib. 1. Rot. deciſ. 325. in fine, & deciſ. 357. num. 3. & ſeqq. par. 6. recent. & coram Merlin. deciſ. 504. n. 1.*

2 In præſenti verò caſu viſum fuit, etiam plenè de eo conſtare non ſolum ex conſtitutione dotis in libris 8000. de qua in Capitulis Matrimonialibus, vt dixit *Rota in Arimin. dotis 4. Maij 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Aſculana Dotis 26. Iunij 1647. coram Me*. Sed etiam ex
3 augumento eiuſdem dotis, & donatione propter nuptias occaſione dicti Matrimonij in alijs libris 3000. quæ pariter ad præfatã Victoriam ſpectant *iuxtà tex. in l. cum veterum C. de donat. ante nupt. Mantic. de tacit. lib. 20. tit. 1. à num. 1. Rot. coram Buratt. dec. 340. per tot. & coram Reuerendiſs. Royas dec. 113. n. 4. & ſeqq.*

4 Non obſtat, quod ipſa veniat ad cauſam ad excluſionem vtriuſque Collitigantis, ideoque non poſſit impedire expeditionem cauſæ. Nam quicquid ſit de prædicta opinione, ceſſat difficultas ex facto, quia Victoria non impugnat quod ius decimandi ſpectet ad Carlanum, ſed contendit tantummodò, illud ſibi fuiſſe hypothecatum pro ſua dote, & augumento dotali, quod ſufficit pro admiſſione ad cauſam ex ſupradictis.

Et ita vtraque &c.

MAIORICEN. BENEFICII.

Veneris 11. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Præſentatio facta ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, vel ab habente ab eo cauſam ſufficit pro obtinenda adiudicatione beneficij & illa acquiritur per vnicam præſentationem effectum ſortitam.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi præfertur præſentato à vero patrono.*

2 *Præſentandi quaſi poſſeſſio probatur per vnicam præſentationem effectum ſortitam.*

3 *Iuriſpatronatus in materia proprietas abſorbet poſſeſſorium.*

4 *Hoc tamen procedit, quando de proprietate conſtat per confeſſionem Partis, vel per rem iudicatam, vel inſtrumentum publicum.*

5 *Præſentandi quaſi poſſeſſio remanet turbida, quando præſentatio fuit reiecta ab Ordinario.*

6 *Iuſpatronatus de hæreditario poteſt fieri gentilitium accedente conſenſu Ordinarij.*

7 *Sed talis conſenſus non præſumitur ex lapſu 30. annorum niſi concurrat obſeruantia.*

8 *Prout non ſufficit conſenſus, vel approbatio Vicarij.*

9 *Iuſpatronatus quando eſt clarum, & pertinentia tantum cadit in controuerſia, tunc ſola quaſi poſſeſſio præſentandi ſufficit ad effectum ſuſtinendi præſentationem.*

10 *Præſentatio, Collatio & ſimilia ſunt fructus quaſi poſſeſſionis præſentandi, & vti fructus ſpectant ad poſſeſſorem.*

11 *Præſentatio, vt ſuſtineatur ſufficit quod ſit facta, ab eo, qui habet cauſam ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

DECISIO CCXLV.

ORTA controuerſia inter Franciſcum Rabaſſam præſentatũ ab Antonio Martorello, & Iacobum Suaui præſentatum à Franciſca Satda propoſui Dubium, cui Beneficium ſit adiudicandum, & DD. ad fauorem
1 Franciſci reſponderunt, cum ipſe præſentatus fuerit à prædicto Antonio exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, & habente pro ſe vltimum ſtatum, qui propterea venit præferendus iuxt. not. per *Dec. conſ. 134. ſub n. 1. Rot. dec. 167. nu. 8. par. 2. diuerſ. coram Merl. dec. 641. ſub n. 8. verſ. cumque contentio*, cum alijs pluribus *in Aſculana Iuriſpatronatus 1. Iulij 1650. coram R. P. D. meo Meltio*.

2 Nec de quaſi poſſeſſione præſentandi dubitari poteſt, cum de illa appareat ex præſentatione vltimo loco facta de anno 1650. ad fauorem

Digitized by Google

uorem Michaelis eius filij, & effectum ſortita, *vt in Summ. num. 4.* quæ licet vnica ſufficit ad acquirendam dictam quaſi poſſeſſionem. *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina nu. 91. de cauſ. poſſ. & propr. Calder. conſ. 12. de Iurepatr. Dec. conſ. 117. num. 2. Rot. coram Caualer. deciſ. 197. num. 3. & in Sulmonen. beneficij 10. Martij 1649. coram bon. mem. Arguelles.*

3 Parumque refert, quod ex Teſtamento Michaelæ præſentare debeat antiquior de ſua deſcendentia, qualis eſt Franciſca tanquam nata de anno 1591. & ſic præferenda Antonio. qui prodijt in lucem de anno 1595. etiam ſi exiſtat in poſſeſſione præſentandi, cum regulariter proprietas abſorbeat poſſeſſorium ex deductis *in deciſ. 521. n. 7. & 8. coram Penia.*

4 Quia obiectum bene procederet, ſi de proprietate, & ſtatu antecedenti conſtaret per Partis confeſſionem, vel per rem iudicatam, aut per Inſtrumentum fundationis clarum, & indubitatum, cui nihil opponi poſſit, vt notat *Butr. in cap. ex literis num. 8. de Iurepatr. Rot. in rec. deciſ. 435. n. 4. par. 2. & coram Merlin. dec. 501. n. 15. & 16. & dec. 641. ſub n. 9. & ſeqq.*

5 Sed in caſu præſenti confeſſio Partis non prætenditur, & res iudicata tantum abeſt, quod concurrat pro parte Franciſcæ, quod imò conſtet præſentationem ab ipſa factam, *& ab eius ſorore*, vſque de anno 1632. fuiſſe reiectam per ſententiam Ordinarij, ità vt negari non poſſit, quod ius illius, & prætenſa quaſi poſſeſſio remanſerit turbida, vt bene per *Bald. conſ. 32. num. 4. verſ. niſi præſentatus lib. 1. Dec. conſ. 149. n. 3. poſt medium verſ. ſed quia tale, Rot. in Terdonen. Iuriſpatronatus 22. Iun. 1646. coram Reuerendiſs. Tarraconen. & 17. Iunij 1647. coram me.*

6 Inſtrumentum verò fundationis, & dotationis factæ de anno 1552. à Matthæo Riminele continet Iuſpatronatus merè hæreditarium, vt patet ex eius lectura, & quamuis prætendatur, quod ex hæreditario potuerit per Michaelam fieri gentilitium, hoc tamen debet intelligi accedente conſenſu Ordinarij, ſecus verò eo deficiente, vt firmauit *Rota* cumulatis concordantibus *in Arianen. beneficij 10. Martij 1651. coram R.P.D. meo Veroſpio, & nouiſſimè in Firmana Iuriſpatronatus 18. Martij 1654. & 18. Iunij 1656. coram R.P.D. meo Albergato.*

7 Nec huiuſmodi defectus ſaluari poteſt per conſenſum tacitum reſultantem ex curſu tẽporis 30. annorum, quia adhuc deficit obſeruantia, quæ deſumi non poteſt ex præſentatione facta ab Eliſabetta de anno 1632. & ex ſententia inſtitutionis deſuper ſecuta ſub expreſſione eiuſdem teſtamentariæ diſpoſitionis
8 Michaelę, quia cum lata fuerit à Vicario Generali non habente facultatem præſtandi ſimilem conſenſum, non ſuffragatur, *Rota in Lucana beneficij 16. Iunij 1651. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro.*

9 Cum itaque huiuſmodi qualitas, quod pręſentet antiquior de deſcendentia, non ſit appoſita in Inſtrumento fundationis, neque ab ipſo fundatore, ſed longè poſt à Michaela in eius Teſtamento, non poteſt dici probata concludenter proprietas, & conſequenter impediti Franciſco Adiudicatio controuerſi beneficij, tanquam præſentato ab Antonio exiſtente in quaſi poſſeſſione; Nam quando Iuſpatronatus eſt clarum, & pertinentia tantum cadit in controuerſiam, tunc ad effectum validitatis præſentationis ſola quaſi poſſeſſio ſufficit *iux. tex. in cap. conſultationibus de Iurepatr. Rot. in Leodien. beneficij 14. Ianuarij 1648. coram Vbaldo 13. Nouembris eiuſdem anni coram Coccino, & 27. Iunij 1629. coram Cardinali Virili, in Terdonen. Iuriſpatronatus 17. Iunij 1647. coram Me,* vbi red-
10 ditur ratio, quia præſentatio, & ſimilia ſunt fructus poſſeſſionis, & vti fructus ſpectant ad poſſeſſorem cum alijs pluribus *in dicta Aſculana Iuriſpatronatus 1. Iulij 1650. coram Domino meo Meltio.*

11 Et maximè cum idem Antonius non ſolum exiſtat in poſſeſſione præſentandi ex pręſentatione facta, & effectuata de anno 1650. Sed etiam ſit filius, & hæres Eliſabettæ, quæ antecedenter præſentauerat de anno 1632. ità vt ſufficiat eidem pro iuſtificatione pertinentiæ, quod habeat cauſam ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ab eo ad quem ſpectabat tale Iuſpatronatus; *Rot. in rec. deciſ. 337. num. 3. par. 2. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 349. num. 1. ibique Add. num. 6. & deciſ. 452. num. 16. & 17. in Gerunden. beneficij 11. Martij 1648. coram me, & in Regien. beneficij 24. Martij 1653. coram b. me. Bichio.*

Et ita &c.

ROMANA VITRIOLI.

Mercurij 23. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Qualitas Vitrioli venditi, vel alterius rei deſumitur ex qualitate pretij, & quod fuerit bonitatis promiſſæ ex Teſtibus, & ex relatione Peritorum, necnon etiam ex receptione maioris partis.

SVMMARIVM.

1 *Loci deſignatio importat venditionem rei, tanquam de ſpecie certa.*
2 *Teſtibus practicis, & informatis, & numero pluribus magis creditur, quam alijs.*
3 *Perito peritiori ſtandum eſt.*
4 *Approbare videtur in totum venditionem Mercium, qui recepit maiorem illarum partem.*
5 *Periti relatio non operatur, quando in contrarium concurrunt probationes validiores.*
6 *Pretium demonſtrat qualitatem rei venditæ.*
7 *Peritus, ſi tertio loco fuerit electus, non eſt locus nouæ electioni.*
8 *Peritus, non verſatus in arte, non eſt eligendus, etſi fuerit electus, non ſtatur illius relationi.*
9 *Murorum in æſtimatione non ſunt eligendi Artifices, ſed Architecti.*
10 *Periti ſuſpecti allegati relatio non venit attendenda.*
11 *Fallit, ſi talis allegatio ſuſpecti facta fuerit à perſona, non habente mandatum, ad recuſandum.*
12 *Suſpectus non poteſt quis allegari ſine cauſa.*
13 *Suſpecti allegatio ceſſat per actum contrarium, fa-*

ctum coram eadem perſona.

14 *Periti relatio videtur approbata, quando ab ea non fuit appellatum.*

15 *Citatio, & alij actus probantur ex reuolutione proceſſus.*

16 *Obligatio conſignandi quando dicatur adimpleta.*

17 *Proteſtatio, & interpellatio poſt actum conſumatum non releuat.*

18 *Teſtis, deponens ad ſui exonerationem, non probat.*

19 *Emptor tenetur ad pretium, ſi interpellatus rem non recipiat.*

20 *Depoſitum, factum ſern. ſeruan. de Mandato Iudicis, habet vim ſolutionis, & conſignationis.*

DECISIO CCXLVI.

FRANCISCVS Attauantes vendidit Iacobo Betto milliaria 250. *di Vitriolo Romano delle Miniere di eſſo Signor Franceſco, che tiene dalla R.C. Apoſtolica buono recipiente, & mercantile* ad rationem ſcutorum 24. pro quolibet milliario, ſoluendorum in tot mercibus pro rata ſcutorum 3600. pro reliqua verò ſumma in pecunia numerata, & in quibuſdam paghis, inter partes conuentis, pro quibus tunc decurſis cum fuiſſet ab A. C. relaxatum mandatum; Cenſuerunt DD. ſub die 22. Februarij 1656. illud eſſe exequendum, & hodie ex ijſdem rationibus eſſe perſiſten. in Deciſis.

1 Moti ex eo, quia conſtat, Vitriolum controuerſum eſſe qualitatis promiſſæ, nempè Romanum, & confectum in fodinis, quas ipſe Attauantes in locationem retinet à Reuerenda Camera Apoſtolica, ac etiam, quod ſit bonum, recipiens, & mercantile. Etenim prima qualitas controuerti non poteſt, licet enim Vitriolum non ſit propriè Romanum, quantitas tamen pretij conuenti in ſcutis 24. pro quolibet milliare, & quod ſit confectum in fodinis Reu. Cam; demonſtrat ad oculum, quod contrahentes verè non intellexerint de Vitriolo propriè Romano, quod venditur ſcutis 60. & conficitur in fodinis Siluenæ, ſed de Vitriolo compoſito, & fabricato in fodinis Reu. Cam. Nam venditiones huiuſmodi cum deſignatione certi loci intelliguntur factæ, de re tamquam de ſpecie certa *ad tex. in l. ſed ſi certus 54. ff. de legat. 1.* & inquit *Gabr. conſ. 64. nu. 22. & 29. lib. 2.* vbi de venditione frumenti exiſtentis in certo loco, *Surd. conſ. 309. num. 8. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 13. nu. 62. in fine*, & videtur ſenſiſſe *Rot. in Piſana, ſeu Viterbien. Ferraccij 27. Martij 1656. coram R.P.D. meo Priolo*, confirmata ſub hac die *coram R.P.D. meo Zarate.*

2 Altera verò qualitas, quod Vitriolum ſit bonum, recipiens, & mercantile, probatur ex ſeptem Teſtibus, formiter examinatis, deponentibus de bona qualitate illius, quibus tanquam practicis, & bene informatis, & numero pluribus maiorem fidem adhibendam eſſe, quam alijs notat *Cyn. in l. ſenium n. 2. C. qui teſt. fac. poſſ. Felin. in cap. in noſtra n. 10. in fine de Teſtib. Aym. conſ. 195. num. 10. Alex. conſ. 141. num. 11. lib. 1. Rot. coram Seraph. deciſ. 550. num. 2. & in rec. deciſ. 219. n. 1. & ſeqq. par. 5.*

3 Maximè quia cum illis concordat non ſolum relatio primi Periti, ſed etiam quarti de ordine Iudicis electi qui fecit experientiam de eodem Vitriolo, & cui propterea tanquam peritiori in locum alterius, qui non erat in arte verſatus, ſtandum eſſe, notat *Felin. in cap. propoſuiſti num. 10. de probat. Maſcard. eod. tract. concluſ. 1174. num. 39. Berox. conſ. 39. num. 25. lib. 1. Rota in Romana pretij Fiani 14. Iunij 1610. coram Lancellotto penes Marcheſ. de Comm. par. 2. fol. 236. num. 5.*

4 Imò fuiſſe tale, approbauit idem Bettus, dum ex eodem Vitriolo, exiſtente in Magazzeno Corneti, recepit ſine aliqua proteſtatione, vel reclamatione milliaria 160. & vltra, ad quam ſummam aſcendebant merces per eum traditæ; Vnde ex receptione pro maiori parte, videtur etiam pro reliqua venditionem approbaſſe *ad tex. in l. de lege §. fin. ff. de leg. commiſſ. Aym. conſ. 106. n. 2. & 3. & conſ. 411. n. 59. & ſeqq. Rot. Gen. deciſ. 77. n. 12. & deciſ. 136. ſub n. 5.*

5 Hinc parum releuat relatio tertij Periti, quia non poteſt concurrere cum tot probationibus in contrarium factis ſuper bonitate dicti Vetrioli; Et tamen ſi eius relatio rectè conſideretur, apparet, ipſum retuliſſe ſuper mala qualitate illius habito reſpectu ad Vitriolum magis perfectum, & quod conficitur in fodinis Siluenæ, de quo inter partes actum non fuit, cum vendatur ſcut. 60. pro quolibet
6 milliare, hoc verò ſcutis 24. Nam ex qualitate pretij dignoſcitur qualitas rei venditæ, *gloſ. in l. 1. §. qui ſuperficiem verb. agendo de ſuperfic. Bart. in l. patronis §. 1. num. 1. ff. de leg. 3. Surd. conſ. 13. nu. 37. Rot. poſt ſecundum vol. conſ. Farin. deciſ. 258. n. 16. & in rec. dec. 219. n. 1. par. 5.*

7 Minus facit, quod ſtante relatione tertij, non erat locus nouæ electioni, ad euitandum proceſſum in infinitum iuxta relatos per *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 600. num. 30. & per Add. ad Buratt. deciſ. 70. num. 14. verſ. & facta*; Nam cum
8 ille non eſſet verſatus in arte, ſed eſſet Chirurgus, ſeù Barbitonſor, vt probant Teſtes *in Summ. Attauantis num. 10.* non debuit eligi in Peritum, nec ſtatur illius relationi, vt bene in propoſito aduertit *Franc. Aretin. conſ. 83. num. 11. verſ. praeterea licet, Curt. Inn. conſ. 165. numer. 20.*
9 alijque relati per *Maſcard. de probat. concluſ. 654. num. 11.* firmantes, quod in æſtimandis ædificijs non ſufficiunt murorum artifices, ſed ſunt eligendi Architecti, *Anchar. quaeſt. familiar. lib. 1. q. 46. num. 10. & ſeqq.* cum alijs adductis per *Carocc. de locat. & conduct. par. 4. tit. deælioram. qu. 2. n. 33. fol. mihi 223.*

10 Quod verò idem quartus Peritus fuerit recuſatus tanquam ſuſpectus, nec appareat electus ad referendum ſuper qualitate Vitrioli, ſed tantum ad illud inſpiciendum, & deferendum ſacculum obſignatum ad Vrbem, quodque retulerit non monitis, neque auditis Bettis exiſtimarunt Domini non releuare.

11 Primum ſiquidem ex eo tollitur, quia non conſtat de mandato procuræ, ad recuſandum *Pariſ. conſ. 31. num. 112. & ſeqq. lib. 1. Rot. coram Verallo deciſ. 168. par. 1. & coram Buratt. deciſ. 388. num. 2. ibique Add. num. 7.* Minuſque de ſufficien-
12 ti cauſa, propter quam potuerit ſuſpectus allegari

legati *Rot. in Calciaten. Iuriſdictionis* 1. *Februarij* 1623. *coram Remboldo*, *& coram Caualer.dec.*178. *num.*3.*&* 4.

13 Immò dum Bettus citatus ad videndum referri non appellauit, ſed petijt terminum ad illum informãdum, videtur ab huiuſmodi recuſatione receſſiſſe *Bald. in l. ſi ab arbitro in primo notabili*, *& ibi Iaſ.num.*1.*& ſeqq.ff.qui ſatiſdare cog. Rot.diuerſ.deciſ.*901. *num.*2.*& ſeqq. par.*3. *& in Romana ſupplementi legitima* 6. *Iuly* 1646. *coram Reuerendiſs.D.meo Cerro Decano.*

14 Alterum verò ceſſat ex facto, quia Cardonus deputatus fuit in locum alterius Periti ſuſpecti allegati, & eum omnibus alijs facultatibus neceſſarijs, & opportunis. Vndè cum ipſe retulerit inſpecto prius Vitriolo controuerſo, & facta experientia ſuper eius bonitate de ordine, & mandato Iudicis, & ab huiuſmodi relatione non fuerit appellatum, ex non appellatione inducta fuit approbatio, & acquieſcentia *ad text.in l.ad ſolutionem C.de re iudic.Romana pretij Viridarij* 1.*Iul.*1622.*coram Vbaldo*, *Firmana prædij* 26.*Iunij* 1643. *coram Reuerendiſſimo Compoſtellano*, *& in recent. deciſ.*393.*nu.*2. *part.* 4.

15 Tertium denique pariter ceſſat ex datis in *Summ. num.* 12. *& ſeqq.* vbi apparet, Bettum fuiſſe citatum in electione dicti Periti, in acceſſu illius ad Ciuitatem Corneti, nec non ad videndum aperiri ſaeculum, & mandari referri; adeout non ſine calumnia opponatur de tali defectu, qui tollitur ex reuolutione Proceſſus iuxta notata per *Maſcard. de probat. concluſ.*291.*nu.*1. *Caputaq.deciſ.*260.*num.*1.*par.*2.*cum vulgar.*

16 Non obſtat, quod conſignatio non fuerit facta in loco deſtinato; Nam quoad quantitatem receptam, cum conſignatio facta fuerit in Litore Maris, dicitur adimpleta forma pacti, & obligationis conſignandi, ſcilicet *ſpedito alla vela*, *Rota in Romana grani* 11. *Maij* 1643.*coram Reuerendiſs. D. meo Cerro Decano*, *&* 14. *Decembris eiuſdem anni coram R.P.D. meo Veroſpio.*

17 Nec vrget interpellatio ſuper mala qualitate, nam executa fuit die 28.Nouemb. 1650. poſtquam Vitriolum receptum,& diſtractum fuerat, & poſtquam Attauantes agere cœperat pro pretij conſecutione, vndè præſumitur facta ad illam retardandam *Rot. coram ſan.mem.*

18 *Greg.dec.*7.*num.*10. Et atteſtationes Nautarum, quod eſſet madefactum, conuineuntur de falſo ex eorum receptis in actu conſignationis, quæ vlterius non veniunt attendendæ, cum tendant in propriam exonerationem, vt notat *Bart. in l.deferre poſt med. verſ. ego volo ff.de Iur.fiſc. Caſtr.conſ.*301. *ad fin. verſ.& quia quilibet lib.*1.*Natt.conſ.*80. *num.*3. *Pariſ. conſ.*74. *num.*20. *&* 21. *lib.* 1. *Rot.coram ſan.mem. Gregor. deciſ.*475. *num.*9.

19 Quouerò ad aliam quantitatem, quam obtulit Attauantes prouia iudiciali interpellatione ad recipiendum, benè potuit relaxari mandatum, quia Emptor, qui eſt moroſus in recipiendo tenetur ad pretium rei emptæ, *l.*3. *§.fin. ff.de act. empt. Dec. conſ.*421. *num.*6. *in fine*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*325.*num.*3. cum alijs deductis *in deciſ.quæ reuidetur in §.exceptio verò.*

20 Et Depoſitum de mandato Iudicis poſtea ſubſecutum idem operatur, ac ipſa conſignatio, *l.ſi per Emptorem* 5.*& l.illud* 17. *C.de peric.& commod.rei vend. l.acceptam C.de vſur. Mareſ.var. reſol.lib.*2.*cap.*70.*nu.*9. *Mohed.dec.*6.*de except.& in rec.dec.*26.*n.*2.*par.*4.

Quibus ſtantibus exiſtimarunt Domini perſiſtendum eſſe in Deciſis, & ſic mandatum ab A.C. relaxatum eſſe exequendum, pro paghis verò poſteà decurſis de nouo eſſe relaxandum cum militent eædem rationes.

Et ità vtraque parte acriter Informante &c.

FVLGINATEN. ATTENTATORVM.

Lunæ 11. *Februarij* 1658.

ARGVMENTVM

Attentans tenetur non ſolum dimittere poſſeſſionem, ſed etiam reſtituere fructus,& expenſas tam iudiciales, quam extraiudiciales, facta liquidatione per eundem Attentantem.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum perceptio probatur ex Teſtibus, formiter examinatis.*
2 *Fructuum perceptio probatur ex confeſſione Partis, Confeſſio Partis ſuperat omnem aliam probationem eod.num.*
3 *Pretium frumenti, Ordei, & ſimilium probatur ex libris Annonæ.*
4 *Pretium frumenti probatur ex fide Deputatorum ſuper abundantia.*
5 *Maximè ſi fuerit adminiculata.*
6 *Attentans tenetur non ſolum ad dimiſſionem poſſeſſionis, ſed etiam ad reſtitutionem fructuum,& expenſarum.*
7 *Attentans tenetur omnia reponere in eo ſtatu, in quo erant ante commiſſum attentatum.*
8 *Depoſitum non integrum non ſuffragatur.*
9 *Depoſitum fieri debet cum præcedenti citatione, ad recipiendum,aliàs non valet.*
10 *Depoſitum, factum de mandato Iudicis incompetentis, eſt nullum.*
11 *Fructuum perceptorum quantitas probatur ex deſcriptione facta de ordine Iudicis.*
12 *Valor fructuum in materia attentatorum probatur etiam ex atteſtationibus extraiudicialibus.*
13 *Valoris fructuum in liquidatione, quando agitur de attentatis, poteſt Iudex etiam extraiudicialiter ſe informare.*
14 *Expenſæ iudiciales, & certæ debent refici in quocumque iudicio.*
15 *Attẽtatorum in purgatione non ſufficit oblatio vnius iulij cum obligatione ſoluendi reſiduum.*
16 *Attentans tenetur, omnia reſtituere vſque ad obolum.*
17 *Attentans tenetur, liquidare expenſas, vel impetrare Commiſſionem præfixionis termini contra aduerſarium,ad liquidan.*
18 *Expenſæ iudiciales,ſufficit, quod ſint veriſimiles ad hoc,vt reficiantur per Attentantem.*

19 *Expenſæ extraiudiciales in iudicijs ordinarijs non debent rigoroſè taxari.*
20 *Expenſæ extraiudiciales debent integraliter reſici per Attentantem.*
21 *Expenſæ extraiudiciales debent reſici per Attentantem, tanquam damna, & intereſſe.*

DECISIO CCXLVII.

SVB die 27. Martij 1656. reſolutum fuit;
Executionẽ factam per Eliſeos ſuper prædijs controuerſis vna cum omnibus indè ſecutis fuiſſe nullam, & attentatam tanquam
1 factam in ſpretum Inhibitionis, & litis in Rota pendentis, ac proindè Cataneis, qui illam fuerunt paſſi, eſſe concedendum mandatum de manutenendo, nec non etiam exequutiuũ pro reſtitutione fructuum, & expenſarum; Hodie igitur ad formam reſolutionis prædictæ dubitaui pro qua ſumma illud ſit relaxandum, & Domini cenſuerunt relaxandum eſſe primo pro ſalmis ſex, & totidem quartis frumenti, pro duabus Auenæ, duabus fabarum, ac quarta vna cum dimidia Ordei, quos fructus fuiſſe per Eliſeos perceptos conſtat non ſolum ex Teſtibus formiter examinatis, vt dixit *Rot. coram Duran. dec. 305. n. 3. & coram Merlin. dec. 483. ſub n. 5.*

2 Sed etiam ex confeſſione eorumdem de Eliſeis iudicialiter facta, qua nulla maior probatio *vulg. l. cum te l. 2. C. de Tranſact. l. generaliter C. de non num. pec.* & in his terminis *Rota in Auenionen. Attentatorum* 14. *Febr.* 1650. 28. *Iunij* 1651. *&* 10. *Febr.* 1653. *coram me.*

3 Valorem verò quantitatis prædictæ frumenti, Ordei, Auenæ, & fabarum exiſtimarunt Domini aſcendere ad ſcuta 79. 45. de-
4 ſumpto pretio ex partitis librorum Annonæ, ac ex fide, & Atteſtatione Officialium Ciuitatis, quibus in hac materia deferendum eſſe,
5 maximè cum adminiculentur ex depoſitione eorumdem Teſtium, firmauit *Rota coram Seraph. dec. 1245. num. 8. Canal. deciſ. 361. nu. 1. Cocin. deciſ. 439. num. 3.* & relatis concordan. *in Parmen. Affictus* 4. *Martij* 1652. *& in Romana ſeu Veliterna Affictus* 24. *Nouembris* 1653. *coram bo. mem. Bichio, & in Auenionen. Attentatorum* 11. *Maij* 1654. *coram R. P. D. meo Priolo.*

6 Nec ſuffragari poteſt prætenſa ceſſio, & renunciatio poſſeſſionis captæ, quia Attentans tenetur non ſolum poſſeſſionem dimittere, ſed etiam reſtituere fructus, & expenſas factas occaſione attentati commiſſi, ac omnia in
7 eum ſtatum reducere in quo erant ante commiſſum attentatum, vt dixit *Rota coram Buratt. deciſ. 356. num. 4. in Bononien. fideicommiſſi de Vizzanis* 4. *Maij* 1643. *coram bon. mem. Bichio, & in Auenionen. Attentatorum* 14. *February* 1650. *coram me.*

8 Minus ſuffragari poteſt aſſertum Depoſitum, quia illud non eſt integrum *l. obſignatione C. de ſolut. Angel. in l. acceptam num. 2. verſ. vndè ſi nummus C. de vſur. Rot. coram Millin. deciſ. 269. n. 3. & in Anconitana dotis* 7. *Februarij* 1642. *&* 9. *Decembris* 1648. *coram Reuerendiſsimo Domino meo Cerro.*

9 Nec præceſſit citatio ad recipiendum, *l. ſi creditori, & l. acceptam C. de vſur. Gratian.* qui alios cumulat *cap. 686. num. 6. Rot. coram Buratt. deciſ. 356. nu. 1. & in dicta Auenionen. Attentatorum* 14. *Februarij* 1650. *&* 10. *February* 1654. *coram Me.*

10 Et fuit factum de mandato Iudicis de partibus, dum cauſa pendebat in Rota, & ſic nulliter, vt bene in his terminis tradit *Gratian. cap. 795. num. 13. & ſeqq. Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 486. num. 4. & ſeqq. & in Romana Cenſus* 22. *May* 1630. *coram Pironano.*

11 Cenſuerunt pariter DD. mandatum eſſe relaxandum pro ſalmis duodecim cum dimidia vuarum, ſiue in ſcutis 25. 20. pro illarum pretio, cum quantitas huiuſmodi percepta appareat, non ſolum ex confeſſione eiuſdem Partis, ſed etiam ex Inſtrumento deſcriptionis factæ de ordine Signaturæ, *Rota deciſ. 343. nu. 2. par. 1. rec. & in Bonon. Molendini* 27. *Ianuar.* 1631. *coram Reuerendiſſimo Terracinen.* Et de valore cõſtet ex pluribus fidibus, & Atteſtationibus
12 datis, quæ in hac materia tanquam difficilis probationis, & in qua Iudex poteſt etiam ſe
13 extraiudicialiter informare, viſæ fuerunt ſufficientes iuxtà notata per *Bart. in l. ſi quod ex pamphila nu. 3. ff. de leg. 2. Cagnol. in l. quatenus n. 24. & ſeqq. ff. de reg. Iur. Rot. deciſ. 317. num. 26. par. 4. to. 2. rec. & deciſ. 718. n. 7. par. 4. to. 3.*

14 Tertiò pro expenſis tam iudicialibus, quam extraiudicialibus, ſiquidem iudiciales conſiſtentes in regiſtro, Citationibus, examine Teſtium, extractione Scripturarum, & ſimilibus aſcendentes ad ſcuta 115. 95. tanquam certæ, & quæ liquent ex actis, nullam patiuntur difficultatem, cum illarum refectio debeatur in quocumque Iudicio à ſuccumbente, *l. properandum §. ſine autem C. de Indic. Rot. coram Durano deciſ. 161. num. 1. & ſeqq. in Ciuitatis Caſtellanæ Attentatorum* 5. *May* 1649. *coram bon. mem. Dunozzetto*, cum alijs per *Adden. ad Buratt. deciſ. 921. num. 12.*

15 Sola autem oblatio cum depoſito vnius Iulij parum operatur ad hunc effectum purgationis Attentatorum, cum debeat interue-
16 nire vera, realis, & totalis reſtitutio vſque ad obolum iuxtà doctrinam *Bald. in cap. conquerente de reſt. ſpol.* quam paſſim *Rot. ſequitur reiecta opinione Angeli in l. 4. ff. de re ind. vt coram Coccin. deciſ. 371. num. 5. Pena deciſ. 196. num. 8. & pluribus ſeqq. Buratt. deciſ. 356. num. 6.* & latè firmatum fuit *in dicta Auenionen. Attentatorum* 14. *Febr.* 1650. *&* 10. *Febr.* 1653. *coram me.*

17 Nec refert, quod illæ non eſſent liquidæ, quia dum Eliſæi inſtabant procedi ad vlteriora, onus liquidationis ad ipſos ſpectabat, vel ſaltem debebant impetrare commiſſionem præfixionis termini contra Partem aduerſam, ad liquidandum, illumque cum effectu præfigere, vt dixit *Rota in Romana Attentatorum* 26. *Iuny* 1654. *coram R. P. D. meo Meltio in Aſtoricen. Parochialis de Rubiana* 30. *Aprilis* 1657. *coram Reuerendiſſimo D. meo Cerro Decano*, vbi plures cumulantur, & concordantes referunt *Adden. ad ſa. me. Greg. dec. 503. ſub n. 6.*

18 Extraiudiciales verò, prout ſunt honoraria

Digitized by Google

Procuratoris, & Aduocati, merces Copiſtæ pro Scripturis, tam in Signatura, quam in Rota in duabus propoſitionibus, & ſimilibus liquidatæ fuerunt in ſcutis 50. cum ſint veriſimiles, & ſatis iuſtificatæ ex datis *in Sum.nu.7.* vt dixit *Rota deciſ.744.num.14.par.4.tom.3.recen. in dicta Auenion. Attentatorum 14. Febr. 1650. & 28.Iun.1651.coram me, & in Aſtoricen. Parochialis de Rubiana 2. Iulij 1657. coram Reuerendiſſ.D. meo Cerro Decano.*

19 Licet enim in Iudicijs Ordinarijs expenſæ
extraiudiciales non ſoleant rigorosè taxari,
ſed in aliqua parua quantitate pro qualibet in-
ſtantia arbitrio Rotæ, hoc tamen non proce-
20 dit in expenſis factis occaſione attentatorum,
quæ integraliter reficiendæ veniunt, *Rota in Romana Vinea 9. Decembris 1648. coram Reuerendiſſimo Tarraconen.& in dicta Auenionen. Attentatorum 26.Iunij 1651.coram me.*

21 Et ſi non debentur tanquam expenſę, debentur ſaltem tamquam damna, & intereſſe, vt notat *Lancell. de attent. cap.31. num.173. Rota coram Coccin.deciſ.371.n.3.& in dicta Romana Vinea coram Reuerendiſſ.Tarraconen.*

Et ità &c.

REATINA SVCCESSIONIS.

Veneris 15. Februarij 1658.

ARGVMENTVM.

Examinatur latè materia ſuper intelligentia Statuti Reatini ſub Rubr. 19. de ſucceſs. ab inteſt.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Proximiorum Conſanguineorum appellatione ſecundum proprietatem ſermonis non veniunt Auunculi.*

2 *Auunculus non comprehenditur, quia dicitur de aliena ſamilia.*

3 *Fallit, ſi communis vſus loquendi ſit in contrarium.*

4 *Sed talis vſus non ſolum concludenter probari deberet, ſed probatio vlterius eſſet coarctanda ad tempus Statuti.*

5 *Opinio autem ſupradicta non caret contradictione.*

6 *Statutum Reatinum remouet omnem difficultatem, cum diſtinguat vtramque lineam, & Agnationis, & Cognationis.*

7 *Statutum Reatinum diſponit, quod Coniunctus ex latere Patris excludat Coniunctum ex latere Matris in bonis paternis.*

8 *Prout econuersò, quod in maternis Coniunctus ex latere Matris præferatur Coniuncto ex latere Patris.*

9 *Proximiores qui dicantur attento dicto Statuto.*

10 *Excluſi dicuntur illi, de quibus non fuit facta mentio, quando alij fuerunt vocati.*

11 *Statuti diſpoſitio circa modum ſuccedendi dicitur teſtamentum legis.*

12 *In Statutis caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

13 *Statutum Reatinum, excludendo Auunculum in concurſu Patruelis in bonis paternis, & Patruelem in concurſu Auunculi in Maternis, mouetur ob qualitatem bonorum.*

14 *In Statutis caſus non dicitur omiſſus, quando virtualiter ſub verbis comprehenditur.*

15 *Ius accreſcendi habet locum etiam in Statutarijs diſpoſitionibus*

16 *Statutum, quando non eſt odioſum odio irrationabili, contentatur confirmatione Apoſtolica in forma communi.*

17 *Statutum præſumitur in vſu, ſi reperiatur impreſſum in volumine aliorum Statutorum.*

18 *Statutum præſumitur vſu receptum, ſi ſuper illo ſcripſerint authores inſignes.*

DECISIO CCXLVIII.

STATVTVM Ciuitatis Reatinæ ſub Rubr. 19. de ſucceſs.ab inteſt.lib.2. diſponit ſub his verbis, *quod ſi quis ſine patre, & filijs, & nepote, aut pronepote, vel deinceps ex filio inteſtatus deceſſerit: Proximiores conſanguinei vnus, ſiue plures ſint eiuſdem gradus ſuccedant tali defuncto ab inteſtato, & omnia bona defuncti ad proximiorem, ſeu proximiores deueniant.*

Cum itaque in eadem Ciuitate inteſtatus obierit Hieronymus de Teſtis nullis relictis Aſcendentibus, vel Deſcendentibus, minuſque fratribus, vel ſororibus, ſed tantum Ludouico, & alijs de Teſtis Patruelibus ex vna parte, qui cœperunt poſſeſſionem bonorum hæreditariorum dicti Hieronymi, & ex altera Chriſtophoro, & fratribus de Leonijs Auũculis. Dubitaui, an iiſdem Leonijs ſit danda immiſſio; Et negatiuè reſponſum fuit. Nam
1 cum Statutũ vocet Proximiores Conſanguineos, nomine illorum ſecũdum proprietatem ſermonis, & ex propria, & vera ſignificatione non comprehenduntur Auunculi, vt eſt *Textus in §.1.inſtit.de legit. Agnator.ſucceſſ.* & notat *Bald.conſ.269.num.2.lib.3.Peregr.de fideicomm. art.22.nu.35.poſt medium verſ.& idem Baldus, ſim. de Pret.de interpret.vlt.volunt.lib.3.dub.1.ſolut.11. num.21.fol.mihi 289. Fuſar.de ſubſtit.q.364.num.7. & conſ.49.num.1.& ſeqq.*& pluribus comprobat *Mart.de ſucceſſ.legal. par.2.q.4. art.6.à num.25.* & in terminis Statuti ſimilis firmauit *Rota deciſ. 349.num.4.& ſeqq.* & præſertim *nu.* 12. vbi red-
2 dit rationem, quia cum Auũculus ſit ex aliena familia, ceſſat in eo ratio, ex qua moti fuerunt Statuentes *par.6.recent.* Niſi fortaſſe in iu-
3 dicio probaretur communis vſus loquendi in contrarium *Bald.in l.cum quidam 30. §.quod dicitur ſub num. 6. verſ.& dicit hic ff. de acquir. hæred. Corn.conſ.13.num.15.& conſ.167.ſub num.1. lib.2. Creſcen.deciſ.4. num.3.de Conſtit.* Licet ex coniecturis ibi contrarium deciſum fuerit; Et pluribus comprobat *Curt.Iun. conſ.176.n.2.& ſeqq.*
4 vbi quod non ſolum talis vſus loquendi eſt probandus, ſed probatio debet coarctari ad tempus Statuti, & voluit *Alex.in l.ſtipulationem 5.num.9. verſ.ſed ad iura allegata ff.de verb.obligat. Rot.coram Buratt.dec.580.n.5.*

5 Et licet huiuſmodi opinio non careat Contradictore, & contrarium videatur ſentire *Bart.in dicta l.cum quidam*, cuius dictum ſecuta fuit *Rota coram Coccino deciſ.137.num.21.* & fir-

matum

Digitized by Google

matum fuit *in deciſ.376.num.3.par.1.diuerſ.& in rec.deciſ.344. num.4. par:3.& deciſ.616. num.1.& ſeqq.par.4.& coram Buratt.deciſ.755. nu.11.ibique Add.Litt.B.*

6 Nihilominus in caſu præſenti res tranſit ſine difficultate, quia inter alias declarationes immediatè adiectas poſt dictam regulam voluerunt Statuantes, *quod ſi Defunctus non habuerit fratrem carnalem, vel nepotem ex fratre, & habuerit Patruum, ſeu Patruos, & fratres Patrueles, vel aliquem ipſorum, tunc ſoror carnalis dotata ſuccedat pro medietate, & in alia medietate ſuccedant prædicti in ſtirpes, & non per capita. Et hoc locum habeat in ſucceſſione conſanguineorum ex parte patris tantum. Et eodem modo in ſucceſſione conſanguineorum ex parte Matris ſuccedat dicta Mulier dotata non ſuperſtite fratre, vel nepote carnali ex fratre præmortuo ipſius Mulieris dotatæ in medietate bonorum, & in alia medietae ſuccedat Auunculus, vel Auunculi, & fratres Conſobrini ex parte Matris.* Ex hoc enim diſcretiuo modo loquendi, & diſtinctione, ac ſeparatione facta de bonis paternis, à Maternis, vocando coniunctos ex latere Patris ad paterna, & coniunctos ex latere Matris ad materna, cenſentur ſtatuentes, voluiſſe diſtinguere vtramque lineam agnationis, & cognationis, & conſtituere duas ſucceſſionum cauſas omnino diuerſas, adeout
7 coniunctus ex latere Patris excludat coniunctum ex latere Matris in paternis; prout econ-
8 uerſo in Maternis coniunctus ex latere Matris præferatur coniũcto ex latere Patris *Bald.conſ. 104.lib.2.Rot.in rec.deciſ.349. per tot.par.6.& dec. 102.n.4.& ſeqq.par.7.*

9 Fruſtra igitur contendunt Leonij, ſe eſſe proximiores, ex quo exiſtunt in tertio gradu Patrueles verò in quarto, quia dum Statutum conſiderauit exiſtentiam Auunculorum, Patruorum, Patruelium, & Conſobrinorum, eos explicitè nominando, & nihilominus ad ſucceſſionem conſanguineorum ex latere paterno admiſit ſolum Patrueles, reſeruata dumtaxat medietate pro ſorore germana, quando enim eis concurrat, quæ de iure communi eſſet in totum præferenda; hinc ſequi-
10 tur, quod dum Patrueles fuerunt expreſsè vocati, & incluſi, alij non vocati dicantur excluſi, *l.ſicut certi 9. C.de teſtam.milit. Bald.conſ. 205.num.1.lib.4.* vbi ait, quod diſpoſitio huiuſ-
11 modi dicitur teſtamentum legis, in quo ille, qui reperitur præteritus, cenſetur exhæredatus, *& conſ.473.num.2.lib.5.* & in terminis Statuti *Bart. in l.2. §.videndum ſub num. 2. verſ. non obſtat ſi dicis ad S.C. Tertull. idem Bald. in l.maximum vitium num.3.C.de liber.præter.Pariſ.conſ.20. nu.40.& 41.& conſ.23.ſub nu.23. verſ.patet igiiur, & nu.ſeq. lib.2.* & pluribus comprobat *Menoch. conſ.1107.n.3.& 4.*

12 Nec refert, quod in caſu ſimilis declarationis Statutum ſupponat exiſtentiam fœminæ, iam dotatæ, quæ non concurrit in præſenti, vndè caſus iſte tanquam omiſſus remaneat ſub diſpoſitione Iuris communis; Quia ex-
13 cluſio Auunculorum in concurſu Patreliũ à bonis paternis, prout econuerſò excluſio Patruelis in concurſu Auunculi à Maternis, non procedit ob exiſtentiam fœminæ; ſed ex qualitate eorumdem bonorum, ob quam de paternis Statutum nihil concedit Auunculis, nec de Maternis quicquam dat Patruelibus,
14 atque ideò caſus iſte non poteſt dici omiſſus, ſed benè expreſſus in dicto Statuto, non quidem per viam extenſionis, ſed per viam comprehenſionis, *l.iam hoc iure 4. ff.de vulg.& pupill. Aym.conſ.1.pro genero num.308. Rot.dec.644.nu.4. par.2.rec. & deciſ. 111. num.44. par.5.* vbi quod caſus, qui ſequitur ex eo, quod eſt expreſſum non dicitur omiſſus, ſed expreſſus, & voluit *Bald.in l.1. num. 10. verſ.ſed reſponde C. de his qui ante apert.tab. Dec.conſ.15.nu.6. Menoch.de adipiſc. remed.4. num.125. & ſeqq.* cum alijs *in deciſ.125. num.4.coram Buratt.*

15 Idque probatur euidenti ratione: Nam, cum in bonis paternis iungatur fœmina cum Patruelibus, & in maternis cum Auunculis, portio, quam eidem fœminæ concedit Statutum, ſi exiſtat, accreſcit ſi non exiſtat Patruelibus in paternis; Et Auunculis in Maternis; Cum etiam in Statutarijs ſucceſſionibus locũ obtineat ius accreſcendi *Ruin.conſ.52.nu.2.lib.3. Bald.in l.vnica n.26. verſ.quartæ quæſtioni C.quand. non petent.part. Gugliel.de Benedict.in cap.Rainutius verbo vxorem nomine Adelaſiam nu. 124. verſ.præterea de teſtam.*

16 Obiectum, quod dictum Statutum careat confirmatione Apoſtolica, ceſſat ex facto, & ex Breue fa.mem.Pauli III.& Clementis VIII. & licet vtrumque ſit in forma communi, & cum clauſula *quatenus Statuta ſint in vſu*; Nihilominus, cum Statutum, de quo agitur, non ſit odioſum odio irrationabili, talis confirmatio viſa fuit ſufficiens, vt pluries firmauit *Rota & ſignanter coram Penia deciſ.269. num. 1.& ſeqq. Duran.deciſ.36. num.41.& ſeq. & in rec. dec.438. num.47.& pluribus ſeqq.par.4.to.2.*

17 Et quod ſint in vſu, præſumitur ex eo, quod reperitur impreſſum in volumine Statutorum dictæ Ciuitatis *iux.conſ.Dec.534.num.9. verſ.non obſtat, Rota deciſ.51. num.12. par.1.in rec. & deciſ. 393. num.2. par.3.* Super quo conſuluerunt In-
18 ſignes Iuriſconſulti *Socin.Iun. conſ.9. lib.1. Eugen.conſ.85. ſimiliter lib.* 1. quod ad effectum vt dicatur vſu receptum, ponderauit *Rota in Peruſina Reintegrationis 11.Ianuary,& 7.Iunij 1647. coram Reuerendiſs. Tarraconen. & in Spoletana ſucceſſionis 19.Iuny 1651.coram Me.*

Ex quibus vtraque parte Informante reſponſum fuit, Leonijs non eſſe dandam Immiſſionem.

MELEVITANA BONORVM.

Veneris 15. Martii 1658.

ARGVMENTVM.

Clericus coniugatus habens requiſita neceſſaria gaudet priuilegio fori tam in ciuilibus, quam in criminalibus; & omnia geſta coram alio Iudice ſunt attentata.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus non poteſt conueniri coram Iudice laico, quia in eo nullam iuriſdictionem habet.*

2 *Idque procedit tam in ciuilibus, quam in criminalibus.*

3 *Clericus coniugatus, vt gaudeat priuilegio fori plura requiruntur.*

4 *Iudex tamen Eccleſiaſticus cognoſcere debet de dictis requiſitis.*

5 *Clericatus notitia in Iudice laico, ex quibus probetur.*

6 *Attentata ſunt omnia geſta per Iudicem ſecularem poſt notificationem ſibi factam de Clericatu, & Inhibitionem ſibi præſentatam.*

7 *Inhibitio ſemper eſt timenda.*

8 *Præſertim ſi Inhibitio fuerit obtenta in Curia.*

9 *Amplia ſiuè Inhibitio præſentata fuerit Parti, ſiuè Iudici.*

10 *Mandatum de manutenendo datur pro reuocatione attentatorum.*

11 *Mandatum de manutenendo habet vim recuperandæ quoad præterita & retinendæ quoad futura.*

12 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione Partis.*

DECISIO CCXLIX.

SVB prætextu, quod Dominicus, & Imperia Coniuges defecerint, in extinguendis debitis, quæ in diminutionem pretij ſcutorum 1050. in ſe accollauerant pro bonis, emptis ab Alophio de Arena; egit idem Alophius, & ſub die 4. Maij 1646. obtinuit, pro dicto credito, adiudicari ſibi locum Domorum, quem præfati coniuges poſſidebant in Ciuitate Vallettæ, & deinde die 20. Apr. 1651. pro interuſurijs, & expenſis quaſdam clauſuras, ſitas in Territorio Meliteuſi.

Sed commiſſa mihi cauſa appellationis, & citato Alophio per audientiam contradictarum, reſolutum fuit, conſtare de attentatis, & coniugibus dandum eſſe mandatum de manutenendo.

1 Attentata enim ſunt clara ex defectu iuriſdictionis, dum contra Dominicum Clericum coniugatum proceſſum fuit coram Iudice laico, qui nullam in eum iuriſdictionem habebat, vt diſponit *tex. in c. vnic. ibique Anchar. n. 4. de Cler. coniug. in* 6. & ſtatuit *S. Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *cap. 6. de reformat. Lap. allegat.* 118. *num. 2. Carol. de Graſſ. de eff. cleric. eff. 1. num. 79. vbi num.* 81. firmat,
2 id indiſtinctè procedere tam in criminalibus, quam in ciuilibus, & comprobat *Aloyſ. Ricc. in deciſ. Cur. Archiepiſc. Neapol. par. 3. deciſ. 170. ſub num. 1. verſ. nihilominus, & par. 4. deciſ. 320. num. 5. & ſeqq.*

3 Et licet ex diſpoſitione eiuſdem Concilij plura requirantur ad hoc, vt Clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori, nempè quod incedat in habitu, & tonſura, quod matrimonium contraxerit cum vnica, & virgine, & de mandato Epiſcopi inſeruiat alicui Eccleſiæ, vt latè explicat idem de *Graſſ. d. effect. 1. num.* 81. *Aloyſ. Ricc. dicta deciſ. 320. num. 5. par. 4. Mart. de Iuriſdict. par. 4. caſ. 153. num. 15. ad med. verſ. ſecundus articulus, Donat. Anton. de Marin. quotid. reſolut. cap. 58. num. 2. & ſeqq.* alijque plures relati per *Patrem del Bene in ſuo tract. de Immun. Eccl. cap. 1. dubit. 5. ſect. 3. n. 4.*

4 Attamen de prædictis omnibus cognoſcere debet Iudex Eccleſiaſticus; non autem laicus, vt eſt *text. apertus in cap. ſi Iudex laicus 12. de ſent. excomm. in 6. Roland. conſ. 4. nu. 20. lib. 1. Alex. conſ. 8. num. 4. eodem lib.* Et de veriori reprobata contraria teſtatur *Maſcard. de probat. concl 689. nu. 7. & ſeqq. Gratian. cap. 199. à num. 13. Lotter. de re beneficiar. lib. 3. quæſt. 36. num. 69. & ſeqq. Capell. Tholoſan. deciſ. 117. ſub num. 1. verſ. & de iſto*, & firmauit *Rota deciſ. 3. de ſent. excom. in nouis.*

5 Nec attentata excuſari valent ex eo, quod Iudex ſecularis non habuerit notitiam Clericatus prædicti; Nam ex *Summ. Informatiuis n. 9.* conſtat, quod ſub die 15. Februar. 1645. fuit illi preſentatum Breue Apoſtolicum commiſſionis ſuper dicto clericatu, directum Inquiſitori cum inſertione inhibitionis, & commina-
6 tione cenſurarum, quo ſtante debebat Iudex ſecularis omninò abſtinere ab vlteriori proceſſu, & expectare declaratoriam Iudicis Eccleſiaſtici, quod cum non fecerit, quinimò poſtea proceſſerit ad ſubhaſtationem, & adiudicationem eorundem bonorum, omnia remanent nulla, & attentata *Bald. in l. ſi liquet per calumniam ſub num. 4. verſ. ſed ponamus C. de Epiſc. & Cleric. Alex. conſ. 149. nu. 3. & ſeqq. lib. 6. Roland. d. conſ. 4. num. 20. & 21. lib. 1.* alijſque refert *Farinacc. de Inquiſit. quæſt. 8. num. 35.* vbi quod huiuſmodi opinio nullam habet difficultatem; Imò quod tali caſu poſſit Iudex laicus excommunicari firmat *Caualc. dec. 10. nu. 15. & dec. 21. nu. 22. par. 5.*

7 Grauiora verò attentata redduntur reſpectu ſecundæ adiudicationis, nam illa emanauit poſtquam per Signaturam cauſa prædicta preuia auocatione à quibuſcumque remiſſa fuerat ad Sacram Congregationem Immunitatis, à cuius Eminentiſſimo Præfecto conceſſa apparet inhibitio, illaque formiter præſentata eidem Alophio; nam inhibitio ſemper eſt timenda, *cap. non ſolum in fine de appellat. in* 6. præ-
8 ſertim quādo illa eſt obtenta in Curia *Lancell. de attent. poſt inhibitionem cap. 20. ampliat. 22. nu. 1. & per tot. Rot. diuerſ. deciſ. 201. num. 1. verſ. & licet par. 2. & in rec. dec. 179. n. 4. par. 7.*

9 Quod procedit ſiue inhibitio præſentata fuerit Parti, ſiue Iudici *Rota coram ſa. me. Greg. deciſ. 360. num. 2. in Taurinen. Parochialis 13. Nouembris 1647. coram me, & in Anglonen. Territorij 13. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Meltio.*

10 Quibus ſtantibus rectè reſponſum fuit, dandum eſſe Coniugibus mandatum de manutenendo, quod paſſim conceditur pro attentatorum reuocatione, vt aduertit *Fontanell. de pact. nuptiali clauſ. 7. gloſ. 3. par. 10. num. 10. Rot. coram Seraph. deciſ. 1176. num. 6. in Vladiſlauien. Villæ de Oppembrueb 13. Aprilis 1646. & in Vicen. Beneficij 10. Decembris eiuſdem anni coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro Decano, & in Romana fideicommiſſi de Marianis 21. Martij 1647. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.*

11 Nam illud quoad præterita habet vim recuperandæ, & quoad futura retinendæ iuxta

conſ.

Digitized by Google

conſ. Oldrad. 206. num. 4. verſ. nunc autem, *Rota coram Coccino deciſ. 380. num. 3. & ſeqq. & deciſ. 418. num. 4. in dicta Romana fideicommiſſi de Marianis coram Reuerendiſſimo Tarraconen. & in Taurinen. Parochialis 20. Decembris 1647. coram me, & coram Eminentiſs. Otthobono dec. 52. n. 7. & 8.*

12 Nec de poſſeſſione coniugum dubitari poteſt, nam benè probatur ex confeſſione eiuſdem Alophij, qui contra dicta bona tanquam propria, & poſſeſſa per eoſdem Coniuges obtinuit executionem fieri, illaque ſibi adiudicari *Tiraquell. de retract. Conſanguin. §. 8. gloſſ. 9. num. 22. Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 402. num. 3. Burat. dec. 505. num. 3. Duran. deciſ. 49. num. 2. & 3. & in Vercellen. manutentionis 28. Iunij 1655. coram bon. mem. Bichio*.

Et ità &c.

CESENATEN. CENSVS.

Lunæ 18. Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Cenſus extinguitur per reſtitutionem ſortis, etiamſi non ſequatur formalis retrouenditio, & ex illo ità extincto fructus amplius non debentur.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus remanet extinctus per reſtitutionem ſortis, etiam ſine alia formali retrouenditione.*
2 *Solutio præſumitur facta in cauſam debitam quamuis illa non fuerit expreſſa.*
3 *Cenſus extinctio non ceſſat, etiamſi in quietantia ſolutionis fuerint adiecta verba* per reſtituirli ad ogni ſuo piacere.
4 *Verba enim prædicta debent intelligi de reſtitutione facienda ex noua cauſa.*
5 *Solutio, & reſtitutio pecuniarum conſiderantur tamquam duo actus diſtincti, & ſeparati.*
6 *Cenſus ſemel extinctus amplius non reuiuiſcit.*
7 *Cenſu extincto nulli debentur fructus.*
8 *Rota ſequitur æquitatem.*

DECISIO CCL.

IO: Baptiſta de Guazzis, intendens redimere Cenſum, per ipſum impoſitum in ſumma libr. 840. præuia diſdicta *ſub die 31. Martij* 1642. legitimè executa, & per Franciſcum de Rubeis creditorem in actis formiter acceptatam, ſoluit eid. Franciſco libras 883. & quietantiam per apocam priuatam reportauit.

Cum verò de anno 1650. inſteterit contra hæredes dicti Franciſci pro cenſus retrouenditione, & ipſi prætenderent, cenſum adhuc exiſtere: Dubitaui an conſtet de valida extinctione cenſus, & Domini affirmatiuè reſponderunt.

1 Quia diſdicta non controuertitur, minuſq; quod illa fuerit acceptata, dum creditor in termino intimationis comparuit in actis, declarando, ſe eſſe promptum, & paratum recipere tam ſortem, quam fructus pro extinctione dicti cenſus, prout cum effectu die 31. Maij in termino eiuſdem diſdictæ recepit libras 883. quibus ſtantibus cenſus remanſit extinctus etiam ſine alia formali retrouenditione, vt ad literam diſponit Bulla Pij V. *in §. cum verò*, *Boccacc. de Cenſib. par. 2. num. 94. & 130. Felician. eod. tract. tom. 2. limit. 4. cap. 1. num. 2. Rot. poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 273. num. 1. & coram Merlin. deciſ. 650. n. 15.*

2 Nec refert, quod in dicta apoca nõ fuerit expreſſa cauſa extinctionis cenſus; nam cum ſumma ſoluta correſpondeat adamuſſim debito ſortis, & fructuum, nec conſtet de alia cauſa, in quam potuerit ſolutio fieri, cenſetur facta in extinctionem debiti ſupradicti, vt aduertit *Aym. conſ. 158. num. 13. Cephal. conſ. 198. num. 12. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 62. num. 9. & 10. in rec. deciſ. 456. nu. 10. par. 4.* & nouiſſimè deciſum fuit *in Meleuitana Penſionis 8. Februarij præteriti coram R. P. D. meo Taio.*

3 Minus facit, quod in eadem quietantia, & apoca fuerint appoſita verba *per reſtituirli ad ogni ſuo piacere*, quia illa non poſſunt, impedire extinctionem iam ſecutam, & effectuatam ex voluntate vtriuſque Partis, Debitoris, ſcilicet, qui intimauit diſdictam, pulſauit ad recipiendum, & ſoluit, & Creditoris, qui diſdictam acceptauit, ſe promptum ad recipien. exhibuit, & cum effectu recepit, ac cenſũ pro extincto habuit, dum curſu annorum octo, quo ſuperuixit, nunquam fructus petijt; ſed
4 debent intelligi de reſtitutione facienda ex noua cauſa iuxta doctrinam *Bart. in l. ſingularia 15. nu. 24. in fine verſ. ex eo enim ſolo ff. ſi cert. pet. Rota*
5 *poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 2. num. 3.* vbi quod extinctio, & promiſſio de reſtituendo, ſeu ipſa reſtitutio debent conſiderari tanquam duo actus diſtincti, & ſeparati, *& deciſ. 454. ſub n. 7. verſ. minus releuat, & num. ſeqq.* cum alijs adductis *per eund. Cenc. q. 48. n. 22. & ſeqq.*

6 Cenſus enim ſemel extinctus non poteſt amplius reuiuiſcere, *l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram ff. de verb. obligat. Surd. deciſ. 113. num. 4. Rota in Tuſculana Syluarum 5. Iunij 1620. coram Canaler.* quæ non reperitur inter eius impreſſas: Et
7 ex cenſu extincto nulli debentur fructus, *Rota coram eod. Canaler. deciſ. 652. num. 1. & in Romana Cenſus 23. Iunij 1656. & 4. Iul. 1657. coram R. P. D. meo Meltio.*

8 Ex quibus DD. ſequendo maximam æquitatem, ne hæreditas Ioannis Baptiſtæ vltra conſignationem ſortis, factam in manibus creditoris grauetur etiam onere ſoluendi fructus, cenſuerunt, conſtare de valida extinctione cenſus vtraque parte informante.

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 27. Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Promittens, ſi rem non tradit, tenetur ad damna, & intereſſe, & loco illorum ad pretium, quando promiſſio eſt pura, ſecus verò ſi conditionalis, & implementum conditionis pendet

det ex facto alterius, & præſertim ipſius Creditoris, qui tenetur certiorare Debitorem de implemento ad effectum conſequendi fructus, & conſtituendi Debitorem in mora, ſine qua fructus non debentur.

SVMMARIVM.

1 *Conditionalis promiſſio purificata conditione habetur pro pura.*
2 *Promittens tradere rem tenetur ad damna, & intereſſe, & loco illorum ad pretium rei promiſſæ.*
3 *Dies interpellat pro homine.*
4 *Declara concluſionem procedere, quando dies eſt certa, & obligatio eſt pura.*
5 *Dies certa dici non poteſt, quando nullum fuit præfinitum tempus.*
6 *Promiſſio non eſt pura, quando implementum pendet ex facto alterius.*
7 *Fructus, & intereſſe non debentur ſine mora.*
8 *Interpellatio reſtricta ad certos caſus, & ad certos effectus non extenditur vltra illos.*
9 *Mora ex parte debitoris non contrahitur, niſi adimpletis conditionibus pro parte Creditoris.*
10 *Fructus in ſtabilibus debentur ad rationem quinque pro centenario.*
11 *Promiſſio intuitu renunciationis Matrimonij non eſt ſimoniaca, ſi facta fuit ratione damnorum, & intereſſe.*
12 *Maximè ſi fuerit confirmata à Papa.*
13 *Executiuè poteſt Rota procedere, quando eidem fuerunt communicatæ facultates A.C.*

DECISIO CCLI.

POST duas ſententias ſuper validitate matrimonij contracti inter Comitem Iuliũ Cęſarem Stellam, & Comitiſſam Iuniperam de Rouarellis quarũ altera lata fuit ab ordinario Ceſenaten. altera verò in Rota præuiis Deciſionibus, quæ ſunt *dec. 74. par. 4. rec. & dec. 224. poſt ſecundum vol. conſil. Farin.* inita fuit inter partes concordia, in qua Comes Stella conſenſit diſſolutioni prædicti Matrimonii, & diſpenſationi Apoſtolicæ deſuper obtinendæ, renunciando omnibus Iuribus ex eodem contractu Matrimonij ſibi quomodolibet competen.

Et econuerſo Comes Valerius Rouarellus tam nomine proprio quam vti Procurator Iuniperæ, necnon Ioannis, & Iſabellæ Parentum promiſit ſoluere eidem Stellę pro omnibus damnis, & intereſſe paſſis, expenſis factis in lite, ac pro donis ab ipſo, & eius fratre ad Iuniperam tranſmiſſis ſcu. 13500. monetę Ferrariæ, nempè ſcut. 2000. ſtatim ſignata ſupplicatione ſuper diſpenſatione dicti Matrimonij, deindè ſcuta 1000. per totum menſem Iunij proximè venturi ſc. 500. in Menſe Nouẽbris, & ſc. 10000. in tot ſtabilibus ad electionẽ ipſius Comitis Stellę & æſtimanda à duobus Peritis, ac à tertio in caſu diſcordiæ vt latius in dicta concordia data *in Summ. n. 1.*

Renuentibus autem iiſdem de Rouarellis ſoluere dicta ſcuta 3500. fuit ab A. C. relaxatum mandatum, illudque per Deciſionem Rotalem confirmatum ſub die 5. Martij 1636. *coram bo. mem. Dunozetto, vt in deciſ. 109. par. 7. rec.*

Et quia poſtea introductum fuit nouum Iudicium coram A.C. etiam pro conſignatione dictorũ ſcutorum 10000. promiſſorum in tot ſtabilibus, illudque remiſſum eidem bo. me. Dunozetto, cum facultatibus A.C. propterea ad impediendam illius proſecutionem adiuerunt Rouarelli Signaturam Sanctiſſimi pro obtinenda oris apertione aduerſus Breue confirmatorium dictæ Concordiæ, quæ cum fuerit commiſſa cum clauſula Arbitrio, diſputato dubio *coram præfato bon. mem. Dunozetto ſub die 14. Febr. 1656.* an illud intraret, negatiuè reſponſum fuit.

1 In hoc ſtatu ego ſubrogatus in ſui locum dubitaui: pro qua ſumma mandatum eſſet relaxan. Et pro ſcut. 10000. Domini trãſierunt ſine difficultate, quia de credito ſimilis quantitatis conſtat clarè per Inſtrumentum publicum, in quo præfati de Rouarellis promiſerunt ſub obligatione Camerali aſſignare tot ſtabilia ſtatim ac à Sanctiſſimo fuiſſet ſignata ſupplicatio ſuper diſpenſatione, & diſſolutione dicti Matrimonij; Vndè cum illa ſignata fuerit vſque de anno 1614. & adimpletæ appareant aliæ conditiones contentæ in eadem Tranſactione commiſſa fuit ſtipulatio, & purificata promiſſio huiuſmodi perindè ac ſi à principio fuiſſet pura *l. potior 1. 2. ff. qui pot. in pign. hab. l. filius fam. 78. ff. de verb. oblig. l. fin. §. 1. & ibi gloſſa verb. dux ff. de vulg. & pupill. Surd. conſ. 179. num. 11. Rot. coram Andr. deciſ. 53. num. 2. & coram Merlin. dec. 762. num. 1. & in Romana Cambu 9. Iunij 1649. & 9. Decembris 1650. coram bon. memor. Arguegl.*

2 Ac proindè dum Debitores bona ſtabilia non aſſignarunt intrat obligatio ad damna, & intereſſe, & loco illius ſuccedit valor rei promiſſæ abſque vlteriori liquidatione, dum promiſſio cantat pro certa quantitate, *Aler.* qui hoc dicit menti tenendum *in l. eum fundus 31. §. ſeruum unm. 2. verſ. nota circuitum ff. ſi cert. pet. Burſatt. conſ. 100. num. 39. lib. 1. Cephal. conſ. 554. num. 6. lib. 4. Rot. deciſ. 58. num. 25. & 26. par. 6. rec. & deciſ. 58. num. 2. & 3. poſt Cinc. de Cenſib.* cum concordantibus adductis per eundem *Cinc. qu. 19. num. 45.*

Reſpectu verò fructuum Domini diſtinguẽdo tria tempora cenſuerunt illos non deberi neque ab anno 1616. quo tempore apparet ſignata ſupplicatio & caſſata fideiuſſio pręſtita, & ſecutum totale adimplementum. Minus ab anno 1624. quo fuit facta interpellatio pro conſequen. ſcutis 3500. promiſſis in pecunia numerata, ſed tantum à die 14. Auguſti 1654. qua die Comites de Rouarellis pulſati fuerunt, ad conſignan. in tot bonis dicta ſcuta 10000.

3 Et quoad primum tempus licet vera ſit concluſio quod dies interpellat pro homine, *l. magnam C. de contrahen. & committen. ſtipulat. eaſu potuit de locat. Rot. coram Buratt. deciſ. 432. num. 5.*

4 Nihilominus illa procedit quando dies eſt certa & obligatio eſt pura non autem conditionalis vt aduertit *Bart. in l. ita ſtipulatus 115. num. 43. de verb. oblig. Bald. in dicta l. magnam nu. 1. & 2.*

G, de

C.de contrahen. & committen. ſtipulat. Dec. conſ.2. num.6.Berou.conſ.139. num.39. lib.3. & firmauit *Rot.in Bonon. Spolij poſt Zacch. de obligat.Cameràli deciſ.31. num.8. & 9. & in Anconitana Cambiorum 18.Iunij 1646.coram bo.me.Peuting.*

5 In præſenti verò caſu dies non poteſt dici
certa, quia in Inſtrumento nullum legitur
6 præfinitum tempus, neque Promiſſio pura,
quia pendebat à facto Papæ, qui poterat ſi-
gnare vel lacerare ſupplicationem. Imò à
facto ipſius Partis, quæ debebat conſentire
caſſationi fideiuſſionis, & eligere bona ſuper
quibus eſſet facienda aſſignatio, ibi *ſi debbano
aſſegnare tanti beni ſtabili ad elettione di eſſo Conte
Giulio Ceſare*, & vlterius debebat præcedere
æſtimatio Peritorum ab vtraque parte eligen-
7 dorum; Vndè cum adimplementum dd.con-
ditionum non eſſet totaliter ſecutum de di-
cto tempore, minuſque Rouarellis notifica-
tum, non videntur ipſi conſtituti in mora,
ſine qua non deberi fructus, probat *text. in l.le-
cta 40.ff.ſi cert.pet.*& notat *Bald.in l.1.nu.2. & 3. C.de vſur.& fruct.legat. Aym.conſ.87.in fine Hond. conſ.50. num.21. & ſeqq. lib.1. Rot.coram Caualer. deciſ. 331.num. 5. poſt Cinc. de Cenſib. deciſ. 342. num.4.& 5.*

8 Minus poſſunt prætendi fructus ab anno
1624. quo tempore pro parte Comitis Stellæ
Creditoris producta fuerunt diuerſa iura con-
cernentia prædictum adimplementum, necnõ
facta citatio ad ſoluen. Nam prædicta omnia
limitata & reſtricta apparent quoad ſcu.3500.
promiſſa in pecunia nulla facta mentione de
alijs 10000.aſſignandis in ſtabilibus;Et ideò cũ
interpellatio facta fuerit ad certũ finem & pro
certa & determinata ſumma, non poteſt ad
aliam extendi, vt in ſimilibus terminis fir-
mauit *Rota coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ.103. n.7.& ſeqq.& dec.201.à n.6.*

9 Maximè quia vt dictum fuit pro ſc. 10000.
præſtandis in ſtabilibus adhuc non erat ſecuta
electio ex parte creditoris, nec adimpleta ea,
quæ ex forma Inſtrumenti concordiæ erant
adimplenda, & ſic Debitores non poterant di-
ci conſtituti in mora iuxta notata per *Theſ. quæſt.forenſ.lib.1.q.86.nu.6. Menoch.conſ.131.nu.7. Rot.dec.12.n.1.& ſeqq.par.4.to.2.rec.*

10 Remanet vltimum tempus à die ſcilicet 14.
Auguſti 1654. quo tempore fuit motum Iu-
dicium pro conſignatione eorumdem ſtabi-
lium & pro illo exiſtimarunt Domini deberi
fructus ad rationem quinque pro centenario.
iuxta taxam legalem de qua gloſs. communi-
ter approbata *in auth.perpetua verb.iuſta C.de Sacroſ.Eccl.Mantic.de tacit. lib.4.tit.20. num.12.Rota coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 2. num.15.& in Bonon.Predij 28. Ianuarij* 1641. *coram bon. memor. Putingerio.*

11 Obiectum quod talis promiſſio ſit nulla
vel ſimoniaca tollitur ex dictis duabus Deci-
ſionibus *coram bon.mem.Dunozetto ſub die 5.Martij* 1635.*quæ eſt deciſ.*109. *par.7.rec.&* 14. *Februarij* 1656. in quibus firmatur huiuſmodi pro-
miſſionem vti factam non ex cauſa remune-
rationis, ſed ratione damnorum & intereſſe
bene ſuſtineri iuxta doctr. *Gutier. de Matrimon. cap.17.num.14.Sanchez eod.tract. lib.1. diſp.30.nu. 15.& 16.& lib.5.diſp.5. num.32.& 34.* cum alijs
12 ibi allegat. Præſertim cum ſit confirmatione
Apoſtolica roborata, *gloſſa in cap. cum pridem verb.illicitè de pact. Caſſad.dec.2.de ſimon.& in rec. dec.232.n.19.par.5.*

13 Prout ex iiſdem deciſionibus tolluntur om-
nia ea quæ poſſent deduci tam circa præten-
ſum defectum adimplementi oppoſitum con-
tra eundem Comitem Stellam, quam circa
alia; Adeout ſtante obligatione Camerali, &
quod mihi tanquam ſubrogato communica-
tæ fuerunt facultates A. C. rectè procedi po-
tuit executiuè ad petiti mandati relaxationem,
vt firmauit *Rota in Portuen. Affictus 4.Mar.1652. coram bo.me. Bichio in Romana pecuniaria 18. Maij 1655. coram Reuerendiſs.D. meo Cerro Decano, & in Reatina Reintegrationis fideicommiſſorum 8. Iunij 1657.coram me.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 1. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

Solidatio ſine mandato Procuræ non releuat, nec obligat principalem, præſertim ſi illa non iuſtificetur, & exaduerſo probetur erronea.

SVMMARIVM.

1 *Actio ceſſat, quoties deficit obligatio.*
2 *Solidatio,& obligatio facta à perſona, non habente ſpeciale mandatum,non obligat.*
3 *Teſtes, deponentes relatiuè ad aliquam ſcripturam, non probant,niſi conſtet de relato.*
4 *Liber priuatus non probat pro ſcribente.*
5 *Maximè, ſi aliundè appareat,quod non fuerit legaliter tentus.*
6 *Ratio ſemel reddita, conſtito de errore, iterum reddi debet.*

DECISIO CCLII.

PETRVS de Illundaino, pulſatus à Nico-
lao Pierio pro ſolutione ſcutorum 600.
prætendens illa expẽdiſſe pro ſeruitio,& com-
modo Antonij Ongai, necnon hæreditatis il-
lius, à quo Executor Teſtamentarius conſti-
tutus fuerat, egit contra Blaſium eiuſdem
Antonij hæredem pro liberatione à moleſtijs,
& quamuis ab A. C. reportauerit ſententiam
fauorabilem, nihilominus non teneri per DD.
1 reſponſum fuit. Quia non conſtat de aliqua
obligatione ipſius Blaſij, ſine qua propterea
nulla competit actio §.1. *Inſtit. de verb.obligat. gloſſ.in verb.ſupereſt Inſtit. de act.in princ. Rota deciſ.323. num.2. par.5.recent.& coram Merlin.deciſ. 533.num.5.*

2 Solidatio verò Computorum, reportata à
Sebaſtiano Gueſſa, in qua Blaſius conſtitui-
tur debitor in dicta ſumma cum obligatione,
illam ſoluendi eidem Nicolao, tamquam fa-
cta à perſona, non habente ſpeciale manda-
tum

by Google

tum, ad ſolidandum, & confitendum, non fuit habita in conſideratione *Bart. in l. certum §. ſed an & ipſos nu. 2. ff. de confeſſ. Honded. conſ. 66. num. 72. & ſeqq. lib. 1. Rota coram Penia deciſ. 250. num. 10.*

3 Præſertim quia eadem ſolidatio non iuſtificatur niſi ex depoſitionibus Teſtium, qui ſe referunt ad computa inter ipſum Petrum, & aſſertum procuratorem Blaſij confecta, & cõcordata, quibus non exhibitis, nec iuſtificatis creditum remanet omninò illiquidum, & Teſtium depoſitio non venit attendenda *auth. ſi quis in aliquo C. de eden. Alex. conſ. 134. num. 2. verſ. præterea lib. 2. Afflict. dec. 72. n. 7. Rot. dec. 644. ſub n. 2. par. 3. & dec. 21. n. 9. par. 4. rec.*

4 Nec obſtat liber eiuſdem Petri, nam vltrà quod vti priuatus regulariter pro ſcribente non probat *l. inſtrumenta, & l. exemplo C. de prob. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 79. num. 5.* Adhuc cum ex aliis partitis extractis ad inſtantiam partis ex libro Io: Franciſci Gherardi appareat quamplures ſummas fuiſſe poſitas ad debitum hæreditatis quæ nullo modo veniebant apponendæ, & econtra alias fuiſſe omiſſas, quę in creditum eiuſdem debebanr deſcribi, vtique talis liber nullam meretur fidem, vt probat *text. in l. cum ſeruus verſ. nam non vtique, ibique gloſſ. verb. in ſolle ff. de cond. & demonſtr. Rot. deciſ. 743. num. 4. & ſeqq. par. 4. diuerſ.* & pluribus relatis firmatum fuit *in Romana Reſciſſionis Tranſactionis 29. Maij 1648. & 16. Iun. 1651. coram Eminentiſſ. Corrado.*

6 Imò conſtito de errore eſto, quod ratio perſonę legitimę fuiſſet reddita tamen iterum reddi deberet, *l. 1. C. de errore calcul. Eſcobar. de ratioc. cap. 41. num. 3. & ſeqq. Roland. conſ. 49. num. 61. lib. 1. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 209. num. 39. Rot. coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 25. num. 26. & ſeqq. & in Romana Societatis 15. Martij 1658. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro Decano.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. DE BOLOGNINIS.

Veneris 5. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

Fructus debentur à die motæ litis, & taxantur ad rationem quinque pro centenario, & ita ſeruatur in Ciuitate Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debentur à die litis, iudicialiter introducta.*
2 *Deciſiones Rota de ſtylo Tribunalis ſupponuntur.*
3 *Stabilia præſumuntur reddere quinque pro centenario.*
4 *Et ita taxantur in Ciuitate Bononiæ.*
5 *Detractiones non retardant, quando deciſum fuit, illas non deberi.*

DECISIO CCLIII.

CVM in omnibus ſententijs, latis ad fauorem Thadæi de Bologninis, condemnati fuerint tam Palmerij, quam Commendator Hieronymus Bologninus, eiuſque filij in fructibus, per ipſos perceptis, Dubitaui, Ad quam ſummam illi eſſent liquidandi, & quia exaduerſo ſemper fuit petita dilatio, tandem Domini in quarta propoſitione, & poſt tres annos cenſuerunt; Liquidandos eſſe in libris 180 306. iuxtà calculum à Thadæo traditum.

1 Etenim dubitari non poteſt, & ex proceſſu concludenter apparet, iudicium fuiſſe introductum ſub die 4. Martij 1625. à qua die deberi fructus, probat *text. in l. 3. ff. de Interd.* & notat *Alexan. in l. Neſennius §. fundum num. 4. ff. de re iud. Rota dec. 343. num. 7. par. 1. recent.* cum aliis pluribus latè deductis in hac eadem cauſa ſub die 24. Maij 1645. *coram Reuerendiſſimo Terracinen.*

2 Conſtat pariter valorem bonorum deductis deducen. aſcendere ad lib. 258806. ex plenè deductis in deciſione in hac cauſa edita ſub die 26. Iunij 1654. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, quæ iuxtà ſtylum, ſupponenda venit.

3 Vnde cum bona ſint ſtabilia, taxari debent ad rationem quinque pro centenario, *iuxt. gloſſ. in Auth. perpetua verbo iuſta C. de Sacroſ. Eccleſ.* quam paſſim Rota ſequitur in terminis liquidationis fructuum, *vt coram Durano, deciſ. 192. n. 1. & in rec. deciſ. 570. nu. 1. par. 2. & deciſ. 523. n. 3. par. 5.*

4 Et de ſpeciali conſuetudine, liquidandi fructus bonorum ſtabilium ad rationem quinque pro centenario in Ciuitate Bononiæ, teſtatur *Rota in Bonon. pecuniaria 2. Iunij 1606. coram ſan. mem. Innocentio X.* & firmatur *in deciſione 571. num. 6. par. 3. recen. deciſ. 718. num. 1. par. 4. tom. 3. & deciſ. 135. nu. 18. par. 6. in Bonon. Fructuum Dotis 23. Maij 1629. coram Reuerendiſs. Terracinen. in Bonon. prædij 28. Ianuarij, & 8. Iunij 1641. coram bon. mem. Pentingerio*, cum concordantibus cumulatis *in Bonon. Succeſſionis 4. Maij 1646. & in Bonon. pecuniaria de Lambertinis 3. Iulij 1647. coram bo. me. Bichio.*

5 Non obſtant prætenſæ detractiones, quia iam pluries deciſum fuit, illas nullo modo competere, vt in deciſione huius cauſæ 2. Maij 1653. coram me, & coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, ſub die 4. Februarij, & 26. Iunij 1654. 26. Nouembris 1655. & vltimo loco ſub die 15. Martij præteriti.

Et ita &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 8. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

Creditor ex cauſa Canonum præfertur omnibus alijs Creditoribus; Et quando non agit, ſed excipit, ſufficit, quod doceat ſe ſoluiſſe in cauſam anteriorem, & priuilegiatam, & in

eam fuiſſe pecuniam verſam, quamuis pactum non præceſſerit, nec ceſſionem obtinuerit.

SVMMARIVM.

1 *Canones præferuntur quibuſcumque creditis.*
2 *Ceſſionarius eodem iure vtitur, quo vtitur cedens.*
3 *Ceſſionarius repræſentat in omnibus perſonam cedentis.*
4 *Creditor fructuum pro annis antecedentibus præfertur creditori pro annis ſubſequentibus.*
5 *Concurſus habet locum inter creditores ex eadem cauſa.*
6 *Poſſidentis conditio eſt melior in eadem cauſa.*
7 *Creditor, qui docet pecuniam ſuam verſam fuiſſe in conſtructionem fabricæ, ſi poſſidet, præfertur alijs, qui erogarunt pecuniam in eandem cauſam.*

DECISIO CCLIV.

DOMINA Iunipera de Manfronis creditrix Ioſephi Columbi pro ſorte & fructibus Cambij in ſcutis 1700. emit ab eodem cum pacto redimendi intrà octo annos Domum controuerſam pro ſcutis 4200. in quorum diminutionem excomputauit creditum prædictum, pro reſiduo verò tot alia credita eiuſdem Venditoris in ſe accollauit.

Quia verò poſtea inſurrexit Vffreduccius creditor in ſcutis 700. ex cauſa cenſus, impoſiti per eumdem Columbum, ad effectum ſoluendi Canones debitos Monialibus S. Silueſtri, necnon fabricandi in dicta domo iam incœpta, continuandi, & vlterius proſequen. Dedi dub. an ipſi competat prælatio, ſeu potius concurſus, & pro qua rata.

1 Et quidem pro ſcutis 200. ſolutis Monialibus proprietarijs prædictæ domus pro Canonibus, decurſis per totam diem 4. Aug. 1640. cenſuerunt Domini Vffreducio competere prælationem; Nam pro illis in re emphyteutica præfertur D. directus quibuſcumque Creditoribus quantumuis priuilegiatis *l. etiam 16. ff. qui pot. in pign. hab. Pacif. de Salui. m. inſpect. 3. cap. 2. n. 523. Rota coram Merlin. deciſ. 810. n. 4. & 7.*

2 Vndè quemadmodum Monialibus pro huiuſmodi ſumma deberetur prælatio, ità etiam debetur Vffreducio, qui ab illis ceſſionem habet, *l. ſi potiores 3. & l. ſeq. C. de his qui in prior. credit. loc. ſucced. Rot. coram Merlin. deciſ. 810. num. 3. & poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 68. num. 3.* Ceſſiona-
3 rius enim in omnibus, & per omnia repræſentat perſonam cedentis, *l. fin. C. de priuil. fiſc. Bald. in l. emptor in prin. C. de hared. vel act. vend. Rota in rec. dec. 456. n. 2. par. 2.*

4 Nec refert quod etiam Iunipera pro ſimilibus Canonibus poſtea decurſis ſoluerit ſcuta 55.50. ſub die 29. Aprilis 1641. quia cum Vffreducius ſit creditor pro canonibus annorum antecedentium præferri debet Iuniperæ, creditrici ex eadẽ cauſa pro annis ſubſequentibus vt diſponit *tex. in l. Inſulam 14. ibique Bald. & Alberic. ff. qui pot. in pign. hab. Fran. Connan. in Commentar. iur. ciuil. lib. 4. cap. 17. num. 5. verſ. eſt tamen, Felician. de cenſib. lib. 3. cap. 5. num. 2. verſ. altera eſt, & numeris ſeqq.* alioſque plures cumulat *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. cap. 33. n. 2. & ſeqq.*

5 Quoverò ad alia ſcuta 500. quæ fuerunt impenſa in perfectione, & conſtructione fabricæ, licet pecuniæ traditæ per Iuniperã appareant erogatæ in eandem cauſam. Nihilominus pro parte Vffreduccij prætendebatur ſaltem concurſus, quatenus excluderetur prælatio per *text. in l. idemque 7. ff. qui pot. in pign. hab.* cum alijs adductis per *Io. Franc. de Ponte deciſ. 34. num. 11.*
6 *& ſeqq.* Sed quia Iunipera poſſidet, cenſuerunt Domini meliorem eſſe conditionem ipſius *ad text. in l. ſi Debitor 10. ff. de pign. Neguſ. eod. tract. 2. membr. 5. partis nu. 31. in fine Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 22. num. 15. Rot. deciſ. 117. num. 2. par. 8. recent. & in Romana Saluiani 23. Iun. 1656. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

7 Et parum referre, quod creditum ipſius ex cauſa cambij non contineat pactum, quod pecuniæ erogarentur in conſtructionem domus, quodque ab operarijs non fuerit reportata ceſſio; nam cum verè probetur verſio in hãc cauſam, & ipſa non agat, ſed poſſidendo excipiat, vigore dictæ poſſeſſionis poteſt quoſcumque creditores poſteriores, & coæquales excludere etiam abſque alia Conuentione, & Ceſſione, *gloſſ. in l. 1. verbo deſiderabit, ibique Bart. Salyc.* & communiter DD. *ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſoluis. Rot. coram Mantic. dec. 69. num. 3. & in Sancti Seuerini dotis ſeu Saluiani 4. Maij 1640. coram bo. me. Dunozetto.*

Verùm quia pretium non ſolum erogatum fuit in conſtructionem domus, ſed etiam in ſolutionem aliorum debitorum ipſius Columbi, quæ prætenduntur eſſe poſteriora, vel ſaltem non priuilegiata, ideò an illorum reſpectu Vffreduccius ſit præferendus, & an ſit locus iuri offerendi reſeruarunt Domini ad aliam diſputationem.

Et ità vtraque &c.

FANEN. DOTIS.

Lunæ 8. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

Confeſſio Dotis receptæ, facta à Marito conſtante Matrimonio præſumitur ſimulata, nec probat veram numerationem, niſi concurrentibus coniecturis: Et fortiores, ac validiores requiruntur contra Tertium, quam contra hæredes Confitentis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio dotis recepta, facta à Marito conſtante Matrimonio, deſicientibus coniecturis non probat veram numerationem.*
2 *Confeſſio dotis recepta facta à Marito, timente proximam confiſcationem non probat.*
3 *Et ad dictum effectum non eſt neceſſe, quod cauſa ſit vera, ſed ſufficit opinata.*
4 *Confeſſio dotis recepta præſumitur facta à Marito,*

ad

ad effectum occultandi donationem.

5 *Confeſſio prædicta præſumitur ſimulata, ſi in eodem Inſtrumento Maritus falsò aſſeruerit ſe eſſe maiorem.*

6 *Falſus in vno præſumitur falſus in omnibus.*

7 *Simulatio confeſſionis dotis receptæ reſultat ex coniecturis.*

8 *Donatio facta à Minore ſinè Decreto Iudicis, & ſolemnitatibus non ſuſtinetur ex Statuto Fani.*

9 *Confeſſio dotis receptæ præſumitur ſimulata, ſi non conſtat de actuali ſolutione.*

10 *Simulatio confeſſionis de dote recepta non ceſſat per curſum temporis, & obitum Confitentis.*

11 *Verba* præſentibus, dantibus, & ſoluentibus *important veram, & realem traditionem.*

12 *Confeſſio dotis receptæ contentatur leuioribus probationibus, quando non agitur contra Tertium, ſed contra hæredes Confitentis.*

DECISIO CCLV.

MANDATVM relaxatum ad inſtantiam
Franciſcæ Corbellæ, Domini ſub die
4. Iulij 1657. dixerunt, non eſſe exequen. quia
de prætenſo credito dotali ſcutorum mille
1 non apparet niſi per confeſſionem de recepto,
factam ab Andrea eius viro conſtante Matri-
monio, quæ, nulla præcedente promiſſione,
& deficientibus coniecturis, non probat nu-
merationem per *text. in l. 1. & ibi gloſſ. C. de dot.
caut. non numer. Pariſ. conſ. 86. num. 20. & ſeqq. lib. 3.
Rot. in Ceſenaten. Bonorum 16. Decembris 1647. co-
ram bo. me. Peuting. & in Romana Dotis* 10. *Decem-
bris 1657. coram R. P. D. meo Meltio.*
2 Hodiè repropoſita cauſa ſuper iiſdem, ex-
cepta ſumma ſcutorum 200. perſtiterunt in
reſolutis, exiſtimantes huiuſmodi confeſſionē
fuiſſe factam, vel ad effectum euitandi confi-
ſcationem, quæ imminebat eidem Andreæ
ob commercium, habitum cum Bannitis iu-
xta notata per *Farinacc. de falſit. & ſimulat. quæſt.
164. num. 143. & in tract. de delict. & pœn. quæſt. 25.
num. 133. Surd. deciſ. 116. num. 4. & ſeqq. Rot. in rec.
dec. 259. ſub n. 6. & 7. par. 6.*
3 Ad quem effectum non eſt neceſſe, quod
cauſa ſit vera, ſed ſufficit, quod fuerit opina-
ta, quodque Andreas de ea dubitare potue-
rit, prout verè dubitauit, dum carceres fregit,
& fugam arripuit, vt bene per *Honded. conſ. 46.
num. 28. lib. 1.* & probant adducti per eundem
*Farinacc. de falſit. & ſimulat. q. 162. nu. 138. Rot. dec.
11. n. 4. & 5. par. 7. rec.*
4 Vel ad finem occultandi donationem, quæ
legibus aduerſatur iuxtà deducta per *Socin. in
l. 1. num. 101. ff. ſolut. matrim. Alex. conſ. 18. num. 3.
vol. 3. Caſtr. conſ. 86. num. 1. lib. 2. Mareſcott.* qui
alios cumulat *var. reſol. lib. 1. cap. 8. num. 1. & ſeqq.
Rot. coram Creſc. deciſ. 2. de confeſſ. & in Romana Do-
tis 21. Februarij, & 26. Nouembris 1650. coram
Eminentiſſimo Corrado, & in alia Romana dotis 11.
Febr. 1656. coram R. P. D. meo Beuilacqua.*
5 Et pro comprobatione ſimulationis pon-
derabant, quod Andreas in eodem Inſtrumē-
to, celebrato 22. Septembris 1623. medio Iu-
ramento aſſeruit ſe eſſe maiorem 25. annis,
& tamen ex fide Baptiſmatis conſtat, prodiiſſe
in lucem 22. Februarij 1603. & ſic non ex-
6 ceſſiſſe annum vigeſimum; Vndè cum in
in hac parte falſum dolosè iurauerit, ità pari
modo, in reliquis ſe geſſiſſe, cenſetur *Decian.
conſ. 93. num. 10. vol. 2. & conſ. 83. num. 25. vol. 3.
Cephal. conſ. 438. n. 46. Pedroch. alios allegans conſ. 3.
num. 133.*
7 Prædictis accedit, quod dotans erat faber
lignarius, viuens ex propria induſtria, & de
tempore dotationis reperiebatur ad extremā
paupertatem redactus, adeò vt poſteà alteri
filiæ vix potuerit conſtituere dotem in flore-
nis 150. ex quibus & ex aliis coniecturis, pon-
deratis in præterita deciſione, probari ſimu-
lationem firmat *Textus in l. non omnis §. à Barba-
ris ff. de re milit. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 35. num. 9.
Rot. coram Merlin. deciſ. 714. num. 1. & ſeqq. & in
Maceraten. Cenſus coram Reuerendiſſimo Tarracon.
poſt Merlin. de pign. dec. 41. n. 3. & 11.*
8 Nec refert, quod idem Andreas deceſſerit
cum confeſſione prædicta, quæ propterea
ſuſtineri debet ſaltem in vim donationis cau-
ſa mortis: Nam illa non legitur facta in Te-
ſtamento, vel in alia vltima voluntate, ſed
in contractu: Et non ſolum habet reſiſten-
tiam Statuti Fani diſponentis, quod minor
25. annis non valeat contrahere ſine Decre-
to Iudicis, ac præſentia, & conſenſu pro-
9 ximiorum, quod non poteſt euitari prætextu
neceſſitatis cauſæ, dum non conſtat de actua-
li ſolutione Dotis, ſed tantum de ſimplici cō-
feſſione de recepto, vt latè firmauit *Rot. in di-
cta Romana Dotis 11. Februar. 1656. coram R. P. D.*
10 *meo Beuilacqua.* Sed etiam ex ſupra deductis
apparet de euidenti ſimulatione, quæ tempo-
ris curſu, & ex ſuperuenienti obitu confiten-
tis ſublata non remanet; vt notat *Socin. in l. 1.
ſub num. 102. verſ. ſed contraria opinio ff. ſolut. ma-
trim. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 12. num. 74.
verſ. & ij,* & late proſequitur *Gratian.* alios ad-
ducens, *diſcept. forenſ. cap. 693. num. 12. Rota coram
Buratt. deciſ. 108. n. 17. & in allegata Romana Dotis
21. Febr. 1650. coram Eminentiſſ. Corrado.*
11 Quoverò ad ſcuta 200. Domini receſſerunt
à reſolutis, nam non ſolum concurrit eadem
confeſſio, facta de anno 1623. ſed illa apparent
conſignata in tot pannis, maſſaritiis, & mobili-
bus, vt in Inſtrumento antecedenti, celebrato
de anno 1621. ibi *præſentibus, dantibus, & ſoluenti-
bus,* quæ videntur importare veram, realem, &
12 effectiuam traditionem. Maximē cum in eod.
Inſtrumento fuerit inſertum Inuentarium cū
deſcriptione ſingularum rerum, earumq; æſti-
matione, & exhibeatur fides quatuor mulierū,
atteſtantiū de actuali conſignatione. Nam cū
hodie non agatur contra tertium, ſed contra
hæredes ipſiuſmet confitentis, non exiguntur
probationes adeò efficaces, ſed ſufficit ſimplex
confeſſio etiam ſine præcedenti promiſſione,
fulcita tamen adminiculis, præſumptionibus,
& coniecturis, vt dixit *Rota in Anconitana Dotis
17. Iunij 1647. & 31. Ian. 1648. coram b. m. Arguell.*
& diſtinguendo firmatum fuit *in Romana Dotis
10. Dec. 1657. coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ità deciſum fuit vtraque parte Informante.

LVCANA IVRISPATRONATVS.

Veneris 17. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Literæ Apoſtolicæ, non iuſtificatæ circà præſentationem factam à medietate Patronorũ, non veniunt exequendæ, nec intrat arbitrium pro illarum executione.

SVMMARIVM.

1 *Literæ non iuſtificatæ non merentur executionem.*
2 *Narratiua, quod aliquis ſit præſentatus à medietate Patronorum, debet concludenter iuſtificari.*
3 *Papa, derogando medietati vocum, cenſetur velle gratificare tantummodo in illarum paritate.*
4 *Gratia Apoſtolica non dicitur iuſtificata, ſi narrans non probauit, ſe præſentatum à medietate Patronorum.*
5 *Præſentatio facta à non exiſtente in poſſeſſione præſentañ, non ſuffragatur.*
6 *Papa, derogans medietati vocis ſub narratiua præſentationis alterius medietatis, cenſetur intellexiſſe de exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentan.*
7 *Vltimus ſtatus attenditur in materia quaſi poſſeſſionis præſentandi.*
8 *Præſentatio facta à Procuratore non exhibito mandato procuræ intrà quadrimeſtre, non ſuffragatur.*
9 *Sola dubietas ſufficit, pro retardanda executione literarum Apoſtolicarum.*
10 *Clauſula* Arbitrio *multum relaxat de rigore Iuris.*
11 *Gratia redditur ſubreptitia, non facta mentione litis.*

DECISIO CCLVI.

1 DIXERVNT Domini, intrare arbitrium pro retardanda executione literarum Apoſtolicarum, quia cum illæ non appareant iuſtificatæ, executionem non merentur *Imol. in cap. ſuper literis nu. 19. de reſcript. Felin. in cap. ad aures ſub nu. 4. verſ. ſecunda concluſio eodem tit. Rot. in recent. deciſ. 147. num. 5. par. 7. & coram Eminentiſs. Ottbolono deciſ. 132. nu. 4. & 5.*

2 Defectus verò iuſtificationis ex eo præcipuè fuit deductus, quia Carolus narrauit Summo Pontifici, ſe præſentatum à medietate patronorum; & eum hoc ſuppoſito derogationem alterius medietatis obtinuit; ſed tantum abeſt, quod iuſtificauerit huiuſmodi narratiuam,
3 prout concludenter probare debebat, ex quo Papa noluit illi gratificare, niſi in paritate votorum, vt dixit *Rot. in Aquilana Iuriſpat. 4. Iunij 1646. coram Eminentiſſ. Corrado, vbi alia cumulantur, & in Mutinen. beneficij 27. Martij 1648. coram bo. me. Arguelles*; Quod imò appareat de contrario, nam admiſſo, quod Iuſpatronatus ſit hæreditarium, vel mixtum, quodque illud integrè deuenerit in Thomæum filium Donatarij, adhuc, eum dictus Thomæus reliquerit duos filios, nempè Theramum, & Iacobum, dictum Iuſpatronatus pro medietate ad vtrumque ſpectabat, medietas autem Iacobi diuiſa fuit in Raphaelem, & Pompeium filios, & ſic in vtrumque pro quarta parte. Vndè cum Raphael fecerit ſibi hæredem Philippam, & Siluiam; Pompeius verò Raphaelem Colucium, & huic ab inteſtato ſucceſſe-
4 rint Leonardus, & Vincentius fratres, ſequitur, quod dum Carolus præſentatus fuit tantummodò ab hæredibus Philippæ, & à ſolo Vincentio hærede pro medietate Raphaelis Colucij, ipſe non habeat medietatem vocis, prout expoſuit, & conſequenter quod gratia Apoſtolica non ſit iuſtificata ex adductis per *Garz. de benefic. par. 10. cap. 3. nu. 13. Rot. in recent. deciſ. 251. nu. 5. par. 2. & deciſ. 295. num. 1. & ſeqq. par. 6. Durau. deciſ. 100. num. 6. cum alijs in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 3. Decembris 1655. & 9. Iunij 1656. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro Decano.*

5 Et quod magis vrget, conſtat ex pluribus præſentationibus continuatis, & effectum ſortitis, quod deſcendentes Therami ab anno 1602. vſq. in præſentem diem ipſi ſoli ſemper præſentarunt excluſis Philippa, & Siluia fœminis, deſcendentibus ex linea Iacobi. Vndè præſentatio facta ab illarum hæredibus Carolo ſuffragari non poteſt, dum non exi-
6 ſtunt in poſſeſſione præſentandi, nam Pontifex derogando medietati vocum, ſub conditione præſentationis alterius medietatis, cenſetur intellexiſſe de exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi *Rot. deciſ. 251. num. 2. par. 2. recent. & deciſ. 471. num. 20. & 21. parte 4. tom. 2.*
7 Et regulare eſt, quod in materia quaſi poſſeſſionis præſentandi attendatur vltimus ſtatus iuxtà *text. in cap. conſultationibus de Iurepatron. cap. cum Eccleſia Sutrina, ibiq. Rip. num. 30. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Aym. conſ. 322. nu. 5. Rota d. dec. 251. num. 3. par. 2. recen. & deciſ. 471. num. 20. par. 4. tom. 2. cum relatis per Add. ad ſan. me. Greg. deciſ. 77. num. 12.*

8 Nec obſtat vnica præſentatio, facta de anno 1590. à Pompeio, tàm nomine proprio, quàm Raphaelis eius fratris, nam vltrà quod Thomæi bis ſucceſſiuè præſentarunt, adhuc cum talis præſentatio non fuerit ratificata à Raphaele, nec de aliquo eius procuræ mandato conſtet, quod intrà quadrimeſtre exhiberi debuerat, non poteſt Carolo vllo modo ſuffragari *Rocc. de Curte de Iurepatr. verbo honorificum num. 26. Lambert. tract. eod. lib. 2. q. 1. art. 21. num. 1. Lap. alleg. 22. in princ. & firmauit Rota coram Puteo deciſ. 311. lib. 3. & in recent. deciſ. 443. num. 3. par. 2.*

9 Et in omnem caſum cum negari non poſſit, quin prædicta ſint ſatis turbida, hæc ſola dubietas ſufficit pro ſuſpendenda executione, quia clauſula *Arbitrio* multum relaxat de rigore iuris, & ſemper intrat quoties adeſt pro-
10 babilis dubitandi cauſa. *Rot. coram Caualer. deciſ. 92. nu. 1. in Nuſcana Canonicatus 24. Maij 1647. coram bon. mem. Arguelles, & in Volaterrana Capellaniæ 27. Iunij 1650. coram bo. me. Dunozetto.*

11 Prætereà gratia Apoſtolica obtenta fuit per Carolum, nulla facta mentione litis, vertentis inter ipſum, & Fauſtum collitigantem ſuper hoc beneficio, cuius taciturnitas reddit

illam

illam ſubreptitiam, & non exequendam *cap. inter Monaſterium, ibique gloſ. verb. proceſſus, de re iud. cap. fin. ibique Innoc. vt lite pendente. Rota coram Canaler. deciſ. 92. nu. 2. coram Eminentiſſ. Ottbobono deciſ. 120. num. 5.* & cumulantur concordantes in *Alerien. Canonicatus 10. menſis currentis coram R.P.D. Priolo.*

Et ità vtraque &c.

CAVALLICEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 17. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Verbum gallicum *les Enfans*, licet ſecundum Idiotas accipiatur pro filijs, nihilominus ſecundum Doctores, & Practicos Curiæ Auenionen. idem importat, ac verbum liberos, & comprehendit Nepotes, & Deſcendentes, præſertim concurrentibus coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum appellatione in vltimis voluntatibus veniunt non ſolum Filij, ſed Nepotes, & omnes Deſcendentes.*

2 *Verbum* les Enfans *idem importat, ac verbum liberos.*

3 *Declaratur doctrina Tonduti.*

4 *Verbum* les Enfans *ſecundum idiotas explicatur pro filiis.*

5 *Verba debent intelligi iuxtà interpretationem iuris, & non ſecundum vulgarem vſum loquendi.*

6 *Notarius præſumitur, adhibuiſſe verba explicantia voluntatem Teſtatoris.*

7 *Declarantur authoritates contrariæ, vt procedant in Contractibus, non autem in vltimis voluntatibus.*

8 *Deciſio Auenionen. fideicommiſſi coram Pironano loquitur de verbo filijs.*

9 *Filiorum appellatione regulariter non veniunt Nepotes.*

10 *Verbum gallicum* Enfans, *quod latinè ſignificet liberos, teſtantur Notarij, Religioſi, Doctores, & Cauſidici Curiæ Auenionen.*

11 *Teſtibus practicis, & informatis de ſtylo loci credendum eſt.*

12 *Teſtibus, & atteſtationibus numero pluribus magis eſt credendum, quam paucioribus.*

13 *Teſtibus practicis, & verſatis magis creditur, quam ignaris.*

14 *Quæ fiunt pro maiori declaratione non releuant.*

15 *Filiorum appellatione veniunt Nepotes, quando Teſtator reſpexit ad remotiſſimum tempus, quo veriſimiliter filij extituri non erant.*

16 *Filij, in conditione poſiti, concurrentibus coniecturis cenſentur vocati.*

17 *Et numerantur diuerſæ coniecturæ pro vocatione.*

18 *Lineæ appellatione veniunt omnes Deſcendentes in infinitum.*

19 *Conditio quando cenſeatur adiecta ſubſtitutioni, vel legato.*

20 *Fideicommiſſario datur immiſſio conſtito de fideicommiſſo, de vocatione, & de identitate bonorum.*

DECISIO CCLVII.

DOMINI ex ijſdem rationibus, ex quibus ſub die 23. Iunij 1656. cenſuerunt, dandam eſſe immiſſionem Ioanni Ioffres, & litis Conſortibus ſuper bonis hæreditarijs, tàm Bertrandi, quàm Ludouici, hodiè repropoſita cauſa perſtiterunt in reſolutis.

Siquidem quoad fideicommiſſum Bertrandi non poteſt de eorum vocatione dubitari, dum idem Betrandus inſtitutis hæredibus eius filijs, & Deſcendentibus maſculis in infinitum, ijſque deficientibus etiam maſculis ex fœminis, in defectum lineę vocauit ſimili modo Deſcendentes ex Ludouico fratre, & ijs omnibus ceſſantibus, ſubſtituit Catharinā, Ioannam, & Annam de Girardis ſuas Sorores;
1 ſin minus illarū liberos: Vndè cum defecerit tam linea Teſtatoris, quam etiam linea Ludouici, & ex Sororibus prædictis exiſtant tantum Nepotes ex filijs prædefunctis, vtique iſti cenſentur ad dictum fideicommiſſum vocati. Nam appellatione liberorum in vltimis voluntatibus veniunt non ſolum filij, ſed etiā Nepotes, & cęteri Deſcendentes iuxtà textum expreſſum in *l. liberorum 220. vbi Bart. & communiter doct. ff. de verbor. ſignif. Dec. conſ. 247. nu. 2. Pariſ. conſ. 36. num. 4. lib. 2.* & tradit *Petr. de fideic. quæſt. 5. nu. 176.* Alijque relati per *Giouagn. conſ. 82. nu. 103. lib. 1.* & firmauit *Rot. coram Penia deciſ. 438. nu. 6. & 7. & in recent. deciſ. 4. nu. 3. part. 4. tom. 2.*

2 Quod autem Teſtator vocauerit liberos ex præfatis ſuis Sororibus, patet ex lectura Teſtamenti, idiomate Gallico conſcripti, ibi, *Et deficiente dicto ſuo fratre, & ſuis poſterioribus ſupradictis, eo caſu Teſtator ſubſtituit Catharinam, Ioannam, & Annam de Girardis ſuas Sorores, ſi tunc ſint in vita, ſin minus les Enfans*: quod verbum *les Enfans* idem importat, ac verbum liberos, vt aduertit *Ludouic. Bellus in pluribus locis, notatis in deciſione, quæ reuidetur, nempè in conſ. 67. num. 7. conſ. 89. nu. 12. conſ. 181. num. 7. & vlterius in conſ. 223. num. 4.* Et præter *Franc. Barry de ſucceſſ. Bertrand. de Argentrè, Carund. & alios pariter in deciſ. allegatos,* probat *Maynard. in ſuis Arreſtis Senatus Tholoſ. lib. 8. cap. 1. nu. 9.* Et ità hoc verbum latinè explicat, & exponit *Aymon Publitius in Comment. ad Conſuetud. Aluerniæ tit. des aſſociations art. 4. poſt Summarium fol. 84. & tit. de Donations art. 7. pariter poſt Summarium num. 1. fol. mihi 69. Io. Soiſons inter Gloſſantes ſuper conſuetud. Turonen. tit. de Succeſſions de gens Touronens. art. 20. §. hoc ideo ſtatuitur in gloſſa fol. 203.* & notat etiam *Ambroſ. Calepin. in ſuo Dictionario ſeptem linguarum verbo liberi.*

3 Nec in contrarium meretur allegari *Modern. Tondut. Sanleger. quia in quæſt. ciuil. cap. 51. nu. 11.* apertè firmat, dictum verbum *les Enfans* in propria ſignificatione idem importare, ac ver-
4 bum liberos: Et licet in *cap. 99. num. 18.* dicat, quod idem verbum ſecundum idiotas verificatur in filijs, attamen, cum Teſtator non eſſet idiota, & verba per ipſum prolata fuerint
5 à Notario redacta in ſcriptis, illa debent intelligi ſecundum iuris interpretationem, & non

 iuxtà

Digitized by Google

iuxtà vulgarem vſum loquendi , vt docet
*Alex.conſ.2.ſub num. 17. verſ. ſecundo quia, & con-
ſil.9. num.4. lib. 1.* & faciunt adducta per *Rotam
deciſ.522.num.7.coram ſan.me Gregorio*. Notarius
6 enim præſumitur , ſcripſiſſe verba importan-
tia illud, quod Teſtator voluit, & expreſſit ex
doctrina *Bart.in dicta l.liberorum 220. numer. 20.
verſ.ſed poſito ff.de verb. ſignif. & in l. ſi quis filia-
bus ſub num.3.& 4.ff. de teſtam. tutel. Roman. conſ.
179.num.6.* cum alijs per *Surd.conſ.116.num.59.
Mornach.* verò, & alij exaduerſo adducti non
7 loquuntur in vltimis voluntatibus,ſed in Cō-
tractibus, & in materia odioſa, in qua ſtricta
ſit interpretatio : Tunc enim appellatione li-
berorum non venire Nepotes, firmat *Bart. in
dicta l.liberorum num.7.& 8.ff.de verb.ſignif. Alex.
conſ.17.num.3.lib.5.Gozadin.conſ.20. num.3. Vinc.
de Franch.deciſ.259.num.24.* & dixit *Rot.dec.473.
nu.24.& ſeqq.part.4.tom.2.recent.* Et ità in ſpecie
de verbo *Enfans* declarat *Montol. in ſuis Arreſtis
Senatus Pariſien.latis in purpura Arreſt.26.*

8 Demum *deciſ. Auenionen. fideicommiſſi coram
Pirouano,* non loquitur de verbo liberis, ſed de
verbo filijs, vt colligitur ex lectura illius, nec
ibi dubitatum fuit , quid propriè importaret
verbum *les Enfans* , nec quomodò in latinum
9 eſſet facienda verſio verbi prædicti , ideoque
non applicatur : Cum regulariter appellatio-
ne filiorum non veniant Nepotes *Decian. con-
ſil.44.num.31.& conſ.47.nu.10. & ſeqq. lib. 3. Rot.
deciſ.507.nu.4.& 5.part.2.recent. & in Interamnen.
fideicommiſſi 10.February 1642. coram bo. me. Du-
nozetto*.

10 Et quod Galliceè verbum *Enfans* idem im-
portet,ac latinè verbum liberi, teſtantur non
ſolum quatuor Notarij Ciuitatis Auenioneñ,
& Comitatus Venaiſſini , aſſerentes ità ſem-
per vidiſſe obſeruari, & practicari, ſed etiam
quatuordecim Religioſi , qui dicunt , tale
verbum eſſe collectiuum , comprehendens
plures gradus nempè Filios, Nepotes , & cæ-
teros Deſcendentes , prout etiam idem affir-
11 mant quamplures Practici , Doctores ;, &
Cauſidici eiuſdem Curiæ , quibus tamquam
optimè informatis, & verſatis in dicto loco fi-
dem adhibendam eſſe , notat *Menoch. conſ. 54.
num.5.* licet ſecus dicendum eſſet , ſi fidem fa-
cerent de alijs locis, de quibus notitiam non
habent iuxtà diſtinctionem *Gabrielis de probat.
concluſ.4.nu.2.Surd.conſ.74. num.14.& ſeq.* quam
ſequitur *Rota deciſ. 530. num. 3.& ſeqq. par. 4.
tom.3. recent.* & tradunt *Add. ad Greg. deciſ. 274.
num.8.*

12 Nec releuant atteſtationes contrariæ; Nàm
vltra quod ſunt pauciores numero , emana-
runt à perſonis ignaris , & parum verſatis in
hac materia , quæ propterea non veniunt at-
tendendæ, vt de numero loquitur *text. in cap.
13 in noſtra 32. de Teſtib. & atteſtation.* & de peritia
benè firmat *Felin. in cap. ne innitaris num. 8. in
fine de Conſtit.*

Minus facit quod quando Teſtator voluit
vocare Deſcendentes non ſolum vſus fuerit
verbo *Enfans* , ſed etiam alios poſteriores ex-
14 preſſerit : Nàm vltra quod id potuit fieri
pro maiori cautela , & ad abundantiorem de-
clarationem *Peregr.de fideicomm.art.14. num. 21.*
& comprobat *Honded. conſ. 60.num.64. & ſeqq.
15 & præſertim num. 71. lib. 1.* Adhuc cum reſpe-
xerit ad remotiſſimum tempus,quo veriſimi-
liter Filij Sororum non erant exituri , cenſe-
tur etiam de Nepotibus intellexiſſe iuxtà do-
ctrinam Imolæ , qui loquitur in fortioribus
terminis in *l. gallus §. inſtituit num. 48. de lib. &
poſthum. Ruin.conſ.129.num.1.lib.3.Cephal.conſ.16.
num.64.& conſ.107.ſub nu.15. verſ. quæ concluſio ,
Rot.coram Merlin.deciſ.206.nu.16.*

16 Quo verò ad fideicommiſſum Ludouici
vocatio ex eo deſumitur,quia Teſtator poſuit
in conditione Nepotes : Nàm licet Regula
ſit in contrarium , quod filij in conditione
poſiti non cenſeantur vocati, hoc tamen fallit
concurrentibus coniecturis , vt per *Berou. con-
ſil.109.nu.9.& ſeqq & conſ.110. à num. 34. lib. 2.
Peregr.conſ.91.nu.30.lib.1.Rot.coram ſan. me. Greg.
XV.deciſ.315.nu.10.* & paſſim in alijs .

17 Placuerunt autem Dominis coniecturæ
alias ponderatæ , & concurrentes in præſenti
caſu, nempè quod ijdem Nepotes fuerint plu-
ries, & pluries poſiti in conditione ; Vocatio
illorum ad portionem patrui ; Qualitas Maſ-
culinitatis , & legitimitatis ; Subſtitutio de
maſculo in maſculum durante linea , & gra-
du ; Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gra-
dus, aliæque plures expreſſæ in deciſione, quæ
reuidetur, & latius deductæ per Informantes ,
ex quibus filios in conditione poſitos cenſeri
vocatos , firmauit *Rota in Interamnen. fideicom-
miſſi 11. Martij 1654. coram Me* , pluresque cu-
mulat *Add.ad Buratt.deciſ.385.nu.10.*

18 Nec ſubſiſtit , quod coniecturæ prædictæ
dependentiam habeant ab obitu Caroli ſinè
filijs : Nàm ſubſtitutio apparet facta non ſo-
lum in caſu obitus, ſed etiam in caſu,quo de-
ficeret linea ipſius, cuius appellatione veniunt
omnes deſcendentes in infinitum iuxtà nota-
ta per *Anchar.conſ.95.nu.7.et Surd. conſ. 344. nu-
mer.14.Rot.coram Canaler.deciſ.241.nu.1.et coram
Merlin.deciſ.66.nu.2.et deciſ.206.nu.15.*

19 Minus ſubſiſtit quod ſubſtitutio Actorum
ſit conditionalis ob illa verba ; *Et exiſtente dicto
fideicommiſſo aperto ad fauorem dictorum de Pinet ,
Ioffres, et Vigier &c.* quia ſtatim ſequuntur alia
verba : *vult dictus Teſtator quod ſupradicta ſcuta
200. legata Vigier, illi imputentur in ſua portione* .
Ex quibus apparet , quod conditio non fuit
adiecta ſubſtitutioni, ſed legato ; & illius im-
putationi, vt ponderat *Alex. conſ. 158. num. 7.
vol.6.Riminal.Iun.conſ.111. num.28.* & notat *Pe-
regr.de fideic.art.15.nu.9.*

20 Quarè attentis prædictis,& quod bonorum
identitas non controuertitur ; reſponderunt
Domini pro confirmatione Deciſionis , & ſic
Nepotibus dandam eſſe immiſſionem *Rot. in
Bononien.fideicommiſſi 5.Decemb. 1650. coram Me* ,
& in alijs .

Et ità vtraque &c.

S. SE-

S. SEVERINI HAEREDITATIS.

Lunæ 20. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

In bonis Tranſuerſalium Nepotes ſuccedunt in capita, non autem in ſtirpes, niſi Statutum aliter diſponat, quod tamen non comprehendit Clericos, quando à Laicis conditum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ſuccedunt in ſtirpes, non autem in capita, quando agitur de hæreditate Tranſuerſalium.*
2 *Opinio huiuſmodi habuit originem ab Azone.*
3 *Et Baldus, qui ſecutus fuerat Accurſium, receſſit ab opinione illius.*
4 *Azonis opinionem veriorem, & æquiorem dixerunt quamplures Doctores.*
5 *Illamque ſequuta fuit Rota Romana.*
6 *Fœminæ ſuccedunt æqualiter vna cum Maſculis, ſublata omni differentia ſexus.*
7 *Statutum de ſucceſſionibus, conditum à Laicis, non habet locum in hæreditate Clerici.*
8 *Laici non poſſunt diſponere de perſonis, & bonis Eccleſiaſticis neque directè, neque indirectè.*
9 *Statutum, generaliter diſponens, non comprehendit Clericos, & illorum bona.*
10 *Nec præſumitur, voluiſſe comprehendere, metiendo voluntatem à poteſtate.*
11 *Quod de plano procedit, quando Statutum confert effectum ſuum tempore mortis.*
12 *Clericus, qui non ligatur Statutis Laicorum, non eſt præſumendum, quod voluerit, cum illis ſe conformare.*
13 *Sed potius eſt dicendum, quod reſpexerit ad ius commune.*
14 *Confirmatio Apoſtolica poteſt ſupplere defectum poteſtatis in ſtatuentibus, non autem defectum voluntatis.*
15 *Confirmatio addit robur confirmato, ſed illud non extendit.*
16 *Clauſula* dummodo Statuta non ſint contraria Sacris Canonibus, & Eccleſiæ libertati *operatur, ne Statuta comprehendant hæreditatem Clerici.*

DECISIO CCLVIII.

CVM per obitum Liuij Roſſini ab inteſtato defuncti orta fuerit contentio ſuper illius ſucceſſione inter Eugenium filium Ioannis fratris ex vna, & Hieronymum, & alios de Liuerottis filios Conſtantiæ ſororis ex alia, dubitaui: An, & pro qua rata iiſdem de liuerottis ſit danda immiſſio. Et in quinque partibus concedendam eſſe, Domini reſponderunt, reſeruata alia ſexta pro Eugenio.
1 Nam cum agatur de ſucceſſione Tranſuerſalis inter ipſos Nepotes, qui omnes ſunt æquales in gradu, æqualiter etiam ſuccedere debent, & in capita non autem in ſtirpes, *iuxta text. in l. 2. §. hæreditas ff. de ſuis & legit. & in l. lege 12. tabular. C. de legit. hæred.* Et fuit originalis
2 opinio Azonis *in ſumma n. 7. verſ. dubitari C. eod. titul.* quem ſecuti fuerunt *Butrigar. Odofred. Fulgoſ. Salic.* alijque plures relati per *Martam de ſucceſſ. legal. par. 1 q. 20. art. 2. à num. 4. ad finem, Cyn. in l. 1. §. fin. in prin. ff. ſi pars hæred. pet. Couarr. in Epit. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 8. Vaſquez de ſucceſſ. reſol.*
3 *lib. 2. §. 13. num. 13.* Et Baldus, qui ſecutus fuerat ſententiam Accurſij, ab ea poſtea receſſit, fatendo ingenuè, opinionem Azonis eſſe magis conformem literæ, & naturæ, *vt in Auth. ceſſante à principio, & præſertim num. 3. C. de legit.*
4 *hæred.* Illamque vti veriorem, æquiorem, & tutiorem duodecim fundamentis comprobat *Cephal. conſ. 431. à num. 8. ad finem, Mozot. conſ. 1.* per totum, & indubitatam dicit *Gabr. conſ. 135. num. 2. lib. 1.* Et vti inuiolabiliter in contradictorio iudicio obſeruatam examinatis rationibus, & authoritatibus, ſequendam eſſe, firmat *Theſaur. deciſ. 162. per totam*, & præſertim *num. 7.* vbi teſtatur pro illa iudicaſſe Curiam Pariſien. reuocato Arreſto contrario: Et in Germania non ſolum eſſe vſu receptam, ſed particulari Conſtitutione Caroli V. robora-
5 tam. Et hanc opinionem, ſequendo authoritatem Azonis, perpetuò ſecuta fuit *Rota, vt in Bonon. hæredit. 10. April. 1592. coram Blanchetto*, & niti firmioribus rationibus, ac eſſe vſu receptam in omnibus ſupremis Tribunalibus, firmatum fuit *coram Millino deciſ. 336. per tot. in Ceſenaten. hæreditatis 6. Nouembris 1619. coram Pirouano, poſt Fenſon. ad Stat. Vrb. deciſ. 19. à prin. & coram Buratt. deciſ. 352. num. 1. ad finem*, vbi quod Rota ſolita eſt ſequi hanc opinionem, tamquam veriorem, *ibique Add. Lit. A.*
6 Parumque refert, quod Eugenius ſit filius fratris, liuerotti verò ſint filij ſororum, & inter iſtos adſint etiā duæ fœminæ; Nam hodie ſublata eſt omnis differentia ſexus, & fœminæ vna cum maſculis æqualiter admitti debent *Auth. ceſſante C. de legit. hæredib. Auth. in ſucceſſione C. de ſuis, & legitim. §. 1. auth. de hæred. ab inteſt. venien. Rot. coram Penia deciſ. 519. num. 1. & in Auximana Prædij 26. Iunij 1646. coram bo. me. Bichio:*
7 Statutum verò Ciuitatis S. Seuerini *ſub rubr. 75. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 5. diſponens, quod ſi aliquis vel aliqua inteſtatus, vel inteſtata decedat, bona deuoluantur ad proximiores Conſanguineos ex Paterna, ſiue aui Materni linea deſcendentes*, non vrget in præſenti caſu, nam cum Liuius eſſet Clericus, vt patet *ex Summ. num. 2.* & partes non controuertunt, Statutum huiuſmodi, à Laicis conditum, non habet locum in hæreditate illius, vt notat *Imol. in cap. quod Clericis n. 4. de for. compet. Dec. in cap. Eccleſia S. Mariæ nu. 218. de Conſtitut. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb. duas habens filias num. 145. de teſtam. Eugen. conſ. 99. num. 20. lib. 2.* quam opinionem veriſſimam dicit *Fachin. contron. Iur. lib. 12. cap. 29. per totam verſ. ego veriſſimam*, & perpenſis rationibus, & authoritatibus in contrarium adductis, amplexa fuit Rota, relatis concordantibus, *deciſ. 149. à num. 2. per totam coram Eminentiſſimo Cardinali Otthobono, in Bonon. hæreditatis 24. Iunij 1552. coram bo. mem. Bichio, confirmata 30. Maij 1653. & 26. Ianuarij 1654. coram R. P. D. meo Meltio.*
8 Etenim laici nullo modo neque directè, ne-

neque indirectè de perſonis Eccleſiaſticis, earumque bonis diſponere poſſunt, cum non ſubſint illorum Iuriſdictioni, vt ſunt Textus in cap. Eccleſia S. Maria, vbi Dec. num. 218. & in cap. quæ in Eccleſiarum de Conſtit. cap. 1. de immun. Eccleſ. lib. 6. Butr. in cap. quod clericis ſub num. 10. de for. compet. Salyc. in auth. caſſa num. 14. C. de Sacroſ. Eccleſ. Surd. deciſ. 20. num. 8. Rot. poſt Paciſ. de Sal. ä deciſ. 238. nu. 1. & ſeqq. & in Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646. coram Eminentiſſimo Cardinali Corrado.

9 Ideoque ſub tali diſpoſitione non potuerunt, comprehendere Clericos, & eorum bona iuxta text. in cap. bene quidem 96. diſtinct. Imol. in dicto cap. quod clericis num. 4. verſ. & per hoc vtitur de for. compet. Beron. conſ. 107. num. 10. & ſeqq. lib. 1. Surd. deciſ. 160. num. 8. & 9. Grammatic. deciſ. 100. num. 7. Et ſequendo doctr. Bart. in l. 1. n. 32. & 33. C. de ſumma Trinit. & Fid. Cathol. firmauit Rota in dicta Bonon. hereditatis 28. Iunij 1652. coram bo. me. Bichio.

10 Imò noluiſſe comprehendere, dicendum eſt, metiendo voluntatem à poteſtate, vt notat Alex. conſ. 210. ſub nu. 1. verſ. ſed Statutum lib. 2. Honded. conſ. 20. nu. 6. & 7. eod. lib. Eugen. d. conſ. 99. n. 32. in fine, & n. 33. & 37. pariter lib. 2. & alij relat. per Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 21. n. 13. & ſeqq. & latè deductum fuit in dicta Bononien. Dotis coram bon. mem. Bichio, & in Tudertina ſucceſſionis 29. Mai 1652. coram R. P. D. meo Meltio.

11 Idque facilius dicendum venit, quia Statutum prædictum confert effectum ſuum in tempus quo quis decedit, ibi ſi aliquis inteſtatus decedat, &c. quo tempore cum Clericus decedens non ſit ſubiectus iuriſdictioni ſtatuentium in conſequentiam non poteſt comprehendi ſub illorum diſpoſitione Io. Andr. in cap. ſine culpa 23. in fine de reg. iur. in 6. Salic. in auth. caſſa num. 2. C. de Sacroſ. Eccleſ. Ruin. conſ. 200. nu. 8. & 9. lib. 2. Rolan. conſ. 57. n. 29. lib. 2. Cephal. conſ. 95. num. 15. Surd. d. deciſ. 20. num. 8. & pluribus comprobat Rot. in alleg. deciſ. 149. num. 9. coram Eminentiſſimo Cardinali Otthobono, & in Bonon. Succeſſionis de Zanis 9. Decembris 1654. coram bon. me. Bichio.

12 Nec dicatur quod Clericus decedens ab inteſtato cenſeatur ſe conformare cum Statutis ſuæ ciuitatis, & iuxta illorum diſpoſitionem velle deferri ſuam hæreditatem, quia cum ipſe non ligetur dictis Statutis non eſt præſumendum quod cum eis ſe cõformare voluerit, ſed
13 potius quod reſpexerit ad ius commune, vt reſpondet Alciat. conſ. 9. ſub num. 3. verſ. & ſi extarent lib. 6. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 7. num. 19. & 20. cum pluribus in dicta deciſ. 149. num. 10. & 11. coram Eminentiſſimo Otthobono, vbi concordando authoritates contrarias firmatur illas procedere in laico eorum iuriſdictioni ſuppoſito, ſecus autem in clerico, & dictũ fuerat in Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646. coram Eminentiſſ. Corrado.

14 Firmato autem in ſtatuentibus etiam defectu voluntatis, parum releuat prætenſa confirmatio reportata à Legato Apoſtolico, nam dum ipſi noluerunt comprehendere clericos huiuſmodi confirmatio poſſet quidem ſi eſſet in forma ſpecifica ſupplere defectum poteſtatis, non autem voluntatis; Natura
15 enim confirmationis eſt addere robur confirmato, non autem illud extendere, ad ea, quæ in eodem non continentur cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. Alex. conſ. 123. nu. 20. lib. 4. Beron. conſ. 107. num. 12. lib. 1. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 159. num. 4. in rec. deciſ. 58. nu. 29. & 30. part. 6. cum alijs pluribus in Romana Pecuniaria 18. Iunij 1655. & 22. Iunij 1657. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro.

16 Et tamen cum illa appareat facta in forma communi, & cum clauſula dummodo Statuta non ſint contraria SS. Canonibus, & Eccleſiaſticæ libertati, non videtur ſufficiens pro confirmatione Statuti controuerſi, quod ſi comprehenderet hæreditatem Clerici, vtique præiudicaret Eccleſiaſticę libertati, vt notat Dec. in cap. Eccleſia S. Maria num. 7. de conſtit. Rot. in dicta Bononien. hæreditatis 28. Iunij 1652. coram bon. mem. Bichio, & in Bononien. Succeſſionis de Zanis 9. Decemb. 1654. coram eodem.

Et ita vtraque &c.

HYDRVNTINA EXEMPTIONIS.

Veneris 24. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Bona Laicorum, ſi tranſeant ad Eccleſiaſticos, remanent libera, & immunia ab omnibus oneribus, niſi onera prædicta ſint certa perpetua, & inuariabilia, & infixa rebus pro rebus, non autem pro perſonis, nec ſuffragatur pactum inter ipſos laicos initum, quod illa reputentur talia, ſi verè non ſint huiuſmodi.

SVMMARIVM:

1 *Bona, ſi à laicis perueniant ad Eccleſiaſticos, non conſiderantur amplius vti laicalia.*

2 *Exemptio, & Immunitas bonorum Eccleſiaſticorum prouenit à Deo.*

3 *Bona, quæ ab Eccleſiaſticis perueniunt ad Laicos, ſicuti ſiunt obnoxia collectis, ità illa, quæ à Laicis tranſeunt ad Eccleſiaſticos, ſtatim efficiuntur immunia.*

4 *Et ratio eſt, quia mutata conditione perſonæ, mutatur ſtatus, & conditio rei.*

5 *Bona etiamſi ex conuentione ſolverint in manibus laici, non propterea remanent tributaria, ſi deueniant ad Eccleſiaſticum.*

6 *Neque Bartolus firmauit contrarium, ſed dubitauit de dicta opinione, & loquutus fuit cũ proteſtatione.*

7 *Et opinio contraria communiter reprobatur.*

8 *Eccleſiaſtici vt teneantur ad onera laicalia, quæ requirantur.*

9 *Eccleſiaſtici non tenentur ſoluere onera perſonalia, vel mixta.*

10 *Amplia, etiamſi bona ſint allibrata, & deſcripta in Aeſtimo.*

11 *Item amplia, etiamſi partes declarauerint, huiuſmodi onera eſſe realia, & infixa rebus.*

12 *Onus reale, vel mixtum non poteſt per pactum fieri reale.*

13 Bo-

13 *Bona, eo ipſo quod perueniunt ad Eccleſiaſticos, reijciunt onus,& remanens libera.*
14 *Declarantur authoritates contraria.*
15 *Quilibet rei ſuæ poteſt apponere pactum ſibi bene viſum.*
16 *Eccleſiaſtici non ligantur pacto inter Principem laicum,& eius ſubditos.*
17 *Et redditur ratio,quia alias per indirectum læderetur immunitas Eccleſiaſtica.*
18 *Dictio* ex nunc *eſt excluſiua præteriti temporis.*
19 *Eccleſiaſtici non tenentur pro oneribus perſonalibus, & impoſitis rebus propter perſonas.*

DECISIO CCLIX.

IN Inſtrumento tranſactionis initæ de anno 1613. inter D.Ducem S.Donati,& Vniuerſitatem, ac Homines dictæ Terræ promiſerunt præfati Homines ſoluere Decimam Oliuarum eidem Duci ſub clauſulis ampliſſimis, & in ſpecie ſub his præcisè verbis: *Sottoponendo da mò liberamente le loro robbe poſſeſſe, & poſſidende ſite nel tirritorio, & feudo predetto di detta Terra di S.Donato al peſò, obligatione, e ſeruitù di detta Decima d'Oliue, ità che in quelle ſia peſo reale, & infiſſo, & con detto peſo,obligo,e promiſſione paſſi,& ſia nelli loro Heredi,Succeſſori, & poſſeſſori in perpetuum.*

Hinc cum plura bona è manibus Laicorũ peruenerint ad Eccleſiaſticos, prætendebat D.Dux, eoſdem teneri ad ſolutionem præfatæ Decimæ, ſed habito recurſu ad S. C. Immunitatis fuit per duas vices, me referente, negatiuè reſponſum. Et iterum Dubio in Rota propoſito, Eccleſiaſticos non teneri firmatum fuit.

1 Siquidem bona Laicalia eo ipſo,quod perueniunt ad Eccleſiaſticos, ſtatim eximuntur à dominio, & poteſtate Laicorum, nec conſiderantur amplius, vti Laicalia,ſed tanquam Eccleſiaſtica iudicantur, ideoque omne, & quodcumque onus reiiciunt, niſi illud ſit tale, vt infra dicetur, ità notant communiter Canoniſtæ *in cap.1.de Immunit.Eccl.in* 6. & pluribus rationibus, exemplis, & authoritatibus comprobat *Card.Alban.* dicens hãc ſententiam eſſe veriorem, & magis piam in *Tract.de Immunit.Eccl.impreſſo in principio eius conſiliorum n.8. verſ.iam quæ contrariam, & num.ſeqq. vbi num.13.*
2 firmat hanc immunitatem fuiſſe ſimpliciter, & indiſtinctè à Deo inſtitutam, eamdemque ſententiam amplectitur *Burſatt. conſ.42. nu.19. lib.1.Roland.conſ.61.num.7.lib.4. Ferret.conſ.167. num.11. lib.1. Bart. conſ.180. num.3. par.1.Borell. conſ.74.num.43.Felin.in cap.Eccl.S.M.n.7.de conſt.* latiſſimè *Suarez*, qui reſpondet obiectis deductis in contrarium *in tract. defenſ. fid. lib. 4. cap.20.21.& 25.* alioſque plures cumulat *Ciarlin.controu.forenſ. cap.103. num.7.& ſeqq.* vbi de veriori, & receptiori *Donat. Anton. de Marinis quotid.reſol.cap.47.à num.3.ad fin. Sperell.deciſ.35. per tot.& deciſ.36.à nu.10. verſ.cæterum,* inquiens *ſub num.32.* hanc ſententiam eſſe crebriorem, tutiorem, meliuſque Iuribus, & rationibus fundatam, quam ſolidiſſimis fundamentis firmauit *Rota in Brunduſina, & Alben. Gabella coram Penia deciſ.1079.& coram Merlin. dec.902. per totas.*

3 Et ſanè de hoc non eſt mirandum, quia ſicuti bona, quæ ab Eccleſiaſticis deueniunt ad Làicos efficiuntur obnoxia oneri Collectarum, & Gabellarum, ità multò magis immunia illa fieri debent,quæ à Laicis tranſeunt ad Eccleſias, vel Clericos, vt bene ratiocinatur *Carol.de Graſſ.de eff.Cleric. eff.3.nu.40.Sperell. d.deciſ.35. nu.31.& 32. Barboſ.de Iur. Eccleſ.vniu. lib.1.cap.39.§.5.num.59. Ciarlin.controu.103.nu.9.*
4 *& ſeqq.* vbi adducit rationem, quia mutata conditione perſonæ, mutatur ſtatus, & conditio rei *per text.in l.1. §.cæteri verò C.de imponen. lucrat. de ſcript. lib.10.* & notat *Bart. d.conſ.180. num.3.par.1.Borell.conſ.74.num.43.Surd.conſ.262. ſub num.29.& 30.* vbi quod conſideratur qualitas noui poſſeſſoris,& dixit *Rot.coram Merlin.d. deciſ.902.n.74.*

5 Nec ex eo, quod Decima præfata fuerit exacta per plures annos in vim Conuentionis initæ inter Subditos, & D. Ducem poteſt dici, quod bona remanſerint tributaria, & affecta huiuſmodi oneri,quodque cũ illo tranſierint ad Eccleſiaſticos iux.doctr.*Bart.* loquentis in terminis ſtatuti *in l.reſcripto 6. §.fin.n.5.verſ.*
6 *ſed pro his ff.de mun.& hon.* quoniam idem Bart. dubitauit de dicta opinione, ideoque addidit ſe præfata dicere ſalua correctione S. Matris Eccleſiæ, proteſtans, quod ſi aliud determinaret, ipſe quoque aliter determinat,& poſtea *in l.placet ſub num.15. C.de Sacroſ.Eccleſ.* mutauit ſententiam, & firmauit contrarium. Et nihi-
7 lominus illius opinio in dicto loco communiter reprobatur, & pluribus rationibus, & argumentis eam impugnat, *Bald. in d. l.placet num.10.C.de Sacroſ.Eccleſ.& in l omnes 3.num.12. & ſeqq.C.ſine Cenſ.vel reliqu.& in conſ.112. nu.7. & 8.lib.2.* vbi dicit cautelam ab ipſo traditam non valere vnam feſtucam, *& Iaſon in eadem l.placet num.2.* firmat, quod dictum *Bartoli* eſt falſum, & damnatum per omnes prout etiam contra ipſum ſentiunt *Felin.in c.Eccl.S.M.n.76. poſt med.verſ.ſed contra d.opinionem de Conſt. Azor. Inſt.moral.par.1.lib.5.cap.13.in princ.verſ.at conſilium huiuſmodi*, vbi quod conſilium illius eſt reprobatum ab omnibus *Ruin.conſ.117. num.8. verſ.Præterea lib. 4. Mandel.conſ.8. num.4.& ſeqq. Siluan.conſ.9.num.29.& conſ.32.num.11.Surd.alios referens conſ.262.num.31.* & de communi,à qua durum eſſet in iudican. recedere propter periculum excommunicationis teſtatur *Theſaur. deciſ.Ped.234.ſub nu.5. verſ.ſed aduerte*, cum pluribus, quos refert *Rot.d.deciſ.902. à num.43.coram Merlino.*

8 Ad effectum enim, vt bona tranſeant cum onere,neceſſe eſt, quod plura copulatiuè concurrant, nempè quod onera ſint realia infixa bonis propter bona, non autem propter perſonas, quodque ſint certa, perpetua,& inuariabilia *Abbas in cap.fin.ante num.13.verſ.3.opinio de vit.& honeſt.Cleric.Gemin.in cap.1. num.9.verſ. tamen ſubdebat de immunit.Eccleſ.in 6. Turrecrem. in Can.ſi Tributum 11.q.1.verſ.alia ratio,* & vltra cumulatos per *Barboſ. de Iur.Eccleſ.vniu. lib.1. cap.39.num.57. & per Adden. ad Buratt.deciſ.780.*

ſub

Digitized by Google

ſub num. 19. verſ. ſed redeundo pleniſſimè firmatum
fuit in deciſ.1079. n.33. coram Penia, & deciſ.902.
n.55.& ſeqq.coram Merlino.
In præſenti verò caſu diei non poteſt, quod
9 Decima controuerſa impoſita ſit bonis pro-
pter bona, nam ex lectura Concordiæ patet
expreſsè illam fuiſſe impoſitam de conſenſu
Ciuium, non ratione dominij, & propter bo-
na, ſed ob diuerſas gratias, exemptiones, &
priuilegia, quæ concernebant ſolum perſo-
nas eorumdem Ciuium, ibi. *Che li Cittadini di*
S.Donato non poſſino eſſer traſportati in Lecce, ò in
Andrano, mà li debba tener carcerati in detta Terra.
Item, che gl'Officiali non poſſino imporre pena acciò
vadino per forza à fatigare nella Terra di Andrano,
Che li Cittadini non ſiano obligati dare alli Officiali,
ne Caſe, ne letti, ne altre maſſaritie &c. Item, che
per pleggiaria Ciuile, & Criminale non debbano pa-
gare, ſe non Carlini cinque, & ſimilia, & ſic cum
onera præfata eſſent merè perſonalia, vel ſal-
tem mixta, non potuèrunt Eccleſiaſtici tam-
quam non ſubditi, & non ſubiecti iuriſdictio-
ni laicali vllo modo pro illis grauari, iuxta
text.expreſſos in l.1.& 2.& auth.item nulla Commu-
nitas C.de Epiſc.& Cleric. Gemin.in cap.1.num.9.de
Immun.Eccleſ.Natt.conſ.280.num.5.Ruin.conſ.111.
num.9.lib.5. Becc.conſ.73. eod.num.in fin.lib.1.San-
chez, qui loquitur in ſpecie de onere inhæ-
rente rei ratione perſonæ *conſ.moral. lib.2.cap.4.*
dubit. 57. num. 3. cum pluribus per *Surd. d.conſ.*
262. num. 29. & ſeqq. vbi num.31. ex opinione
10 *Ioannis Andreæ, & Gemin.* ampliat conclu-
ſionem procedere, etiamſi ſi bona ſint allı-
brata, & deſcripta in Aeſtimo, quia talis re-
giſtratio obligat perſonam regiſtrantem, ſed
non rem, & probat *Felin.in cap.Eccl.S.M. n.77.*
verſ.2. nota de Conſtit. Bart. conſ.180. per tot.lib.1.
Bellon.conſ.40.nu.2.& 3. Guidop.deciſ.381.à princ.
vbi recedit àb opinione, quam tenuerat ante
in deciſ.79.& firmatum fuit per *Rot.in Nouarien.*
Talearum 11.Decembris 1648. coram bon.me. Pen-
tingerio.
11 Parumque refert, quod in eadem concor-
dia declarauerint Partes onus eſſe reale, & in-
fixum bonis, quia dum re vera eſt perſonale,
tanquam ſubrogatum in locum onerum per-
ſonalium non eſt attendenda denominatio
partium, ſed cauſa, à qua deſcendit ad *Text.*
in l.Tutor datus 70. ff. de fideiuſſor. Bartol. in l. ſi ſe
non obtulit 4. §. actor. num. 2. ff. de re iudic. Petr.de
Vbald. de Collect. num.21. Lancellot.Gall. conſ.43.
num.4.Bellon.Iun.conſ.69. num.48. & tradit *Gayl.*
pract.obſeru.cap.52.n.16.lib.2.
12 Per pactum enim fieri non poteſt, quod
onus perſonale, ſiue mixtum ſit reale, ſed tale
iudicari debet, quale à ſui origine eſſe conuin-
citur, vt probat *text.in l.2. ff.de vſufr.ear.rer.qua*
vſu conſum. Bald. in l.fin. numer. 13. C.ſine cenſ.vel
reliq. vbi quod mutare nomina appellatiua
eſt impoſſibile, & implicat contradictionem,
& eum refert, & ſequitur *Natt.conſ.447.nu.16.*
Sperell.deciſ.36.num.23.& 24. vbi reprobat opi-
nionem *Caſtrenſ.* firmantis ſtatutum poſſe id
diſponere, *& deciſ.41.n.81.& deciſ.43.n.4.*
13 Vnde non obſtante pacto præfato, eo ipſo,
quod bona peruenerunt ad Eccleſiaſticos eua-
nuit onus, & eadem bona remanſerunt libe-
ra, vt probat *Antonell.de regim. Eccleſ.Epiſ.lib.4.*
cap.5.num.12. verſ.quod procedit, & de communi
teſtatur *Ricc.in praxi fori Eccleſ. par.3. reſol.130.*
haneque opinionem eſſe veram, & continuò
practicari firmat *Flores de Mena pract.quaſt.lib.2.*
q.21.n.208.
14 Nec obſtant authoritates in contrarium
adductæ, quia poterunt fortaſſe procedere,
quando contractus initus fuit cum ipſa Ec-
cleſia, vel quando in eo apponitur pactum,
quod bona eidem tradita, donata, ſeu relicta
tranſeant cum aliquo onere, in quibus termi-
nis loquitur *Bald. in l. neminem 11. num. 2. C.de*
Sacroſ.Eccleſ. Iaſ.in l placet num.22. in fin. verſ.dic
tu C.de Sacroſ. Eccleſ.Innocentius in cap.verum ſub
num.2.verſ.dicunt autem de foro compet. vbi reddit
rationem, quia poteſt quilibet apponere rei
15 ſuæ pactum ſibi bene viſum, per quam ra-
tionem idem firmat *Sanchez conſil. moral. lib.2.*
cap.4.dubit.57.num.8.& quod tali caſu teneatur
ſoluere, vel rem dimittere, probat *Antonell.*
de reg.Eccl.Epiſ.d.lib.4.cap.5.n.2.
16 Secus verò dicendum venit, quando agitur
de contractu inito inter Subditum, & Prin-
cipem ſecularem, & inter perſonas ſeculares
ſuper ſolutione alicuius oneris, quia tunc at-
tenditur qualitas oneris præfati, & non pa-
ctum, à quo Eccleſiaſtici nullatenus ligantur
vt in his terminis firmatum fuit *in Albiganen.*
Auenæ 12.Febr.1648. coram Reuerendiſſ.Terracin.
& comprobat *Antonell. vbi ſup.lib.4. cap.5.num.*
12.& ſeqq.Carol.de Graſſ. de eff.Cleric.eff.3.n.276.
17 Et ratio eſt in promptu, quia ſi vigore ſimi-
lis conuentionis bona tranſirent in Eccleſia-
ſticos cum ſuo onere, eſſet in arbitrio Prin-
cipum ſecularium eludere Immunitatem Ec-
cleſiaſticam conueniendo cum ſubditis Lai-
cis, quod omnia bona eſſent oneribus ſubie-
cta, & ſic per indirectum permitteretur, quod
directè omnino reperitur prohibitum *Auth.*
caſſa C.de Sacroſ. Eccleſ. Sperell.deciſ.35. num.33.
& notant *Adden. ad Bnratt. deciſ. 780. Lit.A. ſub*
verſ.tertia autem ſpecies. Rota coram Merlin. d.de-
ciſ.902.n.44.& in Barchinon. exemptionis 16. Dec.
1647.coram R.P.D.meo Veroſpio.
18 Prætenſio, quod Dux exigat præfatam De-
cimam Iure primæuo dominij, non autem
in vim concordiæ, quæ ſolum ſuſtulit de
medio litem à Ciuibus introductam ſuper eo-
rum exemptione nullo modo videtur ſubſi-
ſtere, dum non docetur de huiuſmodi aſſer-
to iure, imò apparet de contrario ex lectura
ipſius Concordiæ, quatenus in ea aſſeritur,
quod ſoli forenſes poſſidentes bona in Terri-
torio ad onera erga Dominum teneantur, ibi.
Ci contentiamo di concederli la Decima dell'Oliue
nella medema forma gli pagano li foraſtieri &c.dalla
qual Decima ſono eſcluſi, e franchi quelli Cittadini,
che comprano, e poſſedono poſſeſſioni d'Oliue in detto
feudo, quæ verba probant manifeſte ante di-
ctam Tranſactionem ſolum forenſes, & exte-
ros ſoluiſſe, & clarius, ibi, *ſottoponendo da mò*
liberamente le loro robbe, &c. al peſo, obligatione,
& ſeruitù di detta Decima d'Oliue, quæ dictio, *da*
mò, nempè ex nunc eſt excluſiua temporis
præ-

præteriti, & demonſtratiua initij obligationis, vt tradit *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 39. num. 25. & ſeqq. Valenz. conſ.* 105. *num.* 20. *lib.* 2. & firmant relati per *Grat. dict. 74. n. 2. & 3. & per Barboſ. dict.* 117. *&* 210. *vtrobique n.* 1.

19 Ex quibus cum Decima præfata ſit onus merè perſonale impoſitum à Laicis ſuper rebus propter perſonas cenſuerunt Domini ad illius ſolutionem, Eccleſiaſticos nullo modo teneri, vt ſunt *text. expreſſi in cap. non minus 4. & cap. aduerſus 6. de Immun. Eccleſ. cap. Eccleſia S. M. 10. de Conſtit. cap. 1. & 3. eodem tit. in 6. cap. quamquam de Cenſib. eod. lib.* Quod & prius etiam Ius Ciuile agnouit, vt habetur in *l. ſancimus 20. C. de Sacroſ. Eccleſijs & in Auth. nulla communitas C. de Epiſcop. & Cler.* Et eſt communis opinio, quam paſſim ſequuntur omnes Theologi, Canoniſtæ, & Iuriſconſulti, & pluries amplexa fuit *Rot. vt in Valentina Gabella 9. Decemb.* 1598. *coram Orano, in dd. Brunduſina, & Alben. Gabella coram Penia deciſ.* 1079. *& coram Merlin. deciſ. 902. in Barchinon. Exemptionis 20. Iunij* 1636. *coram Coccino, impreſſ. in recent. deciſ. 159. num. 1. & ſeqq. par. 7. confirmata 13. Iunij 1646. coram Eminentiſſ. Card. Corrado, & in Nouarien. Talearum 11. Decemb. 1648. coram bo. me. Peuting.*

Et ita vtraque &c.

MEDIOLANEN. BENEFICIORVM.

Veneris 31. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Vnio abſque cauſa præciſæ neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis non ſuſtinetur, & maximè ſi fuerit facta cum reſeruatione Iuriſpatronatus ad fauorem vnientis, & ſuorum.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* dummodo petita ſint licita, & honeſta, & Decretis Concilij minimè contraria *reſtringit Conceſſionem ad terminos eiuſdem Cōcilij.*
2 *Concilium Tridentinum* ſeſs. 24. cap. 13. de refor. *quatenus concedit Ordinarijs facultatem vniendi, comprehendit ſolum Cathedrales, & Parochiales, habentes tenues redditus.*
3 *Concilium* d. ſeſs. 24. cap. 15. *loquitur de præbendis exiſten. in Cathedralibus, & Collegiatis.*
4 *Facultas, reſtricta ad certum actum, vltrà illum operari non poteſt.*
5 *Facultas, conceſſa in vno caſu, in alijs cenſetur denegata.*
6 *Vnio Beneficiorum cum reſeruatione Iuriſpatronatus ad fauorem vnientis, & ſuorum eſt prohibita.*
7 *Et reſeruans Iuſpatronatus huiuſmodi dicitur vſurpare bona Eccleſia.*
8 *Verba proœmialia Indulti demonſtrant, quid in eo contineatur.*
9 *Verba proœmialia Priuilegij declarant intentionem ſupplicantis, & concedentis.*
10 *Proœmium indicat cauſam finalem.*
11 *Proœmium reſtringit, & qualificat totam diſpoſitionem.*
12 *Dictio* earumdem *eſt repetitiua præcedentium.*
13 *Verba, quantumuis generalia, debent intelligi retento eodem themate.*
14 *Singularis numerus vnum tantum, & non plura complectitur.*
15 *Vnio ad hoc, vt valeat, requiritur cauſa præciſe neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis.*
16 *Vnio ſi fuerit nulla, non datur noua vacatio, ſed remanet antiqua.*
17 *Gratia, quæ eſt iuſtificata, venit exequen.*

DECISIO CCLX.

LICET ſub die 26. Ianuarij 1654. reſolutū fuerit, gratiam R. P. D. Turriani circa tria beneficia controuerſa, quæ impetrauit à Sede Apoſtolica, eſſe iuſtificatam, & exequendam. Nihilominus quia pro parte PP. Diſcalceatorum doctum fuit de vnione facta à Cardinali Montio, necnon de ampliſſimo Indulto, per ipſum reportato à ſa. mem. Vrbano VIII. receſſum fuit à deciſione prædicta ſub die 14. Maij 1655.

Sed iterum cauſa ad diſputationis trutinam reuocata, & verbis Indulti diligenter examinatis, Cenſuerunt Domini perſiſtendum eſſe in primo loco deciſis. Etenim ex datis in *Summ. num.* 6. ſufficienter conſtat, Cardinalem Montium ſupplicaſſe Pontifici pro ampliſſima facultate, vniendi abſque aliqua reſtrictiua, Pontificem verò non annuiſſe huiuſmodi petitioni, ſed addidiſſe clauſulam, *dummodò ea, quæ petebantur eſſent licita, & honeſta, & Decretis Sacri Concilij Tridentini minimè contraria,*
1 quæ clauſula apertè demonſtrat facultatem Cardinalis eſſe reſtrictam, & regulatam, ad limites eiuſdem Concilij, vt dixit *Rota deciſ. 780. num. 5. & 8. par. 1. diuerſ. & in recent. deciſ. 21. ſub num. 3. par. 2. Buratt. deciſ. 798. num. 5.* & plures adducit *Barboſ. clauſ. 51. nu. 1. & ſeqq. & clauſ. 124. num. 2.*

2 Vigore autem Concilij vnio ſuſtineri non valet, nam *in ſeſſ. 24. cap. 13. de reformat.* facultas vniendi Ordinarijs conceſſa reſpici tantummodo Cathedrales, & Parochiales, habentes tenues redditus, *& in c.* 15. diſponitur de præb.
3 exiſtentibus in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, & ideo ad alia facultas huiuſmodi extendi nō valet, vt in fortioribus tradit *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. n. 8.* quem refert, & ſequitur *Barboſ. in collectan. ad dictum cap. 15. eiuſdem*
4 *Concilij num.* 13. & regulare eſt, quod facultas, ad certum actum reſtricta, extra illum operari non poteſt, *l. quæſitum, §. denique ff. de fund. inſtruct. Rota deciſ. 4. nu. 14. par. 7. recent.* vbi quod
5 data in vno caſu in alijs cenſetur denegata, & *deciſ. 104. num. 1. & 2. & deciſ. 303. num. 22. eadem par. 7. & coram Merlin. dec. 747. n. 8. & 9.*

6 Sed vnio, de qua agitur, facta fuit Fabricæ Eccleſiæ B. Mariæ de Conceſſia, quam idem Cardinalis nouiter cœpit ædificare pro ſuſtentatione Sacerdotum ſecularium ibidem aſcribendorum, quam poſteà perfectam, & abſolutam in ſuis membris, & ſic cum vnitis donauit PP. Diſcalceatis, ſub lege, & conditione expreſſa habendi & recognoſcendi in fundatorem perpetuum d. Cardinalem, & poſt eius

Digitized by Google

eius mortem familiam de Monte, necnon
celebrandi pro eius anima, ſuorumque paren-
tum, & familiæ quinque Miſſas ſingulis die-
bus, & Anniuerſarium quolibet anno, &
cum prohibitione non erigendi inſignia, nec
ſepeliendi cadauera in eadem Eccleſia, niſi fa-
miliæ præfati Cardinalis, ac cum alijs oneri-
bus, & pactis latius contentis in Inſtrumento
donationis dato *in Summ. num.4.* Et ſignanter,
quod in caſum inobſeruantiæ liceat Cardina-
li, & ſuis expellere eoſdem Fratres, & dictam
Eccleſiam cum ſua ſupellectili alijs Religioſis
concedere, & aſſignare, quæ omnia expreſsè
repugnant diſpoſitioni eiuſdem Concilij *ſeſs.
25.cap.9.de reform.* & ſunt de directo contraria
*textui in cap.ad audientiam, iuncta gloſs.verb.Recto-
ris de Eccleſ. ædific.vbi Abb. num.12.* addit, quod
7 tali caſu dicitur quis vſurpare bona Eccleſiæ,
& probat *text. in cap. inquirendum de pecul. Cleric.*
& pro nullitate ſimilis vnionis reſpondit *Rota
in Aquilana Nullitatis erectionis coram Pirouano,
quæ eſt deciſio 239. in fine par. 1. recent. confirmata
20. Decembris eiuſdem anni 1610.coram eodem.*

8 Imò idem Indultum, quatenus continet
facultatem vniendi alijs Eccleſijs, loquitur
tantum de illis à Diuo Carolo ædificari incæ-
ptis, vt patet ex proœmio, & narratiua eiuſ-
dem Indulti, ibi: *vt ea, quæ pro beneficiorum, &
Eccleſiarum decore ſalubriter incœpta ſuum optatum
conſequantur effectum*, & ibi *præfatus Carolus Car-
dinalis habens terram Abiati, &c. Aliaque plurima
inſignia, ac pia opera incœperit, ipſaque ſic incepta
ſuperueniente obitu debitæ executioni demandata non
fuerint*, & ibi, *& ne diuinus Cultus in pijs huiuſ-
modi operibus ſic incœptis detrimentum in aliquo pa-
tiatur, opera incœpta huiuſmodi executioni demanda-
ri in votis plurimum gerat.* Verba enim huiuſ-
9 modi in proœmio adiecta bene declarant qua-
lis fuerit mens, & intentio tàm Cardinalis
ſupplicantis, quàm Papæ concedentis *l.fin.&
ibi Bartol.num.3.ff.de hered.inſtit.Anchar.conſ.180.
num.4. Tiraq.in tractatu ceſſ. cauſ.limit.1. num.65.
10 Rota coram Buratt.deciſ.543. nu.11.* Et tanquam
denotantia cauſam finalem qualificant, & re-
11 ſtringunt totam diſpoſitionem, & omnes
clauſulas in ea adiectas *Bart.in l.cum hi in princ.
ff.de tranſact.Menoch.de præſumpt.lib.6.præſumpt.2.
per tot.Rot.in recent.deciſ.388.num.1.& 5.par.1.&
deciſ.569.n.5.& 6.par.2.& coram Durano deciſ.48.
num.11.& ſeqq.*

12 Nec dicatur, quod illa verba poſtea adiecta,
*vel alijs vſibus pijs, aut fabricæ earundem Eccleſia-
rum ſibi bene viſis*, non patiantur huiuſmodi
reſtrictiuam, quia imò; attentis ſupra narratis
debent intelligi de vſibus, & operibus pijs in-
cœptis à Diuo Carolo. Et maximè attento
verbo *earumdem*, quod eſt repetitiuum præ-
cedentium, & demonſtratiuum qualitatum
ſupra expreſſarum *Corn.conſil.235. n.5. verſ.cum
illud lib.2.Cephal.conſ.256.num.41.& 42.Surd.de-
ciſ.125.num.1.Rota deciſ.115.num.13.par.1.diuerſ.*
Itaut ſenſus Pontificis fuerit concedere facul-
tatem vniendi non ſolum pro fabrica, ſed etiā
pro vſibus pijs earundem Eccleſiarum, & ſic
ſemper retento eodem themate de incœptis à
Diuo Carolo, *iuxt. text. in cap. Sedes Apoſtolica
15.de reſcript.Aym.conſ.236.num.6.Caſſad.deciſ.4.
n.3.de priuil.Seraph.dec.569. n.3.& in rec.dec.361.
num.4.par.3.*

14 Obiectum quod Cardinalis Montius vltra
facultates particulares ſibi conceſſas obtinue-
rit etiam alias, quæ continentur in Breui
ſa.mem. Gregorij XIII. ad fauorem Diui Ca-
roli, inter quas prætenditur data facultas vniē-
di beneficia etiam pro Eccleſiis erigendis, nul-
lo modo ſubſiſtit in facto, & illa verba *erectæ,
vel erigendæ* appoſita in Indulto leguntur im-
mediatè adiecta Eccleſiæ B.Mariæ Abiati, &
ideò ad aliàs erigendas adaptari non poſſunt,
& vti poſita in numero ſingulari illam, & non
aliàs comprehendere valent *cap.gaudemus de
diuort.cap.Is cui de præben.in 6. Natt.conſ.112.n.2.
& conſ.164.num.30.Rota in rec. deciſ.566. num.1.
part.1.*

15 De iure tandem vnio prædicta ſuſtineri non
valet, quia deficit cauſa præciſæ neceſſitatis,
vel euidentis vtilitatis Eccleſiæ, *iux.tex.in cap.
expoſuiſti 33. de præbend. Garz. de benefic. par. 12.
cap.2. num.108.Rota coram Cauàler deciſ.439.n.2.
& 3. & in Mediolanen. Cimiliarcatus 10. Martij
1645. coram bon. mem. Peutingerio*, cum aliis per
Lotter.de re beneſ.lib.1.q.28.n.141.& ſeqq.

16 Quibus ſtantibus vacatio eſt indubitata,
quia cum vnio ſit nulla, & Patres poſſideant
Eccleſiam, ac bona beneficiorum vigore il-
lius, & non conſtet de prouiſione alterius, be-
neficia vacant, vt prius per obitum antiqui
poſſeſſoris *Caſſador.deciſ.2.num.1.& ſeqq.de vnio-
17 ne, Seraph. deciſ.1309. num.2.* Et cum omnia
narrata in gratia fuerint plenè iuſtificata, vt
firmatur in prima deciſione, ideò Domini
perſiſtendo in illa iterum reſponderunt ad fa-
uorem R.P.D. Turriani vtraque parte infor-
mante &c.

CALAGVRITANA DECIMARVM
De Ocon.

Veneris 7. Iunij 1658.

Super negotio principali.

ARGVMENTVM.

Super Decimis poteſt iniri Tranſactio, & illa
probatur ex Inſtrumento, extracto ab Ar-
chiuio ſiue publico, ſiue priuato, ſi habeat
formam authenticam, & legalem, & con-
currant adminicula, et obſeruantia.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ ſolui debent ad formam Concordiæ, non au-
tem iuxta diſpoſitionem iuris.*
2 *Scriptura; quæ ex ſui facie apparet publica, & le-
galis, probat, ſiue ſit extracta ab Archiuio publico,
ſiue priuato.*
3 *Scriptura, quæ habet formam publicam, & legalem,
non recipit robur ab Archiuio; ſed à legalitate ip-
ſius Scripturæ.*
4 *Scriptura, compulſata in præſentia Partis, & ad eius
inſtantiam, probant.*

5 *Scri-*

5 *Scripturæ etiam informes extracta ex Archiuio probant,ſi ſint adminiculata.*
6 *Obſeruantia, deducta ex ſolutione, dat robur Scripturis.*
7 *Identitas bonorum probatur ex Teſtibus,& ex pluribus demonſtrationibus.*
8 *Identitas bonorum in antiquis contentatur leuioribus probationibus.*
9 *Scripturæ antiquæ non indigent recognitione.*

DECISIO CCLXI.

IN concordia,inita inter Abbatem, & Monachos Sancti Prudentij ex vna, & Parochum, & Beneficiaros Eccleſiæ de Ocon ex altera; conuentum fuit,quod de bonis acquiſitis ante Concilium Lateran. teneantur Monachi, ſoluere certam portionem, pro alijs verò poſt Concilium acquirendis integram decimam præſtare debeant. Hinc cum plura bona, poſſeſſa per Monachos, exiſtant intra limites dictæ Parochiæ, in quibus Parochus, & Eccleſia de Ocon habet aſſiſtentiam Iuris, nec vlla daretur probatio, quod eſſent acquiſita ante Concilium, cenſuit Rota, pro illis integram decimam eſſe ſoluen. ſed exhibito poſteà proceſſu compulſoriali in vim literarum Rotalium, & dato dubio, an, & quæ bona fuerint acquiſita ante Concilium,reſpõſum fuit affirmatiuè quoad illá de Obrera, del Tende,& de Sancto Iuſto.

1 Etenim ex Inſtrumentis publicis conſtat, bona prædicta fuiſſe donata ab Alphonſo IX. Rege Caſtellæ Monachis Ciſtercienſibus de Rouere vſque de anno 1163.& rurſus reiteratam fuiſſe ſimilem donationem de anno 1184. poſt translatum dictum Monaſterium ad Sanctum Prudentium, & ſic per plures annos ante Concilium Lateranenſe, quod celebratum fuit ſub Innocentio III. de anno 1215. Vndè pro illis non debet ſolui integra decima, ſed tantum portio, in concordia conuenta *iuxta text.in cap.2. de tranſact. cap.ex multiplici 3.& cap.nuper 34. de decimis, Rota in Reatina decimarum 4. Decembris 1606. coram Iuſto, & coram Caualer.dec.95.num.5.*

2 Nec quicquam facit, quod Inſtrumenta prædicta dicantur extracta ex priuato Archiuio Monaſterij, nam cum ex ſui facie appareant vera, & legalia, ſtemmate, & ſubſcriptione Regis munita, necnon plurium Archiepiſcoporum,& Comitum,ac etiam Notariorum, vt teſtatur Iudex compulſorialis, & extractio facta fuerit parte citata, ſeruata præcisè forma in Compulſorialibus Rotalibus contenta, optimè probant, ſiuè Archiuium ſit publicum, ſiue priuatum, vt notat *Veſtr. in prax.lib.6.cap.1.nu.14. Rota coram Andr.dec.27. num.3.vſque ad fin.& in recent. deciſ.192.ſub n.12. verſ.quia cum extracta, & num.ſeqq.& deciſ.254.à nu.9. par.7.* & in ſpecie de Archiuio Caſſinenſi pleniſſimè firmatum fuit *coram Merlino deciſ. 264.per tot.* Nam tali caſu Scriptura non reci-
3 pit robur ab Archiuio, ſed à legalitate ipſius
Scripturæ *Rot.coram Caual. deciſ.641.ſub num.6. & in rec.dec.544. n.13.& 14.par.4.to.3.& d.deciſ. 192.num.17. & ſeqq. par. 7.*

4 Maximè quia Procurator partis aduerſæ non ſolum fuit præſens compulſationi, ſed etiam inſtetit pro illa facienda, nec quicquam oppoſuit; vndè attenta huiuſmodi tacita approbatione etiam Scriptura informis plenam probationem facit iuxta doctrinam *Bartol. in auth.ſi quis in aliquo nu. 10. C.de eden.Menoch.conſ. 924. num.28.* & dixit *Rota coram Duran. deciſ.91. num.3. in recent.549. num.6. par.4.cum alijs in Salisburgen.Iuriſdictionis ſuper bono Iure 1. Iul.1643. coram Reuerendiſs.Tarraconen.*

5 Vlterius eadem Inſtrumenta adminiculantur ex teſtibus, deponentibus Monaſterium poſſediſſe bona vigore donationis Regiæ, & ex obſeruantia,ac continuata ſolutione ad formam eiuſdem Concordiæ tamquam de bonis acquiſitis ante Concilium, nempè in duobus Caficijs panis, tritici, & ordei, vt poſt *Cyn. & Bald.tradit Aymon.conſ.101.nu.4.* & dixit *Rota deciſ.375.nu.4.par.1. diuerſ.coram Merlin.dec.442. num.8.& poſt Zacch. de oblig.Camer. deciſ.152.ſub*
6 *num.4.&* 5. Obſeruantia enim, deducta ex ſolutione, dat robur Scripturis etiam informibus, vt dixit *Rota coram Seraph.deciſ.980. nu.15. in Cracouien. Decimarum 27. Aprilis* 1654. & 25. *Feb.*1658.*coram R.P.D.meo Veroſpio.*

7 Nec de identitate bonorum dubitari poteſt, quia teſtes tam Monaſterij, quam Beneficiatorum illam manifeſtè concludunt, & concurrunt plures demonſtrationes, expreſſæ in donationibus, & ſignanter eadem denomina-
8 tio; Cum tamen in hac materia tam antiqua
leuiores requirantur probationes iuxta doctrinam *Parid.de Put.de feudor. reintegrat. fol.mihi 166.col.3. num.9.& col.4. num.6.* quam ſequitur *Rota deciſ.710.num.3. par.1. diuerſ.& in recent.deciſ.359.num.45.& 46.& deciſ.360. num.10.par.5. & deciſ.184.eod.num. par.7. & coram Merlin.deciſ. 294.num.10.& 11.* vbi quod ſufficit verificatio loci, vbi bona exiſtunt cum vno confine,cum alijs adductis per *Add.ad ſ.m. Greg.dec.172.n.10.*

9 Et ex eadem temporis antiquitate annorum 400. & vltra tollitur obiectum circa prætenſam recognitionem ſupradictorum Inſtrumentorum, nam illa attenta non eſſe opus recognitione, firmat *Bald. in auth. quas actiones num.19. C.de Sacroſ.Eccleſ.* & tenuit *Rota dec.52. & 54.par.1.diuerſ.& in recent.deciſ.681.n.1.par.3. & dec.144.n.4.par.4.& penes ſa.me.Greg.dec.3.n.2. ibique Addent.n.5.*

Et ità deciſum vtraque parte Informante, &c.

CALAGVRITANA DECIMARVM De Ocon.

Veneris 7. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in prophanis, (prout ad dictum effectum reputatur cauſa Decimarum,) datur etiam ſine fumo, quando materia articulata eſt releuans, facilius verò ſi fumus concurrat, reſultans ex Enunciatiuis antiquis, vel ex

Digitized by Google

Teſtibus, ſiue de auditu, ſiue nulliter examinatis.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum cauſa ad effectum remiſſoriæ reputatur prophana.*
2 *Remiſſoria in prophanis attenta releuantia datur etiam ſine fumo.*
3 *Remiſſoria datur, ad tollen. ſuppoſitum Deciſionis, quando ceſſat ſuſpicio calumniæ.*
4 *Immemorabilis tempus infinitum continet.*
5 *Remiſſoria conceditur non ſolum quando releuantia eſt clara, ſed etiam quando eſt dubia.*
6 *Remiſſoria in concedenda, ſi diſcuterentur merita cauſæ, præpoſteraretur ordo.*
7 *Remiſſoriæ in conceſſione ſufficit fumus, reſultans ex enunciatiuis antiquis.*
8 *Similiter fumus reſultans ex Teſtibus de auditu.*
9 *Item ex Teſtibus etiam nulliter examinatis.*
10 *Remiſſoria ſtante fumo conceditur etiam in gradu reſtitutionis in integrum.*
11 *Remiſſoria de nouo conceditur, quando materia articulata eſt noua.*
12 *Immemorabilis continet meliorem titulum de Mũdo.*
13 *Remiſſoria, vt iterum ſit concedenda, ſufficit, quod Articuli magis præciſè contineant materias, articulatas in partibus.*
14 *Remiſſoria conceditur per Rotam cum retardatione, vel ſine arbitrio, quando executio iam eſt cœpta.*

DECISIO CCLXII.

DVM Parochi, & Beneficiati Oppidi de Ocon ad formam ſententiæ Rotalis, & Deciſionis editæ coram me, inſtabant, procedi ad vlteriora pro executione rei iudicatæ, ad effectum conſequendi decimas contra Abbatem, & Monachos Sancti Prudentij, poſſidentes in eodem Territorio; productum fuit Inſtrumentum Concordiæ, initæ vſque de anno 1229. in qua conuentum extitit, quod pro bonis, ab ipſis poſſeſſis ante Concilium Lateranenſe, modicum quid eſſet præſtandum pro alijs verò acquiſitis poſt idem Concilium integram decimam deberent perſoluere.

Cum autem prædicti Parochi, habentes aſſiſtentiam Iuris pro Decimarum conſecutione, prætenderent, omnia bona exiſtentia intra limites ſuæ Parochiæ eſſe obnoxia huiuſmodi ſolutioni, itaut Monachi, excipientes de Tranſactione, & aſſerentes, illa fuiſſe acquiſita ante Concilium, deberent id omninò probare (prout in Deciſionibus firmatum fuit) ideò aſſumentes in ſe huiuſmodi onus dederunt in actis articulos, & ſuper illis inſteterunt pro remiſſoria, quam hodiè, diſputato dubio, cenſuerunt Domini, eſſe concedendam. Siquidem cauſa decimarum ad effectum remiſſoriç
1 reputatur prophana, vt dixit *Rota in recent. deciſ.677.num.1. par.1. deciſ.715. eod.num. par.3.& deciſ.183.in princ par.4.& coram ſa.mem. Greg. deciſ.174.num.1.ibique Addent.num.7.& in Capritana Decimarum 26. Iunij 1647. coram Reuerendiſſ. Terracinen.* & paſſim in alijs.
2 In prophanis autem, data releuantia materiæ articulatæ, etiam ſine fumo remiſſoria concedi debet per *text.in l.Iudices C. de fid. Inſtrum. Rota coram Puteo deciſ.324.in fin.lib.2.*cum pluribus relatis *in Anconitana pecuniaria 13.Maij 1643. coram bon.mem.Arguelles, & in Auenionen. Pecuniaria 25.Iunij 1649.coram Reuerendiſſ.Tarracon.*

3 Releuantia videtur clara reſpectu articuli, in quo habetur, quod bona de Redal fuerunt acquiſita ante Concilium, quodque illa ſunt de Territorio de Ocon; nam data huiuſmodi probatione erunt comprehenſa ſub Concordia, & ceſſabit ſuppoſitum Deciſionis, quod bona prædicta non includantur in Territorio decimatorio, ad quem effectum dari remiſſoriam ceſsãte ſuſpicione calumniæ, firmauit *Rota coram Cocein.deciſ.10.ſub num.1.& 2.& deciſ.338.num.2.& 3.& coram Buratt.deciſ.829.n.1. & in Valentina Iuris ſedendi 15. Martij 1638. coram Cardinali Panzirolo.*

4 Eſt pariter clara reſpectu quarti, dum dicitur, quod bona ibi deſcripta fuerunt ab immemorabili tempore per Monachos ſemper poſſeſſa; Itaut nunquam fuerit viſum, vel auditum in contrarium, & cum alijs requiſitis, adductis per *gloſ.in cap. 1. verb. memoria de præſcript. in 6.* Nam immemorabilis infinitum tempus continet, vndè dempto etiam tempore decurſo poſt Concilium, adhuc ante Concilium tempus infinitum remanet iuxta celebre *Oldrad.conſ.254. num.18.& ſeqq. Molin.de Hiſpan. Primog.lib.2.cap.6. num.46.& 47.Rota coram Seraph.deciſ.1367.num.3.&* 4. & latè firmatum fuit *in Placentina, ſeu Abulen. Decimarum 12. Decemb.1650.coram me.*

5 Et tamen remiſſoria concedi ſolet, non ſolum quando releuantia eſt clara, ſed etiam quando videtur dubia, quia in dubio ſemper pro remiſſoria reſpondendum venit, vt firmauit *Rota coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 82.num.2. & deciſ.119. num.4. in Aſculana ſucceſſionis 28.Iunij 1647. & in Toletana decimarum 16.*
6 *Martij 1648.coram me.* Si enim omnia in conceſſione remiſſoriæ venirent ſubtiliter diſcutienda, præpoſteraretur ordo, & ante factas probationes de illarum releuantia diſputaretur contra ea, quæ dixit *Rota in Hiſpalen. Decimarum 26. Iunij 1647. coram Eminentiſſimo Corrado, & in Peruſina penſionis 27.Aprilis 1648.coram bo.me.Peutingerio, & in Gerunden. Prioratus 5.Iulij 1649.coram bo.me.Dunozetto.*

7 Nec deficit fumus materiæ articulatæ, reſultans tam ex Inſtrumento donationis, factæ ab Alphonſo Rege Caſtellæ de anno 1184. & ſic ante Concilium Lateranenſe, in quo adeſt enunciatiua, quod Monaſterium S. Prudentij tunc temporis alia bona pariter donata poſſidebat, ibi. *Et omnes alias hæreditates, quas habetis, vt in Summa. num.* 2. Tum etiam ex Teſti-
8 bus datis *in Summ. num.4.* deponentibus, Monachos ſemper bona controuerſa poſſediſſe etiam de tempore Concordiæ, & licet deponant de auditu, adhuc pro fumo videntur ſuffi-
9 cere; Cum ille reſultet, & ex teſtibus nulliter examinatis *Caſſad.deciſ.3. num.2.de dilat. Merlin. deciſ.15.ſub num.2. & 3.* ac etiam ex examinatis ad perpetuam rei memoriam *Rot.coram ſa. me.*

Greg.

Greg.deciſ.163.ſub nu.1.& 2.& coram Buratt.deciſ. 824.num.8.

10 Hinc parum releuat, quod ſententia Rotalis tranſierit in iudicatum, quia cum fuerit commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, attento fumo, remiſſoria conçedi ſolet *Rota coram Caualer.deciſ. 170.num.2. deciſ.425. num.3.& deciſ.469.eod.num.& coram ſan.me.Greg.deciſ.276. num.2.ibique Adden. num.7.& coram Durano deciſ. 121.num.27.*

11 Non obſtat, quod in partibus fuerint producti aliàs articuli, & teſtes examinati, quia ex illorum lectura apparet, ibi non fuiſſe articulatam immemorabilẽ, prout articulatur in præſenti, & ſic materia eſt prorſus noua *Buratt.dec. 163.num.2.& 8. & deciſ.392. num.2.& 3.per text. in c. Fraternitatis de teſtib.* Immemorabilis enim vti continens meliorem titulum de Mundo, nunquam cenſetur excluſa *Caputaq. deciſ. 227. n.4.par.1.cum alijs in Toletana decimarum 16.Martij 1648.coram me.*

13 Imò ſufficit, quod articuli, nuper exhibiti, magis præcisè contineant materias, in partibus articulatas *Rot.in Rauennaten. Cenſus 8.Iunij 1618.coram bon.me.Manzan.& in recent.deciſ.183. num.3.verſ.vnde licet, par.4. & deciſ.266. num.13. part. 6. & coram Merlin.* vbi cumulantur concordantes, *deciſ.455. num.7. & deciſ.656.numer. 3. & 4.*

14 Vndè quamuis agatur de ſolutione decimarum, & executio dicatur cœpta per relaxationem executorialium, adhuc ſtante releuantia, & attento fumo, Domini pro conceſſione remiſſoriæ reſponderunt, ſed cum retardatione, vel ſine arbitrio:

Vtraque &c.

VITERBIEN. TRANSACTIONIS.

Veneris 14. Iuny 1658.

A R G V M E N T V M.

Voluntas Contrahentium circa quantitatem oneris ſuſcepti in ſoluendo deſumitur ex verbis, ex diſcretiuo modo loquendi, ex pactis adiectis in Inſtrumento & ex obſeruantia.

S V M M A R I V M.

1 *Omiſſum in Contractibus habetur pro omiſſo, & non ſuppletur.*

2 *Expreſſio facta in vno caſu, & non in alio, importat diuerſitatem.*

3 *Diſcretiuus loquendi modus denotat contrariam Diſponentis voluntatem.*

4 *Dictio* liberè *adiecta ſolutioni importat obligationem ſoluendi abſque vlla exceptione, & diminutione.*

5 *Obſeruantia eſt optima interpres voluntatis Contrahentium.*

DECISIO CCLXIII.

CVM neutra Pars acquieſceret Deciſioni editæ ſub die 18. Iunij anni præteriti, in qua firmatum fuit, hæredes Dominici, & Tullij teneri ſoluere Paulo de Cioſis ſcuta decem mille monetæ, comprehenſis tamen ſcutis mille, de quibus fuit facta quietantia in Inſtrumento ſecundæ Diuiſionis, necnon etiam alijs ſcutis 900. ſolutis pro dote Cæciliæ: Hodiè repropoſita cauſa ſuper ijdem Dominii quoad partitam ſcutorum 900. cenſuerunt; Deciſionem eſſe reformandam.

Fundamentum reſolutionis fuit, quia licet in Inſtrumento primæ Diuiſionis inito de anno 1627. Dominicus, & Tullius promiſerint ex tertia parte bonorum ſpectãte ad Paulum Seniorem eorum fratrem ſoluere filijs, & hæredibus ſcuta 2500. & ex illis dotem Cæciliæ ſiue nupſerit in ſeculo, ſiue in Domino; Attamen in altero de anno 1634. præuia narratiua, quod ijdem patrui pro monachanda præfata Cæcilia nepte erogauerant de proprio ſcuta 900. necnon etiam plures expenſas fecerant promiſerunt ſoluere liberè Dominico, & Gregorio nepotibus ſuperſtitibus ſcuta 10000. monetæ, nempè ſcuta 1000. quæ ijdem faſſi fuerunt habuiſſe, & recepiſſe manualiter & incontanti ante celebrationem dicti Inſtrumenti, ſcuta 4000. intrà biennium, & ſcuta
1 5000. poſtquam Gregorius compleuerit annum 25. Vndè cum nihil dixerint de excomputatione dotis Cæciliæ, præſumitur illa conſulto omiſſa *ad text.in l. quicquid adſtringendæ 99. ff.de verb. obligat. Alex.conſ.46. num. 4. lib.2.* vbi quod in Contractibus omiſſum habetur pro omiſſo, nec ſuppleri debet, quod repetit *Pariſ.conſ.117.num.6.& ſeqq.lib.1. Surd.conſ.18.n.8. conſ.127. num.34. & conſ. 150. num. 32. & 33.* & comprobat *Caualcan. deciſ.34.nu.10.& 24.lib.4. Rot.dec.78.n.6.par.2.rec.*

2 Idque facilius firmatum fuit, quia in eodem Inſtrumento apparet facta expreſſa mentio de comprehenſione ſcutorum 2500. quæ fuerant promiſſa in antecedenti Inſtrumento, ibi: *computatis ſcutis 2500. alias promiſſis in Inſtrumento Diuiſionis.* Et tamen de comprehenſione, & computatione ſoluti pro dote Cæciliæ, & pro præſtatione annua ſcutorum 24. ne verbum quidem legitur in Inſtrumento, ſignum euidens, quod illa non intellexerunt excomputare *per text.in cap.ad audientiam de decim.Surd.conſ.452.num.13. Rot.in recen.deciſ.498. ſub num. 5. verſ. & quod veriſſima par. 4.* Nam
3 diſcretiuus loquendi modus denotat contrariam Diſponentium voluntatem *Corn.conſ.90. num.6.lib.3.Rot.in recent.deciſ.667.num.5.par.2.& deciſ.28. num.24. par.8.* & latè firmatum fuit *in Auenionen. fideicommiſſi 22. Aprilis 1652. coram Me.*

4 His accedit dictio *liberè* adiecta ſolutioni ſcutorum 10000. ibi promiſerunt dare & cum effectu ſoluere dictis eius Nepotibus præſeutibus ſcu.10000. monetæ *liberè &c.* quod verbum importat obligationem ſoluendi abſque vllo onere, diminutione, & excomputatio-

Digitized by Google

ne, *Alex.conſ.12.num.1.lib.2.Gozadin.conſ.47.n.9. Surd.conſ.143. nu.24.* cum aliis per *Rot.dec.298. num.1. par. 1. diverſ.& in Oppiden. Penſionis penes, Marcheſ.de Commiſſ.par.1.fol.545.n.3.*

5 Ponderarunt inſuper Domini pactum illud *quod morientibus dd.Nepotibus abſque filijs legitimis, & naturalibus tali caſu dicta ſcut. 10000. redeant ad ipſos Dominicum, & Tullium eorumque filios, hæredes, & ſucceſſores liberè, & abſque vlla detractione.* Nam ſi in dicta ſumma eſſet comprehenſa ſolutio facta pro dote Cæciliæ; vtique ſcuta 10000. integrè redire non poterant, & pro tali rata pactum non valebat verificari: Prout nec etiam potuiſſet adimpleri aliud pactum de inueſtienda integrali ſumma ſcutorum 10000. ſtante ſolutione facta ad fauorem Monaſterij pro dote ipſius Cæciliæ: Vndè attentis prædictis dicendum eſt, quod patrui vltra huiuſmodi dotem voluerint etiam ſe obligare pro alijs ſcutis 10000. vt comprobat obſeruantia, dum pro integra ſumma, quæ remanebat ſoluerunt ſemper per plures annos fructus ad rationem quinque pro centenario ad formam promiſſionis nulla habita ratione de dictis ſcutis 900. quæ obſeruantia bene declarat quid Partes voluerint promittere *Bart. in l.ſi ſeruus plurium §. huiuſmodi, ibique Iaſ. ff. de leg.1. Surd. conſ.366. num. 14.* aliosque cumulat *Gratian.forenſ.diſcept. cap.675. num.14.& 30.Rota poſt ſecundum vol.conſ. Farinacc.dec.255.n.9.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 17. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Sententiæ duæ conformes, ſi ſint validæ,& iuſtæ, ex Statuto Vrb. habent vim trium, & rei iudicatæ, & dicuntur iuſtæ, dum condemnant ad ſoluendum Debitum, de quo apparet per depoſitionem Teſtium,per confeſſionem Partis,& per alias probationes.

SVMMARIVM.

1 *Incola dicitur, qui per multum tempus habitauit in aliquo loco,ibique ſtabilia poſſidet.*
2 *Ciuis dicitur,qui natus eſt in illo loco.*
3 *Sententia duæ conformes ex Statuto Vrbis habent vim trium,& rei iudicatæ.*
4 *Sententia dicuntur conformes in minori ſumma.*
5 *Summa minor ineſt in maiori.*
6 *Deciſiones Rotales demonſtrant iuſtitiam ſententiæ.*
7 *Teſtis mediator ex ſententia Rotæ facit pluſquam ſemiplenam probationem.*
8 *Teſtis mediator ex quibus adminiculetur.*
9 *Producens Scripturam, ad fundandam ſuam intentionem,videtur fateri,omnia in ea contenta eſſe vera, etiamſi id faciat per compulſum.*
10 *Quantitas contentatur leuioribus probationibus, quando creditum eſt certum in ſubſtantia.*
11 *Solutio, facta in cauſam expreſſam, in aliam referri non debet.*
12 *Oblatio ſolutionis non eſt veriſimilis in credito iam extincto.*
13 *Literæ quamuis directæ Tertio, non autem Creditori, de æquitate canonica probant contra Scribentem.*

DECISIO CCLXIV.

1 CENSVERVNT DD. conſtare de duabus conformibus, illaſque exequen.eſſe ex diſpoſitione Statuti Vrbis *cap. 180. lib. 1.* quod habet locum inter Ciues & Incolas quales ſunt partes litigantes, nempè Angelinus Actor, qui à 30. annis manet in Vrbe, & ſtabilia in diſtrictu poſſidet *Rot. poſt Feuzon. deciſ. 168.coram Comitul. deciſ.165.n.1.& ſeqq.& in rec. deciſ.137.num.5.& ſeqq.par.5.* Et Ioannes Lucas
2 Reus conuentus, qui vt apparet ex fide Baptiſmatis eſt natus in Vrbe *l. Ciues 7. C. de Incol. lib.10. Rot.dicta deciſ.137.n.4.par.5.*
3 Etenim ſententiæ prædictæ habent vim triùm & rei iudicatæ vt dixit *Rot.coram Buratt. deciſ.197. num.1. Duran.deciſ.365. eod.num.in Romana Cenſuum 27.Aprilis 1654.coram R.P.D. meo Beuilacqua*, cum alijs per *Gratian. forenſ.diſcept. cap.398.num.1 & 5.*
4 Nec de conformitate dubitari poteſt, nam licet prima A. C. condemnet Ioannem Lucam in ſcutis 2245. altera verò R. P. D. mei Veroſpij in ſcutis 765.ſine præiudicio reſidui. Nihilominus in iſta ſumma ſcutorum 765. dicuntur conformes vt ſunt *Text.in l.diem proferre 32. §.ſi plures ff.de recept. arbitr. l. inter pares 38.§.fin.ff.de re iudic. Couar.var. lib.1.cap.2. nu.6.* & latè comprobat *Laderch.*qui reſpondet contrariis *conſ.173.per tot.Surd.conſ.102.nu.8.& ſeqq. Theſaur.deciſ.122.nu.10.* Et redditur ratio, quia
5 in maiori ſumma ineſt minor *Rota deciſ. 487. num.3.lib.3.par.3.diuerſ.& coram Penia deciſ.227. num.4.iuxtà impreſſionem Venetam.*

Minus dubitari poteſt de validitate, & iuſtitia ſententiarum. quia validitas reſultat ex reuolutione proceſſus, & exaduerſo non im-
6 pugnatur; Iuſtitia verò patet ex duabus deciſionibus editis in cauſa corā R.P.D. meo Veroſpio; Nam cum Angelinus prætenderet ſe creditorem in longè maiori ſumma, & pluries inſtetetit pro pecuniarum reſtitutione, conſtat quod Ioannes Lucas obtulit in dicti Debiti ſatisfactionem Credita, quæ Ipſe habebat in Terra Sublaci, & cum illis de Bettis aſcendentia ad præfatam ſummam, vt deponit Caſtagninus Teſtis mediator, & multipliciter
7 adminiculatus, cui propterea fidem adhibendam eſſe notat *Aym.cap.178. nu.7. Caſtr.in l.quicumque num.10.C.de ſeru.fugitiu.*Et iuxta opinionem Rotæ facit pluſquam ſemiplenam probationem *Caputaq.deciſ.267. num.1.par.3.Buratt. deciſ.775. num.5. & 6. Merlin. deciſ.754. num.13. & deciſ 867. num.3. & in Romana prætenſæ reſtitutionis Dotis 15. Ianuarij 1649.coram bo. me. Peutingerio.*
8 Adminicula autem concurrunt plura, & ſignanter depoſitio duorum Teſtium, quorum alter affirmat, quod Angelinus requiſiuit Ioannem Lucam pro reſtitutione ſcutorum

rum 2600. quodque Ipſe non negauit Debitum, imò dixit: *Io più volte gl'hò confeſſato queſto debito, & l'hò voluto aggiuſtare per polzza, mà già che lui non hà voluto accettare il partito s'incamini per giuſtitia, e faccia quello che le pare.* Alter verò licet non audiuerit ſummam petitam, concordat tamen in reliquis ſuper eadem reſponſione. Et vltrà depoſitionem dd. Teſtium
9 adeſt Computum huiuſmodi Crediti tranſmiſſum ab Angelino, & à Ioanne Luca per multum tempus retentum, & deindè in actis productum, ex quo etiam inſurgit non modica præſumptio huius veritatis, nam recipiens computum, & illud retinens ſine contradictione videtur fateri contenta in eodem computo eſſe vera, præſertim quando illud producit ad fundandam intentionem ſuam, etiamſi id faciat per compulſum, *Rot. deciſ. 361. nu. 2. & 3. par. 4. rec. per text. in l. filius familias 18. ff. ad S.C. Macedon. Menoch. de arbitr. caſ. 94. n. 8.*

10 His accedunt quamplures Apocæ iuſtificantes huiuſmodi Creditum in notabili quãtitate, adeout cum Creditum ſit indubitatum, & ſola quantitas reuocetur in dubium illa contentetur leuioribus probationibus, vt notat *Dec. conſ. 536. num. 12. Surd.* qui plures cumulat *conſ. 94. num. 26. Rot. in rec. deciſ. 237. num. 7. par. 4. tom. 2. & coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 324. num. 4.*

11 Non obſtat, quod oblatio facta fuerit die 16. Aprilis 1643. & tamen poſt dictum tempus appareant ſoluta ſcuta 850. per quam ſolutionem ceſſauit huiuſmodi creditum, quia ſolutio facta poſt oblationem continet cauſã expreſſam debiti cum Panzerio, & Cincio, pro quo debito Io: Lucas erat obligatus in forma Cameræ; Ideo, cum habeat Cauſam expreſſam, in aliam imputari non debet *l. 1. in princ. ff. de ſolut. Rot. in Sabinen. dotis, ſeù pecuniaria 1. Iuly 1609. coram Sacrato, coram ſan. mem. Greg. deciſ. 366. n. 4. coram Merlin. dec. 493. n. 6. & 7. & in rec. 293. n. 5. & 6. par. 5.*

12 Nec refert, quod dictæ partitæ crediti cum eodem Panzerio, & Cincio contineantur in computo tradito, per Angelinum, quia ideò ibi reperiuntur deſcriptæ, ex quo Angelinus ad Inſtantiam Aduerſarij ſe interpoſuerat cum iiſdem creditoribus, & oretenus illas promiſerat ſoluere, prout vnam ſoluit reportata Iurium ceſſione, ſed poſtquam Io: Lucas ſatisfecit præuia mandati relaxatione, de eis amplius non fuit habita ratio, vt apparet ex poſitionibus datis, in quibus dictæ duæ partitæ non fuerunt deſcriptæ, ſed tantum partitæ mutui; Vndè oblatio non potuit verificari in credito iam extincto per ſolutionẽ, & ad quod ſoluendũ nullo modo compelli poterat, *l. cum ex pluribus 103. ff. de Solut. Rot. in Romana Societatis poſt Marcheſ. de Com. part. 1. fol. 843. num. 2. in fine.*

13 Et tollitur difficultas, quia poſt ſequutam dictam ſolutionem, idem Io: Lucas de anno 1650. ſcripſit Caſtagnino, vt curaret, quod Angelinus in ſatisfactionem ſui Crediti reciperet cenſum ſcutorum 800. in ſorte vna cum fructibus, impoſitum à Comite Stella, ſignum euidens, quod prima ſolutio facta Panzerio, & Cincio ceſſit in extinctionẽ dicti debiti particularis, nec in cauſam mutui cum Angelino referri poteſt. Huiuſmodi autem literæ quamuis directæ Caſtagnino, non autem ipſi Creditori de æquitate Canonica probant contra ſcribentem, qui eas recognouit, vt notat *Abb. in cap. 2. num. 8. ibique Dec. num. 15. de fid. inſtrum. Menoch. de arbitr. caſ. 94. num. 9. Rot. in Viterbien. Cenſus 7. Iunij 1638. coram bon. mem Card. Veroſpio Iun. & in Romana Diuiſionis 20. Iunij 1639. coram bo. me. Bichio,* vbi de veriori.

Et ita vtraque &c.

ROMANA SALARII.

Lunæ 17. Iuny 1658.

ARGVMENTVM.

Expenſæ quænam ſint iudiciales, quæ verò extraiudiciales, & quomodo ſit facienda illarum taxatio.

SVMMARIVM.

1 *Exceſſus non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Expenſæ iudiciales, ſeù viuæ quæ dicantur.*
3 *Expenſæ iudiciales integrè refici debent.*
4 *Expenſæ extraiudiciales tãxari ſolent à Rota in ſcutis decem pro qualibet inſtantia.*
5 *Dictio* tantum *eſt reſtrictiua, & limitatiua.*

DECISIO CCLXV.

ANTONIVS Campius olim Auditor clar. me. Cardinalis Zachiæ non ſolum ſuccubuit in iudicio, moto contra eius hæredem pro prætenſo Salario, ſed etiam in expenſis fuit condemnatus. Vnde commiſſa mihi cauſa ab exceſſiua taxatione tantum, propoſui Dubium ad formam dicti reſcripti, & negatiuè reſponſum fuit.

1 Siquidem exceſſus non præſumitur, niſi probetur. vt tradit *Maſcard. de probat. concl. 696. num. 11. Cyriac. contr. 5. num. 13.* & in his terminis taxationis expenſarum firmauit *Rota in Romana Expenſarum 14. Iuny 1649. coram Eminentiſſimo Corrado, & in alia Romana Expenſarum 16. Febr. 1654. coram bo. me. Dunozetto.*

In præſenti verò caſu tantum abeſt, quod Campius de illo doceat, quod imò conſtet de contrario, expenſæ enim taxatæ ſunt in duplici differentia, aliæ iudiciales, & quæ viuæ appellantur, & aliæ extraiudiciales. Iudicia-
2 les igitur quæ conſiſtunt in Regeſtro, Citationibus, examine teſtium, nota ſententiæ, & ſimilibus, tamquam plenè iuſtificatæ ex actis
3 integrè refici debent, & abſque vlla diminutione *iuxtà text. in l. properandum 11. §. ſin autem C. de Iudic.* & vltrà relatos per *Add. ad Buratt. deciſ. 921. nu. 12.* firmãtum fuit *in Oſcen. Expenſarum 5. Iuly 1649. coram Me, & in Firmana Beneficij 24. Marty 1656. coram R. P. D. meo Albergato.*

4 Et extraiudiciales pro mercede Procurato-

ris, & Aduocati, pro copia Scripturarum, & alijs factis tam in curia Gubernatoris, quam in Rota taxatæ fuerunt in totum in ſcutis decem, licet Rota conſueuerit taxare ſimilem ſummam pro qualibet inſtantia, *vt in Maceraten. Hæreditatis 24. Ianuarij 1642. coram bon. mem. Bichio, in dicta Oſcen. Expenſarum coram Me, & in Romana Domus 31. Ianuarij 1652. coram R.P.D. meo Meltio.*

5 Vndè fruſtra conqueritur Antonins de exceſſu, cum potius hæres Cardinalis poſſet opponere de modicitate. Et quæ adducuntur circa merita cauſæ ceſſant ex reſcripto Signaturæ, quæ noluit illam committere, niſi ab exceſſiua tantum, & propterea ademit omnem aliam cognitionem *Bart. in l. 1. num. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. Ruin. conſ. 45. num. 13. lib. 1. Rot. coram ſa. me. Greg. dec. 465. n. 5.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA HABITVS.

Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Nobilitas ad effectum ſuſceptionis habitus Religionis Hieroſolymitanæ quomodo probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas probatur ex Teſtibus.*
2 *Et hoc procedit, etiam ad effectum admiſſionis ad habitum Religionis Hieroſolymitanæ.*
3 *Nobilitas reſultat ex Teſtibus, deponentibus aliquem & Maiores ſuos habitos fuiſſe, & haberi pro Hydalgis.*
4 *Nobilitas probatur ex Teſtibus, deponentibus de publica voce, & fama.*
5 *Nobilitas in antiquis admittit etiam leniores probationes.*
6 *Teſtibus, reddentibus bonas, & concludentes rationes ſui dicti, fides adhibenda venit.*
7 *Teſtis Sacerdos, & in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus magis probat.*
8 Hydalgos *verbum quid ſignificet.*
9 *Nobilitas, ad effectum ſuſcipiendi habitum, quomodo probari debeat iuxta ſtabilimenta Religionis.*
10 *Tempus antiquum in probationibus intelligitur tempus triginta annorum.*
11 *Nobilitati non præiudicat officium Depoſitarij Iurium Regni, tanquam honorificum.*
12 *Probatio incumbit illi, qui excipit de aliquo defectu.*
13 *Sententiæ videtur acquieſcere, qui ab ea non appellat.*

DECISIO CCLXVI.

CVPIENS Felix de Mirò ſuſcipere Habitum S. Religionis Hieroſolymitanæ, obtinuit Commiſſarios, pro recipiendis probationibus, qui cum retulerint, ipſum habere qualitates, & requiſita neceſſaria quoad duo latera de Myrò, & de Ayala; reſpectu vero Iſabellæ Alberolæ Auiæ Paternæ, & Hieronymi Audinet Aui Materni, probationes eſſe defectuoſas, & iuxtà eorum relationem pronunciauerit tam Conſilium Ordinarium, quam completum; Dubitaui in gradu appellationis, mihi commiſſæ, an conſtet de Nobilitate, & poſt iteratam propoſitionem examinatis nouis Teſtibus, Domini hodie cenſuerunt conſtare de Nobilitate.

1 Etenim Teſtes, & in partibus, & in Curia examinati deponunt expreſsè, illos de Alberola, à quibus Iſabella Originem trahit, eſſe antiquiſſimos, & deſcendentes à Ciuibus honoratis, & Nobilibus, ac ſemper vixiſſe ex proprijs redditibus cum decore, & dignitate, nullam artem exercendo, necnon ſemper fuiſſe habitos, & reputatos pro Hydalgis notorijs di Sangue, Nome, Armi, & Antichità conoſciuta, ſemperque gauiſos fuiſſe, & nunc gaudere Priuilegijs militaribus, ex quorum propterea depoſitionibus reſultare ſufficientem probationem Nobilitatis, tradit *Bart. in l. prima num. 101. C. de dignit. lib. 12. Felin. in cap. ſuper eo il ſecondo num. 5. verſ. Tamen dicas de Teſtibus, Socin. Sen. conſ. 246. num. 3. lib. 2. Couar. var. lib. primo cap. 16. num. 19. Menoch de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 670. n. 4. Rot. coram Seraph. dec. 207. n. 5. & coram Mantic. dec. 317. n. 2.*

2 Et in terminis de Nobilitate, ad effectum admiſſionis ad Habitum Religionis Hieroſolymitanæ, pluries firmauit *Rot. vt in deciſ. 248. num. 1. & deciſ. 290. nu. 4. poſt ſecundum vol. conſ. Farin. coram Caualer. deciſ. 60. per totam, coram Buratt. deciſ. 358. num. 1. & ſeqq. in rec. deciſ. 551. n. 1. par. 4. in Neritonen. Habitus 26. Iunij 1617. coram bon. me. Cardinali Veroſpio Seniore*, & paſſim in alijs, & de Hydalgis dictum fuit *in Toletana Habitus*
3 *13. Maij 1624. coram Pirouano, Duran. deciſ. 294. num. 9. & ſeqq. cum alijs coram Merlin. deciſ. 164. num. 12.*

4 Nec refert, quod iidem Teſtes affirment, Iſabellam eſſe Ciuem loci, & Oppidi de Xabea, quod prætenditur Baronale, quia addunt etiam, Ipſam deſcendere ab Alberolis Hydalghis, & Infenſonibus Regni Aragoniæ, qui ſub Rege Iacobo plurimum inſudarunt in expulſione Maurorum, & cum deponant de publica voce, & fama optimè probant in hac materia, vt inquit *Bald. in l. prouidendum num. 2. C. de poſtul. Guidop. deciſ. 359. in fine, Rot. coram Verall. deciſ. 277. nu. 5. par. 1. & deciſ. 6. par. 2. & coram Caualer. deciſ. 68. n. 2.*

5 Præſertim in materia antiqua vltra 60. annos, in qua ſufficere leuiores probationes, etiam per Indicia, voluit Rota ſequendo doctrinam *Baldi in l. cum ſemper, C. de rei vendicat. deciſ. 290. num. 10. poſt 2. vol. conſ. Farinac.* & per Teſtes de auditu *Franc. Aretin. conſ. 37. n. 1. & ſeq. Rot. in Cæſaraugnſtana Beneficij de Linares 22. Iunij 1643. coram bo. me. Bichio.*

6 Et ex iiſdem Teſtibus remanet abundè iuſtificata Nobilitas reſpectu Hieronymi de Audinet Aui Materni, dum aſſeueranter deponunt, viros huius familiæ eſſe Hydalgos Notorios ex Sanguine, Armis, & cognita vetuſtate, ac pro talibus fuiſſe habitos, & haberi & reputari, reddentes optimas, & conclu-

cludentes rationes ſul dicti, quibus propterea
fidem adhibendam eſſe, probat *text. in l. ſolam
C. de Teſtibus, Toletana Decimarum de Vercial 26.
Iuny 1654. coram bon. mem. Dunozetto.* Maximè
7 cum duo ex illis nouiſſimè examinati ſint
Presbyteri, & alter in dignitate Eccleſiaſtica
conſtitutus *gloſſ. in can. Monachus verb. quorum 77.
diſt. Aym. conſ. 257. num. 1. & 2. Rot. coram ſan. mem.
Greg. deciſ. 351. num. 10. & in Romana, ſeu Auxima-
na Donationis 9. Decembris 1641. coram bon. mem.
Peutingerio.*

8 Nam Verbum *Hydalgos* Hiſpano ſermone
antiquam, & eximiam nobilitatem importat
*Teſte Conarr. pract. queſt. cap. 19. num. 7. Guttierez
quaſtion. Ciuil. lib 3. cap. 4. queſt. 13. nu. 231.* & latè
comprobat *Ottalor. de Nobilitate par. 2. cap. 3. n. 1.
& ſeqq.* vbi in ſpecie, *num. 3.* ait, quod los Hy-
dalgos ſunt magis Nobiles, quam ſint Equi-
tes, & firmauit *Rot. coram Duran. deciſ. 294. nu. 9.*
Et quod Hydalgus propriè dicatur ille, qui à
Patre, Auo, & Abauo Nobilis exiſtit, & à
claro, ac nobili Sanguine deſcendit, tradit
idem *Ottalor. vbi ſupra numer. 1. Garz. de Nobilit.
Hiſpan. gloſſ. 7. num. 17. verſ. 4. ad idem, Hieronymus
Leo deciſione Valentia 24. n. 73. lib. 3.*

9 Non obſtat, quod iuxtà ſtabilimenta Reli-
gionis requiratur probatio non ſolum Nobi-
litatis generoſæ, ſed etiam Inſignium, & il-
lorum vſus, quia dum prædicti Teſtes, & ſi-
gnanter vltimi in Curia examinati deponunt
explicitè, illos de Alberola, & de Audinet eſ-
ſe Hydalgos in Sanguine, & Armis notorijs,
& in ſpecie affirmant de Antiquitate Armo-
rum, & de Immemorabili, vtique huiuſ-
modi requiſitum controuerti non poteſt,
vt bene ponderat *Rota coram Merlin. deciſ. 164.
num. 10. vbi num. 16. & 17.* reddit rationem, quia
10 in Probationibus appellatione antiqui intel-
ligitur tempus centum annorum *Aym. de an-
tiq. temp. vbi de communi par. 1. cap. 1. num. 4. Ruin.
conſ. 34. num. 11. lib. 1. Rot. coram Verall. deciſ. 28.
num. 4. par. 1.*

11 Non obſtat, quod Auus, & Frater Felicis
exercuerint officium Depoſitarj Iurium Re-
gni, quia id non præiudicat Nobilitati eiuſ-
dem familiæ, maximè cum officium ſit ho-
norificum ſolitum conferri perſonis fide di-
gnis, & ex Nobili, & præclaro Sanguine ge-
nitis, vt deponunt Teſtes *Sum. Felicis num. 15.*
& probat ipſa obſeruantia *Mantic. deciſ. 317. n. 4.
Buratt. deciſ. 42. num. 5. & deciſ. 358. num. 2. & in re.
deciſ. 167. n. 3. par. 7.*

12 Demum non obſtant, quæ contra Patrem
Euphemiæ Auiæ Maternæ eiuſdem Felicis
fuerunt deducta; quia non apparent ſufficien-
ter iuſtificata, prout plenè, & concludenter per
Religionem probari deberent, vt voluit *Rota
coram Buratt. dec. 358. ſub n. 9. verſ. & ita viſum,* &
in omnem caſum cum Nobilitas ex latere
13 prædicto fuerit per Commiſſarios admiſſa, &
per vtrumque Conſilium approbata, & pars
non appellauerit, ex his apparet exceptionem
eſſe calumnioſam, quia non appellando cenſe-
tur acquieuiſſe *Rot. dicta dec. 357. num. 1. & 2. co-
ram Buratt.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI
Io: Andreæ de Bologninis.

Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario datur immiſſio probatis re-
quiſitis neceſſarijs, nec retardatur ſub præ-
textu Diuiſionis, factæ à Grauatis, ſi Ipſe
non ſit hæres Diuidentium, minuſque per
alias exceptiones, quando illæ ſunt turbidæ,
& illiquidæ.

SVMMARIVM.

1 *Fide commiſſario datur immiſſio, conſtito de fidei-
commiſſo de illius purificatione, & de identitate
bonorum.*

2 *Fideicommiſſum dicitur purificatum eueniente caſu,
in teſtamento expreſſo.*

3 *Status perſonæ probatur ex Deciſionibus inter Par-
tes editis.*

4 *Probationes ſuper ſtatu perſonæ faciunt ius quoad
omnes, & fortius inter ipſas Partes.*

5 *Bona fuiſſe in bonis fideicommittentis, probatur ex
aditione hæreditatis, & ex Diuiſione facta inter
primos hæredes.*

6 *Identitas Bonorum probatur ex enunciatiua, facta
per Teſtatorem in eius Teſtamento.*

7 *Fideicommiſſario datur immiſſio ſuper bonis ſubro-
gatis in locum bonorum alienatorum, prout daretur
ſuper ipſis bonis alienatis.*

8 *Donatio cum pacto reſolutiuo in euentum alicuius
conditionis, ea purificata, expirat.*

9 *Pactum reſolutiuum, appoſitum in donatione, non tol-
litur per verba ſubſequentia, adiecta demonſtratiuè
ad certum effectum.*

10 *Verbum* perueniat *non importat neceſſitatem, ſe
regulatur ſecundum iuris diſpoſitionem.*

11 *Fideicommiſſum non remittitur per Diuiſionem
quando adeſt proteſtatio in contrarium.*

12 *Diuiſio, facta ab hæredibus grauatis, non poteſt
præiudicare fideicommiſſario, venienti ex iure
proprio.*

DECISIO CCLXVII.

1 IMMISSIONEM petitam à Thadæo de
Bologninis ſuper bonis fideicommiſſarijs
Ioannis Andreæ cenſuerunt Domini, eſſe con-
cedendam, quia docet de fideicommiſſo, in-
ſtituto ab eodem Io: Andrea, de purificatione
ad eius fauorem, necnon de identitate bono-
rum, quibus concurrentibus fideicommiſſa-
rio dandam eſſe immiſſionem, vel ex remedio
l. fin. vel vtilis Salu. interdicti, firmat *Gabr. conſ. 44.
num. 4. & ſeqq. lib. 2. Rot. in recent. deciſ. 368. num. 1.
par. 5. coram Merlin. deciſ. 312. num. 1. & 2. & in Fa-
nen. bonorum 19. Iuny 1648. coram bon. mem. Ar-
guelles.*

2 Fideicommiſſum eſt literale: Nam Teſta-
tor, inſtitutis hæredibus Iulio Cæſare, & alijs
pluribus ex familia de Bologninis, illiſque, &
eorum deſcendentibus inter ſe inuicem, & re-
ciprocè ſubſtitutis, in caſum obitus omnium
ſine

Digitized by Google

ſine maſculis, ex legitimo matrimonio procreatis, ſubſtituit legitimatos, & eorum deſcendentes in infinitum. Vndè cum omnes deceſſerint ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ſolum ſuperſit Thadæus filius legitimus ex Maximiliano, legitimato per ſubſequeus matrimonium, vtique de eius vocatione non poteſt dubitari, cum venerit caſus expreſſus in Teſtamento, iuxta notata per *Bellon. Senior. conſ. 19. num. 3. Rota deciſ. 436. num. 1. par. 1. recent. Merlin. dec. 554. num. 10.* & fuit dictum *in Bonon. fideicommiſſi 28. Iunij 1651. coram me, & in Cathacen. hæreditatis 28. Apr. 1653. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro.*

3 Prout pariter dubitati nõ poteſt, quod Thadæus ſit filius legitimus, & naturalis Maximiliani, & quod ipſe Maximilianus ſit filius Cæſaris legitimatus per ſubſequens matrimoniũ, nam id plenè concludũt deciſiones inter partes editæ, & ſignanter *ſub die 29. Februar. 1644. & 24. Maij 1645. coram Reuerendiſſimo Terracinen. & coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 251. & 252. per totas.*

4 Probationes enim, factæ ſuper deſcendentia, & legitimitate, occaſione fideicommiſſi Bartholomæi, & Ioannis Mariæ, & ſententię in illarum executionem latæ, citatis, & contradicen. Aduerſarijs, tamquam ſuper ſtatu perſonæ, operantur in quocumque Iudicio, & faciunt Ius quoad omnes; fortius inter ipſas Partes *ad Text. in l. ingenuum ff. de ſtat. hom. Rota poſt 2 volum. conſ. Farinacc. deciſ. 6. nu. 2. dec. 315. num. 6. & deciſ. 343. num. 1. coram Comitul. dec. 102. n. 1. & ſeqq. & coram Caualer. deciſ. 575. n. 8.*

5 Demum, quod bona, ſuper quibus immiſſio petitur, fuerint in bonis fideicommittentis, probatur ex Inſtrumento aditionis hæreditatis, factę per Cæſarem, necnon ex diuiſione ſecuta inter primos hæredes grauatos, *Natt. conſ. 235. n. 15. Peregr. de fideicom. art. 44. nu. 5. Rot. coram Merlino dec. 244. n. 9. & in Bonon. fideicommiſſi 5. Dec. 1650. coram me.*

6 Et vlterius reſpectu Palatij concurrit deſcriptio, facta per eundem Ioannem Andream in eius Teſtamento, iuxta not. per *Bald. conſ. 89. nu. 3. lib. 1. Rota coram Eminentiſs. Otthobono dec. 28. num. 18. & in Bonon. fideicommiſſi de Amorinis 18. Maij 1648. & 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo*
7 *Meltio*. Et quoad Canonem, qui ſoluitur à DD. de Pepulis, iuſtificatur ſufficienter identitas, quia apparet ſubrogatus in locum vnius Domus hæreditariæ eiuſdem Io: Andreæ, deſcriptæ in eius Teſtamento, & comprehenſæ in diuiſione, vndè ſuper illo competit Immiſſio, prout competeret ſuper ipſa Domo *l. Imperator 72. §. cum autem, ff. de legat. 2.* & probat *Gratian.* qui alios cumulat *diſcept. foren. cap. 943. n. 8. & ſeqq. Rota in Camerinen. fideicommiſſi 4. Dec. 1606. coram ſa. me. Innoc. X. & in Romana Vineæ 2. Maij 1644. coram bo. me. Bichio.*

8 Nec ad retardandam Immiſſionem prædictam vrget obiectum ex aduerſo deductum, quod idem Ioannes Andreas donauit omnia bona ſuo Vincentio, Authori Aduerſariorũ, nam cum in donatione adſit pactum reſolutiuum, quod caſu quo tempore obitus donãtis ſupereſſent liberi, aut ſupereſſet vnus, vel pluries proximiores, qui ab inteſtato Vincentium excluderent à ſucceſſione ipſius Ioannis Andreæ, talis donatio euaneſcat, & ſit extincta; vtique dum ſpatio annorum 42. quo Ioannes Andreas ſuperuixit, natus fuit Cæſar, & alij proximiores, excludentes ipſum Vincentium ab inteſtato, vt eſt in confeſſo apud partes, donatio ipſo iure euanuit perinde, ac ſi facta non fuiſſet *ad text. in l. 1. ff. de donat. Grat. conſ. 50. num. 53. lib. 1. Rota in recent. deciſ. 12. nu. 39. & 40. & dec. 199. n. 11. & 12. par. 6. & coram Penia, iuxta impreſs. Venet. dec. 214. n. 2.*

9 Verba autem inferius adiecta, *& tunc bona donata deueniant ad dd. proximiores*, non excludunt reſolutionem eiuſdem donationis, ſed demonſtrant, quod eis tantum ſit præſeruata ſucceſſio ab inteſtato, vt bene in propoſito comprobat *Caſanat. conſ. 45. num. 1. & ſeqq. conſ. 48. à num. 31.* vbi reſpondet con-
10 trarijs, *& conſ. 51. per tot. Gabr. conſ. 112. num. 8. lib. 1.* qui ponderat verbũ illud *perueniat*, quod non importat neceſſitatem, ſed regulatur ſecundum iuris diſpoſitionem ab inteſtato, ex not. per *Menoch. 1143. n. 26.*

11 Quibus ſtantibus potuit Io: Andreas de bonis prędictis liberè diſponere, & ſuper eis fideicommiſſum conſtituere, quod non poteſt dici remiſſum, & ſublatum per diuiſionem factam à grauatis cum clauſula *ad habẽdum, & quicquid placuerit facien.* quia in diuiſione adeſt expreſſa proteſtatio, quod per illam non cenſeatur præiudicatum dicto fideicommiſſo, quæ proteſtatio, excludit quamcumque pętenſam remiſſionem, & renunciationem fideicommiſſi, *Grat. conſ. 29. num. 19. & ſeqq. & conſ. 126. num. 41. verſ. Nihilominus aperta fronte lib. 2. Rolan. conſ. 51. num. 16. verſ. Si ergo lib. 4. Becc. conſ. 24. num. 17. & ſeqq.* & vltra plures cumulatos per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 593. num. 16. & 161.* firmauit *Rota in Bonon. fideicommiſſi 16. Aprilis 1649. & 24. Martij 1650. coram me.*

12 Et tamen, cum Thadæus veniat ex Iure proprio, non autem tanquam hæres diuidentium, talis diuiſio non poſſet illi præiudicare, *Menoch. præſump. 115. n. 59. lib. 3. Bald. conſ. 89. n. 9. & 10. lib. 1. Rot. in rec. dec. 86. n. 1. & dec. 155. nu. 2. & ſeqq. par. 4. to. 2. rec.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA PENSIONIS PALATII.

Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Solutio ex quibus præſumatur, & ex quibus excludatur, & in quibus caſibus habeat locum Textus in l. quicumque Cod. de Apoc. publ. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Creditum probatur ex Inſtrumento.*

2 *Solutio non præſumitur, niſi ab allegante concludenter probetur.*

3 So-

Digitized by Google

3 *Solutio, facta per tres annos continuos præſumitur etiam in præteritum in annuis præſtationibus.*

4 *Declara, vt hoc procedat contrà illum, qui exegit, & erat Dominus.*

5 *Solutionis præſumptio, deducta ex textu* in l. quicunque C. de Apoc. pub. lib. 10. *habet locum quando perſona, quæ recepit eſt ſemper eadem, ſecus ſi diuerſa.*

6 *Prout pariter non habet locum, ſi in quietantijs adſit clauſula* ſine præiudicio.

7 *Clauſula* omnia, & ſingula *non patitur reſtrictionem, & habet vim ſpecialis expreſſionis.*

8 *Literæ Cambij non probant, niſi appareant effectuatæ.*

9 *Literæ Cambij non præſumuntur effectuatæ, quando non exhibentur quietantiæ.*

10 *Solutio non præſumitur, quando pendente iudicio de ea non fuit oppoſitum.*

11 *Solutio alicuius partitæ non præſumitur, ſi in libro, in quo aliæ adnotabantur, non reperitur deſcripta.*

DECISIO CCLXVIII.

DOMINI de Manfronis, hæredes bon.
mem. Cardinalis Saulij ex perſona An-
tonij Patris condemnati fuerunt per ſenten-
tiam Rotalem, ad ſoluen. ſcuta 1329. 52. pro
reſiduo penſionum Palatij, aliàs per eundem
Cardinalem inhabitati. Vndè cum de viribus
dictæ ſententiæ dubitatum fuerit, Domini
reſponderunt pro illius confirmatione.

1 Etenim Creditum eſt indubitatum, reſul-
tans ex Inſtrumento publico, & ſolutiones in
hanc cauſam factæ, & iuſtificatæ tam per quie-
tantias, quam etiam ex partitis, deſcriptis in
libro particulari Cardinalis, omnes fuerunt
admiſſæ, & excomputatæ comprehenſis e-
tiam illis concernentibus reaptationem eiuſ-
dem Palatij, adeout pro dicta ſumma, pro
qua ſolutiones non apparent, Condemnatio
2 iuſtificatur, cum ſolutio ſit quid facti, & ple-
nè, & concludenter ab Allegante probari de-
beat *Aym. conſ. 313. num. 1. Natt. conſ. 226. num. 3. &
conſ. 569. eod. num. Rot. coram Merlin. deciſ. 322. n. 2.
& deciſ. 715. à num. 5.*

3 Nec placuit Dominis obiectum, deductum
ex l. quicumque C. de Apoc. pub lib. 10. releuante
Conductorem ab onere, probandi ſolutiones
antecedentes, dum docet de ſolutionibus fa-
ctis per tres annòs continuos; Nam Palatium
4 de quo agitur, adiudicatum fuit Marchioniſ-
ſæ Montoriæ authrici S. Domus Lauretanæ
de anno 1615. atque ideò ſolutiones factæ ei-
dem Marchioniſſæ, & quietantiæ ab ea repor-
tatæ pro annis 1621. 22. & 23. non poſſunt in-
ducere præſumptionem ſolutionis pro tem-
pore, quo ipſa non erat Domina, & penſio-
nes ad alios ſpectabant, & exigebantur à Cre-
ditoribus Epiſcopi Alerien. & Vincentij, &
Caroli de Pallauicinis, vt benè in propoſito
firmat *Menoch. de præſ. lib. 3. præſ. 139. num. 12. Ca-
telli an. Cott. in Memorial. verb. ſolutio in fine fol. mihi*
610. *Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 14. num. 73.* vbi
5 quod dicta præſumptio operatur, quandò per-
ſona, quæ recepit, eſt ſemper eadem, *Gratian.
cap. 716 num. 27. & ſeqq. & deciſ. Marchiæ 152. n. 5.*
Et vltrà plures cumulatos per *Carocc. de locat.
& conduct. par. 4. tit. de paleis, oliuis, & glandis n. 32.
& per Cenc. de Cenſib. qu. 87. num. 42.* dixit *Rot. in
Maceraten. Cenſuum poſt Zacch. de oblig. Camerali
deciſ. 254. n. 12.*

6 Maximè quia eadem Marchioniſſa non re-
cepit, nec quietauit ſimpliciter, ſed cum pro-
teſtatione, & clauſula ſine præiudicio omnium
& quorumcumque ſuorum Iurium, ibi *li qua-
li io piglio ſenza pregiudicio di tutte, & qualſiuoglia
mie ragioni*, quo caſu, non habere locum diſ-
poſitionem dicti Textus, tràdit *Menoch. dicta
præſ. 139. num. 30. lib. 3. Lucas de Penna in d. l. qui-
cumque col. 2. in princ. Io. Baptiſta Coſta, de retro-
tract. c. 8. caſu 14. n. 12. Thomat. dec. Marchiæ 2. n. 6.*

7 Clauſula enim *illa omnia, & ſingula* nullam
reſtrictionem patitur, ſed habet vim ſpecialis,
& indiuidualis mentionis, vt inquit *gloſſ. in cap.
vt circà verb. omnia, & ſingula de elect. in 6. Iaſ. in
l. 1. num. 24. ff. de legat. 1. Rot. in rec. deciſ. 160. num. 3.
par. 4.* cum alijs *in Melenitana pacti 12. Februarij
1654. coram me.*

8 Minus, ad diminuendam huiuſmodi ſum-
mam, fuerunt habitæ in conſideratione non-
nullæ literæ, in Summario datæ, in quarum
altera Ioannes Auguſtinus Iuſtinianus Credi-
tor illorum de Pallauicinis, & immiſſus in
poſſeſſionem dicti Palatij, ad effectum ſibi ſa-
tisfaciendi de ſuo credito, rogat Cardinalem,
vt ad computum dd. penſionum velit ſolue-
re ſcuta 380. Inureis Mercatoribus Ianuenſi-
bus, & altera eorumdem de Inureis, qui in-
ſtant, ſimilem ſummam conſignari Marchio-
ni Vincentio Iuſtiniano, nam cum dictæ lite-
ræ non appareant effectuatæ, nec ſecuta ſolu-
tio eſto quod eſſent in actis productæ, & re-
cognitæ nihil operarentur, vt in fortioribus
eſt *Text. in l. ſi debitorem 21. ff. de nouat. Bald. in l. ſi
literarum num. 1. C. de ſolut. Rot. poſt Pacif. de Salu.
dec. 49. n. 3. in rec. dec. 679. n. 2. par. 1. & coram ſa. me.
Greg. dec. 217. n. 1.*

9 Et eſt valdè veriſimile, quod dictæ literæ
non habuerint effectum ſuũ tum ex eo, quod
non exhibentur quietantiæ, quæ ſolent rema-
nere in manibus ſoluẽtis ex notatis per *Rimin.
Inn. conſ. 489. num. 9. lib. 5. Rot. coram ſan. mem. Greg.
deciſ. 188. n. 4. & 5. & deciſ. 253. n. 1. & coram Penia
iuxta impreſſionem Venetam deciſ. 575. nu. 22. & 23.*

10 Tum etiam quia Cardinalis pulſatus à Mar-
chioniſſa Montoria, ad ſoluen. de anno 1615.
non oppoſuit de tali ſolutione, vt ponderat
*Caſtr. conſ. 251. num. 1. & conſ. 282. nu. 3. lib. 1. Bece.
conſ. 103. n. 27. Rot. in rec. deciſ. 73. n. 12. par. 4. to. 2.*

11 Tum demum quia talis partita non reperi-
tur deſcripta in liberculo eiuſdem Cardinalis,
vbi aliæ apparent adnotatę *Herculan. de negatiua
n. 168. & ſeqq.* & in terminis *deciſ. l. quicumque tra-
dit Aym. conſ. 313. n. 5. verſ. nono dicta lex, Rot. coram
Penia dicta dec. 575. n. 25. & coram Duran. dec. 368.
n. 39. & in rec. dec. 716. n. 2. par. 3.*

Ex quibus, & alijs deductis in Deciſionibus
R.P.D. mei Meltij, & conceſſa Dominis de
Manfronis dilatione congrua, ad iuſtifican. di-
ctam partitam, tandem reſponſum fuit pro
confirmatione ſententiæ Rotalis partibus hinc
inde Informan.

BO-

Digitized by Google

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE Anſelmis.

Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus relictus Vxori vna cum filio hærede inſtituto debetur vtrique pro medietate, nec intrat inter eos ius accreſcendi, ſi datus fuerit ſubſtitutus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario datur immiſſio conſtito de requiſitis neceſſarijs.*
2 *Verbum in Communione totalem æqualitatem importat.*
3 *Vſusfructus relictus in communione cenſetur pro virili vnicuique attributus.*
4 *Communem rem ſi quis habet cum aliquo, dicitur vnuſquiſque habere medietatem.*
5 *Vſusfructus relictus alicui, & hæredi debetur vnicuique pro medietate.*
6 *Legatum factum hæredi non ſuſtinetur.*
7 *Vſusfructus ſi fuerit relictus hæredi, illum non conſequitur iure legati, ſed titulo hæreditario.*
8 *Verba debent intelligi, vt ſingula ſingulis congruè referantur.*
9 *Dictio vt ſupra eſt relatiua præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus.*
10 *Ius accreſcendi non habet locum, quando datus fuit ſubſtitutus.*
11 *Ius accreſcendi eſt quædam tacita ſubſtitutio.*
12 *Subſtitutio tacita ceſſat quoties adeſt expreſſa.*
13 *Ius accreſcendi videtur prohibitum à Teſtatore per ſubſtitutionem factam.*
14 *Vſusfructus inhærens proprietati dicitur cauſalis non autem formalis.*
15 *Vſusfructus cauſalis tranſiens ad ſubſtitutum non poteſt fieri formalis, ſed remanet in ſua natura.*
16 *Fideicommiſſario non retardatur immiſſio ob detractiones conſiſtentes in quota, ſed illa conceditur pro indiuiſo.*
17 *Detractiones conſiſtentes in quantitate impediunt quominus fideicommiſſario detur immiſſio.*

DECISIO CCLXIX.

LAVRENTIVS de Anſelmis in Teſtamento, per eum condito, inter alia diſpoſuit per hæc verba, *Item per ragione di legato, inſtitutione, & in ogni altro meglior modo, che di ragione far ſi può laſcia alla Signora Lucia ſua cariſſima Moglie il pieno, e libero vſo, & vſufrutto, e godimento, & entrata di qualſivoglia beni, in communione però con l'infraſcritto Bonifatio ſuo figliolo, & herede.* Quem filium in omnibus, & quibuſcumque bonis &c. heredem inſtituit, eiuſque filios maſculos legitimos, & naturales in infinitum, ſubſtituendo vnum alteri actiuè, paſſiuè, vulgariter, pupillariter, reciprocè, & per fideicommiſſum, Et moriente dicto Bonifacio ſine filijs, vel cum filijs, qui poſtea deficerent, ſubſtituit pro medietate Margaritam Anſelmam filiam eiuſdem Teſtatoris, eiuſque filios, & pro altera medietate Ioannem Antonium, & alios filios Eliſabettę pręmortuę, & filię pariter eiuſdem Teſtatoris, addita declaratione ſub his verbis,

Non volendo però detto Teſtatore in caſo di mancanza di detto Bonifatio ſenza figlioli, che detta Signora Lucia ſopraviuendo poſſa pretendere, hauere, ò conſeguire portione alcuna dell'heredità di detto Bonifatio ſuo figliolo.

1 Hinc mortuo Bonifatio ſine filijs dubitaui: An Margaritæ pręd ictę eſſet concedenda immiſſio pro medietate, & pro altera medietate filijs Iſabellę, & Domini reſponderunt affirmatiuè, quia probantur omnia requiſita neceſſaria ad hunc effectum iuxtà notata per *Peregr. de fideicomm. art. 43. & 44. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 614. & pluribus ſeqq. Rot. deciſ. 84. num. 1. & deciſ. 408. num. 7. par. 5. recent.* quo caſu datur immiſſio, vel ex remedio *leg. final. vel ex Saluiano Gabr. conſ. 44. num. 4. & ſeqq. lib. 2. Rot. coram Merlin. deciſ. 312. num. 1. & 2. in Fauen. Bonorum 19. Iunij 1648. coram bo. me. Arguelles, & in Bononien. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. coram Me.*

Nec ad impediendam immiſſionem prædictam, viſę fuerunt releuare duę difficultates exaduerſo excitatę: Altera, quod vſusfructus pręfatę hęreditatis relictus fuerit integer eidem Lucię: Altera verò, quod in omnem caſum portio Bonifatij fuerit illi acquiſita per ius accreſcendi.

2 Siquidem prima ceſſat ex eo, quod licet vſusfructus fuerit relictus ſub verbis importantibus plenitudinem, & totalitatem; Nihilominus eadem verba modificata fuerunt per clauſulam ſubſequentem, *In communione però con Bonifatio ſuo figliolo, & herede;* Verbum enim
3 *In Communione* totalem ęqualitatem pręſefert, & demonſtrat ęqualiter, & pro virili Lucię, & Bonifatio dictum vſumfructum fuiſſe relictum *Rota in Interamnen. Vſusfructus 20. Martij 1651. coram Reuerendiſſ. Domino meo Cerro Decano, Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 45. num. 30. & 31.* vbi quod ſi aliqua res eſt mihi communis cum aliquo vnuſquiſque habet medietatem in dicta re, & propterea attenta dicta communione, ęqualiter vſusfructus venit diuidendus, adeò vt medietas ſpectet ad Luciam, altera verò medietas ad Bonifatium, & poſt eius obitum ad ſubſtitutos *l. ſi quis Attio 8. ff. de vſu-*
5 *fruct. accreſc.* vbi quod vſusfructus legatus Attio, & hęredibus debetur vnicuique pro medietate, ibique *gloſſ. & Alberic. num. 2. l. quæ Pater 33. ff. famil. erciſc. Dec. conſ. 454. ſub num. 3. verſ. in ſecundo dubio, & num. ſeq. Ruin. ſibi contrarius conſ. 165. num. 7. lib. 3. Natt. conſ. 297. num. 1. Menoch. conſ. 578. num. 4. in fine verſ. tertia coniectura;* Et pluribus comprobat *Gratian. cap. 70. num. 49. & 50.*

6 Nec vrget *textus in l. planè 34. §. ſi duobus ff. de legat. 1.* vbi habetur, quod legatum, relictum duobus, quorum alter fuit hęres inſtitutus, reſpectu hęredis non ſuſtinetur, ſed acquiritur Collegatario ea ratione, quia à ſe ipſo hęredi legari non poteſt, & notat *Ruin. conſ. 39. num. 8. lib. 2. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 15. num. 213. Bellon. de Iur. accreſc. cap. 7. quæſt, 29. num. 120. & ſeqq.*

7 Quia

Digitized by Google

7 Quia obiectum poſſet fortaſſe procedere ſi
verè, & propriè ageretur de legato; Sed Bo-
niſatius non capit vſumfructum iure legati, &
tanquam legatarius, ſed illum retinet iure hę-
reditario, & tanquam hęres, vt explicat *Bart.
in l. huiuſmodi 86. §. ſi Titio ſub num. 1. verſ. ex hoc
apparet ff. de legat. 1. Bald. in l. vnica §. vbi autem
num. 1. circa finem verſ. vel ſubtilius il primo C. de
caduc. tollen.* & melius firmat *Zaſ. lib. 1. ſingular.
reſponſor. cap. 19. num. 6.* vbi adducit rationem,
quam dicit nouam, & à nemine tactam, ſed
veram, & neceſſariam, *Ruin. conſ. 33. nu. 4. & 13.
lib. 2. Cephal. conſ. 126. num. 14.* & tenuit *Rota in
Ceſenaten. Hæreditatis 16. Martij 1654. coram bon.
me. Peutingerio*.
8 Nec reſiſtunt verba exaduerſo ponderata,
ibi, *durante detto vſufrutto, e quello poi finito, e con
la proprietà conſolidato &c.* quaſi exindè videatur
excluſus totaliter ab eodem vſufructu. Nàm
illa debent intelligi de medietate ad Vxorem
ſpectante, per cuius obitum talis portio con-
ſolidabatur cum proprietate, quod clarius ap-
paret ex alijs verbis inferius poſitis, ibi, *durante
anco detto vſufrutto come ſopra laſciato*, quæ benè
demonſtrant, Teſtatorem noluiſſe facere no-
uam diſpoſitionem reſpectu vſusfructus, ſed ſe
referre ad antecedentem virtute dictionis, *vt*
9 *ſupra*, quæ eſt relatiua præcedentium cum
omnibus ſuis qualitatibus *Menoch. conſ. 144.
num. 14. Surd. conſ. 565. eodem num. & deciſ. 291.
num. 13. & 18. Rota coram Merlino deciſ. 93. num. 4.
& ſeqq.*
10 Ceſſat etiam, & altera difficultas de iure
accreſcendi; nam cum in medietate vſufructus
relicta Bonifacio dati fuerint ſubſtituti, non
intrat ius accreſcendi fauore Matris, vt aduer-
tit *Peregr. de fideic. art. 9. num. 13. & conſ. 59. num. 9.
lib. 1. Surd. deciſ. 152. ſub num. 1. & ſeqq.* vbi quia
11 ius accreſcendi eſt tacita ſubſtitutio, ſed vbi
12 adeſt ſubſtitutio expreſſa, ceſſat tacita; quod
etiam repetit *num. 13. & 17.* dicens, quod ſub-
13 ſtituendo Teſtator videtur prohibere ius ac-
creſcendi, & plures cumulat *Giouagn. conſ. 82.
num. 13. & 56. lib. 1. Rota deciſ. 463. num. 1. par. 4.
diuerſ.* Et maximè quia in caſu, quo Bonifa-
tius decederet ſine filijs, diſpoſuit, quod Lu-
cia nihil poſſet prætendere *Surd. conſ. 123. nu. 23.
ad med. verſ. & quando mandat*.
14 Et cum reſpectu dictæ medietatis vſusfru-
ctus non ſit formalis, ſed cauſalis inhærens
proprietati, vt declarat *gloſſ. in l. ſi mulieri 9.
verb. legatarios ff. de vſufruct. accreſc.* ibique *Ful-
goſ. nu. 4. Bart. in l. huiuſmodi 86. §. ſi Titio ſub nu. 1.
verſ. ex hoc apparet ff. de legat. 1. Bald. in l. vnica
§. vbi autem ſub num. 1. verſ. vel ſubtilius C. de ca-*
15 *duc. toll.* hinc ſequitur, quod ob prædeceſſum
Bonifatij, qui illum habebat, non potuit effici
formalis, ſed remanſit in ſua natura, & quali-
tate fauore ſubſtitutorum, penes quos extat
proprietas, vt benè pen. *Cephal. conſ. 126. nu. 11.
& ſeqq. Peregrin. conſ. 59. ad num. 3. lib. 1.* Et decla-
rando *textum in dicta l. ſi mulieri 9. ff. de vſufruct.
accreſc.* firmauit *Rot. in dicta Ceſenaten. Hæredita-
tis 16. Martij 1654. coram bo: me: Peutingerio*, vbi
ſubditur id facilius procedere quando filius
habet titulum inſtitutionis, Mater verò ſo-
lum titulum legati.
16 Sub prætextu verò legitimæ, & trebellia-
nicæ debitæ Bonifatio, cuius Lucia Mater hę-
res exiſtit, immiſſio retardari non poteſt, quia
cum illæ conſiſtant in quota, non autem in
quantitate, intrat immiſſio pro indiuiſo iuxtà
opinionem, quam ſeruat Rota tanquam ve-
riorem, & magis æquam, vt teſtatur *Buratt.
deciſ. 63. ſub num. 7. & ſeqq. Caualer. deciſ. 573. nu. 2.
& in rec. deciſ. 51. num. 20. part. 5.* Et concordan-
tes adducunt *Adden. ad ſan: mem: Gregor. deciſ. 185.
num. 4.*
17 Remanet difficultas quoad libras 20. mil. per
Bonifatium ſoluendas ex præcepto Teſtatoris
Eliſabettæ Sorori, quę vti hæres eiuſdem Bo-
nifatij pro medietate prætendit retinere bona
fideicommiſſi, vnde cum huiuſmodi detra-
ctio ſit certa, & conſiſtat in quantitate, non
poſſet fideicommiſſarijs concedi immiſſio, vt
dixit *Rota coram Buratt. deciſ. 946. num. 1. & ſeqq.
& in Romana fideicommiſſi de Pediconis 25. Iunij
1657. coram Me*, ſed quia huiuſmodi detractio
non controuertitur, ideò ſolutis dictis libris
20. mil. DD. pro immiſſione reſponderunt.
Vtraque &c.

ROMANA TRANSACTIONIS.

Veneris 28. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Oris aperitio aduerſus clauſulam *ſublata*, & ſimi-
les concedi ſolet concurrente aliqua rationa-
bili cauſa, & pro cauſa ſufficit probatio læſio-
nis, vel fumus illius.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* Arbitrio *temperat rigorem iuris.*
2 *Oris aperitio non infert præiudicium Parti.*
3 *Oris aperitio non tollit ſubſtantiam Gratiæ, ſed
modificat rigorem prouenientem ex clauſula* ſu-
blata.
4 *Oris aperitio concurrente aliqua rationabili cauſa
non ſolet denegari.*
5 *Cauſa autem iuſta, & rationabilis eſt probatio læ-
ſionis, vel fumus illius.*
6 *Tranſactio reſcinditur ex capite læſionis.*
7 *Approbans Inſtrumentum non poteſt amplius illud
impugnare.*
8 *Confeſſio probat contra confitentem, & habentem ab
eo cauſam.*
9 *Tranſactionem nemo impugnare poteſt, niſi prius re-
ſtituat accepta.*
10 *Fallit, quando tranſigens maiorem ſummam conſe-
qui debet.*
11 *Et hoc procedit præſertim in Eccleſia.*

DECISIO CCLXX.

INTER Patres Diſcalceatos Sanctæ Mariæ
de Mercede Donatarios Camillæ de Ca-
ualerijs, ac Petrum Vincentium illius præ-
ten-

Digitized by Google

Teſtibus, ſiue de auditu, ſiue nulliter examinatis.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum cauſa ad effectum remiſſoriæ reputatur prophana.*
2 *Remiſſoria in prophanis attenta releuantia datur etiam ſine fumo.*
3 *Remiſſoria datur, ad tollen. ſuppoſitum Deciſionis, quando ceſſat ſuſpicio calumniæ.*
4 *Immemorabilis tempus infinitum continet.*
5 *Remiſſoria conceditur non ſolum quando releuantia eſt clara, ſed etiam quando eſt dubia.*
6 *Remiſſoria in concedenda, ſi diſcuterentur merita cauſæ, præpoſteraretur ordo.*
7 *Remiſſoria in conceſſione ſufficit fumus, reſultans ex enunciatiuis antiquis.*
8 *Similiter fumus reſultans ex Teſtibus de auditu.*
9 *Item ex Teſtibus etiam nulliter examinatis.*
10 *Remiſſoria ſtante fumo conceditur etiam in gradu reſtitutionis in integrum.*
11 *Remiſſoria de nouo conceditur, quando materia articulata eſt noua.*
12 *Immemorabilis continet meliorem titulum de Mũdo.*
13 *Remiſſoria, vt iterum ſit concedenda, ſufficit, quod Articuli magis præciſè contineant materias, articulatas in partibus.*
14 *Remiſſoria conceditur per Rotam cum retardatione, vel ſine arbitrio, quando executio iam eſt cœpta.*

DECISIO CCLXII.

DVM Parochi, & Beneficiati Oppidi de Ocon ad formam ſententiæ Rotalis, & Deciſionis editæ coram me, inſtabant, procedi ad vlteriora pro executione rei iudicatæ, ad effectum conſequendi decimas contra Abbatem, & Monachos Sancti Prudentij, poſſidentes in eodem Territorio; productum fuit Inſtrumentum Concordiæ, initæ vſque de anno 1229. in qua conuentum extitit, quod pro bonis, ab ipſis poſſeſſis ante Concilium Lateranenſe, modicum quid eſſet præſtandum pro alijs verò acquiſitis poſt idem Concilium integram decimam deberent perſoluere.

Cum autem prædicti Parochi, habentes aſſiſtentiam Iuris pro Decimarum conſecutione, prætenderent, omnia bona exiſtentia intra limites ſuæ Parochiæ eſſe obnoxia huiuſmodi ſolutioni, itaut Monachi, excipientes de Tranſactione, & aſſerentes, illa fuiſſe acquiſita ante Concilium, deberent id omninò probare (prout in Deciſionibus firmatum fuit) ideò aſſumentes in ſe huiuſmodi onus dederunt in actis articulos, & ſuper illis inſteterunt pro remiſſoria, quam hodiè, diſputato dubio, cenſuerunt Domini, eſſe concedendam. Siquidem cauſa decimarum ad effectum remiſſoriæ
1 reputatur prophana, vt dixit *Rota in recent. deciſ.677.num.1. par.1. deciſ.715. eod.num. par.3.& deciſ.183. in princ par.4.& coram ſa.mem. Greg.deciſ.174.num.1.ibique Addent.num.7.& in Capritana Decimarum 26. Iunij 1647. coram Reuerendiſs. Terracinen.* & paſſim in alijs.
2 In prophanis autem, data releuantia materiæ articulatæ, etiam ſine fumo remiſſoria concedi debet per *text.in l.Iudices C. de fid. Inſtrum. Rota coram Puteo deciſ.324.in fin.lib.2.*cum pluribus relatis *in Anconitana pecuniaria 13.Maij 1643. coram bon.mem. Arguelles, & in Auenionen. Pecuniaria 25.Iunij 1649.coram Reuerendiſs. Tarracon.*
3 Releuantia videtur clara reſpectu articuli, in quo habetur, quod bona de Redal fuerunt acquiſita ante Concilium, quodque illa ſunt de Territorio de Ocon; nam data huiuſmodi probatione erunt comprehenſa ſub Concordia, & ceſſabit ſuppoſitum Deciſionis, quod bona prædicta non includantur in Territorio decimatorio, ad quem effectum dari remiſſoriam ceſsãte ſuſpicione calumniæ, firmauit *Rota coram Coccin.deciſ.10.ſub num.1.& 2. & deciſ.338.num.2.& 3.& coram Buratt.deciſ.829.n.1. & in Valentina Iuris ſedendi 15. Martij 1638. coram Cardinali Panzirolo.*
4 Eſt pariter clara reſpectu quarti, dum dicitur, quod bona ibi deſcripta fuerunt ab immemorabili tempore per Monachos ſemper poſſeſſa; Itaut nunquam fuerit viſum, vel auditum in contrarium, & cum alijs requiſitis, adductis per *gloſ.in cap. 1. verb. memoria de præſcript. in 6.* Nam immemorabilis infinitum tempus continet, vndè dempto etiam tempore decurſo poſt Concilium, adhuc ante Concilium tempus infinitum remanet iuxta celebre *Oldrad.conſ.254. num.18.& ſeqq. Moliu.de Hiſpan. Primog.lib.2.cap.6. num.46.& 47.Rota coram Seraph.deciſ.1367.num.3.& 4.* & latè firmatum fuit *in Placentina ſeu Abulen. Decimarum 12. Decemb.1650.coram me.*
5 Et tamen remiſſoria concedi ſolet, non ſolum quando releuantia eſt clara, ſed etiam quando videtur dubia, quia in dubio ſemper pro remiſſoria reſpondendum venit, vt firmauit *Rota coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ.82.num.2. & deciſ.119. num.4. in Aſculana ſucceſſionis 28.Iunij 1647. & in Toletana decimarum 16. Martij 1648.coram me.* Si enim omnia in
6 conceſſione remiſſoriæ venirent ſubtiliter diſcutienda, præpoſteraretur ordo, & ante factas probationes de illarum releuantia diſputaretur contra ea, quæ dixit *Rota in Hiſpalen. Decimarum 26. Iunij 1647. coram Eminentiſſimo Corrado, & in Peruſina penſionis 27.Aprilis 1648.coram bo.me.Peutingerio, & in Gerunden. Prioratus 5.Iulij 1649.coram bo.me.Dunozetto.*
7 Nec deficit fumus materiæ articulatæ, reſultans tam ex Inſtrumento donationis, factæ ab Alphonſo Rege Caſtellæ de anno 1184. & ſic ante Concilium Lateranenſe, in quo adeſt enunciatiua, quod Monaſterium S. Prudentij tunc temporis alia bona pariter donata poſſidebat, ibi. *Et omnes alias hæreditates, quas habetis, vt in Summ. num.* 2. Tum etiam ex Teſti-
8 bus datis *in Summ. num.4.* deponentibus, Monachos ſemper bona controuerſa poſſediſſe etiam de tempore Concordiæ, & licet deponant de auditu, adhuc pro fumo videntur ſuffi-
9 cere; Cum ille reſultet, & ex teſtibus nulliter examinatis *Caſſad.deciſ.3. num.2.de dilat. Merlin. deciſ.15.ſub num.2. & 3.* ac etiam ex examinatis ad perpetuam rei memoriam *Rot.coram ſa. me.*

Creg.

Digitized by Google

Greg.deciſ.163.ſub nu.1.& 2.& coram Buratt.deciſ. 824.num.8.

10 Hinc parum releuat, quod ſententia Rotalis tranſierit in iudicatum, quia cum fuerit commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, attento fumo, remiſſoria conçedi ſolet *Rota coram Caualer.deciſ. 170.num.2. deciſ.425. num.3.& deciſ.469.eod.num.& coram ſan.me.Greg.deciſ.276. num.2.ibique Adden. num.7.& coram Durano deciſ. 121.num.27.*

11 Non obſtat, quod in partibus fuerint producti aliàs articuli, & teſtes examinati, quia ex illorum lectura apparet, ibi non fuiſſe articulatam immemorabilē, prout articulatur in præſenti, & ſic materia eſt prorſus noua *Buratt.dec. 163.num.2.& 8. & deciſ.392. num.2.& 3.per text. in c. Fraternitatis de teſtib.* Immemorabilis enim vti continens meliorem titulum de Mundo, nunquam cenſetur excluſa *Caputaq. deciſ. 227. n.4.par.1.cum alijs in Toletana decimarum 16.Martij 1648.coram me.*

13 Imò ſufficit, quod articuli, nuper exhibiti, magis præcisè contineant materias, in partibus articulatas *Rot.in Rauennaten. Cenſus 8.Iunij 1618.coram bon.me.Manzan.& in recent.deciſ.183. num.3.verſ.vnde licet, par.4. & deciſ.266. num.13. part. 6. & coram Merlin.* vbi cumulantur concordantes, *deciſ.455. num.7. & deciſ.656.numer. 3. & 4.*

14 Vndè quamuis agatur de ſolutione decimarum, & executio dicatur cœpta per relaxationem executorialium, adhuc ſtante releuantia, & attento fumo, Domini pro conceſſione remiſſoriæ reſponderunt, ſed cum retardatione, vel ſine arbitrio:

Vtraque &c.

VITERBIEN. TRANSACTIONIS.

Veneris 14. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Voluntas Contrahentium circa quantitatem oneris ſuſcepti in ſoluendo deſumitur ex verbis, ex diſcretiuo modo loquendi, ex pactis adiectis in Inſtrumento & ex obſeruantia.

SVMMARIVM.

1 *Omiſſum in Contractibus habetur pro omiſſo, & non ſuppletur.*

2 *Expreſſio facta in vno caſu, & non in alio, importat diuerſitatem.*

3 *Diſcretiuus loquendi modus denotat contrariam Diſponentis voluntatem.*

4 *Dictio* liberè *adiecta ſolutioni importat obligationem ſoluendi abſque vlla exceptione, & diminutione.*

5 *Obſeruantia eſt optima interpres voluntatis Contrahentium.*

DECISIO CCLXIII.

CVM neutra Pars acquieſceret Deciſioni editæ ſub die 18. Iunij anni præteriti, in qua firmatum fuit, hæredes Dominici, & Tullij teneri ſoluere Paulo de Cioſis ſcuta decem mille monetæ, comprehenſis tamen ſcutis mille, de quibus fuit facta quietantia in Inſtrumento ſecundæ Diuiſionis, necnon etiam alijs ſcutis 900. ſolutis pro dote Cæciliæ: Hodiè repropoſita cauſa ſuper ijſdem Domini quoad partitam ſcutorum 900. cenſuerunt; Deciſionem eſſe reformandam.

Fundamentum reſolutionis fuit, quia licet in Inſtrumento primæ Diuiſionis inito de anno 1627. Dominicus, & Tullius promiſerint ex tertia parte bonorum ſpectāte ad Paulum Seniorem eorum fratrem ſoluere filijs, & hæredibus ſcuta 2500. & ex illis dotem Cæciliæ ſiue nupſerit in ſeculo, ſiue in Domino; Attamen in altero de anno 1634. præuia narratiua, quod ijdem patrui pro monachanda præfata Cæcilia nepte erogauerant de proprio ſcuta 900. necnon etiam plures expenſas fecerant promiſerunt ſoluere liberè Dominico, & Gregorio nepotibus ſuperſtitibus ſcuta 10000. monetæ, nempè ſcuta 1000. quæ ijdem faſſi fuerunt habuiſſe, & recepiſſe manualiter & incontanti ante celebrationem dicti Inſtrumenti, ſcuta 4000. intrà biennium, & ſcuta

1 5000. poſtquam Gregorius compleuerit annum 25. Vndè cum nihil dixerint de excomputatione dotis Cæciliæ, præſumitur illa conſulto omiſſa *ad text.in l. quicquid adſtringendæ 99. ff.de verb. obligat. Alex.conſ.46. num. 4. lib.2.* vbi quod in Contractibus omiſſum habetur pro omiſſo, nec ſuppleri debet, quod repetit *Pariſ.conſ.117.num.6.& ſeqq.lib.1. Surd.conſ.18.n.8. conſ.127. num.34. & conſ. 150. num. 32.& 33.* & comprobat *Caualcan. deciſ.34.nu.10.& 24.lib.4. Rot.dec.78.n.6.par.2.rec.*

2 Idque facilius firmatum fuit, quia in eodem Inſtrumento apparet facta expreſſa mentio de comprehenſione ſcutorum 2500. quæ fuerant promiſſa in antecedenti Inſtrumento, ibi: *computatis ſcutis 2500. alias promiſſis in Inſtrumento Diuiſionis,* Et tamen de comprehenſione, & computatione ſoluti pro dote Cæciliæ, & pro præſtatione annua ſcutorum 24. ne verbum quidem legitur in Inſtrumento, ſignum euidens, quod illa non intellexerunt excomputare *per text.in cap.ad audientiam de decim.Surd.conſ.452.num.13. Rot.in recen.deciſ.498. ſub num. 5. verſ. & quod veriſſima par. 4.* Nam

3 diſcretiuus loquendi modus denotat contrariam Diſponentium voluntatem *Corn.conſ.90. num.6.lib.3.Rot.in recent.deciſ.667.num.5.par.2.& deciſ.28. num.24. par.8.* & latè firmatum fuit *in Auenionen. fideicommiſſi 22. Aprilis 1652. coram Me.*

4 His accedit dictio *liberè* adiecta ſolutioni ſcutorum 10000. ibi promiſerunt dare & cum effectù ſoluere dictis eius Nepotibus præſentibus ſcu. 10000. monetæ *liberè &c.* quod verbum importat obligationem ſoluendi abſque vllo onere, diminutione, & excomputatione,

rum 2600. quodque Ipſe non negauit Debitum, imò dixit: *Io più volte gl'hò confeſſato queſto debito, & l'hò voluto aggiuſtare per polizza, mà già che lui non hà voluto accettare il partito s'incamini per giuſtitia, e faccia quello che le pare.* Alter verò licet non audiuerit ſummam petitam, concordat tamen in reliquis ſuper eadem reſponſione. Et vltrà depoſitionem dd. Teſtium
9 adeſt Computum huiuſmodi Crediti tranſmiſſum ab Angelino, & à Ioanne Luca per multum tempus retentum, & deindè in actis productum, ex quo etiam inſurgit non modica præſumptio huius veritatis, nam recipiens computum, & illud retinens ſine contradictione videtur fateri contenta in eodem computo eſſe vera, præſertim quando illud producit ad fundandam intentionem ſuam, etiamſi id faciat per compulſum, *Rot. deciſ. 361. nu. 2. & 3. par. 4. rec. per text. in l. filius familias 18. ff. ad S.C. Macedon. Menoch. de arbitr. caſ. 94. n. 8.*

10 His accedunt quamplures Apocæ iuſtificantes huiuſmodi Creditum in notabili quãtitate, adeout cum Creditum ſit indubitatum, & ſola quantitas reuocetur in dubium illa contentetur leuioribus probationibus, vt notat *Dec. conſ. 536. num. 12. Surd.* qui plures cumulat *conſ. 94. num. 26. Rot. in rec. deciſ. 237. num. 7. par. 4. tom. 2. & coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 324. num. 4.*

11 Non obſtat, quod oblatio facta fuerit die 16. Aprilis 1643. & tamen poſt dictum tempus appareant ſoluta ſcuta 850. per quam ſolutionem ceſſauit huiuſmodi creditum, quia ſolutio facta poſt oblationem continet causã expreſſam debiti cum Panzerio, & Cincio, pro quo debito Io: Lucas erat obligatus in forma Cameræ; Ideo, cum habeat Cauſam expreſſam, in aliam imputari non debet *l. 1. in princ. ff. de ſolut. Rot. in Sabinen. dotis, ſeù pecuniaria 1. Iulij 1609. coram Sacrato, coram ſan. mem. Greg. deciſ. 366. n. 4. coram Merlin. dec. 493. n. 6. & 7. & in rec. 293. n. 5. & 6. par. 5.*

12 Nec refert, quod dictæ partitæ crediti cum eodem Panzerio, & Cincio contineantur in computo tradito, per Angelinum, quia ideò ibi reperiuntur deſcriptæ, ex quo Angelinus ad Inſtantiam Aduerſarij ſe interpoſuerat cum iiſdem creditoribus, & oretenus illas promiſerat ſoluere, prout vnam ſoluit reportata Iurium ceſſione, ſed poſtquam Io: Lucas ſatisfecit præuia mandati relaxatione, de eis amplius non fuit habita ratio, vt apparet ex poſitionibus datis, in quibus dictæ duæ partitæ non fuerunt deſcriptæ, ſed tantum partitæ mutui; Vndè oblatio non potuit verificari in credito iam extincto per ſolutionẽ, & ad quod ſoluendũ nullo modo compelli poterat, *l. cum ex pluribus 103. ff. de Solut. Rot. in Romana Societatis poſt Marcheſ. de Com. part. 1. fol. 843. num. 2. in fine.*

13 Et tollitur difficultas, quia poſt ſequutam dictam ſolutionem, idem Io: Lucas de anno 1650. ſcripſit Caſtagnino, vt curaret, quod Angelinus in ſatisfactionem ſui Crediti reciperet cenſum ſcutorum 800. in ſorte vna cum fructibus, impoſitum à Comite Stella, ſignum euidens, quod prima ſolutio facta Panzerio, & Cincio ceſſit in extinctionẽ dicti debiti particularis, nec in cauſam mutui eum Angelino referri poteſt. Huiuſmodi autem literæ quamuis directæ Caſtagnino, non autem ipſi Creditori de æquitate Canonica probant contra ſcribentem, qui eas recognouit, vt notat *Abb. in cap. 2. num. 8. ibique Dec. num. 15. de fid. inſtrum. Menoch. de arbitr. caſ. 94. num. 9. Rot. in Viterbien. Cenſus 7. Iunij 1638. coram bon. mem Card. Verospio Iun. & in Romana Diuiſionis 20. Iunij 1639. coram bo. me. Bichio,* vbi de vetiori.

Et ita vtraque &c.

ROMANA SALARII.

Lunæ 17. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Expenſæ quænam ſint iudiciales, quæ verò extraiudiciales, & quomodo ſit facienda illarum taxatio.

SVMMARIVM.

1 *Exceſſus non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Expenſæ iudiciales, ſeù viuæ quæ dicantur.*
3 *Expenſæ iudiciales integrè reſici debent.*
4 *Expenſæ extraiudiciales tãxari ſolent à Rota in ſcutis decem pro qualibet inſtantia.*
5 *Dictio* tantum *eſt reſtrictiua, & limitatiua.*

DECISIO CCLXV.

ANTONIVS Campius olim Auditor clar. me. Cardinalis Zachiæ non ſolum ſuccubuit in iudicio, moto contra eius hæredem pro prætenſo Salario, ſed etiam in expenſis fuit condemnatus. Vnde commiſſa mihi cauſa ab exceſſiua taxatione tantum, propoſui Dubium ad formam dicti reſcripti, & negatiuè reſponſum fuit.

1 Siquidem exceſſus non præſumitur, niſi probetur. vt tradit *Maſcard. de probat. concl. 696. num. 11. Cyriac. contr. 5. num. 13.* & in his terminis taxationis expenſarum firmauit *Rota in Romana Expenſarum 14. Iunij 1649. coram Eminentiſſimo Corrado, & in alia Romana Expenſarum 16. Febr. 1654. coram bo. me. Dunozetto.*

In præſenti verò caſu tantum abeſt, quod
Campius de illo doceat, quod imò conſtet
de contrario, expenſæ enim taxatæ ſunt in du-
plici differentia, aliæ iudiciales, & quæ viuæ
appellantur, & aliæ extraiudiciales. Iudicia-
2 les igitur quæ conſiſtunt in Regeſtro, Citatio-
nibus, examine teſtium, nota ſententiæ, &
ſimilibus, tamquam plenè iuſtificatæ ex actis
3 integrè reſici debent, & abſque vlla dimi-
nutione *iuxtà text. in l. properandum 11. §. ſin autem C. de Iudic.* & vltrà relatos per *Add. ad Buratt. deciſ. 921. nu. 12.* firmãtum fuit *in Oſcen. Expenſarum 5. Iulij 1649. coram Me, & in Firmana Beneficij 24. Martij 1656. coram R. P. D. meo Albergato.*

4 Et extraiudiciales pro mercede Procurato-

Digitized by Google

ris, & Aduocati, pro copia Scripturarum, & alijs factis tam in curia Gubernatoris, quam in Rota taxatæ fuerunt in rotum in ſcutis decem, licet Rota conſueuerit taxare ſimilem ſummam pro qualibet inſtantia, *vt in Maceraten. Hæreditatis 24. Ianuarij 1642. coram bon. mem. Bichio, in dicta Oſcen. Expenſarum coram Me, & in Romana Domus 31. Ianuarij 1652. coram R. P. D. meo Meltio.*

5 Vndè fruſtra conqueritur Antonins de exceſſu, cum potius hæres Cardinalis poſſet opponere de modicitate. Et quæ adducuntur circa merita cauſæ ceſſant ex reſcripto Signaturæ, quæ noluit illam committere, niſi ab exceſſiua tantum, & propterea ademit omnem aliam cognitionem *Bart. in l. 1. num. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. Ruin. conſ. 45. num. 13. lib. 1. Rot. coram ſa. me. Greg. dec. 465. n. 5.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA HABITVS.

Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Nobilitas ad effectum ſuſceptionis habitus Religionis Hieroſolymitanæ quomodo probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas probatur ex Teſtibus.*
2 *Et hoc procedit, etiam ad effectum admiſſionis ad habitum Religionis Hieroſolymitanæ.*
3 *Nobilitas reſultat ex Teſtibus, deponentibus aliquem & Maiores ſuos habitos fuiſſe, & haberi pro Hydalgis.*
4 *Nobilitas probatur ex Teſtibus, deponentibus de publica voce, & fama.*
5 *Nobilitas in antiquis admittit etiam leuiores probationes.*
6 *Teſtibus, reddentibus bonas, & concludentes rationes ſui dicti, fides adhibenda venit.*
7 *Teſtis Sacerdos, & in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus magis probat.*
8 Hydalgos *verbum quid ſignificet.*
9 *Nobilitas, ad effectum ſuſcipiendi habi. m, quomodo probari debeat iuxta ſtabilmenta Religionis.*
10 *Tempus antiquum in probationibus intelligitur tempus triginta annorum.*
11 *Nobilitati non praiudicat officium Depoſitarij Iurium Regni, tanquam honorificum.*
12 *Probatio incumbit illi, qui excipit de aliquo defectu.*
13 *Sententiæ videtur acquieſcere, qui ab ea non appellat.*

DECISIO CCLXVI.

CVPIENS Felix de Mirò ſuſcipere Habitum S. Religionis Hieroſolymitanæ, obtinuit Commiſſarios, pro recipiendis probationibus, qui cum retulerint, ipſum habere qualitates, & requiſita neceſſaria quoad duo latera de Myrò, & de Ayala; reſpectu vero Iſabellæ Alberolæ Auiæ Paternæ, & Hieronymi Audinet Aui Materni, probationes eſſe defectuoſas, & iuxtà eorum relationem pronunciauerit tam Conſilium Ordinarium, quam completum; Dubitaui in gradu appellationis, mihi commiſſæ, an conſtet de Nobilitate, & poſt iteratam propoſitionem examinatis nouis Teſtibus, Domini hodie cenſuerunt conſtare de Nobilitate.

1 Etenim Teſtes, & in partibus, & in Curia examinati deponunt expreſsè, illos de Alberola, à quibus Iſabella Originem trahit, eſſe antiquiſſimos, & deſcendentes à Ciuibus honoratis, & Nobilibus, ac ſemper vixiſſe ex proprijs redditibus cum decore, & dignitate, nullam artem exercendo, necnon ſemper fuiſſe habitos, & reputatos pro Hydalgis notorijs di Sangue, Nome, Armi, & Antichità conoſciuta, ſemperque gauiſos fuiſſe, & nunc gaudere Priuilegijs militaribus. ex quorum propterea depoſitionibus reſultare ſufficientem probationem Nobilitatis, tradit *Bart. in l. prima num. 101. C. de dignit. lib. 12. Felin. in cap. ſuper eo il ſecondo num. 5. verſ. Tamen dicas de Teſtibus, Socin. Sen. conſ. 246. num. 3. lib. 2. Couar. var. lib. primo cap. 16. num. 19. Menoch de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 570. n. 4. Rot. coram Seraph. dec. 207. n. 5. & coram Mantic. dec. 317. n. 2.*

2 Et in terminis de Nobilitate, ad effectum admiſſionis ad Habitum Religionis Hieroſolymitanæ, pluries firmauit *Rot. vt in deciſ. 248. num. 1. & deciſ. 290. nu. 4. poſt ſecundum vol. conſ. Farin. coram Caualer. deciſ. 60. per totam, coram Buratt. deciſ. 358. num. 1. & ſeqq. in rec. deciſ. 551. n. 1. par. 4. in Neritonen. Habitus 26. Iunij 1617. coram bon. me. Cardinali Veroſpio Seniore*, & paſſim in alijs, & de Hydalgis dictum fuit *in Toletana Habitus*
3 *13. Maij 1624. coram Pirouano, Duran. deciſ. 294. num. 9. & ſeqq. cum alijs coram Merlin. deciſ. 164. num. 12.*

4 Nec refert, quod ijdem Teſtes affirment, Iſabellam eſſe Ciuem loci, & Oppidi de Xabea, quod prætenditur Baronale, quia addunt etiam, Ipſam deſcendere ab Alberolis Hydalghis, & Infenſonibus Regni Aragoniæ, qui ſub Rege Iacobo plurimum inſudarunt in expulſione Maurorum, & cum deponant de publica voce, & fama optimè probant in hac materia, vt inquit *Bald. in l. prouidendum num. 2. C. de poſtul. Guidop. deciſ. 359. in fine, Rot. coram Verall. deciſ. 277. nu. 5. par. 1. & deciſ. 6. par. 2. & coram Caualer. deciſ. 68. n. 2.*

5 Præſertim in materia antiqua vltra 60. annos, in qua ſufficere leuiores probationes, etiam per Indicia, voluit Rota ſequendo doctrinam *Baldi in l. cum ſemper, C. de rei vendicat. deciſ. 290. num. 10. poſt 2. vol. conſ. Farinac.* & per Teſtes de auditu *Franc. Aretin. conſ. 37. n. 1. & ſeq. Rot. in Cæſarauguſtana Beneficij de Linares 22. Iunij 1643. coram bo. me. Bubio.*

6 Et ex iiſdem Teſtibus remanet abundè iuſtificata Nobilitas reſpectu Hieronymi de Audinet Aui Materni, dum aſſeueranter deponunt, viros huius familiæ eſſe Hydalgos Notorios ex Sanguine, Armis, & cognita vetuſtate, ac pro talibus fuiſſe habitos, & haberi & reputari, reddentes optimas, & conclu-

eludentes rationes ſul dicti, quibus propterea fidem adhibendam eſſe, probat *text. in l. ſolam C. de Teſtibus, Toletana Decimarum de Vercial 26. Iunij* 1654. *coram bon. mem. Dunozetto.* Maximè
7 cum duo ex illis nouiſſimè examinati ſint Presbyteri, & alter in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus *gloſſ. in can. Monachus verb. quorum 77. diſt. Aym. conſ.* 257. *num.* 1. *&* 2. *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ.* 351. *num.* 10. *& in Romana, ſeu Auximana Donationis* 9. *Decembris* 1641. *coram bon. mem. Peutingerio.*

8 Nam Verbum *Hydalgos* Hiſpano ſermone antiquam, & eximiam nobilitatem importat *Teſte Conarr. pract. quæſt. cap.* 19. *num.* 7. *Cuttierez quæſtion. Ciuil. lib* 3. *cap.* 4. *quæſt.* 13. *nu.* 231. & latè comprobat *Ottalor. de Nobilitate par.* 2. *cap.* 8. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi in ſpecie, *num.* 3. ait, quod los Hydalgos ſunt magis Nobiles, quam ſint Equites, & firmauit *Rot. coram Duran. deciſ.* 294. *nu.* 9. Et quod Hydalgus propriè dicatur ille, qui à Patre, Auo, & Abauo Nobilis exiſtit, & à claro, ac nobili Sanguine deſcendit, tradit idem *Ottalor. vbi ſupra numer.* 1. *Garz. de Nobilit. Hiſpan. gloſſ.* 7. *num.* 17. *verſ.* 4. *ad idem, Hieronymus Leo deciſione Valentia* 24. *n.* 73. *lib.* 3.

9 Non obſtat, quod iuxtà ſtabilimenta Religionis requiratur probatio non ſolum Nobilitatis generoſæ, ſed etiam Inſignium, & illorum vſus, quia dum prædicti Teſtes, & ſignanter vltimi in Curia examinati deponunt explicitè, Illos de Alberola, & de Audinet eſſe Hydalgos in Sanguine, & Armis notorijs, & in ſpecie affirmant de Antiquitate Armorum, & de Immemorabili, vtique huiuſmodi requiſitum controuerti non poteſt, vt bene ponderat *Rota coram Merlin. deciſ.* 164. *num.* 10. *vbi num.* 16. *&* 17. reddit rationem, quia
10 in Probationibus appellatione antiqui intelligitur tempus centum annorum *Aym. de antiq. temp. vbi de communi par.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. *Ruin. conſ.* 34. *num.* 11. *lib.* 1. *Rot. coram Verall. deciſ.* 28. *num.* 4. *par.* 1.

11 Non obſtat, quod Auus, & Frater Felicis exercuerint officium Depoſitarj Iurium Regni, quia id non præiudicat Nobilitati eiuſdem familiæ, maximè cum officium ſit honorificum ſolitum conferri perſonis fide dignis, & ex Nobili, & præclaro Sanguine genitis, vt deponunt Teſtes *Sum. Felicis num.* 15. & probat ipſa obſeruantia *Mantic. deciſ.* 317. *n.* 4. *Buratt. deciſ.* 42. *num.* 5. *& deciſ.* 358. *num.* 2. *& in rec. deciſ.* 167. *n.* 3. *par.* 7.

12 Demum non obſtant, quæ contra Patrem Euphemiæ Auiæ Maternæ eiuſdem Felicis fuerunt deducta; quia non apparent ſufficienter iuſtificata, prout plenè, & concludenter per Religionem probari deberent, vt voluit *Rota coram Buratt. dec.* 358. *ſub n.* 9. *verſ. & ita viſum,* & in omnem caſum cum Nobilitas ex latere
13 prædicto fuerit per Commiſſarios admiſſa, & per vtrumque Conſilium approbata, & pars non appellauerit, ex his apparet exceptionem eſſe calumnioſam, quia non appellando cenſetur acquieuiſſe *Rota dicta dec.* 357. *num.* 1. *&* 2. *coram Buratt.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI Io: Andreæ de Bologninis.

Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario datur immiſſio probatis requiſitis neceſſarijs, nec retardatur ſub prætextu Diuiſionis, factæ à Grauatis, ſi Ipſe non ſit hæres Diuidentium, minuſque per alias exceptiones, quando illæ ſunt turbidæ, & illiquidæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario datur immiſſio, conſtito de fideicommiſſo de illius purificatione, & de identitate bonorum.*
2 *Fideicommiſſum dicitur purificatum eueniente caſu, in teſtamento expreſſo.*
3 *Status perſonæ probatur ex Deciſionibus inter Partes editis.*
4 *Probationes ſuper ſtatu perſonæ faciunt ius quoad omnes, & fortius inter ipſas Partes.*
5 *Bona fuiſſe in bonis fideicommittentis, probatur ex aditione hæreditatis, & ex Diuiſione facta inter primos hæredes.*
6 *Identitas Bonorum probatur ex enunciatiua, facta per Teſtatorem in eius Teſtamento.*
7 *Fideicommiſſario datur immiſſio ſuper bonis ſubrogatis in locum bonorum alienatorum, prout daretur ſuper ipſis bonis alienatis.*
8 *Donatio cum pacto reſolutiuo in euentum alicuius conditionis, ea purificata, expirat.*
9 *Pactum reſolutiuum, appoſitum in donatione, non tollitur per verba ſubſequentia, adiecta demonſtratiuè ad certum effectum.*
10 *Verbum* perueniat *non importat neceſſitatem, ſe regulatur ſecundum iuris diſpoſitionem.*
11 *Fideicommiſſum non remittitur per Diuiſionem, quando adeſt proteſtatio in contrarium.*
12 *Diuiſio, facta ab hæredibus grauatis, non poteſt præiudicare fideicommiſſario, venienti ex iure proprio.*

DECISIO CCLXVII.

1 IMMISSIONEM petitam à Thadæo de Bologniuis ſuper bonis fideicommiſſarijs Ioannis Andreæ cenſuerunt Domini, eſſe concedendam, quia docet de fideicommiſſo, inſtituto ab eodem Io: Andrea, de purificatione ad eius fauorem, necnon de identitate bonorum, quibus concurrentibus fideicommiſſario dandam eſſe immiſſionem, vel ex remedio *l. fin. vel vtilis Salu. interdicti,* firmat *Gabr. conſ.* 44. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 2. *Rot. in recent. deciſ.* 368. *num.* 1. *par.* 5. *coram Merlin. deciſ.* 312. *num.* 1. *&* 2. *& in Fanen. bonorum* 19. *Iunij* 1648. *coram bon. mem. Arguelles.*

2 Fideicommiſſum eſt literale: Nam Teſtator, inſtitutis hæredibus Iulio Cæſare, & alijs pluribus ex familia de Bologninis, illiſque, & eorum deſcendentibus inter ſe inuicem, & reciprocè ſubſtitutis, in caſum obitus omnium ſine

Digitized by Google

ſine maſculis, ex legitimo matrimonio procreatis, ſubſtituit legitimatos, & eorum deſcendentes in infinitum. Vndè cum omnes deceſſerint ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ſolum ſuperſit Thadæus filius legitimus ex Maximiliano, legitimato per ſubſequens matrimonium, vtique de eius vocatione non poteſt dubitari, cum venerit caſus expreſſus in Teſtamento, iuxta notata per *Bellon. Sentor. conſ. 19. num. 3. Rota deciſ. 436. num. 1. par. 1. recent. Merlin. dec. 554. num. 10.* & fuit dictum *in Bonon. fideicommiſſi 28. Iunii 1651. coram me, & in Cathacen. hæreditatis 28. Apr. 1653. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro.*

3 Prout pariter dubitari nō poteſt, quod Thadæus ſit filius legitimus, & naturalis Maximiliani, & quod ipſe Maximilianus ſit filius Cæſaris legitimatus per ſubſequens matrimoniū, nam id plenè concludūt deciſiones inter partes editæ, & ſignanter *ſub die 29. Februar. 1644. & 24. May 1645. coram Reuerendiſſimo Terracinen. & coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 251. & 252. per totas.*

4 Probationes enim, factæ ſuper deſcendentia, & legitimitate, occaſione fideicommiſſi Bartholomæi, & Ioannis Mariæ, & ſententię in illarum executionem latæ, citatis, & contradicen. Aduerſarijs, tamquam ſuper ſtatu perſonæ, operantur in quocumque iudicio, & faciunt Ius quoad omnes; fortius inter ipſas Partes *ad Text. in l. ingenuum ff. de ſtat. hom. Rota poſt 2 volum. conſ. Farmacc. deciſ. 6. nu. 2. dec. 315. num. 6. & deciſ. 343. num. 1. coram Comitul. dec. 102. n. 1. & ſeqq. & coram Caualer. deciſ. 575. n. 8.*

5 Demum, quod bona, ſuper quibus immiſſio petitur, fuerint in bonis fideicommittentis, probatur ex Inſtrumento aditionis hæreditatis, factę per Cæſarem, necnon ex diuiſione ſecuta inter primos hæredes grauatos, *Natt. conſ. 235. n. 15. Peregr. de fideicom. art. 44. nu. 5. Rot. coram Merlino dec. 244. n. 9. & in Bonon. fideicommiſſi 5. Dec. 1650. coram me.*

6 Et vlterius reſpectu Palatij concurrit deſcriptio, facta per eundem Ioannem Andream in eius Teſtamento, iuxta not. per *Bald. conſ. 89. nu. 3. lib. 1. Rota coram Eminentiſs. Otthobono dec. 28. num. 18. & in Bonon. fideicommiſſi de Amorinis 18. May 1648. & 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo*
7 *Meltio*. Et quoad Canonem, qui ſoluitur à DD. de Pepulis, iuſtificatur ſufficienter identitas, quia apparet ſubrogatus in locum vnius Domus hæreditariæ eiuſdem Io: Andreæ, deſcriptæ in eius Teſtamento, & comprehenſæ in diuiſione, vndè ſuper illo competit Immiſſio, prout competeret ſuper ipſa Domo *l. Imperator 72. §. cum autem, ff. de legat. 2.* & probat *Gratian.* qui alios cumulat *diſcept. foren. cap. 943. n. 8. & ſeqq. Rota in Camerinen. fideicommiſſi 4. Dec. 1606. coram ſa. me. Innoc. X. & in Romana Vineæ 2. May 1644. coram bo. me. Bichio.*

8 Nec ad retardandam Immiſſionem prædictam vrget obiectum, ex aduerſo deductum, quod idem Ioannes Andreas donauit omnia bona ſuo Vincentio, Authori Aduerſariorū, nam cum in donatione adſit pactum reſolutiuum, quod caſu quo tempore obitus donātis ſupereſſent liberi, aut ſupereſſet vnus, vel pluries proximiores, qui ab inteſtato Vincentium excluderent à ſucceſſione ipſius Ioannis Andreæ, talis donatio euaneſcat, & ſit extincta; vtique dum ſpatio annorum 42. quo Ioannes Andreas ſuperuixit, natus fuit Cæſar, & alij proximiores, excludentes ipſum Vincentium ab inteſtato, vt eſt in confeſſo apud partes, donatio ipſo iure euanuit perinde, ac ſi facta non fuiſſet *ad text. in l. 1. ff. de donat. Grat. conſ. 50. num. 53. lib. 1. Rota in recent. deciſ. 12. nu. 39. & 40. & dec. 199. n. 11. & 12. par. 6. & coram Penia, iuxta impreſs. Venet. dec. 214. n. 2.*

9 Verba autem inferius adiecta, *& tunc bona donata deueniant ad dd. proximiores*, non excludunt reſolutionem eiuſdem donationis, ſed demonſtrant, quod eis tantum ſit præſeruata ſucceſſio ab inteſtato, vt bene in propoſito comprobat *Caſanat. conſ. 45. num. 5. & ſeqq. conſ. 48. à num. 31.* vbi reſpondet con-
10 trarijs, *& conſ. 51. per tot. Gabr. conſ. 112. num. 8. lib. 1.* qui ponderat verbū illud *perueniat*, quod non importat neceſſitatem, ſed regulatur ſecundum iuris diſpoſitionem ab inteſtato, ex not. per *Menoch. 1143. n. 26.*

11 Quibus ſtantibus potuit Io: Andreas de bonis prędictis liberè diſponere, & ſuper eis fideicommiſſum conſtituere, quod non poteſt dici remiſſum, & ſublatum per diuiſionem factam a grauatis cum clauſula *ad habēdum, & quicquid placuerit facien.* quia in diuiſione adeſt expreſſa proteſtatio, quod per illam non cenſeatur præiudicatum dicto fideicommiſſo, quæ proteſtatio, excludit quamcumque prętenſam remiſſionem, & renunciationem fideicommiſſi, *Grat. conſ. 29. num. 19. & ſeqq. & conſ. 126. num. 41. verſ. Nihilominus aperta fronte lib. 2. Rolan. conſ. 51. num. 16. verſ. Si ergo lib. 4. Becc. conſ. 24. num. 17. & ſeqq.* & vltra plures cumulatos per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 593. num. 16. & 161.* firmauit *Rota in Bonon. fideicommiſſi 16. Aprilis 1649. & 24. Martij 1650. coram me.*

12 Et tamen, cum Thadæus veniat ex Iure proprio, non autem tanquam hæres diuidentium, talis diuiſio non poſſet illi præiudicare, *Menoch. præſump. 115. n. 59. lib. 3. Bald. conſ. 89. n. 9. & 10. lib. 1. Rot. in rec. dec. 86. n. 1. & dec. 155. nu. 2. & ſeqq. par. 4. to. 2. rec.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA PENSIONIS PALATII.

Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Solutio ex quibus præſumatur, & ex quibus excludatur, & in quibus caſibus habeat locum Textus in l. quicumque Cod. de Apoc. publ. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Creditum probatur ex Inſtrumento.*
2 *Solutio non præſumitur, niſi ab allegante concludenter probetur.*

3 So-

3 *Solutio, facta per tres annos continuos præſumitur etiam in præteritum in annuis præſtationibus.*

4 *Declara, vt hoc procedat contrà illum, qui exegit, & erat Dominus.*

5 *Solutionis præſumptio, deducta ex textu* in l. quicumque C.de Apoc.pub. lib.10. *habet locum quando perſona, quæ recepit eſt ſemper eadem, ſecus ſi diuerſa.*

6 *Pront pariter non habet locum, ſi in quietantys adſit clauſula* ſine præiudicio.

7 *Clauſula* omnia, & ſingula *non patitur reſtrictionem, & habet vim ſpecialis expreſſionis.*

8 *Lite.æ Cambij non probant, niſi appareant effectuatæ.*

9 *Literæ Cambij non præſumuntur effectuatæ, quando non exhibentur quietantiæ.*

10 *Solutio non præſumitur, quando pendente iudicio de ea non fuit oppoſitum.*

11 *Solutio alicuius partitæ non præſumitur, ſi in libro, in quo aliæ adnotabantur, non reperitur deſcripta.*

DECISIO CCLXVIII.

DOMINI de Manfronis, hæredes bon. mem. Cardinalis Saulij ex perſona Antoni j Patris condemnati fuerunt per ſententiam Rotalem, ad ſoluen. ſcuta 1327. 32. pro reſiduo penſionum Palatij, aliàs per eundem Cardinalem inhabitati. Vndè cum de viribus dictæ ſententiæ dubitatum fuerit, Domini reſponderunt pro illius confirmatione.

1 Etenim Creditum eſt indubitatum, reſultans ex Inſtrumento publico, & ſolutiones in hanc cauſam factæ,& iuſtificatæ tam per quietantias, quam etiam ex partitis, deſcriptis in libro particulari Cardinalis, omnes fuerunt admiſſæ, & excomputatæ comprehenſis etiam illis concernentibus reaptationem eiuſdem Palatij, adeout pro dicta ſumma, pro qua ſolutiones non apparent, Condemnatio
2 ſuſtineatur, cum ſolutio ſit quid facti, & plenè, & concludenter ab Allegante probari debeat *Aym.conſ.313.num.1.Natt.conſ.226.num.3.& conſ.569. eod.num. Rot.coram Merlin.deciſ.322.n.2. & deciſ.715.à num.5.*

3 Nec placuit Dominis obiectum, deductum *ex l. quicumque C.de Apoc. pub lib.*10. releuante Conductorem ab onere, probandi ſolutiones antecedentes, dum docet de ſolutionibus factis per tres annos continuos; Nam Palatium
4 de quo agitur, adiudicatum fuit Marchioniſſæ Montoriæ authrici S. Domus Lauretanæ de anno 1615. atque ideò ſolutiones factæ eidem Marchioniſſæ, & quietantiæ ab ea reportatæ pro annis 1621.22. & 23. non poſſunt inducere præſumptionem ſolutionis pro tempore, quo ipſa non erat Domina, & penſiones ad alios ſpectabant, & exigebantur a Creditoribus Epiſcopi Alerien. & Vincentij, & Caroli de Pallauicinis, vt benè in propoſito firmat *Menoch.de præſ.lib.3.præſ.*139.*num.*32.*Catellian.Cott.in Memorial. verb.ſolutio in fine fol.mihi* 610. *Cancer. var.reſol. par.*1. *cap.*14. *num.*73. vbi
5 quod dicta præſumptio operatur, quandò perſona, quæ recepit, eſt ſemper eadem, *Gratian. cap.*716.*num.* 27.*& ſeqq.& deciſ.Marchiæ* 152.*n.*5.

Et vltrà plures cumulatos per *Carocc. de locat. & conduct.par.4.tit.de paleis, oliuis,& glandis n.32. & per Cenc. de Cenſib. qu.87. num.42.* dixit *Rot.in Maceraten. Cenſuum poſt Zacch. de oblig. Camerali deciſ.254.n.12.*

6 Maximè quia eadem Marchioniſſa non recepit, nec quietauit ſimpliciter, ſed cum proteſtatione,& clauſula ſine præiudicio omnium & quorumcumque ſuorum Iurium, ibi *li quali io piglio ſenza pregiudicio di tutte, & qualſiuoglia mie ragioni*, quo caſu, non habere locum diſpoſitionem dicti Textus, tràdit *Menoch. dicta præſ.139.num.30. lib.3. Lucas de Penna in d. l.quicumque col. 2. in princ. Io. Baptiſta Coſta, de retrotract.c.8.caſu 14. n.12. Thomat.dec.Marchiæ 2.n.6.*

7 Clauſula enim *illa omnia, & ſingula* nullam reſtrictionem patitur, ſed habet vim ſpecialis, & indiuidualis mentionis, vt inquit *gloſſ.in cap. vt circà verb. omnia, & ſingula de elect. in 6. Iaſ.in l.1.num.24.ff.de legat.1.Rot.in rec.deciſ.160.num.3. par.4.* cum alijs *in Melenitana pacti 12. Februarij 1654.coram me.*

8 Minus, ad diminuendam huiuſmodi ſummam, fuerunt habitæ in conſideratione nonnullæ literæ, in Summario datæ, in quarum altera Ioannes Auguſtinus Iuſtinianus Creditor illorum de Pallauicinis, & immiſſus in poſſeſſionem dicti Palatij, ad effectum ſibi ſatisfaciendi de ſuo credito, rogat Cardinalem, vt ad computum dd. penſionum velit ſoluere ſcuta 380. Inureis Mercatoribus Ianuenſibus, & altera eorumdem de Inureis, qui inſtant, ſimilem ſummam conſignari Marchioni Vincentio Iuſtiniano, nam cum dictæ literæ non appareant effectuatæ, nec ſecuta ſolutio eſto quod eſſent in actis productæ, & recognitæ nihil operarentur, vt in fortioribus eſt *Text.in l.ſi debitorem 21.ff.de nonat. Bald.in l.ſi literarum num.1. C.de ſolut. Rot.poſt Pacif.de Salu. dec.49.n.3.in rec.dec.679.n.2.par.1.& coram ſa.me. Greg.dec.217.n.1.*

9 Et eſt valdè veriſimile, quod dictæ literæ non habuerint effectum ſuũ tum ex eo, quod non exhibentur quietantiæ, quæ ſolent remanere in manibus ſoluẽtis ex notatis per *Rimin. Iun.conſ.489.num.9.lib.5.Rot.coram ſan.mem.Greg. deciſ.188.n.4.& 5.& deciſ.253. n.1.& coram Penia iuxta impreſſionem Venetam deciſ.575. nu.22.& 23.*

10 Tum etiam quia Cardinalis pulſatus à Marchioniſſa Montoria, ad ſoluen. de anno 1615. non oppoſuit de tali ſolutione, vt ponderat *Caſtr.conſ.251.num.1.& conſ.282. nu.3.lib.1.Becc. conſ.103.n.27.Rot.in rec.deciſ.73.n.12.par.4.to.2.*

11 Tum demum quia talis partita non reperitur deſcripta in liberculo eiuſdem Cardinalis, vbi aliæ apparent adnotatę *Herculan.de negatiua n.168.& ſeqq.*& in terminis *deciſ.l.quicumque tradit Aym.conſ.313.n.5.verſ.nouo dicta lex, Rot.coram Penia dicta dec.575.n.25.& coram Duran.dec.368. n.39.& in rec.dec.716.n.2.par.3.*

Ex quibus,& alijs deductis in Deciſionibus R.P.D. mei Meltij, & conceſſa Dominis de Manfronis dilatione congrua, ad iuſtifican.dictam partitam, tandem reſponſum fuit pro confirmatione ſententiæ Rotalis partibus hinc inde Informan.

BO-

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE Anſelmis.

Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus relictus Vxori vna cum filio hærede inſtituto debetur vtrique pro medietate, nec intrat inter eos ius accreſcendi, ſi datus fuerit ſubſtitutus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario datur immiſſio conſtito de requiſitis neceſſarijs.*

2 *Verbum in Communione totalem æqualitatem importat.*

3 *Vſusfructus relictus in communione cenſetur pro virili vnicuique attributus.*

4 *Communem rem ſi quis habet cum aliquo, dicitur vnuſquiſque habere medietatem.*

5 *Vſusfructus relictus alieni, & hæredi debetur vnicuique pro medietate.*

6 *Legatum factum hæredi non ſuſtinetur.*

7 *Vſusfructus ſi fuerit relictus hæredi, illum non conſequitur iure legati, ſed titulo hæreditario.*

8 *Verba debent intelligi, vt ſingula ſingulis congruè referantur.*

9 *Dictio vt ſupra eſt relatiua præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus.*

10 *Ius accreſcendi non habet locum, quando datus fuit ſubſtitutus.*

11 *Ius accreſcendi eſt quædam tacita ſubſtitutio.*

12 *Subſtitutio tacita ceſſat quoties adeſt expreſſa.*

13 *Ius accreſcendi videtur probibitum à Teſtatore per ſubſtitutionem factam.*

14 *Vſusfructus inhærens proprietati dicitur cauſalis non autem formalis.*

15 *Vſusfructus cauſalis tranſiens ad ſubſtitutum non poteſt fieri formalis, ſed remanet in ſua natura.*

16 *Fideicommiſſario non retardatur immiſſio ob detractiones conſiſtentes in quota, ſed illa conceditur pro indiuiſo.*

17 *Detractiones conſiſtentes in quantitate impediunt quominus fideicommiſſario detur immiſſio.*

DECISIO CCLXIX.

LAVRENTIVS de Anſelmis in Teſtamento, per eum condito, inter alia diſpoſuit per hæc verba, *Item per ragione di legato, inſtitutione, & in ogni altro meglior modo, che di ragione far ſi può laſcia alla Signora Lucia ſua cariſſima Moglie il piero, e libero vſo, & vſufrutto, e godimento, & entrata di qualſuoglia beni, in communione però con l'infraſeritto Bonifatio ſuo figliolo, & herede.* Quem filium in omnibus, & quibuſcunque bonis &c. heredem inſtituit, ciuſque filios maſculos legitimos, & naturales in infinitum, ſubſtituendo vnum alteri actiuè, paſſiuè, vulgariter, pupillariter, reciprocè, & per fideicommiſſum, Et moriente dicto Bonifacio ſine filijs, vel cum filijs, qui poſtea deficerent, ſubſtituit pro medietate Margaritam Anſelmam filiam eiuſdem Teſtatoris, eiuſque filios, & pro altera medietate Ioannem Antonium, & alios filios Eliſabettę pręmortuę, & filię pariter eiuſdem Teſtatoris, addita declaratione ſub his verbis,

Non volendo però detto Teſtatore in caſo di mancanza di detto Bonifatio ſenza figliuli, che detta Signora Lucia ſopraniuendo poſſa pretendere, hauere, ò conſeguire portione alcuna dell'heredità di detto Bonifatio ſuo figliolo.

1 Hinc mortuo Bonifatio ſine filijs dubitaui: An Margaritæ prędictę eſſet concedenda immiſſio pro medietate, & pro altera medietate filijs Iſabellę, & Domini reſponderunt affirmatiuè, quia probantur omnia requiſita neceſſaria ad hunc effectum iuxtà notata per *Peregr. de fideicomm. art. 43. & 44. Faſar. de ſubſtit. quæſt. 614. & pluribus ſeqq. Rot. deciſ. 84. num. 1. & deciſ. 408. num. 7. par. 5. recent.* quo caſu datur immiſſio, vel ex remedio *leg. final. vel ex Saluiano Gabr. conſ. 44. num. 4. & ſeqq. lib. 2. Rot. coram Merlin. deciſ. 312. num. 1. & 2. in Fauen. Bonorum 19. Iunij 1648. coram bo. me. Argnelles, & in Bononien. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. coram Me.*

Nec ad impediendam immiſſionem prædictam, viſę fuerunt releuare duę difficultates exaduerſo excitatę: Altera, quod vſusfructus pręfatę hęreditatis relictus fuerit integer eidem Lucię: Altera verò, quod in omnem caſum portio Bonifatij fuerit illi acquiſita per ius accreſcendi.

2 Siquidem prima ceſſat ex eo, quod licet vſusfructus fuerit relictus ſub verbis importantibus plenitudinem, & totalitatem; Nihilominus eadem verba modificata fuerunt per clauſulam ſubſequentem, *In communione però con Bonifatio ſuo figliolo, & herede*; Verbum enim

3 *In Communione* totalem ęqualitatem pręfefert, & demonſtrat ęqualiter, & pro virili Lucię, & Bonifatio dictum vſumfructum fuiſſe relictum *Rota in Interamnen. Vſusfructus 20. Martij 1651. coram Reuerendiſſ. Domino meo Cerro Decano, Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 45. num. 30. & 31.* vbi quod ſi aliqua res eſt mihi communis cum aliquo vnuſquiſque habet medietatem in dicta re, & propterea attenta dicta communione, ęqualiter vſusfructus venit diuidendus, adeò vt medietas ſpectet ad Luciam, altera verò medietas ad Bonifatium, & poſt eius obitum ad ſubſtitutos *l. ſi quis Attio 8. ff. de vſu-*

5 *fruct. accreſc.* vbi quod vſusfructus legatus Attio, & hęredibus debetur vnicuique pro medietate, ibique *gloſſ. & Alberic. num. 2. l. quæ Pater 33. ff. famil. erciſc. Dec. conſ. 454. ſub num. 3. verſ. in ſecundo dubio, & num. ſeq. Ruin. ſibi contrarius conſ. 165. num. 7. lib. 3. Natt. conſ. 297. num. 1. Menoch. conſ. 578. num. 4. in fine verſ. tertia coniectura*; Et pluribus comprobat *Gratian. cap. 70. num. 49. & 50.*

6 Nec vrget *textus in l. planè 34. §. ſi duobus ff. de legat.* 1. vbi habetur, quod legatum, relictum duobus, quorum alter fuit hęres inſtitutus, reſpectu hęredis non ſuſtinetur, ſed acquiritur Collegatario ea ratione, quia à ſe ipſo hęredi legari non poteſt, & notat *Ruin. conſ. 39. num. 8. lib. 2. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 15. num. 213. Bellon. de Iur. accreſc. cap. 7. quæſt. 29. num. 120. & ſeqq.*

7 Quia

7 Quia obiectum poſſet fortaſſe procedere ſi verè, & propriè ageretur de legato; Sed Bonifatius non capit vſumfructum iure legati, & tanquam legatarius, ſed illum retinet iure hęreditario, & tanquam hęres, vt explicat *Bart. in l. huiuſmodi* 86. *§. ſi Titio ſub num. 1. verſ. ex hoc apparet ff. de legat. 1. Bald. in l. vnica §. vbi autem num. 1. circa finem verſ. vel ſubtilius il primo C. de caduc. tollen.* & melius firmat *Zaſ. lib. 1. ſingular. reſponſor. cap. 19. num. 6.* vbi adducit rationem, quam dicit nouam, & à nemine tactam, ſed veram, & neceſſariam, *Ruin. conſ. 33. nu. 4. & 13. lib. 2. Cephal. conſ. 126. num. 14.* & tenuit *Rota in Ceſenaten. Hæreditatis* 16. *Martij* 1654. *coram bon. me. Peutingerio*.

8 Nec reſiſtunt verba exaduerſo ponderata, ibi, *durante detto vſufrutto, e quello poi finito, e con la proprietà conſolidato &c.* quaſi exindè videatur excluſus totaliter ab eodem vſufructu. Nàm illa debent intelligi de medietate ad Vxorem ſpectante, per cuius obitum talis portio conſolidabatur cum proprietate, quod clarius appatet ex alijs verbis inferius poſitis, ibi, *durante anco detto vſufrutto come ſopra laſciato*, quæ benè demonſtrant, Teſtatorem noluiſſe facere nouam diſpoſitionem reſpectu vſusfructus, ſed ſe referre ad antecedentem virtute dictionis, *vt*
9 *ſupra*, quæ eſt relatiua præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus *Menoch. conſ. 144. num. 14. Surd. conſ. 565. eodem num. & deciſ. 291. num. 13. & 18. Rota coram Merlino deciſ. 93. num. 4. & ſeqq.*

10 Ceſſat etiam, & altera difficultas de iure accreſcendi; nam cum in medietate vſufructus relicta Bonifacio dati fuerint ſubſtituti, non intrat ius accreſcendi fauore Matris, vt aduertit *Peregr. de fideic. art. 9. num. 13. & conſ. 59. num. 9. lib. 1. Surd. deciſ. 152. ſub num. 1. & ſeqq.* vbi quia
11 ius accreſcendi eſt tacita ſubſtitutio, ſed vbi
12 adeſt ſubſtitutio expreſſa, ceſſat tacita; quod etiam repetit *num. 13. & 17.* dicens, quod ſub-
13 ſtituendo Teſtator videtur prohibere ius accreſcendi, & plures cumulat *Giouagn. conſ. 82. num. 13. & 56. lib. 1. Rota deciſ. 463. num. 1. par. 4. diuerſ.* Et maximè quia in caſu, quo Bonifatius decederet ſine filijs, diſpoſuit, quod Lucia nihil poſſet prætendere *Surd. conſ. 123. nu. 23. ad med. verſ. & quando mandat*.

14 Et cum reſpectu dictæ medietatis vſusfructus non ſit formalis, ſed cauſalis inhærens proprietati, vt declarat *gloſſ. in l. ſi mulieri 9. verb. legatarios ff. de vſufruct. accreſc.* ibique *Fulgoſ. nu. 4. Bart. in l. huiuſmodi* 86. *§. ſi Titio ſub nu. 1. verſ. ex hoc apparet ff. de legat. 1. Bald. in l. vnica §. vbi autem ſub num. 1. verſ. vel ſubtilius C. de ca-*
15 *duc. toll.* hinc ſequitur, quod ob prædeceſſum Bonifatij, qui illum habebat, non potuit effici formalis, ſed remanſit in ſua natura, & qualitate fauore ſubſtitutorum, penes quos extat proprietas, vt benè per *Cephal. conſ. 126. nu. 11. & ſeqq. Peregrin. conſ. 59. num. 3. lib. 1.* Et declarando *textum in dicta l. ſi mulieri 9. ff. de vſufruct. accreſc.* firmauit *Rot. in dicta Ceſenaten. Hæreditatis* 16. *Martij* 1654. *coram bo: me: Peutingerio*, vbi ſubditur id facilius procedere quando filius habet titulum inſtitutionis, Mater verò ſolum titulum legati.

16 Sub prætextu verò legitimæ, & trebellianicæ debitæ Bonifatio, cuius Lucia Mater hęres exiſtit, immiſſio retardari non poteſt, quia cum illæ conſiſtant in quota, non autem in quantitate, intrat immiſſio pro indiuiſo iuxtà opinionem, quam ſeruat Rota tanquam veriorem, & magis æquam, vt teſtatur *Buratt. deciſ. 63. ſub num. 7. & ſeqq. Caualer. deciſ. 573. nu. 2. & in rec. deciſ. 51. num. 20. part. 5.* Et concordantes adducunt *Adden. ad ſan: mem: Gregor. deciſ. 185. num. 4.*

17 Remanet difficultas quoad libras 20. mil. per Bonifatium ſoluendas ex præcepto Teſtatoris Eliſabettæ Sorori, quę vti hæres eiuſdem Bonifatij pro medietate prætendit retinere bona fideicommiſſi, vnde cum huiuſmodi detractio ſit certa, & conſiſtat in quantitate, non poſſet fideicommiſſarijs concedi immiſſio, vt dixit *Rota coram Buratt. deciſ. 946. num. 1. & ſeqq. & in Romana fideicommiſſi de Pediconis 25. Iunij 1657. coram Me*, ſed quia huiuſmodi detractio non controuertitur, ideò ſolutis dictis libris 20. mil. DD. pro immiſſione reſponderunt, Vtraque &c.

ROMANA TRANSACTIONIS.

Veneris 28. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Oris aperitio aduerſus clauſulam *ſublata*, & ſimiles concedi ſolet concurrente aliqua rationabili cauſa, & pro cauſa ſufficit probatio læſionis, vel fumus illius.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* Arbitrio *temperat rigorem iuris.*
2 *Oris aperitio non infert præiudicium Parti.*
3 *Oris aperitio non tollit ſubſtantiam Gratiæ, ſed modificat rigorem prouenientem ex clauſula* ſublata.
4 *Oris aperitio concurrente aliqua rationabili cauſa non ſolet denegari.*
5 *Cauſa autem iuſta, & rationabilis eſt probatio læſionis, vel fumus illius.*
6 *Tranſactio reſcinditur ex capite læſionis.*
7 *Approbans Inſtrumentum non poteſt amplius illud impugnare.*
8 *Confeſſio probat contra confitentem, & habentem ab eo cauſam.*
9 *Tranſactionem nemo impugnare poteſt, niſi prius reſtituat accepta.*
10 *Fallit, quandò tranſigens maiorem ſummam conſequi debet.*
11 *Et hoc procedit præſertim in Eccleſia.*

DECISIO CCLXX.

INTER Patres Diſcalceatos Sanctæ Mariæ de Mercede Donatarios Camillæ de Caualerijs, ac Petrum Vincentium illius præten-

tenſum hæredem Inita fuit concordia; in qua
idem Petrus Vincentius aſſignauit Patribus quoſdam effectus hæreditarios, aſcendentes ad ſcuta 3000. circitèr, cum onere tamen ſolueñ legata, per Camillam relicta, necnon liberandi hæreditatem à moleſtijs, illatis, & infereñ ab hæredibus Iuliæ Serlupiæ Matris prædictæ Camillę.

Quia verò Concordia huiuſmodi confirmata fuit cum Breui Apoſtolico, et Patres prætendentes, illam eſſe læſiuam, non poterant eorum iura deducere, attentis clauſulis in Breui adiectis; Ideò citato D. Vincentio Baccello hærede dicti Petri Vincentii, obtinuerunt à Sanctiſſimo. committi cauſam, preuia oris aperitione arbitrio Rotæ. Dubitaui itaque an intret arbitrium pro oris aperitione; & Domini reſoluerunt affirmatiuè. Nam
1 clauſula *Arbitrio* temporat rigorem iuris, &
facit, vt æquitas attendatur *Bart. in l.1. num.5. C. de legib. Rot. coram Creſcent. deciſ.4. num. 3. de Teſtib. Duran. deciſ.266. num.32. in fine verſ. vndè cum arbitrium, & in recent. deciſ.85. num.4. par. 1.* Et in puncto firmatum fuit *in deciſ.621. num.1. part.3.*
2 Æquitas videtur manifeſta, dum per oris
aperitionem nullum infertur præiudicium Parti, ſed tantum datur facultas Patribus, alias impeditis, deducendi iura ſua, vt firmauit *Rota deciſ.8. num.1. par.2. recent. & dicta deciſ. 621. eodem num. par. 3. & coram Penia deciſ. 1335. numer. 1. & ſeqq.* vbi quod aperitio oris
3 non tollit ſubſtantiam gratiæ, ſed tantum
temperat rigorem clauſulæ *ſublata*, & permittit, quod Breue impugnari poſſit. *Rot. dec. 281. num.6. par. 1. in recent. & poſt ſecundum vol. conſ. Farinace. deciſ.275. num. 5.* Et probat *Mareſcott. var. reſol. lib.2. cap.1. num.111. verſ. tertio eadem, & num. ſeq. & cap.37. num.69.* cum alijs per *Martam de clauſ. par.1. clauſ.176. num. 36.* et per *Barboſ. clauſ.176. num.48.*
4 Vndè concurrente aliqua iuſta, & rationa-
bili cauſa, illa non ſolet denegari, vt teſtatur *Gonzal. ad reg.8. gloſſ.66. num.58.* et admittit *deciſio 461. num.5.* licet ibi firmetur contrarium, ex quo non probabatur ſufficiens læſio ad dictum effectum *par.1. recent. deciſ.297. ſub num.2. & 3. & deciſ.485. num.2. par.4. tom.2. & in Sarſinaten feudi 22. Iunij 1645. §. ſexta cumulatiua coram bo: me: Dunozetto.*
5 Pro iuſta autem, et rationabili cauſa exiſti-
marunt Domini allegatam læſionem, de qua datus fuit. ſufficiens fumus mediante Inſtrumento publico, in quo apparet, eidem Camillæ, fuiſſe aſſignata in dotem ab Adriano Patre ſcut. 15. mil. monetæ vltrà legitimam, ſibi debitam in bonis Matris; Cum enim Patres renunciauerint prædictis iuribus ad fauorem Petri Vincentij, nec aliud ab ipſo rece-
6 perint, niſi ſummam præfatam cum oneri-
bus, & vinculis ſupradictis; Vtique ex his reſultat enormiſſima lęſio longè vltrà dimidiam, proptèr quam eſſe locum reſciſſioni Tranſactionis pręſertim fauore Eccleſię. probat *Text. in l.2. C. de reſc. vend. Bart. in l. ſi quis cum aliter num.5. verſ. quæro ff. de verb. oblig. Rot. deciſion.102. num.2. et deciſ.732. num. 2. et 3. par. 1. diuerſ. Duran. deciſ.121. num.17.* Et cumulatis concordantibus firmatum fuit in *Romana reſciſſionis Tranſactionis 29. May 1648. et 16. Iunii 1651. coram Eminentiſſ. Card. Corrado*, & conſequeñ dandam eſſe oris aperitionem, dixit *Rot. in alleg. deciſ.461. num.2. et ſeqq. par.1. recen.*
7 Nec ſubſiſtere viſum fuit, quod hæreditas
Adriani, ex qua Dos Camillæ venit detrahenda, ſit adeò ære alieno grauata, vt inanis ſit actio pro eiuſdem Dotis conſecutione, quia, cum Petrus Vincentius hæres Adriani approbauerit Inſtrumentum, in quo Dominicus Pater enunciauit, reſiduum hæreditatis dicti Adriani, deducto ære alieno aſcendere ad ſcuta 40. mil. & vigore eiuſdem Inſtrumenti pro ſimili ſumma, et quantitate receperit tot bona, et Dominicum Patrem quietauerit; non poteſt hodiè illud amplius impugnare iuxta reg. *Text. in cap. quod ſemel de reg. iur. in 6. Surd. conſ.18. num. 2. Ofaſch. deciſ. Pedem. 61. num.18. Rot. coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 105. num.20.*
8 Atque ideò confeſſio in eo emiſſa, ſicuti
probat contra confitentem, ità etiam probare debet contra Baccellum illius hæredem, et habentem ab eo cauſam ad *Text. in l. cum à Matre C. de rei vindicat. Socin. Sen. conſ. 249. numer.29. verſ. et addo lib.2. Rot. deciſ.130. numer. 18. par.5. recent. et coram Merlin. deciſ.244. nu.7.*
9 Minus placuit Dominis, quod Patres non
poſſint venire contra Tranſactionem, niſi prius per ipſos reſtituantur accepta, nàm vltrà quod hodiè non agitur de reſcindenda Tranſactione, ſed tantum de aperitione oris
10 ad effectum audientiæ. Adhuc cum bona,
per Patres accepta, proueniant ad hęreditatem Camillę, & ipſi longè maiorem quantitatem conſequi debeant, non videtur ęquum, quod grauentur onere reſtitutionis, vt reſpondendo ad *text. in l. ſi diuerſa C. de tranſact.* latè firmat *Franc. Salern. conſ.36. num.6. et 7. et num. 13. et.14. Cephal. conſ.415. num.5. et conſ. 677. num. 6. et 7. Rot. deciſ.102. num.3. verſ. Non obſtat. par. 1. diuerſ.* Et firmatum fuit *in Romana Tranſactionis 21. Iunii 1655. coram me.*
11 Quę ſi procedunt in Priuato, fortius de-
bent habere locum cum Eccleſia, vt firmatum fuit *in Callien. hereditatis 21. Maii 1638. coram bo. me. Card. Veroſpio Iuniore.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA LEGATI.

Veneris 28. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Scribentibus aliena Teſtamenta non licet, legatum, vel aliud emolumentum ſibi aſcribere, niſi concurrat approbatio Teſtatoris particularis, & excludatur fraus in ipſo ſcribente.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Scribens Teſtamentum alicuius non poteſt in eo legatum, vel aliud emolumentum ſibi aſcribere.*
2 *Et vt ſuſtineatur, requiritur ſubſcriptio, & approbatio Teſtatoris particularis.*
3 *Subſcriptio, & approbatio particularis, ex quibus probetur.*
4 *Clauſula* omnia, & ſingula *habet vim ſpecialis, & indiuidualis expreſſionis.*
5 *Approbatio dicitur ſpecialis, & indiuidualis, ſi fuerint approbata omnia, & ſingula in Inſtrumento contenta.*
6 *Dictio* prædictis *eſt relatiua præcedentium, & inducit repetitionem omnium ſupra expreſſorum.*
7 *Approbatio dicitur generalis, ſi Teſtator confirmet ea, quæ in Teſtamento dictauit.*
8 *Clauſula* omnia, & ſingula *habet virtutem diuiſiuam, & facit, vt omnia ſpecialiter, & diuiſim cenſeantur approbata.*
9 *Subſcriptio, quæ vim ſpecialis approbationis obtinet, idem operatur, ac ipſa ſubſcriptio particularis.*
10 *Aſcribere ſibi in Teſtamento, prohibetur ob ſuſpicionem fraudis.*
11 *Fraus in ſcribente ex quibus excludatur.*
12 *Fraudis præſumptio ceſſat in ſcribente, quando Scriptura ſumit vires à manu, & ſubſcriptione Teſtatoris.*
13 *Fraudis præſumptio ceſſat attenta legalitate perſonæ.*
14 *Legatum approbatur ab hærede mediante illius ſolutione.*
15 *Hæres, ſoluendo, & approbando legata, videtur contrahere cum legatarijs.*

DECISIO CCLXXI.

CLARAE mem. Ludouicus Cardinalis Ludouiſius in Teſtamento, per ipſum condito, & propria manu firmato, & ſubſcripto, inter alia legauit Lucæ Antonio Iunctæ eius familiari ſcuta 2000. monetæ pro vna vice tantum, & donec vixerit partem familiaribus dari ſolitam pro ipſo, & vno famulo.

Adimpleuit hæres huiuſmodi onus, ſoluendo à principio dicta ſcuta 2000. & præſtando partem per aliquot menſes, ſed aduertens poſteà, Teſtamentum fuiſſe ſcriptum manu propria eiuſdem legatarij, ceſſauit à dicta præſtatione ſub prætextu, quod legatum non deberetur; Vndè, dato ſuper hoc Dubio, affirmatiuè reſponſum fuit.

1 Nam licet ex S. C. Liboniano prohibitum ſit ſcribentibus aliorum Teſtamenta, vel Codicillos, in ijs legatum, vel aliud emolumentum ſibi aſcribere, vt habetur *in l. ſi Teſtator 2. & in l. fin. & toto tit. C. de ijs, qui ſibi aſcripſ. in teſt.* & firmauit *Rot. deciſ. 356. nu. 11. & ſeqq. par. 6. rec.*
2 Adeout pro ſuſtinendo legato, requiratur ſubſcriptio, & approbatio Teſtatoris particularis, nec ſufficiat generalis *iuxta text. in l. 1. §. ad teſtamenta, ibique gloſſ. verb. inter filium, & in l. diuus 15. §. planè ff. ad leg. Cornel. de falſ.*
3 Nihilominus, perſpectis circumſtantijs facti, huiuſmodi approbationem particularem non deficere, exiſtimarunt Domini in præſenti caſu; Siquidem Cardinalis non ſubſcripſit ſimpliciter, ſed addidit in fine ſuæ diſpoſitionis hæc præciſa verba. *Ego Ludouicus Cardinalis Ludouiſius Anno Domini* 1629. *die* 11. *Aprilis ætatis 34. Mortem Dei gratia æquis oculis intuitus, de prædictis omnibus, & ſingulis tota animi inductione vltimo diſpoſui, & quam exactiſſimè obſeruari volo, & præcipio, nam huius meæ vltimæ voluntatis Dux & Magiſtra grati animi virtus Deique, & Eccleſiæ gloria fuit.* Hæc autem verba *omnia,*
4 *& ſingula* habent vim ſpecialis, & indiuidualis approbationis *gloſſ. in cap. vt circa verb. omnia, & ſingula de elect. in 6. Iaſ. in l. 1. num. 24. de legat. 1. & in l. Titia §. idem reſpondit nu. 3. de verb. oblig. Aym. conſ. 603. num. 8. Pariſ. conſ. 1. num. 104. lib. 3. Rot. deciſ. 246. num. 2. & 3. par. 1. diuerſ.* vbi quod appro-
5 batio omnium, & ſingulorum contentorum in Inſtrumento, operatur illorum particularem, & ſpecialem expreſſionem, *& coram Eminentiſſ. Otthobono dec. 22. n. 11.*
6 Attenta præſertim dictione illa *Prædictis*, quę cum ſit relatiua ad præcedentia, inducit repetitionem omnium ſupra expreſſorum, itaut idem ſit, ac ſi omnia præcedentia nominatim ſpecificè, & ſingulariter expreſſa fuiſſent *Iaſ. conſ. 15. num. 4. lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 713. nu. 2. & 3. par. 1. & in rec. deciſ. 456. num. 19. & 20. par. 4. to. 2. & in Bonon. bonorum 19. Dec. 1622. & 9. Ian. 1623. coram Coccino.*
7 Hinc patet, non applicari *gloſſam in l. 1. verb. dulci officio Cod. de his qui ſibi aſcrib.* dum firmat ſubſcriptionem dici generalem, ſi Teſtator confirmet ea, quæ in Teſtamento dictauit, nam Cardinalis non confirmauit, nec approbauit ſimpliciter, ſed approbauit omnia, &
8 ſingula, quæ clauſula habet virtutem diuiſiuam, & facit, vt omnia ſpecialiter, & diuiſim cenſeantur approbata, & conſequenter approbatio cadat ſpecialiter ſuper dicto Legato, vt notat *Socin. Sen. conſ. 3. num. 17. vol. 3. Gabr. conſ. 118. num. 26. & conſ. 144. num. 68. & ſeqq. lib. 2.* Et pluribus comprobat *Surd. conſ. 412. n. 17.*
9 Subſcriptio enim, quæ vim ſpecialis approbationis obtinet, idem operatur, ac ipſa ſubſcriptio particularis, vt aduertit *Bart. in d. l. 1. §. inter filium ſub num. 1. verſ. putarem tamen ff. ad l. Cornel. de falſ.* vbi quod ſi Teſtamentum ſit conceptum ſub vnica ſtructura verborum, & vnicum tantum capitulum habeat, ſubſcriptio in eo appoſita vim ſpecialis approbationis habet.
10 Et eo libentius inclinarunt Domini in hanc ſententiam, quia prohibitio, ne quis poſſit, ſibi aſcribere fundata eſt in prætenſa fraude, ne affectantes propriam locupletationem, & alienis facultatibus inhiantes, minus candidè, & fideliter Teſtamenta conſcribant iuxta deducta per *Becc. conſ. 103. num. 2. lib. 1. Carpium de execut. & Commiſſ. teſtam. lib. 1. cap. 10. num. 3. & 4.* & dixit *Rot. coram Merlin. dec. 205. n. 7.*
11 Ceſſat autem huiuſmodi præſumptio fraudis in Luca, qui conſcripſit, dum Teſtamentum non remanſit in poſſe ſcribentis, ſed in manibus Cardinalis, qui illud retinuit per multum tempus, & tranſmiſit ad Patrem Generalem Societatis Ieſu, vt bene in propoſito

Digitized by Google

ponderat *Mart. de ſucceſſ. legal. to. 2. par. 4. queſt. 2. art. 3. n. 26. verſ. item cum Scriptura.*
12 Cumque ipſe non ſit Tabellio, nec geſſerit officium Tabellionis, & Teſtamentum non ſumat vires à manu ſcribentis, ſed aliundè à ſubſcriptione eiuſdem Teſtatoris, vtique excluditur quæcumque præſumptio fraudis, & legatum debetur, vt docet *Sichard. in l. diſtantibus 22. num. 4. C. de teſtam.* Et in his terminis de ſimili legato, facto à Cardinali Cuſano ad fauorem eius familiaris, qui teſtamentum conſcripſit latè firmauit *Iacob. Gall. conſ. 60. per tot.*
13 His accedit legalitas perſonæ ipſius Lucæ, quæ multum operatur, ad excluden. quamcumque falſitatis præſumptionem, vt aduertit *Baldus in l. quoties 9. §. ſed non in corpore ſub num. 2. verſ. in hoc puto ff. de hæred. Inſtit. Gramm. deciſ. 60. num. 13. Rot. poſt 2. vol. conſ. Farinacc. deciſ. 267. nu. 6. ad med. & in rec. deciſ. 543. n. 11. & 12. par. 4. to. 3.*
14 Et tollitur difficultas ex approbatione dicti legati facta per ipſum hæredem, qui non ſolum ſoluit dicta ſcuta 2000. & partem præſtitit per plures menſes; Sed vlterius de anno 1635. requiſitus à Luca, vt partem præfatam in pecunia numerata tradere vellet, reſpondit, quod intendebat illam perſoluere eo modo, quo legata fuit, vt apud poſteros remaneret memoria amoris dicti Cardinalis legantis erga ipſum legatarium; Vndè ſtante ſolutione, & approbatione huiuſmodi videtur hæres cōtraxiſſe cum legatarijs, adeout non poſſit amplius à dicta approbatione recedere *ad text. in*
15 *l. non dubium 16. ibique Caſtr. num. 2. & 3. C. de Teſtam. Magon. deciſ. floren. 58. n. 33. Rot. coram Merlin. deciſ. 805. num. 6.*

Et ita vtraque &c.

SVTRINA EMPHYTEVSIS.

Veneris 28. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Proprietarius non poteſt vti facultate ingrediēdi poſſeſſionem rei Emphyteuticæ propria authoritate, niſi quando deuolutio eſt clara.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex Inſtrumento locationis cum perceptione aſſictus.*
2 *Poſſeſſio probatur ex Confeſſione Partis.*
3 *Pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate appoſitum in Emphyteuſi non poteſt exerceri, niſi quando Deuolutio eſt clara.*
4 *Deuolutio ſi eſt dubia non licet Proprietario capere poſſeſſionem propria authoritate, & petere manutentionem.*
5 *Deuolutio ſi eſt dubia, manutentio debetur hæredi vltimi poſſeſſoris, non autem Proprietario.*
6 *Deuolutio ex quibus reddatur dubia.*
7 *Emphyteuſis conceſſa Alicui pro ſe, & eius futuro genere, ad quem gradum ſe extendat.*
8 *Emphyteuta, qui diù poſſedit, non poteſt de facto priuari ſua poſſeſſione, ſed omnino citari debet.*
9 *Sententia Iudicis habet præſumptionem pro ſe.*

DECISIO CCLXXII.

EVGENIO, & fratribus de Mutis dixerunt Domini dandum eſſe mandatum
1 de manutenendo in bonis controuerſis, quia conſtat de illorum poſſeſſione ex Inſtrumento locationis vna cum perceptione penſionis, & aſſictus *iuxt. gloſſ. in l. qui vniuerſas §. qui per Colonum verb. Colonum ff. de acquir. poſſ. Alex. conſ. 10. numer. 3. verſ. licet vbi probaretur lib. 4. Rota coram Buratt. deciſ. 263. n. 1. in fine ibique Add. Lit. A.* Et
2 concurrit confeſſio Partis, quæ inſtando pro deſcriptione fructuum, & declarando caducitatem incurſam approbauit eoſdem de Mutis poſſeſſores dd. Bonorum *Rota coram Penia deciſ. 1518. n. 5. repetita apud Pacif. dec. 35. eod. num.*

Et quamuis bona prædicta probentur Emphyteutica Ven. Archihoſpitalis S. Spiritus cōceſſa Hippolyto ad tertium futurum genus maſculinum, & fœmininum legitimum, &
3 naturale, &c. de eius corpore deſcendens, & adſit pactum, quod finito dicto tertio genere liceat Proprietario ingredi poſſeſſionem propria authoritate, in qua propterea deberet manuteneri: Attamen id debet intelligi, quatenus deuolutio ſit clara, & indubitata, & pro-
4 babiliter controuerti non poſſit, ſecus verò ſi illa ſit aliquo modo dubia, & aliquam patiatur difficultatem, tunc enim proprietarius non poteſt vti dicta facultate, nec petere manu-
5 tentionem, ſed illa concedi debet hæredi vltimi poſſeſſoris iuxta diſtinctionem ſpeculatoris communiter receptam *in tit. de Emphyt. §. nunc aliqua q. 48. num. 62. verſ. in die, Corn. conſ. 193. n. 3. lib. 3. Rot. coram Mantic. deciſ. 194. num. 2. & ſeqq. & coram Greg. deciſ. 105. à num. 11.* & præſertim *num. 17. & 18. ibique Add. Lit. A. in Bonon. de Carnalibus poſt Pacif. de Salu. deciſ. 141. nu. 10. & ſeqq.* & cumulatis concordantibus latè firmatum fuit *in Romana Domus 25. February 1647. & 9. Decemb. 1650. coram Me.*
6 Dubia autem viſa fuit Dominis deuolutio in præſenti caſu, quia aut illa prætenditur ob finitam generationem, & ex lectura Inſtrumenti prætenſio non redditur clara, nam cum conceſſio, vt ſupra deductum fuit, appareat facta Hippolyto ad tertium futurum genus,
7 &c. & ibi *pro ſe, ſuoque tertio futuro genere prædicto*, ex dictis verbis congruè prætendi poteſt generationem non incipere à primo acquirēte, ſed ab eius filijs, adeout Eugenius, & fratres, qui ſunt pronepotes eiuſdem Hippolyti non dicantur de quarta generatione, ſed de tertia, & ſic bene comprehenſi in conceſſione *iuxta conſ. Alex. 125. num. 7. lib. 5. Bald. in auth. quas actiones num. 4. C. de Sacroſ. Eccleſ. Rot. coram Seraph. deciſ. 1362. à num. 1. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 522. num. 1. & ibi Add. nu. 20. & coram Merlin. deciſ. 420. num. 3. & ſeqq.*
8 Aut verò deducitur ob nullitatem conceſſionis, ſeù ob alienationes, & deteriorationes adductas, & res redditur magis dubia, nam de his nulla datur iuſtificatio; Imò cum conceſſio facta fuerit vſque de anno 1559. & obſeruata ferè per 100. annos, hoc ſolum erat ſufficiens, vt poſſeſſor deberet citari, imò &

manu-

manuteneri donec diſcuteretur ſuper deuolu-
tione, vt notat *Vaſqu. controuerſ. Illuſtr. cap. 86.*
nu. 9. Rot. in Beneuentana Emphyteuſis 1. Iulij 1656.
coram bon. me. Blehio, & in dicta Bomana Dotans 9.
Decemb. eiuſdem anni coram Me.
9 Et eo facilius inclinarunt DD. pro manu-
tentione ad fauorem eorumdem de Mutis,
quia à Iudice S. Spiritus reportarunt ſenten-
tiam fauorabilem tam ſuper manutentione,
quam ſuper eorum comprehenſione in Inue-
ſtitura; Vnde pro illa præſumendum venit,
l. Herennius §. Caia ff. de euict. Menoch. de præſumpt.
lib. 2. præſ. 67. num. 22. Rot. in Treueren. Canonica-
tus 18. Martij 1648. coram R. P. D. meo Veroſpio.
Et ità &c.

MEDIOLANEN. CAPELLANIAE.

Veneris 28. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus acquiſitum ex priuilegio cadit ſub Reſeruationibus Apoſtolicis, nec ſufficit reaptatio, vel dotatio, niſi Eccleſia indigeat noua conſecratione, & dos funditus fuerit deperdita.

SVMMARIVM.

1 *Menſis Nouembris eſt reſeruatus Sedi Apoſtolicæ.*
2 *Iuriſpatronatus beneficia non cadunt ſub Reſerua-tionibus Apoſtolicis.*
3 *Fallit in Iurepatronatus ex priuilegio.*
4 *Amplia, etiamſi priuilegium ſit conceptum clauſulis ampliſſimis.*
5 *Narrata debent per impetrantem iuſtificari.*
6 *Iuſpatronatus, vt acquiratur in Eccleſia iam con-ſecrata, neceſſe eſt vt reædificetur de nouo, & indi-geat noua Conſecratione.*
7 *Iuſpatronatus non acquiritur ex dotatione in Eccle-ſia iam dotata, niſi Dos funditus ſit deperdita.*
8 *Iuſpatronatus non acquiritur ex dotatione, facta ex redditibus Eccleſiaſticis.*
9 *Narratiua Partis non venit attendenda.*
10 *Iuſpatronatus ſemper dicitur ex priuilegio, quando Eccleſia eſt libera, & reperitur iam conſecrata.*
11 *Confeſſio erronea non nocet Confitenti.*
12 *Tituli vnius productio excludit præſumptionem al-terius.*
13 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis, non venit attendenda.*

DECISIO CCLXXIII.

RESOLVTIONEM captam ſub die 22.
Iunij Anni præteriti informante vna
tantùm Parte: hodiè audito etiam Petro Cel-
ſo Caſtellioneo cenſuerunt Domini, eſſe con-
firmandam, quia cùm ipſe non habeat proui-
ſionem Apoſtolicam, ſed tantum præſenta-
tionem à quibuſdam aſſertis Patronis, nullo
modo venit inſtituendus, ex quo Capellania
1 controuerſa vacauit de menſe Ianuarij reſer-
uato Sedi Apoſtolicæ *Gonzal. ad Reg. 8. gloſ. 45.*
§. 1. n. 22. & tradit *Burſat. conſ. 26. ſub n. 162. lib. 2.*

2 Et licet Beneficia de Iurepatronatus non
cadant ſub Reſeruationibus Apoſtolicis, hoc
3 tamen non procedit in Iurepatronatus ex pri-
uilegio, quale eſt iſtud, de quo agitur, vt pa-
tet ex Bulla Martini V. exaduerſo exhibita,
4 etiamſi in illa adſint clauſulæ ſatis amplæ, &
prægnantes idem *Gonzal. ad Reg. 8. gloſ. 18. n. 18.*
& ſeqq. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 574. & vl-
trà relatos per *Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 3.*
cap. 12. num. 66. firmauit *Rota in Cæſaraugustana*
Parochialis de Maella 5. Nouembris 1640. *in fine*
coram Coccino, & concordantes cumulantur *in*
deciſ. quæ videtur §. vndè cum Capellania.
5 Nec refert, quod in eadem Bulla expoſi-
tum fuerit, quod Eccleſia S. Laurentij propter
Bellorum turbines, & alias malas diſpoſitio-
nes Patriæ in eius ædificijs, & Domibus ſit
adeò collapſa, vt nullus inibi Rector in Diui-
nis officijs inſeruire, & reſidere poſſit, quia
huiuſmodi narratiua, tamquam facta à Car-
dinali Brando Caſtellioneo non apparet iuſti-
ficata, prout exaduerſo iuſtificari deberet *c. 2.*
de reſcript. Felin. in cap. ad aures num. 4. verſ. tertia
concluſio eodem titul. Rota deciſ. 24. num. 1. part. 2.
recent.
6 Et tamen, cum Eccleſia iam eſſet conſtru-
cta, & conſecrata, ad effectum acquirendi
Iuſpatronatus ex reædificatione, non ſufficie-
ret ſola reparatio, & reaptatio, ſed vlterius
probandum eſſet, quod illa eſſet penitus diru-
ta, adeout indigeret noua conſecratione iuxtà
gloſſam communiter receptam *in cap. quoniam*
verb. fundatoris de Iurepatr. Garz. de benef. part. 5.
cap. 9. num. 51. Rot. coram Seraph. deciſ. 555. num. 2.
Buratt. deciſ. 931. num. 7. Cocc. deciſ. 106. eodem num.
verſ. & inſuper, & fuit dictum *in Tudertina Iu-*
riſpatronatus 19. Februarij 1644. coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Cerro Decano, & in Baren. Iuriſpatro-
natus 14. Iunij 1652. coram bo. me. Bichio.
7 Minus ex eo, quod Eccleſia fuerit de nouo
dotata, quia in præfata Bulla Martini V. ex-
primitur, Parochialem habere dotem annui
redditus florenorum 40. auri. Vndè neceſſa-
ria fuiſſet probatio, quod illa funditus eſſet
deperdita, & redacta de eſſe ad non eſſe, quod-
que Parochialis totaliter depauperata remān-
ſerit iuxtà tradita per *Berou. in conſ. 4. num. 27. &*
28. vol. 1. & firmauit *Rota coram Duran. dec. 285.*
num. 36. coram Merlin. deciſ. 693. num. 11. cum alijs
pluribus *in deciſ. 58. num. 5. in fine par. 1. recent. &*
in dicta Baren. Iuriſpatronatus coram bon. memor.
Bichio.
8 Et eo facilius deuenerunt Domini in hanc
ſententiam, quia huiuſmodi augumentum
Dotis non fuit factũ ex bonis proprijs, ſed ex
redditibus quinque beneficiorum, quo caſu
Iuſpatronatus acquiritur Eccleſiæ, non autem
dotanti, vt aduertit *Lambertin. de Iurepatr. lib. 1.*
par. 1. quæſt. 8. art. 7. num. 3. verſ. hoc idem, Rocch. de
Curte eod. tract. verb. Eccleſiam fundauit num. 8. &
verb. & dotauit n. 26. & tenuit *Rot. deciſ. 630. n. 56.*
par. 4. to. 3. rec.
9 Nec vrget, quod dicta beneficia prætendan-
tur de Iurepatronatus familiæ Caſtellioneæ, vt
narratur in eadem Bulla, ibi: *quæ de Iurepa-*
tronatus diuerſorum ex nobilibus Terræ prædictæ de

Caſtellioneo exiſtunt, quia talis expreſſio & narratiua, non eſt narratiua Papæ, ſed Partis, quę propterea non venit attendenda ex adductis per *Garz. de beneſ. par.* 12. *cap. 2. num. 277. Caſſad. deciſ. 4. num. 1. & 9. de probat. Penia deciſ. 29. nu. 14.* Et concordantes referunt *Add. ad ſa. mem. Greg. deciſ. 452. n. 22.*

10 Et quod magis eſt non tollit, quin Iuſpatronatus dicatur ex priuilegio, vt bene comprobat *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 1. qu. 6. nu. 8. verſ. quartus eſt conſenſus*, vbi reddit rationem, quia cum Eccleſia eſſet iam conſecrata, et nõ pateretur ſeruitutem, authoritas Superioris eſt cauſa efficiens et priuilegiatiua, vt Tertius dotãs efficiatur patronus dictæ Eccleſiæ, quod repetit *eod. lib. 1. par. 1. quæſt. 6. art. 5. num. 1. verſ. & conſenſus Diœceſani*. Nam poſt conſecrationem ceſſante priuilegio, & authoritate Superioris de iure non acquireret iuſpatronatus *gloſ. in cap. pia mentis verb. pia mentis 16 q. 7. Abb. conſ. 59. nu. 2. & 3. par. 2.* cum adductis per *Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 12. n. 55.*

11 Obiectum quod Io: Silua Caſtellioneus falſus fuerit in ſua impetratione, Parochialem controuerſam eſſe de iurepatronatus clericorum, & laicorum mixtim ex fundatione, & dotatione, tollitur ex lectura prædictæ Bullę, quæ probat concludenter, Iuſpatronatus eſſe ex priuilegio, atque ideò cum confeſſio detegatur erronea non nocet confitenti *l. non fatetur ff. de confeſſ. cap. fin. eod. tit. Dec. conſ. 408. num. 5.* vbi ampliat ſiuè error conſiſtat in iure, ſiuè in facto, *Surd. conſ. 5. num. 43. Rot. deciſ. 159. num. 19. par. 5. rec. & in Licien. Bonorum 24. Aprilis 1654. coram Me.*

12 Cumque huiuſmodi Bulla fuerit exaduerſo producta excludit præſumptionem alterius tituli iuxta doctrinam *Innoc. in cap. dudum num. 2. verſ. ſed quia de decim. Rot. coram Merlin. deciſ. 702. num. 3. in Gerunden. Beneficij 30. Aprilis 1640. coram bo. mem. Bichio, & in Tridentina Parochialis 5. Decembris 1646. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro Decano.*

13 Et hinc ceſſat prætenſio ſimilis, deducta ex ſententia Ordinarij, canonizantis Iuſpatronatus prædictum ex fundatione, & dotatione, nam cum appareat ex ſupra firmatis, eſſe ex priuilegio, huiuſmodi ſententia non meretur allegari, præſertim cum ex actis non iuſtificetur *Felin. in cap. cum venerabilis num. 42. verſ. nam etſi condemnetur de except. Seraph. deciſ. 1261. n. 5. Merlin. deciſ. 202. nu. 3. & in rec. deciſ. 578. nu. 8. & 9. par. 4. tom. 3.*

Et ità reſolutum vtraque parte &c.

PAMPILONEN. BENEFICII.

Lunæ 1. Iulij 1658.

ARGVMENTVM.

Subrogatus gratiosè quæ requiſita probare debeat, ad obtinendam immiſſionem, & ex quibus eadem requiſita dicantur iuſtificata.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato gratioſè datur immiſſio, conſtito de reſeruatione, Clericatu, & obitu Beneficiati in poſſeſſione.*
2 *Clericatus ex quibus probetur.*
3 *Obitus Beneficiati in poſſeſſione probatur ex Teſtibus.*
4 *Similiter probatur ex confeſſione Partis, venientis ex eadem vacatione.*
5 *Menſis Iulij eſt reſeruatus Sedi Apoſtolicæ.*
6 *Iuſpatronatus ex priuilegio cadit ſub reſeruationibus Apoſtolicis.*
7 *Excommunicatus per abſolutionem reponitur in priſtinum Statum.*

DECISIO CCLXXIV.

De beneficio controuerſo, vacante per obitum Io: Calui, prouiſus fuit à Sede Apoſtolica Franciſcus Calataiud, & obtinuit gratioſam ſubrogationem, cuius vigore, hodiè propoſito Dubio, Domini, immiſſionem dandam eſſe, reſponderunt. Docet enim de
1 requiſitis neceſſariis, ad illam obtinendam, nempè de Clericatu ipſius Impetrantis, de obitu Ioannis in poſſeſſione, & quod beneficium ſit reſeruatum iuxtà ea, quæ firmauit *Rota in deciſ. 715. num. 3. par. 1. rec. deciſ. 197. nu. 1. par. 2. deciſ. 340. eod. num. par. 3. deciſ. 225. num. 16. & 17. par. 7. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 154. num. 1.*

2 Clericatus iuſtificatur tum ex atteſtatione ſui Ordinarij. Tum ex literis Apoſtolicis in forma gratioſa expeditis, quæ concedi non ſolent, niſi de eodem clericatu, & alijs qualitatibus Prouiſi ſufficienter doctum fuerit, vt dixit *Rot. coram Penia deciſ. 144. num. 5. iuxtà impreſſionem Lugdunen. & in Meleuitana beneficij 31. Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Albergato*, vbi aliæ cumulantur.

3 Obitus Ioannes in poſſeſſione de Menſe Iulij reſultat ex quinque Teſtibus ſeruatis ſeruandis, & citata Parte examinatis: Et conſtat
4 ex confeſſione Aduerſarij, venientis ex eadem vacatione *Rot. coram Duran. deciſ. 234. num. 2. in Pampilonen. beneficij de Eſparza 25. Nouemb. 1649. coram bon. mem. Arguelles*, cum alijs pluribus *in Toletana beneficij 12. Nouemb. 1653. coram Reuerendiſs. Carillo.*

5 Et ex dicta probatione obitus de menſe Iulij, reſultante ex depoſitionibus Teſtium, & confeſſione Partis, iuſtificatur etiam clariſſimè reſeruatio; Nam dictus Menſis eſt ſemper fixus, & Sedi Apoſtolicæ reſeruatus, vt aduertit *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 45. §. 1. nu. 22. Garz. de beneſ. par. 5. cap. 1. n. 522.*

6 Nec releuat, quod attento priuilegio Apoſtolico, collatio huiuſmodi beneficij ſpectet ad Ducem Albæ; Nam inter reſponſiones datas per Informantes pro Franciſco, illa Dominis præcipuè placuit, quod cum Iuſpatronatus prædictum appareat conceſſum ex priuilegio, cadit propterea ſub Reſeruationibus Apoſtolicis, & illius collatio ſpectat ad Papam *Garz. de beneſ. par. 5. cap. 1. n. 574. Gonzal. ad Reg. 8. gloſ.*

gloſ.18.num.18.& ſeqq.Rot.deciſ.58. num.1.& deciſ.88. per totam par.1. rec. & pleniſſimè firmatum fuit *in Mediolanen.Capellania 22.Iunij 1657. confirmata in Rota præterita coram Me.*

7 Minus releuat defectus excommunicationis, oppoſitus contra Franciſcum ob non ſolutionem cuiuſdam penſionis, quia conſtat de abſolutione, quæ repoſuit illum in priſtinum ſtatum *Rot. in Calagnritana Sedilium 3.Iulij 1623.coram Pirouano, & in recent. deciſ.83.num.8. & 9.par.7.*

Et ità vtraque &c.

BENEVENTANA HAEREDITATIS.

Mercurij 3. Iulij 1658.

In Rota Memorialium.

ARGVMENTVM

Manutentio datur vigore poſſeſſionis merè Inſtrumentalis quando nemo reperitur in poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio Inſtrumentalis, alio non exiſtente in poſſeſſione eſt manutenibilis.*

2 *Poſſeſſio, capta ante obitum poſſidentis, non ſuffragatur.*

3 *Poſſeſſio Tertij allegari poteſt ad excluſionem poſſeſſionis Agentis.*

4 *Teſtes, deponentes ſpecificè, & magis præcisè, praferendi ſunt alijs.*

5 *Teſti, deponenti de proprio iudicio, non creditur.*

6 *Teſtis ſe referens ad depoſitionem alterius non probat, niſi quatenus continetur in depoſitione relata.*

DECISIO CCLXXV.

SCIPIO Bilotta, poſt reportatam Sententiam Rotalem à R.P.D. meo Veroſpio, reuocatoriam antecedentis, necnon Deciſionem fauorabilem pro illius confirmatione coram me ſub die 19. Iunij 1656: inſtetit pro expeditione cauſæ tam in petitorio, quam poſſeſſorio, & quia in petitorio pro parte Monaſterij, & Monialium S.Vectorini nihil releuans deductum fuit, quod, ex Deciſionibus in cauſa factis, non appareat abundè ſublatū, ſed ſolum opponebatur, non eſſe eidem Scipioni concedendum mandatum de manutenendo, cum eius poſſeſſio eſſet poſterior, & conſequenter non manutenibilis: Ideò Domini, agnoſcentes prætenſionem non ſubſiſtere, decreuerunt, quod etiam in poſſeſſorio

1 cauſa expediretur moti ex eo, quia mortuo ſine filijs Lutio Iuniore de Leonibus ſub die 7. Septembris 1650. paulò ante horam 17. vt deponunt Teſtes dati *in Summ.numer.2.* Scipio Bilotta, vti proximior immediatè, & incontinenti pulſata hora 17. accepit poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, & ſignanter Tenutæ nuncupatæ la Cancellaria, & propterea eidem concedendum venit mandatum de manutenendo; Nam poſſeſſio inſtrumentalis. Alio non exiſtente in poſſeſſione, ſuffragatur etiam ad effectum manutentionis, *iuxt. text. in l.prædia, & ibi Bart.ff.de acquir.poſſ. Rot.deciſ.92. n.1.& deciſ.106.n.4. par.1.rec.& deciſ.440.num.1. par.4.tom.2.*

2 Nec obſtat poſſeſſio anterior, capta pro parte Monaſterij ex perſona Magdalenę circa horam decimamquintam, & decimamſextam; quia cum Lutius adhuc non eſſet mortuus, talis poſſeſſio non venit attendenda, *l. clam poſſidere §.qui ad nundinas, & l. quamuis §.ſi conductor ff.de acquir.poſſ.Rot.deciſ.649. num.9. par.2.recent. & coram ſan.mem.Gregor.deciſ.14. num.2. & ſeqq.*

3 vbi quod poteſt dari de poſſeſſione Tertij, ad excludendam poſſeſſionem inſtrumentalem Partis, *& deciſ.138.n.3.& coram Merlin.deciſ.687. num.34.& 35.*

4 Quod autem Lutius adhuc viueret, conſtat ex Teſtibus, qui fuerunt præſentes illius morti, & qui deponunt, ſe acceſſiſſe hora 15. ad conuentum S.Franciſci, vbi Lutius iacebat in lecto, ibique permanſiſſe per ſpatium duarum horarum, ad effectum capiendi poſſeſſionem ſecuta illius morte, quæ euenit paulò ante horam 17. ibi *quando ſpirò detto Signor Lutio poco doppo ſonorono le 17.hore*, & reddunt optimam cauſam ſcientiæ, quia nempè viderunt Horologium, & audiuerunt horas, ibi *& vi gionſi in detto Conuento due hore prima, che ſpiraſſe, che erano 15. hore, perche viddi la sfera dell' Horlogio, che erano 15. hore, & poi ſentij ſonare le 16.& 17.* vt latius *Summ. num.* 8. Vndè cum dicti Teſtes fuerint præſentes, & deponant magis ſpecificè, & clarè tam circa mortem, quam circa horam mortis, & captæ poſſeſſionis, præferendi veniūt Teſtibus contrarijs *Rot.coram Buratt.deciſ.903.n.4.& in rec.deciſ.223.n.11.par.2.& deciſ.105.n.2.par.5.*

5 Nec quicquam facit, quod Notarius rogatus de Inſtrumento poſſeſſionis, captæ per Moniales, expreſſerit in Inſtrumento horam 17.Nam cum ipſe reperiretur per prius in dicta Tenuta della Cancellaria, vbi non aderant, nec poterant audiri Horologia, & formiter examinatus deponat de eius iudicio, ibi *potè eſſere à 17. hore à mio giuditio*, vtique non venit attendendus *Felin.in cap.quoties num.12.de Teſtib.Cardin.conſ.56.num.9. verſ.tertius autem teſtis, Rot.deciſ.677.nu.3.& deciſ.774 nu.5.par.2.rec.* Maximè cum ipſe affirmet, poſſeſſionem fuiſſe captam poſt acceſſum Michaelis Angeli Marræ ad eandem Tenutam, & de eius ordine, qui Marra nec poterat eſſe certus de dicto obitu, nec ordinauit apprehenſionem poſſeſſionis, niſi hora ſupra relata, vt patet ex eius depoſitione, ibi: *Io ſtauo in Beneuento in Caſa mia aſpettando l'auuiſo, che mi mandaua D.Beatrice della morte del Signor Lutio, per andare à dar la nuoua al Procuratore di detto Monaſterio, quale dimoraua inſieme con il Notaro, e Teſtimonij in detta Maſſaria della Cancellaria, ad effetto di pigliare il poſſeſſo ſubito, che haueſſero hauuto nuoua della Morte di detto Signor Lutio, perciò ſubito che hebbi l'auuiſo da detta D.Beatrice mi poſi à Cauallo, & m'inuiai à detta*

Digitized by Google

Cancellaria, & eſſendo giunto alla Torre, quelli che ſtauano là diſſero à me che coſa c'è, & io li riſpoſi pigliate il poſſeſſo &c. & veddi il Notaro che ſi rogò, & quando ſi pigliò poteuano eſſere 15. in 16. hore. Vndè, cum Notarius ſe referat ad dictum Teſtem
id tantum probare dicitur, quod continetur
6 in eius depoſitione, à qua in totum regulari
debet *Dec. in auth. ſi quis in aliquo num. 45. verſ. reſtringitur C. de eden. Bald. conſ. 270. nu. 16. verſ. item cum teſtes lib. 1. Pariſ. conſ. 7. nu. 3. & ſeqq. lib. 3. Rota coram Comitol. deciſ. 52. n. 9. & in rec. deciſ. 21. eod. n. & numeris ſeqq. par. 4.*

Cum igitur ex prædictis conſtet de poſſeſſione Scipionis, & bonum ius illius ſit indubitatum, iniunctum fuit mihi, vt cauſam expedirem tam in petitorio, quam poſſeſſorio &c.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 9. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Saluianum datur pro legato ſuper omnibus bonis Teſtatoris, etiamſi factum fuerit de certa ſpecie, quando illa ob culpam hæredis non reperitur in hæreditate.

SVMMARIVM.

1 *Legatum probatur ex Teſtamento.*
2 *Hypotheca competit pro legatis.*
3 *Saluianum datur pro legato ſuper bonis, poſſeſſis per Teſtatorem.*
4 *Bona fuiſſe in bonis Teſtatoris, probatur ex Inſtrumento Diuiſionis, initæ inter hæredes.*
5 *Legatum certæ ſpeciei hæres adimplere dicitur, cedendo ſpeciem.*
6 *Declara, vt hoc procedat, ſi talis ſpecies extet in hæreditate.*
7 *Legatum certæ ſpeciei, ſi culpa hæredis præſtari non poteſt, idem hæres tenetur ad æſtimationem.*
8 *Pecunia exacta, & bona fide conſumpta non venit reſtituenda.*
9 *Bona fides ceſſat, quando probatur ſcientia, & adeſt proteſtatio, quod pecunia proueniebat ex re, alteri legata.*
10 *Sequeſtrum ſi non fuit ſeruatum, & citatus creditor, qui ſequeſtrauit, conſignatio eſt nulla, & attentata.*
11 *Legatum etiam non agnitum tranſmittitur ad hæredes.*

DECISIO CCLXXVI.

VIGORE legati, contenti in Teſtamento Cæſaris, obtinuit Bonauentura Brunellus ſententiam immiſſionis in poſſeſſionem quorumdam bonorum, hæreditariorum eiuſdem Cæſaris contra fratres de Carcaraſijs, illorum detentores, cuius iuſtitia, cum acriter impugnaretur; Dubitaui an ſententia prædicta ſit confirmanda, vel infirmanda; Et pro confirmatione reſponſum fuit.

1 Nam creditum cum hypotheca reſultat ex
Teſtamento Cæſaris, in quo tertiam partem
Negotij, quam ipſe habebat in Aromataria
ad Rotundam, calculata à principio in ſcutis
3292. 85. & deinde redactam ad ſcuta 2200.
non compræhenſis partitis inexigibilibus, legauit Brunello, Flaminio, & Cherubino. Vndè cum duæ ratæ d. legati, ſpectantes ad eundem Brunellum, altera ſcilicet ex perſona
propria, altera verò vti hæredem præfati Flaminij aſcendat ad ſcuta 1466. rectè fuit pro
2 eadem ſumma conceſſa immiſſio contra Carcaraſios hæredes pro medietate d. Cæſaris ex
perſona Lucretiæ, quia pro legato competit
hypotheca. Et datur Saluianum etiam ſuper
3 alijs bonis, poſſeſſis per Teſtatorem, *l. 1. Cod. comm. de legat. gloſſ. in §. Noſtræ verbo per hypothecariam inſtit. de legat. Bart. in l. 1. nu. 13. ibique Caſtr. num. 17. ff. de legat. 1. Rot. coram Duran. deciſ. 185. num. 6. & 7.* & alios cumulant *Adden. ad Buratt. deciſ. 286. n. 19.*

4 Nec poteſt reuocari in dubium, quod bona controuerſa, ſuper quibus fuit conceſſa
immiſſio, ſint hæreditaria Cæſaris, nam id
conſtat apertè ex Inſtrumento diuiſionis, initæ
inter Lucretiam auctricem fratrum de Carcaraſijs ex vna, & Monaſterium S. Petri Montis Faliſci ex altera, in qua bona prædicta
vti hæreditaria Cæſaris fuerunt diuiſa, & in
portionem eiuſdē Lucretiæ obuenerunt *Alex. conſ. 152. num. 1. lib. 7. Rot. deciſ. 122. nu. 1. par. 4. rec. & deciſ. 269. n. 5. par. 8. & coram Merlin. deciſ. 470. num. 1.* Et concordantes cumulantur *in Viterbien. Tranſactionis 11. Decemb. 1658. coram me.*

5 Minus facit, quod legatum factum à Cæſare ſit certę ſpeciei, ideoque hęredes legantis, cedendo ſpeciem, liberentur; Nam, vl-
6 tra quod id factum non fuit, obiectum poſſet
procedere, ſi ſpecies legata exiſteret in hæreditate, ſecus verò cum illa fuerit conſumpta
7 culpa, & facto hæredum, qui poſt ſecutam
diuiſionem mediante eorum Procuratore nouam Societatem contraxerunt, ponendo pro
capitali effectus hęreditarios, *vt in Summ. n. 9.* & deindè, ea diſſoluta, illos vendendo, & pretium recipiendo, *vt num. 10. & 11.* Nam tali
caſu teneri hęredes ad ęſtimationem, probat
text. in l. quod te 5. ff. ſi cert. pet. & in l. cum rei 49. verſ. itaque ſi Stichus, & in §. Item ſi fundus ff. de legat. 1. ibique Bart. num. 5. Alex. eod. num. Caſtr. n. 8. & Iaſ. num. 25. & 26. cum alijs adductis *in deciſ. R. P. D. mei Melty.*

8 Nec placuit replicatio, quod pecunia exacta fuerit ad computum crediti, quod hæredes habebant contra fratres de Scaglis fideiuſſores Cherubini, atque ideò vti exacta, & cōſumpta bona fide non veniat reſtituenda; ceſ-
9 ſat enim dicta bona fides attēta ſcientia, quod
pecunia proueniebat ex effectibus, vt ſupra
legatis, ac ſtantibus proteſtationibus, quod
illa ſpectabat ad Brunellum per *text. in Can. ſi Virgo 34. quæſt. 2. Bart. in l. Celſus nu. 18. ff. de vſucap. Abb. in cap. grauis num. 15. de reſtit. ſpoliat. Menoch. de arbitr. caſ. 225. num. 5. & de præſumpt. lib. 3. præſ. 130. num. 47. & 48.* & vltra alios cumulatos per *Surd. conſ. 4. n. 45.* firmauit *Rot. deciſ. 476. n. 3. par. 4. diuerſ. & coram Canaler. deciſ. 91. nu. 10.*

9 Et maximè quia conſignatio facta fuit nō citato Brunello, & ſpreto illius ſequeſtro, de quo in actis fuit oppoſitum; Vndè remanſit nulla, & attentata, & conſequenter retractanda, vt dixit *Rota in Vicentina Parochialis 1. Iulij 1629. coram bon. mem. Manzanedo, & in Auenionen. Attentatorum 28. Iunij 1651. coram me.*

10 Demum non obſtat, quod portio legati ad Flaminium ſpectantis non poſſit prætendi à Brunello illius hærede, ſed tamquam non agnita ab eodem Flaminio, accreuerit pro rata ipſi Brunello, & pro alia rata Cherubino Collegatarijs, quia cum Teſtator prędeceſſerit, legatum prædictum etiam non agnitum potuit ad hęredes transſmitti *l. ſi poſt diem 4. ff. quand. dies legat. cedat Beron. conſ. 25. n. 24. lib. 2. Rot. coram Caualer. deciſ. 504. n. 4.*

Ex prædictis itaque, & alijs rationibus deductis in deciſ. R. P. D. mei Meltij, responderunt DD. ſententiam Rotalem eſſe confirman. vtraque &c.

VITERBIEN. TRANSACTIONIS.

Mercurij 11. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Fructus prætendi non poſſunt ex ſimplici credito pecuniario, & ſoluti computantur in ſortem, non obſtante quocumque pacto in contrarium, niſi concurrant requiſita Caſtrenſis, vel Debitor habeat onus inueſtiendi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non debentur ex ſimplici credito pecuniario, non interuenientibus requiſitis Caſtrenſis.*
2 *Fructus, ſoluti ex ſimplici credito, debent in ſortem computari.*
3 *Amplia, etiamſi ſcienter & ſpontè ſoluti fuerint.*
4 *Vſuras ſoluens, præſumitur id facere, ne conueniatur pro ſorte.*
5 *Vſuræ non debentur, quamuis adſit expreſſa conuentio.*
6 *Mercatores non ſemper lucrantur, ſed aliquando etiā iacturam faciunt.*
7 *Vſuræ neque etiam inter Mercatores ſuſtinentur.*
8 *Confeſſio probat contra confitentes, & habentes cauſam ab eis.*
9 *Societas non præſumitur, niſi probetur.*
10 *Fructus debentur etiam ex pecunia, quando ex pacto illa erat inueſtienda.*
11 *Et ratio eſt quia de illa iudicatur, ſicut de ſpecie.*
12 *Declara id procedere quando onus inueſtiendi ſpectat ad Debitorem, ſecus ſi ad Creditorem.*

DECISIO CCLXXVII.

POST ſecundam reſolutionem captam ſuper capitali, & ſorte ſcutorum 10000. quę fuerunt promiſſa per Dominicum, & Tulliū in Inſtrumento Tranſactionis, initæ de anno 1634. cum filijs, & hęredibus Pauli, proſequendo diſputationem ſuper reſeruatis dubitaui, an pro dicta ſumma deberentur fructus iuxta promiſſionem, factam per eoſdem fratres; Et negatiuè fuit reſponſum, ſiue illi prętendantur vti fructus recompenſatiui, & prouenientes ex re ceſſa tamquam fructifera, ſiue ex eo, quod eadem ſumma deſtinata eſſet, ad effectum inueſtiendi, & negociandi.

1 Etenim reſpectu primæ partis exceptis ſcutis 833.33. conſiſtentibus in ſtabilibus, & bonis de ſui natura fructiferis quoad reliquam ſummam nulla fuit adducta probatio, quod bona per Paulum ceſſa eſſent fructifera, & remiſſoria, quæ ad hunc effectum vſque de Menſe Iunij 1656. conceſſa fuit adhuc non apparet expedita, atque ideò ceſſante probatione huiuſmodi fructus promiſſi, & taxati pro ſimplici debito pecuniario, non interuenientibus requiſitis *Caſtr. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. nullo modo prætendi poſſunt l. vſura pecuniæ 121. ff. de verb. ſignif. cap. plerique 14. quæſt. 3. cap. eijciens 88. diſtinct. Bald. conſ. 133. ſub nu. 1. lib. 3. Purpur. conſ. 117. n. 14. Rot. in rec. deciſ. 72. n. 1. par. 2. & in Romana quatuor Domorum 21. Iunij 1649. coram bo. me. Peutingerio.*

2 Imò fructus hucuſque ſoluti, tanquam indebiti & vſurarij, debent in ſortem computari *l. indebitas 18. C. de vſur. l. ſi non ſortem, ibique Bart. num. 4. ff. de cond. indeb. Roman. conſ. 233. nu. 1. & ſeqq. Surd. deciſ. 328. num. 14. & 15. Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 80. num. 9.* & latè firmatum fuit *coram Merlin. deciſ. 409. num. 29. & 30.* Vbi dici-
3 tur, concluſionem procedere etiamſi ſcienter, & ſpontè illi ſoluti fuerint, quia lex in ſoluente vſuras pręſumit coactam voluntatem, ne
4 ſcilicet moleſtetur pro ſorte, *Ruin. conſ. 66. n. 11. verſ. nec obſtat lib. 4. Rot. coram Eminentiſs. Otthobono, deciſ. 21. num. 1. & ſeqq.* & præſertim *num. 7. in Romana Cambij 17. Februarij 1642. coram bon. me. Bichio*, & cumulatis concordantibus dictum fuit *in Romana pecuniaria 23. Martij 1648. coram*
5 *R. P. D. meo Meltio.* Vbi non obſtante quacunque conuentione contraria, quia non debet eſſe in poteſtate Partium facere licitas vſuras, quę de iure ſunt prohibitæ, *& deciſ. 775. nu. 2. par. 4. diuerſ. & in Licien. Pecuniaria 29. Maij 1643. coram bo. me. Bichio.*

6 Nec placuit reſponſio, quod agatur inter mercatores, & ſolitos negociari, qui pecunias ſuas non ſolent retinere otioſas; Nam licet in illis adſit generales deſtinatio ad lucrum, deeſſe tamen poteſt particularis ad hoc, vel illud inueſtimentum, & quamuis ſint ſoliti
7 lucrari, multoties tamen iacturam faciunt. Et ideò nec etiam fauore ipſorum ſuſtineri ſimile intereſſe, firmauit *Rot. poſt ſecundum vol. conſ. Farinacc. dec. 325. n. 1. & ſeqq.* & vltrà plures cumulatos per *Gratian. cap. 67. num. 13. & 14.* latè diſcuſſo articulo deciſum fuit *in Auenionen. Pecuniaria 10. Febr. 1640. coram bo. mem. Bichio, penes Merlin. de pign. deciſ. 29. per totam*, & præſertim *num 5. & in Senogallien. Pradij 27. Iunij 1644. & 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Meltio, & in Corlanien. pecuniaria 26. Maij 1653. coram Reuerendiſs. Præſide Valbſoletano.*

8 Obiectum, quod hæc promiſſio, etiam quoad reliqua ſcuta 9266. 66. facta fuerit habito

bito

bito reſpectu ad bona ſtabilia hęreditaria Pauli per ipſos filios & hæredes ceſſa, nullo modo videtur ſubſiſtere, quia ex Inſtrumento diuiſionis, initæ de anno 1627. apparet omnia bona ſtabilia & fructifera obuenta in portionẽ Pauli, non excedere ratam ſcutorum 833.33. quod Inſtrumentum propterea bene probat contra diuidentes, & habentes ab eis cauſam *Pariſ. conſ. 26. num. 54. lib. 2. Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 371. nu. 9. in rec. deciſ. 122. nu. 1. par. 4. & coram Merlin. deciſ. 470. eod. n. 1.*

9 Prout minus videtur ſubſiſtere, quod inter præfatos Dominicum, & Tullium, ac filios Pauli eorum nepotes poſt ſecutam diuiſionẽ inita fuerit de nouo ſocietas ſundacalis, & ex effectibus eiuſdem ſocietatis plura fuerint empta bona ſtabilia; Siquidem huiuſmodi aſſertio nulla probatione fulcitur; Et regulare eſt, quod ſocietas non præſumatur, niſi probetur. *Surd. conſ. 138. nu. 9. Alex. conſ. 134. n. 4. vol. 5. Rota in Tudertina Societatis 21. Iunij 1638. coram Panzirolo, & dec. 40. n. 6. & coram Eminentiſs. Otthobono.*

10 Reſpectu verò ſecundæ partis, licet Domini non reuocarent in dubium, quod etiam ex pecunia fructus debeantur, quando pecunia ex pacto debet reinueſtiri, vt notat *Gratian. cap. 920. num. 26. & ſeqq.* vbi quod de illa iudicatur

11 ſicut de ſpecie, non ſicut de quantitate, *& in dicta Romana quatuor Domorum 21. Iunij 1649. coram bo. me. Pentingerio.*

12 Attamen, cum onus inueſtiendi non ſpectaret ad debitores, qui tantum pecuniam debebant ſoluere, ſed illud creditori iniunctum fuerit, vtique fructus ex hoc capite prætendi non valent, vt firmauit *Rota in Romana Crediti Dotalis 13. Martij 1645. coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Romana fructuum Dotis 21. Apr. 1651. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro Decano.*

Et ita vtraque &c.

ANCONITANA PECVNIARIA.

Lunæ 16. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Obligatio de reſtituendo limitatè facta non operatur niſi fauore illorum, quorum reſpectu concepta fuit, etiamſi adſit clauſula in forma Cameræ.

SVMMARIVM.

1 *Dictio Alij eſt excluſiua illorum, de quibus ſupra fuit facta mentio.*
2 *Verba futuri temporis non poſſunt verificari in præterito.*
3 *Sententia, quæ fuit acceptata, valet non ſolum in vim ſententiæ, ſed etiam in vim pacti.*
4 *Obligatio Cameralis non extenditur ad perſonas non nominatas, nec comprehenſas in ſtipulatione.*
5 *Obligatio Cameralis licet arctius liget contrahentes, non tamen in plus aſtringit, quam ipſi voluerint.*
6 *Prior in tempore eſt potior in iure.*
7 *Retrotractio non poteſt fieri in præiudicium Tertij, cui fuit iam ius quæſitum.*
8 *Fallit, quando conſtat de veritate ueſtut, ad quem retrotractio fieri debet.*
9 *Recognitio bonæ fidei ſuper aliquo debito ex quibus iuſtificetur.*
10 *Impugnare non poteſt actum qui citatus illi præſens fuit, & tacuit.*
11 *Actus idem non poteſt diuerſo iure cenſeri, ſed eodem modo debet operari reſpectu vnius, ac reſpectu alterius.*
12 *Approbans Inſtrumentum illud allegando, & producendo, non poteſt amplius illud impugnare.*
13 *Anterior ſecundum ordinem ſcripturæ dicitur ille, de quo prius in eadem ſcriptura fuit facta mentio.*

DECISIO CCLXXVIII.

SECVTA decoctione Bernardi, & fratrum de Zuzzeris, & facto concurſu per creditores, lata fuit ſententia graduatoria, in qua Darius de Scalamontibus, necnon Ludouicus, & Lauinia vxor, graduati ſecundo loco receperunt ex pretio domus, deliberatæ Bellolis ſcuta 772. monetæ. Vndè cum pro illorum reſtitutione pulſati fuerint ab Alexandris, habentibus cauſam à Comitiſſa Senili vxore Cæſaris Bomplani, & graduatis quarto loco. Dubitaui, an pecuniæ exactæ eſſent reſtituendæ, & negatiuè reſponſum fuit.

Etenim obligatio concepta fuit ſub infraſcriptis verbis, *& pro dicta ſumma vt ſupra recepta &c. caſu quo inſurgerent alij anteriores creditores ipſis, habẽtes meliorũ, & potiora iura eidem D. Emptori præſenti dictam ſummam, vt ſupra receptam &c. reddere, ſoluere, & reſtituere promiſerunt.* Cum

1 igitur nulli alij creditores anteriores inſurrexerint, ſed ij tantum deſcripti, & graduati in ſententia, fruſtra egerunt Aduerſarij pro tali reſtitutione, quia Dictio *Alij* eſt penitus excluſiua illorum, de quibus antecedenter fuit facta mentio *l. ſi fundum 83. §. ſi libertas ff. de legat. 1. Alciat. conſ. 107. nu. 13. lib. 9. Corn. conſ. 5. n. 3. & ſeqq. Pariſ. conſ. 92. n. 5. vol. 1.* & latè comprobat *Honded. conſ. 69. n. 25. lib. 2.*

2 Et verbum *inſurgerent* reſpiciens futurum non poteſt verificari in creditoribus deſcriptis, qui iam inſurrexerant *Rot. coram Comitolo deciſ. 99. nu. 1. & 2. & coram ſa. me. Greg. deciſ. 338. num. 5. ibique Add. num. 15. & deciſ. 371. nu. 1.* Maximè cum illi ſententiam graduatoriam acceptauerint conſentiendo expreſsè, quod pecuniæ cõſignarentur iuxta formam, & gra-

3 duationem in ea contentam; Nam talis acceptatio operatur, vt ſententia non ſolum valeat in vim ſententiæ, ſed etiam in vim pacti *gloſſ. in l. 2. C. commun. vtriuſque iudic. Surd. conſ. 136. n. 54. Rot. diuerſ. deciſ. 512. n. 1. par. 1. & in rec. deciſ. 516. n. 3. par. 3.*

4 Imò, cum promiſſio fuerit reſtricta ad perſonam emptoris in caſu moleſtiarum ſuper bonis emptis, nullo modo poteſt operari fauore ſucceſſorum Comitiſſæ Senilis non obſtante obligatione Camerali, quia illa non extenditur ad perſonas nõ nominatas, nec comprehenſas in ſtipulatione, vt dixit *Rota coram Duran. deciſ. 287. num. 12. & ſeqq.* cum alijs adductis, per *Zacch. de obligat. Camerali quaeſt. 5. num. 9.*

Nam

5 Nam licet obligatio Cameralis efficacius liget, non tamen in plus Partes obligare poteſt, quam ipſe voluerint *Rot. poſt Cenc. deciſ. 33. n. 1. & ſeqq.* & probat *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 723. à num. 4.*

6 Fortius verò, quia creditum cenſus ad fauorem Scalamontis, & eius vxoris eſt anterius credito alterius cenſus ad fauorem Comitiſſæ; Nam ille impoſitus fuit ſub die 10. Iulij 1584. Alter verò die 9. Auguſti eiuſdem anni, prior autem in tempore eſt potior in iure *l. qui balneum, & l. potior ff. qui pot. in pign. hab. l. 2. & l. fundum C. eod. Rot. coram Comitol. deciſ. 99. num. 2.*

7 Nec releuat, quod cenſus Scalamontis impoſitus fuerit à Camillo Gabriellio nomine proprio, & particulari, & recognitio bonæ fidei, à fratribus de Zuzzaris poſtea facta ſub die 24. Auguſti, non poſſit retrotrahi in præiudicium Comitiſſæ, cui medio tempore fuit ius quæſitum *iuxt. text. in l. debitorum pactionibus*
8 *Cod. de pact.* Nam cum non deſint coniecturæ ſuadentes veritatem præfatæ recognitionis illa tamquam declaratiua præcedentis actus, non autem conſtitutiua noui Iuris operatur, vt vigore primi contractus competat actio, perindè ac ſi iidem de Zuzzaris ab initio cenſum impoſuiſſent, *Rot. in recen. deciſ. 46. & deciſ. 273. vtrobique n. 1. par. 7.*

9 Coniecturæ autem ſunt manifeſtę. Gabriellius enim erat cognatus, & plures alios cenſus impoſuerat nomine proprio, qui tamen ſpectabant ad fratres de Zuzzaris, declaratio facta fuit tempore non ſuſpecto, adeout in iudicio diſcuſſionis anterioritas deſumpta fuerit ab initio impoſitionis acceptantibus omnibus creditoribus, & in ſpecie Cæſare
10 Bomplano marito Comitiſſæ, & ipſamet Comitiſſa perſonaliter citata nihil oppoſuit, nec contradixit, vndè tacendo videtur ſibi præiudicaſſe, quominus poſſit dictam ſolutionem reuocare per *text. in l. ſi duobus 19. ff. de except. rei iudic. l. ſi eo tempore 6. ibique gloſſ. verbo diſtrahebatur C. de remiſſ. pignor.* & benè probat *Theſ. quæſt. for. lib. 2. q. 16. n. 18.*

11 Imò vterque cenſus impoſitus fuit à Camillo Gabriellio, & in eodem inſtrumento, in quo fuit facta recognitio bonę fidei ad fauorem Lauinię, legitur etiam recognitio ad fauorem Comitiſſę Senilis; Vndè dictum Inſtrumentum recognitionis non poteſt diuerſo iure cenſeri, ſed eodem modo, quo operatur reſpectu vnius, debet etiam operari reſpectu alterius *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. l. eum qui ades ff. de vſucapion. Surd. conſ. 53. nu. 12. Rot. coram Duran. deciſ. 337. n. 49.*

12 Nec refert, quod iidem fratres de Alexandris circumſcripto etiam Inſtrumento recognitionis habeãt obligatum Bernardum Zuzzarum in Inſtrumento impoſitionis cenſus, quia ſemper ſubſiſtit reſponſio, quod ipſi approbarunt Inſtrumentum recognitionis illud allegando, & producendo, adeout ab ipſis amplius non poſſit controuerti, & impugnari *Bald. in l. ſcriptura 14. num. 2. C. de fid. Inſtrum. Rot. in recent. deciſ. 88. num. 20. par. 6. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 127. num. 1.*

13 Cumque in illo prius fiat mentio cenſus, impoſiti ad fauorem Lauiniæ, quam alterius ad fauorem Comitiſſæ Senilis, etiam attento ordine ſcripturæ fratres de Scalamontibus apparent anteriores *Felin. in cap. cum dilecta num. 4. verſ. ſimiliter dicit de reſcrip. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 22. nu. 3. Gratian.* qui alios cumulat *cap. 586. num. 33.* & firmauit *Rot. in Bononien. Bonorum de Felicinis 1. Aprilis 1650. coram bo. me. Bichio.*

Et ità negatiuè reſponſum fuit partibus hinc indè informan.

LVCANA CAPELLANIAE.

Lunæ 27. Ianuarij 1659.

ARGVMENTVM.

Pręſentatio quamuis exhiberi debeat intra quadrimeſtre, nihilominus, ſi conſtet de legitimo impedimento, vel illa fuerit admiſſa per Ordinarium, ſuffragatur non obſtante inſtitutione, prius conceſſa ad fauorem alterius, quando dicta prima inſtitutio eſt nulla.

SVMMARIVM.

1 *Præſentato debetur inſtitutio, & conceſſa venit confirmanda, ſi doceat de requiſitis neceſſarijs.*
2 *Præſentatio debet exhiberi intrà quadrimeſtre.*
3 *Fallit, ſi ob diſtantiam regionis, & ob legitimum impedimentum præſentatio fieri non potuit.*
4 *Impedito legitimè non currit tempus.*
5 *Item fallit, ſi præſentatio ab Ordinario admiſſa fuerit.*
6 *Præſentatio extra tempus non poteſt admitti ab Ordinario in præiudicium Tertij.*
7 *Præſentatio facta à perſona, non habente mandatum, ad præſentandum, admitti non debet.*
8 *Fides non facit fidem.*
9 *Conditionalis ratificatio, conditione non purificata, habetur ac ſi facta non fuiſſet.*
10 *Inſtitutio, facta ab Ordinario, quando eſt nulla, poteſt idem Ordinarius alium inſtituere, & inſtitutum deſtituere.*
11 *Deciſio Cracouien. Præpoſituræ S. Floriani coram Bichio declaratur.*
12 *Inſtitutio nulla non habetur in conſideratione, & perinde eſt, ac ſi facta non fuiſſet.*

DECISIO CCLXXIX.

PROPOSITO dubio ſub die 29. Nouembris 1655. an inſtitutio Barſantis eſſet confirmanda, vel infirmanda; Domini non fuerunt concordes propter varietatem facti, ſed hodie, ſecuta illius dilucidatione, reſponderunt pro confirmatione.

1 Fundamentum reſolutionis fuit, quia conſtat, eundem Barſantem fuiſſe præſentatum ad Capellaniam controuerſam à Sereniſſimo Rege Catholico per ſuas literas patentes ſub data diei 20. Octobris 1652. & per ſententiam Ordinarij Lucani, ſeru. ſer. latam, fuiſſe inſtitutum

tutum; Vnde cum de vacatione Capellaniæ non dubiretur, minuſque, quod illa ſit de Iurepatronatus Regis; Et Clericatus, ac habilitas Barſantis reſultet ex literis patentibus ſui ordinarij; Meritò talis inſtitutio venit confirmanda, prout ſi non eſſet conceſſa, hodie denegari non poſſet per *text. in cap. decernimus, & cap. Monaſterium 16. quaſt. 7. cap. cum Bertholdus de re iudic. Rot. deciſ. 232. nu. 1. par. 5. rec. & deciſ. 37. eod. nu. par. 7. & in Aretina Plebaniæ 6. Febr. 1654. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro Decano.*

2 Non obſtat, quod præſentatio literarum
Regis coram Ordinario non fuerit facta intra
3 quadrimeſtre; Nam, vltrà quod ob diſtantiam
regionis literæ non potuerunt prius perueni-
4 re; vndè ob legitimum impedimentum tem-
pus non dicitur currere *l. 2. §. ſi quis in iudicio ff. ſi quis caut. Garz. de beneſ. par. 10. cap. 2. nu. 17. Rota coram Mantic. deciſ. 30. num. 2. & coram Seraphino*
5 *deciſ. 220. num. 4.* Ceſſat difficultas, dum ordi-
narius illam admiſit, prout poſſe, eam admittere quamuis extra tempus, probat *text. in cap. literas 4. ibique gloſſ. verb. patientia de ſupplen. neglig. prælat. gloſſ. in cap. 2. verb. intra ſex menſes poſt med. de conceſſ. præb. Lambertin. de Iurepatron. par. 2. lib. 2. art. 27. num. 3. & 5. Pariſ. de reſignat. lib. 7. quæſt. 29. n. 11. Rot. coram Creſcen. deciſ. 11. num. 1. & ſeqq. de dilat.*

6 Nec dicatur, quod ſaltem non potuerit admitti in præiudicium Montignoſij, præſentati hic in Vrbe ab Oratore eiuſdem Regis iuxta *deciſionem ſan. mem. Greg. 177. num. 5. & 6.*
7 Nam dùm nec intra, nec poſt quadrimeſtre doctum fuit, eundem Oratorem habuiſſe ſpeciale mandatum, ad præſentandum, talis præſentatio non debet haberi in conſideratione Lapus *alleg. 22. in prin. Rocch. de Iurepatr. verb. honorificum num. 26. Garz. de beneſ. par. 5. cap. 9. n. 202.* Et vltra plures relatos *ab Addent. ad dictam deciſionem Greg. deciſ. 177. num. 7.* firmauit *Rot. coram Caualer. deciſ. 551. num. 7. Duran. deciſ. 199. num. 9. Merlin. deciſ. 733. num. 9. & 10. & in Firmana Capellania 28. Aprilis 1651. coram bo. me. Bichio.*

8 Ratificatio verò eiuſdem Regis, quæ ex aduerſo deducta fuit, non iuſtificatur niſi per fidem Secretarij eiuſdem Oratoris, quæ regulariter fidem non facit *l. Inſtrumenta C. de probat. Lambertin. de Iurepatr. par. 2. lib. 2. qu. 1. art. 21. nu. 7.*

9 Imò probata non releuaret, quia habet in ventre conditionem, quatenus ipſe Montignoſius accepiſſet poſſeſſionem Capellaniæ ante literas Regias expeditas ad fauorem Barſantis; ibi. *Et così la nomina che io hò fatta, & la Patente diſpacciata per me in perſona di D. Florio Barſante hà da correre in caſo, che inanzi non habbia preſa la poſſeſſione Franceſco Montignoſi, il quale voi hauete propoſto, perche in queſta occorrenza condeſcendo, che ſi preferiſca il Montignoſi.* Vndè cum idem Montignoſius nec accepiſſet poſſeſſionem tempore datæ literarum Regis, quæ legitur ſub die 20. Octobris 1652. Imò nec adhuc reportaſſet præſentationem ab Oratore, quæ facta fuit 27. eiuſdem menſis, talis ratificatio tamquam conditionalis, conditione non purificata, habetur, ac ſi facta non fuiſſet *l. ſi ita ſtipulatus 14. ff. de verb. obligat. l. neceſſariò ff. de peric. & commod. rei vendit. Soc. Iun. conſ. 4. n. 16. & conſ. 13. n. 6. lib. 2. Rot. in rec. deciſ. 207. n. 6. par. 4.*

10 Demum non obſtat, quod Ordinarius, poſtquam inſtituit Montignoſium, non potuerit Barſantem inſtituere, nam, cum Inſtitutio Montignoſij fuerit nulla, vti facta ad præſentationem perſonæ, non habentis mandatum ad præſentandum, propterea ſuperueniente noua præſentatione, facta ab ipſomet Rege, bene potuit idem ordinarius primum Inſtitutum deſtituere, & Barſantem legitimè præſentatum inſtituere, vt probat *text. in cap. conſultationibus verſ. ſi verò, ibique gloſſ. verbo remoueri de iurepatr. Lambert. eod. tract. par. 1. lib. 2. q. 3. art. 1. ſub n. 4. verſ. & ex his, & num. 6. & quæſt. 4. art. 12. num. 1. poſt med. verſ. & ſic præſentatio, Rot. in recent. deciſ. 97. n. 5. par. 3.*

11 Nec reſiſtit *deciſ. in Craconien. Præpoſituræ S. Floriani 27. Maij 1650. coram bon. mem. Bichio*, quia
procedit, quando prima Inſtitutio fuit valida, ſecus verò ſi ſit nulla, vt diſtinguit *Viuian.*
12 *de Iurep. lib. 12. par. 2. cap. 5. num. 53.* Inſtitutio
enim nulla non venit attendenda, & perinde eſt ac ſi facta non fuiſſet *Abb. in cap. cum Bertholdus num. 13. de ſent. & re iudic. Rot. dicta deciſ. 97. n. 5. par. 3. rec. & in Valentina beneficij 31. Ian. 1622. coram Remboldo.*

Et ita vtraque &c.

ANCONITANA PECVNIARIA.

Veneris 31. Ianuarij 1659.

ARGVMENTVM.

Solutionis quietantia ex quibus reddatur ſuſpecta, prout etiam libri, in quibus illa reperitur deſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Solutio non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Confeſſio de recepto verificatur etiam in tempore præterito.*
3 *Inuerſimilitudo adimit fidem ſcripturæ.*
4 *Veriſimile quod non eſt, imaginem falſitatis habet.*
5 *Falſitatis ſuſpicio oritur ex diuerſitate, contenta in duabus Scripturis, adeout neutra ſit attendenda.*
6 *Libri Mercatorum, niſi fuerint legaliter tenti, & contineant partitas crediti, & debiti, non probant.*
7 *Confeſſio non probat in fauorem confitentis.*
8 *Fallit quando eſt veriſimilis, & multipliciter adminiculata.*
9 *Scriptura redditur ſuſpecta ex tarditate, in producendo.*
10 *Item, ſi quis recuſet declarare, velle illam habere pro bona, vera, & reali.*
11 *Item, ſi ſolutio non reperiatur adnotata in libro, qui dicitur Straccia foglio.*
12 *Item, ſi appareat deſcripta in libro minus apto.*
13 *Peritis practicis, & informatis ſtandum eſt circa legalitatem librorum.*
14 *Falſitatis ſuſpicio in ciuilibus habetur pro falſitate.*

1. D E-

DECISIO CCLXXX.

FIRMATIS nonnullis Capitulis inter Io-
annem Paetinum, & Io. Gherardum ſu-
per negocio Drogheriæ, erigendo in Ciuitate
Anconæ ſub nomine eiuſdem Gherardi, vt
latius continetur in apoca ſub die 13. Octobris
1652. Idem Paetinus die 30. eiuſdem Menſis
faſſus fuit, ad dictum effectum habuiſſe, &
recepiſſe à Margarita per manus Balthaſſaris
eius viri ſcuta 3500. ſub expreſsa declaratione,
quod in dicto negotio nullum intereſse ha-
bebat, ſed illud in totum ad Margaritam ſpe-
ctabat.

Cum verò, pulſatus à Margarita pro ſolu-
tione dictorum ſcutorum 3500. prætenderet,
promiſſionem adimpleuiſse dedi dubium, an
conſtet de ſolutione, quæ ſuffragetur, & Do-
mini relictis in ſuſpenſo ſcutis 1042. quæ præ-
tenduntur ſoluta Mercatoribus Venetis ex
cauſa mercium, in reliquis negatiuè reſpon-
1 derunt. Moti ex regula, quod ſolutio non
præſumitur, niſi probetur, illa verò, quæ de-
ducitur ex quietantia, reportata à Gherardo,
viſa fuit Dominis ex pluribus valdè ſuſpecta.
Primò ſiquidem conſcripta apparet ſub die
13. Octobris 1652. Et tamen Paetinus non
recepit dictam ſummam à Margarita, niſi ſub
die 30. eiuſdem menſis; vndè eſt valdè inue-
riſimile, quod illam tradiderit Gherardo, dum
adhuc eam non receperat à Margarita parum
2 obſtante, quod receputa Paetini cantet per
confeſſionem de recepto, quæ poteſt verifi-
cari etiam in tempore præterito, nam verba
futuri temporis ibidem appoſita, videlicet
*per la quale ſi douerà bonificare à detto Gherardi con-
forme alle capitolationi, &c.* clarè demonſtrant,
quod adhuc dicta ſcuta 3500. non erant ſolu-
ta, dum debebant bonificari; Inueriſimilitu-
3 do autem adimit fidem Scripturæ, vt notat
*Bald. conſ. 444. num. 2. & ſeqq. lib. 1. Aym. conſ. 28.
num. 9. Rot. deciſ. 452. num. 5. par. 3. recent.* Et quod
4 non eſt veriſimile, imaginem falſitatis habet
idem *Bald. in l. 1. nu. 16. C. de ſeru. fugitiu. Soc. Iun.
conſ. 122. num. 20. lib. 1. & conſ. 97. num. 13. lib. 2.
Rot. coram Seraph. deciſ. 1211. n. 3. & in rec. dec. 624.
n. 6. par. 4. to. 3.*

5 Secundò dicta quietantia cantat in pecunia
& mercibus: ibi *hò riceuuto &c. in diuerſi denari
contanti, e diuerſe mercantie in più tempi, & volte,
come appare al libro Maeſtro &c.* Partita autem
adnotata in eodem libro, ad quam quietantia
relationem habet, loquitur tantummodo in
pecunia: ibi *Gio. Paetini conto di capitale deue ha-
uere ſcudi 3500. moneta, hauuti da lui in più volte
in denari contanti.* Ex huiuſmodi enim varie-
tate, & diſcrepantia inter quietantiam, & par-
titam libri inſurgit non modica falſitatis ſuſ-
picio, itaut neutra ex dictis Scripturis veniat
attendenda *l. ſcripturæ diuerſa 14. C. de fid. Inſtr.
cap. imputari 13. ibique gloſſ. verb. contrarias eod. tit.
Grammatic. conſ. 24. num. 5.* Et vltra plures addu-
ctos per *Genuam de ſcript. priu. lib. 1. quæſt. 6. dub. 6.
per totam, & dubit. 7. nn. 44. & 45.* dixit *Rot. coram
Comitol. deciſ. 2. n. 4. & in rec. deciſ. 140. nu. 9. & 10.
par. 4. tom. 2.*

6 Tertiò quia, & ex forma Capitulorum, &
ex ſtylo mercatorum debebat Gherardus reti-
nere claram, & diſtinctam ſcripturam tam
reſpectu debiti, quam crediti cum adnotatio-
ne diei qualitatis, & quantitatis mercium;
Cumque qualibet vice huiuſmodi deſcriptio-
nem non fecerit, ſed ſub vnica partita poſue-
rit ad ſui debitum dicta ſcuta 3500. & de eis
vnicam tantum receputam fecerit (quamuis
ſolutio aſſeratur facta diuerſis vicibus, & tam
in mercibus, quam in pecunia) vtique quie-
tantiæ, & partitæ prædictis, necnon libris ab
eo compoſitis nulla venit adhibenda fides *Iaſ.
conſ. 4. nu. 4. & ſeqq. lib. 3. Straccha de mercat. par. 2.
num. 56. & 59. Rot. Ianuen. deciſ. 164. nu. 22. & deciſ.
173. num. 13. & ſeqq.*

7 Quartò concurrit atteſtatio eiuſdem Ghe-
rardi, affirmantis medio iuramento, ſe con-
ſcripſiſse partitam controuerſam, de ordine
Paetini, licet realiter quantitatem conſcriptã
non habuerit, quinimò auxiſse, & alteraſse
pretium mercium, ex quo credebat, nego-
tium totaliter ad Paetinum ſpectare, & per
talem deſcriptionem nemini præiudicium fie-
ri, & quia vti Miniſter non poterat ei contra-
dicere; Et licet huiuſmodi confeſſio videatur
tendere in beneficium ipſius confitentis; At-
8 tamen cum ſit veriſimilis, & multipliciter
adminiculata venit attendenda, etiamſi alias
non probaret ex notatis per *Salyc. in l. Mater
C. de contrahen. empt. Tiraq. in l. ſi vnquam verb. do-
natione largitus nu. 100. & ſeqq. C. de reuocan. donat.
Surd. deciſ. 325. num. 6. Rot. in Fauentina Cenſus 2.
Maij 1622. coram Vbaldo.*

9 His additur tarditas in producendo Scri-
pturam, quam ponderauit *Rota in Auenionen.
pecuniaria 18. Martij 1652. coram Reuerendiſs. Tar-
raconen. per text. in l. ſi quis fortè ff. de pœn.* Quod
10 Paetinus per ſpatium ſex menſium, & vltrà
renuit declarare an vellet illa vti pro bona, ve-
ra, & reali *ſap. allegat. 119. num. 1. Rot. deciſ. 452.
num. 4. in fine verſ. maximè quia par. 3. recent.* Quod
11 ſolutio non reperitur adnotata in libro, qui
dicitur ſtracciafoglio *Bald. in l. inſtum eſt num. 2.
C. de eden. Rot. dicta deciſ. 452. num. 6. par. 3. recent.*
12 Imò libri, in quibus deſcripta fuit, non con-
cernunt negotium Drogheriæ, ſed reſpiciunt
negotia diuerſa, vt teſtantur Periti, aſſerentes,
13 huiuſmodi libros laborare pluribus defecti-
bus, & valdè dubitare, quod fuerint nouiter
confecti, & compoſiti cum antidata, quibus
propterea Peritis tamquam practicis, & infor-
matis deferendum eſſe, diſponit *text. in l. 1. in
prin. ff. de ventr. inſpic. cap. fraternitatis de frigid. &
malefic. Rebuff. conſ. 127. num. 1. Rot. coram Buratt.
deciſ. 419. num. 2.*

14 Vndè Domini attentis prædictis exiſtima-
runt, non conſtare de ſolutione, quæ ſuffra-
getur, & quietantiam huiuſmodi tanquam
ſuſpectam non eſſe habendam in conſideratio-
ne; Nam verſamur in ciuilibus, in quibus
ſola ſuſpicio falſitatis habetur pro falſitate ex
notatis *in l. iubemus 24. C. de probat. Archidiac. in
cap. in memoriam num. 19. de probat. Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 1. præſumpt. 99. num. 5. Rot. coram Caualer.
deciſ. 455. num. 1. & 2. in recent. deciſ. 452. num. 4.
par. 3.*

Digitized by Google

par.3. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 123. num.19.

Et ità deciſum vtraque parte Informante, aliis omiſſis vti extrà dubium.

AVXIMANA BONORVM.

Veneris 7. Februarij 1659.

ARGVMENTVM.

Attentata ceſſant ſi Commiſsio ſignata fuerit cum clauſula ſine præiudicio, prout etiam quando Signatura, vel illius Præfectus declarauit Inhibitionem non afficere.

SVMMARIVM.

1 *Attentare non dicitur, qui continuat in ſua poſſeſſione.*

2 *Clauſula* ſine præiudicio *ſimpliciter appoſita præſeruat ab attentatis.*

3 *Clauſula* ſine præiudicio *denotat quod Signatura noluerit concedere appellationem ſuſpenſiuam.*

4 *Attentata non cauſantur ex Inhibitione, quam Præfectus Signaturæ declarauit non afficere.*

5 *Vſusfructus per mortem vſusfructuarij conſolidatur cum proprietate.*

DECISIO CCLXXXI.

MARCHIONISSA Camilla Galla, vti hæres Antonij Mariæ præuijs duabus ſententijs obtinuit ſub die 19. Februarij 1658. immitti in poſſeſſionem omnium bonorum dictæ hæreditatis citato, & expulſo Petro Stephano eius Germano fratre, qui licet appellauerit, & cauſa commiſſa fuerit cum clauſula ſine præiudicio; Nihilominus nulla facta mentione de prædictis; imò ſub prætextu quod ipſe reperiretur in poſſeſſione bonorum hæreditariorum Abbatis Hieronymi Galli extorſit, vt dicitur, ſub bancha Commiſſionem iactationis, & iactationem mihi directam, & illius vigore Inhibitionem, quæ eidem Camillæ perſonaliter præſentata fuit. Prætendens modo omnia per Camillam geſta fuiſſe nulla, & attentata dubium propoſui ſuper illis, & negatiua prodijt reſolutio. Cum enim
1 Inhibitio ſuperuenerit de Menſe Maij, poſtquam Camilla de Menſe Februarij poſſeſſionem acceperat, non potuit impedire, quominus in ea continuaret exigendo fructus apponendo Colonos, & alios actus faciendo ex vulgari regula, quod qui continuat in ſua poſſeſſione attentare non cenſetur, vt aduertit *Lancellott. de attent. cap. 4. ampliat. 1. num. 13. Menoch. de recuper. remed. 17. nu. 49. & ſeqq. Rot. coram Seraph. deciſ. 432. ſub n. 3. & 4.* & ſæpiſſimè in alijs.

2 Hæc verò facilius admiſerunt Domini quia ſuper Commiſſione appellationis interpoſitæ pro parte ipſius Petri Stephani Signatura reſcripſit cum clauſula *ſine præiudicio*, quæ clauſula relinquit iuriſdictionem Iudici à quo, & ſimpliciter appoſita præſeruat executionem ab attentatis etiam poſt præſentatam Inhibitionem, vt plenè firmauit *Rota in Vrbinaten. Iurispatronatus 3. Iulij 1617. coram Andrea.* Licet non reperiatur inter eius impreſſas, vbi quod
3 per huiuſmodi clauſulam videtur Signatura ſentire, quod tunc nõ detur appellatio ſuſpenſiua & dictum fuit *in deciſ. 151. num. 7. par. 8. rec. & coram Reuerendiſſimo Royas deciſ. 302. num. 1. & ſeqq.*

4 Et ſuper alia commiſſione iactationis, & iactationum Eminentiſſimus Præfectus parte citata mandauit Inhibitionem non afficere adeo vt ceſſet omnis prætenſio attentatorum. Et
5 optima quidem ratione, quia bona controuerſa proueniebant à matre, quæ hæredem proprietarium fecit Antonium Mariam, & vſufructuarium pro medietate Abbatem Hieronymum authorem dicti Petri Stephani. Vndè cum Abbas prius deceſſerit, expirauit omne illius ius, & vſusfructus conſolidatus fuit cum proprietate ad fauorem Antonij Mariæ authoris Marchioniſſæ Camillæ per *text. in §. finitur Inſtit. de vſufr. Gabr. conſ. 124. nu. 4. & 5. lib. 2. Berou. conſ. 8. nu. 5. lib. 1. Rot. coram Penia deciſ. 444. num. 4. iuxt. Venet. impreſſ. & in Recanaten. Manutentionis 27. Iunij 1642. confirmata 24. Aprilis 1643. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro Decano.*

Et ita vtraque &c.

MEDIOLANEN. BENEFICIORVM.

Lunæ 10. Februarij 1659.

ARGVMENTVM.

Vnio quando ſuſtineri poſſit ſiue de iure communi, ſiue vigore Concilij, ſiue etiam in vim indulti, & plura de hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Vnio ſuſtineri non valet, niſi concurrente cauſa præciſa neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis.*

2 *Vnio facta ex falſa cauſa, vel minus ſubſiſtenti non ſuſtinetur.*

3 *Vnio vigore Concilij quomodo, & quando fieri valeat.*

4 *Vnio de beneficijs liberis, cum reſeruatione Iurispatronatus ad fauorem vnientis, non ſuſtinetur.*

5 *Vacatio beneficij dicitur conſumpta per vnionem.*

6 *Fallit, ſi vnio ſit nulla ob reſiſtentiam Canonum, & Concilij.*

7 *Vnio pro Eccleſijs de nouo erigendis fieri non poteſt.*

8 *Clauſula appoſita in Indulto:* Dummodò contenta ſint licita & honeſta, & Decretis Sacri Concilij Tridentini minimè contraria, *quid operetur.*

9 *Vnio beneficij, pro erigendo Iurepatronatus habet reſiſtentiam iuris.*

10 *Indultum ſuffragari non poteſt in ijs, in quibus reſiſtit voluntas concedentis.*

11 *Proœmialia verba reſtringunt, & limitant totam diſpoſitionem.*

12 *Determinatio, plura reſpiciens, æqualiter omnia determinat.*

13 *Vnio, facta ſine cauſa, eſt nulla.*

14 *Ordinarij aſſertioni non ſtatur circa cauſam.*

15 Re-

15 *Regula de Annali non ſuffragatur, quandò conſtat de inualiditate Tituli.*

16 *Vniones, non effectuata, ſubiacent regulæ Cancellariæ renocatoriæ.*

17 *Vnio nulla non poteſt operari effectum translationis poſſeſſionis.*

18 *Valor per non exceſſum iuſtificatur lenioribus probationibus.*

19 *Referendarij eo ipſo, quod creantur, declarantur nobiles, & vti tales denominari poſſunt.*

20 *Narrata in gratia non omnia ſunt iuſtificanda, ſed tantum ea, quæ mouent Papam, ad concedendum.*

21 *Literarum Apoſtolicarum executio non retardatur per exceptionem vnionis, requirentis altiorem indaginem.*

DECISIO CCLXXXII.

PERPENSIS rationibus hinc indè latè deductis, Domini pro confirmatione ſecundæ deciſionis reſponderunt, quia gratia impetrationis beneficiorum obtenta à R. P. D. Turriano, apparet in omnibus iuſtificata, & conſequenter venit exequenda, non obſtante repetita exceptione vnionis, quia illa non poteſt ſuſtineri, neque de iure, neque ex diſpoſitione Sacri Concilij, nec etiam vigore induIti.

1 Siquidem de iure pro vnionis validitate requiritur cauſa præciſæ neceſſitatis, vel euidẽtis vtilitatis iuxtà textum *in cap. expoſuiſti de præben.* & notat *Oldrad. conſ. 261. num. 1. & ſeqq. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 108. Pariſ. conſ. 36. num. 8. lib. 4. Rota coram Caualer. deciſ. 439. num. 2. & in rec. deciſ. 294. & 318. eod. nu. par. 5.*

2 Sed in caſu præſenti deficit neceſſitas, & vtilitas huiuſmodi, quia vnio facta fuit, pro Eccleſia ædificanda, & fabrica illius perficienda. Imò pro ſuſtentatione Sacerdotum, ibidem aſcribendorum, qui numquam fuerunt aſcripti, ac propterea corruit vnio, tanquam facta ex falſa cauſa, vel minus ſubſiſtenti iuxta *conſ. Zabarella 96. per tot. Felin. conſ. 35. num. 11.* & latè proſequitur *Dec. conſ. 232. alias 233. nu. 3. Ricc. deciſ. Curiæ Neapolit. 198. num. 13. par. 4. Rota diuerſ. deciſ. 133. n. 3. par. 2. & in recent. d. deciſ. 294. num. 6. par. 5.* & firmatum fuit *in Compoſtellana Parochialis 10. Iannarij 1625. in fine coram bo. mem. Manzanedo.*

3 Minus ſuſtineri valet ex diſpoſitione Concilij Tridentini, nam *in cap. 13. ſeſſ. 24. de reform.* datur tantum facultas Ordinarijs, faciendi vniones fauore Cathedralium, & Parochialium habentium tenues redditus, vt patet ex illius lectura, & firmauit *Rota eadem deciſ. 294. num. 3. par. 5. rec. & in cap. 15.* facultas reſtringitur ad præbendas, exiſtentes in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, vt notat *Aloyſ. Ricc. d. deciſ. 198. num. 10. par. 4.* Imò *ſeſſ. 25. cap. 9. §. Inſuper*
4 *de reformat.* irritantur vniones de beneficijs liberis cum reſeruatione Iuriſpatronatus, præſertim ad fauorem vnientis, & ſuorum *Can. Apoſtolicos., ibique gloſſa verb. conſtruxiſſe 12. qu. 2. Abb. in cap. ad audientiam il primo num. 12. de Eccl. ædific.* quem ſequitur *Rocch. de Iurepatr. in verbo Eccleſiam fundauit num. 8. & in verbo dotauit n. 26. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 47. Rota in recent. deciſ. 239. ſub num. 6. verſ. eò magis par. 1. repetita in par. 2. deciſ. 288. & in deciſ. 658. num. 5. eadem par. 1.*

5 Vndè non vrget obiectum, quod ſaltem per vnionem huiuſmodi remanſerit conſumpta vacatio beneficij controuerſi; ſiquidem,
6 attenta nullitate illius ob reſiſtentiam SS. Canonum, & Concilij, vacatio nullo modo poteſt dici conſumpta, ſed beneficia vacant vti prius, ac ſi numquam fuiſſent vnita, vt notant relati per *Lotter. de re benefic. lib. 3. quæſt. 8. num. 85. & ſeqq. Rota coram Verallo deciſ. 345. num. 1. & 5. par. 3. coram Seraph. deciſ. 1309. nu. 2. & in Nazarena, ſeu Montis Viridis beneficij 15. Decemb. 1645. coram R. P. D. Veroſpio.*

7 Nec demum ſuſtineri valet in vim indulti, reportati à ſan. mem. Vrbano VIII. quia loquitur de Eccleſijs, & operibus pijs incœptis à Diuo Carolo, & nondum ad perfectionem redactis, vt patet ex verbis eiuſdem indulti, ponderatis in vltima deciſione, & ideò non poteſt extendi ad Eccleſias, erigendas de nouo, pro quibus ceſſante indulto, vnio ſuſtineri non valet, vt probat *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 193. & ſeqq.* & dixit *Rota in Corduben. Præſtimoniorum 7. Februarij 1601. coram Litta, & deciſ. 835. num. 5. par. 4. diuerſ.* cum alijs adductis per *Add. ad ſa. me. Greg. deciſ. 258. num. 10.*

8 Maximè, cum idem indultum habeat clauſulam *dummodò in ea contenta ſint licita, & honeſta, & Decretis Sacri Concilij Tridentini minimè contraria*, quæ expreſsè demonſtrat, Papam noluiſſe concedere facultatem, vniendi pro Eccleſijs ædificandis, & reſeruandi Iuſpatronatus pro ſe, & ſuis, quia hæc habent reſiſten-
9 tiam Iuris, & repugnant diſpoſitioni eiuſdem Concilij, prout in ſimilibus ſuper dicta clauſula ponderat *Eugen. conſil. 99. num. 37. verſ. non obſtat, & num. ſeqq. lib. 2. Rota coram Buratto deciſ. 798. num. 5. in Bononien. Hæreditatis 28. Iunij 1652. & in Bononien. ſucceſſionis de Zanis 9. Decem. 1654. coram bo. me. Bichio.*

10 Et inanis eſt reſponſio, quod ad formam Concilij Cardinalis nõ indigeret indulto, nam vltra quod illud ſuffragatur etiam in alijs, ſufficit in omnem caſum, quod ſan. mem. Vrbanus VIII. contra diſpoſita in eodem Concilio noluerit quicquam concedere non obſtante petitione facta, & memoriali ipſi porrecto. Et verba illa, *& alias iuxta facultates prædicto Carolo Cardinali conceſſa in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi tibi ſpecialiter conceſſa fuiſſent, &c.* intelligenda veniunt de fabricis incœptis à Diuo Carolo iuxta expreſſionem factam in
11 proœmio, à quo tanquam à cauſa finali reſtringitur, & regulatur tota diſpoſitio iuxta notata per *Abb. conſ. 114. num. 4. & ſeqq. lib. 2. Rota deciſ. 569. nu. 5. & 6. par. 2. rec. & coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 229. nu. 15. & 16.*

12 Nec ſubſiſtere, aut releuare viſa ſunt ea, quæ alias fuerunt deducta, & nunc repetuntur de nouo. Primum etenim quod Iuſpatronatus reſeruatum à Cardinali reſpiciat tantummodò Monaſterium, donatum Patribus, non autem Eccleſiam, cui facta eſt vnio, ceſ-

Digitized by Google

ſat ex eo, quia donatio, ſeu conceſſio loquitur de Monaſterio cum Eccleſia, ac redditibus ſuis, & ſic cum beneficijs vnitis: ideoque æqualiter omnia reſpicit, & determinat *ad tex. in l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. l. quamuis C. de Impub. & alijs ſubſt. Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 85. nu. 19. & in rec. deciſ. 75. num. 7. par. 2. & deciſ. 407. num. 8. par. 3.*

13 Alterum, quod vnio, & conceſſio non ſint contemporaneæ, ſed vnio longè conceſſionem præceſſerit; tollitur pariter, quia fundamentum nullitatis vnionis non pendet à contemporaneitate, ſed ab eo, quia facta fuit contra formam Canonum, & Concilij Tridentini, & pro ſuſtentatione Sacerdotum aſcribendorum, qui numquam fuerunt aſcripti. Vndè remanſit ſine cauſa, quæ omninò requiritur ex notatis per *Rebuff. in prax. tit. de vnion. nu. 38. Rota deciſ. 294. num. 6. par 5.* Et circa quam

14 non ſtatur aſſertioni Ordinarij *Pariſ. conſ. 36. num. 11. lib. 4. Rot. in Narnien. vnionis 1. Iulij 1643. coram bo. me. Bichio, & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 6. num. 12. & 13.*

15 Tertium demum deſumptum ex regula de Annali, nec etiam videtur vrgere, nam dum Patres exhibuerunt titulum vnionis, qui apparet ipſo iure nullus, nulla quoque, & irrita remanet quæcumque poſſeſſio, illius vigore capta ob decretum irritans in Concilio adiectum, vt tradit *Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 5. num. 70. Rot. coram Seraph. deciſ. 983. nu. 4.* Et dum

16 vnio non apparet effectuata per aſcriptionem Sacerdotum ſecularium ante prouiſionem R. P. D. Turriani intrat *regul. 13. Cancellariæ reuocatoria huiuſmodi vnionum.*

17 Præſertim, quia idem R. P. D. Turrianus expediuit ad partes gratioſam ſubrogationem in Iuribus, & poſſeſſione, tam Nicelli, quam Rampoui, adeout beneficia ſemper fuerint plena, nec vnquam vacaſſe dicantur, & conſequenter vnio, quæ non fuit in rerum natura, non potuit operari effectum translationis poſſeſſionis, quæ Patribus ſuffragetur, vt iuuetur *Regula de Annali, vt reſpondendo ad deciſ. 14. Caſſad. dixit Rota deciſ. 835. numer. 1. & 2. part. 4. diuerſ.*

18 Cætera, quæ aliàs fuerunt admiſſa tanquam ſufficienter iuſtificata, bene tolluntur ex prima deciſione huius cauſæ, nam valor per non exceſſum probatur ex depoſitione trium Teſtium, qui licet ſint examinati ad perpetuam rei memoriam, adminiculantur tamen ex atteſtatione iurata Cancellarij Epiſcopalis, nam ad iſtum effectum leuiores cũ probationes ſufficiunt, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 3. n. 7. de probat. Caualer. deciſ. 596. num. 1.* cum pluribus *in Ceſenaten. Canonicatus 1. Iulij 1651. coram Eminentiſſ. Corrado.*

19 Quod idem R. P. D. Turrianus ſit nobilis Mediolanenſis, vltra atteſtationes ab eo datas *in Summ. num. 3.* conſtat eo ipſo, quod vti talis reperitur deſcriptus in numero Referendariorum V. Signaturæ iuxta *Conſtitut. Pauli III. in Bullario nouo tom. 1. in ordine 23. vbi in §. 1.* Referendarij creantur nobiles, & datur illis facultas, quod in quibuſuis conceſſionibus, & literis tam gratiam, quam iuſtitiam concernentibus, vti tales nominari, & haberi va-
20 leant; Et tamen huiuſmodi qualitas videtur potius ſtare demonſtratiuè, quam diſpoſitiuè, cum ex illa non fuerit motus Pontifex ad cõceden. atque ideò etiamſi non eſſet iuſtificata, gratiam non vitiat iuxta *deciſ. 4. nu. 6. de reſcript. in antiq. Coccin. deciſ. 236. num. 3. & in rec. deciſ. 258. num. 10. & 11. par. 7.*

21 Vndè attentis prædictis, & quod agitur de exequutione literarum Apoſtolicarum, quæ non retardatur per exceptionem vnionis, requirenti altiorem indaginem *Rota coram Duran. deciſ. 430. num. 12. & in Ciuitaten. Beneficij 26. Martij 1632. & 4. Martij 1633. coram Motman.* Cenſuerunt Domini perſiſtendum in deciſis informanre vtraque parte &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE Pediconis.

Veneris 14. Martij 1659.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario non debet concedi immiſſio etiam pro indiuiſo, quoties hæredi competunt detractiones in quantitate, quæ non redduntur turbidæ ex eo, quod idem hæres bona adminiſtrauerit, ſi de illis rationem ſufficientem reddat, & reportauerit ſententiam fauorabilem, tranſactam in iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario non datur immiſſio, quando hæredi competunt detractiones.*
2 *Et ratio eſt, quia poteſt dari caſus, quod illæ abſorbeant totum fideicommiſſum.*
3 *Fideicommiſſario nec datur immiſſio pro indiuiſo, ſi detractiones, competentes hæredi, conſiſtant in quantitate.*
4 *Mulier adminiſtrans bona mariti, non præſumitur ſatisfacta de ſuis creditis, niſi appareat, perueniſſe ad eius manus bona ſufficientia.*
5 *Et maximè, ſi de bonis adminiſtratis rationem reddat.*
6 *Sententia, quæ tranſiuit in iudicatum, non poteſt in dubium reuocari.*
7 *Sententia tanquam ſtricti iuris non extenditur ad ea quæ verbis non continentur.*
8 *Fideicommiſſi in reſtitutione non veniunt bona propria hæredis.*

DECISIO CCLXXXIII.

PLACVIT DD. confirmare Deciſionem, coram me editam ſub die 25. Iunij 1657. in qua Anaſtatiæ, & alijs Ioſephi filijs denegata fuit immiſſio ſuper vinea controuerſa hæreditaria Bernardini de Pediconis; Nam licet idem Bernardinus quatuor eius filios, quos habebat, æquis portionibus hæredes inſtituerit, illiſque, ſine filijs decedentibus, voluerit, quod vnus, vel vna moriatur alteri, ideoque cum Auguſtinus, & Brigitta obierint ſine prole, medietas vineæ petiarum 28. videatur

Digitized by Google

deatur ſpectare ad Ioſephum, altera vero medietas ad Euphemiam, ſiue ad illorum filios in conditione poſitos.

Nihilominus aduertebant Domini, filios Ioſephi poſſidere ſeptem petias eiuſdem vineæ, prout exaduerſo non controuertitur, & ſuper alijs ſeptem conſtituentibus integram medietatem, competere Euphemiæ, & Cleriæ retentionem pro diuerſis creditis, & ſignãtur pro dote Perpetuæ vxoris fideicommittẽtis *in ſumma ſcut.* 500. necnon pro legitima, eidem Perpetuę debita in bonis Auguſtini filij prædefuncti: Nam quoties competunt de-

1 tractiones nunquam fideicommiſſario datur immiſſio *l. Papinianus* §. *quarta ff. de inoff. teſtam. l. in reſtituenda C. de petit. hæred. Peregr. de fideicom. art.* 35. *num.* 39. *&* 40. *Rot. coram Millin. deciſ.* 310. *num.* 3. *& in Romana fideicommiſſi de Fuſcbis* 19. *Nouembris* 1640. *coram bon. mem. Dunozetto.* Et

2 ratio eſt, quia poteſt dari caſus, quod illæ abſorbeant totum fideicommiſſum, & nihil remaneat reſtituendum, vt latè firmauit *Rota coram Buratt. deciſ.* 946. *num.* 1. *& ſeqq. & in Ceſenaten. Bonorum* 3. *Iunij* 1647. *coram bon. mem. Pentingerio.*

3 Præſertim in caſu iſto, in quo illæ conſiſtunt in quantitate, non autem in quota, nam tunc non eſt locus immiſſioni, neque etiam pro indiuiſo iuxta notata *in Bononi. fideicommiſſi de Manzolis* 15. *Martij* 1630. *coram Coccin. o, confirmata coram cod. vt in deciſ.* 88. *nu.* 29. *& ſeqq. par.* 6. *rec. & coram Merlin. deciſ.* 359. *ſub num.* 6. *&* 7. *& in Bonon. Bonorum* 18. *Martij* 1652. *coram bon. mem. Dunozetto.*

4 Non obſtat, quod eadem Perpetua adminiſtrauerit bona Teſtatoris, & fructus illorum per plures annos perceperit; nam vltrà quod non conſtat, peruenniſſe ad eius manus tot bona, ex quibus commodè potuerit de ſuis creditis ſatisfieri, prout neceſſarium eſſe, reiecta opinione contraria, tenet *Rota in Fanen. Dotis* 17. *Martij* 1642. *coram Reuerendiſs. D. meo Cerro Decano, & in Anconitana Bonorum* 1. *Iulij* 1643. *&* 22. *Aprilis* 1644. *coram bon. mem. Bichio.* Ceſ-

5 ſat præſumptio huius prætenſæ ſatisfactionis, dum ſer. ſeruan. & parte citata reportauit ſententiam ſuper ſufficienti redditione rationis,

6 quæ cum tranſierit in iudicatum, non poteſt ãm plius in dubium reuocari *l. res indicata ff. de reg. iur. cap. cum inter de re indic. Rot. coram Buratt. deciſ.* 26. *num.* 8.

7 Nec ſubſiſtit, quod in dicta ſententia fuerit etiam comprehenſa dos, quia contrarium apparet ex lectura ipſius, & ideò tanquam ſtricti iuris, non poteſt extendi ad ea, quæ verbis non continentur *l. Paulus reſpondit la* 2. *ff. de re iudic. Bart. in l. Iul. anus num.* 5. *ff. de condict. indeb. Rot. coram Seraph. deciſ.* 452. *num.* 7. *deciſ.* 667. *nu.* 1. *& deciſ.* 835. *num.* 5. *& coram Buratt. deciſ.* 321. *num.* 7. *&* 8.

8 Hæc verò fortius dicenda veniunt, quia Perpetua ſoluit ſcuta 600. Auguſtino Romano Reſeruatario dominij eiuſdem vineæ, & ceſſionem ampliſſimam ab eo reportauit: Et quamuis in nouo ſummario probatum fuerit, ipſam exegiſſe ſcuta 300. ad effectum erogandi in extinctionem præfati debiti; Attamen omiſſa reſponſione, an illa ſint comprehenſa in redditione rationis, ſaltem pro reliqua ſumma ſcutorum 300. negari non poteſt, quin vinea de qua agitur ſit propria Perpetuæ, quæ propterea non venit in reſtitutione fideicommiſſi *iuxt. text. in l. cohæredi* 41. §. *cum filia ff. de vulg. & pupill. l.* 3. §. *cum vxor. ibique Bart. num.* 2. *ff. de dot. prælegat. Hond. conſ.* 3. *n.* 69. *lib.* 1. *Surd. deciſ.* 271. *num.* 8.

Et ita vtraque &c.

PERVSINA BONORVM
Sancti Archangeli.

Luna 17. *Martij* 1659.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi datur ei, qui de dicta quaſi poſſeſſione docet per Teſtes, rectè informatos deponentes de facto proprio, & ex certa ſcientia, & multipliciter adminiculatos.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio, vel quaſi exigendi probatur ex Teſtibus.*
2 *Teſtes adminiculati præferuntur alijs non adminiculatis.*
3 *Teſtes, habentes intereſſe vti ſinguli, non probant.*
4 *Teſtes deponentes de negatiua debent illam coarctare per verba, quod aliter eſſe non poſſit, quin ipſi ſciuerint, & viderint.*
5 *Teſtes, deponentes de affirmatiua, præferuntur alijs deponentibus de negatiua.*

DECISIO CCLXXXIV.

CVM fel. rec. Martinus V. applicauerit Sapientiæ Nouæ Ciuitatis Peruſiæ Abbatiam Caſtri S. Archangeli, cuius Coloni conſueuerunt ſemper reſpondere, & conſignare Abbatibus, & deinde adminiſtratoribus eiuſdem Sapientiæ certam ratam, & portionem fructuũ: Orta fuit controuerſia de anno 1637. ſuper quãtitate d. reſponſionis, & locumtenens Gubernatoris Peruſiæ mandatum de manutenendo Sapientiæ Nouæ conceſſit in quaſi poſſeſſione, exigendi medietatem fructuum de bonis Plani; Tertiam verò de Bonis Montis; Vnde interpoſita appellatione, & cauſa mihi commiſſa, quia ſuper bonis ſitis in Mõte non cadit controuerſia; Dubitaui, an illud ſit concedendum ſuper medietate fructuum quoad bona, exiſtentia in Plano, & affirmatiuè fuit reſponſum.

1 Siquidem quantitatem prædictam fuiſſe ſemper perſolutam, expreſsè affirmant ſeptem Teſtes, formiter examinati, quorum quatuor deponunt de facto proprio, ex quo vti Miniſtri, & affictuarij exegerunt per plures annos, & conſequẽter plenam probationem faciunt *Rot. coram Merlin. deciſ.* 640. *num.* 4. *& deciſ.* 714. *n.* 19. *in rec.* 696. *n.* 1. *par.* 4. *to.* 3. *& penes Poſt. de manuten. deciſ.* 547. *eod. num.*

2 Maximè cum ſint adminiculati non ſolum ex pluribus Inſtrumentis locationum, quæ continent obligationem ſoluẽdi dictam medietatem, ſed etiam ex menſuratione ſecuta de anno 1516. & acceptata per Colonos illius temporis, in qua leguntur adnotata bona, pro quibus ſoluitur medietas fructnum, & alia, quæ reddunt tertiam, necnon ex libro exactoris, & adminiſtratoris anni 1612. in quo pariter reperiuntur deſcriptæ exactiones factæ pro medietate de omnibus bonis, ſitis in Plano; Vndè attentis adminiculis ſupradictis illorum depoſitioni ſtandum eſſe, etiam in concurſu aliorum, probat *text. in cap. licet cauſam §. ex præmiſſis de probat. Rot. coram Merlin. deciſ. 70. num. 13. in recent. deciſ. 315. num. 8. par. 1. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 200. n. 5. & 23.*

3 Hinc parum releuant Teſtes, exaduerſo examinati, nam vltra quod omnes ſunt perſonę viles, & ſingulares in dicto, nonnulli ex eis deponunt de auditu; Alij expreſsè fatentur, eſſe magis informatos Miniſtros, & exactores, qui fructus diuiſerunt, & alij tanquam de Terra S. Archangeli, & habentes intereſſe vti ſinguli fidem non merentur *Rot. coram Caualer. deciſ. 140. n. 3. & 4. & deciſ. 143. n. 2. & coram Coccin. deciſ. 324. nu. 3. & in recent. deciſ. 330. eod. nu. part. 2.*

4 Nec refert, quod deponant cum diſtinctione reſtringendo præſtationem medietatis quo ad bona, exiſtentia ſubtus viam antiquam, nuncupatam del Bufalo; Quia non coarctant negatiuam, nec concludunt, quod etiam pro bonis exiſtentibus intra viam antiquam, & nouam non potuerit ſolutio fieri, quin ipſi ſciuerint, & viderint, prout neceſſarium eſſe probat *text. in §. ſi vero abſuns, vbi gloſs. verb. & vidiſſe auth. de hæredib. & falcid. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto nu. 9. ff. de itin. actuque priuat. Dec. conſ. 94. num. 5. Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 42. nu. 5. in Corduben. Decimarum 8. Martij 1610. coram ſan. mem. Innoc. X. & coram Eminentiſs. D. Card. Otthobono deciſ. 185. num. 2.*

5 Imò cum Teſtes pro Sapientia examinati ſint numero plures, & concludant generaliter de pręſtatione medietatis pro omnibus bonis, exiſtentibus in Planitie; *Et che ſono dalla Strada Maeſtra in giù, che và da S. Archangelo verſo la Villa de Bartoccioni, e poi entra nella Strada Maeſtra per andare à Caſtiglione, & di quelli della Coſta al terzo.* Vtique, tanquam de affirmatiua deponentes, præferendi veniunt alijs atteſtantibus de negatiua *l. diem proferre §. ſi plures, ibique gloſs. verb. conſenſerunt de recept. arbitr. Aym. conſ. 9. num. 7. verſ. quinimò, Gabr.* qui alios cumulat *de teſtib. concl. 4. num. 1. Rot. coram Merlin. deciſ. 97. n. 5. & deciſ. 242. nu. 3. & penes Poſt. de manut. deciſ. 547. n. 9. & 10.*

6 Obiectum, quod teſtes prædicti aſſerant, non cognouiſſe homines reddentes medietatem fructuum, parum releuat ad effectum, de quo agitur, quia vis non conſiſtit in perſonis, ſed in quota, quam bene diſtinguunt, dū affirmant, exegiſſe medietatem pro bonis, exiſtentibus in plano, & tertiam pro montuoſis; Deciſio verò Mantic. 17. non applicatur, quia loquitur de Colonis Cluſij, intra cuius fines non exiſtunt bona controuerſa.

Et ita vtraque parte Informante deciſum fuit.

ROMANA SVCCESSIONIS.

Lunæ 24. Martij 1659.

ARGVMENTVM.

Attentata ſunt omnia, geſta pendente termino ad appellandum, & poſt interpoſitam appellationem, nec excuſantur ſub prætextu, quod ſententia fuerit lata in poſſeſſorio, & inter perſonas laicas, ſi contineat etiam corpora Emphyteutica Eccleſiæ, & concepta appareat ſub vnica ſtructura verborum.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia, geſta intra terminum decem dierum, datum ad appellandum.*

2 *Amplia præſertim, quando appellatio interpoſita fuit.*

3 *Appellabilis non eſt ſententia, lata in mero poſſeſſorio inter perſonas Laicas attenta Aegidiana.*

4 *Fallit, ſi in ſententia contineantur corpora emphyteutica Eccleſiæ.*

5 *Attentata non purgantur per renunciationẽ defectiuã.*

6 *Aegidiana ceſſat etiam quoad corpora merè laicalia, ſi ſententia contineat etiam Emphyteutica Eccleſiæ.*

7 *Sententiæ indiuiduitas conſideratur non reſpectu materiæ, ſed reſpectu formæ.*

8 *Executio facta ſuper pluribus corporibus, tanquam indiuidua venit reuocanda in totum etiamſi ſit nulla in parte.*

DECISIO CCLXXXV.

PRAETENDENTES Lucia, & Hortentia, ſe eſſe præteritas in Teſtamento Materno, obtinuerunt ſententiam immiſſionis, illiuſque executionem in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum; Vndè interpoſita appellatione, & cauſa mihi commiſſa; Dubitaui, an conſtet de attentatis, & affirmatiuè reſponſum fuit.

1 Etenim ſententia apparet lata die 15. Iunij
1657. & appellatio interpoſita ſub die 23. &
nihilominus cum eadem die, & ſic intra terminum 10. dierum datum ad appellandum,
imò pendente termino iuris, conceſſo per Iudicem, ad redeundum pro apoſtolis capta fuerit poſſeſſio illa remanſit nulla, & attentata
c. Non ſolum de appell. in 6. Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 513. nu. 1. & 2. vbi præſertim quando, vt in
2 caſu præſenti, appellatio interpoſita fuit, *&
coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 155. num. 5.
& in Romana Vineæ 17. Iunij 1658. coram R.P.D.
meo Beuilacqua.*

3 Nec attentata excuſari valent ex eo, quod
ſententia, tanquam lata in mero poſſeſſorio
inter perſonas laicas, non eſſet appellabilis at-
4 tenta Aegidiana; nam cum inter bona, ſuper
quibus fuit obtenta immiſſio, adſint plura
cor-

corpora Emphyteutica Eccleſiæ, nempè domus ſub proprietate Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Anima, Campi Sancti, & S. Eliſabetthæ, necnon vinea pariter ſub proprietate Canonicorum S. Mariæ Tranſtyberim, certè nullo modo intrabat Aegidiana, etiamſi actum fuerit de ſolo vtili dominio, vt magiſtraliter firmatum fuit *in Romana Domus ad S. Auguſtinum* 19. *Ianuarij* 1611. *coram Coccino, poſt Paciſ. de Salu. deciſ.*238. quam ſecura fuit *Rot. coram Buratt. deciſ.*16. *per tot. coram Caual. deciſ.* 493. *num.* 1. & 2. *in allegata Romana Vinea coram R. P. D. meo Beuilaqua,* & paſſim in alijs.

5 Minus ex eo, quod dd. Lucia, & Hortentia renunciauerint poſſeſſioni captæ de bonis Emphyteuticis, quia cum attentata non cadant tantummodò ſuper illis, ſed ſuper omnibus bonis, talis renunciatio tanquam defectiua, & non integra ſuffragari non poteſt *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 5. *num.* 2. *de reſtit. ſpoliat. ſan. me. Greg. deciſ.* 486. *num.* 14. & fuit dictum *in Auenionen. Attentatorum* 14. *Februarij* 1650. *coram me, & in Aſtoricen. Parochialis de Rubiana* 30. *Aprilis* 1657. *coram Reuerendiſs. D. meo Cerro.*

6 Replicatio verò, quod corpora ſint inter
ſe diſtincta, & ſeparata, parum videtur vrgere; nam cum omnia petita fuerint ex eadem
cauſa, & actione, & ſub vnico monitorio, ac
ſententia immiſſionis non appareat concepta
per capita ſeparata, ſed ſub vnica ſtructura
verborum, vtique ſi eſt appellabilis in vna
parte, remanet appellabilis in totum ob ſui
indiuiduitatem ad notata *per Franch. in c. ſi duobus num.* 7. *de appell.* & firmauit *Rot. in Viterbien.*
fideicommiſſi, ſeu Attentatorum 13. *Maij* 1644. *coram Reuerendiſs. D. meo Cerro*, vbi quod indiui-
7 duitas ſententiæ non conſideratur reſpectu
materiæ, ſed reſpectu formæ, quæ ſemper eſt
indiuidua, *in Ariminen. Saluiani* 30. *May* 1646.
& *in Romana Succeſſionis de Ametis* 16. *Nouembris*
eiuſdem anni coram bon. mem. Bichio, & in Beneuentana manutentionis 9. *Iunij* 1649. *coram bo. me. Pentingerio.*

8 Prout pariter non videtur vrgere, quod in deſcriptione facta de bonis hæreditarijs appoſita fuerit dictio *Item*, ibi *Item ſuper Prædio, Item ſuper Domo &c.* quia, cum omnia præfata corpora ita deſcripta determinentur ab vnico verbo *dicimus immittendum fore, & eſſe,* & hodie non agatur de reijcienda appellatione quo ad corpora non Emphyteutica, ſed de reuocanda executione iam facta, talis executio ſuſtineri non valet, vt per *Afflict. deciſ.* 218. *per tot. Rot. in Bononien. de Mazzolis coram Coccin. apud Poſt. de manut. deciſ.* 257. *n.* 5. & *in d. Viterbien. fideic. ſeu Attentatorum* 13. *May* 1644. *coram Reuerendiſs. D. meo Cerro.*

Alia, quę deducuntur, vti extra Dubium non fuerunt habita in conſideratione.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DIVISIONIS.

Veneris 28. *Martij* 1659.

ARGVMENTVM.

Diuiſio debet ad æqualitatem reduci, ſi corpora, in partem alicuius obuenta, non ſubſiſtant, vel fuerint euicta.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio debet reduci ad æqualitatem, quando corpora, in diuiſione aſſignata, vera non exiſtunt.*
2 *Amplia, etiamſi non adſit talis conuentio.*
3 *Diuiſio exigit refectionem damni, ſi deficiant aſſignamenta, perindè ac ſi euictio ſequuta fuerit.*
4 *Diuiſionem impugnare non dicitur, qui inſtat pro reintegratione bonorum deficientium.*
5 *Acceptatio coacta, & facta per vim non releuat.*
6 *Voluntas coacta non eſt voluntas.*
7 *Metus annullat quemcumque actum.*
8 *Diuiſio læſiua, & inæqualis non ſubſiſtit.*
9 *Perito, electo à Iudice de conſenſu Partium, ſtandum eſt.*
10 *Confeſſionem propriam nemo impugnare valet.*
11 *Scriptura præſumuntur extare apud eum, qui remanſit in Domo, in qua illa aſſeruabantur.*
12 *Sententia, quæ remanet ſufficienter iuſtificata, venit confirmanda.*
13 *Diuidentium qui maiorem partem recepit, tenetur alteri refundere quod plus habuit.*

DECISIO CCLXXXVI.

DOMINI, agnoſcentes validitatem, &
iuſtitiam ſententiæ Rotalis, latæ per bo.
mem. Dunozettum ad fauorem Franciſci hæ-
redis Catharinæ Matris; reſponderunt pro il-
lius confirmatione; Nam acceptatio diuiſio-
1 nis, eius nomine facta de bonis hæreditarijs
Iulij, non fuit ſimplex, ſed ſub tacita condi-
tione, quod in partem, & portionem ipſius
deberent obuenire credita, & corpora, in
diuiſione deſcripta: Vndè cum illa deficiant
pro ſumma, & quantitate ſcutorum 8500. &
vltrà, tenetur Eraſmus alter cohæres, qui par-
tes fecit, & callidè induxit Catharinam, ad ac-
ceptandum, tenetur inquam ſupplere de ſua
portione quod deficit in portione Catharinæ,
& partes ad æqualitatem reducere, vt diſponit
text. in l. maioribus 3. *C. comm. vtrinſque indic. l. ſi ſo-*
ror 8. *C. de collat.* & bene in his terminis probat
Socin. Sen. conſ. 25. *ſub num.* 2. *verſ. his tamen non ob-*
ſtan. & numeris ſeqq. lib. 4. *Menoch.* qui eum ſequi-
tur *conſ.* 91. *num.* 32. & 33. *Socin. Iun. conſ.* 48. *n.* 40.
& *ſeqq. lib.* 1. *Peregr. conſ.* 130. *num.* 3. *lib.* 5. *Gozadin.*
conſ. 44. *ſub num.* 15. vbi de communi Docto-
rum opinione *Valaſch. de partit. cap.* 39. *num.* 59.
& alios plures cumulat *Cyriac. controuerſ.* 514.
num. 1.

2 Parumque refert, quod ipſe non ſuſceperit
obligationem huiuſmodi, quia dum in por-
tione Catharinæ deſcripſit credita non vera,
3 nec exiſtentia, debet ex natura diuiſionis re-
ficere medietatem damni, perindè ac ſi de il-

lis eſſet ſecuta euictio *iux.text. in l.ſi familiæ 14. c.famil.ercisc.l.ſi fratres 7.C.comm.* vtriuſque iud. & bene in propoſito firmant *Socin.Sen. & Iun. ſupra allegati*, & dixit *Rot.coram Cavaler.deciſ.23. num.3.*

4 Prætenſio, quod Franciſcus informatus de ſtatu hæreditario Iulij, ſcienter elegerit partem Catharinæ obuentam, & ideò illam amplius recuſare non valeat, nullo modo videtur ſubſiſtere; nam vltrà quod ipſe non impugnar, nec recuſat diuiſionem factam, & portionem ſibi aſſignatam, ſed tantum agit pro reintegratione partitarum deficientium;

5 adhuc talis electio fuit coacta, non voluntaria, & facta ex eo, quia Eraſmus minabatur, quod ſi talem partem non acceptabat, nunquam conſentiret illius excarcerationi, ſed curaret omninò, quod ſententia Iudicis criminalis ſuum ſortiretur effectum, vt deponunt Teſtes formiter examinati, & comprobat eadem ſententia, eatenus Franciſcum abſoluens, quatenus diuiſio non impugnaretur; imò reſeruans ſibi facultatem, redeundi ad primæua iura in caſum inobſeruantiæ eiuſdem diuiſionis. Vnde ſuper il-

6 la non poteſt fieri fundamentum. Nam voluntas meticuloſa, & coacta non eſt propriè voluntas, & licet habeat in ſuperficie volitionem, in medulla tamen habet nolitionem vt dixit *Rota coram Burat. deciſ. 86. num. 10.* Et

7 actus factus per vim, & metum non ſuſtinetur *l.1.& l.qui in carcerem 22.ff.quod met.cauſ.gloſ. in cap.olim 17.verb.timore, ibique Abb. num. 10. de reſtit.ſpoliat.Pariſ.de reſign.lib.13.quæſt.1.num.155. & ſeqq. Roland.conſ.2. num.47. & ſeqq. lib.1.Surd. conſ.37.num.20.Rot.in Poſnanien. Abbatiæ 15.Iunij 1646. coram me.*

8 Non obſtat, quod portio Eraſmi conſtituta fuerit in ſcut.23000. altera verò Catharinæ in ſcutis 31290: adeout demptis etiam ex iſta portione partitis controuerſis, adhuc remaneat æqualis, vel paulò inferior: Nam obiectum poſſet procedere, ſi credita, & bona vnicuique aſſignata in diuiſione, eſſent eiuſdem valoris, & bonitatis, ſecus verò cum portio Eraſmi conſiſtat in locis montium, & pecunijs; Illa verò Catharinæ in mercibus, & creditis difficilis diſtractionis, & exactionis; Hoc enim caſu diuiſio tanquam manifeſtè læſiua, & præiudicialis non ſubſiſtit, ſed debet reduci ad æqualitatem, habito reſpectu ad valorem, & bonitatem corporum aſſignatorum,

9 non autem ad quantitatem, vt bene declarauit Peritus, de conſenſu Partium à Rota electus, cui ſtandum eſſe, probat *gloſ. in l. Item ſi vnus §.Principaliter verb.authoritate ff. de recept. arbitr.Caſtr.in l.ſi cui libertas num.7. ff.de condit.& demonſtr.Felin.in cap.Propoſuiſti nu.5.& 6. de probat.Rot.deciſ.531.num.1.& deciſ.540.eod.nu.par.1. rec.& deciſ.526.pariter num.1.par.4.*

10 Et hanc veritatem controuertere non poteſt idem Eraſmus, dum ipſe fecit partes, & profeſſus fuit eſſe æquales, cum ſuppoſito, quod partitæ in eis deſcriptæ eſſent veræ, & exiſtentes, nam illis deficientibus ſequitur, quod non remaneant amplius, vt erant à principio, & aſſerere contrarium, eſſet impugnare factum proprium, & venire contra propriã confeſſionem, quod nequaquam permiſſum eſt *cap.1.& 2.de confeſſ. Aym.conſ.1.pro genero nu. 10.& ſeqq.Rot.in Romana officij ſcriptoriæ 17.Apr. 1617.coram ſa.me.Innoc.X.*

11 Demum non ſubſiſtit, quod culpa Franciſci fuerint deperdita Inſtrumenta concernentia exiſtentiam, & realitatem partitarum, quin imò præſumptio militat potius contra Eraſmum, qui procurauit carcerationem eiuſdem Franciſci, & ſolus in domo remanſit, vt ponderauit *Rota in Romana Pecuniaria 8. Nouembris 1621.coram bo.me.Card.Veroſpio Sen.*

12 Vndè cum ex prædictis, & alijs deductis in deciſione bon.mem. Dunozetti ſententia Rotalis remaneat ſufficienter iuſtificata, cenſuerunt Domini, illam eſſe confirmandam;

13 Maximè cum Franciſcus obtinuerit in actis ſcuta 2000. quatenus Eraſmus velit commutare partes, ſignum euidens, quod maiorem portionem conſecutus fuit, & ideò videtur æquum, vt refundat quod plus recepit *l. Inter eos 52.§.fideiuſſor. ibique gloſſ.verb.ſoluit ff.de fideiuſſoribus.*

Et ita vtraque &c.

VICEN. PENSIONIS.

Veneris 28. Martij 1659.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio vel quaſi, exigendi penſionem integram, probatur non ſolum per exactionem totius, ſed etiam partis, nec amittitur per decennium, quando creditor fuit impeditus, & penſio non fuit petita, et à Debitore denegata.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis reſeruatio probatur ex literis Apoſtolicis.*
2 *Poſſeſſio, vel quaſi exigendi penſionem probatur per exactiones, factas à Titulari.*
3 *Poſſeſſio prædicta acquiritur per exactionem partis.*
4 *Poſſeſſio, vel quaſi exigendi penſionem ſuffragatur non ſolum contra ſoluentem, ſed etiam contra illius ſucceſſorem.*
5 *Et ratio eſt, quia ex mutatione perſonæ ex parte Rei nunquam mutatur ius ex parte Actoris.*
6 *Mandatum procuræ in exigente ex quibus præſumatur.*
7 *Poſſeſſio, vel quaſi exigendi penſionem non amittitur per decennium, quando quis fuit impeditus.*
8 *Imò requiritur, quod penſio fuerit petita, & per debitorem denegata.*
9 *Et ex ſententia Rotæ requiritur, quod naturalis fuerit ab alio occupata, aliàs præſumitur continuatio animi.*
10 *Verba quando dicantur ſtare demonſtratiuè.*
11 *Solutio, facta alteri quam creditori, non liberat ſoluentem.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCLXXXVII.

SVPER fructibus Parochialis de Odena, de conſenſu Bernardi illius Rectoris reſeruata fuit annua penſio ducatorum 62. auri de Camera ad fauorem Franciſci Capſir, qui, cum mediante eius Procuratore duos terminos exegerit, & modò ſolutio à Moderno Rectore controuertatur; inſtetit pro mandato de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigen. penſionem prædictam, & dato dubio, An conſtet de illius bono iure ad dictum effectum Domini reſponderunt affirmatiuè.

1 Etenim bonum ius controuerti non poteſt, dum exhibentur literæ Reſeruationis Penſionis, quæ titulum ſufficientem præbent, vt dixit *Rota in Meleuitana Penſionis 8. Februarij 1658. coram R. P. D. meo Taia, & in Cornetana Canonicatus 20. Maij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Veroſpio.*

2 Et quaſi poſſeſſio probatur ex ſolutione duorum terminorum, facta à præfato Bernardo Titulari in manibus Ioannis Serracunter Procuratori eiuſdem Franciſci, quæ propterea conſtituit ipſum in quaſi poſſeſſione exigendi *Rota in rec. deciſ. 460. num. 6. par. 3. deciſ. 538. num. 1. par. 4. & in dicta Meleuitana Penſionis 8. Februarij, & 26. Iunij 1658. coram R. P. D. meo* 3 *Taia.* Cum etiam ſolutio partis bene ſuffragetur ad iſtum effectum ex notitiis per *Lotter. de re beneſ. lib. 1. quæſt. 38. num. 125. & ſeqq. Rot. coram Canaler. deciſ. 379. num. 3. & 4. coram Buratt. deciſ. 542. num. 1. & in Sipontina Penſionis 8. Aprilis 1647. coram bo. me. Peutingerio.*

4 Et non ſolum contra ſoluentem, ſed etiam contra illius ſucceſſorem, vt probat idem *Lotter. vbi ſupra dicto lib. 1. q. 38. num. 110. & pluribus* 5 *ſeqq.* vbi quod ex mutatione perſonæ ex parte rei nunquam mutatur, aut eliditur ius Actoris, idemque firmat *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 113. à numer. 17. & cap. 921. numer. 5. & 6. Rot. coram Greg. deciſ. 275. num. 1. & 2. coram Merlino deciſ. 725. nu. 1. & in rec. deciſ. 387. nu. 2. par. 2. ac penes Poſt de manut. deciſ. 202. num. 2.*

6 Nec de mandato Procuræ recipientis dubitari poteſt attenta enunciatiua, contenta in quietantia cum expreſſione diei, menſis, & anni, necnon Notarij de eo rogati; Et quia non videtur veriſimile, quod huiuſmodi quantitas fuiſſet ei ſoluta, niſi ſoluenti conſtitiſſet de mandato exigentis, vt firmauit *Rota deciſ. 187. num. 2. & ſeqq. par. 1. diuerſ. & coram ſa. mem. Greg. deciſ. 111. n. 1. & ſeqq. & dicta deciſ. 275. n. 5.*

7 Non obſtat, quod ſolutio facta fuerit de anno 1621. & per decennium, & vltrà fuerit poſtea ceſſatum ab exactione, nam, cum Franciſcus non potuerit exigere impeditus ex cauſa Bellorum, & reuolutionis Principatus Cathaloniæ, & propter ſequeſtra facta à Miniſtris Regijs; Nulla poteſt illi culpa, vel negligentia aſcribi ad effectum, vt dicatur cecidiſſe à dicta quaſi poſſeſſione. Et tamen vt ex curſu 8 decennij quaſi poſſeſſio reputetur amiſſa, requiritur, vt penſio fuerit petita, & à Debitore denegata iuxta doctrinam *Innoc. in cap. querelam ſub num. 3. verſ. ſed quando de elect. Gratian. cap. 113. num. 22. & 23. Rot. in Ciuitatis Plebis Penſionis 5. Maij 1645. coram bo. mem. Bichio,* cum alijs per *Addent. ad Buratt. deciſ. 604. n. 21.*

9 Imò ex ſententia Rotæ neceſſe eſt, quod poſſeſſio naturalis fuerit ab alio occupata, aliàs etiam poſt decennium præſumitur illius continuatio, & animi retentio, vt teſtatur *Lotter. de re beneſ. dicto lib. 1. qu. 38. num. 216. & ſeq. Gratian. allegato cap. 310. nu. 52. & ſeqq. Rot. coram Buratt. deciſ. 347. num. 10. & ſeqq. & in rec. deciſ. 404. num. 7. par. 2.*

10 Minus facit, quod licet in literis reſeruationis penſionis ſolutio exprimatur in ducatis 62. auri de Camera, nihilominus in continenti addatur; *qui centum libras monetæ Barchinon. ad rationem decem Regalium Caſtellanorum pro qualibet libra; prout etiam aſſeris, conſtituunt,* quia dicta verba ſtant demonſtratiuè ad oſtenden. ſcilicet valorem ducati de tempore impoſitionis, non autem taxatiuè, & limitatiuè, nec reſiſtunt quominus ſolutio veniat facienda in ducatis auri ad notata per *Garz. de beneſ. par. 5. cap. 3. num. 148. Rot. deciſ. 633. num. 2. par. 4. diuerſ. & in Capuana Penſionis 6. Martij 1617. coram bon. mem. Cardinali Veroſpio, & 12. Iunij eiuſdem anni coram Seleucien.*

11 Demum non releuant aſſertæ ſolutiones, quæ prætenduntur factæ cuidam Victorino Loredæ, quia eſto, quod probarentur; Nihilominus tanquam voluntariæ, non autem coactæ, & factæ alteri quam Creditori non liberant ſoluentem *l. inuito 12. C. de ſolut. l. ſoluendo 41. ff. de negoc. geſt. cum vulg.*

Et ità altera tantum.

PISTORIEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 31. Martij 1659.

ARGVMENTVM.

Subrogato gratioſè quibus concurrentibus ſit danda immiſſio in poſſeſſionem beneficij litigioſi, & quando lis dicatur introducta, vel etiam extincta, & illa poſſit dici calumnioſa.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato gratioſè datur immiſſio, conſtito de Clericatu, de obitu defuncti in poſſeſſione, & de lite.*
2 *Lis inducitur ex ſola citatione, legitimè executa, & in actis reproducta.*
3 *Vacatio non dicitur conſumpta per mandatum de ſubrogan. ſeu gratiam in forma dignum antè illius executionem.*
4 *Subrogatio gratioſa longè differt à mandato de ſubrogando.*
5 *Poſſeſſio non datur vigore mandati de ſubrogando, niſi diſcuſſo prius bono iure authoris.*
6 *Attentatum eſt quicquid geritur coram alio Iudice, pendente iudicio in Rota.*
7 *Auditor Rotæ, cui fuit commiſſa cauſa appellationis, ſuccedit loco Executoris, deputati in literis.*
8 *Papa non attentat, prouidendo.*
9 *Attentat tamen Prouiſus, comparendo coram alio Iudice, & Executor procedendo.*

10 *Lis*

Digitized by Google

10 *Lit non dicitur extincta, quoties aliquis remanet in cauſa.*
11 *Lis ne dicatur calumnioſa, ſufficit qualibet cauſa etiam leuis, & colorata.*

DECISIO CCLXXXVIII.

SVPER Eccleſia Parochiali Sanctorum Simonis, & Iudæ, vacante per obitum Beneſperi orta fuit lis inter Gualfreduccium ex vna, & Andream Maeſtrinum, & Iacobum Puccinum ex altera, præſeutatos à diuerſis Patronis, illaque pendente in Rota, obijt Gualfreduccius, in cuius locum Andreas mãdatum de ſubrogando obtinuit, ſed quia poſtea per Inſtrumentum publicum ceſſit omni iuri, ſibi competenti, cœperunt Patroni prętendere, factum eſſe locum nouæ vacationi, & de facto Rocchettum, & Baldaſſinum pręſentarunt. Econtra verò Iacobus reportauit a Dataria gratioſam ſubrogationem in Iuribus Beneſperi, Gualfreduccij, et Ædreæ, etiam quoad poſſeſſionem, in qua idem Be-
1 neſperus reperiebatur; Vnde propoſito dubio, an dicto Iacobo ſit danda immiſſio, DD. affirmatiuè reſponderunt, quia docet de Clericatu, de obitu Defuncti in poſſeſſione beneficij controuerſi, et de lite, quę ſunt requiſita neceſſaria ad obtinendam immiſſionem ex not. per *Garz. de Benef. par. 6. cap. 4. num. 4. & ſeqq. Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 306. 307. & 394. num. 1. coram Duran. deciſ. 430. eodem num. & in Burgen. Beneficii de Ontanas 1. Iulij 1654. coram R.P.D. meo Meltio.*

2 Nec de lite dubitari poteſt, quia illa remanet ſufficienter iuſtificata ex duabus ſententijs, ſer. ſeru. latis ab Ordinario, & Metropolitano ad fauorem Gualfreduccij, necnon ex Commiſſione appellationis, & inhibitione, illius vigore obtenta ad inſtantiam eorumdem Andreę, & Iacobi, ac perſonaliter præſentatã Rocchetto, & Baldaſſino Aduerſarijs, necnon ex alijs actis iudicialibus; cum tamen ad dictum effectum ſufficiat ſola citatio, legitimè executa, & in actis reproducta *iux. tex. in Clem. 2. vt lit. pend. Buratt. deciſ. 927. nu. 3. & 14. Eminentiſſimus Otthobonus deciſ. 140. nu. 6. Geruuden. Prioratus 27. Iunij 1644. coram bo. me. Bichio, & in Camerinen. Canonicatus 4. Iunij 1655. coram R.P.D. meo Beuilacqua.*

3 Prætenſio verò, quod eadem lis extincta remanſerit per obitum d. Gualfreduccij cum ſubſecuta gratioſa ſubrogatione ad fauorem Andreæ, nullo modo ſubſiſtit in facto, quia ipſe habuit tantummodò mandatum de ſubrogando, ſeu gratiam in forma dignum, per quam non remanet conſumpta vacatio, nec lis dicitur extincta, niſi illa prius iuſtificata, & executioni demandata, vt tradit *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 15. §. 2. num. 2. & nu. 55. & ſeqq. Rot. in Burgen. Canonicatus penes Garz. de benef. par. 2. cap. 1. n. 130. coram Seraph. deciſ. 1446. n. 3. in rec. dec. 498. & deciſ. 523. vtrobique num. 2. par. 2. & deciſ. 549. num. 21. par. 5.*

4 Nec vrget *deciſ. 71. num. 4. par. 6. recent.* & aliæ authoritates in contrarium adductæ, quia loquuntur in ſubrogatione gratioſa, quæ longè differt à mandato de ſubrogando; Nam vi-
5 gore iſtius non poteſt dari poſſeſſio, niſi diſcuſſo prius iure Authoris iuxta notata per *Garz. de benef. par. 6. cap. 4. num. 20. Mohed. deciſ. 11. per tot. vt lit. pend. Caſſad. deciſ. 1. eodem tit. in recent. deciſ. 135. n. 7. & ſeqq. par. 4. to. 2. cum alijs in Cluſina beneficij 26. Febr. 1649. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

6 Non obſtat, quod talis iuſtificatio facta fuerit coram Vicario Executore, & ab eodem Andræas collationem reportauerit: Nam cũ cauſa penderet in Rota, quicquid alibi geſtum fuit, remanet nullum, & attentatum *cap. non ſolum de appell. in 6. Achil. deciſ. 29. num. 1. & per*
7 *tot. eodem tit.* Auditor enim Rotæ ſuccedit loco executoris deputati in literis per *tex. in Clement. Auditor, ibique Vitalin. num. 49. de reſcript.* & in terminis tradit *Bellamer. deciſ. 667.* & firmatum fuit *in deciſ. 242. ſub num. 1. & 2. & deciſ. 469. n. 3. & ſeqq. par. 4. to. 2. recent.*

8 Ab attentatis verò prędictis non excuſat prouiſio Apoſtolica; Nam licet Papa non attentet prouidendo, attentat tamen Prouiſus,
9 comparendo coram diuerſo Iudice, quàm coram Iudice appellationis, & Executor procedendo in cauſa, & tradendo poſſeſſionem, vt dixit Rota cumulatis concordantibus *deciſ. 852. num. 4. coram Merlino, in Burgi S. Sepulchri Archidiaconatus 4. Iulij 1657. coram R. P. D. meo Priolo, & in Firmana Beneficij 27. Nouemb. 1658. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro Decano.*

10 Et eo facilius exiſtimarunt Domini, litem non eſſe extinctam, quia vltra Andream aderat in cauſa æqueprincipaliter etiam Iacobus, ad cuius inſtantiam fuerat pariter impetrata commiſſio, & executa citatio cum inhibitione, & deuentum ad plures actus; adeout lis ſit incontrouertibilis, quæ non poteſt dici ca-
11 lumnioſa ſub prætextu, quod ipſe Iacobus non haberet ius, niſi euentuale, quatenus ſcilicet Andreas primo loco præſentatus inſtitui aut inueſtiri non valeret, nam donec Andreas validè collationem obtinebat, eius ius remanebat in ſuo robore, & eſt ſufficiens ad excludendam calumniam, ad quem effectum quęlibet cauſa etiam leuis, & colorata admittitur, vt dixit *Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 426. num. 8. ibique Adden. nu. 11. coram Buratt. deciſ. 927. num. 11. in Cluſina Beneficij 26. Februarij 1649. coram R.P.D. meo Veroſpio, & in Bambergen. Præpoſituræ 23. Februarij 1654. coram me, & in alijs.*

Ex quibus pro immiſſione reſponſum fuit Partibus hinc indè informantibus etc.

ROMANA TRANSACTIONIS.

Veneris 2. Maij 1659.

ARGVMENTVM.

1 Tranſactio reſcinditur ex capite enormiſsimæ læſionis, et læſio dicitur enormiſſima, quando exceſſus vltrà dimidiam eſt magnus, computato etiam dubio litis euentu. Inſuper declaratur materia an dos vigore Statuti Vrb. cap. 141. et cap. 145. ſuccedat loco legitimæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio reſcinditur ex capite enormis, & enormiſſimæ læſionis.*
2 *Læſio vltra dimidiam in Tranſactione operatur defectum conſenſus.*
3 *L.2. C. de reſcind. vendit. habet locum in Tranſactione.*
4 *Dos, quando ſuccedit loco legitimæ, non poteſt grauari onere fideicommiſſi.*
5 *Dos vigore Statuti Vrb. cap. 145. non ſuccedit loco legitimæ.*
6 *Statutum Vrb. cap. 145. excluſiuum fœminarum habet locum tantummodò extantibus Maſculis.*
7 *Statutum Vrb. cap. 141. procedit pariter extantibus Maſculis.*
8 *Statutum prædictum cap. 141. declaratur.*
9 *Dos vigore Statuti cap. 141. ſuccedit loco legitimæ.*
10 *Idque probatur ex illis verbis*, quod nihil aliud ratione falcidiæ, vel ſupplementi debiti iure naturæ petere poſſint.
11 *Confeſſio impugnari non poteſt nec à Confitente, nec ab illius hærede.*
12 *Mulier, acceptans dotem cum onere fideicommiſſi, non ſibi præiudicat, ſi acceptatio non eſt clara, & explicita cum expreſſione oneris.*
13 *Maritus nihil prætendere poteſt ſuper bonis extradotalibus Vxoris.*
14 *Donatio operatur tranſlationem dominij in Donatarium.*

DECISIO CCLXXXIX.

PATRES S. Mariæ de Mercede, qui ſub die 28. Iunii præteriti obtinuerunt oris aperitionem aduerſus Tranſactionem, initam cum Petro Vincentio de Caualerijs ſuper hereditate Camillæ vxoris, proſequendo diſputationem, inſteterunt pro Dubio: An tranſactio ſuſtineatur, quo propoſito, negatiuè
1 reſponſum fuit: Quia ex Inſtrumento publico conſtat, Camillam nupſiſſe cum dote ſcutorum 15. mille, quorum 14. millia conſignata fuerunt in ſtabilibus, mille verò in gemmis, & Iocalibus, quæ Petrus Vincentius promiſit, reſtituere eueniente caſu reſtitutionis ſub obligatione Camerali, & hypotheca omnium bonorum. Vnde cum pro dicta ſumma Patres Donatarij præfatæ Camillę non receperint à Petro Vincentio, niſi ſcuta 2850. in tot effectibus hæreditarijs, & quidem cum onere ſoluendi legata, aſcendentia ad ſcuta 1695. necnon celebrandi Miſſas 100. ſingulis annis, & defendendi hæreditatem Adriani à moleſtijs, quæ inferebantur à Patribus Sancti Caroli; vtique ex prædictis reſultat læſio non ſolum enormis, ſed enormiſſima, & longè vltrà dimidiam, ob quam tranſactionem
2 non ſuſtineri, notat *Abb. in cap. cum contingat nu. 23. de iure iur.* vbi quod tali caſu ceſſat conſenſus, & reſultat dolus, & latè probat *Beron. conſ. 180. num. 38. lib. 2. Gabr. conſ. 154. nu. 48. lib. 1. Surd. conſ. 480. num. 12. & ſeqq.* & firmauit *Rota in Bononien. nullitatis Concordiæ 12. Iunij 1645. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro Decano, 27. Ianuarij, ac 1. Iulij 1648. coram bon. me. Bichio, & in Aueniouen. Tranſactionis 22. Iunij 1657. coram bo. mem. Dunozetto.* Et eſt textus expreſſus in *l. 2. C. de reſcind.*
3 *vendit.* qui licet loquatur in venditione, tamen procedit etiam in tranſactione, quando exceſſus vltra dimidiam eſt magnus, vt in caſu præſenti, computato etiam incerto litis euentu, *Bart. in l. Si quis cum aliter num. 5. verſ. quæro quid ſi in contractu tranſactionis, ff. de verb. oblig. Socin. Iun. conſ. 129. num. 48.* vbi de magis communi, à qua in conſulendo, & iudicando non eſt recedendum *lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 23. & ſeqq.* & cumulatis concordantibus firmauit *Rota in Romana Tranſactionis 21. Iunij 1655. coram me.*

4 Non obſtat, quod dicta dos pro rata ſcutorum 10. mill. fuerit ab Adriano Patre grauata fideicommiſſo, & onere reſtitutionis ad fauorem eiuſdem Petri Vincentij, caſu quo ipſa Camilla deceſſiſſet ſine filijs, prout deceſſit; nam cum illa ſucceſſerit loco legitimæ, nullo modo grauari potuit *iux. text. in l. quoniam in prioribus C. de inoff. teſtam. Cyn. in l. vnica §. Videamus in fine verſ. ſecundò quæritur C. de rei vxor. act. Bart. in l. vlt. §. filia num. 1. ibique Bald. eod. num. ff. de legat. 2. Menoch. conſ. 238. num. 54. & ſeqq.* & pluribus firmatum fuit *in Aſculana Dotis 26. Iunij 1647. & 24. Ianuarij 1648. coram me.*

5 Nec reſiſtit Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. excludens fœminas propter maſculos, nam quamuis incipiat ab excluſione, non autem à dotatione, & conſequenter dos debita vigore illius non ſuccedat loco legitimæ iuxta diſtinctionem *Caſtr. in l. Titio centum §. Titio genero nu. 8. ff. de condit. & demonſtr.* quam ſequuntur communiter DD. *& in ſpecie Alex. conſ. 13. num. 12. lib. 3. & conſ. 179. num. 10. lib. 5. Socin. Sen. conſ. 75. num. 8. lib. 3.* Et paſſim Rota amplectitur, vt teſtantur *Adden. ad Greg. deciſ. 565. n. 11. & eſt deciſ. Seraph. 959. num. 5. & poſt Merlin. de legit. deciſ. 74. num. 2. & deciſ. 106. nu. 7.* & in terminis Statuti Vrbis antiqui cap. 85. quod hodie eſt in nouis 145. latè comprobat *Gabr. conſ. 11. num. 4. & ſeqq. lib. 1.* [illegible] *140. à num. 12. ad finem, & præſertim num. 16. lib. 2. Rot. deciſ. 538. n. 3. par. 1. diuerſ. & in Tiburtina hæreditatis 13. Febr. 1634. & 16. Martij 1640. coram bon. mem. Card. Veroſpio Iuniore, penes Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ. 113. §. Et licet, & in rec. deciſ. 405. nu. 26. par. 5. & deciſ. 208. nu. 2. & 3. par. 8. & in alijs.*

6 Nihilominus diſpoſitio d. Statuti tanquam conditi ob fauorem agnationis procedit tantummodò extantibus maſculis, ſecus verò illis non exiſtentibus, vt probat *Soc. Iun. conſ. 23. num. 22. & ſeqq. lib. 1. Becc. conſ. 107. num. 18. Surd. conſ. 85. num. 8. & ſeqq.* & in terminis dicti Statuti *Rota coram Caualerio deciſ. 256. num. 7. in rec. deciſ. 770. num. 4. par. 2. deciſ. 405. num. 30. & 31. par. 5. deciſ. 316. num. 18. & ſeqq. par. 6. & in Romana Supplementi legitimæ 26. Ianuar. 1646. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro Decano.*

7 Prout etiam non exiſtentibus maſculis procedit aliud Statutum cap. 141. quo ceſſante intrat diſpoſitio Iuris communis *Angel. in §. ſi quis autem verb. auferri auth. de hered. & Falcid.* & alios refert *Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa par. 1. verb. exceptionis cauſa num. 97. & 98.* & firmauit

Rota

Rota in terminis huius Statuti In Romana Supplementi legitimæ, coram Sacrato apud Pacif. de Salu. deciſ.160. num. 6. & in recent. d. deciſ.770. num.4. part. 2.

8 Imò idem Statutum, quatenus mandat fęminas à Patre, vel ab Auo dotatas deberi eſſe contentas dotibus, ſibi aſſignatis, nec vllo modo diſpoſitionem paternam, vel Auitam inpugnare poſſe, derogat quidem circa quãtitatem, & ſic diſpoſitioni *text. in l. omnimodò C. de inoff. teſtam.* non autem *l. quoniam in prioribus eod.tit.* reijcienti quodcunque onus, & grauamen in legitima, vt in puncto *Rot coram Buratto deciſ.215.num.1.& ſeqq.& deciſ.208.num.22. & ſeqq. par. 8. recent.* Ideoque Dotem vigore

9 illius ſuccedere loco legitimę, latè firmatum fuit *in Romana Domus 4. May 1646. & 27. Maij 1647. coram R.P.D. meo Melzio, & in Romana fideicommiſſi de Candidis 26.Iun.1651.coram R.P.D. meo Veroſpio.*

10 Idque demonſtrant expreſsè verba illa ibidem adiecta, prohibentia ne fœminiæ vltra dotem ſibi aſſignatam, aliud ratione falcidiæ vel ſupplementi debiti Iure naturę petere poſſint, vt aduertit *Socin.Sen.conſ.30.nu.3.verſ.circa tertiam lib.1.Pariſ.conſ.36. num.8. verſ.eo etiam lib.3.Honded.conſ.63. num.131.& ſeqq.lib.1.Rot.in Romana de Marganis 9.Martij 1583. coram Robuſt. & in Romana bonorum de Cenlis coram Penia deciſ.419.num.4.& ſeqq.iuxta impreſſionem Venetam, & coram Buratto deciſ.215.nu.11.* & notat *Fenzon.in addit.ad dict.cap.141.n.42.& ſeqq.*

11 Nec ſubſiſtit, quod dos, relicta in Teſtamento primo in ſumma ſcutorum 10. mill. excellerit ratam legitimæ, ideoque Camilla eam acceptans cum onere fideicommiſſi, videatur ſibi præiudicaſſe; Siquidem ex Inſtrumento dotali dato *in Summ.num.1.* conſtat, hæreditatem Adriani, deducto ære alieno aſcendere ad ſcuta 40.mill.& pro dicta ſumma, et quantitate Petrum Vincentium recepiſſe tot bona à Dominico Patre, & ſic patet manifeſtè, ſummam prædictam eſſe longè inferiorẽ rata legitimæ ex confeſſione propria, & iurata, contra quam ſicuti non poſſet venire Petrus Vincentius, ſi viueret, ita nec etiam venire poteſt illius hæres *l.cum à Matre Cod.de rei vendic.Rot.deciſ.60.num.3. par.6.rec. & in Romana Saluiani 12.Ianuarij 1646. coram bon. memor. Arguelles.*

12 Acceptatio verò facta per Camillam abſq; vlla expreſſione oneris, potuit quidem illi præiudicare reſpectu quantitatis, non autem reſpectu fideicommiſſi in ea adiecti, cum ad dictum effectum requiratur approbatio clara, & concludens, vt bene in propoſito firmauit *Rota coram Millin.deciſ.317. num.7.& 8.& in Tiburtina hæreditatis 26.Maij 1642.coram bon.me.Bichio.* Præſertim in muliere minore, & non data ſcientia oneris, quæ non præſumitur, niſi probetur *iuxt. gloſ.in cap.concertationi verb.ſciuerit de appell.in 6. Rot.deciſ.507.num.1.par.1.rec.& deciſ.644.eod.num.par.3.*

13 Et vltra d.ſummam ſcutorum 10.mill.aderant etiam alia ſcuta 5.mill. data in dotem eidem Camillæ abſque vllo onere, aut grauamine fideicommiſſi, nec non alia bona extra dotalia, ſuper quibus nullum competebat ius Petro Vincentio Marito ex deductis per *Socin. Sen.conſ.82.nu.8.lib.4.& per Menoch.conſ.56.nu.4.*

14 Vnde ratione d.ſummæ, & bonorum non poterat ſuſtineri tranſactio, quia vigore donationis iam fuerat ipſo Iure dominium quęſitum Patribus per *text. in l.fin. C.de Sacroſ. Eccleſ. Rot.coram Seraph.deciſ.1394.n.6.Cocc.deciſ.41. nu.1. & in Baren.donationis 5.Aprilis 1647. coram bo.me.Dunozetto.*

Ex quibus reſolutum fuit, Tranſactionem non ſuſtineri partibus hinc indè Informantibus.

MELEVITANA DOMVS.

Veneris 9. Maij 1659.

ARGVMENTVM.

Venditor tenetur ad traditionem rei, aliàs poteſt conueniri pro damnis, & intereſſe, maximè quando pro illis ſe obligauit.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, qui habet facultatem tradendi, tenetur ad traditionem rei.*

2 *Venditor, qui rem non tradit, tenetur ad damna, & intereſſe.*

3 *Amplia præſertim, quando in caſu inobſeruantiæ promiſit, illa præſtare.*

4 *Venditor dicitur poſſeſſionem tradere mediante clauſula Conſtituti.*

5 *Fallit ſi præſtet impedimentum, & impediat effectum illius.*

DECISIO CCXC.

CENSVERVNT DD. ſententiam Rotalem eſſe confirman. nam per illam condemnantur Antonia, & Ignatius, ad reſtituen. pretium ſcut. 800. à Natali Emptore perſolutum, necnon ad damna, & intereſſe ob non ſequutam domus conſignationem; Eſt enim de natura contractus, vt venditor, qui eſt Dominus, & habet facultatem tradendi, tenea-

1 tur ad traditionem rei venditæ, vt eſt *text. in §.Pretium, ibique gloſ.verb.tradatur Inſtit.de empt. & vendit. Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur 72. num.39.ibique Alex.nu.30.de verb.oblig.Bald.in l.ſi traditio 4. nn.2.& ſeqq. C.de act.empt.Dec.in l.certi condictio num.12.verſ.nec huic concluſioni ff.ſi cert. pet. Mantic.de tac. lib.14. tit.32. num.24. Rot.Gen. deciſ.214. num.1. Surd.deciſ.253. num.2.& fuit dictum in Romana Domus ad Paſquinũ 24.Maij 1602. coram Litta, penes Marcheſ.de commiſſ.par.1.fol.750. numer.3.*

2 Vndè, cum contrahentes nec domum tradiderint, nec adimpleuerint contenta in Inſtrumento venditionis, rectè fuerunt condemnati ad damna, & intereſſe per *text. in l.1.& in l.exempto 11. §.& exempto ff.de act.empt. & in dicta l.ſi traditio 4.C.eod.tit. Alex.conſ.147.nu.3. verſ.& ſimiliter è contra lib.5. Cephal.conſ.407.num.39.* &

vltra

vltra plures adductos per *Surd.conſ.13. num.12.*
& plurib.ſeqq. firmauit *Rota in rec. deciſ.67. nu.2.*
par.3. & coram ſan. mem. Gregor.deciſ.119. num.3.
& ſeqq.

3 Maximè quia conſtat de præciſa obligatio-
ne, præſtandi damna, & intereſſe in caſu in-
obſeruantiæ, quo caſu illa reſicienda veniunt,
etiamſi alias non deberentur *Surd. conſ. 442.*
num. 10. verſ.tertia ratione, & num.ſeqq. Pancirol.
conſ.147.num.8. Cyriac. qui plures adducit *contr.*
274.n.6.Rota coram Seraph.deciſ.787.n.1.& 10. &
in rec.deciſ.48.n.28.par.8.

4 Non obſtat conſtitutum adiectum in In-
ſtrumento venditionis, nam licet per illud
5 transferatur poſſeſſio: attamen cum contra-
hentes prædicti de facto recuſent eandem poſ-
ſeſſionem tradere, & plura præſtiterint impe-
dimenta ad retardandũ effectum illius, per tale
conſtitutum non cenſentur adimpleuiſſe, nec
ſatisfeciſſe propriæ obligationi *ad text. in l. Iu-*
lianus §.ex vendito ibique Bart.num.1.ff.de act.empt.
Alex. qui de veriori, & magis communi *conſ.*
28.num.7.lib.2.Surd.d.conſ.13.num.12. verſ.nec li-
beratus fuit, Cyriac.contr.258.num.8. & firmauit
Rota in Sancti Seuerini Domus 22.Maij 1621.coram
Rembold.& in Romana Domus 6.Febr.1640. coram
Card.Panzirolo.

Et ita pro confirmatione ſententiæ Rotalis
Natali tantum Informante reſponſum fuit.

VITERBIEN. TRANSACTIONIS.

Veneris 9. Maij 1659.

ARGVMENTVM.

Fructus non debentur ex ſimplici credito, & ſoluti debent tanquam vſurarij in ſortem computari, quamuis adſit conuentio, & agatur inter Mercatores.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia non parit pecuniam, & ideo ex ea non debentur fructus.*
2 *Vſura eſt quicquid accedit ſorti.*
3 *Amplia, non obſtante pacto de ſoluendis fructibus.*
4 *Amplia, non obſtante prætextu dilationis conceſſæ.*
5 *Mercatores non poſſunt paciſci de intereſſe certo.*
6 *Mercatores non ſemper lucrantur, ſed aliquando etiã iacturam faciunt.*
7 *Vſuræ, ſi fuerint ſolutæ, computantur in ſortem, ac ſi pro ſorte ſolutio facta fuiſſet.*

DECISIO CCXCI.

EX eiſdem rationibus, ex quibus ſub die
11.Decembris præteriti deciſum fuit, fru-
ctus non deberi, & ſolutos in ſortem, eſſe
computandos; Hodie repropoſito Articulo,
cenſuerunt Domini perſiſtendum in reſolutis.
Nam Dominicus, & Tullius in Inſtrumen-
to Tranſactionis conſtituerunt ſe debitores fi-
liorum, & hæredum Pauli in pecunia, ac in
ſumma, & quantitate ſcutorum 10000. mone-
tæ, pro quibus propterea nullo modo deben-
tur fructus; nam regulariter pecunia non pa-
rit pecuniam, vt eſt *text. in cap. eijciens, & ibi*
Archidiac.88.diſtinct.Rot.deciſ.72.num.5.par.2.rec.
coram Merlin.deciſ.409.num.40.& in Romana qua-
tuor Domorum 21.Iunij 1649. coram bo.mem. Pcu-
tingerio.

2 Et quicquid accedit ſorti vſura eſt *l. rogaſti*
11.§.ſi tibi, & ibi gloſs. verb.condici in fine ff.ſi cert.
pet. cap.putant quidam, cap. plerique, & cap.vſura
14.queſt.3. Alex.conſ.80.per tot. & præſertim *n.5.*
lib.3.Roman.conſ.520.n.4.& ſeqq. Rot.coram ſa.me.
Greg deciſ.80. n.1.& in recent. deciſ.72. pariter ſub
num.1.par.2.

3 Hinc parum releuat conuentio, de illis ſol-
uen. quia tanquam illicita, & vſuraria non
poteſt ſuſtineri etiam ſub prætextu dilationis
4 conceſſæ iuxta doctrinam *Bald. in d. l. rogaſti*
§.ſi tibi col.2. num. 13. verſ.iſtud confiteor ff. ſi cert.
pet.& in conſ.453. per tot. lib.3. repetito lib.5.conſ.
396. & in fortioribus terminis *Roland.* qui te-
ſtatur de veriori, tutiori, & magis communi
conſ.55.num.20.vol.2. Rot.deciſ.315. num.7.par.2.
diuerſ.& deciſ.305. per tot. par.4. & coram Millin.
deciſ.21.num.1.& ſeqq.

5 Minus facit, quod agatur inter Mercatores
& ſolitos negotiari, quia nec pecuniæ reman-
ſerunt in manibus Dominici, & Tullij ad iſtũ
effectum, nec exinde ſuſtineretur conuentio,
& taxatio certa, nam in mercatura, & nego-
tiationibus lucra ſunt dubia, & euentualia, &
illas exercentes modo plus, modo minus, mo-
6 do nihil lucri conſequuntur, & aliquando etiã
iacturam faciunt, prout de magis communi
teſtatur *Rimin.Iun. conſ.52. num. 42. & ſeqq. lib.*
2. & vltra plures cumulatos per *Gratian. fo-*
renſ.diſcept. cap.67. præſertim num. 13. & 14. fir-
mauit *Rota in Auenionen.Pecuniaria* 10. *Februarij*
1640.coram bon.mem. Bichio, penes Merlin.de pign.
deciſ.29.per tot. vbi reſpondetur contrarijs, *in Se-*
nogallien.prædij 27.Iunij 1644.coram R. P. D. meo
Meltio, & in Colonien. pecuniaria 26. Maij 1653.
coram Reuerendiſs.Præſide Valliſoletano.

7 Nec ſubliſtit, quod conuentio, & taxatio
huiuſmodi facta fuerit habito reſpectu ad bo-
na ſtabilia hæreditaria Patris, quæ remanſe-
runt in manibus Dominici, & Tullij; Nam,
cum illa non excederent ſummam ſcutorum
2500. vt apparet ex Inſtrumento diuiſionis,
excepta tertia parte debita Thomę conſtituen.
ſcuta 833. pro quibus Domini conuentionem
admiſerunt, pro reliqua ſumma illa ſuſtineri
non valet, & fructus ſoluti tanquam indebi-
ti, & vſurarij veniunt in ſortem imputandi,
iuxt.text.in l.ſi non ſortem, & ibi Bart. num.4. ff.de
cond.indeb. vbi quod ſolutum pro vſuris com-
putatur directo in ſortem, ac ſi pro ſorte ſo-
lutum eſſet, *Caſtrenſ.conſ.446. ſub nu.1. verſ.ſed*
quando vſura lib. 1. Rot. coram Merlin. deciſ. 409.
num.29.& 30.

Et ità &c.

Digitized by Google

AVXIMANA PRAEDII.

Lunæ 26. Maij 1659.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio, capta in vim mandati habentis clauſulam. *Dummodò poſſeſſio ſit vacans, & ſine præiudicio poſſidentium, & habentium meliora, & potiora iura*, eſt nulla, & attentata, nec operatur in præiudicium poſſeſſoris, & eius, qui nititur melioribus iuribus.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* Dummodò poſſeſſio ſit vacans, & ſine præiudicio poſſidentium, & habentium meliora, & potiora iura *præſeruat anteriorem poſſeſſionem.*

2 *Poſſeſſio, capta vigore mandati cum dicta clauſula, nihil operatur, & perinde eſt, ac ſi capta non fuiſſet.*

3 *Poſſeſſio, capta non citato poſſeſſore, eſt nulla, & attentata, nec priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*

4 *Poſſeſſio probatur ex locatione, recognitione in Dominum, & perceptione fructuum.*

5 *Monachus quicquid acquirit, Monaſterio acquirit.*

6 *Et hoc procedit non ſolum reſpectu dominij, ſed etiam poſſeſſionis.*

7 *Poſſeſſio, apprehenſa per Monachum, tranſit in Monaſterium.*

8 *Manutentio datur poſſidenti.*

9 *Poſſeſſio capta mediante mandato cum clauſula* ſine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, *non præiudicat illi, qui melius ius fouet.*

DECISIO CCXCII.

1 MANDATVM de immitten. cuius vigore de Menſe Aprilis 1658. nemine citato capta fuit per Mutium, & Scipionem de Campanis poſſeſſio Prædij, nuncupati Cauaticeio hæreditarij q. Fabritij, habet in ventre clauſulam *dummodo poſſeſſio ſit vacans, & ſine præiudicio poſſidentium, & habentium meliora, & potiora iura*; vndè per illud nullum fuit illatum præiudicium Monaſterio poſſidenti ex perſona Patris Alphonſi Germani fratris eiuſdem Fabritij: Nam clauſula prædicta, tanquam conditionalis, præſeruat anteriorem poſſeſſionem Monaſterij *ad text. in l. qui abſenti §. 1. ff. de acquir. poſſ. Peregr. de fidcicom. art. 47. num. 29. Rot. coram Cauaier. deciſ. 446. num. 4. & ſeqq. & deciſ. 630. ſub n. 8. & 9. & in rec. deciſ. 315. n. 2. par. 3.*

2 Et cum Monaſterium poſſideret, ac poſſeſſio eſſet plena, poſſeſſio poſterior nihil operatur, & perinde eſt, ac ſi capta non fuiſſet *Rota penes Poſt. de manut. deciſ. 14. num. 15. & 16. & deciſ. 310. num. 4. & ſeqq.* & vltra plures adductos per *Adden. ad deciſionem ſan. memor. Gregor. 332. num. 6.* firmatum fuit *in Romana fideicommiſſi de Caſijs 14. Martij 1657. coram bon. mem. Dunozetto.*

3 Imò, cum illa apprehenſa fuerit non citato poſſeſſore, dicitur nulla, & attentata, nec priuauit poſſeſſorem ſua poſſeſſione *l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo, &c. cap. licet Epiſcopus de præben. in 6. Menoch. de recuper. remed. 1. n. 111. & ſeqq. Rot. in Montis Caſſinen. Parochialis 17. Febr. 1648. coram bo. me. Bichio.*

4 Quod autem frater Alphonſus poſſideret, patet ex locatione eiuſdem Prædij, facta de menſe Decembris 1657. et in Archiuio exhibita, vna cum recognitione in Dominum, et conſignatione fructuum, reportata à Colono et affictuario, *vt in Summ. num. 4.* per quam probari poſſeſſionem, docet *gloſſ. in l. qui vniuerſas 30. §. quod per Colonum verb. Colonum, ibique Bart. num. 1. verſ. tene menti ff. de acquir. poſſ. Bald. in cap. inter dilectos num. 17. de fid. inſtr. Alex. conſ. 118. num. 18. lib. 2. & conſ. 10. num. 3. verſ. licet vbi probaretur lib. 4. Rot. coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 80. num. 1. & 2. & in Romana Domus 25. Febr. 1647. coram me.*

5 Nec poteſt reuocari in dubium, quod dicti
actus poſſeſſorij, geſti à præfato fratre Alphōſo, ſuffragentur etiam Monaſterio capaci bonorum: Nam quicquid acquirit Monachus, acquirit Monaſterio *cap. cum ad Monaſterium de Stat. Monach. cap. cum olim cl 2. de priuil. Honded. conſ. 94. num. 14. lib. 1.* Et non ſolum quoad do-
6 minium, ſed etiam quoad poſſeſſionem *Ricc. deciſ. Cur. Neap. 209. num. 12. par. 1. Rota coram Duran. deciſ. 308. num. 3. & 4.* Et in ſpecie, quod poſ-
7 ſeſſio apprehenſa per Monachum tranſeat in Monaſterium etiam ſine mandato, dixit *Rota Bonon. diuerſ. deciſ. 86. num. 39. & ſeqq. Gratian. deciſ. March. 150. nu. 12. Rot. coram Canaler. deciſ. 630. ſub num. 6. & 7. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 208. n. 7. & ſeqq.*

8 Stante igitur poſſeſſione prædicta meritò
reſponderunt Domini, eidem Monaſterio dādam eſſe manutentionē *iuxta text. in §. retinendæ, & §. hodie Inſtit. de Interd. l. 1. §. interdictum autem ff. vti poſſid. Rot. coram ſan. mem. Gregor, deciſ. 582.
9 num. 1.* Maximè cum illud habeat meliora, et
potiora iura, ex quo Alphonſus eſt frater Germanus Defuncti, vt conſtat ex teſtibus hinc inde examinatis *Summ. num. 1. & 2.* Vnde poſſeſio poſterior, capta per Aduerſarios in gradu remotiſſimos in vim mandati cum dicta clauſula, nihil operatur *Surd. deciſ. 333. ſub nu. 10. Rot. coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 72. n. 2. & in Romana Donationum 25. Maij 1657. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Et ita altera tantum.

MELEVITANA HAEREDITATIS.

Veneris 30. Maij 1659.

ARGVMENTVM.

Teſtator relinquens omnia bona paterna, et iura materna, non cenſetur relinquere bona propria, et acquiſita ex ipſius induſtria, minuſque bona materna, quia iurium appellatione non veniunt bona.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Bonorum paternorum appellatione non comprehenduntur bona propria, & acquiſita ex propria induſtria.*

2 *Bonorum appellatione non veniunt iura.*

3 *Iura conſtituunt tertiam ſpeciem diuerſam à mobilibus, & immobilibus.*

4 *Iurium appellatione non veniunt bona, quando Teſtator diſcretiuè loquutus fuit de bonis, & de iuribus.*

5 *Diſcretiuus loquendi modus bene declarat voluntatem Teſtatoris.*

6 *Geminatio verborum magis oſtendit intentionem, & voluntatem Teſtatoris.*

7 *Inutilis ne reddatur diſpoſitio, ſufficit, quod aliquo modo verificari poſſit.*

8 *Teſtator diſponere poteſt etiam de re hæredis.*

9 *Teſtator relinquens rem, cenſetur ius tantum relinquere, quod in ea habet.*

10 *Conditio adiecta ſubſtitutioni ſi deficiat, ipſa quoque ſubſtitutio deficit.*

DECISIO CCXCIII.

VERBA Teſtamenti conditi per Franciſcum ſunt infraſcripta *in bonis ſuis omnibus, & ſingulis mobilibus, & ſtabilibus, rebus, iocalibus, nominibus debitorum præſentibus, & futuris iuribus, & actionibus vniuerſis vbique exiſtentibus fecit hæredem Petrum Paulum filium, quo decedente ſine filijs, diſpoſuit, vt omnia, & ſingula bona paterna ipſius Teſtatoris, necnon omnia, & ſingula iura ſibi competentia in bonis maternis ipſius Teſtatoris perueniant ad Iſabellam eius Amitam, quæ intelligatur vſufructuaria tantum dd. bonorum, & Iurium prædictorum, qua mortua omnia, & ſingula bona, ac iura præfata pleno iure perueniant ad Ven. Collegium Meleuitanum Societatis Ieſu.*

1 Vndè cum fideicommiſſum ſit literale, & illius purificatio fauore Collegij non controuertatur; Dubitaui, ſuper quibus bonis ſit danda immiſſio, & DD. in bonis paternis tãtum concedendam eſſe, decreuerunt, exiſtimantes, ſub dicta diſpoſitione non contineri bona propria, & acquiſita ex propria induſtria, ſed ea ſolum, quæ ex immediata ſucceſſione patris ad eundem Franciſcum peruenerunt iuxta conſilium *Bald.* 104. *ſub num.* 1. *lib.* 2. *Socin. Iun. conſ.* 20. *num.* 10. *&* 15. *lib.* 1. & melius *conſ.* 1. *à nu.* 25. *& ſeqq. lib.* 2. & firmatum fuit *in Leodien. Succeſſionis* 14. *Iunij* 1653. *coram Reuerendiſs. D. meo Cerro.*

2 Nec quoad bona materna potuerunt deſcendere in hanc ſententiam, quia ſubſtitutio eſt reſtricta ad iura, quorum appellatione non veniunt bona, ſiue ſtabilia, ſiue mobilia, vt notat *Caſtr. in l. ſi ſic* 78. §. 1. *num.* 5. *verſ. ideo allego ff. de legat.* 1. *Rebuff. in l. mouentium* 93. *col.* 3. *verſ. ſed dubitari ff. de verb. ſignif.* & probat *Calder. conſ.* 4. *per tot. eod. tit. Oldrad. conſ.* 119. *à princ. Natt. conſ.* 38. *num.* 1. *&* 3. Nam illa conſtituunt ter-
3 tiam ſpeciem diuerſam à mobilibus, & immobilibus *iuxta text. in l. quam Tuberonis* 7. §. *in peculio, & in l. à Diuo Pio* §. *in venditione, ibique Alex. qui num.* 1. *teſtatur de communi ff. de re iudic. Arius Pinell. in rubr. C. de bon. mater. par.* 1. *num.* 24. *cum alijs ſeqq. Surd. conſ.* 449. *n.* 27.

4 Idque clarius videtur reſultare ex diſcretiuo modo loquendi, quo vſus fuit Teſtator in dicta ſubſtitutione. Nam dum in eodem capitulo diſpoſuit de paternis, vſus fuit verbis *omnia & ſingula bona paterna*, quando verò de maternis, *omnia, & ſingula iura ſibi competentia in bonis maternis*. Signum euidens, quod appellatione iurium non intendebat comprehendere bona, ſed tantum incorporalia, non autem corporalia. Diſcretiuus enim loquen-
5 di modus bene demonſtrat Teſtatoris intentionem *l. vnica* §. *ſin autem C. de caduc. toll.* Et in proximis terminis probat *Dec. conſ.* 442. *n.* 9. *& ſeqq. Surd. conſ.* 466. *n.* 13. *Rot. in rec. deciſ.* 89. *nu.* 14. *par.* 4. *to.* 2.

6 Maximè cum non ſemel, ſed bis, & ter vſus fuerit eodem modo loquendi, quæ geminatio magis oſtendit, & declarat mentem diſponentis *l. Baliſta* 32. *ff. ad Trebell. Aym. conſ.* 105. *num.* 4. *& conſ.* 201. *num.* 42. *Rot. in rec. deciſ.* 14. *n.* 2. *par.* 4. *& deciſ.* 377. *n.* 3. *par.* 4. *to.* 2.

7 Nec ſubſiſtit, quod dicta iura non poſſint in alio verificari, quam in ipſis bonis. Nam, cum Franciſcus haberet diuerſas prætenſiones & contra fratrem occaſione adminiſtrationis bonorum, & contra alios, pro quibus litem iam introduxerat; ſufficit, quod in illis diſpoſitio verificari poſſit ad effectum, ne reddatur inutilis, & eluſoria, & remaneat ſine effectu operandi; *Surd.* qui alios cumulat *conſ.* 271. *n.* 47. *Menoch. conſ.* 306. *n.* 13. *Cephal. conſ.* 104. *nu.* 17. *Rot. in rec. deciſ.* 16. *n.* 5. *par.* 3.

8 Quia verò pro parte Collegij inſtabatur etiam pro immiſſione ſuper medietate prædij talchizeien., ſpectantis ad Petrum Paulum, & prouenientis ab hereditate Vincentiæ Matris eo ſub prætextu, quod Franciſcus de eo diſpoſuerit ad fauorem eiuſdem Collegij; cum certum ſit, poſſe Teſtatorẽ diſponere de re here-
9 dis; Domini etiam quoad dictũ Prædium inclinauerunt in partem negatiuam; Nam Franciſcus non diſpoſuit ſimpliciter de dictis bonis, ſed per relationem ad teſtamentum eiuſdem Vincentiæ, & facta mentione de conditionibus, in illo appoſitis; & ſignanter, quod ipſemet Franciſcus fuerat Petro Paulo ſubſtitutus, quatenus iſte ſine filijs, & ſine Teſtamento decederet. Vnde exiſtimarunt, quod Franciſcus in tantum voluerit de dicto Prædio diſponere, in quantum hæreditas Vincentiæ ad ipſum Franciſcum perueniſſet per prædeceſſum filij abſque teſtamento, vt eſt *Gloſ. in figuratione caſus in l. ſeruum filij* 46. *ibique Iaſ. ſub nu.* 8. *verſ. ex hoc inferam ff. de legat.* 1. *Alex. conſ.* 91. *num.* 1. *lib.* 1. *Roman. conſ.* 508. *nu.* 5. vbi firmat quod ſi caſus exiſtit, valet legatum, ſin minus extinguitur etiam quoad æſtimationem, *Celſ. Hugo conſ.* 37. *nu.* 42. *Surd. conſ.* 117. *nu.* 16. & alios adducit *Mant. de coniect. vltim. volunt. lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 17. *&* 18.

10 Vndè cum filius ſuperuixerit, & deinde condito teſtamento deceſſerit, defecit conditio, & expirauit ſubſtitutio *l. generaliter* 6. *C. de inſtit. & ſubſtit. Alex. conſ.* 59. *ſub num.* 6. *&* 7. *lib.* 3.

Digitized by Google

& conſ.88. num.1. verſ.ideo videtur lib.7 Honded. conſ.78.num.23.& ſeqq.& præſertim nu.27.& 28. lib. 1. Et fuit dictum *in Piſauren. Teſtamenti 31. Martij* 1653.*coram me.*

Et ità vtraque &c.

CAMERINEN. BONORVM.

Veneris 30. Maij 1659.

ARGVMENTVM.

Donatio, facta Clerico, vt poſſit promoueri ad ordines Sacros, eſt tranſitoria ad hæredes, prout quælibet alia donatio, niſi expreſsè, vel tacitè aliter conuentum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Tridentinum, prohibens, ne quis promoueatur ad ordines Sacros, niſi beneficium, aut patrimonium ſufficiens habeat, id facit, ne Clericus cogatur mendicare.*

2 *Alimenta ſunt perſonalia, & extinguuntur cum perſona alenda.*

3 *Patrimonium poteſt aſſignari ſub conditione, quod ſtatim ac Clericus aſſecutus fuerit beneficium ſufficiens, bona redeant ad Donantem.*

4 *Clauſula* ad haben. *famulatur Contractui, cui adijcitur.*

5 *Donatio de ſui natura eſt Tranſitoria ad hæredes.*

6 *Donatio, facta alicui, vt poſſit promoueri ad ordines Sacros, tranſit ad hæredes.*

7 *Clauſula* præſenti &c. *extenditur pro hæredibus, & ſucceſſoribus.*

8 *Clauſula* pro ſe &c. *extenditur eod.modo.*

9 *Donatio tranſit ad hæredes, etiamſi de hæredibus non ſit facta mentio.*

10 *De natura donationis eſt, vt ſit perpetua.*

11 *Donatio non eſt perpetua, nec tranſit ad hæredes, quando reſiſtit voluntas Donantis.*

12 *Teſtatoris mens, & voluntas bene deſumitur ex notula, in eius libro conſcripta, & ex teſtamento per eum condito.*

13 *Donatio eſt perpetua, etiamſi cauſa, propter quam illa facta fuit, non duret.*

14 *Laudum cenſetur tacitè approbatum, ſi ab eo non fuerit interpoſita appellatio.*

15 *Laudum approbare dicitur, qui facit actus in illius executionem.*

16 *Laudum approbatum, & emologatum habet vim pacti, & tranſactionis.*

DECISIO CCXCIV.

QVAESITVM coram me fuit; An aſſignatio dotis, facta per Fuluium Gineſio filio ad hoc, vt poſſet promoueri ad ordines Sacros, eſſet perpetua, vel temporanea. Et informantes pro hæredibus Fuluij conabātur, probare, quod Concilium Tridentinum *ſeſſ.21.cap.2.de reform.* Quatenus prohibet, ne
1 quis promoueatur ad Sacros ordines, niſi verè, & realiter beneficium Eccleſiaſticum, vel patrimonium ſufficiens poſſideat; id tantum diſponat, ne Clericus cogatur mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere: Ideóque cum prouideat ſimpliciter de alimentis, aſſignatio non debeat eſſe perpetua, ſed tem-
2 poranea; quia alimenta ſunt perſonalia, & non ceſſibilia, & extinguuntur cum Perſona alenda, vt diſponit *text.in l.cum ij 8. §.modus, ibi conſtat enim alimenta cum vita finiri, ff.de tranſact. & in l.Mela 14.ff.de alim.& cibar.leg. Peregr.conſ. 83.num.6.lib.1.* latè *Surd.de alim.tit.5.q.1.nu.1.& ſeqq.Rot in rec.deciſ.186.n.2.par.4.*

3 Hinc inferebant, aſſignationem huiuſmodi poſſe fieri ſub conditione, quod ſtatim ac promouendus aſſecutus fuerit bebeficium, bona aſſignata, vel donata redeant ad ipſum donantem ex notatis per *Garz. de benefic par.2. cap.5. num.* 169. vbi quia hæc conditio non eſt contra Concilium, & ita fuiſſe reſolutum per Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium in vna Fugubina 22. Maii 1590. teſtatur *Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ.lib.1. cap.33. num.* 154. idemque firmat *in tractatu de offic. & poteſt. Epiſc.allegat.20.n.31.*

4 Nec obſtare clauſulam *ad habendum,* & ſimiles, quia illæ non immutant naturam diſpoſitionis, ſed famulantur contractui, cui adijciuntur *Rot.in rec.deciſ.415.num.21. par.4.tom.2. deciſ.60.num.12.& 13 par.5.& deciſ.211.num.12. par.6.* & plures cumulat *Mart.de clauſulis par.1. clauſ.5.num.23.*

5 Sed in contrarium pro Hæredibus Gineſij filij replicatum fuit, donationem eſſe liberam, non autem conditionalem cum verbis ampliſſimis, importantibus translationem dominij, ibi. *Dedit, ceſſit, & pleno iure conceſſit,* quæ, donatio de ſui natura eſt tranſitoria ad quoſcumque hæredes etiam præmoriente donatario *l.ſi quis argentum 35. §.fin. C.de donat. Roland. conſ.77.num.12.lib.1. Rot.coram Merlin. deciſ.664. num. 7.* cum pluribus per *Sperell. deciſ. 109. numer.34.*

6 Et in terminis donationis factæ alicui, vt poſſit promoueri ad Sacros ordines, videtur ſentire *Abb.in cap. tuis num.8. verſ.fatentur tamen de præbend. Couar. in cap. Raynald. §.2. num.7. poſt med. verſ multo magis de teſtam. Cald. in §. ſed hæc par.2.num.50. inſtit.de inoffic.teſtam.* vbi quod nemini dubium eſt, ſic donata poſſe à Clerico ſuis hæredibus relinqui, *Vaſqu. de ſucceſſ. creat. par.1.lib.3.§.22.ſub num.41.verſ.quinimò, & n.44. donat. Anton.de Marin.quotid.reſolut. cap.87. num.4. Barboſ.de offic.& poteſt. Epiſc.allegat.19.ſub nu.70. verſ. eſt tamen,* & latè firmat *Nouar.* Atteſtans de veriori, & magis æqua, & quod ita fuit iudicatum in Curia Inſulæ Soriæ ipſo patrocinante, & in fortioribus *Ricc.deciſ.80. per totam part. 3.*

7 Maximè attentis clauſulis *præſenti &c. & pro ſe &c.* quæ extenduntur ad hæredes, & ſucceſſores, prout de prima firmatum fuit *in deciſ. 483.in princ. & per tot. par.4. tom.2. & deciſ.290.*
8 *num.5.par.9.recent.* Et de ſecunda tenuit *Rot. coram Seraph.deciſ.703.num.2.& in recent.deciſ.707. num.10.par.1.*

9 Et tamen etiamſi non eſſet facta mentio hęredum, adhuc ad illos donatio tranſiret, prout per *text.in d.l.ſi quis argentum* tradit *Cutell. de donat.*

*nat.tract.2.diſcurſ.1.ſpecial.24.num.*10. & in puncto *Nouar.quæſt.forenſ.par.1. quæſt.67. vbi excitato in princ.* obiecto perſonalitatis, illi reſpondet *ſub num.6.verſ.his tamen non obſtantibus.*

10 Nam de natura donationis eſt, vt ſit perpetua, & ad donatorem, vel eius hæredes non reuertatur *l.1. ff.de donat. Tiraquel. in l.ſi vnquam verb.libertis num.19.C.de reuoc.donat.* & comprobat *Mantic.de tacit.lib.13. tit.21. num.20.* vbi in fine ſubdit ab hac opinione non eſſe recedendum *Put.deciſ.273.num.4. lib.3. Achill.deciſ.vnic. per tot.de donat.*& firmatum fuit *in rec.deciſ.393. num.7.par.5.*

11 Et licet Domini inclinarent in hanc ſententiam, adhuc in caſu præſenti reſponderunt, donationem non eſſe perpetuam: moti ex eo, quia neque Fuluius intellexit donare ad vitã, neque Ginefius acceptare in perpetuum pro
12 hęredibus, & ſucceſſoribus. Voluntas autem Fuluij apparebat clarè ex notula, per eum conſcripta in proprio libro eadem die, qua fuit facta donatio, in qua legitur, conſtituiſſe patrimonium ad fauorem Gineſij eius vita durãte cum onere reuerſionis, pro æquis portionibus ad reliquos eius filios, prout etiam idem repetijt in teſtamento, ex quibus verbis elicitur donantem noluiſſe dare in perpetuum Gineſio, ſed tantum durante eius vita *Ripa in l.in quartam nu.175. ff.ad leg.falcid. Aym.conſ.125. num.2.& 3. Ruin.conſ.149. num.14. in fine verſ.Et quamuis lib. 3.* & aduertit *Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.30. num.13. & 14.* & ponderauit *Rot.coram Merlin deciſ.373.n.13.& in rec.dec.242. nu.19.& ſeqq.par.8.*

13 Non obſtat, quod donatio facta fuerit, vt filius ad Sacros ordines promoueretur, quæ cauſa amplius non durat, quia ſufficit, ordines fuiſſe ſuſceptos, & cauſam ſemel fuiſſe impletam; quamuis non duret *Nouar.d.qu.67. num.7.& ſeqq.*

14 Gineſius etiam id tacitè admiſiſſe videtur. Nam cum omnes differentias, & controuerſias vertentes inter ipſum, & eius fratres compromiſerit in duos arbitratores, & amicabiles compoſitores ſub promiſſione, & iuramẽto de non contraueniendo, & iſti præuia licentia, & approbatione Epiſcopi declarauerint, patrimonium prędictum excepto vſufructu poſt mortem Gineſij æqualiter inter fratres eſſe diuidendum, vtique dum ipſe à dicto Laudo non appellauit, intrat tacita approbatio, & emologatio, quæ ſufficit ad iſtum effectum, vt aduertit *Baptiſta de S.Blaſio de arbitr. par.2.quæſt.71.num.44.* & vltra relatos per *Scacc. de appellat. quæſt. 12. num. 114. & ſeqq.* firmauit *Rota coram Duran. deciſ.136. num.1. & deciſ.200. num.1.& 2.*

15 Imò non ſolum conſtat de approbatione tacita, ſed etiam de expreſſa, dum Gineſius, & fratres poſſederunt ſemper bona hæreditaria Patris, ac plures actus fecerunt in executionem, & ad formam eiuſdem Laudi, adeò
16 vt illud tranſiuerit in contractum, & habeat vim pacti, & tranſactionis *gloſſ. in l.2. C.comm. vtriuſque iudic.Pariſ.conſ.89. num.10.lib.1.& conſ. 24.num.18.lib.2. Rot.deciſ.31.num.1. & deciſ.350. eodem numero par.4. & deciſ.65. numer.3. par.7. recent.*

Ex quibus vtraque Parte Informante reſolutum fuit, aſſignationem non eſſe perpetuam.

CESENATEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 6. Iunij 1659.

A R G V M E N T V M.

Identitas bonorum quomodo dicatur probata per fideicommiſſarium petentem ſuper illis immitti: Et an ei obſtent detractiones, ſi hæres acceptauit legatum cum onere non detrahendi legitimam, & fructus ex hæreditate percepit, ex quibus illæ vel fuerunt conſumptæ, vel ſaltem remanſerunt illiquidæ.

S V M M A R I V M.

1 *Bona fuiſſe in bonis Teſtatoris, probatur ex Teſtibus..*
2 *Liber Aeſtimi, ſeu Cataſtri probat identitatem bonorum.*
3 *Bonorum identitas probatur ex mentione de illis facta à Teſtatore in eius Teſtamento.*
4 *Legatum factum ad vitam ceſſat per mortem Legatarij.*
5 *Maritus præſumitur poſſidere iure familiaritatis, quando conſtat de dominio vxoris.*
6 *Identitas bonorum ex quibus probetur.*
7 *Fideicommiſſario datur immiſſio conſtito de fideicommiſſo, purificatione illius, & identitate bonorum.*
8 *Emphyteutica bona veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quando ſunt tranſitoria ad hæredes, & Teſtator de illis mentionem fecit.*
9 *Hæres acceptans onus à Teſtatore iniunctum non poteſt illud controuertere.*
10 *Legitimam non poteſt petere qui acquieuit diſpoſitioni Teſtatoris relinquentis aliquod corpus in cauſam legitimæ, & pro omni, & toto eo &c.*
11 *Legitimæ pro ſupplemento non datur retentio, ſed tantum actio, & condictio ex lege.*
12 *Detractiones præſumuntur conſumptæ in fructibus perceptis, vel ſaltem redduntur illiquidæ, ita vt non mereantur retentionem.*

D E C I S I O CCXCV.

PRAESVPPOSITIS Deciſionibus in cauſa factis, in quibus firmatum fuit, fideicommiſſum Lucretiæ fuiſſe pro medietate purificatum fauore Pauli Antonij, & fratrum de Ramponibus, & pro altera ad fauorem Camilli Fantini, qui mortua Ludouica filia eiuſdem Lucretiæ omnium bonorum poſſeſſionem adeptus fuit, & etiam de præſenti retinet: Dubitaui an, & in quibus bonis ijſdem Ramponibus ſit danda Immiſſio: Et DD. dandam eſſe reſponderunt ſuper medietate Villæ Paterni, exiſtentis in Comitatu
1 Ceſenæ: Nam, illam fuiſſe in bonis Lucretię Teſtatricis, probant non ſolum Teſtes formi-

ter examinati, deponentes de poſſeſſione eiuſdem Lucretiæ, deinde de poſſeſſione Ludouicę filię, & demum Camilli Aduerſarij, vt aduertit *Petra de fideicom. quæſt.12. num.45.& ſeqq. Peregr. eod. tract. art.44. à num.13. Fuſar. de ſubſt. quæſt.618. num.20. Rota in Romana fideicommiſſi de Cupis 20. Nouembris 1600. coram Lutio, & coram Eminentiſs. Otthobono deciſ.102.n.1.*

2 Sed etiam conſtat ex libro Aeſtimi, ſeu Catastri, in quo eadem Villa prius deſcripta ſub nomine Lucretiæ, poſtea ſequuta illius morte fuit adnotata ſub nomine Ludouicę illius filiæ, & hæredis; Ex partita autem æſtimi probari ſufficienter identitatem bonorum tradit idem *Peregr. d. art.44. num.7. & ſeqq.* Vbi plures allegat, *Fuſar. d. q.618. num.18. & conſ. 106. num.6. Rota coram Seraph. deciſ.1344. num.2. & in rec. deciſ.706. n.2. & 3. par.2.*

3 Et corroboratur ex mentione, & deſcriptione eiuſdem Tenutæ, facta à Lucretia in eius Teſtamento *iuxt. conſ. Bald.89. num.3. lib.1. Rot. in rec. deciſ.474. num.3. par.3. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ.28. num.18.* cum alijs pluribus *in Bonon. fideicommiſſi Ioannis Andreæ de Bologninis 26. Iunij 1658. coram me.*

4 Nec facit, quod tale Prædium in Villa Paterni relictū fuerit Iure Legati Octauio marito Ludouicæ, quia per obitum eiuſdem, ad cuius vitam relictum fuit, remanſit in hæreditate Teſtatricis, & peruenit ad ſubſtitutos, prout alia bona iuxta deducta in Deciſionibus huius cauſæ coram me ſub die 4. Apr. 1650. & 3. Ianuarij 1654.

5 Minus facit, quod Villa prædicta aſſeratur poſſeſſa à Cæſare marito eiuſdem Lucretiæ, ex quo infertur, illam non fuiſſe Teſtatricis. Nam huiuſmodi poſſeſſio debet intelligi Iure familiaritatis, & nomine vxoris iuxta doctrinam *Bart. in l. qui Iure in fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Surd. conſ.260. num.19. ad med. verſ. hoc etiam probat, Rota coram ſa. me. Greg. deciſ.572. n.4.*

6 Et ex iiſdem Teſtibus, necnon deſcriptione, & adnotatione, facta in æſtimo, & in Teſtamento Lucretiæ probatur identitas reſpectu Prędij nuncupati *Dighiern* ex notatis per *Peregr. vbi ſupra art.44. per tot. Cyriac.* qui plures adducit *controu.204. nu.40. & ſeqq. Rot. deciſ.706. num.2. & ſeqq. par.2. rec. & deciſ.312. num.2. par.7.*

7 Adeout verificata identitate, danda ſit immiſſio præfatis de Ramponibus, etiam ſuper medietate illius, cum concurrant alia requiſita ad obtinendum in hoc iudicio *Gabr. conſ. 44. num.6. & 7. lib.2. Menoch. de adipiſc. remed.4. num.653. Rota in recent. deciſ.301. num.5. & 6. par.6. deciſ.151. num.1. par.7. & coram Merlin. deciſ. 312. eod. num.*

8 Non obſtat, quod dictum Prædium conſtituatur ex pluribus Tornaturis, quarum quatuor in circa tanquam emphyteuticæ non poſſunt cadere ſub fideicommiſſo, & diſpoſitione Lucretiæ Teſtatricis; Nam, cum de voluntate illius non poſſit dubitari, ex quo de emphyteuticis expreſſam mentionem fecit, & poteſtas ſit clara, cum emphyteuſis ſit tranſitoria ad hæredes, & cum facultate alienandi; Vtique etiam Tornaturæ prædictæ veniunt in reſtitutione fideicommiſſi *Clar. in §. feudum quæſt.85. num.2. Craſ. recept. ſent. §. legatum quæſt.14. ſub num. 2.* vbi de communi, *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.197. num.13. & conſ. 229. n.16. & 23. Rota coram Merlin. deciſ.699. num.19. & ſeqq.*

9 Maximè, quia Fantinus Aduerſarius eſt hæres Lucretiæ mediante perſona Ludouicæ filiæ; & ipſa per aditionem acceptauit onus, & grauamen à Lucretia iniunctum. Vnde cenſetur, ſibi præiudicaſſe, vt in propoſito tradit *Trentacinq. de ſubſt. par.4. cap.8. num.25. Magon. deciſ. Lucen. 7. num.38.* vltrà alios, quos refert *Modern. Fulgin. in tract. de emphyt. tit. de ſucceſſ. in bon. emphyt. q.3. num.15.*

10 Non obſtat prætenſio detractionis legitimæ, & Trebellianicæ, debitæ Camillo ex perſona Ludouicæ in bonis matris; nam cum ipſa partem vnius domus, necnon alteram domunculam Iure Inſtitutionis reliquerit filiæ ſub his præcisè verbis. *Item per ragion di legato, prelegato, inſtitutione, legitima, e qualſiuoglia Coſa, che ſi doueſſe di ragione laſciare alla Signora Ludouica ſua figliola in ogni meglior modo, via, e cauſa, con che poſſa fare, laſcia &c. e così vuole per ogni legitima, ò altra qualſiſia ſucceſſione, che pretendere eſſa poteſſe nelli beni, & heredità di eſſa Teſtatrice, commandandoli, che debba ſtare tacita, e contenta, e non moleſtare mai Fabritio, e ſuoi ſoſtituiti &c.* Hinc ſequitur, quod cum filia acquieuerit diſpoſitioni maternæ, & dicta corpora conſecuta fuerit, nō poſſit legitimam de nouo petere. Vel quatenus aſſerat, eadem corpora
11 non eſſe ſufficientia, poſſet tantummodò prętendere ſupplementum, pro quo, tanquam incerto, & illiquido, non datur retentio, ſed tantum competit actio, & condictio ex lege vt pluribus cumulatis, firmat *Peregr. de fideic. art.36. num.153. Mareſcott. var. reſol. lib.2. cap.121. num.72. & 73. Grat. diſcept.198. num.18. & ſeqq. Rota in rec. deciſ.5. num.4. par.6. deciſ.220. num.5. par.7. coram Merlin. deciſ.642. num.7. & deciſ.664. num.42. cum alijs in Tudertina Succeſſionis 4. Iulij 1653. coram R.P.D. meo Meltio.*

12 Minus releuat alia detractio pro debitis Lucretiæ fideicommittentis in ſumma ſcut. 50. nam cum Fantinus perceperit fructus per plures annos, etiam medietatis ad Ramponos ſpectantis, vel ex illis conſumpta fuit talis detractio, vel creditum adeò remanſit illiquidum, vt nullo modo veniat concedenda retentio *Rota in rec. deciſ.411. num.24. par.5. coram Merlin. deciſ.312. nu.5.* cum concordantibus adductis *in Bononien. de Bologninis 2. Maij 1653. coram me.*

Et ita vtraque parte Informante pro Immiſſione pro medietate quoad dicta duo tantum corpora reſponſum fuit, reiecta petitione, quoad vineam, & alia corpora &c.

LVCANA IVRISPATRONATVS.

Veneris 6. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Narrans, ſe præſentatum à medietate Patronorum, debet iuſtificare huiuſmodi narratiuam, & quod illi exiſtant in poſſeſſione præſentandi; alias gratia ſuper derogatione alterius medietatis non poteſt ſibi ſuffragari.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus ſi non iuſtificat narratiuam, quod ipſe habeat medietatem vocum, gratia eſt nulla, & ſubreptitia.*

2 *Mandatum à lege qui dicantur habere.*

3 *Præſentatio, facta à perſona non habente mandatum ad præſentan. non ſuffragatur, niſi conſtet de ratificatione intrà legitima tempora.*

4 *Præſentatus, qui obtinuit à Papa derogationem medietatis vocum, intelligitur illam reportaſſe, quatenus habeat aliam medietatem ab exiſtentibus in poſſeſſione præſentan.*

5 *Præſentatio, quæ non fuit admiſſa, nec effectuata, non habetur in conſideratione.*

6 *Præſentatio non dicitur effectuata, ſi quis obtinuerit gratioſam ſubrogationem, & illius vigore poſſeſſionem acceperit.*

7 *Arbitrium quando intret pro retardanda executione literarum Apoſtolicarum.*

DECISIO CCXCVI.

SVBSISTERE viſum fuit fundamentum
reſolutionis captæ die 17. Maij 1658.
quod Carolus de Strozzijs non iuſtificauerit
ſuam gratiam, nempè ſe fuiſſe præſentatum
à medietate Patronorum, nam cum Iuſpa-
tronatus controuerſum vigore donationis fa-
ctæ à Nicolao Lazzaro deuenerit ad Thomeſi
filium Donatarij, deindè diuiſum fuerit in
duas partes ſcilicet in Theramũ, & Iacobum,
& ex Iacobo, qui habebat medietatem vocis,
orti fuerint Raphael, & Pompeius, quorum
primus hæredes inſtituit Philippam, & Sil-
1 uiam, Alter verò Raphaelem Colucium:
hinc patet manifeſtè, quod Carolus de Stroz-
zijs, qui præſentatus fuit ab hæredibus Phi-
lippæ, & à Vincentio hærede pro medietate
Raphaelis Colucij non habet niſi medietatem
quartæ partis ex perſona Philippæ, & medie-
tatem alterius quartæ ex perſona Raphaelis;
& ſic integram quartam partem, non autem
medietatem, vt Pontifici ſuppoſuit in narra-
tiua, quâ non iuſtificata gratia remanet nul-
la, & obreptitia, nec poteſt impetranti ſuffra-
gari, vt dixit *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 452.
num. 3. & 4. in recen. deciſ. 87. nu. 17. par. 7. in Aqui-
lana Iuriſpatronatus 4. Maij 1646. §. pariter coram
Eminentiſſ. Corrado, in Mutinen. beneficij 27. Mar-
tij 1648. coram bo. mem. Arguell.* & nouiſſimè fir-
matum fuit *in Capuana Abbatiæ 5. Maij præteriti
coram R. P. D. meo Priolo.*
2 Nec facit, quod Vincentius præſentauerit,
non ſolum nomine proprio, ſed etiam nomi-
ne Leonardi fratris, nam vltra quod vox Leo-
nardi non ſufficeret ad conſtituendam inte-
gram medietatem, adhuc placuit reſponſio,
quod cum non verſemur in perſona habente
mandatum à lege, in quibus terminis loqui-
tur *deciſ. in Florent. Iuriſpatron. de Ricaſolis penes
Viuian. de Iurepatr. lib. 4. cap. 1. ſub num. 71. verſ. non
obſtat, & Gratian. exaduerſo allegatus cap. 521. n. 29.*
3 talis præſentatio nihil operatur, dum non cõ-
ſtat de mandato procuræ, minuſq; de ratifica-
tione eiuſdem Leonardi intrà legitima tem-
pora, iuxtà *allegationem Lapi 22. in princ. Rocch.
de Curte de iurepatr. verbo honorificum numer. 26.*
quem refert, & ſequitur *Garz. de benefic. part. 5.
cap. 9. num. 204. Rota coram Duran. dec. 199. num. 9.
cum alijs pluribus adductis per Add. ad ſan. me. Greg.
deciſ. 177. num. 7. & in Lucana iuriſpatronatus 27.
Ianuar. præteriti coram me.*
4 Libentius verò iuerunt Domini in hãc ſen-
tentiam, quia præſentantes prædicti vti de-
ſcendentes ex fœminis nunquam præſenta-
runt, ſed illis excluſis præſentationes ab anno
1602. vſque in præſentem diem ſemper appa-
rent factę à deſcendentibus ex Theramo. Vn-
de Papa non potuit de illis intelligere, quia
derogando medietati vocis ad fauorem habẽ-
tis aliam medietatem ſemper intelligit de
prætenſis patronis, qui exiſtunt in quaſi poſ-
ſeſſione præſentandi, & iuxtà vltimum ſtatũ,
vt notat *Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 8. num. 106. &
ſeq. Rot. in recen. deciſ. 471. num. 20. & 21. parte 4.
tom. 2. in Sulmonen. beneficij 23. Ianuarij 1647. co-
ram bo. me. Peuting. & 10. Martij 1649. coram bon.
mem. Arguelles, & in d. Capuana Abbatiæ coram R.
P. D. meo Priolo.*
5 Non obſtat præſentatio in perſonam Pani-
chi facta de anno 1637. à Leonardo de Colu-
cijs tam nomine proprio tanquam hærede
Siluiæ, quàm etiam nomine hæredum Phi-
lippæ, nam illa non probatur effectuata, ſed
tantum à Vicario admiſſa cum clauſula *ſi, &
in quantum*, & ſucceſſiuè conceſſa inſtitutio
Tiberio præſentato à Thomeis: vndè ſuper
illa nullum poteſt fundamentum fieri (neque
ad excludendum dictum vltimum ſtatum)
nec ad acquirendam aliquam quaſi poſſeſſio-
nem iuxtà *conſ. Calder. 12. verſ. ſecundo quod præ-
ſentatio, de iurepatron. Rocch. eod. tract. verbo compe-
tens num. 36. & notat Bald. conſ. 32. in fine lib. 1. Ab-
bas conſ. 106. ſub num. 2. lib. 2. cum alijs per Rot. in
Viennen. Beneficij 11. Decemb. 1619. coram Vbaldo.*
6 Nec vrget, quod per obitum Panichi ſuc-
ceſſerit controuerſa vacatio, nam cum ipſe
reportauerit à Sede Apoſtolica gratioſã ſub-
rogationem in iuribus, & poſſeſſione Tiberij
interim vita functi, poſſeſſio, & effectuatio
poſteà ſubſecuta non proceſſit in vim tituli
præſentationis, ſed prouiſionis reportatę à Pa-
pa, vt firmatum fuit in *Oſtunen. Capellæ 4. Iu-
nij 1601. coram Iuſto, & in dicta Viennen. beneficij
11. Decembris 1619. coram Vbaldo.*
7 Vnde attentis prædictis reſponderunt Do-
mini, intrare arbitrium pro retardanda exe-
cutione literarum Apoſtolicarum, & ſic
ſtandum in deciſis informante vtraque parte.

BONON. BENEFICII.

Lunæ 9. Iunij. 1659.

ARGVMENTVM.

Præſentato debetûr inſtitutio, ſi doceat de Iurepatronatus, de vacatione beneficij, de pertinentia ad fauorem Præſentantium, & vlterius ſe habere alias qualitates requiſitas à fundatore, nempè Sacerdotium, & maiorem ætatem.

SVMMARIVM.

1 *Præſentato debetur inſtitutio docto de Iurepatronatus, de vacatione beneficij, & de præſentatione intrà legitima tempora.*
2 *Iuriſpatronatus pertinentia probatur ex confeſſione Partis.*
3 *Præſentato debetur inſtitutio, quando docet, ſe habere qualitates requiſitas à Teſtatore.*
4 *Sacerdotium probatur ex atteſtaiione Actuarij fori Epiſcopalis.*
5 *Deſcendentia quomodò probetur.*
6 *Confeſſio Partis probat narrata in gratia.*
7 *Aetatis prærogatiua, quando contemplata fuit à Teſtatore, tunc præfertur maior natu, non autem proximior.*
8 *Aetas probatur ex fide Baptiſmi.*

DECISIO CCXCVII.

1 CENSVERVNT Domini, Carolum eſſe inſtituendum, quia docet de exiſtentia Iuriſpatronatus per Inſtrumentum fundationis, & dotationis; de vacatione Beneficij ex fide obitus Bartholomæi vltimi Titularis; ac de præſentatione intra legitima tempora in eius perſona facta à Luca Bonfiolo per Inſtrumentum publicum ipſius præſentationis; nec non per confeſſionem Partis aſſerentis, dictum Ius præſentandi ad eundem ſpectare, quæ con-
2 feſſio optimè probat in præiudicium ipſius Confitentis, vt inquit *Mantic. deciſ.* 350. *num.* 10 *Buratt. deciſ.* 183. *num.* 2. *& ſeqq. ibiq. Add. num.* 25. & plures cumulat *Add. ad ſan. mem: Greg. deciſ.* 452. *num.* 22. *& in Camerineñ Canonicatus* 19. *Iunij* 1654. *coram bon: mem. Dunoz.*
3 Non obſtat, quod ex lege fundationis Præſentandus debeat eſſe de deſcendentibus legitimis, & naturalibus ex Lucia, Ioanna, Sanctina, & Iſabella Sororibus ipſins fundatoris; & ex illis præferri debeat Sacerdos, ſi exiſtat; ſin minus maior natu: Et quatenus plures Sacerdotes exiſtant, maior natu illorum præſentandus veniat; Nam cum huiuſmodi qualitates concurrant in Carolo meritò ipſe venit inſtituendus *cap. decernimus, & cap. monaſterium* 16. *quæſt.* 7. *Rot. deciſ.* 337. *num.* 1. *part.* 2. *recen. & in Gerunden. beneficij* 4. *Iulij* 1642. *coram bon. mem. Bichio.*
4 Etenim, quod ipſe ſit Sacerdos, probatur ex atteſtatione Actuarij fori Epiſcopalis; Et quod deſcendat ex Ioanna altera ex dictis So-
5 roribus fundatoris, patet ex eo; quia iſta nupta fuit Amadeo Campanæ, & ex dictis Coniugibus ortus fuit Laurentius, vt conſtat ex Teſtamento eiuſdem Anibalis fundatoris; & quod ex Laurentio, & Antonina vxore prodierit in lucem Carolus, deſumitur non ſolum ex libro Baptiſmatis, & ex Inſtrumento aſſignationis eidem à Patruo factæ tanquã
6 filio dicti Laurentij; ſed etiam ex confeſſione tàm extraiudiciali, quàm iudiciali Minelli Aduerſarij, prætendentis similẽ Inſtitutionem prout per eãdem confeſſionem omnia alia ſupradicta concludenter iuſtificantur *ad text. in l. cum precum C. de liberal cauſ. l. cum te la* 2. *C. de tranſact. Rot. coram Buratt. deciſ.* 378. *num.* 2. *&* 3.
7 Remanet vnica difficultas, quod Minellus prætendit non ſolum, habere huiuſmodi qualitates; ſed vlterius ſe eſſe proximiorem, & conſequenter, vti talem eſſe præferendum: Verum vltrà quod adhuc in actis prædicta non iuſtificauit, Obiectum ceſſat: quia idem fundator in concurſu plurium Sacerdotum non vocauit proximiorem, ſed voluit præferri maiorem natu, & ſic reſpexit ad prærogatiuam ætatis, non autem proximioritatis, vt aduertit *Lambertinus de Iurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *art.* 33. *quæſt.* 2. *num.* 2. & vltrà adductos per *Viuian. eod. tract. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 15. *&* 55. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num* 93. latè probat *Gratian. cap.* 218. *num.* 82. *& cap.* 645. *num.* 13. Et hanc opinionem firmauit *Rot. in Papien. Iuriſpatronatus* 19. *Febr.* 1601. *coram Lancell. & deciſ.* 450. *num.* 10. *coram Merlino.*
8 Nce poteſt reuocari in dubium, quod Carolus ſit maior naru; nam Ipſe prodijt in lucem ſub die 28. Aprilis 1613. Minellus verò 14. Iunij 1620. vt apparet ex fide Baptiſmi, quæ optimè ætatem probat *Rot. coram Buratt. deciſ.* 365. *num.* 2. *in recen. deciſ.* 260. *num.* 14. *part.* 6. *& in Burgen. beneficij* 18. *Febr.* 1656. *coram me.*

Et ità vna tantum parte Informante deciſum fuit, altera verò ſæpè ſæpius cirata.

BONON. FIDEICOMMISSI DE ANSELMIS.

Lunæ 16. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus ſi fuerit Vxori relictus in communione tamen cum eius filio hærede inſtituto, debetur vtrique pro medietate, nec filius illum habet iure legati, ſed hæreditario; & dicitur Vſusfructus cauſalis, non autem formalis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario datur immiſſio purificata conditione, & eueniente caſu ſuæ vocationis.*
2 *Vſusfructus, ſi alicui relictus fuerit in communione cum altero, debetur vtrique pro medietate.*
3 *Vſumfructum, relictum Vxori communicabilem cum hærede, conſequitur hæres iure hæreditario, non iure legati.*

4 Vſuſ-

4 *Vſusfructus relictus Vxori cenſetur diminutus, & modificatus per verba illa* in communione pe-
rò cum hærede.
5 *Legatum nemo poteſt capere à ſemetipſo.*
6 *Vſusfructus, quando dicatur cauſalis, non autem formalis.*
7 *Ius accreſcendi non habet locum dato ſubſtituto.*
8 *Vſusfructus à principio cauſalis, non poteſt poſteà fieri formalis, ſed iſte poteſt accreſcere cauſali.*
9 *Et redditur ratio differentiæ.*
10 *Ius accreſcendi non habet locum inter venientes ex diuerſo iure.*
11 *Ius accreſcendi non habet locum, reſiſtente voluntate Teſtatoris.*
12 *Fideicommiſſario non retardatur immiſſio prætextu detractionum, ſi illæ conſiſtant in quota, ſed conceditur pro indiuiſo.*
13 *Solutio debet probari ab eo, qui prætendit retentionem.*
14 *Solutio præſumitur facta de pecunijs hæreditarijs non autem proprijs quando pecuniæ repertæ fuerunt in hæreditate.*
15 *Mulieri non datur retentio quando conſtat ad eius manus perueniſſe bona ſufficientia pro eius ſatiſfactione.*

DECISIO CCXCVIII.

PLACVERVNT DD. fundamenta Deci-
ſionis ſub die 26. Iunij 1658. in qua ſir-
matum fuit, Margaritæ Anſelmæ filiæ Lau-
rentij Teſtatoris, necnon filijs Eliſabettæ pa-
riter eiuſdem Teſtatoris filię dandam eſſe Im-
1 miſſionem pro medietate; quia in caſu obitus
Bonifacij ſine filijs reperiuntur omnes pro
medietate vocati: Vndè, cum caſus euenerit,
aperta fuit ſucceſſio ad eorum fauorem, vt
notat *Bellon. Sen. conſ. 19. num. 3.* & firmauit *Rot.
deciſ. 436. num. 1. part. 1. recen. & in Bonon. fideicom-
miſſi Io: Andreæ de Bologninis, vbi aliæ cumulan-
tur, 26. Iunij 1658. coram me.*
2 Et licet idem vſusfructus prætendatur inte-
grè relictus Luciæ; nihilominus verba ibidē
adiecta *in communione però con Bonifacio ſuo figlio-
lo*, illum modificant, & reſtringunt: adeout
pro medietate ſpectet ad Ipſam Luciam, pro
altera verò ad Bonifatium hæredem in pro-
prietate *iuxta text. in l. ſi quis Actio, ſeù ſi quis
Titio 8. & l. ſi mulieri 9. ff. de vſufr. accreſc., Ca-
ualcan. de vſufruct. mulier. relict. cap. 9. num. 54. Me-
noch. de præſ. lib. 4. præſ. 139. num. 21. & ſeqq. & in
conſ. 578. num. 3. & 4. Berou. conſ. 34. nu. 17. & 19.
lib. 2. & annuit Rot. deciſ. 122. num. 2. par. 4.* Et cla-
rius firmatum fuit *in Interamnen. vſusfructus 20
Martij 1651. coram Reuerendiſſimo D. nco Cerro
Decano.*
3 Habuit igitur Bonifatius partem vſusfru-
ctus prædicti, quam conſecutus fuit vigore
communicationis, ordinatæ per Teſtatorem,
non vti legatarius; quia à ſe ipſo legari non
potuit, vt inquit *gloſſ. in dicta l. ſi mulieri verbo
non vt legatarios, ibique Caſtr. in principio verſ. 3.
quando ff. de vſufr. accreſc.* Sed vti hæres, & iu-
re quodammodò retentionis, ex quo apud
eum remanſit ius dominij & ius vſusfructus
4 cauſalis: Et quia per illa verba *in Communione
però* diminutum fuit legatum factum Ipſi Lu-
ciæ iuxta notata per *Bart. in l. huiuſmodi 86. §. ſi
Titio ſub num. 1. verſ. ex hoc apparet intellectus ff. de
legat. 1. Bald. in l. vnica §. vbi autem num. 1. in fine
verſ. vel ſubtilius C. de caduc. tollen. florian. de S.
Petro in d. l. ſi quis Titio 8. num. 4. Ruin. conſ. 33.
num. 4. & 13. lib. 2.* Et titulo quodam mixto vt
notat *Zaſius ſingular. reſp. lib. 2. cap. 29. à num. 1.
per tot.*
5 Hinc patet, non applicari Obiectum de-
ſumptum ex *l. plane 34. §. ſi duobus ff. de legat. 1.*
quod à ſemetipſo nemo poteſt legatum ca-
pere: quia Bonifatius non eſt legatarius; Nec
vſusfructus eiuſdem cadit ſub legato, ſed cō-
6 prehenditur ſub hæredis inſtitutione, & eſt
cauſalis, non autem formalis, vt aduertit *Ca-
ualcan. de vſufr. mulier. relict. dicto cap 9. num. 54.
Cephal. conſ. 126. ſub num. 13. verſ. 3. ego moueor, &
num. ſeqq.* cum alijs pluribus, adductis per *Mo-
der. Andreol. controu. 7. num. 9. & ſeqq.* Et benè in
propoſito, *Rot. in Ceſenateñ hæreditatis 16. Mar-
tij 1654. coram bon. mem. Pentingero.*
7 Nec dicatur, quod mortuo Bonifacio, &
ſic ceſſante onere communicationis totus, &
integer vſusfructus acquiſitus fuerit Luciæ
per ius accreſcendi: Nam cum in dictum ca-
ſum vocati fuerint Margarita, & filij Eliſabet-
tæ; non potuit habere locum ius accreſcen-
di, quod ſemper excluditur dato ſubſtituto
*l. cum hæres 52. §. qui ex parte ff. de acquir. hæred.
Bart. in l. re coniuncti num. 33.* ibique *Iaſ. nu. 154.
& Rip. nu. 125. Gionagn. qui plures cumulat. conſ. 82.
nu. 13. & 56. lib. 1. Surd. deciſ. 152. nu. 1. & ſeqq.*
8 Vſusfructus enim, qui à principio pro me-
dietate ſpectante ad Bonifacium fuit cauſalis,
non potuit deindè per illius prædeceſſum fieri
formalis, ſed remanſit in ſua natura, & qua-
litate cauſali penes hæredes, & ſubſtitutos an-
nexus, & vnitus cum proprietate, vt benè
comprobat *Cephal. dicto conſ. 126. nu. 11. & ſeqq.*
vbi addit, quod portio vſusfructus formalis
poteſt accreſcere cauſali, ſed non è contrà;
Et reddit rationem differentiæ, quia formalis
9 accreſcendo cauſali ſeruat naturam ſuam,
dum peruenit ad illum, qui habet proprieta-
tem, & conſolidatur cum ipſa proprietate:
At cauſalis, qui eſt acceſſorius proprietati, ſi
accederet formali, diuideretur ab eadem pro-
prietate, & aſſumeret diuerſam naturam, per
quam rationem ſententiam huiuſmodi pluri-
bus allegatis, latè tuetur idem *Andreol. d. contr. 7.
num. 16.* & amplexa fuit *Rot. in dicta Ceſenaten.
hæreditatis 16. Martij 1654. coram bon. mem. Pen-
tingero.*
10 Cumque Bonifacius ſucceſſerit iure hære-
ditario; Lucia verò titulo legati, vt ſupradi-
ctum eſt, inter eos non intrat ius accreſcendi,
tamquam venientes ex diuerſo iure *l. ſed cum
patrono 6. ff. de bonor. poſſ. l. idem 7. ff. de vſufr. ac-
creſc. Bellon. eod. tract. cap. 5. q. 43. n. 65. Roman. conſ.
308. n. 8. in fine, Peregr. conſ. 59. num. 3. & 4. lib. 1.*
11 Hæc verò facilius dicenda veniunt; quia
iuri accreſcendi reſiſtit expreſsè voluntas Lau-
rentij Teſtatoris, qui in caſu obitus Bonifacij
ſinè filijs voluit, quod Lucia nihil amplius
poſſet prætendere, quo caſu illud non habe-
te

Digitized by Google

re locum, firmat *Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 3. num. 30. Surd. conſ. 123. ſub num. 23. Craſſ. recept. ſent. §. ius accreſcendi quæſt. 18. ſub num. 4. verſ. ſecundo caſu*, cum alijs pluribus adduct. per *Bellon. de iure accreſc. cap. 7. quæſt. 61. num. 31.*

12 Remanent Detractiones, quæ regulariter fideicommiſſario: ſolent impedire immiſſionem, ſed illæ viſæ fuerunt Dominis non releuare: Nam prima ratione legitimæ tamquam conſiſtentis in quota non impedit Immiſſionem; cum poſſit concedi pro indiuiſo iuxta opinionem *Rotæ, vt in deciſ. 578. ſub num. 7. verſ. legitima verò part. 4. recen. & deciſ. 111. nu. 6. par. 4. tom. 2.* & concordantes referunt *Add. ad Greg. deciſ. 185. num. 4.*

13 Altera librarum 20. mil. quas Agentes pro immiſſione non recuſant ſoluere, neque etiã videretur attendenda, quia illa ſpectat ad Eliſabettam filiam Teſtatoris, & legatariam, non autem ad Luciam; Vndè cum ipſa non doceat, ſe ſoluiſſe huiuſmodi ſummam fruſtrà opponit de retentione *iuxta notata per Bald. conſ. 219. num. 4. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 35. nu. 9. in fin. Rot. in rec. deciſ. 516. num. 2. & 3. part. 2. & coram Buratt. deciſ. 641. num. 4.*

14 Tertia demum pro debitis Teſtatoris, quæ prætenduntur ſoluta ab ipſa Lucia non benè iuſtificatur: quia non conſtat, quod fuerint ſoluta de pecunijs proprijs. Cum enim in hæreditate reperta fuerint diuerſa Credita, aſcendentia ad libras 34597. nec non mobilia notabilis valoris, de quibus omnibus eadem Lucia adminiſtrationem ſuſcepit, Inuentarium confecit, & rationem reddere promiſit; vtique ſolutiones huiuſmodi præſumuntur factæ de pecunijs prædictis. non autem de proprijs, & particularibus *Bart. in l. Imperator 72. §. cum autem*, ibique *Bald. in fine verſ. ſed quid ſi non apparet ff. de legat. 2. Aym. conſ. 129. num. 3. Capyc. deciſ. 104. num. 15. Surd. deciſ. 15. ſub num. 9. & ſeqq. Rot. coram Eminentiſſimo Otthob. deciſ. 235. numer. 34. & in Bonon Bonorum 17. Iunij 1641. coram Reuerendiſſimo D. meo Cerro Decano.*

15 Et regulare eſt, Mulieri non competere retentionem, ſi conſtet ad eius manus perueniſſe bona ſufficientia pro ſui crediti ſatisfactione *ad text. in l. peculium 10. §. præterea ff. de pecul. Rot. in Viterbien. reſtitutionis Dotis 23. Iunij 1623 coram bo: mem. Manz. & in Rauennaten. manutentionis 27. Iunii 1642. & 24. Aprilis 1643. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Et itá deciſum vtraq; parte informante &c.

MELEVITANA BENEFICII.

Veneris 20. Iunii 1659.

ARGVMENTVM.

Quæ requiſita ſint neceſſaria, pro obtinenda Compulſoria ſpeciali, & an illa reguletur ſecundum terminos Remiſſoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Compulſoria ſpecialis non datur, niſi probata exiſtentia, & releuantia ſcripturarum.*

2 *Beneficium non efficitur litigioſum per executionem literarum Apoſtolicarum.*

3 *Beneficium ſi non efficitur litigioſum, poteſt Patronus præſentare, & Ordinarius inſtituere.*

4 *Remiſſoria in beneficialibus non datur, niſi facta obligatione de ſtando Vnica, & appoſito ſequeſtro.*

5 *Compulſoria ſpecialis, & Remiſſoria à pari procedunt.*

DECISIO CCXCIX.

INSTABAT Ioannes Antonius Cauchius præſentatus ab Eminẽtiſſimo Magno Magiſtro pro propoſitione Dubij: An eſſet inſtituendus, ſed Hyacinthus poſſeſſor beneficij controuerſi, & prouiſus à Sede Apoſtolica ſe oppoſuit, petens literas compulſoriales ſpeciales, quas Domini dixerunt non eſſe concedendas.

1 Siquidem ad dictum effectum requiritur exiſtentia, & releuantia ſcripturarum, ſine quibus non dari Compulſoriam ſpecialem, *notat Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 12.* & firmauit *Rota in Cæſaraguſtana Cameraria 17. Martii 1634. coram Pirouano, & coram Buratt. deciſ. 555 num. 15. & in recen deciſ. 128. eodem num. part. 9.*

2 Et licet ſcripturæ compulſandæ conſiſtant in proceſſu facto occaſione litis agitatæ inter ipſum Hyacinthum, & Matthæum Borghi, & illius exiſtentia probetur ex inſtrumento, in quo idem Matthæus renunciauit liti, cauſæ, & appellationi, per eum interpoſitæ; Nihilominus adhuc deficit releuantia, dum ex præfato inſtrumento apparet, & litem fuiſſe introductam ſuper exequutione literarum Apoſtolicarum, quæ non facit beneficium litigioſum, vt aduertit *Lotter. de re beneficiar. lib. 2 quæſt. 20. num. 42. Rot. coram ſan. mem. Greg. dec. 335 per totam, præſertim à num. 15.* Et cumulatis concordantibus, *firmatum fuit in Cremonen̄ Beneficii 6. Aprilis 1620. coram bon. mem. Dunozetto.*

3 Vnde ex huiuſmodi litè non benè infertur, quod Eminentiſſimus Magnus Magiſter non potuerit, præſentare Cauchium, nam ſi beneficium non fuit effectum litigioſum, potuit Patronus præſentare, & Ordinarius inſtituere *Lancellott. de attent. lit. pend. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 685. & ſeqq. fol. mihi 93. Rot. coram Canaler. deciſ. 200. num. 1. & coram Buratt. deciſ. 59 ſub num. 11. verſ. neque impediri, cum aliis per Add. ad dictam deciſ. ſan: mem. Gregor. 335. num. 19.*

4 Eoque facilius inclinarunt Domini in partem negatiuam, quia verſamur in materia beneficiali, in qua ſicuti non datur remiſſoria ſine obligatione de ſtando vnicæ, & appoſitione ſequeſtri; ita nec etiam conceditur Compulſoria ſpecialis, vt in puncto dictum fuit in *Elnen. Canonicatus 17. Febr. 1631. coram Vbaldo*:

5 Nam litteræ compulſoriales ſpeciales ſunt ad inſtar Remiſſoriæ, & à pari procedunt ex adductis per *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 803. & num. 852. Rot. coram Buratt. dicta deciſ. 555. num. 5. & coram Merlin. deciſ. 596. num. 1. & in allegata Elnen. & in aliis.*

Et itá vtraque &c.

PA-

PAPIEN. IVRISPATRONATVS.

Luna 23. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Præſentato à maiori numero Patronorum debetur inſtitutio: Et in numero computantur fœminæ, ſi Iuſpatronatus ſit hæreditarium, prout in dubio præſumitur, illudque comprehenditur ſub venditione Caſtri, & mentio de eo facta non præiudicat, quando ſtat declaratiuè.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus à maiori numero Patronorum venit inſtituendus.*
2 *Iuſpatronatus præſumitur hæreditarium, non autem gentilitium, aut familiare.*
3 *Iuſpatronatus quando eſt hæreditarium, fœminæ admittuntur ad præſentandum.*
4 *Sententia, lata ſuper ſtatu, facit ius quoad omnes.*
5 *Approbans teſtamentum paternum non poteſt amplius illud impugnare.*
6 *Iuſpatronatus venit ſub venditione Caſtri, & mentio illius non præiudicat, ſi fuerit facta declaratiuè.*
7 *Gratificatio non habet locum, niſi in paritate vocum.*

DECISIO CCC.

SVPER pertinentia Iuriſpatronatus controuerſiæ duæ fuerunt latæ ſententiæ; Altera per Borgninum Caualcanum declarans, illud ſpectare, & pertinere ad decem familias inibi expreſſas: Altera verò per Iudicem delegatum illam reſtringens ad nouem tantum excluſa familia de Biſcotijs, *vt in Summ. num. 1. & 2.*

1 Cum igitur ex familijs prædictis, quarum vna præſupponitur extincta: ſex præſentauerint Hieronymum Henriottum, nempè familiæ de Guizzardis, de Iſnardis, de Genſelmis, de Iouannolis, de Luneriis, & de Henriottis, ille venit inſtituendus tanquam præſentatus à maiori parte Patronorum excluſo Carolo Zaccharia, præſentato à reliquis duabus familiis, videlicet de Bricerijs, & Zaccharijs, vt eſt *text. in cap. quoniam 3. de Iurepatr. Lambert. eod. tract. 3. par. 2. libri quaſt. 4. art. 1. num. 2. fol. 222. Rocchus de Curte verb. honorificum num. 91. & ſeq.* & firmauit *Rot. deciſ. 363. num. 1. par. 4. rec.* cum alijs pluribus *in Sulmon. beneficij 10. Martij 1649. coram bon. mem. Arguegl. in Piſcien. beneficij 26. Nouembris 1650. coram me, & 21. Aprilis 1651. coram Reuerendiſſ. Tarracon.*

2 Nec quicquam facit, quod Iuſpatronatus non probetur hæreditarium. Ideoque præſentatio non ſit facienda in ſtirpes, quia de iure præſumitur tale, non autem gentilitium, vel familiare *iux. tex. in clem. plures, ibique Cardin. in 6. quaſt. de Iurepatr. in 6. Rot. coram Merlin. deciſ. 94. n. 1. & deciſ. 346. eod. num.*

3 Hinc patet, vocem Genſelmæ licet fœminæ, & vocem Lunerij deſcendentis ex Archangela altera fœmina eſſe computan. quia, cum Iuſpatronatus ſit hæreditarium, ab eo nō excluduntur fœminæ *Abb. in cap. 1. num. 3. de Iurepatr. & conſ. 54. num. 4. lib. 1. Rot. coram Buratt. deciſ. 183. nu. 1. & in Comen. Capellæ 26. Febr. 1649. coram bo. me. Dunozetto.*

4 Maximè cum dicta Archangela, ex qua deſcendit ſupradictus Lucerius, ſit in poſſeſſione præſentandi vigore præſentationis factæ de anno 1589. & habeat ſententiam pro ſe tranſactam in iudicatum, quæ, tanquam lata ſuper ſtatu, facit ius quoad omnes *ad text. in l. ingenuum ff. de ſtat. hom. Alex. in l. ſæpè nu. 48. & n. 62. & ſeqq. ff. de re iud. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. n. 94. verſ. ſecūdo pro Iurep. Rot. in Calaguritana beneficij de Victoria 25. Maij 1648. coram R. P. D. meo Verospio.*

5 Vlterius aduertebant etiam Domini, Carolum præſentatum fuiſſe ab illis de Zaccarijs, quorum vox per Belliſarium Patrem tranſlata fuit in Iannolos, & Lunerios, *vt in Summ. nu. 5.* Vndè eum ipſi ſint heredes Patris, & approbauerint Inſtrumentum prædictum, non poſſunt amplius illud impugnare *Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 452. num. 2. Buratt. deciſ. 229. num. 6. Merlin. deciſ. 53. num. 25.*

6 Nec dicatur, Iuſpatronatus non poſſe vendi, quia venditio cantat de medietate Caſtri, cui Iuſpatronatus eſt annexum, & mentio illius facta fuit declaratiuè, quo caſu non præiudicat, vt notat *Io. Andr. in cap. 1. de Iurepatr. in 6. Rot. deciſ. 399. num. 5. par. 2. rec. & coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ. 234. n. 8. & 9.*

7 Stante igitur maiori numero vocum ad fauorem Henriotti, non fuit locus gratificationi, nec inſtitutioni, ad quam proceſſit Vicarius Papienſis in fauorem Caroli, habentis minorem numerum, quia gratificatio non habet locum, niſi in paritate *Imol. in clem. plures num. 6. de Iurepatr. Lambert. eod. tract. 3. par. 2. lib. art. 1. quaſt. 5. num. 1. & 4. Caſar de Graſſ. deciſ. 1. num. 9. d. tit. de Iurepatr. Caualer. deciſ. 517. num. 7. & deciſ. 519. num. 4. & coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 17. num. 6.*

Et ità &c.

MEDIOLANEN. CAPELLANIAE.

Luna 23. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ exequendum venit, quando eſt iuſtificatum, nec dicitur ſubreptitium ob non factam mentionem litis, ſi illa non fuerit introducta per Citationem, vel actum iudicialem, & mediante perſona habente legitimum mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus ex priuilegio non cadit ſub Reſeruationibus Apoſtolicis.*
2 *Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, quando eſt iuſtificatum, venit exequendum.*
3 *Executio nulliter facta iterum fieri poteſt.*

4 Su-

4 *Subreptitia dicitur gratia non facta mentione litis.*
5 *Lis non inducitur per ſimplicem oppoſitionem, factam à perſona non habente mandatum Procuræ.*
6 *Lis non inducitur niſi per Citationem, vel actum iudicialem.*
7 *Breue regulatur à ſupplicatione.*
8 *Tempus expediendi literas incipit à die adeptæ poſſeſſionis, non autem à die datæ, appoſita in Breui.*

DECISIO CCCI.

1 EX eo poriſſimum fundamento in duabus
Deciſionibus, coram me editis, firmatum
fuit, Petrum Celſum Caſtellioneum præſentatum ab aſſertis Patronis ad Capellaniam
controuerſam non eſſe inſtituendum, quia
licet eadem Capellania prętendatur de Iurepatronatus familiæ Caſtellioneæ, attamen, cum
illud acquiſitum fuerit ex Priuilegio, cadit
ſub Reſeruationibus Apoſtolicis, & attenta
vacatione illius in Menſe Ianuarij collatio
ſpectabat ad Papam.

Hodiè igitur, cum huiuſmodi fundamentum fuerit habitum pro indubitabili,
& pro parte Ioannis Siluæ prouiſi Apoſtolici expeditum fuerit ſolitum Breue,
de capienda poſſeſſione nomine Cameræ;
2 Cenſuerunt Domini, illud eſſe exequendum, ex quo in omnibus apparet iuſtificatum *iuxt. text. in cap. ſi capitulo, vbi gloſſ. verb. exequatur, & in cap. ſi ſoli de conceſſ. præb. in 6. Garz. de beneſ. par. 6. cap. 3 num. 25. Rot. in Nuſcana Canonicatus 11. Martij, & 24. Maij 1647. coram bo. mem.*
3 *Arguelles*. Parum obſtante quod fuerit executum in partibus; nam cum executio fuerit nulla, tamquam facta non citata parte, non impedit, quin poſſit de nouo fieri per *text. in l. non videtur 22. ff. de acquir. poſſ. Buratt. deciſ. 211. num. 31. ibique Add. Lit. D. & deciſ. 262. num. 9. Coccin. deciſ. 305. n. 6. & poſt Merlin. de legit. deciſ. 25. à nu. 1. cum alijs in allegata Nuſcana Canonicatus coram bo. me. Arguelles.*

4 Nec obſtant duo, quæ in memoriali exaduerſo porrecto fuerunt oppoſita, ad retardandam executionem Breuis, alterum ſcilicet, quod illud ſit ſubreptitium ob non factam mentionem litis; Alterum verò, quod onus imponat expediendi literas intrà ſex menſes.

5 Etenim primum ceſſat, quia Breue expeditum fuit ſub die 2. Maij 1654. & ante dictā diem conſtat ſolum de ſimplici oppoſitione, facta à quodam Aloyſio abſque mādato Procuræ Ioannis Siluæ, quæ nullo modo litem inducit, vt notant relati per *Gratian. diſcept. 66. num. 34. & 35.* & firmauit *Rota coram Verall. deciſ. 14. nu. 2. par. 3.* vbi quod non inducit litem, neque de iure, neque de facto, *& in rec. deciſ. 170. ſub num. 5. & 6. & deciſ. 284. num. 7. & ſeqq.*
6 *par. 8.* Præſertim nulla præcedente citatione, vel actu iudiciali *Rot. coram Coccin. deciſ. 89. n. 12. & in rec. deciſ. 269. ſub num. 3. & ſeqq. & deciſ. 431. num. 1. & 2. par. 4. & deciſ. 82. nu. 5. par. 4. to. 2.*

7 Et nihilominus huiuſmodi mentio apparet facta in ſupplicatione, à qua Breue regulandum venit, vt bene in propoſito firmauit *Rota deciſ. 204. num. 40. & ſeqq. par. 8. rec, & coram Merlin. deciſ. 389. num. 32.* Nam ad effectum ſubreptionis attenditur ſola ſupplicatio tanquam matrix vt dixit *Rot. coram ſan. me. Greg. deciſ. 108. num. 9. & ſeqq. vbi Add. num. 16.* adducunt concordantes.

8 Tollitur etiam ſecundum quoad expeditionem literarum intrà ſex menſes, quia literæ fuerunt expeditæ tempore congruo, computando illud à die adeptæ poſſeſſionis, non autem à die datæ, prout fieri debere, aduertit *Gabr. conſ. 198. num. 4. lib. 1. Garz. de beneſ. par. 6. cap. 3. num. 158.* vbi adducit deciſiones Rotæ, *Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 15. num. 118.* & firmatum fuit *coram Achill. deciſ. 12. nu. 4. de priuil. & in Tiraſonen. Canonicatus, & præbenda 8. Nouemb. 1596. coram Orano.*

Et ita &c.

FERRARIEN. LAVDI.

Lunæ 23. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Ceſſionarius ſuccedit in ius Cedentis non ſolum reſpectu crediti, ſed etiam reſpectu anterioritatis: Et creditum ipſius Cedentis probatur ex Inſtrumento, & ex partitis extractis ex libris Mercatoris publici, fideliter, & legaliter tentis iuxta formam bannimentorum Ciuitatis, & multipliciter adminiculatis.

SVMMARIVM.

1 *Prior, & anterior Creditor præfertur poſteriori.*
2 *Solutio cedit in cauſam anteriorem.*
3 *Creditum extinguitur per ſolutionem.*
4 *Ceſſionarius vtitur anterioritate, & iuribus Cedentis.*
5 *Ceſſionarius repræſentat in omnibus perſonam Cedentis.*
6 *Ceſſionario competunt omnes actiones, quæ competunt Cedenti.*
7 *Ceſſionarius, habens iura ceſſa anteriora, præfertur Creditoribus poſterioribus.*
8 *Inſtrumentum facit probationem manifeſtam, & indubitatam.*
9 *Liber regulariter pro ſcribente non probat.*
10 *Libri Mercatorum, fideliter, & legaliter tenti iuxta formam Bannimentorum Ciuitatis, probant.*
11 *Libri Mercatorum concurrentibus coniecturis, & adminiculis probant.*
12 *Decretum Iudicis inducit præſumptionem, quod omnia fuerint iuſtificata.*
13 *Approbatum ſi fuerit creditum, non poteſt amplius impugnari.*
14 *Teſtator, mandans ſolui quæcumque debita ſub verbis ampliſſimis, videtur intellexiſſe, etiam de debitis, ad quæ naturaliter, & conſcientia tantum impellente tenebatur.*
15 *Fructus non debentur ex ſecundo contractu create pro extinctione primi, ſi ex primo illi non debebantur.*
16 *Appellatio ſi non fuerit proſecuta in tempore, cauſa remanet deſerta, & ſententia tranſit in iudicatum.*
17 *Reſtitutio in integrum non datur ſine læſione.*

DECISIO CCCII.

DECLARATIO facta per Compromiſſarium, quod DD. de Pijs Creditores Galeatij, & aliorum de Gualenghis habeant meliora, potiora, & anteriora iura in bonis, & fructibus eorumdem, quam habeant coniuges de Villis, & Nouatis; viſa fuit DD. ſubſiſtere non ſolum reſpectu validitatis, quæ non controuertitur, ſed etiam reſpectu Iuſtitiæ.

1 Etenim credita ſunt indubitata, prouenientia ex Inſtrumentis publicis, & tanquam acquiſita de annis 1617. & 1625. ſunt anteriora, & præferenda Creditis Aduerſariorum, habētibus initium ab anno 1629. & 1635. *iuxta reg. text. in cap. qui prior 54. de reg. iur. in 6. & in l. potior 11. ff. qui pot. in pig. hab. Rot. coram Comitul. deciſ. 99. n. 2. & in Anconitana Pecuniaria 6. Decemb. 1658. coram me.*

2 Parumque refert, quod inter credita coniugum admixtum ſit legatum maternū ſcutorum 2000. quod ratione iurium dotalium eſt longè anterius; Nam, cum ipſi receperint diuerſas ſummas longè excedentes legatum prædictum, ex illis creditum remanſit extinctum; Solutio enim cedit in cauſam anteriorem, vt ſunt *text. in l. in his verò 5. & in l. Creditor 102. §. Valerius ff. de ſolut.* & bene in his terminis firmat *Ger. Spin. conſ. 23. num. 6. Surd. deciſ. 186. num. 4. & ſeqq. Rota diuerſ. deciſ. 113. num. 3. & 4. par. 1.*

3 Legatum verò dotis factum à Patre, quamuis reputetur anterius credito ſecundi cenſus initi per filios de anno 1625. ſumendo anterioritatem etiam à die obitus Teſtatoris: attamen vltrà quod reſpectu DD. de Villis apparet integrè extinctum, & ſublatum per receptiones ſupradictas, & reſpectu DD. de Nouatis in parte conſiderabili diminutum:

4 In omnem caſum, cum cenſus creatus fuerit pro ſoluendo ære alieno paterno, & pretium erogatum appareat in extinctionem eiuſdem vtrique potior eſt hypotheca illius ex iuribus ceſſis, quibus DD. de pijs vti poſſunt *Bart. in l. 1. num. 22. ff. de act. & obligat. l. 1. C. de ys, qui in prior. Credit. loc. ſucced. l. Emptor C. de hæred. vel act. vend. Rot. coram Duran. deciſ. 401. num. 4. in S. Seuerini Dotis penes Merlin. de pignor. deciſ. 33. nu. 11. & ſeqq. & in Romana Salniani 30. Ianuarij 1645. coram bo. me. Bichio.*

5 Ceſſionarius enim repræſentat in omnibus perſonam cedentis *l. 1. C. de priuil. fiſc. Rot. deciſ. 301. num. 7. par. 1. recent. & deciſ. 456. num. 2. par. 2.*

6 Et habet omnes actiones, quæ cedenti competunt *l. ſi à Creditore C. de act. & oblig. Aym. conſ. 1. pro genero num. 405. Rot. deciſ. 88. num. 11. & ſeqq. par. 6. recent.* Ideoque in concurſu preferendus

7 venit quibuſcumque creditoribus poſterioribus; præſertim attento pacto *l. Ariſto ff. quæ res pign. oblig. non poſſ. l. licet Cod. qui pot. in pignor. hab. Rota deciſ. 318. n. 26. par. 6. recent.*

8 Nec ſubſiſtit, quod credita prædicta contenta in ceſſionibus, & acquiſita ex pretio prefati cenſus, non appareant iuſtificata; ſiquidem pro ſumma librarum 35473. dantur Inſtrumenta publica exiſtentia in proceſſibus factis coram Compromiſſario, & producta in actis, quæ Pars impugnare non audet, cum dd. In trumenta faciant probationem manifeſtam, & indubitatam *cap. cum olim de verb. ſignif. gloſſ. in l. fin. verbo manifeſtum C. de reb. Credit. Rota in Vrbinaten. Salarij 20. Iunij 1652. coram Reuerendiſſimo Zarate.*

9 Pro alijs verò 6236. ſolutis Eliæ de Fano, & Moyſi de Butrio Hebræis productæ fuerunt partitę extractæ formiter ex eorum libris, qui licet forſan poſſent pati aliquam difficultatem tum ratione perſonę, tum etiam ratione regulæ, quod libri pro ſcribente non

10 probent; Attamen cum perſonæ ſint publici mercatores, & à Publico approbati, & libri ſint authentici, ac benè, fideliter, & legaliter tenti, vt teſtatur Notarius in ſua extractione, & habeant requiſita contenta in Bannimentis Cardinalis Legati, vtique illis venit adhibenda fides iuxta formam eorumdem Bānimētorum *l. quadam 9. §. nummularios, ibique Bart. in fin. ff. de eden. Salyc. in l. 1. col. 3. verſ. quæro 2. C. eod. Aym. de antiq. tempor. prima part. limit. 4. num. 62. & 63. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 91. num. 12. & 15. Ioſeph Ludou. commun. opiu. concluſ. 29. ampliat. 6.* Et in proximis terminis firmauit *Rota deciſ. 498. num. 2. par. 4. recent.*

11 Et eodem modo iuſtificatur partita librarum 7400. ſoluta Martellinis, & Rondinellis Mercatoribus; Nam libri Mercatorum, concurrentibus coniecturis, & adminiculis bene probant etiam ad fauorem ſcribentis, *Bart. in l. Admonendi num. 27. ff. de iur. iur. Guidop. ſex adminicula referens q. 441. per tot.* quem ſequitur *Rolan. conſ. 92. num. 6. lib. 3. Rot. in Romana pecuniaria 10. Ianuarij 1611. coram Sacrato poſt Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 878. num. 2. in recent. deciſ. 246. num. 13. par. 5. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 55. num. 4.*

12 Adminicula verò non deſunt, quę etiam ſummoperè conferunt pro iuſtificandis partitis ſupra deductis, necnon pro verificanda reliqua ſumma librarum 1320. ſoluta Thomæ Giannino, Benedicto de Vecchijs, Alexandro Caſtrino, Sancti Thelio, & Ioanni Baptiſtæ Gianninello; Notula enim d.d. Debitorum producta, & iuſtificata fuit coram Iudice Subdelegato à D. Theſaurario Generali in iudicio diſcuſſionis hæreditatis Gualenghæ contra Montiſtas. Imò in ipſo actu creationis cenſuum exhibita fuit coram Iudice Ordinario, qui adhibitis ſolemnitatibus neceſſarijs interpoſuit ſuum decretum pro eorumdem cenſuum impoſitione: Vnde præſumitur diligenter ſe informaſſe de veritate cauſæ, vt probat *Caſtr. conſ 432. nu. 2. lib. 1. Alex. conſ. 80. nu. 5. & ſeqq. lib. 5. Rot. in rec. deciſ. 93. nu. 3. par. 4. & deciſ. 11. num. 2. par. 5.*

13 Et ceſſat difficultas, quia in compromiſſo inter Partes inito approbati fuerunt præfati cenſus, dum conuentum fuit, quod communi nomine inſtitueretur iudicium contra Mōtiſtas pro recuperatione bonorum hæreditatis Gualenghæ, & ſequuta recuperatione deponerentur fructus, donec eſſet iudicatum à perſo-

Digitized by Google

perſona communiter eligenda ſuper anterioritate Creditorum, prout recuperatis bonis eædem Partes compromiſerunt differentias omnes in Vicelegatum, cum facultate cognoſcendi etiam extraiudicialiter, & decidendi ſuper dicta anterioritate ſub obligatione de non reclamando, & alijs clauſulis ampliſſimis, &c. adeout attenta dicta approbatione, non poſſint præfata credita amplius in controuerſiam deduci *ex reg. text. in cap. quod ſemel de reg. iur. in 6. Oſaſc. deciſ. 61. num. 18. Rota coram Emmentiſſimo Otthobono deciſ. 105. num. 20. & in Romana Tranſactionis 28. Iunij 1658. coram me.*

14 In quam ſententiam libentiùs tranſierunt Domini attento ordine, & præcepto Teſtatoris, qui mandauit, ſtatim ſecuta eius morte ſolui debere quæcumque debita non ſolum reſpicientia intereſſe, fructus, ac interuſuria, ad quæ, & quos dictus Teſtator teneri dixit, ſed etiam ſortes &c. Nam per huiuſmodi verba cenſetur intellexiſſe etiam de debitis, ad quæ naturali tantum ratione, & conſcientia impellente tenebatur iuxta doctrinam *Bald. in l. id quod pauperibus num. 22. C. de Epiſc. & Cleric. Arctin. conſ. 93. num. 3.* & firmauit *Rota deciſ. 62. num. 2. & ſeqq. deciſ. 81. num. 1. & 2. & deciſ. 119. num. 3.* vbi de veriori, & magis communi *par. 7. recent.*

15 Cæterum quæ dicta fuerint reſpectu ſortis ſecundi cenſus, non procedunt reſpectu fructuum; Nam cum dicta credita mediante nouo Cenſu fuerint extincta, nec per prius eſſent ſub vſuris, fructus verò, qui debentur proueniant ex ſecundo contractu, non poterant cedentes plus iuris in DD. de Pijs transferre, quam ipſi haberent, vt notant adducti *per Donat. Ant. de Marinis quotid. reſol. cap. 76. n. 10. & 11.* vbi quod in dd. fructibus non procedit *tex. in l. Lucius 19. ff. qui pot. in pign. hab. & per Tondut. Sanleger. quæſt. Ciuil. cap. 21. num. 18. & 19. & per Carleual. de Iudic. tom. 2. diſp. 35. nu. 50. Milan. deciſ. 14. num. 23. lib. 1. Capyc. Latr. deciſ. 16. ſub n. 5. verſ. poterit ergò,* & firmauit *Rota in Lucana Cenſus 22. Aprilis 1652. coram bo. me. Bichio.*

16 Firmata itaque ex prædictis iuſtitia Laudi, cenſuerunt Domini conſtare de re iudicata, quia licet interpoſita fuerit appellatio, nihilominus cum per plures annos non fuerit proſecuta, cauſa remanſit deſerta. *Clem. ſi appellationem, & Clem. ſicut de appell. Rota in Aquilana Iuriſpatronatus 4. Iunij 1646. coram Eminentiſſimo*

17 *Corrado.* Nec conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum, quia illa non datur ſine læſione, & læſio ceſſat ceſſante iniuſtitia, *l. nam poſtea §. ſi minor ff. de iur. iur. Rot. deciſ. 500. nu. 1. par. 5. rec. & deciſ. 170. n. 2. par. 6.*

Et ita deciſum vtraque &c.

CALAGVRITANA DECIMARVM
De Ocon.

Veneris 27. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in prophanis conceditur etiam ſine fumo, quando articuli ſunt releuantes.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum cauſa ad effectum remiſſoriæ reputatur prophana.*
2 *Remiſſoria in prophanis conceditur etiam ſine fumo, quando materia articulata eſt releuans.*
3 *Pacta debent omnino ſeruari.*
4 *Tranſactio, reſtricta ad certa bona, vltra illa non operatur.*
5 *Aequalitas in iudicijs ſeruanda venit.*
6 *Probatio probationem non excludit, nam poſtea cognoſci debet quanam illarum præualeat.*

DECISIO CCCIII.

PARTES non reuocarunt amplius in dubium exiſtentiam, & validitatem Tranſactionis initæ de anno 1229. ſed quia in ea conuentum extitit, quod Monachi S. Prudentij pro bonis acquiſitis ante Concilium Lateranenſe non tenerentur, præſtare niſi certam portionem: pro alijs verò acquiſitis poſt dictum Concilium integram decimam deberent, perſoluere: Ideò, ad iuſtificandas huiuſmodi acquiſitiones, obtinuerunt Remiſſoriam; quam pariter hodie Parocho, & Beneficiatis non eſſe denegandam, reſponſum fuit.

1 Siquidem militant eædem rationes, nempè, quod cauſa ſit prophana, etiamſi agatur de decimis, quia ad effectum remiſſoriæ ſemper reputatur talis, vt firmauit *Rot. coram Caualer. deciſ. 258. num. 2. & in recent. deciſ. 100. n. 1. & ſeqq. par. 10.* cum alijs adductis per *Monet. de decim. cap. 8. quæſt. 1. ſub num. 1.*

2 Quodque articuli ſint releuantes, quo caſu etiam ſine fumo remiſſoria paſſim conceditur *Rot. coram Cæſar de Graſs. deciſ. 1. num. 10. de dilat. & coram Put. deciſ. 212. nu. 3. lib. 1.* & dictum fuit *in deciſ. 84. n. 1. par. 8. rec.*

3 De releuantia dubitari non poteſt: dum articulatur acquiſitio bonorum, facta à Monachis poſt Concilium Lateranenſe: concurrente enim ſimili probatione, pro illis erit perſoluenda integra decima iuxta formam pacti, & tranſactionis, quæ omnino ſeruanda venit *cap. ex multiplici 3. & cap. dilecti 8 de decim. cap. fin. de pact. in 6. Rot. deciſ. 218. num. 1. & ſeqq. par. 7. recent.*

4 Inſuper articulatur, quod locus de Redal eſt diſtinctus, & ſeparatus ab illo de Ocon, nec venit appellatione eiuſdem, atque ideo non poteſt comprehendi ſub concordia, quæ tanquam reſtricta ad bona, exiſtentia in Territorio de Ocon, ad alia de Redal extendi non debet *l. qui cum Tutoribus 9. §. 1. ff. de tranſact. &*

l. ſi

*l. ſi de certa 31. C. eod. Roman. conſ. 371. nu. 2. Rot. co-
ram Caualer. deciſ. 172. n. 7. & in rec. deciſ. 534. nu. 2.
in fine par. 2.*

5 Et eo facilius inclinarunt Domini pro re-
miſſoria, quia ſicuti conceſſa fuit Monachis,
ad probandas acquiſitiones ante Concilium
Lateranenſe, ita æquum videtur, vt conce-
datur Parocho, & Beneficiatis, ad iuſtifican-
das illas poſt Concilium factas, vt hoc modo
ſeruetur æqualitas *ad text. in l. final. vbi gloſſ. verb.
cum quidam C. de fruct. & lit. expenſ. Rot. coram ſan.
me. Greg. deciſ. 551. per tot. & in Bononien. fideicom-
miſſi de Naſcentorijs 15. Ianuarij 1649. §. eoque li-
bentius coram bon. mem. Arguelles*. Nam ſequuta
6 hinc inde probatione, tunc videbitur, quæ in
concurſu præualeat, & attendi debeat *Rota de-
ciſ. 677. num. 5. par. 1. recent. in Meleuitana Indulto-
rum, ſeu Collegiata §. nec obſtat coram Reuerendiſſi-
mo Carillo, in Hiſpalen. Decimarum 26. Iunij 1647.
coram Eminentiſs. D. Card. Corrado, & in Calaguri-
tana Decimarum 2. Decemb. 1654. coram bon. mem.
Pentingerio.*

Ità altera tantum &c.

VRBANIEN. PENSIONIS.

Veneris 4. Iulij 1659.

ARGVMENTVM.

Penſionem tranſlatam excedere medietatem fructuum probari debet à Titulari, nec ſub tali prætextu retardari poteſt ſolutio penſionis, pro qua via executiua, quæ competebat Transferenti, competit etiam Tranſlatario.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis Tranſlatario competit via executiua, ſi illa competebat Transferenti.*
2 *Exceſſus non præſumitur, niſi probetur.*
3 *Exceſſus medietatis fructuum in penſione tranſlata probari debet à Titulari.*
4 *Penſio quæ non fuit exacta per viginti annos præſumitur extincta.*
5 *Solutionis præſumptio ceſſat, quando debitum impugnatur.*
6 *Penſio non extinguitur per mutationem Status Eccleſiæ.*

DECISIO CCCIV.

BVLLA ſan. mem. Vrbani VIII. in ordine 20. reuocans facultates transferendi penſiones excedentes medietatem fructuum; diſponit ſub his verbis. *Eos qui prætextu exceſſus prædicti huiuſmodi partem penſionum tranſlatarum ſoluere recuſant ad exceſſum ipſum probandum teneri, nec interim præſentis diſpoſitionis prætextu Proceſſum exequutiuum aut ſolutionem integræ penſionis, quatenus illi aliàs locus ſit impediri, vel retardari debere.*

Cum igitur Ioannes Philippus Rozzolus
Translatarius Caroli Lilij reportauerit man-
datum executiuũ pro terminis decurſis vnius
Penſionis centum ducatorum auri, reſerua-
tæ ſuper fructibus Eccleſiæ S. Chriſtophori
contra Reuerendiſſimum Epiſcopum Hono-
ratum d. Beneficij poſſeſſorem, cenſuerunt
Domini, illud eſſe exequen. quia de literis re-
ſeruationis penſionis, de tranſlatione, & fa-
cultate trãſferentis, alijſque neceſſarijs conſtat
ex datis *in Summ. num. 1. & ſeqq.* Vnde eadem
1 via executiua, quæ datur Penſionario transfe-
renti, competit etiam tranſlatario pro execu-
tione ſuæ trãſlationis, vt notat *Veſtr. in ſua pra-
xi lib. 3. cap. fin. num. 3. Rot. coram Millino deciſ. 40.
num. 1. & 2. Duran. deciſ. 60. num. 3. & ſeqq. in recent.
deciſ. 452. n. 1. par. 5. & coram Eminentiſs. Otthobono
deciſ. 22. num. 4.*

2 Exceſſus verò non præſumitur, niſi probe-
tur, vt tenuit *Rota coram Seraph. deciſ. 1189. n. 1.
& 2. & deciſ. 306. num. 26. par. 7. rec.* Et eſſe iuſtifi-
3 candum à Titulari, firmat in verbis Conſtitu-
tio prædicta, & tradit in puncto *Lotter. de re
benef. lib. 1. q. 36. num. 127. Rota in Romana penſionis
29. Maij 1628. coram bon. mem. Dunozetto, dicta de-
ciſ. 22. num. 43. & 44. coram Eminentiſs. Otthobono,
& in Theanen. penſionis 5. Maij 1655. coram R. P. D.
meo Priolo.*

4 Non obſtat, quod penſio prædicta per ſpa-
tium annorum 20. non doceatur exacta, atq;
ideo præſumatur extincta ex doctrina Sarnen.
ad reg. de non iudican. iuxta formam ſuppli-
cationis *queſt. 16. num. 86.* Nam vltrà quod nec
tempus habile, nec vlla coniectura concurrit
ad inducen. præſumptionem huiuſmodi; ceſ-
ſat difficultas, quia anteceſſores ſoluerunt
ſemper d. penſionem: Ipſe verò modernus Ti-
5 tularis impugnauit ſolum illius ſolutionem
ob fructuum tenuitatem, ad quam probandam
dedit in actis articulos, & obtinuit remiſſo-
riam; Vndè excluditur præſumpta ſolutio:
cum nunquam poſſit intrare, dum conſtat de
debiti impugnatione *Rot. poſt Zacch. de oblig. Ca-
mer. deciſ. 192. in fine, & deciſ. 219. num. 11.* cum
aliis *in Anconitana Manna 13. Maij 1644. coram
Eminentiſſimo Corrado, & in Romana Domorum de
Incoronatis 18. Martij 1650. coram bon. mem. Du-
nozetto.*

6 Minus facit, quod Eccleſia fuerit de Mo-
naſteriali in Cathedralem erecta; quia cum
titulus penſionis non ſit incompatibilis, im-
mutatio ſubſecuta illius reſeruationi non offi-
cit, *Rota coram Seraph. deciſ. 1411. num. 20. & 21.
& deciſ. 1444. num. 9.* & tradit *Lotter. de re benef.
lib. 1. q. 42. num. 1.*

Et ità altera tantum &c.

ROMANA HAEREDITATIS.

Veneris 4. Iulij 1659.

ARGVMENTVM.

Reuocatio primi Teſtamenti ſine ſufficienti numero Teſtium non ſuſtinetur; Et niſi contineat hæredis inſtitutionem, vel declaret Teſtator, ſe velle inteſtatum decedere.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. fin. competit hæredi, exhibenti Teſtamentum non vitiatum, nec cancellatum.*

2 *Teſtamentum primum non reuocatur per ſecundum, niſi contineat hæredis inſtitutionem.*

3 *Fallit, ſi Teſtator declaret, ſe velle decedere inteſtatum.*

4 *Hæredis inſtitutio non eſt incompatibilis cum liberatione à redditione rationis.*

5 *Teſtis vnicus nihil probat.*

6 *Teſtamenti in reuocatione requiruntur tot teſtes, quot in confectione.*

7 *Procurator conſtitutus à Minore cum Decreto Iudicis, & alijs ſolemnitatibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, & ſententia lata ipſo citato, ſuſtinetur.*

DECISIO CCCV.

1 FLORAVANTI Martinello hæredi ſcripto in Teſtamento bon. mem. Cardinalis Iuſtiniani conceſſa fuit immiſſio ab A. C. & deinde per ſententiam Rotalem, de cuius confirmatione cum hodie actum fuerit; Domini reſponderunt affirmatiuè: nam id expreſſis verbis diſponitur *in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* quod nempè, exhibito Teſtamento non cancellato, neque abolito, nec in aliqua eius parte vitiato hæres mittatur in poſſeſſionem, & dixit *Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 206. nu. 1. & in Seuogallien. Saluiaui 29. Ianuary 1652. coram Eminentiſs. Corrado.*

2 Prætenſa verò reuocatio, deducta ex ſchedula per Cardinalem ſubſcripta, nullo modo videtur ſubſiſtere: nam illa continet tantummodo quædam legata, & nonnullas ordinationes particulares, non autem hæredis inſti-
3 tutionem, ſine qua primum Teſtamentum non reuocari, niſi expreſsè, vel tacitè Teſtator declaret, ſe velle inteſtatum decedere, firmat *Bart.* communiter approbatus *in l. ſi iure 18. nu. 3. ff. de legat. 3.* Et de veriori teſtatur *Alex. in l. ſancimus ſub num. 8. verſ. extra gloſſam C. de teſtam. & in conſ. 30. num. 4. & 5. lib. 3. & conſ. 159. num. 5. & ſeqq. lib. 7. Dec. conſ. 582. num. 1. Clar. in §. Teſtamentum qu. 91. & 92. à princ.* Et pluribus comprobat cumulatis concordantibus *Marescott. var. reſol. lib. 1. cap. 48. num. 1. & 4. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 558. & 763.* Et hanc opinionẽ amplexa fuit *Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 446. n. 1. & ſeqq. & in Nepeſina hæreditatis 27. Marty 1626. coram Remboldo.*

4 Quietantia verò de adminiſtratis ad fauorẽ eiuſdem Martinelli contenta in prefata apoca non eſt incompatibilis cum hæredis inſtitutione, cum poſſet dari caſus, quod ipſe repudiando, vellet vti dicta liberatione, vel adeundo de illa exciperet aduerſus moleſtantes, pro habenda tali redditione, vt deducitur in deciſione huius cauſæ *coram R. P. D. meo Albergato.*
5 Et depoſitio Laurentij affirmantis, Cardinalem declaraſſe hæredem Patrem Iulianum eius fratrem, non fuit habita in conſideratione: Nam vltrà exceptiones, & contra perſonam, & contra dictum, ipſe eſt vnicus, & conſequenter nihil probat *cap. licet ex quadam, & cap. veniens de Teſtib. Rot. coram Merlin. deciſ. 704.*
6 *num. 12.* Præſertim ad effectum reuocationis Teſtamenti, in quo requiritur idem numerus Teſtium, qui deſideratur in confectione *gloſſ. in l. cum proponebatur 66. verb. coniectura ff. de legat. 2. Surd. deciſ. 128. num. 4. & ſeqq. Rot. in Elnen. Hæreditatis 8. Nouemb. 1619. coram Pironano.*

7 Obiectum, quod non fuerit citatus ad ſententiam Franciſcus Veſtrinus Procurator, & actor ad lites Marci Antonij Iuſtiniani, ſed Andreas Bonamoneta, ceſſat ex eo, quia ipſe ſubſtitutus fuit à Patre Bernabeo Procuratore legitimo, conſtituto ab eodem Marco Antonio cum Decreto Iudicis, & alijs ſolemnitatibus, & in ſpecie cum facultate ſubſtituendi, qui propterea acerrimè defenſionem ſuſcepit, examinando Teſtes, producendo iura, & ſemper comparendo. Vndè iudicium cum eo inſtitutum non poteſt de nullitate redargui *ad text. in l. eque tutores, ibique Bart. num. 11. C. de Procur. Pic. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. gloſ. 7. n. 159. Rot. in rec. deciſ. 78. n. 11. par. 7.*

Et ità altera &c.

BONONIEN. DOTIS.

Mercurij 10. Decembris 1659.

ARGVMENTVM.

Confeſſio dotis receptæ, facta à Marito etiam conſtante Matrimonio, valet, quando concurrunt coniecturæ, quarum plures enumerantur in Deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet viam executiuam.*

2 *Obligatio Cameralis non vulneratur per Decretum, quod non tangit ſubſtantiam obligationis, ſed tantum reuocat mandatum.*

3 *Obligationis Cameralis virtus reuiuiſcit, ſi Iudici communicatæ fuerint facultates A. C.*

4 *Confeſſio dotis receptæ, facta à Marito conſtante Matrimonio, non probat, quando non adſunt coniecturæ.*

5 *Confeſſio dotis receptæ cum Decreto Iudicis, & alijs ſolemnitatibus probat.*

6 *Decretum Iudicis habet præſumptionem pro ſe.*

7 *Geminatio, & repetitio confeſſionis arguit illius veritatem.*

8 *Confeſſio dotis receptæ, facta tempore non ſuſpecto, probat.*

9 *Confeſſio dotis receptæ præſumitur vera, ſi fuerit facta inter perſonas non ſuſpectas.*

10 *Confeſſio dotis receptæ ſi verificetur in notabili quãtitate, præſumitur etiam vera in totum.*

11 *Confeſſio dotis receptæ adminiculatur ex ſubminiſtratione alimentorum, ex modo ſolutionis expreſſo in Inſtrumento, & ex alijs.*

12 *Confeſſio prædicta concurrentibus pluribus coniecturis probat non ſolum in præiudicium Confitentis, ſed etiam Tertij.*

13 *Confeſſio prædicta approbata à Marito, & à Creditoribus non poteſt impugnari ab eo, qui ad inſtantiam*

Digitized by Google

ſtantiam eiuſdem Viri talem dotem ſoluere pro-
miſit.
14 *Approbans debitum non poteſt amplius illud impu-*
gnare.
15 *Pactum, à quo receſſum fuit, non venit atten-*
dendum.
16 *Procurator non poteſt donare, vel debitum remittere*
ſine ſpeciali mandato.
17 *Reconciliatio inter Coniuges operatur, vt iniuriæ*
inuicem cenſeantur remiſſæ.
18 *Renunciatio iuris querendi valet etiam in præiudi-*
cium Creditorum.

DECISIO CCCVI.

IVLIVS Montetentius, qui vſque de an-
no 1637. in vxorem duxit Iacobam Medi-
ceam, in Inſtrumento inito die 5. Apr. 1642.
agnoſcendo veritatem, & fatendo, dotem ſibi
fuiſſe promiſſam in ſumma librarum duode-
cim millium, habuit pro reſiduo libras 4000.
& reliquas 8000. faſſus fuit habuiſse, & rece-
piſse tempore contracti Matrimonij, partim
in pecunia, partim verò in mobilibus, regi-
ſtratis in Inuentario ibidem inſerto.
Reiterauit præfatus Iulius pluries, & plu-
ries confeſſionem huiuſmodi, & facta renun-
ciatione omnibus in contrarium facientibus
conſenſit, quod eadem Iacoba poſset conſe-
qui dictam ſummam ſuper omnibus ſuis bo-
nis, firma ſemper remanente aſſignatione
eidem facta de Terris Eubani pro libris 6000.
quas voluit ſolui à Galeatio Dondutio em-
ptore, vna cum annuis libris 360. pro interu-
ſurijs prout ipſe promiſit, & in forma Came-
ræ ſe obligauit.
1 Cum itaque factus fuerit locus reſtitutioni
præfatæ dotis, inſtetit Barbara hæres Iacobæ
contra Iulium Cæſarem Dondutium filium,
& hæredem Galeatij pro mandati relaxatione
in libris 6000. ad effectum deponendi, & pro
libris 360. annuis ad effectum ſoluendi liberè,
& Rota relaxandum eſſe cenſuit, quia per In-
ſtrumentum publicum conſtat de expreſſa
obligatione Camerali Galeatij habente viam
executiuam contra bona hęreditaria eiuſdem,
quæ non poteſt dici vulnerata per ſententiam
2 A.C. reuocatoriam Decreti de partibus, cum
illa non tangat ſubſtantiam ipſius obligatio-
nis, ſed ſolum infirmet dictum decretum, &
mandatum relaxatum, vt dixit *Rota deciſ. 132.*
num. 12. par. 2. diuerſ. Pen. deciſ. 700. num. 3. & ſeqq.
iuxta impreſſ. Venet. Coccin. deciſ. 78. num. 11. Buratt.
deciſ. 329. nu. 5. Et latè firmatum fuit *in Romana*
Cenſus 11. Martij 1652. & 14. Febr. 1653. coram
Reuerendiſſ. D.meo Cerro.
3 Imó dum Signatura Iuſtitiæ commiſit po-
ſtea cauſam appellationis R. P. D. Carpineo
cum facultatibus A.C. qui mandatum modo
quo ſupra decreuit, & relaxauit, per huiuſmo-
di reſcriptũ reintegrata fuit virtus obligatio-
nis Cameralis, itaut executiuè procedi potue-
rit ex adductis per *Marcheſ. de commiſſ. appell. ab*
oblig. Camer. §. 1. n. 88. fol. mihi 700. to. 1. & dixit
Rota coram Millin. deciſ. 362. nu. 1. & 3. coram Coc-
cino dicta deciſ. 78. num. 9. & cumulatis concor-
dantibus *in Aeſina Pecuniaria 17. Februarij 1648.*
coram bo. me. Peutingerio, & in Reatina fideicommiſ-
ſorum 8. Iunij 1657. coram me.
4 Nec huiuſmodi ſolutionem euitare poteſt
ſub prætextu, quod de credito dotali non ap-
pareat, niſi per confeſſionem de recepto, fa-
ctam à marito conſtante matrimonio quę non
præcedente promiſſione, & deficientibus ad-
miniculis præſumitur ſimulata. Siquidem
non deſunt coniecturæ ſuadentes veritatem
5 præfatæ confeſſionis; Nam illa non ſolum fa-
cta fuit cum Decreto Iudicis, & alijs ſolem-
nitatibus, requiſitis per Statutum Bononien.
vt ponderat *Dec. conſ. 536. num. 9. in fine*, & latè
firmauit *Rota in Fauen. Dotis 17. Martij 1642. co-*
ram Reuerendiſs. D.meo Cerro poſt Merlin. de pignor.
6 *deciſ. 53. num. 3.* cum pro Decreto Iudicis regu-
lariter ſit præſumendum *Mantic. deciſ. 151. n. 7.*
& in rec. deciſ. 675. n. 1. par. 2.
7 Sed etiam poſtea fuit pluries repetita in di-
uerſis Inſtrumentis, quæ geminatio, & repe-
titio arguit illius veritatem *Alex. conſ. 45. nu. 7.*
lib. 1. Socin. Sen. conſ. 122. eod. num. verſ. Primo, quia
lib. 3. Rota coram Merlin. deciſ. 718. n. 16.
8 Vlterius de tempore confeſſionis non repe-
riebatur Iulius ære alieno grauatus, & ſic illa
emanauit tempore non ſuſpecto, vt bene in
propoſito aduertit *Gratian.* qui alios cumulat
diſcept. forenſ. cap. 362. num. 21. & firmauit *Rota*
coram Merlin. deciſ. 652. num. 13. & deciſ. 718. n. 11.
& poſt Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 258. n. 4.
9 Quinimò illa fuit facta ad petitionem, & in-
ſtantiam Catharinæ matris abſque interuentu
vxoris, & ſic inter perſonas non prohibitas,
quo caſu ſuſtinetur, etiam nulla præcedente
promiſſione ex notatis per *Dec. d. conſ. 536. n. 9.*
verſ. ad hoc etiam, Ruin. conſ. 183. num. 4. lib. 1. Surd.
conſ. 290. num. 52. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præ-
ſumpt. 12. num. 78. Rot. coram Duran. deciſ. 409. n. 15.
cum alijs *in Rauennaten. Saluiani 17. Decem. 1646.*
coram R.P.D.meo Meltio.
10 His accedit, quod in actu confeſſionis re-
cepit Iulius libras 4000. ex qua ſolutione in
tam notabili quantitate præſumitur ſolutio
etiam reſidui *Bald. in l. vnica ſub num. 4. verſ. vnde*
quæritur C. de priuil. dot. Aretin. in §. fuerat ſub n. 45.
Inſtit. de act. Marcſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 8. nu. 14.
vbi ampliat etiamſi talis ſolutio ſit facta in
mobilibus *Gratian. diſcept. forenſ. d. cap. 362. nu. 18.*
& deciſ. Marchiæ 103. num. 23. Rot. coram Merlin.
deciſ. 652. num. 9. & in recent. deciſ. 160. nu. 2. par. 7.
& latiſſimè firmatum fuit *in Anconitana Dotis*
17. Iunij 1647. & 31. Ianuarij 1648. coram bo. me.
Arguelles.
11 Et vltra ſubminiſtrationem Alimentorum,
quæ veriſimiliter Iulius non præſtitiſſet, ſi dos
non fuiſſet ſoluta iuxta Doctrinam *Bald. in l. v-*
nica num. 4. C. de priuil. dot. Rota coram Greg. deciſ.
62. num. 5. & coram Merlin. deciſ. 652. nu. 12. Con-
currit modus ſolutionis in Inſtrumento ex-
preſſus, vna cum inſertione Inuentarij *Rot. poſt*
Pacific. de Saluiano deciſ. 18. num. 6. Necnon pro-
miſſio iurata de reſtituendo dotem prędictam
in omnem, & quemcumque caſum ad for-
mam confeſſionis, vt notat *Surd. conſ. 489. n. 16.*
verſ. Quinto concurrit, Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 66.

num.11.Rot.deciſ.24.num.8. par.7.recent.& in Anconitana Bonorum 1. Iuly 1643. coram bon. memor. Bichio.

12 Vndè attentis prædictis coniecturis ceſſat quælibet ſuſpicio ſimulationis, & confeſſio probat non ſolum in præiudicium confitentis ſed etiam Tertij *Bald.in l.1.ſub num.4. verſ.Vnde quæritur, C. de priuil. dot. Rota coram Seraph.deciſ. 795.num.1.& coram ſan.mem. Greg.deciſ.491.nu.7. in Ciuitatis Vetulæ Dotis 17. Martij 1642. coram Reuerendiſſimo D. meo Cerro, & in dicta Anconitana Dotis 17. Iunij 1647. coram bon. memor. Arguelles.*

13 Sed quod remouet omnem difficultatem, huiuſmodi confeſſio, nec impugnatur ab ipſo confitente, nec à Creditoribus illius, ſed tantum à Iulio Cæſare Dondutio hærede Galeatij, qui cum Prædium Bubani emerit, & pretium pro ſupradicta rata ſoluere promiſerit Iacobæ, ita mandante Viro, tenetur illud omninò ſoluere, & obligationem ſui Authoris adimplere, nec valet ſimilem exceptionem deducere *l.doli mali exceptio 19. ff.de Nouat.& ibi Aretin.num.1.Roman.conſ.87.num.2.* & bene probat *Cyriac.controu.214.num.6.& 7.* quia non ſpectat ad eum quærere; An ei, cui facta eſt delegatio, ſit creditor delegantis, nec nè, & clarius *contr.427.num.20.& 21.*

14 Maximè cum ipſe acceptauerit confeſſionem prædictam, promittendò per Inſtrumentum publicum ſoluere in illius executionem libras 360. annuas eidem Iacobæ, prout cum effectu ſoluit, vſque ad annum 1653. itaut hodie non poſſit amplius illam impugnare *Bald. in l. Gallus §. quidam rectè numer. 5. ff. de liber.& Poſthum.Rota deciſ.70.num.6.par.1.recent.& in Romana, ſeu Tiburtina Dotis 14.Iunij 1647. coram bo. me.Peutingerio.*

15 Hinc ceſſant ea, quæ exaduerſo deducuntur de reductione eiuſdē dotis ad libras 6000. & de aſſignatione bonorum Anzolæ, loco prædicti Prædij Bubani, quia cum partes poſtea ab illis receſſerint conueniendo expreſsè, quod ſimilis ſumma ſolueretur à Galeatio, reductio præcedens non venit attendenda *l.pacta nouiſſima C. de pact. l.1. §.fin. ff. de ſtipulat. ſeru.Rota in Romana Saluiani Interdict. 12.Nouembris 1618.coram Sacrato.*

16 Quod indubitanter procedit in præſenti caſu, in quo talis reductio non fuit facta ab ipſa Iacoba, ſed à prætenſo Procuratore, qui eſto quod habuiſſet mandatum generale ad tranſigen. non poterat tamen donare, & partem dotis remittere *Bart.in l.Procurator in princ. ff.de Procur.Alex.conſ.22.num.8.lib.1.Rota coram ſa.me. Gregor.deciſ.311.num.1.ibique Addent.* vbi plures cumulant *num. 18. & in recent. deciſ.696. num.4. par.2.*

17 Nec obſtat obiectum deductum in memoriali partis aduerſæ, quod dicta reductio non ſapiat donationem, ex quo Iacoba per prætenſum Adulterium dotem amiſerat, nam cum illud non fuerit iuſtificatum, nec præceſſerit ſententia Iudicis, quinimò inter Coniuges ſequuta fuerit reconciliatio, per huiuſmodi reconciliationem, quælibet iniuria cenſetur remiſſa, *iuxta text. in cap.plerumque 4. ibique gloſſ.verb. nec reconciliata de donat.inter Virum & Vxorem, gloſſ.in l.cum mulier 49. verbo probauit ff.ſolut.matrim.* cum alijs innumeris, quos adducunt *Gratian. forenſ.diſcept. cap. 591. num. 26. Farinacc.de delict.Carn. quæſt.142.num.68.& ſeqq. Barboſ.in l.2.in princip. num.100. verſ.limita 3. & nu.101. ff.ſolut.matrim.Rota in Bonon.fideicommiſſi de Maluetijs 7.Maij 1640. coram bon. mem. Peutingerio.*

18 Demum non obſtat, quod per mortem Iacobæ maritus lucratus fuerit medietatem dotis vigore Statuti Bononiæ, quia cum idem Iulius renunciauerit dicto Statuto, talis renunciatio, tanquam de lucro quærendo, non autem quæſito fuit valida etiam in præiudicium Creditorum *Socin.Sen. conſ.114. viſo Teſtamento num.8. lib.1.* quem ſequitur *Socin.Iun. conſ.109.n.1.& ſeqq.lib.3. Vinc.de Franc. dec.101. num.5.* & plures cumulat *Gratian. diſcept.forenſ. cap.882.num.31.*

Et ita pro relaxatione mandati reſponſum fuit.

VENETA PAROCHIALIS.

Veneris 30. Ianuarij 1660.

ARGVMENTVM.

Examen vbi, & in quibus caſibus ſit concedeñ de nouo.

SVMMARIVM.

1 *Examen de nouo faciendum, eſt vnus ex modis detegendi grauamen illatum ab Examinatoribus.*

2 *Examinatorum Synodalium relatio redditur valdè ſuſpecta, ſi reprobauerint illum, quem alias ad curam animarum approbarunt.*

3 *Habilis, & idoneus ſi quis fuerit iudicatus, non eſt veriſimile, quod poſtea inhabilis effectus fuerit.*

4 *Habilis, & idoneus qui ſemel fuit, ſemper præſumitur talis.*

5 *Examen quando, & ex quibus cauſis ſit decernendum in partibus.*

6 *Maioricen. Parrochialis, & aliæ deciſiones declarantur.*

7 *Concurſus non requiritur in Parochialibus de Iurepatronatus laicorum.*

8 *Præſentatus à patronis laicis ad Parochialem, ſufficit, quod examinetur ab Examinatoribus deputatis.*

9 *Habilitas reſpectu ſcientiæ non poteſt melius apparere, quam per examen de nouo faciendum.*

10 *Sententia, quæ fuit reuocata non meretur nomen ſententiæ, nec eſt habenda in conſideratione.*

11 *Acta præſumuntur integrè tranſportata, donec contrarium probetur.*

DECISIO CCCVII.

ANTONIVS Pantoſus præſentatus à Patronis Laicis ad Parochialem Eccleſiam S. Caſſiani, & ab Examinatoribus Synodalibus tanquā minus idoneus reiectus appellauit ad

ad Sanctiſſimum; Et cauſa mihi commiſſa, dubitatum fuit, An ſit decernendum nouum Examen in Curia, vel potius ſubdelegandus Iudex in partibus.

1 Et circa primam partem Dubij tranſierunt Domini ſinè difficultate, quia de grauamine non poteſt melius apparere, quam per Examen de nouo faciendum iuxtà *text. in cap. ſi fortè de elect. in 6.* & firmauit *Rot. deciſ. 8. de probat. in nou. & coram ſan. me. Greg. deciſ. 527. num. 2.* ibique *Add. nu. 4. & deciſ. 538. num. 2. & in Maioricen. Parrochialis 13. Iuny 1646. coram Me.*

2 Præſertim in præſenti caſu, in qno reiectio redditur valdè ſuſpecta, dum idem Pantoſius fuit alias ab Examinatoribus Synodalibus approbatus ad curam Animarum quam per annos 40. circiter ſumma cum laude ſemper exercuit *cap. accepimus 13. de ætat. & qualit. Rot. in Legionen. Beneficij de Capillas 15. Februarij 1588. coram Card. Hieronymo Pamphilio, coram Seraph. deciſ. 968. num. 8. & 9. & coram Comitul. deciſ. 38. num. 3. & 4.*

3 Cum enim per prius fuerit iudicatus ido-
neus, non eſt veriſimile, quod poſteà effectus
fuerit inhabilis, vt pluribus cumulatis firma-
uit *Rot. in Calaguritana Beneficy de Ocon 15. De-*
4 *cembris 1649. coram bo. mem. Arguelles.* Et ſemel
habilis ſemper præſumitur talis *Rot. in Calagu-
ritana Beneficij S. Martini 15. Martij 1652. coram
R. P. D. meo Albergato, & in Calaguritana Beneficij
de Ocon 1. July 1652. coram Reuerendiſſ. D. Za-
rate.*

5 Quo verò ad ſecundam partem animaduertebant Domini, Pantoſum eſſe ſenem, & infirmu, adeoùt non ſinè magna vitæ periculo poſſit tàm longo itineri ſe committere, vndè ad euitanda incommoda, diſpendia, & pericula itineris inclinarunt pro ſubdelegatione Iudicis in partibus, vt practicauit *Rota coram Comitulo deciſ. 38. per tot. & præſertim ſub num. 5. in dicta Calaguritana Beneficij de Ocon 15. Decembris 1649. coram bo. me. Arguell. in Calaguritana Beneficij S. Martini 15. Martij 1652. coram R. P. D. meo Albergato,* & in alijs pluribus.

6 Nec obſtant *deciſ. in Maioricen. Parochialis
coram Me,* & aliæ exaduerſo allegatæ, quia lo-
quuntur in Parochialibus, quæ prouidentur
7 per concurſum, qualis non eſt Parochialis
controuerſa, quæ tamquã de Iurepatronatus
Laicorum non requirit Concurſum in Exa-
mine, vt aduertit *Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 6. n. 134.
Garz. de beneſ. part. 9. cap. 2. num. 255.* vbi refert
reſolutiones Sac. Congregationis Concilij, Et
dixit *Rot. coram ſan. me. Greg. deciſ. 494. num. 1.* ibi-
que *Add. num. 3. & coram Merlin. deciſ. 729. nu. 6.*

8 Vndè cum ſolus Pantoſus præſentatus fuerit, nec adſint alij Coppoſitores, ſufficit nudum examen coram Examinatoribus deputatis *Marcſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 52. nu. 2. Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 31. num. 129. Rot. coram Buratt. deciſ. 942. num. 2.* Et in hoc caſu ceſſare rigorem Conſtitutionis Pianæ, firmauit *Rot. in dicta Calaguritana Beneficij de Ocon 15. Decembris 1649. coram bo. me. Arguell.*

9 Non obſtat, quod ex ſola ſcientia non benè inferatur ad idoneitatem, & alias qualitates requiſitas ex forma Concilij Tridentini, pro obtinenda Parrochiali, quia hodiè non agitur de illa adiudicañ, ſed ſolum de facienda probatione reſpectu eiuſdem ſcientiæ, quæ melius haberi non poteſt, quam per experimentum in nouo examine *Rot. in Calaguritana Beneficij de Maragnon 1. Iulii 1648. coram R. P. D. meo Veroſpio, & in dicta Maioricen. Parochialis coram Me.*

10 Minus facit, quod Pantoſus priuatus fuerit per Sententiam adminiſtratione Sacramentorum ſub prætextu, quod illa adminiſtrauerit ſinè licentia ſuperioris: Nam cum talis Sententia reuocata fuerit per Iudicem appellationis à Sanctiſſimo delegatum non meretur nomen Sententiæ, nec eſt habenda in conſideratione *Rot. deciſ. 156. num. 4. part. 4. tom. 2. recent.*

11 Defectus demum Tranſportationis Actorum non merebatur allegari; dum apparent tranſportati actus concernentes Examen ipſius Pantoſi, reiectionem factam ab Examinatoribus, & appellationem interpoſitam; præſumitur enim pro illorum integritate, donec contrarium exaduerſo probetur *Rot. coram San. me. Greg. deciſ. 59. num. 1.* ibique *Add. litera A. & deciſ. 118. num. 3. & in rec. deciſ. 315. numer. 18. part. 5.* cum alijs per *Grat. foreuſ. diſcept. cap. 968. num. 6.*

Ex quibus cenſuerunt Domini, ſubdelegandum eſſe Iudicem in partibus pro faciendo nouo Examine vtraque &c,

ASCVLANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 16. Februarii 1660.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum conſtitutum ſuper omnibus bonis dicitur vniuerſale non autem particulare: Nec reſtringitur per præceptum Teſtatoris de conficiendo Inuentarium de ſtabilibus tantum, præſertim ſi concurrant coniecturæ in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum dicitur vniuerſale, ſi fuerit factum de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus.*

2 *Subſtitutio comprehendit omne id, quod continetur in Inſtitutione.*

3 *Fideicommiſſum conſtitutum ſuper omnibus bonis, non cenſetur reſtrictum ad ſtabilia ex eo quod Teſtator de* illis *tantum mandauit Inuentarium confici.*

4 *Fideicommiſſum ſemel inductum in dubio non cenſetur ademptum.*

5 *Bonorum appellatione veniunt omnia bona tam ſtabilia, quam mobilia, iura, & actiones.*

6 *Dictio omnia tanquam vniuerſalis non admittit reſtrictionem, ſed cuncta includit.*

7 *Dictio relatiua operatur repetitionem omnium ſupra expreſſorum.*

8 *Trebellianica non poteſt detrahi ex bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis.*
9 *Tornioli conſilium declaratur.*
10 *Dictio integrè excludit quamcumque diminutionem.*
11 *Teſtator non præſumitur quod voluerit ſe incontinenti corrigere.*
12 *Hæres grauatus tenetur reintegrare fideicommiſſum ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter alienauerit.*
13 *Fideicommiſſi in reſtitutione veniunt fructus maturati in vita Teſtatoris.*
14 *Frumentum non præſumitur poſt triennium extare.*
15 *Tempus quando eſt de ſubſtantia tunc probatio debet eſſe concludens etiam reſpectu temporis.*
16 *Viuentis non datur hæreditas.*

DECISIO CCCVIII.

PVRIFICATO per obitum Tiburtij ad fauorem Ioſephi Nepotis fideicommiſſo condito per Mutium Miglianum, & prætendente eodem Ioſepho illud fuiſſe diminutum, & in parte deterioratum dedi Dubium An, & pro qua ſumma hæreditas Tiburtij teneatur, & quia tota hæc quæſtio pendet ex eo, an fideicommiſſum ſit vniuerſale ſuper omni-
1 bus bonis, vel particulare ſuper ſtabilibus, & Cenſibus tantùm, Domini attenta tota ſerie Teſtamenti cenſuerunt, fideicommiſſum eſſe vniuerſale, vt demonſtrant illa verba, ibi, *In tutti gli altri Beni ſuoi mobili, & immobili, e ſemouenti, ragioni, & attioni preſenti, e futuri reſidui, e remanenti dalli ſopradetti legati &c. ſuoi heredi vniuerſali hà inſtituito, e fatto, & hà voluto che ſiano &c. Il Sig. Tiburtio, e Gioſeppe &c.* cum reciproca inter ipſos, & vocatione omnium deſcendentium in infinitum in tota, & integra hæreditate iuxtà *text. in l. nam quod 14. § vltimo iuncta leg. ſeq. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicommiſſis art. 5. num. 4. Rot. in Forolinien. fideicommiſſi de Montignauiſ. 13. Nouembris* 1595. *coram Litta, & in recent. deciſ. 178. num. 11. par. 4. tom. 2. & deciſ. 421. num. 7. par. 5.*

2 Et licet ſubſtitutio ſubſequens videatur ſimplex, attamen intrat regula, quod quicquid continetur in inſtitutione cenſetur comprehenſum in ſubſtitutione ex not. per *Alex. conſ. 76. nu. 1. & ſeqq. lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 59. nu. 3. & conſ. 79. num. 15. lib. 4. Bellon. Iun. conſ. 36. nu. 92. & ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 62. numer. 9.* & firmauit *Rota in Romana fideicommiſſi de Zeffiris 4. Iulii* 1646. *coram bon. me. Bichio*, & nouiſſimè *in Capuana Abbatia 5. Maii* 1659. *coram R.P.D. meo Priolo.*

3 Nec à dicta regula prætendi poteſt, quod Teſtator receſſerit, dùm mandauit Inuentarium confici de ſtabilibus, & Cenſibus tantum, ibi, *Et ad effetto non ſi faccia fraude alcuna alli detti fideicommiſſi, vuole che ſeguita la ſua morte li ſopradetti ſuoi heredi vniuerſali &c. ſiano tenuti fare vn intiero, e reale Inuentario di tutti li beni ſtabili, e Cenſi ſolo, e non de beni mobili, e crediti frà vn meſe ſotto pena di perdere tutta l'heredità di eſſo Signor Teſtatore*, Nam dicta verba operantur quidem reſpectu mobilium remiſſionem pœnæ, & caducitatis, quæ fuit adiecta in ſtabilibus, non autem remiſſionem fideicom-
4 miſſi reſpectu eorumdem mobilium, Cum illud ſemel inductum in dubio non cenſeatur ademptum, nec ſublatum prout per *Text. in l. 3. §. ſi duobus ff. de adim. leg.* probat *Cephal. conſ. 67. num. 4. & 5. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 1. nu. 10. & tit. 2. num. 2. Fuſar. qui alios cumulat de ſubſtit. quæſt. 579. num. 7. Rot. coram Buratt. deciſ. 168.* ibique *Add. lit. B.*

5 Maximè quia idem Teſtator poſt dictam remiſſionem Inuentarij circa mobilia prohibuit expreſsè omnibus hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis in infinitum quamcunque alienationem, venditionem, pignorationem, diminutionem, ac detractionem quartæ Trebellianicæ &c. addita ratione, vt integrè omnia bona ſua deueniant ad ſubſtitutos; Si enim Teſtator voluiſſet conſtituere fideicommiſſũ ſuper ſtabilibus tantum non adieciſſet illa verba ſuper omnibus bonis, Nàm bonorum appellatione veniunt omnia bona, nõ ſolum ſtabilia, ſed etiam mobilia, pecuniæ, iura, & actiones &c. *l. Princeps bona 21. & l. bonorum 49. ff. de verb. ſignif. Pinell. in rub. C. de Bon. matern. par. 1. num. 6.* & latè probat *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 698. num. 3. & ſeqq. & cap. 732. à num. 62.* &
6 Dictio *omnia* tanquam vniuerſalis non admittit reſtrictionem, ſed cuncta includit *Bart. in l. generali 32. §. vxori num. 4. ff. de vſuf. legat. Alex. conſ. 118. num. 15. lib. 5. Menoch. de recuper. remed. 15 num. 294. Rot. coram Seraph. deciſ. 584. num. 3.* cum alijs per *Barboſ. dict. 241. num. 1. & ſeqq. & præſertim à num. 11.*

7 Nec dicatur, quod huiuſmodi Dictio prout etiam prohibitio alienationis, quamuis concepta verbis generalibus poſſit verificari in omnibus ſtabilibus, & Cenſibus abſque eo quod comprehendat etiam mobilia, nam eum fideicommiſſum fuerit inſtitutum in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, ſemouentibus, iuribus, & actionibus præſentibus, & futuris. Diſpoſitio ſubſequens cum verbis relatiuis ibi, dd bonorum verificatur in iiſdem bonis de quibus ſupra fuit facta mentio, nàm talis eſt natura dictionis relatiuæ, vt repetat omnia ſuperius expreſſa *l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulg. & pupill. leg. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. Rum. conſ. 206. nu. 5. lib. 2. Rot. diuerſ. dec. 506. num. 4. par. 4. & coram Eminentiſſ. Ottbobono deciſ. 1. num. 35.*

8 Et perperam Teſtator prohibuiſſet quamcunque detractionẽ quartæ Trebellianicę &c. quia extantibus alijs bonis illa non poſſet fieri ex bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis, vt probat *Text. in l. Mulier 22. §. vltimo ff. ad Trebell. Caſtrenſ. conſ. 247. nu. 4. lib. 1. Gabriel. conſ. 138. num. 24. lib. 2. Rot. coram Millin. deciſ. 200. num. 5. in recent. deciſ. 171. num. 11. par. 6.* cum alijs pluribus *in Bononien. fideicommiſſi 5. Decembris* 1650. *coram Me.*

9 Hinc patet non applicari doctrinam *Tornioli in conſ. 51. num. 19. ante fin.* quia illa procedit vbi nulla concurrit coniectura pro fideicommiſſo vniuerſali, ſed in caſu præſenti vltra verba expreſſa, & coniecturas ſupra deductas, voluit Teſtator, quod omnia bona ſua integrè ad inſtitutos, & ſubſtitutos in infini-

nimum deuenirent; vnde non ſeruaretur illius voluntas, ſi etiam mobilia iura, & actiones
10 non eſſent comprehenſa; Nam verbum integrè excludit penitus quamcumque diminutionem. *l. decem legata 6.* & ibi *gloſ. verbo præſtentur ff. de fideicomm. libert. Pariſ. conſ. 116. nu. 14. lib. 1. Menoch. conſ. 918. num. 3. Rolan. conſ. 27. nu. 31. & ſeqq. lib. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 446. num. 1. par. 4. & in recent. deciſ. 300. num. 1. par. 1.*

11 Imò admiſſo huiuſmodi intellectu videretur Teſtator in continenti ſe correxiſſe, quod vtique non eſt præſumendum, vt aduertit *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 416. num. 5. Rota dicta deciſ. 446. num. 1. par. 1. diuerſ. & in recen. deciſ. 235. num. 10. par. 6. deciſ. 240. num. 5. par. 8. & coram Buratto deciſ. 168. num. 3.* & ad illàm euitandam omnis interpretatio capienda venit *Rot. deciſ. 9. in fin. par. 6. recen.*

12 His poſitis, cum Tiburtius exegerit ſortes principales nonnullorum Cenſuum ſpectantium ad fideicommiſſum Mutij, tenetur hæreditas illius ad earum reſtitutionem excepta tamen ſumma florenorum 500. quæ non peruenit ad manus ipſius, ſed per Mauritium debitorem fuit depoſitata penes Ioannettum, & Leonellum ad effectum inueſtiendi ad formam Teſtamenti Mutij; nam hæres grauatus debet rationem reddere de bonis fideicommiſſarijs, & pro diſtractis fideicommiſſum reintegrare, ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter diſtraxerit, vt ſunt *Text. in l. Quidam 25. §. fin. ff. ad Trebell. & in l. fin. §. vlt. ff. de leg. 2. Peregr. de fideicomm. art. 45. num. 14. & 15. Rot. coram Merlin. deciſ. 831. num. 1. & 2. & deciſ. 844. nu. 1. in Bononien. ſucceſſionis 4. May 1646. coram bon. me. Bichio, & in Reatina fideicommiſſorum 8. Iunij 1657. coram Me.*

13 Tenetur pariter pro fructibus decurſis, & maturatis in vita Teſtatoris, Nàm illi veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, & augent fideicommiſſum *Gloſſ. in l. in fideicomm. verbo non lucrum verſ. qui fructus ff. de vſur. Alex. qui de comm. in l. Centurio num. 40. verſ. ſed quod imò,* ibiq; *Alciat. num. 46. ff. de vulg. & pupill. Peregr. de fideic. art. 49. num. 10.* & vltra plures adductos per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 626. num. 4.* firmauit *Rota in Foroliuien. fideicommiſſi de Monſignanis 13. Nouembris 1595. coram Litta.*

14 Venit etiam reſtituendum frumentum iam recollectum, & exiſtens in horreis de tempore obitus Teſtatoris, quod perueniſſe ad manus Tiburtij in quantitate rub. 138. deponunt duo Teſtes, alter de facto proprio, & de certa ſcientia, & alter de auditu iunctis adminiculis, & iuramento præſtito per Actorem in ſupplementum plenæ probationis, ſed quia poſt triennium non præſumitur illud amplius extare, *Giurb. deciſ. 115. num. 2. Rot. in recent. deciſ. 433. num. 5. par. 2. & coram Merlin. deciſ. 185. nu. 4.* Et Teſtes pro Ioſepho examinati, licet deponant de conſumptione, non tamen percutiunt tempus conſumptionis, ideò DD. quoad pretium illius nihil voluerunt firmare attendentes
15 tes meliorem liquidationem. Nàm quando tempus eſt de ſubſtantia, tunc probatio debet etiam concludere reſpectu temporis *Iaſon. conſ. 46. num. 27. lib. 3. Rot. coram Durano deciſ. 337. num. 43. in Aſten. Coadiutoriæ 21. Iunii 1552. Et in Romana Vitrioli 11. Februarii 1656. coram Me.*

16 Remanent nomina debitorum ceſſa à Migliano ad fauorem Tiburtij, quæ nullo modo cadunt ſub reſtitutione, tùm quia illa ceſſa fuerunt ſub aſſertione, quod eſſent propria Tiburtij, tùm etiam quia ceſſio facta apparet Mutio viuente, & ſic non poſſunt eſſe hæreditaria illius, cum non detur hæreditas viuentis *Rot. coram Buratt. deciſ. 589. nu. 13. & deciſ. 639. num. 11.*

Et ità deciſum Partibus hinc indè informantibus &c.

CORDVBEN. PRAESTIMONII.

Veneris 20. February 1660.

ARGVMENTVM.

Fructus in quolibet iudicio debentur à die motæ litis, & illorum valor, & liquidatio præſertim circa Frumentum, Ordeum, & ſimilia poteſt fieri per Teſtes, per libros Ciuitatis, & per relationem Peritorum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi non fuerit interpoſita, Sententia tranſit in iudicatum.*
2 *Fructuum reſtitutio debetur à die motæ litis.*
3 *Lis non dicitur introducta per Citationem, niſi illa fuerit legitimè executa, & in actis reproducta.*
4 *Libri probant contra Scribentem.*
5 *Valor Frumenti, & Ordei iuſtificatur ex Teſtibus.*
6 *Libri publici Ciuitatis probant valorem Frumenti, & Ordei.*
7 *Liquidatio fructuum contentatur leuioribus probationibus, quando de perceptione non dubitatur.*
8 *Frumenti in firmando valore attēditur pretium medium, non autem ſupremum, aut infimum.*
9 *Perito, electo à Iudice ex officio, ſtandum eſt.*
10 *Periti relationi videtur quis acquieſcere, dum ab ea non appellat.*

DECISIO CCCIX.

IN Sententia, lata ad fauorem Ioannis Fernandez contra Seminarium Cordubenſe ſuper immiſſione in poſſeſſione Beneficij cōtrouerſi, adeſt condemnatio in fructibus indebitè perceptis, reſeruata illorum liquidatione; Vndè propoſito Dubio, An dicti fructus debeantur, & in qua ſumma: Domini non
1 dubitarunt, illos deberi; Nàm non ſolum apparet de Sententia condemnatoria, quæ ob non interpoſitam appellationem fecit tranſi-
2 tum in iudicatum, ſed in quolibet iudicio à die motæ litis illi veniunt reſtituendi, vt ſunt *Text. in l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ. l. certum 22. C. de rei vindic. l. ſed & ſi lege 28. §. ſi ante, vbi gloſſ. & Bart. ff. de petit. hæred. Rot. in rec. deciſ. 3. num. 1. & deciſ. 199. num. 8. part. 7. & coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ. 87. num. 1. & ſeqq. & deciſ. 193. eiſdem numeris.*

3 Lis autem introducta fuit de menſe Martij 1639.

Digitized by Google

1639. Nàm licet de anno 1632. appareat Cauſa commiſſa in Rota, & expedita ſolita Citatio cum Inhibitione, illa tamen non reperitur legitimè executa, & in actis reproducta contra Seminarium,& eius Miniſtros,niſi die prima dicti Menſis Martij 1639.& conſequenter tunc ſolum inducta fuit litis pendentia ad *Text.in Clem.2.vt lit.pend. Felin. in cap.ſuper literis num.13.de reſcript. Rot. deciſ. 163. num.1.& 2. par.8.rec.in Romana Legati 4.Iulii 1642.& in Comen. Canonicatus 16. Martii 1654. coram Reuerendiſſ. D.meo Cerro.*

4 Nec de quantitate eorumdem fructuum, conſiſtentium in Pecunia, frumento, & Ordeo dubitari poteſt; illa enim remanet ſufficienter iuſtificata ex libris eiuſdem Seminarij,in quibus fructus præfati Beneficij fuerunt diſtinctè,& clarè deſcripti, qui propterea contrà dictum Seminarium rectè probant *Bart.in l.admonendi num.54. ff. de iureiur. Cæſar. de Graſſ. deciſ.5.num.5.de reſt.ſpoliat.* Et benè in propoſito firmarum fuit *coram Andr.deciſ.52. num.2.& coram Merlin.* vbi allegantur concordantes, *deciſ.762.num.4.*

5 Pretium verò Frumenti, & Ordei non ſolum iuſtificatum apparet ex Teſtibus deponentibus, quanti de dicto tempore vendebatur;
6 Sed etiam ex libris publicis Ciuitatis Cordubæ continentibus venditiones factas in eadem Ciuitate, vt aduertit *Arius Pinell. in l. 2. part.3.cap.fin.num.17.C.de reſcind.vend.* & firmauit *Rot.coram Seraph.deciſ.1245.num.8.coram Buratt.deciſ.921.num.7.& coram Andr.dicta deciſ.52. nu.4.* cum aliis *in Portuen.Affictus 4.Martii 1652. coram bon. mem. Bichio,& in firmana Beneficii 24. Martii 1656.coram R.P.D.nuco Albergato.*

7 Vndè cenſuerunt Domini, ex prædictis reſultare ſufficientem probationem circà huiuſmodi liquidationem, cum tamen leuior ſufficeret, dum de perceptione non dubitatur *Achill.deciſ.22. per totam de reſt.ſpoliat. Coccin. deciſ.439.num.2.& 3.Merlin.deciſ.483.ſub num.2.& coram Eminentiſſ.Otthobono deciſ. 200. num. 32.& ſeqq.*

8 Ideoque attenta relatione Periti iudicialiter electi liquidarunt fructus prædictos à die prima Martij 1639. per totum annum 1652. quo tempore Ioannes poſſeſſionem accepit, in ſcutis 476. detractis expenſis neceſſarijs, & comprehenſa ſumma recepta in pecunia, ſequendo in hac parte pretium medium contentum in relatione eiuſdem Periti non autē infimum, aut ſupremum,vt alias practicatum fuit *in deciſ.479.num.4.part. 2. recent. in Romana, ſeù Veliterna Affictus 24. Nouembris 1653. coram bo.me. Bichio, et in Albanen. redditionis rationis 12. Iunii 1656.coram Me.*

9 Et eo facilius inclinarunt Domini in hanc Sententiam; quia nòn ſolum Peritus fuit ex officio à Rota electus, quo caſu illius relationi omninò eſt ſtandum, vt probat *Text. in l.2.* vbi *Bart.C.de vſur.et fruct.legat.Rot.coram Buratt. deciſ.913.nu.3.et in rec.deciſ.171.eodem num. par.7.*
10 Sed etiam à relatione illius nullatenus fuit appellatum; vndè Pars cenſetur præfatæ relationi acquieuiſſe *Rot.deciſ.393. num.2. parr. 4. recent.& in Firmana Pradii 26. Iunii 1643. coram Reuerendiſſ. Compoſtellano.*

Et ità altera &c.

CAMERINEN. PECVNIARIA.

Veneris 27. Februarii 1660.

ARGVMENTVM.

Aromatariorum computa, ſolidata à Conſulibus Artis iuxtà taxam ſolitam, non poſſunt redargui de exceſſu.

SVMMARIVM.

1 *Aromatariorum computa, taxata à Conſulibus iuxta ſolitum, attendenda veniunt.*
2 *Exceſſus non præſumitur, niſi plenè ab allegante probetur.*
3 *Facultatiui actus, et voluntarii non inducunt neceſſitatem.*
4 *Tranſactio, reſtricta ad certum tempus, vltra illud non operatur.*
5 *Solitum non inducitur ex actu, facto per viam Concordiæ, et ex gratia non autem ex iuſtitia.*
6 *Cauſa remiſſionis ceſſante ceſſat etiam remiſſio.*
7 *Aromatarii computa, ſolidata à perſonis practicis, et verſatis in arte, exequi debent.*

DECISIO CCCX.

CVM Ioſeph de Bernardinis Aromatarius prætenderet, ſe creditorem Monaſterij, & Monialium S. Saluatoris in ſcutis 1200. circiter occaſione rerum Medicinaliū, prout in partitis ab anno 1580. vſque, & per totum annum 1634.& ad bonum computum recepiſſet tantummodo ſcuta 400. in onere, tandem per viam Tranſactionis, & amicabilis compoſitionis habuit, & recepit ſcuta 100. pro omni, & toto eo, quod prætendere poſſet, & quietantiam ampliſſimam, & fina em fecit. Quia verò à dicto tempore vſque ad annum 1658. eædem Moniales quæ nouum debitum ex eadem cauſa contraxerunt, cœperunt prætendere diminutionem, & reductionem illius ad formam antecedentis quietantiæ; Ideò Domini reiecta exceptione huiuſmodi exiſtimarunt, attendendam eſſe moderationem factam, & firmatam à Conſulibus Aromatariorum Vrbis, qui inſpectis ſingulis partitis atteſtati fuerunt, ſeruatam fuiſſe taxam ſeruari ſolitam in toto ſtatu Eccleſiaſtico, & vlterius, ex Computo ſic taxato ſubduxerunt alia ſcuta 5. pro quolibet centenario, adeout illa non poſſit dici exceſſiua, ſed iuſta, & moderata,& facta ſecundum ſtylum, & conſuetudinem Aromatariorum, vt per
2 *Staiban. Iun. reſol. 64. num. 16.* Exceſſus enim non præſumitur, niſi plenè, & concludenter ab allegante probetur *l. 2. ff. de probat. Rot. in rec.deciſ.306.num.26.part.7. coram Eminentiſſ. Otthob.deciſ.226.num.6.et in Bonon. fideicommiſſi de Naſcentoriis 26. Aprilis 1652.coram Me.*

3 Nec ex eo, quod idem Ioſeph aliàs remiſerit

rit quartam partem Crediti in computo antecedenti, compelli poteſt ad idem facien. in præſenti. Quia à remiſſione voluntaria non bene infertur ad coactam, vt aduertit *Dec. in conſ.3. ſub num.4.* & tradit *Innoc. in cap. cum Ecclefia Sutrina num.5. de cauſ.poſſ.& propr. Felin. in cap. cum M. Ferrarienſis ſub nu.7. verſ. tertia declaratio de Conſtit.* & bene firmauit *Rot. coram Merlin. deciſ.817.nu.6.& deciſ.842.nu.4.& in rec. deciſ. 112. ſub nu.6. par 4.*

4 Et conuentio, reſtricta ad certum tempus, extrà illud extendi non debet *l. ſi ita 135. §. fin. ff. de verb oblig. l. ſi de certa 31. vbi omnes C. de Tranſact. Surd.* qui multipliciter exemplificat, *conſ. 431. ſub nu.11. verſ. hæc plurimum, & numeris ſeqq. Rot. coram Canaler. deciſ. 172. nu.7.&* 8. & firmatum fuit *in Romana fideicommiſſi de Maximis* 11. *Ianuàrij* 1649. *coram Reuerendiſs. D. meo Cerro.*

5 Hinc non applicantur ea, quæ ex aduerſo dicuntur de ſolito, quia cum remiſſio quartæ partis facta fuerit per viam Tranſactionis, vt exprimitur in Inſtrumento, & ex gratia, non autem ex iuſtitia non inducit ſolitum *ad text in l. Seio* 10. *§. Medico ff. de annu. legat. Cagnol. in l. diem functo num.98. & 99. ff. de off. Aſſeſſor. Gabr. de conſuetud. concl.3.n.29.*

6 Et in omnem caſum ſufficit, quod illa non fuerit facta per viam taxæ, & moderationis, & ex quo pretia eſſent exceſſiua, ſed potius quia Creditum erat valdè antiquum, & quia Moniales adhuc vtebantur opera prædicti Aromatarij, & continuabant in recipiendis pharmacis ab eadem Apotheca, quibus ceſſantibus non intrat ſimilis remiſſio argumento, *text. in l. illud 32. ff. ad l. Aquil. Griuell. deciſ. Dolanà 13.n.5. Fontanell. deciſ.240. num.17.* cum notatis per *Altograd. conſ.68.n.80. lib.2.*

7 Vndè & ex prædictis, & quia reuiſio huiuſmodi Computi de ordine Rotæ commiſſa fuit RR.PP. Colabitis, qui tanquam practici, & verſati in hac arte illud de nouo taxarunt in ſcutis 1249.65. Cenſuerunt Domini, pro dicta ſumma eſſe relaxandum mandatum deptis tamen ſolutionibus factis per Moniales in dictam cauſam. Vtraque parte Informante &c.

COLONIEN. DECANATVS.

Veneris 5. Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Electio Canonicorum in Collegiatis ſpectat de iure ad Capitulum: Maximè ſi id diſponant Statuta fundamentalia Eccleſiæ, & concurrat obſeruantia. Et priuilegium præſentandi, alijs conceſſum ſi ſit ſubreptitium, vel obreptitium non venit attendendum, & cadit ſub reuocatione Concilij.

SVMMARIVM.

1 *Capitulo poteſt competere ius, eligendi Canonicos in Collegiatis ex Statutis fundamentalibus Eccleſiæ.*

2 *Capitulo competit de iure electio Canonicorum in Collegiatis.*

3 *Et hoc procedit etiam reſpectu Dignitatum.*

4 *Obſeruantia longæua bene demonſtrat, ad quem ſpectet ius eligendi.*

5 *Priuilegium amittitur ex non vſu per longiſſimum tempus.*

6 *Priuilegio cenſetur renunciatum per contrarium vſum longiſſimi temporis.*

7 *Subreptio Breuis reſultat, ſi non fuerit expreſſum id, quod retraxiſſet Pontificem à concedendo.*

8 *Obreptio Breuis deſumitur ex falſa narratiua, facta Pontifici.*

9 *Falſa narratiua vitiat gratiam.*

10 *Priuilegium, quod non fuit conceſſum in limine fundationis Eccleſiæ dicitur merè gratioſum.*

11 *Priuilegia merè gratioſa reuocantur per Concilium.*

12 *Confeſſio probat in præiudicium Confitentis.*

13 *Præſentandi ius videtur amittere, qui fatetur, illud ad alios ſpectare.*

14 *Præſentandi ius videtur amittere, qui de facto aliquem in poſſeſſionem intrudit abſque vlla canonica inſtitutione.*

DECISIO CCCXI.

VACANTE Decanatu in Collegiata Eccleſia Duſſeldorpien̄, cum Capitulum illius elegerit Iacobum Marchen̄, Dominus verò Dux Iuliæ præſentauerit Iacobum Linichium. Dubitaui ad quem ſpectet electio, & pro Capitulo informante reſponſum fuit.

1 Etenim ad ipſius fauorem non ſolum dantur Statuta fundamentalia Eccleſiæ de anno 1303. cōfirmata ab Archiepiſcopo Colonien. de Annis 1306. & 1392. in quibus diſponitur electionem futuris temporibus ſpectare ad capitulum, quæ omnino ſeruanda veniunt, vt dixit *Rot. deciſ. 112.n.5. par.1. rec. & deciſ.71. nu.4. & 5. par.7.*

2 Sed concurrit etiam diſpoſitio iuris communis, quod in Collegiatis Eccleſijs electio ad ipſum pertineat iuxta notata per *Abb. in cap. Cum venerabilis nu.45. de except. Garz. de beneſ. par.5. cap.4. num.64. & ſeqq. qui num.72.* firmat,

3 id procedere etiam in Dignitatibus, *Rot. coram Seraph. deciſ.1021. nu.1. & in rec. deciſ.133. nu.3. & deciſ.226.n.1. par.7.*

4 Et vlterius per ſpatium annorum biſcentum, & vltra, quotiès caſus vacationis contigit, ſemper Decani fuerunt à Capitulo electi, & electiones ab eo factæ ſuum fuerunt ſortitæ effectum, quæ obſeruantia tam longæua demonſtrat, ius eligendi, & præſentandi ad Capitulum ſpectare, & pertinere, vt notat *Feder. de Sen. conſ.234. ſub nu.1. Gabr. conſ.192. num.3. & ſeqq. lib.2. Rot. coram Buratt. deciſ. 142. d num.2. ibique Add. num.15. & melius in d. deciſ.71. nu.4. & 11. & ſeqq. par.7. rec.* cum alijs pluribus *in Bononien. Iuriſpatronatus 1. Iulij 1654. coram Me.*

5 Hinc ceſſat Ius præſentandi prætenſum à D. Duce vigore Breuis Bonifacij IX. Nam cum ſemper electio facta fuerit à Capitulo, ex non vſu per tantum tempus, non ſolum huiuſmodi priuilegium fuit amiſſum per *text. in l.1. ibique gloſſ. & Doct. ff. de nund. Abb. conſ.106. ſub num.2.*

num.2.verſ.& præterea lib.2. Gabr.conſ.162.num.1. & ſeqq.lib.1.Rot.coram Molned.deciſ.10. num.6.de Iurepatr.& coram Seraph.1367.num.6. Sed etiam
6 per contrarium vſum illi cenſetur renunciatum, *cap.ſi de terra 6. ibique Doct.de priuil.Peregr. conſ.4.n.6.lib.4.* & firmauit *Rot.coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ.175.n.8.& 9.*

7 Maximè quia ſubreptio dicti Breuis euitari non poteſt; dum non fuit expreſſum Pontifici, ius eligendi Decanum ſpectare ad Capitulum vigore prædictæ fundationis, & Statutorum Eccleſiæ, ipſumque Capitulum extare in quaſi poſſeſſione præſentandi, quod ſi ſciuiſſet, vel gratiam non conceſſiſſet, vel difficilius *cap.ſuper literis 20.ibique Felin.num.8.de reſcript.cap.ad audientiam 31.eod.tit.Rot.coram ſa.me. Greg.deciſ.150.n.5.& in rec.deciſ.24.nu.4.par.5.& deciſ.94.n.61.par.7.*

8 Quinimò conſtat de obreptione manifeſta ex quo expreſſum fuit, quod Dux inſtituit de nouo 15. Præbendas Canonicales, & 12. Altaria, vltra quatuor Dignitates. Et tamen probatur inſtituiſſe ſolum decem Canonicatus & dd.dignitates: Falſa autem expreſſio annul-
9 lat gratiam etiam motu proprio conceſſam, *cap. Dudum 54. verſ. inſuper indulgentiam de elect. Aym.conſ.68.num.5.* vbi inquit, quod vitium obreptionis eſt maius, quam ſubreptionis, *Rot.coram Put.deciſ.340. lib.1.& coram Seraph.deciſ.398.n.8.& deciſ.1432.n.3.*cũ concordantibus adductis *in Romana Pretij officiorum 27. Nouembris 1658. coram R.P.D.meo Beuilacqua.*

10 Inſuper Breue prædictum non fuit conceſſum in limine fundationis Eccleſiæ, & erectionis Collegiatæ, ſed poſt 90. annos, ideoque continet priuilegium merè gratioſum, vt dixit *Rot.deciſ.564.num.7.verſ.prætereà par.4.diu. & in Mediolanen.Capellaniæ 22.Iunij 1657. & 28. Iunij 1658. coram Me.* Quod propterea cadit
11 ſub diſpoſitione Sacri Concilij Trid. *ſeſſ. 25. cap.9. de reformat.* abrogantis huiuſmodi priuilegia, vt aduertit *Garz.de beneſ.par.5.c.1.n.575.* vbi ampliat, id procedere etiam ſi dictum Iuſpatronatus ſpectet ad Duces, Marchiones, & Comites, *& cap.9. num.115.& ſeqq. Rota coram Greg.XV. deciſ.397. num.3. ibique Add. num. 6. in recent.deciſ. 630. num. 54. par.4. tom.3. recent.* & nouiſſimè *in Bononien. Iuriſpatronatus 13. Maij 1658.coram Reuerendiſſ.D.meo Decano:*

12 Et hanc veritatem agnouerunt etiam ipſimet Duces, dum de anno 1446. rogarunt Capitulum, vt vellet in Decanum eligere Guilielmum Montenſem filium naturalem Ducis Iuliæ, & ſic faſſi fuerunt, tale ius ſpectare ad Capitulum, quæ confeſſio probat in præiudicium ipſius confitentis *Garz.de beneſ. part. 12.cap.2.num.276.& ſeqq.Rot.in Camerinen.Canonicatus 19.Iunij 1654. coram bon.mem. Dunozetto.* cum relatis per *Add.ad ſan mem.Greg.deciſ.452.*
13 *num.22.*Vel ſufficit ad repellendos eos à dicto prætenſo iure præſentandi, vt notat *Sarnen.ſuper reg.de trienn.quæſt.36.in fin.verſ.vel dici poteſt, Rot.coram Comitol.deciſ.30.n.2.& 3.*

14 Non obſtat, quod poſtea Duces propria authoritate aliquando Decanos elegerint, & electos de facto in poſſeſſionem intruſerint abſque vlla canonica inſtitutione, quia non ſolum per huiuſmodi actus acquiſiuerunt aliquod ius; quinimò ſi quod habebant, illo remanſerunt priuati ex diſpoſitione eiuſdem Concil. *ſeſſ.22.cap.11.& ſeſſ.25.cap.9.de reform.*
Et ita vnica &c.

FERRARIEN. PECVNIARIA.

Lunæ 15. Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Dos in qua quantitate conſtituta fuerit ſecundo viro, probatur ex Inſtrumento aſſignationis, factæ ad fauorem primi; Ex depoſitione Teſtis mediatoris multipliciter adminiculata, & ex confeſſione propria Coniugum.

SVMMARIVM.

1 *Dotis fructus taxantur ad rationem ſeptem iuxta conſuetudinem loci.*
2 *Ciuilitatem Originis non amittit filius, licet alibi inhabitauerit, & domicilium contraxerit.*
3 *Dos, data primo Viro, cenſetur conſtituta ſecundo.*
4 *Teſtis de facto proprio, & ex certa ſcientia pluſquam ſemiplenè probat.*
5 *Concurrentibus verò adminiculis plenam probationem facit.*
6 *Dotis in conſtitutione cenſentur comprehenſa munera, ſolita dari per Sereniſſimum Magnum Etruriæ Ducem Mulieribus, quæ actu inſeruierunt.*
7 *Confeſſio propria ſuperat quamcumque probationem, & præualet cuicumque Inſtrumento.*
8 *Statutum, ſi ſit incompatibile cum diſpoſitione text. in l. hac edictali C. de ſecundis nupt. cenſetur illi derogaſſe.*
9 *Statutum derogare poteſt diſpoſitioni text. in d.l.hac edictali.*

DECISIO CCCXII.

STATVTVM Maſſæ Lombardorum, decedente vxore ſuperſtitibus liberis prioris Matrimonij, defert viro medietatem Dotis etiam promiſſæ, & ex diſpoſitione legis conſtitutæ. Cum itaque Helena nupſerit Franciſco Auolio cum dote ſcutorũ 10000. monetæ Romandiolæ, & diſſoluto matrimonio, iterum cum eadem dote nuptias contraxerit cum Gregorio Thedeſco. Cenſuerunt Domi-
1 ni eidem Gregorio ſecundo viro deberi ſcuta 5000. vna cum fructibus non ſolutis à die contracti matrimonij vſque ad obitum ipſius Helenæ, & ad rationem ſeptem pro centenario iuxtà conſuetudinem loci, vt tradit *Alex. conſ.31.num. 7. lib. 6.* & in his terminis *Leonil. deciſ.91. num.4.& 5. Rot.coram Merlin.deciſ.457. nu.2.& in rec.deciſ.300.nu.11.par.6.*

2 Nec obſtare, quod Franciſcus, & alij de Auolijs ex primo Matrimonio filij tanquam Ciues Ferrarienſes non ligentur dicto Statuto. Nam cum Honufrius eorum Pater, necnon Auus eſſent Ciues Maſſæ, vbi plura exercuerunt officia, & in diuerſis actibus tales ſe enũciarunt,

ciarunt, etiamſi filij poſtea alibi inhabitauerint, & domicilium contraxerint, non propterea amiſerunt Ciuitatem originis, vt eſt *text. in l. aſſumptio 6. §. filius ff. ad municip. l. filius 3. C. de municip. & orig. lib. 10. Socin. Sen. conſ. 35. n. 7. lib. 1. Beron.* qui pluribus comprobat *conſ. 155. n. 19. & ſeqq. lib. 2.* & firmauit *Rota in Perusina Bonorum 24. Nouembr. 1593. coram Gypſio, Duran. deciſ. 31. n. 2. & 3. Merlin. deciſ. 63. num. 16. & in rec. deciſ. 364. num. 8. par. 5.*

3 Quod autem dos data primo viro fuerit etiam aſſignata Gregorio, patet non ſolum ex Inſtrumento publico ſub die 8. Ianuarij 1647. ſed etiam quia de iure ita præſumitur *ad text. in l. dotem 31. ff. de iure dot.* & in his terminis ad effectum conſequendi lucrum firmat *Menoch.* cumulatis concordantibus, & reiectis contrarijs *conſ. 5. à num. 1. per tot.* & de communi teſtatur *Roland. de lucr. dot. quaſt. 75. num. 6. & 7. Rota deciſ. 156. num. 10. par. 2. diuerſ. & coram Merlin. deciſ. 287. num. 1.*

4 Nec ex eo, quod Sereniſſimus Magnus Aetruriæ Dux exercendo ſolitam munificentiam dederit Helenæ ſcuta 2000. poteſt dici, quod dos conſiſtat in ſcutis 12000. nam, illa fuiſſe comprehenſa in promiſſione facta per Rodericum Patrem, teſtatur Franciſcus Valdabba Teſtis mediator, qui cum deponat de facto proprio, & certa ſcientia pluſquam ſemiplenè probat *Rot. coram Mantic. deciſ. 6. num. 10. & in rec. deciſ. 252. nu. 2. par. 2. & deciſ. 113. nu. 11. par. 5.* cum alijs pluribus *in Romana Pecuniaria 9. Iunij 1656. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

5 Imò concurrentibus adminiculis plenam probationem facit, vt notat *Caſtr. in l. quicunque num. 10. verſ. ſed ſi de facto proprio C. de ſeru. fugit. Soc. Iun. conſ. 02. num. 6. verſ. reſpondetur 1. lib. 1.* Et vltrà plures relatos per *Farinacc. de Teſtib. quæſt. 63. num. 221.* firmauit *Rot. coram Seraph. deciſ. 1163. num. 6.* & notant *Add. ad ſan. mem. Greg. deciſ. 351. num. 50.*

6 Adminicula autem ſunt plura concludentia, & indubitata: Nam vltrà ſolitum Florentiæ computandi in dotem huiuſmodi munera, & alias coniecturas ponderatas per Infor-

7 mantes, adeſt Inſtrumentum publicum ſub die 3. Iunij 1609. in quo apparet, prædictam ſummam ſcutorum 2000. fuiſſe ab ipſo Franciſco marito Helenæ receptam pro parte dotis ſcutorum 10000. & in alio Inſtrumento poſtea celebrato die 30. Octobris, idem Franciſcus confeſſus fuit habuiſſe florenos 5000. in tot bonis, & etiam in pecunijs vſque de Menſe Maij Florentiæ conſignatis ad computum dictæ ſummæ aſcenden. ad ſcuta 10000. & in caſu reſtitutionis tam conſtante quã diſſoluto matrimonio promiſit, reſtituere d. ſc. 10000. monetæ Romandiolæ. Vnde cum ex Inſtrumentis prędictis conſtet de confeſſione viri, *& ex Summ. num. 10. & 11.* etiam de confeſſione Helenæ, non poteſt dubitari de veritate præfatæ comprehenſionis: Nam confeſſio propria ſuperat quamcumque probationem, & præualet cuicumque Inſtrumento *l. cum tela 2. C. de tranſact. l. generaliter C. de non num. pec. Rot. in rec. deciſ. 267. n. 7. & 8. par. 8. cum vulg.*

8 Hinc ſuperflua viſa fuit diſputatio ſuper prætenſa nullitate Teſtamenti Helenę ob nepotum præteritionem; quia pro conſequenda medietate dotis Gregorius non indiget Teſtamento huiuſmodi, ſed illam petit vigore Statuti, quod cũ ſit incompatibile cum diſpoſitione *tex. in l. hac edictali C. de ſecundis nupt.* cenſetur illi derogaſſe, vt dixit *Rot. in Bonon. Succeſſionis 24. Aprilis 1651. coram bon. mem. Bichio.*

9 Nam poſſe dictæ legi derogari, & ſufficere derogationem tacitam reſultantem ex incompatibilitate pluribus comprobat *Surd. conſ. 401. à num. 18. Rot. in rec. deciſ. 15. num. 3. & ſeqq. par. 4. to. 2. coram Buratt. deciſ. 396. nu. 7. ibique Add. Lit. B. & coram Merlin. deciſ. 38. n. 3. & ſeqq.*

Et ità deciſum vtraque parte Informante.

PAPIEN. IVRISPATRONATVS.

Luna 15. Martij 1660.

A R G V M E N T V M.

Præſentato, habenti maiorem numerum vocum, debetur Inſtitutio, ſi doceat de deſcendentia præſentantium ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione; Et dicitur habere maiorem numerum vocum, ſi habeat voces fœminarum, quando Iuſpatronatus eſt hæreditarium, prout in dubio præſumitur.

S V M M A R I V M.

1 *Præſentato à maiori numero vocum debetur Inſtitutio.*

2 *Sententiæ, quæ fecerunt tranſitum in iudicatum, non poſſunt in dubium reuocari.*

3 *Sententiæ, lata ſuper ſtatu, fariunt ius quoad omnes.*

4 *Deſcendentia Præſentantium ab exiſtentibus in dicta quaſi poſſeſſione quomodò probetur.*

5 *Acceptatio ſententiæ operatur, vt illa non poſſit amplius impugnari.*

6 *Deſcendentia probatur ex pluribus enunciatiuis Inſtrumentorum.*

7 *Iuſpatronatus ſi ſit hæreditarium, præſentatio debet fieri in ſtirpes, non autem in capita.*

8 *Iuſpatronatus in dubio præſumitur hæreditarium.*

9 *Iuſpatronatus eſſe hæreditarium, deſumitur ex obſeruantia.*

10 *Iuſpatronatus quando eſt hæreditarium, fœminæ admittuntur ad præſentandum.*

11 *Tranſportatio Actorum apparet integra ex reuolutione proceſſus.*

12 *Tranſportatio non eſt neceſſaria reſpectu iurium, quæ verbaliter tantum fuerunt producta.*

D E C I S I O CCCXIII.

CVM ex nouem familijs, ad quas ſpectat ius præſentandi ad beneficium controuerſum SS. Martini, & Martiani loci Meddę, vna fuerit extincta, ſex verò præſentauerint Hieronymum Henriottum, & duæ tantum Carolum Zaccariam: Reſolutum fuit ſub die 23. Iunij 1659. eundem Henriottum excluſo

dicto

dicto Zaccaria eſſe inſtituen. Et hodie repro-
poſita cauſa idem quoque firmatum fuit, In-
1 ſtitutio enim debetur illi, qui habet maiorem
calculum vocum, vt diſponit *text. in cap. quo-
niam 3. de Iurepatr. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. §. 2.
num. 257. Rot. coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 3.
num. 2. in Comen. Capellæ 27. Aprilis 1645. & 26.
Februarij 1649. coram bo. me. Dunozetto, & in Ti-
raſonen. beneficij 20. Maij 1658. coram R. P. D. meo
Priolo.*

2 Pertinentia ad præfatas familias probatur ex
duabus antiquis ſententijs, altera Borgnini
Caualcani, & altera Auditoris Curiæ Epi-
ſcopalis, & Iudicis delegati de annis 1580. &
1589. quæ cum fecerint tranſitum in iudica-
tum non poſſunt in dubium reuocari *l. 1. C. de
re iudic. & l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. Rot. in
Romana fideicommiſſi de Pediconis 25. Iunij 1657. &
14. Martij 1659. coram Me.* Et tanquam latæ
8 ſuper ſtatu faciunt ius quoad omnes vulgato,
*text. in l. ingenuum ff. de ſtat. hom. Alex. in l. ſæpè n. 42.
& num. 62. & ſeqq. ff. de re iudic. Tiraquel. in tract. res
inter alios acta num. 54. limit. 14. Rot. coram Seraph.
deciſ. 1422. num. 8. & in Bonon. fideicommiſſi Io. An-
dreæ de Bologninis 26. Iunij 1658. coram Me.*

4 Deſcendentia præſentantium ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentan. reſpectu trium familiarũ nempè de Guizzardis, Iſnardis, & Iouanellis videtur ſufficienter iuſtificata ex ſententia vltimo loco lata de anno 1657.
5 quæ cum à Carolo Aduerſario fuerit acceptata, & producta non poteſt hodie amplius impugnari, *cap. cum venerabilis, vbi omnes de except. Bald. in l. Scripturæ 14. num. 2. C. de fid. Inſtr. Surd. conſ. 151. n. 16. Rot. in Nouarien. Eccleſiæ 17. Iunij 1652. coram me.*

6 Reſpectu verò aliarum probatio reſultat ex pluribus enunciatiuis diuerſorum Inſtrumentorum, de quibus in reſponſione facti, vt bene per *Alex. conſ. 90. nu. 1. & ſeqq. lib. 6. & per Iaſ. conſ. 114. à num. 11. lib. 1.* & dixit *Rota deciſ. 723. num. 2. par. 3. & deciſ. 266. num. 12. par. 9. recent. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 102. n. 20.*

7 Non obſtat, quod præſentatio à dictis familijs ad fauorem Henriotti facta fuerit in ſtirpes: Quia cum verſemur in Iurepatronatus hæreditario, præſentatio taliter erat facienda, non autem in capita, vt diſponit *text. in clem. plures, vbi gloſſ. & Doct. de Iurepatr. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. art. 25. nu. 7. & 16. Gabr. conſ. 196. num. 3. lib. 2. Rot. coram Buratt. deciſ. 647. n. 10. & ſeqq. & coram Merlin. deciſ. 798. n. 12.*

8 Nec poteſt controuerti, quod Iuſpatronatus ſit hæreditarium. Tum quia tale in dubio præſumitur *d. clement. plures de iurepatr. Dec. conſ. 149. ſub num. 1. verſ. ſiue etiam,* & alios cumulat *Grattian. cap. 577. num. 44. in fine, Rot. deciſ. 89. nu. 1. par. 6. recent. & deciſ. 280. num. 5. par. 7. & in Comen. beneficij 12. Maij 1656. coram bon. mem. Dunozetto.*

9 Tum etiam quia id benè demonſtrat obſeruantia ſubſecuta, cum ſemper præſentatio facta fuerit in ſtirpes, & tanquam ad Iuſpatronatus hæreditarium *Gabr. dicto conſ. 196. num. 6. lib. 2. Rot. coram Buratt. dec. 647. n. 10. & coram Merlin. deciſ. 346. n. 13. & deciſ. 750. n. 3.*

10 Et ex his ceſſat obiectum, quod Genſelma non eſſet admittenda ad præſentandum, prout nec etiam Lunerius deſcendens ex Archangela altera fœmina, quia in Iurepatronatus hæreditario fœminæ admittuntur ad præſentan. æquè ac maſculi *Abb. in cap. 1. num. 3. de Iurepatr. Dec. conſ. 127. num. 3. verſ. nam etiam, Lotter. de re benef. lib. 2. q. 11. num. 25. Rot. coram Buratt. deciſ. 183. num. 1.*

11 Demum non obſtat, quod tranſportata non
fuerint integrè acta, ſine quibus in cauſa Ec-
cleſiaſtica ex diſpoſitione Concilij procedi nõ
valet, quia contrarium deſumitur ex Proceſ-
12 ſu in actis exhibito: Et licet nonnulla Iura
non legantur ibi regiſtrata, nihilominus ob-
iectum tollitur, quia productio fuit verbalis
iuxta ſtylum illarum partium, in quibus fit
dimiſſio ſcripturarum penes Notarium cauſę
ad fidem Iudici faciendã, non autem vt regi-
ſtrentur, & ponantur in Proceſſu: Et ſufficit,
illa fuiſſe poſtea originaliter producta in Vrbe,
vt bene per *Rot. coram Penia deciſ. 598. num. 7. &
ſeqq. iuxta impreſſionem Lugdunen.* Ideoque illa
non debuiſſe tranſportari, tradit *Modern. Ridol-
phin. in ſua praxi par. 1. cap. 2. num. 155.* & notant
Add. ad ſan. mem. Greg. deciſ. 59. nu. 10. & firmauit
*Rot. deciſ. 561. num. 10. par. 1. recent. coram Eminen-
tiſſimo Otthobono deciſ. 29. eod. num. & ſeqq. & in Ca-
merinen. bonorum 1. Iulij 1652. coram bon. memor.
Bichio.*

Et ita vtraque &c.

FIRMANA, SEV NVLLIVS BENEFICII.

Mercurij 14. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Literæ Apoſtolicæ quomodò iuſtificari debeant vt veniant exequendæ, præſertim circa litem, & quando obſtet clauſula *dummodò non ſit alteri ius quæſitum.*

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ, quando ſunt iuſtificatæ veniant exequendæ.*
2 *Clericatus probatur ex literis patentibus ſui Ordinarij.*
3 *Obitus in Curia probatur ex partita libri mortuorum, formiter extracta.*
4 *Valor per non exceſſum probatur ex confeſſione Partis in literis ſuæ prouiſionis.*
5 *Lis dicitur introducta mediante Commiſſione Rotali, cum citatione perſonaliter executa, & legitimè reproducta.*
6 *Litigioſum efficitur Beneficium, ſi in Commiſſione adſit clauſula* quam & quas cum annexis, & connexis totoque negotio principali.
7 *Reſeruata ſunt beneficia effecta litigioſa.*
8 *Reſeruata ſunt omnia beneficia vacantia in Curia.*
9 *Iuriſpatronatus derogari ſolet attenta lite, & obitu poſſeſſoris in Curia.*
10 *Clauſula* dummodò non ſit alteri ius quæſitum intelligitur de iure valido.

11 *Poſ-*

11 *Poſſeſſio attentata non eſt habenda in conſidera-tione.*
12 *Conditionalis prouiſio non dat ius conſiderabile, quod cenſeatur comprehenſum ſub dicta clauſula* dummodò &c.
13 *Beneficia omnia de iure præſumuntur ſimplicia.*
14 *Beneficia ſimplicia non requirunt reſidentiam perſonalem.*
15 *Narratiua propterea, quod Beneficium non requirat perſonalem reſidentiam, non indiget alia iuſtificatione.*

DECISIO CCCXIV.

1 CAROLVS Hyacinthus Campagna pro-
uiſus de beneficio ſimplici in Eccleſia
S.Petri Ciuitatis Firmi inſtetit, diſputari Du-
bium: An literæ Apoſtolicæ ſint exequendæ.
Et DD. attenta illarum iuſtificatione exequē-
das eſſe, reſponderunt *iuxt.text. in cap.ſi quando
de reſcript.& in cap.ſi capitulo, ibique gloſſ.verb.exe-
quatur de conceſſ.præbend.in 6. Rota deciſ.558.nu.2.
par.1. recent. & in Camerinen. Canonicatus 19.Ia-
nuarij 1654.coram R.P.D.meo Priolo.*
2 Iuſtificatio viſa fuit indubitatá reſpectu cle-
ricatus ex literis patentibus Ordinarij *cap. poſt
ceſſionem*, & ibi Doct. de probat, *cap. 2. vbi
Abb.in 1.notab. de Cleric.peregr. Rota coram Cocci-
no deciſ.88.num.4. & coram Durano deciſ.430.n.2.
& in Bononien.Archip.23.Martij 1648.coram Emi-
nentiſs.Corrado.*
3 Obitus Ioannis Baptiſtæ Cacciacontis in
Curia de Menſe Nouembris 1656. ex partita
libri mortuorum formiter extracta *Mandoſ.ſu-
per Regul. Cancell.reg.18. quæſt.10.num.4.Lotter.de
re benef.lib.3.quæſt.10.num.45. Rota coram ſa.mem.
Greg.deciſ.78.num.2.ibique Add.Lit.A. & in Mon-
tis Faliſci Canonicatus 28. Iunij 1655.coram bo.me.
Bichio.*
4 Valor per non exceſſum in ducatis 24. de
Camera ex cōfeſſione Partis in literis ſuę pro-
uiſionis, vt notat *Garz. de benef. par. 5. cap. 3.
num.208.Rot.coram Buratt.deciſ.300. num.7.coram
Merlin.deciſ.157. num.14.in fin.coram Eminentiſſi-
mo Otthobono deciſ.135. num.2.& 187.num.3.& 4.
& in Aſten.Coadiutoriæ 21.Iunij 1652.coram me.*
5 Et lis inter Cacciacontem, & ipſum Aure-
lium Aduerſarium ex Commiſſione Rotali,
& citatione cum Inhibitione perſonaliter exe-
cuta, & legitimè reproducta; vltra deciſio-
nem Rotalem, & alios quamplures actus ge-
ſtos in cauſa, *Clem.2. vt Lit.pend. Rot.coram Du-
ran.deciſ.38. num.7. & coram Eminentiſſimo Ottho-
bono deciſ.140.num.6.* & alibi ſæpè: Cumque
6 commiſſio habeat clauſulam *quam & quas, &
cum annexis, & connexis, totoque negotio principali*
negari non poteſt, quod beneficium fuerit
effectum litigioſum, vt dixit *Rota coram ſa.me.
Greg.deciſ.125.num.15.*ibique *Add.num.17.in rec.
deciſ.342.num.2.par.1.in Cæſaraugustana Subroga-
tionis gratioſæ 24.Nouembris.1623.coram Nauarro,
& in Meſſanen. Archipresbyteratus 29.April.1641.
coram Reuerendiſs.D.meo Cerro, & 19. Ian. 1643.
coram bo.me.Dunozetto.*
7 Rectè igitur Campagna Beneficium con-
trouerſum impetrauit à Sede Apoſtolica, &
tanquam reſeruatum ratione litis *iuxt. text. in
cap.2.vt lit.pend.in 6. & in clem.1. eod.tit.* Et tan-
8 quam vacatum in Curia per obitum præ-
fati Cacciacontis, *vt in deciſ.28. à num.1. par.6.
recentior.* Parum obſtante, quod illud præ-
tendatur de Iurepatronatus. Tum quia talis
9 prætenſio adhuc non apparet in actis iuſtifi-
cata. Tum etiam quia pro hac vice Sanctiſſi-
mus derogauit in totum attenta lite, & obitu
Poſſeſſoris in Curia, prout, conſueuiſſe, fieri
teſtatur *Pariſ.de reſignat.lib.2. quæſt.4. num.45.&
ſeqq. Mandoſ. de Signat. Gratiæ, verbo derogationes
Iuriſpatronatus verſ.dum vacant beneficia, Lotter.de
re benef.lib.2.q.8.nu.97.& 98. Rot.deciſ.630.n.22.
& ſeqq.par.4.to.3.recent. & in Romana ſeu Reatina
beneficij 26. Iunij 1658. coram Reuerendiſs. D. meo
Decano.*
10 Nec quicquam facit clauſula *dummodò non ſit
in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum tempore datæ præ-
ſentium, ſiue beneficium non ſit, ſiue exiſtat de Iu-
repatronatus.* Quia intelligitur de iure valido,
& efficaciter quæſito, ſecus verò de iure in-
ualido, & inefficaci, vt firmauit *Rota coram
Caual.deciſ.280.nu.2.& deciſ.333. eod.num.in Leo-
dien.Beneficij 24.Februarij 1644.& in Beneuentana
Canonicatus 8.Februarij 1647. coram bon.mem.Bi-
chio, & in Auellina Canonicatus 12.Iunij 1651. co-
ram Reuerendiſs.D.meo Cerro Decano.*
11 Nullum autem ius ſaltem validè poteſt di-
ci quæſitum eidem Aurelio. Nam ſi illud de-
ducatur ex poſſeſſione per eum capta, talis
poſſeſſio tanquam nulla, & attentata poſita
fuit ſub ſequeſtro præuia *deciſ.bon.mem. Bichij*.
Et ideò non venit attendenda *Rota penes Poſt.de
manut.deciſ.16.num.3.* Si verò ex prouiſione A-
poſtolica, & cum illa non fuerit pura, ſed con-
12 ditionalis deſiderans iuſtificationem qualita-
tis Iuriſpatronatus, non ſecuta tali iuſtifica-
tione, ius ex ea reſultans tanquam incertum,
& pendens à futura probatione non compre-
henditur ſub dicta clauſula præſeruatiua ex
notatis per *Felin.in cap.ſuper literis ante numerum
12. verſ.item cenſetur de reſcript. Roman.conſ.256.
circa fin. Caſſador.deciſ.24. num.4.ſuper reg.* & fuit
dictum *in Ferrarien. Archidiaconatus 20. Aprilis
1646.coram Reuerendiſs.D.meo Cerro.*
13 Demum non obſtat, quod probatum non
fuerit, Beneficium controuerſum perſonalem
Reſidentiam non requirere: Nam cum de
iure omnia beneficia præſumantur ſimplicia
*Abb.in cap.recolentes circa fin.de Stat. Monach. Re-
buff. in prax. tit. ſeculare benefic. quotuplex num.11.*
14 Propterea ex generali conſuetudine perſona-
lem reſidētiam non requirunt *Innoc. in cap.fin.
num.9. de Cler.non reſid. Rot. coram Merlin.deciſ.6.
num.6.& deciſ.825. num.2.* Vnde talis narratiua
15 non indiget alia iuſtificatione *Rota coram Ca-
ualer.deciſ.33.num.4.in rec. deciſ.699.num.3.par.2.
& in Leodien. Beneficij 22. Iunij 1648.coram R.P.
D.meo Veroſpio.*

Et itá altera tantum &c.

TVRRITANA PENSIONIS.

Veneris 16. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio, vel quaſi exigendi penſionem acquiritur per vnicum actum, & probata contra Anteceſſorem operatur etiam contra ſucceſſorem in beneficio, non obſtantibus exceptionibus concernentibus petitorium, & non attenta ſententia contraria, ſi illa fuerit ſuſpenſa per appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis reſeruatio probatur ex literis Apoſtolicis.*
2 *Penſionis exigendæ quaſi poſſeſſio probatur ex exactionibus factis.*
3 *Manutentio datur poſſeſſori.*
4 *Poſſeſſio, vel quaſi exigendi acquiritur ex vnico actu.*
5 *Poſſeſſio, vel quaſi exigendi penſionem, acquiſita contra Anteceſſorem, ſuffragatur contra ſucceſſorem in beneficio.*
6 *Poſſeſſoris ius non alteratur ex mutatione perſonæ, contra quam poſſeſſio, vel quaſi acquiſita fuit.*
7 *Clauſula* dummodò centum remaneant pro Rectore *non retardat iudicium manutentionis.*
8 *Clauſula prædicta operatur ſolum in petitorio.*
9 *Poſſeſſio, vel quaſi exigendi penſionem transfert in Titularem onus probandi, non remanere centum pro Rectore.*
10 *Poſſeſſio, vel quaſi releuat ab onere probandi.*
11 *Penſio exigi non poteſt ante expeditionem literarum Apoſtolicarum.*
12 *Penſio poſt expeditas literas poteſt exigi etiam pro terminis antea decurſis.*
13 *Penſio debetur à die Reſeruationis, etiam quod literæ non fuerint expeditæ, quamuis exigi non poſſit.*
14 *Exceptio, quod penſio reſeruata fuerit cum clauſula* dummodò remaneant centum pro Rectore, *reijcitur ad petitorium.*
15 *Exceptio, quod penſio fuerit exacta ante expeditionem literarum, non retardat manutentionem in exactione penſionis.*
16 *Sententia remanet ſuſpenſa per appellationem.*
17 *Manutentio datur poſſeſſori in exactione penſionis, non obſtante ſententia contraria in petitorio, ſi ab ea appellatum fuerit.*

DECISIO CCCXV.

1 EX literis Apoſtolicis datis *in Summ. num. 2.*
conſtat de reſeruatione Penſionis ad fa-
uorem Franciſci in ducatis 625. auri de Ca-
2 mera. Et de quaſi poſſeſſione exigendi dictam
penſionem ex pluribus exactionibus factis, vt
num. 1. Quibus ſtantibus manutentio non po-
3 teſt illi denegari *vulg. §. retinenda inſtit. de Interd.*
Rot. coram Caualer. deciſ. 379. num. 4. & coram Cocc.
deciſ. 31. num. 1. & ſeqq. Et tamen ad hunc effe-
4 ctum vnica ſolutio ſufficit, vt tradit *Ripa in*
cap. cum Eccleſia Sutrina num. 53. de cauſ. poſſ. &
propr. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 38. num. 106.
& ſeqq.

5 Nec obſtat, quod præfatæ ſolutiones factæ
fuerint à Petro Beccio Parocho anteceſſore.
Quia nihilominus bene ſuffragantur etiam
contra ſucceſſorem, vt in his terminis firmat
Gig. de penſ. quæſt. 47. num. 10. verſ. quinto ſciendum,
Gratian. alios adducens diſcept. forenſ. cap. 921. nu. 5.
& 6. Guidop. deciſ. 629. à nu. 1. Rot. in rec. deciſ. 508.
num. 1. & 2. par. 2. & in Calaritana Penſionum 10.
Maij 1658. & 16. Februarij præteriti coram R. P. D.
meo Veroſpio.

6 Ex mutatione enim perſonæ, contra quam
poſſidetur, non variatur, nec alteratur ius ex
parte poſſidentis, ſed ſemper idem remanet,
vt probant authoritates ſupra relatæ, & dixit
Rot. coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 275. num. 1. & 2.
ibique Add. num. 17. & 18. & deciſ. 313. num. 3. vbi
pariter *Add.* cumulant concordantes *num. 6.*
& coram Merlin. deciſ. 725. num. 1. & 2. & in dicta
Calaritana Penſionum 10. Maij 1658. coram R. P. D.
meo Veroſpio.

7 Exceptio, quod penſio prædicta reſeruata
fuerit cum clauſula *dummodò centum remaneant*
pro Rectore, non eſt attendenda in hoc iudicio
contra Franciſcum, qui reperitur in quaſi poſ-
ſeſſione exigendi iuxta Deciſionem *Mohed. 9.*
num. 2. de cauſ. poſſ. & propr. & in rec. deciſ. 547. n. 4.
par. 1. & tradit *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. nu. 442.*
cum pluribus per *Gratian. cap. 426. nu. 14. & 15.*
8 Quicquid aliàs eſſet dicendum, ſi ageretur
iudicio petitorio, vt bene declarat *Rota coram*
Mantic. deciſ. 196. num. 1. & ſeqq. vbi quod atten-
9 ta quaſi poſſeſſione exigendi onus probandi,
non remanere centum pro Rectore, ſpectat
ad Titularem, non autem ad Penſionarium,
10 quia quaſi poſſeſſio releuat ipſum ab onere
probandi. Et hanc diſtinctionem pluries am-
plexa fuit *Rota, & ſignanter in Peruſina Penſionis*
24. Martij 1651. coram bo. me. Peuting. & tradunt
Add. ad Buratt. deciſ. 261. n. 17.

11 Altera exceptio, quod Penſio huiuſmodi
exacta fuerit ante expeditionem literarum A-
poſtolicarum contra formam Decreti, appo-
ſiti in iiſdem literis; nullo modo ſubſiſtit in
facto: Nam literæ fuerunt expeditæ 6. nonas
Maij 1645. prætenſæ verò exactiones apparent
de Menſe Iulij, & Septembris eiuſdem anni.
Et licet prætendantur exacti etiam termini
decurſi ante literas expeditas, hoc tamen non
12 continetur in Decreto. Et valdè differunt in-
ter ſe, quod exactio facta fuerit literis adhuc
non expeditis, & quod poſt literas expeditas
fuerint exacti termini penſionis antea decurſi.
Nam, id non eſſe prohibitum, firmauit *Rota*
deciſ. 166. num. 8. & 9. par. 2. in rec. Et deberi pen-
ſionem etiam ante expeditionem literarum,
13 & à die illius reſeruationis, dictum fuit in
Aſſiſien. Penſionis coram Sacrato poſt Marcheſ. de
Commiſſ. tom. 1. fol. 532. num. 1. & coram Caualer.
deciſ. 129. num. 2. & in Groſſetana Penſionis 3. Mar-
tij 1651. coram bo. me. Dunozetto.

14 Et tamen vtraque exceptio, vti requirens
altiorem indaginem, reijcienda venit ad peti-
torium, prout de prima dixit *Rota in Arboren.*
Penſionis 1. Iulij 1647. coram Reuerendiſs. Terracin.
15 Et de ſecunda deducta ex ſimili Decreto an-
nullatiuo firmatum fuit *coram Buratto dec. 542.*
nu. 7.

num. 7. & ſeqq. & penes Poſt de manut. deciſ. 180. *num.* 10. *&* 11. *deciſ.* 188. *num.* 9. *& deciſ.* 318. *numer.*8.

16 Non obſtat ſententia lata ad fauorem Caroli ſuper nullitate penſionis prædictæ, quia illa fuit ſuſpenſa per appellationem, qua
17 pendente non poteſt Franciſco denegari manutentio, vt dixit *Rota coram Seraph. deciſ.* 299. *num.*1.*& ſeqq.in rec.*404.*à num.*3.*par.*2.cum alijs *in Alexandrina Penſionis* 19.*Iuny* 1648.*coram me.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA HAEREDITATIS.

Veneris 16. *Aprilis* 1660.

ARGVMENTVM.

Filiatio licet ad effectum Alimentorum contentetur leuioribus probationibus, tamen ad effectum ſucceſſionis requirit probationes concludentes.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum bonorum competit Matri in bonis filij ab inteſtato defuncti.*

2 *Proximiorũ appellatione an veniant filij naturales.*

3 *Filiatio ad effectum ſucceſſionis debet plenè, & concludenter probari.*

4 *Filius natus in figura Matrimonij præſumitur filius patris, non autem Adulteri.*

5 *Deciſio huius Cauſæ ſub die* 14. *Iunij* 1656. *declaratur.*

6 *Filiatio ad effectum præſtationis alimentorum contentatur leuioribus probationibus.*

7 *Filius Spurius, & non legitimatus eſt incapax ſucceſſionis.*

8 *Filius Adulterinus eſt abominabilis Deo.*

DECISIO CCCXVI.

1 MORTVO ab inteſtato Iacobo Felice filio legitimo, & naturali Antonelli Fellerrani inſtetit Dominica Mater pro immiſſione in eius bonis ex interdicto quorum bonorum, quàm Domini concedeñ eſſe reſponderunt iuxtà diſpoſitionem *text. in l.* 1. *ff.quor. bonor. Rot.in rec.deciſ.*115.*num.*1.*par.*1.

2 Nec, pro impedienda petita immiſſione, viſa fuit releuans prætenſio Matthæi Saluctti, aſſerentis Antonellum condidiſſe Teſtamentum, & in eo poſt mortem prædicti Iacobi Felicis ſubſtituiſſe proximiores, quorum appellatione contendit, ſe eſſe comprehenſum tanquam filium naturalem eiuſdem Anto-
3 nelli: Etenim filiatio ad effectum ſucceſſionis debet plenè, & concludenter probari, vt dixit *Rot. coram Merlin. deciſ.* 658. *num.* 20. *& in Romana fideicommiſſi de Arronijs* 23. *Iuny* 1642. *coram bon.me.Bichio, in Bononien. fideicommiſſi de Victorijs* 5.*Maij* 1655.*coram Reuerendiſſ.Zerate, & in Romana, ſeù Sabinen.fideicomm.* 24. *Maij* 1658. *&* 2.*Maij* 1659. *coram R. P. D. meo Beuilaqua*, & in alijs.

4 Talis autem concludens probatio non concurrit pro parte Matthæi; quinimò conſtat, ipſum eſſe filium legitimum, & naturalem Hieronymi Saluetti, & Catharinæ Coniugũ, qui de tempore conceptionis, & natiuitatis ſemper inſimul cohabitarunt, & eundem Matthæum vti filium, & natum in figura Matrimonij deſcribi fecerunt in libro Baptiſmatis, vt patet ex *Sum.num.* 6. *& ſeqq.* Vndè ipſe præſumitur filius Hieronymi Saluetti, non autẽ Adulteri ad *Text. in l. Miles* §. *defuncto ff. ad leg. Iul.de Adult.l.filium ff.de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.Rot.coram Coccin.deciſ.*7.*num.*1.*in rec. dec.*164. *eodem num. par.*3. *in Romana Alimentorum* 31. *Ianuar.*1656.*coram bo.me.Dunozetto, & in dicta Romana, ſeù Sabinen. fideicommiſſi coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

5 Nec obſtat Deciſio huius cauſæ coram me edita ſub die 14. Iunij 1656. quia tunc temporis nec concurrebant probationes contrariæ, & præſertim quod ipſe deſcriptus fuerit in libro Baptiſmatis tanquam filius Hieronymi Saluetti, & Catharinæ Coniugum: quodque Antonellus in Teſtamento, per eum condito, reliquerit eidem nonnullos libros muſicales tantum, non nominando illum filium, ſed nuncupando Matthæum Saluettum. Et
6 quia agebatur de probanda filiatione incidenter ad effectum præſtationis alimentorum, ideoque ſufficiebant Teſtes, deponentes de nominatione, Tractatu, & communi reputatione. Et leuior requirebatur probatio *l. ſi quis à liberis* §. *ſi vel parens*, ibique *gloſſ. verbo conſtiterit ff.de liber.agnoſc. Surd.conſ.*1. *num.* 9. *& in tract.de alim.tit.*1.*quæſt.*110. *num.* 10. *&* 11. *& quæſt.*112.*num.*20. *&* 21.*Rot.deciſ.*167.*nu.*1. *par.*8. *rec.* Et nouiſſimè *in Romana prætenſæ filiationis* 20.*Febr.præteriti coram R.P.D.meo Priolo.*

7 Et in omnem caſum ipſe tanquam Spurius, & non legitimatus eſſet incapax ſucceſſionis *Auth.licet in fine C.de natural.liber. & auth. ex complexu C.de inceſt.nupt.cap.tanta* 6.*& cap. per venerabilem* 13. *in fine qui filij ſint legit. Can. dicat aliquis* 32. *quæſt.* 4. vbi referuntur verba Sacræ
8 Scripturæ: Et filij adulterorum dicuntur abominabiles Deo, & ità firmat *Gul. de Benedict. in cap.Raynutius verb.Et vxorem nomine Adelaſiam num.*122.*de teſtam.Gozadin.conſ.*21.*nu.*24. *Paſchal. de vir.patr.poteſt.part.*2. *cap.* 1. *num.* 38. *Clar. qui alios cumulat in* §.*teſtamentum quæſt.* 31. *num.* 2. *& ſeqq.* Et firmauit *Rot.coram ſa.me.Greg.deciſ.*271. *num.* 22. *& in Viterbien. fideicommiſſi* 18. *Martij* 1654.*coram R.P.D.meo Veroſpio.*

Et ità vtraque &c.

CAMERINEN. PECVNIARIA.

Lunæ 26. *Aprilis* 1660.

ARGVMENTVM.

Compenſatio tunc demum locum habet, ſi de ea fuerit oppoſitum, & Creditum ſit certum & indubitatum.

SVMMARIVM.

1 *Creditum probatur ex Apoca trino teſte munita.*
2 *Liber probat contra Scribentem.*
3 *Amplia præſertim concurrentibus adminiculis.*
4 *Compenſatio requirit oppoſitionem, & certitudinem Crediti.*
5 *Compenſatio habet vim ſolutionis.*
6 *Compenſationem opponens fatetur Debitum.*
7 *Compenſatio extinguit Debitum, ſicut ſolutio.*
8 *Compenſatio intrat, ſi Creditum ſit clarum, & indubitatum.*
9 *Compenſatio ſaltem de æquitate admitti debet.*

DECISIO CCCXVII.

VENDIDIT Matthias Vaginus, Franciſco Thiſeo Prędium Camaiani pro pretio æſtimando, & iuxtà formam relationis Tertij Periti concorditer electi egit pro conſecutione pretij: Sed quia excipiebat Thiſeus, ſe eſſe creditorem ſcutorum mille ex cauſa Cambij, nec non fructuum decurſorum; ideò dedi Dubium, An intret compenſatio, ſeù potius debeatur pretium: Et Domini reſponderunt intrare Compenſationem pro ſorte ſcutorum mille, & quod de fructibus videatur.

1 Fundamentum reſolutionis fuit: Quia Creditum dd. ſcutorum mille non controuertitur, illudque probatur non ſolum ex Apoca ſub data diei 8. Nouembris 1642. à Vagino ſubſcripta, obligatione Camerali, & trino teſte munita, vt in his terminis firmauit
2 *Rot. deciſ. 304. num. 1. part. 4. rec.* Sed etiam ex libro ipſius Vagini, vbi apparet adnotata dicta partita ad effectum ſoluendi Buccaferris pro extinctione cuiuſdem Cenſus, qui liber propterea benè contra eundem probat *gloſſ. in l. quadam §. Nummularios verb. decurritur,* ibique *Bart. num. 2. ff. de eden.* idem *Bart. in l. nuda ratio num. 7. verſ. ſi verò ff. de donat. Alex. conſ. 245. num. 1. lib. 6. Rot. in Romana Pecuniaria, ſeù Mercium 5. Iunij 1613. coram Sacrato,* penes *Marcheſ. de Commiſſ. tom. 1. fol. 777. ſub num. 2.*

3 Maximè cum adminiculetur, & ex libro eiuſdem Thiſei, in quo pariter deſcripta legitur dicta partita; ac etiam quia ſub præfata die 8. Nouembris conſtat, Vaginum ſoluiſſe ſimilem ſummam Buccaferris eius Creditoribus: vndè ſtantibus dictis adminiculis fortius probat contra eundem Scribentem *Iaſ. in l. admonendi in prima lectura num. 82. ff. de iureiur. Felin. in cap. 2. num. 28. ff. de fid. Inſtr.* cum alijs *in Romana Computorum 7. Maij 1604. coram Sacrato.*

4 Data autem veritate Crediti, ac ſtante oppoſitione facta per Thiſeum benè intrat Cõpenſatio, vt inquit *Angel. conſ. 259. à num. 1. Lederch. conſ. 164. num. 6. Surd. deciſ. 191. num. 13. & ſeqq. Rot. coram Merlin. deciſ. 773. num. 12. & 13.*

5 Nec pro dicta rata debetur vllo modo pretium; Nam Compenſatio habet vim ſolutionis *l. ſi debitor 4. ff. qui pot. in pign. hab. l. dediſſe 76. ff. de verbor. ſignif. l. vel permutauit 19. ff. de liberal.*
6 *cauſ.* & latè probat *Afflict. deciſ. 121. num. 4.* vbi quod excipiens de compenſatione non facit contra Inſtrumentum *Rot. coram Merlin. deciſ. 254. num. 4. & deciſ. 863. eodem num.*

7 Et mediante Compenſatione debitum extinguitur ſicut per ſolutionem *Bald. in cap. ad noſtram in fine de iureiur. Magon. deciſ. Floren. 5. num. 1. & ſeqq. Surd. deciſ. 117. num. 4. & 5.* cum alijs *in Romana Pecuniaria 20. Iunij 1650. coram Me.*

8 Non obſtat, quod præfata Apoca, licet appareat ſubſcripta ſub die 8. Nouembris 1642. nihilominus confecta fuerit de anno 1654. quia huiuſmodi obiectum reſpicit validitatẽ fructuum, qui medio tempore fuerunt decurſi, non autem Creditum ſortis ſcutorum mille, quod non controuertitur, fuiſſe ſolutum, & ideò tanquam liquidum, & indubitatum venit compenſandum cum pretio poſſeſſionis venditæ, vt tradit *Bart. in l. auferenur 46. §. qui compenſationem num. 1. ff. de iure fiſc. Roman. conſ. 76. ſub num. 2. verſ. quoad tertium,* & probant relati per *Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 18. nu. 7. & 8.*
9 vbi quod hoc procedit ſaltem de æquitate *Rot. coram Buratt deciſ. 277. num. 3. & in Romana executionis 23. Ianuary 1630. coram Motmanno.*

Et ità &c.

ROMANA TRANSACTIONIS.

Veneris 30. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Ad reſcindendam Tranſactionem ſufficit læſio enormis, vel enormiſſima, & illa probatur ex confeſſione Partis, quæ non præſumitur erronea, niſi error concludenter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio reſcinditur propter læſionem.*
2 *Præſertim fauore Eccleſiæ.*
3 *Dos, poſtquam fuit ſoluta, & conſignata, non diminuitur per debita poſteà à Dotante contracta.*
4 *Confeſſio, facta à Minore cum Decreto Iudicis, & cum debitis ſolemnitatibus, habet præſumptionem pro ſe.*
5 *Error debet plenè, & concludenter ab allegante probari.*
6 *Amplia præſertim ad excludendam præſumptionem, reſultantem ex confeſſione.*
7 *Error confeſſionis non probatur ex Inſtrumento, longè poſt dictam confeſſionem confecto.*
8 *Tempus quando eſt de ſubſtantia probationis, tunc probatio debet eſſe concludens etiam reſpectu temporis.*
9 *Probatio ne dicatur concludens, ſufficit ſola poſſibilitas in contrarium.*
10 *Confeſſio, pluries approbata excludit quamcunque præſumptionem erroris.*
11 *Fideiuſſoris bona debent computari inter bona Debitoris ad effectum, vt ipſe dicatur eſſe ſoluendo.*
12 *Retentio poteſt opponi etiam in actu executionis.*

DECISIO CCCXVIII.

TRANSACTIONEM initam inter Petrum Vincentium de Caualerijs, & PP. Sanctæ Mariæ de Mercede tanquam læſiuam non ſuſtineri, firmauit Deciſio coram me edita 2. Maij anni præteriti. Et læſio deducta fuit, quia pro modica ſumma ijdem Patres Donatarij Camillæ remiſerunt creditum ſcut. 15. mille & vltra. Quia verò pro parte Baccelli hæredis præfati P. Vincentij plura deducebantur, ad excludendam dictam læſionem, repropoſui cauſam ſuper ijſdem, & DD. ijs non obſtañ perſtiterunt in reſolutis.

Etenim ſubſiſtit in facto, quod Camilla nupta fuerit Petro Vicentio cum dote ſcut. 15. mille quodque illa recepta fuerint partim in ſtabilibus, & partim in gemmis, & iocalibus, vt patet ex Inſtrumento, quod exaduerſo non controuertitur. Prout pariter ſubſiſtit in facto, quod P. Vincentius, qui debebat dotem reſtituere, non perſoluit PP. Donatarijs eiuſdem Camillæ niſi ſcuta 2850. & illa non liberè, & purè, ſed grauata diuerſis one-
1 ribus: Quibus ſtantibus reſultat læſio, non ſolum enormis, ſed enormiſſima, etiam habito reſpectu ad dubium litis euentum, ob quam, Tranſactionem non ſuſtineri, probat *Text. in l. 2.* ibique *Bart. nu. 7. verſ. Quæro vtrum hac lex C. de reſcind. vendit. & in l. ſi quis cum aliter num. 5. verſ. quæro quid ſi in contractu Tranſactionis ff. de verb. oblig.* Et fimauit *Rota in Romana Societatis 15. Martij* 1658. *& 24. Nouembris* 1659. *coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro, & in Romana Tranſactionis 1. Aprilis* 1658. *coram Reuerendiſſ. D. meo Meltio, 12. Maij* 1659. *coram R. P. D. meo Priolo, & 15. Februarij* 1659. *coram R. P. D. Veroſpio*. Præ-
2 ſertim in præiudicium Eccleſiæ per *text. in cap. auditis 3. de in integr. reſt. Rota in Feretrana Parochialis 11. Februarij* 1628. *coram Virili*.

3 Nec releuat, quod hæreditas Adriani Debitoris præfatæ Dotis prætendatur magno ære alieno grauata: Nam cum dos fuerit iam ſoluta, & in pluribus corporibus conſignata, debita poſtea contracta non afficiunt illius conſignationem per *Text. in l. 1.* vbi *Bald. nu. 1. C. ſi antiq. Credit. Corn. conſ. 245. num. 13. verſ. ſi autem dicta bona lib. 2. Neguſ. de pignor. 3. membr. 5. part. num. 4. Rota coram Caualerio deciſ. 612. nu. 55. & 56. & deciſ. 618. num. 22.*

4 Et tamen etiam detracto ære alieno conſtat, hæreditatem Adriani aſcendere ad ſcuta 40. mille vt faſſus fuit idem P. Vincentius in Inſtrumento publico cum interuentu Iudicis, & alijs ſolemnitatibus, quæ propterea confeſſio habet præſumptionem pro ſe, vt dixit *Rota coram Seraph. deciſ. 217. num. 1. in recent. deciſ. 647. num. 2. par. 2. & in Romana reſtitutionis Dotis 15. Ianuarij 1649. coram bo: me: Peutingerio*.

5 Error verò exaduerſo allegatus debet plenè, & concludenter probari ad *Text. in l. cum de indebito 25. in fine, ibique omnes ff. de probat. Rot. in recent. deciſ. 261. num. 25. par. 7. coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ. 64. num. 2. &* 12. cum alijs pluribus per *Gratian. cap. 789. num.* 5. Et per validio-
6 res probationes, quæ excludant præſumptionem reſultañ ex cõfeſſione *Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 28. num. 8.* Et per neceſſe, non autem per poſſibile *Rot. deciſ. 128. num. 13. par. 6. recent. & in Bonon. Pecuniaria 19. Ian. 1646. coram bo: me: Bichio*.

7 Talis autem probatio nõ concurrit ex parte Baccelli; Nã licet ex Inuentario contendat firmare valorem bonorum hæreditariorum in ſcutis 56342. & ex notula data in Summ. debita aſcendere ad ſcuta 57256. Nihilominus, vltrà quod nec pretium bonorum, nec debita iuſtificantur, adhuc aduertebant Domini, quod Inuentarium confectum fuit de anno 1592. Confeſſio verò ſubſequitur de anno 1595. & ſic triennio poſt. Vndè cum dictum Inuentarium non percutiat tempus confeſſionis non poteſt probare errorem illius, *Rota coram Duran. deciſ. 337. num. 43. & ſeqq. & in rec. dec. 120.*
8 *nu. 2. & 3. par. 8.* Quando enim tempus eſt de ſubſtantia, tunc probatio debet eſſe concludens etiam reſpectu temporis *Iaſ. conſ. 46. n. 27. lib. 3. Rota in Romana Vitrioli* 11. *Febr.* 1656. *coram me*.

9 Et ſola poſſibilitas, quod medio tempore potuerint reperiri alia bona, ſufficit ad excludeñ errorem confeſſionis prædictæ, vt dixit *Rota coram Millin. deciſ. 365. num. 2. in Romana ſeparationis bonorum* 12. *Decembris* 1644. *coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Bonon. Pecuniaria 26. Maij* 1645. *& 19. Ianuarij* 1646. *coram bo. me. Bichio*.

10 Maximè quia confeſſio huiuſmodi fuit confirmata, & approbata in pluribus Inſtrumentis, & per plures ſubſequentes actus, ex quibus prorſus excluditur prætenſus error, vt voluit *Dec. conſ. 184. alias 185. num. 13. Alb. conſ. 382. num. 48. & 49.* Et firmauit *Rot. coram Burat. deciſ. 200. num. 2. & 3. & deciſ. 419. nu. 10.*

11 Vlterius pro eadem dote reperiuntur obligata non ſolum bona Adriani, ſed etiam bona Dominici Patris P. Vincentij, qui in Inſtrumento dotali tanquam Adminiſtrator bonorum eiuſdem Adriani, plura corpora aſſignauit filio, & de eorum euictione, & libertate promiſit: Vndè eſto quod probaretur ſtatus hæreditatis Adriani, & illius æs alienum, tamen non indè reſultaret probatio negatiuæ, quod bona prædicta non ſufficerent pro ſoluenda huiuſmodi dote, quia cum adſit fideiuſſor liberationis, & euictionis, etiam bona illius computari debent inter bona principalis, vt docet *Text. in l. ſi plures 28. §. Præterea*, vbi *Bart. et communiter ſcriben. ff. de fideiuſſ. Bald. in auth. ſed hodie num. 1. C. de act. & oblig.* vbi firmat quod principalis videtur eſſe ſoluendo, ſi eſt ſoluendo fideiuſſor, *Alex. conſ. 60. num. 7. in fine verſ. ſi autem lib.* 5. & probat *Barboſ. in l. ſi conſtante num. 108. ff. ſolut. matrim. Chartar. dec. 117. num. 2.*

12 Non obſtat, quod in omnem caſum competat Baccello retentio pro ſummis ſolutis Creditoribus anterioribus, quia huiuſmodi exceptio non eſt diſcutienda in hoc Iudicio, ſed poterit à Baccello opponi in mandati relaxatione ad euitandam illius executionem iuxtà *text. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus, & §. quod ſi res ff. de re iudic.*

Ex quibus, & aliis deductis in antecedẽ Deciſionibus iterum reſponſum fuit, Tranſactionem non ſuſtineri informante vtraque parte &c.

MELEVITANA DOMVS.

Veneris 7. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Venditor, ſi rem non tradit, tenetur ad reſtitutionem pretij, & ad damna, & intereſſe, prout etiam tenetur ille, qui venditioni conſenſit, & pretium recepit, & pro obſeruantia Contractus ſe obligauit.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem, & recipiens pretium, ſi rem non tradit, tenetur ad illius reſtitutionem.*

2 *Imò ob non factam traditionem tenetur, ad damna, & intereſſe.*

3 *Venditor cogi poteſt, vel ad rem tradendam, vel ad damna, & intereſſe.*

4 *Venditioni conſentiens, & pretium recipiens tenetur ad obſeruantiam Contractus, & ad damna, & intereſſe.*

5 *Vendidiſſe cenſetur, qui conſenſum præſtat, & pretium recipit.*

6 *Venditio facta vnico pretio eſt indiuidua.*

7 *Venditio, ſi non ſubſiſtit in parte, corruit in totum.*

8 Text. in l. Iulianus ff. de act. empt. *declaratur.*

9 *Obligatus pro obſeruantia Contractus tenetur ad damna, & intereſſe.*

10 *Venditionem impugnans poſt conſenſum præſtitum, & pretium receptum tenetur ad damna, & intereſſe.*

DECISIO CCCXIX.

REPROPOSITA Cauſa ſuper Deciſione coram me edita die 9. Maij anni præteriti, permanſerunt Domini in reſolutis, approbantes condemnationem ſecutam contra Antoniam, & Ignatium pro reſtitutione pretij ſcutorum 800. & pro damnis, & intereſſe ob defectum non implementi in traditione
1 Domus, venditæ Natali Parmigiano: Eſt enim de natura Contractus, vt vendens teneatur non ſolum ad reſtitutionem pretij iuxtà *text. in l. ſi in venditione 60. ff. de euict. l. ſuper empti 16.*
2 *C. eod.* Sed etiam ad damna, & intereſſe *l. ſi traditio 4.* ibique *Bald. num. 7. C. de act. empt. l. 1.* ibique *gloſſ. verb. quanti C. de his qui à non Domin.* Et latè probat *Surd. conſ. 13. à num. 12. & præſer-*
3 *tim num. 17. & ſeqq.* vbi quod eſt in facultate Emptoris agere ad traditionem rei, vel ad damna, & intereſſe, *Rot. coram ſan. me. Greg. deciſ. 119. num. 3. & ſeqq. coram Buratt. deciſ. 819. nu. 1. & in Romana Graui 13. Nouembris 1641. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro.*
4 Nec refert, quod Ignatius non vendiderit, ſed venditioni præſtiterit conſenſum; Nàm cum eſſet condominus, & pretium receperit illudque verſum fuerit in illius vtilitatem, & in ſatisfactionem debitorum, pro quibus exiſtebat obligatus; ratione talis conſenſus, & receptionis pretij tenetur ad obſeruantiam Contractus, & ad damna, & intereſſe, vt eſt *Text. expreſſus in l. quidam 12. ibique gloſſ. & communiter Doct. ff. de euict.* Et notat *Bald. conſ. 227. num. 1. verſ. tertio eſt præmittendum lib. 5. Alex. conſ. 235. num. 9. vol. 6. Socin. Iun. conſ. 84. num. 23. lib. 2.*
5 vbi reddit rationem, quia propter præſentiã, ſiuè conſenſum, & pretij receptionem videtur vendidiſſe, & pro euictione ſe obligaſſe; idemque tradit *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 2. num. 10 Aym. conſ. 33. num. 19. ad med. verſ. ſed vltra, Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 35. num. 16.* latè *Maſtrill. deciſ. 28. num. 11. & ſeqq.* Et faciunt adducta per *Rot. deciſ. 788. num. 6. part. 1. diuerſ.*
6 Minus facit, quod defectus in adimplendo non euenerit in tota Domo, ſed tantum in portionibus Thereſiæ, & Margaritæ, quæ noluerunt venditioni conſentire: Nàm cum Venditio ſit indiuidua, tanquam facta vnico pretio, nec ſit veriſimile, quod Emptor par-
7 tem tantummodò voluerit emere, ſi illa corruit in parte, reſoluitur etiam in totum *l. ſi quis aliam 46. ff. de ſolut. l. cum ex cauſa 139. ff. de verbor. obligat. l. cum eiuſdem 34. ff. de ædilit. edict.* Et latè probat *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 19. num. 65. Becc. conſ. 45. num. 10. Surd. dicto conſ. 13. num. 19. & ſeqq.* Et vltrà adductos per *Cyriac. controu. 278. num. 14.* firmauit *Rota in Ferrarien. bonorum 19. Ianuary 1615. coram Dunozetto Seniore.*
8 Nec applicatur *Text. exaduerſo allegatus in l. Iulianus 14. §. idem Celſus ff. de act. empt.* quia loquitur in Venditore habente rem communem cum Alio, qui propterea non tenetur cauere niſi pro parte, quam vendidit, non autem pro alia ſpectante ad Condominum, quam non alienauit; Sed in caſu præſenti Antonia vendidit totam Domum; & Ignatius, qui fuit præſens, & conſenſit, integrum pre-
9 tium recepit. Et vlterius ambo promiſerunt obſeruantiam contractus, ibi, *quæ omnia &c. promiſerunt &c.* Vndè nullo pacto poſſunt ſe excuſare, ſed ad intereſſe omninò compelli poſſunt *l. ſtipulationes non diuiduntur 72. ff. de verb. obligat. Rot. coram Merlin. deciſ. 413. nu. 8. & in rec. deciſ. 668. num. 2. & 10. part. 4. tom. 3.*
10 Imò fortius tenetur idem Ignatius, quia, vt deponunt Teſtes dati in *Summ. num. 1.* Ipſe poſt ſolutum pretium ab Emptore, de facto ſe intruſit in poſſeſſionem præfatæ Domus, impugnauit venditionem Natali factam tanquam Curator Thereſiæ Sororis; Procuratorem ſe conſtitui fecit ab Auia ad effectum illam retrahendi, & alia præſtitit impedimenta, ob quæ non eſt dubium, teneri ad damna, & intereſſe, vt notat *Aym conſ. 374. num. 15. Cyriac. qui alios cumulat controu. 184. num. 1. & ſeqq. Rot. coram Merlin. deciſ. 874. num. 2.*

Et ità vtraque &c.

LV-

LVCANA IVRISPATRONATVS.

Lunæ 10. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Præſentatus ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi,& à maiori numero vocum præferendus,& inſtituendus venit, ſi doceat de aliis requiſitis.

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones in eadem Diſputatione ſupponendæ veniunt.*

2 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione,venit inſtituendus.*

3 *Iuſpatronatus non admittit ad præſentandum, qui declarauit nullum ius habere.*

4 *Præſentatio facta ab eo, qui non exiſtit in poſſeſſione præſentandi, non attenditur.*

5 *Confeſſio propria ſuperat omne genus probationis.*

6 *Præſentatus à maiori parte Patronorum præferendus venit præſentato à minori parte.*

7 *Clericatus probatur ex literis Patentibus Ordinarij.*

8 *Vacatio per obitum probatur ex confeſſione Partis, venientis ex eadem vacatione.*

9 *Iuſpatronatus probatur ex confeſſione Partis, quando Ordinarius non eſt in cauſa, nec agitur de præiudicio Eccleſiæ.*

10 *Præſentato debetur inſtitutio, ſi doceat de requiſitis neceſſarijs.*

DECISIO CCCXX.

BIS firmatum fuit intrare Arbitrium pro retardatione literarum Apoſtolicarum, ex quo Carolus de Strozzijs non iuſtificauit narratiuam, ſe fuiſſe præſentatum à medietate Patronorum, prout expoſuerat Summo Pontifici. Hodiè verò propoſito Dubio. An & quis eſſet inſtituendus, Domini ad fauorem Fauſti reſponderunt.

1 Etenim ex Deciſionibus in cauſa factis,quę ex ſtylo Tribunalis ſupponendæ veniunt,conſtat,Carolum non poſſe prætendere niſi quartam partem vocum præfati Iuriſpatronatus, non autem medietatem. Econtra verò Fauſtus præſentatus fuit à Thomeis deſcendentibus ex Theramo, qui non ſolum eſt certum, quod habebant integram medietatem, ſed etiam quod ipſi ſoli ab anno 1602. vſque in præſentem diem pręſentarunt excluſis ſemper fœminis deſcendentibus ex linea Iacobi. Nam

2 ad effectum, vt quis veniat inſtituendus, ſufficit docere, ſe eſſe præſentatum ab exiſtente, in quaſi poſſeſſione præſentandi *iuxt.tex.in cap. conſultationibus de iurepatr. Rot.coram ſan.me.Greg. deciſ.349. num.1. & ibi Add. num.6.* & in his terminis *coram Duran.deciſ.100. num.4. in Placentina Canonicatus 1. Iulij 1647. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. & in Gerunden.beneficij 5. Maii 1649. coram Reuerendiſs.D.meo Meltio.*

3 Hinc parum releuat, quod ex Vincentio filio Therami natus fuerit Ludouicus, & ex Ludouico Eleonora, & Pellegrina, quæ Fauſtum nullatenus ... Nam vltra quod dem Eleonora tam ... per ipſam à principio vti hæres Pellegrinæ ... *gloſſ.* ... caſum cum rauit, dictum Iuſpatronatum ... *lib.* ... fuerit citalos pertinere, & propterea in ... *lib.* ... datum prætendere. Vndè illius perſona ... ded.

4 benda in conſideratione. Tum qui ... *de com-* exiſtit in poſſeſſione præſentandi. Tum ... quia ingenuè faſſa fuit, ius præſentandi ſpectare ad maſculos. Confeſſio autem propria ſuperat omne genus probationis *l. cum te la 2.*

5 *C.de Tranſact. l. generaliter C. de non num. pec.* Et pręualet cuicumque Inſtrumento *Rot.dec.267. nu.7.& 8.par.8.rec.cum vulg.*

6 Et tamen hoc non obſtante ſemper eſt verum dicere, quod Fauſtus præſentatus fuit à maiori parte Patronorum, adeout veniat inſtituendus, & præferendus Carolo præſentato à minori parte per *text.in cap. Quoniam 3.ibique gloſs. verb.qui maioribus de Iurepatron. Garz.de benef.par.9.cap.2. num.257. Rot.coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ.3. num.2. & in Papien.Iuriſpatronatus 23.Iunij 1659.coram Me.*

7 Nec de alijs requiſitis dubitari poteſt. Siquidem Clericatus, & habilitas Fauſti probatur, & ex literis patentibus Ordinarij, & ex relatione Examinatorum, *vt in Summ.n.3.& 4.*

8 Vacatio per obitum Panichi vltimi poſſeſſoris reſultat ex confeſſione Partis, venientis ex eadem vacatione. Et exiſtentia Iuriſpatrona-

9 tus non controuertitur, & iuſtificatur ex eadem confeſſione, quæ ſufficit in præſenti caſu, dum Ordinarius non eſt in cauſa, nec agitur de præiudicio Eccleſiæ, vt aduertit *Garz. de benef.par.12.cap.2. n.276.& ſeqq.* & dixit *Rota coram Mantic.deciſ.318.num.1.& deciſ.350.nu.10. in Gerunden.Beneficij 11.Martij 1618.coram me,& in Camerinen.Canonicatus 19.Iunij 1654.coram bo. me. Dunozetto*, vltrà plures adductos per *Add.ad Greg.deciſ.452.n.2.*

10 Vndè concurrentibus prædictis: Cenſuerunt Domini Fauſtum eſſe inſtituendum *iuxt. tex.in cap.monaſterium 16.quæſt.7.cap. cum Bertholdus 18.vbi Abb.num.12.de re iudic. Rot.in rec.deciſ. 152. num. 1.par.5.* & firmatum fuit *in Capuana Abbatiæ 16. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Priolo.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. DONATIONIS.

Veneris 21. Maii 1660.

ARGVMENTVM.

Donatio, vel Renunciatio facta à muliere occaſione ingreſſus in Religionem, non admittit exceptionem læſionis, dum ipſa mediante dimiſſione bonorum conſequitur paupertatem,quàm Religioſæ profitentur.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta à muliere cum debitis ſolemnitatibus occaſione ingreſſus in Religionem reuocari non poteſt.*

2 *La-*

2 *Læſio non habet locum in renunciatione, ſeu Donatione facta occaſione ingreſſus in Religionem.*

3 *Et ratio eſt, quia Religionem ingrediens quærit paupertatem, quam conſequitur per dimiſſionem bonorum.*

4 *Religionem ingrediens habet facultatem ampliſſimam diſponendi de bonis ſuis.*

5 *Clauſula reſolutiua* non alias, aliter, nec alio modo *operatur, vt non ſecuto adimplemento actus habeatur pro non facto.*

6 *Mora non contrahitur ſine interpellatione.*

7 *Depoſitum habet vim ſolutionis, ſi Creditor citatus recuſauit recipere.*

8 *Implementi defectus non poteſt opponi ei, qui habuit legitimum impedimentum, & iuſtam cauſam non adimplendi.*

9 *Implementi defectus non poteſt opponi ab eo, qui contractum approbauit, & vigore illius pecunias exegit.*

DECISIO CCCXXI.

OCCASIONE ingreſſus in Religionem Anna Maria de Zeneronis ſub die 25. Aprilis 1650. ceſſit, & renunciauit ad fauorem Silueriæ Catharinæ Sororis omnia bona ſua, Matre eius Tutrice præſente, & pro ea acceptante; Sed quia poſteà de anno ſequenti ſub prætextu, quod ab eadem Matre ſeducta fuerit dictam donationem, & renunciationem reuocauit, & ad fauorem Bernardini Patrui nouam donationem fecit. Dubitaui, an prima donatio ſuſtineatur, & affirmatiuè reſponſum fuit.

1 Nam illa apparet facta occaſione ingreſſus in Religionem fauore ſororis cum Decreto Iudicis, & debitis ſolemnitatibus, ac cũ pacto expreſſo iuramento, & obligatione Camerali vallato de illam obſeruando &c. & alijs clauſulis ampliſſimis, adeout dum Anna Maria permanſit in Religione, & in ea profeſſionem emiſit, nullo modo dictam donationem potuerit reuocare *iuxt. text. in §. alia autem Inſtit. de donat. l. perfecta C. eod.* & in his terminis *Gratian. cap. 975. num. 19. Rot. in Romana Donationis 17. Decembris 1640. & 15. Martii 1641. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. & in Ariminen. Donationis 1. Iulii 1654. coram bo. me. Dunozetto.*

2 Nec in donatione huiuſmodi poteſt prætendi læſio, quia cum intentio donatricis fuerit profeſſionem emittere in Religione, & paupertatem vouere Deo non poteſt dici, quod per abdicationem bonorum remanſerit læſa, vel decepta *Dec. conſ. 31. num. 5. poſt med. verſ. vltimo non obſtat Aym. conſ. 160. num. 1. & conſ. 938. num. 8. Trentacinq. conſ. 13. num. 18. lib. 2.* vbi red-
3 dit rationem, quia ſi paupertatem quærit, non poteſt dici læſa in dimiſſione bonorum, quorum relinquendorum cauſa vitam religioſam elegit *Cephal. conſ. 467. num. 59. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 37. num.* 10. Et de conſuetudine generali teſtatur *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 568. num. 14.* & firmauit *Rot. in dicta Ariminen. Donationis 1. Iulii 1654. coram bo. me. Dunozetto.*

4 Hinc ingrediens in Religionem habet poteſtatem, & facultatem ampliſſimam diſponendi de bonis ſuis per *text. expreſſum in §. illud quoque Auth. de Monach. & in cap. de his 4. de ſepult.* & latè probat *Beron. in cap. in præſentia num. 154. & ſeqq. de probat. Dec. d. conſ. 31. num. 3. & ſeqq.* vbi de communi *Rot. coram Buratt. deciſ. 461. nu. 10. & ſeqq. in rec. deciſ. 556. num. 7. par. 4. tom. 3. & coram Eminentiſs. Ottbobono deciſ. 10. num. 48.* cum concordantibus adductis per *Add. ad deciſ. 586. nu. 25. par. 5. in rec.*

5 Non obſtat, quod donatio non fuerit pura, ſed conditionalis, dummodò ſcilicet eidem Donanti prouideatur de dotali eleemoſyna librarum 6000. necnon de libris 25. menſtruis pro eius indigentijs à die emiſſæ profeſſionis, ac de alijs Regalijs, dari ſolitis tempore ingreſſus, & ſuſceptionis habitus; Ideoque euanuerit attento pacto reſolutiuo, & clauſula *& non alias, aliter, nec alio modo.* Nam omiſſo an pactum reſolutiuum cadat ſuper prædictis, adhuc aut defectus implementi prętenditur in ijs, quæ præſtari debebant tempore ingreſſus, *& ex Summ. num. 2. & 3.* conſtat omnia fuiſſe
6 impleta ante reuocatam donationem. Aut verò obijcitur reſpectu eorum, quæ erant implenda tempore Profeſſionis, ac poſt illam ſecutam, & cum Siluεria non fuerit interpellata non poteſt dici conſtituta in mora *ad text. in l. mora 32. ff. de vſur. Innoc. in cap. extirpanda propè finem de preben. & dignit. Rot. in recent. deciſ. 192. num. 17. par. 5. & coram Eminentiſs. Ottbobono deciſ. 103. num. 3.*

7 Maximè quia habita notitia; quod ſecundus Donatarius intendebat ſoluere, obtulit ſtatim ſummam promiſſam, & recuſante Monaſterio recipere illam depoſuit, *vt in Summ. nu. 9.* Vndè fruſtra opponitur de non implemento, quia depoſitum in hoc caſu habet vim ſolutionis, *l. acceptam 19. C. de vſur. Roland. conſ. 63. nu. 29. lib. 1. Rot. in Romana Saluiani 4. Martii 1644. cor. R. P. D. meo Veroſpio.*

8 Et in omnem caſum, dum Donatrix antecedenter donationem reuocauerat, excuſari debebat Siluεria, ſi ſtatim non adimpleuit, nam attenta tali reuocatione videtur habuiſſe legitimum impedimentum, & cauſam ſufficientem nõ adimplendi ad notata per *Felin. in cap. peruenit num. 3. de iureiur. Menoch. conſ. 55. n. 11. Rot. coram Duran. deciſ. 146. nu. 10. & 12. & coram ſa. me. Greg. deciſ. 451. n. 2.*

9 Sed ceſſat difficultas, quia reuocatio donationis non emanauit ob defectum non implementi, ſed tantum ex eo, quod Donatrix fuerit ad donandum ſeducta; Et tantum abeſt, quod ipſa voluerit vti pacto reſolutiuo, quod imò receperit menſtruas præſtationes, per quã receptionem cenſetur præfatæ exceptioni renunciaſſe, vt bene per *Rotam coram Buratt. deciſ. 640. num. 17. & 21. & in recent. deciſ. 109. num. 4. & ſeqq. par. 7. & coram ſa. me. Greg. deciſ. 75. n. 2.*

Et ità &c.

TOLE-

Google

TOLETANA ARCHIPRESBYTERATVS.

Lunæ 24. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Reſignatio dicitur facta tempore debito, ſi ſequuta fuerit intra terminum prorogatum. Et excluditur ſimonia, ſi fuerit reſeruatum Beneplacitum Apoſtolicum, & Papa habuerit ſcientiam pactorum ſaltem implicitam,& genericam.

SVMMARIVM.

1 *Reſignationis publicatio dicitur facta in tempore, ſi ſecuta fuerit durante prorogatione.*

2 *Prorogatio non eſt noua gratia, ſed eadem cum prima.*

3 *Reſignatio ſi non fuerit publicata, beneficium non vacat per mortem Reſignantis, ſed ob non factam publicationem.*

4 *Expreſſio non eſt facienda de ijs,quæ non retraxiſſent Papam à concedendo.*

5 *Simoniacum eſt pactum de faciendo depoſitum pro ſecuritate Reſignantis.*

6 *Fallit, quando fuit conceptum ſub Reſeruatione beneplaciti Apoſtolici.*

7 *Simonia excluditur attenta Reſeruatione beneplaciti Apoſtolici.*

8 *Simonia excluditur tam à pacto, quam à Depoſito ſi fuerit facta Reſeruatio beneplaciti Apoſtolici.*

9 *Beneplaciti Apoſtolici Reſeruatio operatur, vt actus habeatur pro non facto, quatenus beneplacitum non interueniat.*

10 *Clauſula* non alias, aliter, nec alio modo *conditionem importat, & adimit conſenſum ab actu.*

11 *Clauſula prædicta operatur, quod ſi Papa nolit concedere, etiam Partes diſſentire cenſeantur.*

12 *Referens ſe ad aliquam ſcripturam cenſetur velle contrahere modo, & forma, prout in ea continetur.*

13 *Simonia non committitur, ſi animus non concurrat.*

14 *Simonia ceſſat attenta ſcientia Papæ.*

15 *Diſpenſationis vim habet ſcientia Papæ.*

16 *Dictio* Tunc *reſpicit præterita.*

17 *Simonia excluditur ex ſcientia Papæ ſaltem implicita,& generica.*

18 *Amplia, ſufficère Papam potuiſſe intelligere, quid inter Partes actum fuerit.*

DECISIO CCCXXII.

OMISSA Diſputatione ſuper via executiua, & ſuper dubio, an ſit proceden.ad vlteriora quoad mandatũ de immitten.obtentum per Franciſcum de Ontiueros. Cenſuerunt Domini, ſententiam Rotalem latam in petitorio eſſe confirman. quia conſtat de bo-
1 no Iure ipſius, ex quo Archipresbyteratum controuerſum obtinuit mediante reſignatione, ſibi facta à Gaſpare de Velaſco,& à Sãctiſſimo etiam admiſſa, quę licet publicata fuerit poſt terminum nouem Menſium, præfixum à Conſtitutione Gregoriana. Attamen attenta gratia prorogationis dicitur publicata in tempore, dum publicaitata. Nam vltra quod prorogato iuxta notata pei ipſam à principio *benef. tit. de public. reſignat. gloſſ.* in caſum cum *gloſſ.13. num.15. Pariſ.de reſignat. lib.* fuerit cita- *num.69.* & aduertit *Lotter.de re benef.lib.* 3 latum *numer. 35.* Et in his præciſè terminis firma *decl. Rot.in Burgen. Canonicatus penes Marcheſ. de commiſſ.tom.1.fol.369.num.1. in rec. deciſ.63. num.12. par.6. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ.154. num.8.& 9.*

2 Parumque refert,quod gratia prorogationis mẽtionem non faciat de obitu Reſignantis interim ſecuti, atque ideò videatur nulla,& ſubreptitia: Quia illa non dicitur noua gratia, ſed eſt eadem cum prima, vt notat *Bartol. in l.dies cautioni 4.num.3. ff.de damn.infect.* & firmat *Caſtr.* qui multipliciter exemplificat, *conſ.389. per totum lib.1.Dec.conſ.497. num.2. Mandoſ.ſuper reg.de annal.quæſt.76.num.*10. Cumque per eam
3 nulli inferatur præiudicium, ex quo beneficium iam reſignatum non vacat per mortem Reſignantis, ſed ob non factam publicationẽ, vt cumulatis concordantibus latè deductum fuit *in Viterbien. Beneficiorum 23. Iunij 1653. & 26.Iunij 1654. coram Me*. Sequitur, quod huiuſmodi qualitas, quæ nullo modo retraxiſ-
4 ſet Papam à prorogan.neceſſariò non eſſet exprimenda *cap.ſuper literis 20.ibique Felin.num.8. de reſcript. Innocent. in cap.cum noſtris 6. de conceſſ. præben.Theſaur.quæſt.forenſ.lib.1.quæſt.4.nu.9.Rota in Oſcen.Canonicatus poſt Marcheſ.de Commiſſ.to.2. fol.547.num.3.*

5 Repetitum verò ſimoniæ obiectum, ſuper quo mordicus inſiſtunt Informantes pro Petro,non fuit habitum in conſideratione. Nam licet pactum de faciendo depoſitum pro ſecuritate Reſignantis reperiatur de iure prohibitum, hoc tamen procedit quando ſimpliciter conceptum fuit, in quibus terminis loquuntur authoritates exaduerſo allegatæ:
6 Secus verò quando illud reperitur appoſitum ſub expreſſa reſeruatione beneplaciti Apoſto-
7 lici: Nam talis reſeruatio omnino ſimoniam excludit, vt aduertit *Leſſ.de iuſtit. & iur. lib. 2. cap.35.dubit.15. num.93. Azor.Inſtit.moral. par.3. cap.8. quæſt.4. §.hinc eſt, Decian.tract.crimin.lib.5. cap.84.ſub num.9.verſ.ſic etiam promiſſio,* & vltrà relatos per *Menoch.conſ.67.nu.20.& per Vermigl. conſ.353. num.14.* firmauit *Rot. poſt primum vol. conſ.Farin.deciſ.101.num.7.& deciſ.135. num.5.in rec.deciſ.538. num.7. par.4. tom.3.* & latè *in Bracharen. Parochialis 21. Maii & 17.Decembr.1635. coram Coccino.*

8 Nec dicatur, quod pactum ſit conſumatum mediante depoſito in illius executionem Nam cum reſeruatio beneplaciti cadat non ſolum ſuper pacto, ſed etiam ſuper ipſo depoſito contemporaneè, & ſub eadem die facto, vtique talis reſeruatio præſeruat vtrumque à
9 ſimonia, quia ſemper viget illa conditio; quatenus admittatur à Papa, itaut eo reprobato habeatur pro non facto, vt bene per *Garz. de benef.par.1.cap.5. nu.38.* Quem ſequuntur Moderni quamplures,& in ſpecie *Vermigl.conſ.160. num.8.& 13.* & clariùs *conſ.162.num.7.& 8.* vbi reſpondet contrarijs; Et in fortioribus *Bonacc.*

nacc.de Simon. par.1. diſp.1. quæſt.4. §.13.num.10. Tondut. Sauleger.reſol.beneſ.160.n.8.par.2.

10 Quæ etiam fortius procedunt attenta clau-
ſula *non alias aliter nec alio modo*; Nam illa con-
ditionem importat, & adimit conſenſum ab
actu, adeout conditione non purificata nihil
dicatur geſtum *Abb. in cap.inſinuante ſub num.3. qui Clerici, vel vouentes &c. Lotter. de re beneſ.lib.1.q.40.num.272.& quæſt.41.num.35.Rot.in Valentina Parochialis 8.Aprilis 1644.& 28.Aprilis 1645.coram Reuerendiſs,D.meo Cerro*, vbi quod
11 dum Papa noluit, cenſentur, & Paciſcentes
noluiſſe, & eſt deciſio *Cæſar de Graſſ.10.num.2. & ſeqq. de praben. & coram Buratt. deciſ. 437. numeris 3.& 4.*

12 Hinc Reſignans, ad cuius fauorem cedebat
dictum depoſitum, habita notitia, quod Papa
illud non approbabat, ſtatim conſenſit eius
diſſolutioni ad formã ſupplicationis ad quam
ſe retulit, quod bene demonſtrat, ipſum non
habuiſſe animum paciſcendi, niſi eo modo, &
forma, prout in eadem ſupplicatione continebatur *Dec. in auth. ſi quis in aliquo num.4. verſ.ſecundò reſtringitur C.de eden. & in conſ.63.nu.6.Ripa in l.admonendi num.36. verſ.vltimo intellige ff.de iure iur.Rot.diuerſ.deciſ.121.num.6.par.1.& deciſ.27. num.3.& deciſ.40.num.7. par.2.& in rec.deciſ.105. num.6.par.8.*

13 Ceſſat igitur ex prædictis omnis prætenſio
ſimoniæ, nam ex reſeruatione antecedenti adiecta in pacto, ac in depoſito, & ex receſſu
poſteà ſubſecuto excluditur animus, ſine quo
ſimonia non committitur *Rot.in Aretina Confidentiæ 23. Ianuarij 1595. coram Litta poſt primum vol.conſ.Farinacc.deciſ.101.num.7.*

14 Et viſa eſt ceſſare omnis amaritudo, quia
hæc omnia innotuerunt Pontifici, qui approbando Cedulam bancariam, caſſauit, & deleuit depoſitum in ſupplicatione expreſſum:
Scientia enim Papæ tollit omne vitium ſimoniæ, vt inquit *Pariſ. de reſig at. lib.6. quæſt.2.ſub nu.69.verſ.quod ampliatur, & num. ſeqq.& in tract. de conſid.quæſt.40.num.14.verſ.ſecundo facit.* Et ra-
15 tionẽ reddit *Suarez de regular.to.1. tract.3.lib.4. cap. 61. num. 14.* Quia illa habet vim diſpenſationis, & de inueterato ſtylo Curiæ teſtatur
Vermigl.conſ.162. num.2.& 3. Rot.coram Caſſador. deciſ. 2.num. 4. de Simon.& coram Millin. deciſ.4. num.6.

16 Nec dicatur, quod Papa habuerit quidem
ſcientiam pacti, de faciendo depoſitum, non
autem depoſiti iam facti, & executioni demandati: Nam illa verba *ex tunc realiter depoſitare* reſpiciunt præterita, nec ad futura referri
poſſunt iuxta notata per *Rebuff. in comment. ad l.Mulieris appellat. 23. verſ.idem, & verſ.ideo ff.de verb.ſignif.Barboſ.clauſula 61.nu.14.* Vel ſaltem
17 negari non poteſt, quod ex verbis prædictis reſultet ſcientia Papæ ſaltem implicita, & generica, quæ ſufficit ad euitandam ſimoniam *Pariſ.de reſignat.lib.6.quæſt.2. num.71.* Et de veriori
teſtatur *Vermigliol.conſ.161.num.4.& 8.Rot.deciſ. 701.nu.1.par.4.diuerſ.& coram Millin.dicta deciſ.4.*
18 *num.1.& 6.* vbi quod ſufficit, Papam potuiſſe
intelligere quid inter partes actum fuerit, &
latè firmatum fuit *in Ferrarien. ſeu Romana Pecuniaria 14.Februarij 1656.coram bon.mem. Dunozetto.*

Ex quibus, & alijs deductis in Deciſionibus antecedentis inſtantiæ reſponderunt Domini pro confirmatione ſententiæ Rotalis altera &c.

ANCONITANA PECVNIARIA.

Lunæ 24. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Recognoſcens bonam fidem in Inſtrumento Cenſus, etiam ex interuallo, perindè eſt, ac ſi à principio Cenſum impoſuiſſet, & talis recognitio, facta tempore non ſuſpecto, & concurrentibus coniecturis, operatur non ſolum in præiudicium recognoſcentis, ſed etiam Creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non poteſt dici nulla, & iniuſta, niſi tranſportatis integrè actis.*
2 *Prior Creditor præfertur poſteriori.*
3 *Recognoſcens bonam fidem in Inſtrumento Cenſus efficitur principalis Debitor, ac ſi à principio Cenſum impoſuiſſet.*
4 *Recognitio bonæ fidei operatur in præiudicium recognoſcentis, non autem Creditorum ipſius.*
5 *Fallit, ſi ſit facta tempore non ſuſpecto, & concurrant coniecturæ pro eius veritate.*
6 *Inſtrumentum non poteſt pro parte valere, pro parte non.*
7 *Recognitio bonæ fidei ſi operatur reſpectu vnius, debet operari etiam reſpectu alterius.*
8 *Acceptare dicitur ſententiam, qui illi ſubſcribit.*
9 *Maritus in re dotali habet mandatum à lege.*
10 *Acceptans actum, non poteſt amplius illum impugnare.*
11 *Obligatio eſt ſtricti iuris.*
12 *Obligatio, reſtricta ad certas perſonas, non extenditur ad alias.*
13 *Obſeruantia ſententiæ, & actus per longum tempus, impedit, quominus retractari poſſit.*

DECISIO CCCXXIII.

NON attentis rationibus deductis ab Alexandris, iterum cenſuerunt Domini,
non eſſe locum reſtitutioni pecuniarum, &
1 ſic perſiſtendum in reſolutis: Nam cum in
ſententia graduatoria, lata fauore creditorum
illorum de Zuzzeris, aſſignatus fuerit ſecundus locus Dario, & Ludouico de Scalamontibus; quartus verò Cæſari Bomplano marito Comitiſſæ Senilis, à qua Alexandri cauſam habent, non poteſt agi ad reſtitutionem
pecuniarum, niſi reuocata dicta ſententia, &
tranſportatis integrè actis, ex quibus poſſit apparere de nullitate, & iniuſtitia illius, vt dixit
Rota coram Seraph. deciſ.1307. num.3. in recent.deciſ.495.num.17.& 18.par.4. tom.2.& deciſ.79.n.4. & 5. par.7. coram Buratt. deciſ.264. num.2.ibique Adden.

Digitized by Google

Adden. Lit. B. Et in Romana Saluiani 12. *Ian.* 1646. *coram bo.me. Arguelles.*

2 Sed vltra præſumptionem iuſtitiæ, quam pro ſe habet dicta ſententia. Exiſtimarunt Domini, pecunias fuiſſe rectè conſignatas, nec eſſe reſtituendas, quia creditum Scalamontiũ conſiſtit in Cenſu impoſito die 10. Iulij 1584. Alter verò fauore illorum de Alexandris fuit creatus ſub die 9. Auguſti ſequentis menſis, & ſic iſti tanquam poſteriores veniunt repellendi ex regula *textus in cap. qui prior* 54. *de regul. iur. in* 6. *l. Creditor* 12. *ff. qui pot. in pign. hab. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 22. *nu.* 1. *Rota coram Eminentiſs. Otthobono deciſ.* 15. *n.* 21.

3 Non obſtat, quod cenſus ſub dicta die 10. Iulij, à quo tempore Scalamontes deſumunt eorum anterioritatem, non appareat impoſitus per Zuzzeros, ſed per Camillum Gabriellium: Nam, cum Blaſius ſub die 24. Auguſti ſequẽtis recognouerit bonam fidem, declarando pecuniam ad eum perueniſſe, & propterea ſolutionem, & extinctionem ad ſe ſpectare: Vtique talis recognitio fecit illum principalem debitorem, perindè ac ſi ab initio fuiſſet Cenſus per eum impoſitus *Rota coram Merlin. deciſ.* 577. *num.* 4. *in recent. deciſ.* 46. *num.* 1. *& deciſ.* 271. *&* 273. *eodem num. par.* 7. *& deciſ.* 48. *nu.* 5. *par.* 8.

4 Nec dicatur, quod recognitio operetur quidem in præiudicium ſui, non autem in præiudicium Tertij, cui medio tempore fuit ius quæſitum; Nam cum declaratio, & confeſ-
5 ſio facta fuerit tempore non ſuſpecto, & plures concurrant coniecturæ, ponderatæ in preterita deciſione ſuadentes veritatem recognitionis, nocet etiam creditoribus iuxtà doctrinam *Salicet. in l. mater num.* 1. *C. de contrah. empt. Natt. conſ.* 547. *num.* 24. *Surd. deciſ.* 55. *num.* 3. *& deciſ.* 135. *num.* 5. *Rota deciſ.* 362. *num.* 8. *par.* 1. *recent. & in Romana Saluiani* 15. *Iunij* 1643. *&* 15. *Ian.* 1644. *coram R.P.D. meo Veroſpio.*

6 Maximè quia in eodem Inſtrumento ſub die 24. Auguſti, in quo Blaſius recognouit bonam fidem erga Gabriellium pro Cenſu impoſito fauore filiorum de Scalamontibus, recognouit pariter bonam fidem pro alio fauore fratrum de Alexandris; Et ſic huiuſmodi Inſtrumentum non poteſt pro parte valere, & pro parte non; Sed ſicuti operatur reſpectu vnius, ità etiam operari debet reſpe-
7 ctu alterius, *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. l. eum qui ædes ff. de vſucap. Menoch. conſ.* 200. *n.* 33. *Rot. deciſ.* 232. *n.* 25. *par.* 6. *rec.*

8 Imò, cum huiuſmodi Inſtrumentum acceptatum fuerit ab omnibus Creditoribus, & in ſpecie, à Cæſare Bomplano marito Comitiſſæ Senilis, qui ſubſcripſit eidem ſententiæ graduatoriæ, non poteſt hodie amplius dubitari de dicta anterioritate, & ſententia in dubiũ reuocari *l. ſi eo tempore, vbi gloſſ. verb. amiſiſſe, & Bart. nu.* 1. *C. de remiſſ. pign. Alex. in l. à Diuo Pio* 15. *§. ſi ſuper rebus num.* 27. *ff. de re indic. Couarr. pract. quaſt. cap.* 13. *num.* 7. *Rot. in Romana Viridarij poſt Nigrum de ſubhaſt. deciſ.* 14. *n.* 14.

9 Nec releuat, quod in dicta ſententia Comitiſſa non reperiatur citata. Nam vltra quod conſtat de citatione contra ipſam à principio perſonaliter executa; In omnem caſum cum ageretur de re dotali, ſufficit quod fuerit citatus Cæſar, qui tanquam maritus mandatum habet à lege *l. maritus* 21. *Cod. de procur. Honded. conſ.* 66. *num.* 23. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 33. *num.* 67. *lib.* 1. vbi etiam ſi non promittat de rato, *Roland. conſ.* 64. *num.* 1. *lib.* 4. & firmauit *Rota deciſ.* 647. *nu.* 7. *par.* 4. *recent. & deciſ.* 106. *nu.* 8. *par.* 5. *& coram Merlin. deciſ.* 309. *eod. num.*

10 Minus releuat, quod recognitio facta fuerit à ſolo Blaſio, non autem ab alijs fratribus, & ideò potuiſſet operari ſolum reſpectu portionis ipſius, ſed non reſpectu aliorum. Quia neque in cenſu impoſito fauore Partis aduerſæ reperitur obligatus, niſi Bernardus. Et ſemper ſubſiſtit reſponſio, quod cum eadem Pars vſa fuerit dicto Inſtrumento recognitionis, & facto, ac verbis approbauerit ſententiam graduatoriam patiendo, & permittendo, quod Scalamontes reciperent pecunias in extinctionem eorum crediti, illaſque per tantum tempus retinerent, non poſſunt hodie dictam conſignationem, & ſatisfactionem impugnare per *text. in cap. quod ſemel de regul. iur. in* 6. *Becc. conſ.* 6. *ſub nu.* 17. *lib.* 1. *Rota coram Eminentiſs. Otthobono deciſ.* 105. *n.* 20. *& in Ferrarien. Laudi* 23. *Iunij* 1659. *coram Me.*

11 Vlterius ponderabant Domini, obligationem de reſtituendo fuiſſe conceptam tantummodò fauore Emptoris, & caſu quo inſurgerent alij Creditores, habentes meliora, & potiora iura: Vndè cum emptor non agat, & creditores ſint ijdemmet, qui fuerunt graduati in ſententia, non videtur locus prædictæ obligationi. Nam obligatio eſt ſtricti Iuris *l. fideiuſſores magiſtratuum* 69. *ff. de fideiuſſ. l. quicquid adſtringendæ* 99. *ff. de verb. obligat.* Et reſtricta ad
12 certas perſonas non extenditur ad alios *Burſatt. conſ.* 361. *num.* 1. *lib.* 4. *Rota coram Duran. deciſ.* 287. *num.* 12. *& ſeqq. & coram Merlin. deciſ.* 93. *n.* 1. Dictio verò *alijs* deſignat Creditores diuerſos ab expreſſis *Dec. conſ.* 653. *ſub num.* 4. *Socin. Sen. conſ.* 300. *ſub n.* 2. *verſ.* 3. *principaliter lib.* 2. *Rota deciſ.* 35. *n.* 4. *par.* 7. *recent.*

13 Et comprobat obſeruantia dictæ ſententiæ per annos 35. & vltrà; qua ſtante non videtur amplius locus repetitioni per ea, quæ notat *Aymon conſ.* 277. *num.* 1. *in fin. verſ. & quod ex obſeruantia, & num.* 2. *Beccius d. conſ.* 6. *numer.* 17. *& ſeqq. lib.* 1. *Ioſeph Ludou. concl.* 38. *illat.* 45. *Rota in Conchen. Decimarum* 14. *Maij* 1621. *coram Remboldo.*

Ex quibus vtraque parte Informante perſtiterunt DD. in reſolutis.

AQVI-

AQVILANA CANONICATVS,

Mercurij 26. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Regreſſus an, & in quibus caſibus locum ha-beat, & quomodo reſeruatio illius extenderetur antiquitus, quomodò verò concipiatur ex ſtylo nouiſſimo, & alia plura de hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Regreſſui ſit locus, ſi penſio annulletur, vel controuertatur, quando Reſignatio facta fuit ſub pacto regreſſus in dictum caſum, & cum clauſula* non alias, aliter, nec alio modo.

2 *Amplia, vt hoc procedat non ſolum contra Reſignatarium, ſed etiam contra ſucceſſorem in beneficio.*

3 *Regreſſui non eſt locus, ſi nullitas reſeruationis penſionis procedat culpa Reſignantis.*

4 *Declara, id non procedere, ſi reſeruatio regreſſus concepta fuit cum clauſulis ampliſſimis, & ex quauis cauſa &c.*

5 *Regreſſus non competit ei, qui poſſidet beneficium incompatibile.*

6 *Incompatibilitas non obſtat in aſſequutione beneficij, ſed in retentione.*

7 *Contrauenire non dicitur Decreto, appoſito in literis Reſignationis, qui non habuit notitiam illius, nec eædem literæ fuerunt Ei intimatæ.*

8 *Ignorantia excuſat à dolo, & à lata culpa.*

9 *Moræ purgatio admittitur ex æquitate Rotæ etiam ad excludendum regreſſum.*

10 *Moræ purgatio facilius admittitur, quando ius Partis non fuit effectum deterius.*

11 *Litigioſum efficitur beneficium ſi in Commiſſione adſint clauſulæ* quam, & quas &c. totoque negotio principali &c.

12 *Litigioſum ſi fuerit effectum beneficium, reſignatio de illo facta eſt nulla, & attentata.*

DECISIO CCCXXIV.

IVXTA reſolutionem captam ſub die prima Martij præteriti propoſui Dubium: An conſtet de bono iure Andreæ, quod hodiè negatiuè reſolutum fuit. Siquidem Lucas de Petio reſignauit Canonicatum controuerſum ad fauorem Michaelis Angeli Teſtoni cum reſeruatione annuæ Penſionis ducatorum 25. auri de Camera, & cum Decreto, *quod deficiente Reſignatario, vel eius ſucceſſoribus in ſolutione penſionis, vel petentibus illam annullari, ſeù reduci, liceret eidem Reſignanti liberum habere regreſſum ad Canonicatum ſupradictum. Et non alias aliter, nec alio modo &c.*

1 Vndè cum defuncto Teſtono fuerit de eodem Canonicatu prouiſus Dominicus de Benedictis, & deindè ex cauſa permutationis illũ obtinuerit Andreas Viola, qui anno 1654. contra Lucam Reſignantem reportauit ab A. C. Sententiam fauorabilem ſuper nullitate dictæ penſionis ob non expreſſionem veri valoris: Vtique factus fuit locus dicto regreſſui ad fauorem eiuſdem Lucæ, dum Canonicatum non reſignauit purè, & ſimpliciter, ſed conditionaliter iuxtà *deciſ. Creſcen. 17. num. 3. de reſcript. & in rec. 631. num. 1. part. 1. deciſ. 286. num. 2. part. 2. & deciſ. 311. num. 1. part. 5.* cum alijs per *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 40. num. 272. & ſeqq.*

2 Parum obſtante, quod Andreas non ſit Reſignatarius, ſed ſucceſſor in beneficio; Nàm clauſula ſupra expreſſa importat conditionẽ, cui etiam ſucceſſor ſtare tenetur, vt notat *Pariſ. de Reſignat. lib. 6. quæſt. 3. num. 18.* & firmauit *Rot. coram Verall. deciſ. 8. num. 2. part. 3. & in rec. dicta deciſ. 631. num. 2. part. 1. & deciſ. 340. nu. 3. & 9. part. 4. tom. 2.*

3 Non obſtat, quod prætenſa nullitas proueniat ex facto, & culpa Lucæ Reſignantis ob falſam expreſſionem valoris, quo caſu non datur regreſſus ad beneficium reſignatum:

4 Nàm obiectum poſſet fortaſsè procedere, ſi reſeruatio regreſſus eſſet concepta ſimpliciter, & iuxtà formam antiquam, in quibus terminis loquuntur deciſiones, & authoritates in contrarium allegatæ; Secus verò cum illa facta fuerit cum verbis, & clauſulis ampliſſimis, & prægnantibus, & ſignanter ex quauis cauſa &c. quia tunc cenſetur comprehenſa quælibet nullitas, etiam proueniens ex falſa expreſſione valoris, vt in his præciſe terminis diſtinguendo vtrumque caſum, firmauit *Rot. in Cremonen. Penſionis ſuper regreſſu 23. Iunij 1623. coram Vbaldo*, & latius *in Camerinen. Regreſſus 1. Decembris 1645. & 19. Iunij 1647. coram bo. mem. Peutingerio*, & benè explicat, & declarat *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 40. num. 268. & ſeqq.*

5 Minus facit, quod Regreſſus non poſſit competere Lucæ propter aſſecutionem alterius Tituli incompatibilis; Siquidem non ſubſiſtit in facto, quod de tempore intentati regreſſus poſſideret aſſertam Parochialem; prout pariter non ſubſiſtit, quod poſt illam obtentam retinuerit Canonicatum, de quo agitur, dum illum ſecunda vice reſignauerat ad fauorem Colizzæ cum poſſeſſione ſubſecu-

6 ta: Incompatibilitas enim non obeſt in aſſequendo, ſed in retinendo, vt probat *Gabr. conſ. 193. num. 6. lib. 1. Rot. coram Caualer. deciſ. 450. num. 6. & coram Merlin. deciſ. 6. num. 9. & in Feſulana beneficij, ſeù Oratorij 4. Iulij 1653. coram P. P. D. meo Albergato.*

7 Verum, quia Andreas eſt ſucceſſor in Beneficio, & reportauit Sententiam ſuper nullitate penſionis ſub die 20. Nouembris 1654. quo tempore Lucas adhuc non expediuerat literas ſuper reſeruatione Regreſſus, quæ apparent obtentæ tantummodò 14. Kalendas Maij 1655. Ideò dum præfatæ literæ nec erant expeditæ, nec eidem intimatæ, non poteſt dici quod contrauenerit Decreto, vel fuerit contumax in ſoluendo, vt aduertit *Pariſ. de Reſign.*

8 *lib. 6. quæſt. 2. num. 141.* Ignoranti enim non poteſt aſcribi dolus, vel lata culpa *Rot. coram Duran. deciſ. 365. nu. 28. & 29. & in rec. deciſ. 167. nu. 8. & ſeq. part. 7.*

9 Ac

9 Ac proindè, quatenus idem Andreas renũ-
ciet liti, & dictæ Sententiæ ad eius fauorem
latæ; Domini ſequendo ſolitam æquitatem
cenſuerunt, admittendũ eſſe ad purgationem
moræ, vt practicatum fuit per *Rotam coram Pe-
nia deciſ. 368. num. 8. & 9. & deciſ. 431. à num. 1. per
totam iuxta primam impreſſionem*, & probat *Letter.
de re beneſ. lib. 1. quæſt. 40. num. 284.*
10 Maximè cum Andreas nunquam fuerit
vſus dicta Sententia, & ius Partis non appa-
reat effectum deterius *cap. ſuam 9. de pœn. Rot.
coram Duran. deciſ. 270. nu. 10. & 11. & in rec. de-
ciſ. 218. nu. 13. part. 5.* & in his terminis *dicta de-
ciſ. 368. nu. 15. coram Penia*.
11 Nec releuat, quod Lucas poſt intentatum
regreſſum reſignauerit Canonicatum Coliz-
zæ, quia cum Cauſa ſuper eodem regreſſu eſ-
ſet in Rota commiſſa cum clauſula *quam, &
quas &c. totoque negocio principali &c.* Benefi-
cium fuit effectum litigioſum, vt dixit *Rot. co-
ram Put. deciſ. 67. lib. 2.* & latiſſimè *in Florentina
Parochialis 26. Iunij 1647. coram Reuerendiſſ. D. meo*
12 *Cerro*. Et Reſignatio tanquam nulla, & at-
tentata non eſt habenda in conſideratione
*cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. Rot. coram Eminentiſſimo
Otthob. deciſ. 77. nu. 3 & 4.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMVS AD S. HONV-PHRIVM.

Lunæ 14. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Creditum dicitur purum, non autem conditio-
nale, ſi conditio in eo appoſita pendet à pote-
ſtate Promittentis, & per eum ſtat quominus
adimpleatur: Et Deliberatio facta illius vigo-
re ſuſtinetur, quamuis non aſcendat ad valo-
rem rei deliberatæ.

SVMMARIVM.

1 *Deliberatio facta ſeruatis ſeruandis retractari non
poteſt.*
2 *Creditum an, & quando dicatur purum, vel condi-
tionale.*
3 *Conditionalis obligatio, purificata conditione, effici-
tur pura.*
4 *Conditio habetur pro impleta, ſi ſtat per Promitten-
tem, quominus adimpleatur.*
5 *Et redditur ratio, quia alias eſſet in poteſtate Debi-
toris eludere Creditorem.*
6 *Retrotractio non poteſt fieri in præiudicium Tertij,
ad infringendum actum iam conſumatum.*
7 *Deliberatio, facta pro iuſto pretio, non poteſt in-
fringi ex eo, quod excedat creditum in valore.*
8 *Citatio ſufficit, quod fiat contra Procuratorem, &
Dominum litis effectum.*
9 *Clauſula* Releuans &c. *operatur, ne mandatum
expiret morte mandantis.*
10 *Manutentio datur poſſeſſori.*
11 *Manutentio debetur Ceſſionario, quemadmodum
competebat Cedenti.*

DECISIO CCCXXV.

RESPONDERVNT Domini, conſtare
de bono iure DD. de Borromeis ſuper
domo controuerſa etiam ad effectum manu-
tentionis. Etenim creditum Comenzoli con-
tra Marcum Antonium Dugnanum in ſum-
ma ſcutorum 1348. reſultat ex Apoca, ab ipſo-
met Dugnano ſubſcripta, & in actis producta,
1 cuius vigore cum ſecuta fuerit deliberatio in
fauorem Ioannis Fortis Authoris eorumdem
DD. de Borromeis, illa nullo modo impu-
gnari poteſt, dum omnia neceſſaria interue-
nerunt ad validitatem actus iuxtà notata per
Salust. in ſua praxi lib. 1. cap. 42. num. 12. & per
Galleſ. de oblig. Camer. quæſt. vlt. num. 31. & ſeq. Et
dixit *Rota in Romana reſtitutionis Dotis poſt Nig.
de ſubhaſt. deciſ. 12. num. 1.*
2 Obiectum verò, quod dictum Creditum
non eſſet purum, ſed conditionale ſtantibus
illis verbis, ibi, *Mi obligo in forma Cameræ pagar-
glili ſubito, che hauerò fatta la vendita del mio Ca-
ſino*; Ceſſat ex eo, quia Dugnanus conſtituit
ſe debitorem ſimpliciter abſque vlla condi-
tione, ibi, *Dechiaro eſſer legitimo debitore di Ma-
ſtro Franceſco Comenzoli in ſcudi* 1348. 27. *quali
li deuo per tanta robba, & fattura meſſa alla fabrica*
3 *del mio Caſino*. Et licet promiſerit, illud ſol-
uere ſecuta venditione, nihilominus cum
præceſſerit præfixio termini duorum menſiũ,
facta per Iudicem, illis elapſis, & venditione
ſecuta perindè eſt, ac ſi obligatio eſſet pura,
& non contineret dilationem ad ſoluendum,
vt benè in ſimilibus terminis dixit *Rota coram
Millin. deciſ. 436. num. 1. & 2.* Et eſt *Text. in l. ſi
quis inſtituatur 23. §. ſed ſi bonorum ff. de hæred. inſti-
tuen.* vbi quod negligente hærede adimplere
conditionem poteſtatiuam, poteſt illi præfigi
4 terminus. Nam quando adimplementum
conditionis pendet à poteſtate Promittentis,
tunc conditio habetur pro impleta, ſi per eum
ſtat quo minus adimpleatur *l. hæc venditio in
fine ff. de contrah. empt. Alex. conſ. 49. num. 1. verſ. ſe-
cundo quia lib. 2. Rot. coram Buratt. deciſ. 110. num. 7.
& 8. & coram Merlin. deciſ. 605. numer. 18. & 19.*
5 Alias enim eſſet in arbitrio ipſius eludere cre-
ditorem, vt ponderat *Peregr. conſ. 81. num. 1. &
ſeqq. lib. 4.* Et pluribus comprobat *Cyriac. con-
trou. 167. num. 2. & ſeqq. & num. 17.*
6 Exceſſus ex eo deductus; quod Comenzo-
lus promiſerit ex pecunijs à Dugnano retra-
hendis ſoluere Benuato ſcut. 314. qui ſucceſ-
ſiuè declarauit, creditum huiuſmodi ſpectare
ad eundem Dugnanum; Vndè infertur, quod
deliberatio non potuerit fieri pro dicta ſum-
ma, dum pro ea Dugnanus non exiſtebat de-
bitor; Tollitur ex eo, quia declaratio facta
conuincitur triennio poſt ſecutam delibera-
tionem, quæ propterea non poteſt retrotrahi
in præiudicium Tertij, ad infringeñ eandem
deliberationem iam conſumatam, vt tradit
*Dec. in l. pecuniam 36. ſub num. 11. verſ. ad hoc tamen
ff. ſi cert. pet. Surd. conſ. 382. num. 79.* & vltra rela-
tos per *Coſt. de retrotract. c. 8. caſ. 2. num. 10. & 11.*
dixit *Rot. coram Merlin. deciſ. 568. num. 28.*
7 Ceſſat pariter alter exceſſus, quod domus

SVMMARIVM.

1 *Creditum probatur ex Apoca trino teſte munita.*
2 *Liber probat contra Scribentem.*
3 *Amplia præſertim concurrentibus adminiculis.*
4 *Compenſatio requirit oppoſitionem, & certitudinem Crediti.*
5 *Compenſatio habet vim ſolutionis.*
6 *Compenſationem opponens fatetur Debitum.*
7 *Compenſatio extinguit Debitum, ſicut ſolutio.*
8 *Compenſatio intrat, ſi Creditum ſit clarum, & indubitatum.*
9 *Compenſatio ſaltem de æquitate admitti debet.*

DECISIO CCCXVII.

VENDIDIT Matthias Vaginus, Franciſco Thiſeo Prædium Camaiani pro pretio æſtimando, & iuxtà formam relationis Tertij Periti concorditer electi egit pro conſecutione pretij: Sed quia excipiebat Thiſeus, ſe eſſe creditorem ſcutorum mille ex cauſa Cambij, nec non fructuum decurſorum; ideò dedi Dubium, An intret compenſatio, ſeù potius debeatur pretium? Et Domini reſponderunt intrare Compenſationem pro ſorte ſcutorum mille, & quod de fructibus videatur.

Fundamentum reſolutionis fuit: Quia Creditum dd. ſcutorum mille non controuertitur, illudque probatur non ſolum ex 1 Apoca ſub data diei 8. Nouembris 1642. à Vagino ſubſcripta, obligatione Camerali; & trino teſte munita, vt in his terminis firmauit
2 *Rot. deciſ. 304. num. 1. part. 4. rec.* Sed etiam ex libro ipſius Vagini, vbi apparet adnotata dicta partita ad effectum ſoluendi Buccaferris pro extinctione cuiuſdem Cenſus, qui liber propterea benè contra eundem probat *gloſſ. in l. quædam §. Nummularios verb. decurrit,* ibique *Bart. num. 2. ff. de eden.* idem *Bart. in l. nuda ratio num. 7. verſ. ſi verò ff. de donat. Alex. conſ. 245. num. 1. lib. 6. Rot. in Romana Pecuniaria, ſeù Mercium 5. Iunij 1613. coram Sacrato,* penes *Marcheſ. de Commiſſ. tom. 1. fol. 777. ſub num. 2.*
3 Maximè cum adminiculetur, & ex libro eiuſdem Thiſei, in quo pariter deſcripta legitur dicta partita; ac etiam quia ſub præfata die 8. Nouembris conſtat, Vaginum ſolFiſſe ſimilem ſummam Buccaferris eius Creditoribus: vndè ſtantibus dictis adminiculis fortius probat contra eundem Scribentem *Iaſ. in l. admonendi in prima lectura num. 82. ff. de iureiur. Felin. in cap. 2. num. 28. ff. de fid. Inſtr.* cum alijs *in Romana Computorum 7. Maij 1604. coram Sacrato.*
4 Data autem veritate Crediti, ac ſtante oppoſitione facta per Thiſeum benè intrat Cōpenſatio, vt inquit *Angel. conſ. 259. à num. 1. Loderch. conſ. 164. num. 6. Surd. deciſ. 191. num. 13. & ſeqq. Rot. coram Merlin. deciſ. 773. num. 12. & 13.*
5 Nec pro dicta rata debetur vllo modo pretium; Nàm Compenſatio habet vim ſolutionis *l. ſi debitor 4. ff. qui pot. in pign. hab. l. dediſſe 76. ff. de verbor. ſignif. l. vel permutauit 19. ff. de liberal.*
6 *cauſ.* & latè probat *Afflict. deciſ. 121. num. 4.* vbi quod excipiens de compenſatione non facit contra Inſtrumentum *Rot. coram Merlin. deciſ. 254. num. 4. & deciſ. 863. eodem num.*
7 Et mediante Compenſatione debitum extinguitur ſicut per ſolutionem *Bald. in cap. ad noſtram in fine de iureiur. Magon. deciſ. Floren. 54. num. 1. & ſeqq. Surd. deciſ. 117. num. 4. & 5.* cum alijs *in Romana Pecuniaria 20. Iunij 1650. coram Me.*
8 Non obſtat, quod præfata Apoca, licet appareat ſubſcripta ſub die 8. Nouembris 1642. nihilominus confecta fuerit de anno 1654. quia huiuſmodi obiectum reſpicit validitatē fructuum, qui medio tempore fuerunt decurſi, non autem Creditum ſortis ſcutorum mille, quod non controuertitur, fuiſſe ſolutum, & ideò tanquam liquidum, & indubitatum venit compenſandum cum pretio poſſeſſionis venditæ, vt tradit *Bart. in l. aufertur 46. §. qui compenſationem num. 1. ff. de iure fiſc. Roman. conſ. 76. ſub num. 2. verſ. quoad tertium,* & probant relati per *Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 18. nu. 7. & 8.*
9 vbi quod hoc procedit ſaltem de æquitate *Rot. coram Buratt deciſ. 277. num. 3. & in Romana executionis 23. Ianuarij 1630. coram Motmanao.*

Et ità &c.

ROMANA TRANSACTIONIS.

Veneris 30. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Ad reſcindendam Tranſactionem ſufficit læſio enormis, vel enormiſſima, & illa probatur ex confeſſione Partis, quæ non præſumitur erronea, niſi error concludenter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio reſcinditur propter læſionem.*
2 *Præſertim fauore Eccleſiæ.*
3 *Dos, poſtquam fuit ſoluta, & conſignata, non diminuitur per debita poſtea à Dotante contracta.*
4 *Confeſſio, facta à Minore cum Decreto Iudicis, & cum debitis ſolemnitatibus, habet præſumptionem pro ſe.*
5 *Error debet plenè, & concludenter ab allegante probari.*
6 *Amplia præſertim ad excludendam præſumptionem, reſultantem ex confeſſione.*
7 *Error confeſſionis non probatur ex Inſtrumento, longè poſt dictam confeſſionem confecto.*
8 *Tempus quando eſt de ſubſtantia probationis, tunc probatio debet eſſe concludens etiam reſpectu temporis.*
9 *Probatio ne dicatur concludens, ſufficit ſola poſſibilitas in contrarium.*
10 *Confeſſio, pluries approbata excludit quamcumque præſumptionem erroris.*
11 *Fideiuſſoris bona debent computari inter bona Debitoris ad effectum, vt ipſe dicatur eſſe ſoluendo.*
12 *Retentio poteſt opponi etiam in actu executionis.*

DECI-

DECISIO CCCXVIII.

TRANSACTIONEM initam inter Pe-
trum Vincentium de Caualerijs, & PP.
Sanctæ Mariæ de Mercede tanquam læſiuam
non ſuſtineri, firmauit Deciſio coram me
edita 2. Maij anni præteriti. Et læſio deducta
fuit, quia pro modica ſumma ijdem Patres
Donatarij Camillæ remiſerunt creditum
ſcut. 15. mille & vltra. Quia verò pro parte
Baccelli hæredis præfati P. Vincentij plura
deducebantur, ad excludendam dictam læſio-
nem, repropoſui cauſam ſuper ijſdem, & DD.
ijs non obſtañ perſtiterunt in reſolutis.

Etenim ſubſiſtit in facto, quod Camilla
nupta fuerit Petro Vicentio cum dote ſcut.
15. mille quodque illa recepta fuerint partim
in ſtabilibus, & partim in gemmis, & iocali-
bus, vt patet ex Inſtrumento, quod exaduer-
ſo non controuertitur. Prout pariter ſubſi-
ſtit in facto, quod P. Vincentius, qui debebat
dotem reſtituere, non perſoluit PP. Donata-
rijs eiuſdem Camillæ niſi ſcuta 2850. & illa
non liberè, & purè, ſed grauata diuerſis one-
1 ribus: Quibus ſtantibus reſultat læſio, non
ſolum enormis, ſed enormiſſima, etiam ha-
bito reſpectu ad dubium litis euentum, ob
quam, Tranſactionem non ſuſtineri, probat
Text. in l. 2. ibique *Bart. nu. 7. verſ. Quæro vtrum
hæc lex C. de reſcind. vendit. & in l. ſi quis cum aliter
num. 5. verſ. quæro quid ſi in contractu Tranſactionis
ff. de verb. oblig.* Et firmauit *Rota in Romana Socie-
tatis 15. Martij 1658. & 24. Nouembris 1659. co-
ram Reuerendiſſ. D. meo Cerro, & in Romana Tranſa-
ctionis 1. Aprilis 1658. coram Reuerendiſſ. D. meo
Meltio, 12. Maij 1659. coram R. P. D. meo Priolo, &
15. Februarij 1659. coram R. P. D. Veroſpio.* Præ-
2 ſertim in præiudicium Eccleſiæ per *text. in
cap. auditis 3. de in integr. reſt. Rota in Feretrana Pa-
rochialis 11. Februarij 1628. coram Virili.*

3 Nec releuat, quod hæreditas Adriani De-
bitoris præfatæ Dotis prætendatur magno
ære alieno grauata: Nam cum dos fuerit iam
ſoluta, & in pluribus corporibus conſignata,
debita poſteà contracta non afficiunt illius
conſignationem per *Text. in l. 1.* vbi *Bald. nu. 1.
C. ſi antiq. Credit. Corn. conſ. 245. num. 13. verſ. ſi au-
tem dicta bona lib. 2. Neguſ. de pignor. 3. membr. 5.
part. num. 4. Rota coram Caualerio deciſ. 612. nn. 55.
& 56. & deciſ. 618. num. 22.*

4 Et tamen etiam detracto ære alieno conſtat,
hæreditatem Adriani aſcendere ad ſcuta 40.
mille vt faſſus fuit idem P. Vincentius in In-
ſtrumento publico cum interuentu Iudicis, &
alijs ſolemnitatibus, quæ propterea confeſſio
habet præſumptionem pro ſe, vt dixit *Rota
coram Seraph. deciſ. 217. num. 1. in recent. deciſ. 647.
num. 2. par. 2. & in Romana reſtitutionis Dotis 15.
Ianuarij 1649. coram bo: me: Peutingerio.*

5 Error verò exaduerſo allegatus debet plenè,
& concludenter probari ad *Text. in l. cum de in-
debito 25. in fine, ibique omnes ff. de probat. Rot. in
recent. deciſ. 261. num. 25. par. 7. coram Eminentiſſimo
Otthobono deciſ. 64. num. 2. &* 12. cum alijs pluri-
bus per *Gratian. cap. 789. num.* 5. Et per validio-
6 res probationes, quæ excludant præſumptio-
nem reſultañ ex cõfeſſione *Menoch. de præſumpt.
lib. 1. præſumpt. 28. num. 8.* Et per neceſſe, non
autem per poſſibile *Rot. deciſ. 128. num. 13. par. 6.
recent. & in Bonon. Pecuniaria 19. Ian. 1646. coram
bo: me: Bichio.*

7 Talis autem probatio nõ concurrit ex parte
Baccelli; Nã licet ex Inuentario contendat fir-
mare valorem bonorum hæreditariorum in
ſcutis 56342. & ex notula data in Summ. de-
bita aſcendere ad ſcuta 57256. Nihilominus,
vltrà quod nec pretium bonorum, nec debita
iuſtificantur, adhuc aduertebant Domini, quod
Inuentarium confectum fuit de anno 1592.
Confeſſio verò ſubſequitur de anno 1595.
& ſic triennio poſt. Vndè cum dictum Inuen-
tarium non percutiat tempus confeſſionis
non poteſt probare errorem illius, *Rota coram
Duran. deciſ. 337. num. 43. & ſeqq. & in rec. dec. 120.
8 nu. 2. & 3. par. 8.* Quando enim tempus eſt de
ſubſtantia, tunc probatio debet eſſe conclu-
dens etiam reſpectu temporis *Iaſ. conſ. 46. n. 27.
lib. 3. Rota in Romana Vitrioli 11. Febr. 1656. co-
ram me.*

9 Et ſola poſſibilitas, quod medio tempore
potuerint reperiri alia bona, ſufficit ad exclu-
deñ errorem confeſſionis prædictæ, vt dixit
*Rota coram Millin. deciſ. 365. num. 2. in Romana ſe-
parationis bonorum 12. Decembris 1644. coram R.
P. D. meo Veroſpio, & in Bonon. Pecuniaria 26. Maij
1645. & 19. Ianuarij 1646. coram bo. me. Bichio.*

10 Maximè quia confeſſio huiuſmodi fuit
confirmata, & approbata in pluribus Inſtru-
mentis, & per plures ſubſequentes actus, ex
quibus prorſus excluditur prætenſus error, vt
voluit *Dec. conſ. 184. alias 185. num. 13. Alb. conſ.
382. num. 48. &* 49. Et firmauit *Rot. coram Burat.
deciſ. 200. num. 2. & 3. & deciſ. 419. nu. 10.*

11 Vlterius pro eadem dote reperiuntur obli-
gata non ſolum bona Adriani, ſed etiam bona
Dominici Patris P. Vincentij, qui in Inſtru-
mento dotali tanquam Adminiſtrator bono-
rum eiuſdem Adriani, plura corpora aſſigna-
uit filio, & de eorum euictione, & libertate
promiſit: Vndè eſto quod probaretur ſtatus
hæreditatis Adriani, & illius æs alienum, ta-
men non indè reſultaret probatio negatiuæ,
quod bona prædicta non ſufficerent pro ſol-
uenda huiuſmodi dote, quia cum adſit fideiuſ-
ſor liberationis, & euictionis, etiam bona il-
lius computari debent inter bona principalis,
vt docet *Text. in l. ſi plures 28. §. Præterea*, vbi
*Bart. et communiter ſcriben. ff. de fideiuſſ. Bald.
in auth. ſed hodie num. 1. C. de act. & oblig.* vbi fir-
mat quod principalis videtur eſſe ſoluendo, ſi
eſt ſoluendo fideiuſſor, *Alex. conſ. 60. num. 7. in
fine verſ. ſi autem lib. 5.* & probat *Barboſ. in l. ſi
conſtante num. 108. ff. ſolut. matrim. Chartar. dec. 117.
num. 2.*

12 Non obſtat, quod in omnem caſum com-
petat Baccello retentio pro ſummis ſolutis
Creditoribus anterioribus, quia huiuſmodi
exceptio non eſt diſcutienda in hoc Iudicio,
ſed poterit à Baccello opponi in mandati rela-
xatione ad euitandam illius executionem iux-
tà *text. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus, & §. quod ſi
res ff. de re iudic.*

Ex quibus, & aliis deductis in antecedeñ Deciſionibus iterum reſponſum fuit, Tranſactionem non ſuſtineri informante vtraque parte &c.

MELEVITANA DOMVS.

Veneris 7. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Venditor, ſi rem non tradit, tenetur ad reſtitutionem pretij, & ad damna, & intereſſe, prout etiam tenetur ille, qui venditioni conſenſit, & pretium recepit, & pro obſeruantia Contractus ſe obligauit.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem, & recipiens pretium, ſi rem non tradit, tenetur ad illius reſtitutionem.*
2 *Imò ob non factam traditionem tenetur, ad damna, & intereſſe.*
3 *Venditor cogi poteſt, vel ad rem tradendam, vel ad damna, & intereſſe.*
4 *Venditioni conſentiens, & pretium recipiens tenetur ad obſeruantiam Contractus, & ad damna, & intereſſe.*
5 *Vendidiſſe cenſetur, qui conſenſum præſtat, & pretium recipit.*
6 *Venditio facta vnico pretio eſt indiuidua.*
7 *Venditio, ſi non ſubſiſtit in parte, corruit in totum.*
8 Text. in l. Iulianus ff. de act. empt. *declaratur.*
9 *Obligatus pro obſeruantia Contractus tenetur ad damna, & intereſſe.*
10 *Venditionem impugnans poſt conſenſum præſtitum, & pretium receptum tenetur ad damna, & intereſſe.*

DECISIO CCCXIX.

REPROPOSITA Cauſa ſuper Deciſione
coram me edita die 9. Maij anni præteriti, permanſerunt Domini in reſolutis, approbantes condemnationem ſecutam contra Antoniam, & Ignatium pro reſtitutione pretij ſcutorum 800. & pro damnis, & intereſſe ob defectum non implementi in traditione
1 Domus, venditæ Natali Parmigiano: Eſt enim de natura Contractus, vt vendens teneatur non ſolum ad reſtitutionem pretij juxtà *text. in l. ſi in venditione 60. ff. de euict. l. ſuper empti 16.*
2 *C. eod.* Sed etiam ad damna, & intereſſe *l. ſi traditio 4.* ibique *Bald. num. 7. C. de act. empt. l. 1.* ibique *gloſſ. verb. quanti C. de his qui à non Domin.* Et latè probat *Surd. conſ. 13. à num. 12. & præſer-*
3 *tim num. 17. & ſeqq.* vbi quod eſt in facultate Emptoris agere ad traditionem rei, vel ad damna, & intereſſe, *Rot. coram ſan. me. Greg. deciſ. 119. num. 3. & ſeqq. coram Buratt. deciſ. 819. nu. 1. & in Romana Grani 13. Nouembris 1641. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro.*
4 Nec refert, quod Ignatius non vendiderit, ſed venditioni præſtiterit conſenſum; Nam cum eſſet condominus, & pretium receperit
illudque verſum fuerit in illius vtilitatem, & in ſatisfactionem debitorum, pro quibus exiſtebat obligatus; ratione talis conſenſus, & receptionis pretij tenetur ad obſeruantiam Contractus, & ad damna, & intereſſe, vt eſt *Text. expreſſus in l. quidam 12. ibique gloſſ. & communiter Doct. ff. de euict.* Et notat *Bald. conſ. 227. num. 1. verſ. tertio eſt præmittendum lib. 5. Alex. conſ. 235. num. 9. vol. 6. Socin. Iun. conſ. 84. num. 23. lib. 2.*
5 vbi reddit rationem, quia propter præſentiã, ſiuè conſenſum, & pretij receptionem videtur vendidiſſe, & pro euictione ſe obligaſſe; idemque tradit *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 2. num. 10 Aym. conſ. 33. num. 19. ad med. verſ. ſed vltra, Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 35. num. 16.* latè *Maſtrill. deciſ. 28. num. 11. & ſeqq.* Et faciunt adducta per *Rot. deciſ. 788. num. 6. part. 1. diuerſ.*
6 Minus facit, quod defectus in adimplendo non euenerit in tota Domo, ſed tantum in portionibus Thereſiæ, & Margaritæ, quæ noluerunt venditioni conſentire: Nàm cum Venditio ſit indiuidua, tanquam facta vnico pretio, nec ſit veriſimile, quod Emptor par-
7 tem tantummodò voluerit emere, ſi illa corruit in parte, reſoluitur etiam in totum *l. ſi quis aliam 46. ff. de ſolut. l. cum ex cauſa 139. ff. de verbor. obligat. l. cum eiuſdem 34. ff. de ædilit. edict.* Et latè probat *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 19. num. 65. Becc. conſ. 45. num. 10. Surd. dicto conſ. 13. num. 19. & ſeqq.* Et vltrà adductos per *Cyriac. contron. 278. num. 14.* firmauit *Rota in Ferrarien. bonorum 19. Ianuary 1615. coram Dunozetto Seniore.*
8 Nec applicatur *Text. exaduerſo allegatus in l. Iulianus 14. §. idem Celſus ff. de act. empt.* quia loquitur in Venditore habente rem communem cum Alio, qui propterea non tenetur cauere niſi pro parte, quam vendidit, non autem pro alia ſpectante ad Condominum, quam non alienauit; Sed in caſu præſenti Antonia vendidit totam Domum; & Ignatius, qui fuit præſens, & conſenſit, integrum pre-
9 tium recepit. Et vlterius ambo promiſerunt obſeruantiam contractus, ibi, *quæ omnia &c. promiſerunt &c.* Vndè nullo pacto poſſunt ſe excuſare, ſed ad intereſſe omninò compelli poſſunt *l. ſtipulationes non diuiduntur 72. ff. de verb. obligat. Rot. coram Merlin. deciſ. 413. nu. 8. & in rec. deciſ. 668. num. 2. & 10. part. 4. tom. 3.*
10 Imò fortius tenetur idem Ignatius, quia vt deponunt Teſtes dati in *Summ. num. 1.* Ipſe poſt ſolutum pretium ab Emptore, de facto ſe intruſit in poſſeſſionem præfatæ Domus, impugnauit venditionem Natali factam tanquam Curator Thereſiæ Sororis; Procuratorem ſe conſtitui fecit ab Auia ad effectum illam retrahendi, & alia præſtitit impedimenta, ob quæ non eſt dubium, teneri ad damna, & intereſſe, vt notat *Aym conſ. 374. num. 15. Cyriac. qui alios cumulat contron. 184. num. 1. & ſeqq. Rot. coram Merlin. deciſ. 874. num. 2.*

Et ità vtraque &c.

LV-

Digitized by Google

LVCANA IVRISPATRONATVS.

Lune 10. *May* 1660.

ARGVMENTVM.

Præſentatus ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi, & à maiori numero vocum præferendus, & inſtituendus venit, ſi doceat de aliis requiſitis.

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones in eadem Diſputatione ſupponendæ veniunt.*

2 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione, venit inſtituendus.*

3 *Iuſpatronatus non admittit ad præſentandum, qui declarauit nullum ius habere.*

4 *Præſentatio facta ab eo, qui non exiſtit in poſſeſſione præſentandi, non attenditur.*

5 *Confeſſio propria ſuperat omne genus probationis.*

6 *Præſentatus à maiori parte Patronorum præferendus venit præſentato à minori parte.*

7 *Clericatus probatur ex literis Patentibus Ordinarij.*

8 *Vacatio per obitum probatur ex confeſſione Partis, venientis ex eadem vacatione.*

9 *Iuſpatronatus probatur ex confeſſione Partis, quando Ordinarius non eſt in cauſa, nec agitur de præiudicio Eccleſiæ.*

10 *Præſentato debetur inſtitutio, ſi doceat de requiſitis neceſſarijs.*

DECISIO CCCXX.

BIS firmatum fuit intrare Arbitrium pro retardatione literarum Apoſtolicarum, ex quo Carolus de Strozzijs non iuſtificauit narratiuam, ſe fuiſſe præſentatum à medietate Patronorum, prout expoſuerat Summo Pontifici. Hodiè verò propoſito Dubio. An & quis eſſet inſtituendus, Domini ad fauorem Fauſti reſponderunt.

1 Etenim ex Deciſionibus in cauſa factis, quæ ex ſtylo Tribunalis ſupponendæ veniunt, conſtat, Carolum non poſſe prætendere niſi quartam partem vocum præfati Iuriſpatronatus, non autem medietatem. Econtra verò Fauſtus præſentatus fuit à Thomeis deſcendentibus ex Theramo, qui non ſolum eſt certum, quod habebant integram medietatem, ſed etiam quod ipſi ſoli ab anno 1602. vſque in præſentem diem præſentarunt excluſis ſemper fœminis deſcendentibus ex linea Iacobi. Nam
2 ad effectum, vt quis veniat inſtituendus, ſufficit docere, ſe eſſe præſentatum ab exiſtente, in quaſi poſſeſſione præſentandi *iuxt. tex. in cap. conſultationibus de iurepatr. Rot. coram ſan. me. Greg. deciſ. 349. num. 1. & ibi Add. num. 6.* & in his terminis *coram Duran. deciſ. 100. num. 4. in Placentina Canonicatus 1. Iulij 1647. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. & in Gerunden. beneficij 5. Maii 1649. coram Reuerendiſs. D. meo Meltio.*

3 Hinc parum releuat, quod ex Vincentio filio Therami natus fuerit Ludouicus, & ex Ludouico Eleonora, & Pellegrina, quæ Fauſtum nullatenus præſentarunt. Siquidem eadem Eleonora tam nomine proprio, quam vti hæres Pellegrinæ medio iuramento declarauit, dictum Iuſpatronatus ad ſolos maſculos pertinere, & propterea in eo nullum ius prætendere. Vndè illius perſona non eſt ha-
4 benda in conſideratione. Tum quia non exiſtit in poſſeſſione præſentandi. Tum quia ingenuè faſſa fuit, ius præſentandi ſpectare ad maſculos. Confeſſio autem propria ſuperat omne genus probationis *l. cum te la 2.*
5 *C. de Tranſact. l. generaliter C. de non num. pec.* Et præualet cuicumque Inſtrumento *Rot. dec. 267. nu. 7. & 8. par. 8. rec. cum vulg.*

6 Et tamen hoc non obſtante ſemper eſt verum dicere, quod Fauſtus præſentatus fuit à maiori parte Patronorum, adeout veniat inſtituendus, & præferendus Carolo præſentato à minori parte per *text. in cap. Quoniam 3. ibique gloſs. verb. qui maioribus de Iurepatron. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 257. Rot. coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 3. num. 2. & in Papien. Iuriſpatronatus 23. Iunij 1659. coram Me.*

7 Nec de alijs requiſitis dubitari poteſt. Siquidem Clericatus, & habilitas Fauſti probatur, & ex literis patentibus Ordinarij, & ex relatione Examinatorum, *vt in Summ. n. 3. & 4.*
8 Vacatio per obitum Paniclu vltimi poſſeſſoris reſultat ex confeſſione Partis, venientis ex eadem vacatione. Et exiſtentia Iuriſpatrona-
9 tus non controuertitur, & iuſtificatur ex eadem confeſſione, quæ ſufficit in præſenti caſu, dum Ordinarius non eſt in cauſa, nec agitur de præiudicio Eccleſiæ, vt aduertit *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. n. 276. & ſeqq.* & dixit *Rota coram Mantic. deciſ. 318. num. 1. & deciſ. 350. nu. 10. in Gerunden. Beneficij 11. Martij 1618. coram me, & in Camerinen. Canonicatus 19. Iunij 1654. coram bo. me. Dunozetto,* vltrà plures adductos per *Add. ad Greg. deciſ. 452. n. 22.*

10 Vndè concurrentibus prædictis: Cenſuerunt Domini Fauſtum eſſe inſtituendum *iuxt. tex. in cap. monaſterium 16. quæſt. 7. cap. cum Bertholdus 18. vbi Abb. num. 12. de re iudic. Rot. in rec. deciſ. 152. num. 1. par. 5.* & firmatum fuit *in Capuana Abbatiæ 16. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Priolo.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. DONATIONIS.

Veneris 21. *Maii* 1660.

ARGVMENTVM.

Donatio, vel Renunciatio facta à muliere occaſione ingreſſus in Religionem, non admittit exceptionem læſionis, dum ipſa mediante dimiſſione bonorum conſequitur paupertatem, quàm Religioſæ profitentur.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta à muliere cum debitis ſolemnitatibus occaſione ingreſſus in Religionem reuocari non poteſt.*

2 *La-*

Digitized by Google

2 *Læſio non habet locum in renunciatione, ſeu Donatione facta occaſione ingreſſus in Religionem.*
3 *Et ratio eſt, quia Religionem ingrediens quærit paupertatem, quam conſequutur per dimiſſionem bonorum.*
4 *Religionem ingrediens habet facultatem ampliſſimam diſponendi de bonis ſuis.*
5 *Clauſula reſolutiua* non alias, aliter, nec alio modo *operatur, vt non ſecuto adimplemento actus habeatur pro non facto.*
6 *Mora non contrahitur ſine interpellatione.*
7 *Depoſitum habet vim ſolutionis, ſi Creditor citatus recuſauit recipere.*
8 *Implementi defectus non poteſt opponi ei, qui habuit legitimum impedimentum, & iuſtam cauſam non adimplendi.*
9 *Implementi defectus non poteſt opponi ab eo, qui contractum approbauit, & vigore illius pecunias exegit.*

DECISIO CCCXXI.

OCCASIONE ingreſſus in Religionem Anna Maria de Zeneronis ſub die 25. Aprilis 1650. ceſſit, & renunciauit ad fauorem Siluariæ Catharinæ Sororis omnia bona ſua, Matre eius Tutrice præſente, & pro ea acceptante; Sed quia poſteà de anno ſequenti ſub prætextu, quod ab eadem Matre ſeducta fuerit dictam donationem, & renunciationem reuocauit, & ad fauorem Bernardini Patrui nouam donationem fecit. Dubitaui, an prima donatio ſuſtineatur, & affirmatiuè reſponſum fuit.

1 Nam illa apparet facta occaſione ingreſſus in Religionem fauore ſororis cum Decreto Iudicis, & debitis ſolemnitatibus, ac cũ pacto expreſſo iuramento, & obligatione Camerali vallato de illam obſeruando &c. & alijs clauſulis ampliſſimis, adeout dum Anna Maria permanſit in Religione, & in ea profeſſionem emiſit, nullo modo dictam donationem potuerit reuocare *iuxt. text. in* §. *alia autem Inſtit. de donat. l. perfecta C. eod.* & in his terminis *Gratian. cap. 975. num. 19. Rot. in Romana Donationis 17. Decembris 1640. & 15. Martii 1641. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. & in Ariminen. Donationis 1. Iulii 1654. coram bo. me. Dunozetto.*

2 Nec in donatione huiuſmodi poteſt prætendi læſio, quia cum intentio donatricis fuerit profeſſionem emittere in Religione, & paupertatem vouere Deo non poteſt dici, quod per abdicationem bonorum remanſerit læſa, vel decepta *Dec. conſ. 31. num. 5. poſt med. verſ. vltimo non obſtat Aym. conſ. 160. num. 1. & conſ. 938. num. 8. Trentacinq. conſ. 13. num. 18. lib. 2.* vbi red-
3 dit rationem, quia ſi paupertatem quærit, non poteſt dici læſa in dimiſſione bonorum, quorum relinquendorum cauſa vitam religioſam elegit *Cephal. conſ. 467. num. 59. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 37. num. 10.* Et de conſuetudine generali teſtatur *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 568. num. 14.* & firmauit *Rot. in dicta Ariminen. Donationis 1. Iulii 1654. coram bo. me. Dunozetto.*

4 Hinc ingrediens in Religionem habet poteſtatem, & facultatem ampliſſimam diſponendi de bonis ſuis per *text. expreſſum in* §. *illud quoque Auth. de Monach. & in cap. de his 4. de ſepult.* & latè probat *Beroy. in cap. in præſentia num. 154. & ſeqq. de probat. Dec. d. conſ. 31. num. 3. & ſeqq.* vbi de communi *Rot. coram Buratt. deciſ. 461. nu. 10. & ſeqq. in rec. deciſ. 556. num. 7. par. 4. tom. 3. & coram Eminentiſs. Ottbobono deciſ. 10. num. 48.* cum concordantibus adductis per *Add. ad deciſ. 586. nu. 25. par. 5. in rec.*

5 Non obſtat, quod donatio non fuerit pura, ſed conditionalis, dummodò ſcilicet eidem Donanti prouideatur de dotali eleemoſyna librarum 6000. necnon de libris 25. menſtruis pro eius indigentijs à die emiſſæ profeſſionis, ac de alijs Regalijs, dari ſolitis tempore ingreſſus, & ſuſceptionis habitus; Ideoque euanuerit attento pacto reſolutiuo, & clauſula, *& non alias, aliter, nec alio modo.* Nam omiſſo an pactum reſolutiuum cadat ſuper prædictis, adhuc aut defectus implementi prætenditur in iis, quæ præſtari debebant tempore ingreſſus, *& ex Summ. num. 2. & 3.* conſtat omnia fuiſſe
6 implera ante reuocatam donationem. Aut verò obijcitur reſpectu eorum, quæ erant implenda tempore Profeſſionis, ac poſt illam ſecutam, & cum Siluaria non fuerit interpellata non poteſt dici conſtituta in mora *ad text. in l. mora 32. ff. de vſur. Innoc. in cap. extirpanda propè finem de præben. & dignit. Rot. in recent. deciſ. 192. num. 17. par. 5. & coram Eminentiſs. Ottbobono deciſ. 103. num. 3.*

7 Maximè quia habita notitia; quod ſecundus Donatarius intendebat ſoluere, obtulit ſtatim ſummam promiſſam, & recuſante Monaſterio recipere illam depoſuit, *vt in Summ. nu. 9.* Vndè fruſtra opponitur de non implemento, quia depoſitum in hoc caſu habet vim ſolutionis, *l. acceptam 19. C. de vſur. Roland. conſ. 63. nu. 29. lib. 1. Rot. in Romana Saluiani 4. Martii 1644. cor. R. P. D. meo Veroſpio.*

8 Et in omnem caſum, dum Donatrix antecedenter donationem reuocauerat, excuſari debebat Siluaria, ſi ſtatim non adimpleuit, nam attenta tali reuocatione videtur habuiſſe legitimum impedimentum, & cauſam ſufficientem nõ adimplendi ad notata per *Felin. in cap. peruenit num. 3. de iureiur. Menoch. conſ. 55. n. 11. Rot. coram Duran. deciſ. 146. nu. 10. & 12. & coram ſa. me. Greg. deciſ. 451. n. 2.*

9 Sed ceſſat difficultas, quia reuocatio donationis non emanauit ob defectum non implementi, ſed tantum ex eo, quod Donatrix fuerit ad donandum ſeducta; Et tantum abeſt, quod ipſa voluerit vti pacto reſolutiuo, quod imò receperit menſtruas præſtationes, per quã receptionem cenſetur præfatæ exceptioni renunciaſſe, vt bene per *Rotam coram Buratt. deciſ. 640. num. 17. & 21. & in recent. deciſ. 109. num. 4. & ſeqq. par. 7. & coram ſa. me. Greg. deciſ. 75. n. 2.*

Et ità &c.

TOLE-

TOLETANA ARCHIPRESBYTERATVS.

Lunæ 24. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Reſignatio dicitur facta tempore debito, ſi ſequuta fuerit intra terminum prorogatum. Et excluditur ſimonia, ſi fuerit reſeruatum Beneplacitum Apoſtolicum, & Papa habuerit ſcientiam pactorum ſaltem implicitam, & genericam.

SVMMARIVM.

1 *Reſignationis publicatio dicitur ſacta in tempore, ſi ſecuta fuerit durante prorogatione.*

2 *Prorogatio non eſt noua gratia, ſed eadem cum prima.*

3 *Reſignatio ſi non fuerit publicata, beneficium non vacat per mortem Reſignantis, ſed ob non factam publicationem.*

4 *Expreſſio non eſt facienda de ijs, quæ non retraxiſſent Papam à concedendo.*

5 *Simoniacum eſt pactum de faciendo depoſitum pro ſecuritate Reſignantis.*

6 *Fallit, quando fuit conceptum ſub Reſeruatione beneplaciti Apoſtolici.*

7 *Simonia excluditur attenta Reſeruatione beneplaciti Apoſtolici.*

8 *Simonia excluditur tam à pacto, quam à Depoſito ſi fuerit facta Reſeruatio beneplaciti Apoſtolici.*

9 *Beneplaciti Apoſtolici Reſeruatio operatur, vt actus habeatur pro non facto, quatenus beneplacitum non interueniat.*

10 *Clauſula* non alias, aliter, nec alio modo *conditionem importat, & adimit conſenſum ab actu.*

11 *Clauſula prædicta operatur, quod ſi Papa nolit concedere, etiam Partes diſſentire cenſeantur.*

12 *Referens ſe ad aliquam ſcripturam cenſetur velle contrahere modo, & forma, prout in ea continetur.*

13 *Simonia non committitur, ſi animus non concurrat.*

14 *Simonia ceſſat attenta ſcientia Papæ.*

15 *Diſpenſationis vim habet ſciantia Papæ.*

16 *Dictio* Tunc *reſpicit præterita.*

17 *Simonia excluditur ex ſcientia Papæ ſaltem implicita, & generica.*

18 *Amplia, ſufficere Papam potuiſſe intelligere, quid inter Partes actum fuerit.*

DECISIO CCCXXII.

OMISSA Diſputatione ſuper via executiua, & ſuper dubio, an ſit proceden. ad vlteriora quoad mandatũ de immitten. obtentum per Franciſcum de Ontiueros. Cenſuerunt Domini, ſententiam Rotalem latam in petitorio eſſe confirman. quia conſtat de bono
1 no Iure ipſius, ex quo Archipresbyteratum controuerſum obtinuit mediante reſignatione, ſibi facta à Gaſpare de Velaſco, & à Sãctiſſimo etiam admiſſa, quę licet publicata fuerit poſt terminum nouem Menſium, præfixum à Conſtitutione Gregoriana. Attamen attenta gratia prorogationis dicitur publicata in tempore, dum publicatio facta fuit tempore prorogato iuxta notata per *Rebuff. in ſua praxi benef. tit. de public. reſignat. gloſſ. 4. verſ. fallit, & gloſſ. 13. num. 15. Pariſ. de reſignat. lib. 11. quæſt. 7. num. 69.* & aduertit *Lotter. de re benef. lib. 3. qu. 21. numer. 35.* Et in his præciſè terminis firmauit *Rot. in Burgen. Canonicatus penes Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 369. num. 1. in rec. deciſ. 63. num. 12. par. 6. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 154. num. 8. & 9.*

2 Parumque refert, quod gratia prorogationis mẽtionem non faciat de obitu Reſignantis interim ſecuti, atque ideò videatur nulla, & ſubreptitia: Quia illa non dicitur noua gratia, ſed eſt eadem cum prima, vt notat *Bartol. in l. dies cautioni 4. num. 3. ff. de damn. infect.* & firmat *Caſtr.* qui multipliciter exemplificat, *conſ. 389. per totum lib. 1. Dec. conſ. 497. num. 2. Mandoſ. ſuper reg. de annal. quæſt. 76. num.* 10. Cumque per eam
3 nulli inferatur præiudicium, ex quo beneficium iam reſignatum non vacat per mortem Reſignantis, ſed ob non factam publicationẽ, vt cumulatis concordantibus latè deductum fuit *in Viterbien. Beneficiorum 23. Iunii 1653. & 26. Iunii 1654. coram Me.* Sequitur, quod huiuſmodi qualitas, quæ nullo modo retraxiſ-
4 ſet Papam à prorogan. neceſſariò non eſſet exprimenda *cap. ſuper literis 20. ibique Felin. num. 8. de reſcript. Innocent. in cap. cum noſtris 6. de conceſſ. præben. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 4. nu. 9. Rota in Oſcen. Canonicatus poſt Marcheſ. de Commiſſ. to. 2. fol. 547. num. 3.*

5 Repetitum verò ſimoniæ obiectum, ſuper quo mordicus inſiſtunt Informantes pro Petro, non fuit habitum in conſideratione. Nam licet pactum de faciendo depoſitum pro ſecuritate Reſignantis reperiatur de iure prohibitum, hoc tamen procedit quando ſimpliciter conceptum fuit, in quibus terminis loquuntur authoritates exaduerſo allegatæ:
6 Secus verò quando illud reperitur appoſitum ſub expreſſa reſeruatione beneplaciti Apoſto-
7 lici: Nam talis reſeruatio omnino ſimoniam excludit, vt aduertit *Leſſ. de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 35. dubit. 15. num. 93. Azor. Inſtit. moral. par. 3. cap. 8. quæſt. 4. §. hinc eſt, Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 84. ſub num. 9. verſ. ſic etiam promiſſio,* & vltrà relatos per *Menoch. conſ. 67. nu. 20. & per Vermigl. conſ. 353. num. 14.* firmauit *Rot. poſt primum vol. conſ. Farin. deciſ. 101. num. 7. & deciſ. 135. num. 5. in rec. deciſ. 538. num. 7. par. 4. tom. 3.* & latè *in Bracharen. Parochialis 21. Maii & 17. Decembr. 1635. coram Coccino.*

8 Nec dicatur, quod pactum ſit conſumatum mediante depoſito in illius executionem Nam cum reſeruatio beneplaciti cadat non ſolum ſuper pacto, ſed etiam ſuper ipſo depoſito contemporaneè, & ſub eadem die facto, vtique talis reſeruatio præſeruat vtrumque à
9 ſimonia, quia ſemper viget illa conditio; quatenus admittatur à Papa, itaut eo reprobato habeatur pro non facto, vt bene per *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. nu. 38.* Quem ſequuntur Moderni quamplures, & in ſpecie *Vermigl. conſ. 160. num. 8. & 13.* & clariùs *conſ. 162. num. 7. & 8.* vbi reſpondet contrarijs; Et in fortioribus *Bo-*

nacc.

Digitized by Google

nace.de Simon. par.1. diſp.1. quaſt.4. §.13.num.10. Toudut. Sauleger.reſol.benef.160.n.8.par.2.

10 Quæ etiam fortius procedunt attenta clau-
ſula *non alias aliter nec alio modo*; Nam illa con-
ditionem importat, & adimit conſenſum ab
actu, adeout conditione non purificata nihil
dicatur geſtum *Abb. in cap. inſinuante ſub num. 3. qui Clerici, vel vouentes &c. Lotter. de re be-
nef.lib.1.q.40. num.2/2.& quaſt.41. num.35. Rot.in Valentina Parochialis 8. Aprilis 1644.& 28. Aprilis 1645. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro*, vbi quod
11 dum Papa noluit, conſentit, & Paciſcentes
noluiſſe, & eſt deciſio *Caſar de Graſſ.10.num.2. & ſeqq. de praben. & coram Buratt. deciſ. 437. nu-
mer.3.& 4.*

12 Hinc Reſignans, ad cuius fauorem cedebat
dictum depoſitum, habita notitia, quod Papa
illud non approbabat, ſtatim conſenſit eius
diſſolutioni ad formã ſupplicationis ad quam
ſe retulit, quod bene demonſtrat, ipſum non
habuiſſe animum paciſcendi, niſi eo modo, &
forma, prout in eadem ſupplicatione contine-
batur *Dec. in auth. ſi quis in aliquo num.4. verſ. ſe-
cundò reſtringitur C. de eden. & in conſ.63.nu.6. Ripa in l.admonendi num.36. verſ. vltimo intellige ff. de iu-
re iur. Rot. diuerſ. deciſ.121.num.6. par.1.& deciſ.27. num.3.& deciſ.40.num.7. par.2.& in rec. deciſ.105. num.6. par.8.*

13 Ceſſat igitur ex prædictis omnis prætenſio
ſimoniæ, nam ex reſeruatione antecedenti ad-
iecta in pacto, ac in depoſito, & ex receſſu
poſteà ſubſecuto excluditur animus, ſine quo
ſimonia non committitur *Rot. in Aretina Confi-
dentia 23. January 1595. coram Lutta poſt primum vol. conſ. Farinaec. deciſ.101. num.7.*

14 Et viſa eſt ceſſare omnis amaritudo, quia
hæc omnia innotuerunt Pontifici, qui appro-
bando Cedulam bancariam, caſſauit, & dele-
uit depoſitum in ſupplicatione expreſſum:
Scientia enim Papæ tollit omne vitium ſimo-
niæ, vt inquit *Pariſ. de reſig nat. lib.6. quaſt.2. ſub nu.69. verſ. quod ampliatur, & num. ſeqq. & in tract. de confid. quaſt.40. num.14. verſ. ſecundo facit.* Et ra-
15 tionẽ reddit *Suarez de regular. to.1. tract.3. lib.4. cap. 61. num. 14.* Quia illa habet vim diſpenſa-
tionis, & de inueterato ſtylo Curiæ teſtatur
Vermigl. conſ.162. num.2.& 3. Rot. coram Caſſador. deciſ. 2. num. 4. de Simon. & coram Millin. deciſ.4. num.6.

16 Nec dicatur, quod Papa habuerit quidem
ſcientiam pacti, de faciendo depoſitum, non
autem depoſiti iam facti, & executioni de-
mandati: Nam illa verba *ex tunc realiter depoſi-
tare* reſpiciunt præterita, nec ad futura referri
poſſunt iuxta notata per *Rebuff. in comment. ad l. Mulieris appellat. 23. verſ. idem, & verſ. ideo ff. de verb. ſignif. Barboſ. clauſula 61. nu.14.* Vel ſaltem
17 negari non poteſt, quod ex verbis prædictis re-
ſultet ſcientia Papæ ſaltem implicita, & gene-
rica, quæ ſufficit ad euitandam ſimoniam *Pa-
riſ. de reſignat. lib.6. quaſt.2. num.71.* Et de veriori
teſtatur *Vermigliol. conſ.161. num.4.& 8. Rot. deciſ. 701. nu.1. par.4. diuerſ. & coram Millin. dicta deciſ.4.*
18 *num.1.& 6.* vbi quod ſufficit, Papam potuiſſe
intelligere quid inter partes actum fuerit, &
latè firmatum fuit *in Ferrarien. ſeu Romana Pe-
cuniaria 14. Februarij 1656. coram bon. mem. Dune-
zetto.*

Ex quibus, & alijs deductis in Deciſioni-
bus antecedentis inſtantiæ reſponderunt Do-
mini pro confirmatione ſententiæ Rotalis al-
tera &c.

ANCONITANA PECVNIARIA.

Luna 24. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Recognoſcens bonam fidem in Inſtrumento Cenſus, etiam ex interuallo, perindè eſt, ac ſi à principio Cenſum impoſuiſſet, & talis recognitio, facta tempore non ſuſpecto, & concurrentibus coniecturis, operatur non ſolum in præiudicium recognoſcentis, ſed etiam Creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non poteſt dici nulla, & iniuſta, niſi tranſportatis integrè actis.*
2 *Prior Creditor prafertur poſteriori.*
3 *Recognoſcens bonam fidem in Inſtrumento Cenſus efficitur principalis Debitor, ac ſi à principio Cenſum impoſuiſſet.*
4 *Recognitio bona fidei operatur in praiudicium recognoſcentis, non autem Creditorum ipſius.*
5 *Fallit, ſi ſit facta tempore non ſuſpecto, & concurrant coniectura pro eius veritate.*
6 *Inſtrumentum non poteſt pro parte valere, pro parte non.*
7 *Recognitio bona fidei ſi operatur reſpectu vnius, debet operari etiam reſpectu alterius.*
8 *Acceptare dicitur ſententiam, qui illi ſubſcribit.*
9 *Maritus in re dotali habet mandatum à lege.*
10 *Acceptans actum, non poteſt amplius illum impugnare.*
11 *Obligatio eſt ſtricti iuris.*
12 *Obligatio, reſtricta ad certas perſonas, non extenditur ad alias.*
13 *Obſeruantia ſententiæ, & actus per longum tempus, impedit, quominus retractari poſſit.*

DECISIO CCCXXIII.

NON attentis rationibus deductis ab A-
lexandris, iterum cenſuerunt Domini,
non eſſe locum reſtitutioni pecuniarum, &
1 ſic perſiſtendum in reſolutis: Nam cum in
ſententia graduatoria, lata fauore creditorum
illorum de Zuzzeris, aſſignatus fuerit ſecun-
dus locus Dario, & Ludouico de Scalamon-
tibus; quartus verò Cæſari Bomplano mari-
to Comitiſſæ Senilis, à qua Alexandri cau-
ſam habent, non poteſt agi ad reſtitutionem
pecuniarum, niſi reuocata dicta ſententia, &
tranſportatis integrè actis, ex quibus poſſit ap-
parere de nullitate, & iniuſtitia illius, vt dixit
*Rota coram Seraph. deciſ.1307. num.3. in recent. de-
ciſ.495. num.17.& 18. par.4. tom.2.& deciſ.79. n.4. & 5. par.7. coram Buratt. deciſ.264. num.2. ibique Adden.*

Digitized by Google

Adden. Lit. B. Et in Romana Saluiani 12. Ian. 1646. coram bo. me. Arguelles.

2 Sed vltra præſumptionem iuſtitiæ, quam pro ſe habet dicta ſententia. Exiſtimarunt Domini, pecunias fuiſſe rectè conſignatas, nec eſſe reſtituendas, quia creditum Scalamontiū conſiſtit in Cenſu impoſito die 10. Iulij 1584. Alter verò fauore illorum de Alexandris fuit creatus ſub die 9. Auguſti ſequentis menſis, & ſic iſti tanquam poſteriores veniunt repellendi ex regula *textus in cap. qui prior 54. de regul. iur. in 6. l. Creditor 12. ff. qui pot. in pign. hab. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 22. nu. 1. Rota coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 15. n. 21.*

3 Non obſtat, quod cenſus ſub dicta die 10. Iulij, à quo tempore Scalamontes deſumunt eorum anterioritatem, non appareat impoſitus per Zuzzeros, ſed per Camillum Gabriellium: Nam, cum Blaſius ſub die 24. Auguſti ſequētis recognouerit bonam fidem, declarando pecuniam ad eum perueniſſe, & propterea ſolutionem, & extinctionem ad ſe ſpectare: Vtique talis recognitio fecit illum principalem debitorem, perinde ac ſi ab initio fuiſſet Cenſus per eum impoſitus *Rota coram Merlin. deciſ. 577. num. 4. in recent. deciſ. 46. num. 1. & deciſ. 271. & 273. eodem num. par. 7. & deciſ. 48. nu. 5. par. 8.*

4 Nec dicatur, quod recognitio operetur quidem in præiudicium ſui, non autem in præiudicium Tertij, cui medio tempore fuit ius quæſitum; Nam cum declaratio, & confeſ-
5 ſio facta fuerit tèmpore non ſuſpecto, & plures concurrant coniecturæ, ponderatæ in præterita deciſione ſuadentes veritatem recognitionis, nocet etiam creditoribus iuxtà doctrinam *Salicet. in l. mater num. 1. C. de contrah. empt. Natt. conſ. 547. num. 24. Surd. deciſ. 55. num. 3. & deciſ. 135. num. 5. Rota deciſ. 362. num. 8. par. 1. recent. & in Romana Saluiani 15. Iunij 1643. & 15. Ian. 1644. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

6 Maximè quia in eodem Inſtrumento ſub die 24. Auguſti, in quo Blaſius recognouit bonam fidem erga Gabriellium pro Cenſu impoſito fauore filiorum de Scalamontibus, recognouit pariter bonam fidem pro alio fauore fratrum de Alexandris; Et ſic huiuſmodi Inſtrumentum non poteſt pro parte valere, & pro parte non; Sed ſicuti operatur reſpectu vnius, itá etiam operari debet reſpe-
7 ctu alterius, *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. l. eum qui ædes ff. de vſucap. Menoch. conſ. 200. n. 33. Rot. deciſ. 232. n. 25. par. 6. rec.*

8 Imó, cum huiuſmodi Inſtrumentum acceptatum fuerit ab omnibus Creditoribus, & in ſpecie, à Cæſare Bompiano marito Comitiſſæ Senilis, qui ſubſcripſit eidem ſententiæ graduatoriæ, non poteſt hodie amplius dubitari de dicta anterioritate, & ſententia in dubiū reuocari *l. ſi eo tempore, vbi gloſſ. verb. amiſiſſe, & Bart. nu. 1. C. de remiſſ. pign. Alex. in l. à Diuo Pio 15. §. ſi ſuper rebus num. 27. ff. de re iudic. Couarr. pract. quæſt. cap. 13. num. 7. Rot. in Romana Viridarij poſt Nigrum de ſubbaſt. deciſ. 14. n. 14.*

9 Nec releuat, quod in dicta ſententia Comitiſſa non reperiatur citata. Nam vltra quod conſtat de citatione contra ipſam à principio perſonaliter executa; In omnem caſum cum ageretur de re dotali, ſufficit quod fuerit citatus Cæſar, qui tanquam maritus mandatum habet à lege *l. maritus 21. Cod. de procur. Honded. conſ. 66. num. 23. lib. 1. Pariſ. conſ. 33. num. 67. lib. 1.* vbi etiam ſi non promittat de rato, *Roland. conſ. 64. num. 1. lib. 4.* & firmauit *Rota deciſ. 647. nu. 7. par. 4. recent. & deciſ. 106. nu. 8. par. 5. & coram Merlin. deciſ. 309. eod. num.*

10 Minus releuat, quod recognitio facta fuerit à ſolo Blaſio, non autem ab alijs fratribus, & ideò poſſit operari ſolum reſpectu portionis ipſius, ſed non reſpectu aliorum. Quia neque in cenſu impoſito fauore Partis aduerſæ reperitur obligatus, niſi Bernardus. Et ſemper ſubſiſtit reſponſio, quod cum eadem Pars vſa fuerit dicto Inſtrumento recognitionis, & facto; ac verbis approbauerit ſententiam graduatoriam patiendo, & permittendo, quod Scalamontes reciperent pecunias in extinctionem eorum crediti, illaſque per tantum tempus retinerent, non poſſunt hodie dictam conſignationem, & ſatisfactionem impugnare per *text. in cap. quod ſemel de regul. iur. in 6. Becc. conſ. 6. ſub nu. 17. lib. 1. Rota coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 105. n. 20. & in Ferrarien. Laudi 23. Iunij 1659. coram Me.*

11 Vlterius ponderabant Domini, obligationem de reſtituendo fuiſſe conceptam tantummodò fauore Emptoris, & caſu quo inſurgerent alij Creditores, habentes meliora, & potiora iura: Vndè cum emptor non agat, & creditores ſint ijdemmet, qui fuerunt graduati in ſententia, non videtur locus prædictæ obligationi. Nam obligatio eſt ſtricti Iuris *l. fideiuſſores magiſtratuum 69. ff. de fideiuſſ. l. quicquid adſtringendæ 99. ff. de verb. obligat.* Et reſtricta ad
12 certas perſonas non extenditur ad alios *Burſatt. conſ. 361. num. 1. lib. 4. Rota coram Duran. deciſ. 287. num. 12. & ſeqq. & coram Merlin. deciſ. 93. n. 1.* Dictio verò *alijs* deſignat Creditores diuerſos ab expreſſis *Dec. conſ. 653. ſub num. 4. Socin. Sen. conſ. 300. ſub n. 2. verſ. 3. principaliter lib. 2. Rota deciſ. 35. n. 4. par. 7. recent.*

13 Et comprobat obſeruantia dictæ ſententiæ per annos 35. & vltrà; qua ſtante non videtur amplius locus repetitioni per ea, quæ notat *Aymon conſ. 277. num. 1. in fin. verſ. & quod ex obſeruantia, & num. 2. Beccius d. conſ. 6. numer. 17. & ſeqq. lib. 1. Ioſeph Ludou. concl. 38. illat. 45. Rota in Coneben. Decimarum 14. Maij 1621. coram Remboldo.*

Ex quibus vtraque parte Informante perſtiterunt DD. in reſolutis.

AQVILANA CANONICATVS,

Mercurij 26. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Regreſſus an, & in quibus caſibus locum habeat, & quomodo reſeruatio illius extenderetur antiquitus, quomodò verò concipiatur ex ſtylo nouiſſimo, & alia plura de hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Regreſſui ſit locus, ſi penſio annulletur, vel controuertatur, quando Reſignatio facta ſuit ſub pacto regreſſus in dictum caſum, & cum clauſula* non alias, aliter, nec alio modo.

2 *Amplia, vt hoc procedat non ſolum contra Reſignatarium, ſed etiam contra ſucceſſorem in beneficio.*

3 *Regreſſui non eſt locus, ſi nullitas reſeruationis penſionis procedat culpa Reſignantis.*

4 *Declara, id non procedere, ſi reſeruatio regreſſus concepta ſuit cum clauſulis ampliſſimis, & ex quauis cauſa &c.*

5 *Regreſſus non competit ei, qui poſſidet beneficium incompatibile.*

6 *Incompatibilitas non obſtat in aſſequutione beneficij, ſed in retentione.*

7 *Contrauenire non dicitur Decreto, appoſito in literis Reſignationis, qui non habuit notitiam illius, nec eædem literæ fuerunt Ei intimatæ.*

8 *Ignorantia excuſat à dolo, & à lata culpa.*

9 *Moræ purgatio admittitur ex æquitate Rotæ etiam ad excludendum regreſſum.*

10 *Moræ purgatio facilius admittitur, quando ius Partis non fuit effectum deterius.*

11 *Litigioſum efficitur beneficium ſi in Commiſſione adſint clauſulæ* quam, & quas &c. totoque negotio principali &c.

12 *Litigioſum ſi fuerit effectum beneficium, reſignatio de illo facta eſt nulla, & attentata.*

DECISIO CCCXXIV.

IVXTA reſolutionem captam ſub die prima Martij præteriti propoſui Dubium: An conſtet de bono iure Andreæ, quod hodiè negatiuè reſolutum fuit. Siquidem Lucas de Petio reſignauit Canonicatum controuerſum ad fauorem Michaelis Angeli Teſtoni cum reſeruatione annuæ Penſionis ducatorum 25. auri de Camera, & cum Decreto, *quod deficiente Reſignatario, vel eius ſucceſſoribus in ſolutione penſionis, vel petentibus illam annullari, ſeù reduci, liceret eidem Reſignanti liberum habere regreſſum ad Canonicatum ſupradictum. Et non alias aliter, nec alio modo &c.*

1 Vndè cum defuncto Teſtonio fuerit de eodem Canonicatu prouiſus Dominicus de Benedictis, & deindè ex cauſa permutationis illũ obtinuerit Andreas Viola, qui anno 1654. contra Lucam Reſignantem reportauit ab A. C. Sententiam fauorabilem ſuper nullitate dictæ penſionis ob non expreſſionem veri valoris: Vtique factus fuit locus dicto regreſſui ad fauorem eiuſdem Lucę, dum Canonicatum non reſignauit purè, & ſimpliciter, ſed conditionaliter iuxtà *deciſ. Creſcen. 17. num. 3. de reſcript. & in rec. 631. num. 1. part. 1. deciſ. 286. num. 2. part. 2. & deciſ. 311. num. 1. part. 5.* cum alijs per *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 40. num. 272. & ſeqq.*

2 Parum obſtante, quod Andreas non ſit Reſignatarius, ſed ſucceſſor in beneficio; Nàm clauſula ſupra expreſſa importat conditionẽ, cui etiam ſucceſſor ſtare tenetur, vt notat *Pariſ. de Reſignat. lib. 6. quæſt. 3. num. 18.* & firmauit *Rot. coram Verall. deciſ. 8. num. 2. part. 3. & in rec. dicta deciſ. 631. num. 2. part. 1. & deciſ. 340. nu. 8. & 9. part. 4. tom. 2.*

3 Non obſtat, quod prætenſa nullitas proueniat ex facto, & culpa Lucæ Reſignantis ob falſam expreſſionem valoris, quo caſu non datur regreſſus ad beneficium reſignatum:
4 Nàm obiectum poſſet fortaſſè procedere, ſi reſeruatio regreſſus eſſet concepta ſimpliciter, & iuxtà formam antiquam, in quibus terminis loquuntur deciſiones, & authoritates in contrarium allegatæ; Secus verò cum illa facta fuerit cum verbis, & clauſulis ampliſſimis, & prægnantibus, & ſignanter ex quauis cauſa &c. quia tunc cenſetur comprehenſa quęlibet nullitas, etiam proueniens ex falſa expreſſione valoris, vt in his præciſe terminis diſtinguendo vtrumque caſum, firmauit *Rot. in Cremonen. Penſionis ſuper regreſſu 23. Iunij 1623. coram Vbaldo,* & latius *in Camerinen. Regreſſus 1. Decembris 1645. & 19. Iunij 1647. coram bo. mem. Peutingerio,* & benè explicat, & declarat *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 40. num. 268. & ſeqq.*

5 Minus facit, quod Regreſſus non poſſit competere Lucæ propter aſſecutionem alterius Tituli incompatibilis; Siquidem non ſubſiſtit in facto, quod de tempore intentati regreſſus poſſideret aſſertam Parochialem; prout pariter non ſubſiſtit, quod poſt illam obtentam retinuerit Canonicatum, de quo agitur, dum illum ſecunda vice reſignauerat ad fauorem Colizzæ cum poſſeſſione ſubſecu-
6 ta: Incompatibilitas enim non obeſt in aſſequendo, ſed in retinendo, vt probat *Gabr. conſ. 193. num. 6. lib. 1. Rot. coram Canaler. deciſ. 450. num. 6. & coram Merlin. deciſ. 6. num. 9. & in Feſulana beneficij, ſeù Oratorij 4. Iulij 1653. coram P. P. D. meo Albergato.*

7 Verum, quia Andreas eſt ſucceſſor in Beneficio, & reportauit Sententiam ſuper nullitate penſionis ſub die 20. Nouembris 1654. quo tempore Lucas adhuc non expediuerat literas ſuper reſeruatione Regreſſus, quæ apparent obtentæ tantummodò 14. Kalendas Maij 1655. Ideò dum præfatæ literæ nec erant expeditæ, nec eidem intimatæ, non poteſt dici quod contrauenerit Decreto, vel fuerit contumax in ſoluendo, vt aduertit *Pariſ. de Reſign.*
8 *lib. 6. quæſt. 2. num. 141.* Ignoranti enim non poteſt aſcribi dolus, vel lata culpa *Rot. coram Duran. deciſ. 365. nu. 28. & 29. & in rec. deciſ. 167. nu. 8. & ſeq. part. 7.*

9 Ac

9 Ac proindè, quatenus idem Andreas renũ-
ciet liti, & dictæ Sententiæ ad eius fauorem
latæ; Domini ſequendo ſolitam æquitatem
cenſuerunt, admittendũ eſſe ad purgationem
moræ, vt practicatum fuit per *Rotam coram Pe-
nia deciſ. 368. num. 8. & 9. & deciſ. 431. à num. 1. per
totam iuxta primam impreſſionem*, & probat *Lotter.
de re benef. lib. 1. quæſt. 40. num. 284.*
10 Maximè cum Andreas nunquam fuerit
vſus dicta Sententia, & ius Partis non appa-
reat effectum deterius *cap. ſuam 9. de pœn. Rot.
coram Duran. deciſ. 270. nu. 10. & 11. & in rec. de-
ciſ. 218. nu. 13. part. 5.* & in his terminis *dicta de-
ciſ. 368. nu. 15. coram Penia*.
11 Nec releuat, quod Lucas poſt intentatum
regreſſum reſignauerit Canonicatum Coliz-
zæ, quia cum Cauſa ſuper eodem regreſſu eſ-
ſet in Rota commiſſa cum clauſula *quam, &
quas &c. totoque negocio principali &c.* Benefi-
cium fuit effectum litigioſum, vt dixit *Rot. co-
ram Put. deciſ. 67. lib. 2.* & latiſſimè *in Florentina
Parochialis 26. Iunij 1647. coram Reuerendiſſ. D. meo*
12 *Cerro*. Et Reſignatio tanquam nulla, & at-
tentata non eſt habenda in conſideratione
*cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. Rot. coram Eminentiſſimo
Otthob. deciſ. 77. nu. 3. & 4.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMVS AD S. HONVPHRIVM.

Lunæ 14. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Creditum dicitur purum, non autem conditionale, ſi conditio in eo appoſita pendet à poteſtate Promittentis, & per eum ſtat quominus adimpleatur: Et Deliberatio facta illius vigore ſuſtinetur, quamuis non aſcendat ad valorem rei deliberatæ.

SVMMARIVM.

1 *Deliberatio facta ſeruatis ſeruandis retractari non poteſt.*
2 *Creditum an, & quando dicatur purum, vel conditionale.*
3 *Conditionalis obligatio, purificata conditione, efficitur pura.*
4 *Conditio habetur pro impleta, ſi ſtat per Promittentem, quominus adimpleatur.*
5 *Et redditur ratio, quia alias eſſet in poteſtate Debitoris eludere Creditorem.*
6 *Retrotractio non poteſt fieri in præiudicium Tertij, ad infringendum actum iam conſumatum.*
7 *Deliberatio, facta pro iuſto pretio, non poteſt infringi ex eo, quod excedat creditum in valore.*
8 *Citatio ſufficit, quod fiat contra Procuratorem, & Dominum litis effectum.*
9 *Clauſula* Releuans &c. *operatur, ne mandatum expiret morte mandantis.*
10 *Manutentio datur poſſeſſori.*
11 *Manutentio debetur Ceſſionario, quemadmodum competebat Cedenti.*

DECISIO CCCXXV.

RESPONDERVNT Domini, conſtare
de bono iure DD. de Borromeis ſuper
domo controuerſa etiam ad effectum manu-
tentionis. Etenim creditum Comenzoli con-
tra Marcum Antonium Dugnanum in ſum-
ma ſcutorum 1348. reſultat ex Apoca, ab ipſo-
met Dugnano ſubſcripta, & in actis producta,
1 cuius vigore cum ſecuta fuerit deliberatio in
fauorem Ioannis Fortis Authoris eorumdem
DD. de Borromeis, illa nullo modo impu-
gnari poteſt, dum omnia neceſſaria interue-
nerunt ad validitatem actus iuxtà notata per
Saluſt. in ſua praxi lib. 1. cap. 42. num. 12. & per
Galleſ. de oblig. Camer. quæſt. vlt. num. 31. & ſeq. Et
dixit *Rota in Romana reſtitutionis Dotis poſt Nig.
de ſubhaſt. deciſ. 12. num. 1.*
2 Obiectum verò, quod dictum Creditum
non eſſet purum, ſed conditionale ſtantibus
illis verbis, ibi, *Mi obligo in forma Cameræ pagar-
glili ſubito, che hauerò fatta la vendita del mio Ca-
ſino*; Ceſſat ex eo, quia Dugnanus conſtituit
ſe debitorem ſimpliciter abſque vlla condi-
tione, ibi, *Dechiaro eſſer legitimo debitore di Ma-
ſtro Franceſco Comenzoli in ſcudi 1348. 27. quali
li deuo per tanta robba, & fattura meſſa alla fabrica
3 del mio Caſino*. Et licet promiſerit, illud ſol-
uere ſecuta venditione, nihilominus cum
præceſſerit præfixio termini duorum menſiũ,
facta per Iudicem, illis elapſis, & venditione
ſecuta perindè eſt, ac ſi obligatio eſſet pura,
& non contineret dilationem ad ſoluendum,
vt benè in ſimilibus terminis dixit *Rota coram
Millin. deciſ. 436. num. 1. & 2.* Et eſt *Text. in l. ſi
quis inſtituatur 23. §. ſed ſi bonorum ff. de hæred. inſti-
tuen.* vbi quod negligente hærede adimplere
conditionem poteſtatiuam, poteſt illi præfigi
4 terminus. Nam quando adimplementum
conditionis pendet à poteſtate Promittentis,
tunc conditio habetur pro impleta, ſi per eum
ſtat quo minus adimpleatur *l. hæc venditio in
fine ff. de contrah. empt. Alex. conſ. 49. num. 1. verſ. ſe-
cundo quia lib. 2. Rot. coram Buratt. deciſ. 110. num. 7.
& 8. & coram Merlin. deciſ. 605. numer. 18. & 19.*
5 Alias enim eſſet in arbitrio ipſius eludere cre-
ditorem, vt ponderat *Peregr. conſ. 81. num. 1. &
ſeqq. lib. 4.* Et pluribus comprobat *Cyriac. con-
trou. 167. num. 2. & ſeqq. & num. 17.*
6 Exceſſus ex eo deductus; quod Comenzo-
lus promiſerit ex pecunijs à Dugnano retra-
hendis ſoluere Benuato ſcut. 314. qui ſucceſ-
ſiuè declarauit, creditum huiuſmodi ſpectare
ad eundem Dugnanum; Vndè infertur, quod
deliberatio non potuerit fieri pro dicta ſum-
ma, dum pro ea Dugnanus non exiſtebat de-
bitor; Tollitur ex eo, quia declaratio facta
conuincitur triennio poſt ſecutam delibera-
tionem, quæ propterea non poteſt retrotrahi
in præiudicium Tertij, ad infringeñ eandem
deliberationem iam conſumatam, vt tradit
*Dec. in l. pecuniam 36. ſub num. 11. verſ. ad hoc tamen
ff. ſi cert. pet. Surd. conſ. 382. num. 79.* & vltra rela-
tos per *Coſt. de retrotract. c. 8. caſ. 2. num. 10. & 11.*
dixit *Rot. coram Merlin. deciſ. 568. num. 28.*
7 Ceſſat pariter alter exceſſus, quod domus

Digitized by Google

magni valoris ſubhaſtata, & deliberata fuerit pro ſolo credito ſcut. 1348. Nam cum deliberatio facta appareat pro iuſto pretio, & pro ſumma debita, parum refert, quod excederet creditum in valore, dum reſiduum pretij reſtituitur Debitori, vel ſoluitur Creditoribus illius. *Bald. in l. fin. num. 4. verſ. Et non plus C. de iur. domin. impetr. Alex. in l. Iuſtè poſſidet num. 23. ff. de acquir. poſſ. Rot. coram Coccin. deciſ. 136. num. 7. Buratt. deciſ. 49. num. 13. ibique Add. Lit. A.* Et plures cumulant *Add. ad ſan. memor. Gregor. deciſ. 198. num. 3.*

8 Demùm non obſtat, quod mandatum de deliberando expeditum fuerit poſt mortem Dugnani, non citato Carolo eius filio; nam cum citatus fuerit Procurator Conſtitutus ab eodem Dugnano, & Dominus litis effectus, vt apparet ex ipſo tenore mandati de deliberando, ibi *quoniam citato D. Simone Robuto Procuratore, & Domino litis effecto, prout in actis, &c.* ceſſat dicta prætenſa nullitas, & deliberatio non poteſt ex hoc capite impugnari *l. non ſolum §. morte ff. de nou. oper. nunc. l. nulla C. de Procur.* & tradit *Surd. conſ. 99. nu. 5. Buratt. deciſ. 440. num. 2. & 3.* vbi quod mandatum illius non expirat morte mandantis, *ſan. mem. Greg. deciſ. 390. num. 1. ibique Add. Lit. A. in rec. deciſ. 132. n. 11. par. 4. tom. 2.* Et latè deductum fuit *in Florentina fideicommiſſi 28. Iunij 1638. coram Reuerendiſſimo*

9 *Compoſtellano.* Maximè quia in eodem mandato Procuræ adeſt clauſula *releuans &c. Rot. coram eod. Buratt. deciſ. 241. ſub n. 9. & 10.*

10 Firmato bono iure DD. de Bortomeis, manutentio debet illis concedi, quia conſtat de illorum poſſeſſione ex Inſtrumento publico, & alijs actibus geſtis in vim ceſſionis, & poſſeſſionis in eos translatæ à Deliberatario, qui poſſidebat authore Prætore *ad text. in l. iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſſeſſ.* Vndè ſicuti manutentio deberetur Deliberatario, ità concedenda venit

11 DD. de Borromeis repræſentantibus illius perſonam *Mareſc. var. lib. 2. cap. 116. num. 9. Rota deciſ. 411. nu. 17. par. 5. recent. & in Romana Domus 1. Iulij 1639. & 6. Februarij 1640. coram Cardinali Panzirolo.*

Et ità vtraque &c.

VRBINATEN. SALVIANI.

Veneris 18. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Sententia remanet nulla, ſi citatio fuerit vaga, & incerta, & facta verbaliter tantum, non autem in ſcriptis per ſchedulæ dimiſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbini de duabus conformibus intelligitur de validis, & iuſtis.*

2 *Citationis ad ſententiam defectus reddit illam nullam.*

3 *Citatio, facta verbaliter, non ſuſtinetur, ſed debet exequi in ſcriptis, & per ſchedulæ dimiſſionem.*

4 *Citatio non poteſt dici executa, niſi appareat de tenore illius.*

5 *Notario, atteſtanti de executione Citationis, non creditur.*

6 *Stylus exorbitans à iure debet eſſe legitimè præſcriptus, alias non ſuffragatur.*

7 *Citatio vaga, & incerta non relenat.*

8 *Citat o ad ſententiam debet eſſe ſpecifica, & indiuidualis, nec ſufficiunt verba æquipollentia.*

9 *Sententia nullitas opponi non poteſt poſt illius confirmationem.*

10 *Fallit, ſi à prima ſententia appellatum fuerit, nec illa tranſiuerit in iudicatum.*

11 *Pacta ſunt omninò ſeruanda.*

12 *Saluianum ceſſat ceſſante hypotheca.*

13 *Fauore alicuius inducta non debent in odium vetor queri.*

14 *Nouatio non inducitur, niſi expreſſè dicatur.*

15 *Nouatio excluditur attenta proteſtatione in contrarium.*

DECISIO CCCXXVI.

1 STATVTVM Vrbini de duabus conformibus intelligitur de validis, & iuſtis, vt probat *text. in l. 4. §. condemnatum, ibique Doct. ff. de re iudic. Gratian. cap. 691. num. 27.* Et millies firmauit *Rota vt coram Coccino deciſ. 294. num. 1. in recent. deciſ. 662. num. 3. par. 1. deciſ. 179. num. 1. & ſeqq. par. 7. deciſ. 21. n. 3. par. 8.* & in alijs.

Tales autem non videntur ſententiæ, reportatæ ab Octauia Iuſta contra Benedictum Veteranum ſuper immiſſione in poſſeſſionem Prædij nuncupati del Monte; Nam illæ laborant vtroque vitio, & nullitatis, & iniuſtitiæ;

2 Nullitas primæ ſententiæ viſa fuit Dominis ſatis clara ex defectu citationis ad ſententiam *ad text. in l. ab eo Cod. quomodo & quando Iud. & in Clem. Paſtoralis de re iudic. Rot. coram Caualer. deciſ. 376. nu. 1. & in Colonien. Prepoſituræ 1. Iulij 1648. coram Reuerendiſſ. D. meo Meltio.*

3 Citatio enim exaduerſo deducta non docetur executa, niſi verbaliter, non autem in ſcriptis, & per ſchedulæ dimiſſionem: Cum tamen de illius tenore conſtare debeat, vt in ſimili aduertit *Felin. in cap. quoniam contra ſub num. 51. de probat. Rot. diuerſ. deciſ. 55. num. 1. par. 1.*

4 vbi quod non poteſt dici conſtare de citatione, niſi appareat de tenore illius, *& in rec. deciſ. 535. n. 1. & ſeqq. pariter par. 1.*

5 Imò illa non probatur executa niſi ex atteſtatione Notarij, cui in hac materia non eſſe credendum, tradit *Parif. conſ. 31. num. 14. lib. 4. Gabr. conſ. 40. num. 3. lib. 1. Rot. diuerſ. dicta deciſ. 55. par. 1. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 71. num. 2. & in recent. deciſ. 624. n. 10. par. 1. & 223. n. 7. par. 7.*

6 Stylus verò illarum partium, exequendi hoc modo Citationes, nullatenus probatus fuit, prout concludenter probari deberet, & quidem legitimè præſcriptus tanquam exorbitans, & contra Iuris diſpoſitionem, vt bene in propoſito firmauit *Rota in Meleuitana Redditionis rationis 24. Nou. 1636. coram Coccino in Sulmonen. Vicariæ 26. Ian. 1646. coram Reuerendiſſ. D. meo Meltio, & in Meleuitana Territorij 28. Iunij 1647. coram Reuerendiſſ. Terracinen.*

7 Et nihilominus in præſenti caſu probatus
nõ releuaret:dum citatio,& monitio eſt nimis
vaga, & incerta; quæ propterea ſuffragari nõ
poteſt iuxtà punctualem gloſſam *in clem. ſapè
verbo ad id de verb.ſignif. & in cap.cum contumacia
verb.reſpondeat in fine de hæretic.in 6. Rot.exempli-
ficans in diuerſis caſib.deciſ.376. num.2. & 3. coram
Caualer.& in rec.deciſ.18. num.1.par.1.* vbi quod
8 citatio debet eſſe ſpecifica, & indiuidualis ad
ſententiam, nec ſufficiunt verba æquipollen-
tia, *deciſ.141. num.3. par.2. & in Acerrarum Pen-
ſionis 14.Ianuarij 1647.coram Reuerendiſſ. Terraci-
nen.* cum concordantibus adductis per *Add.ad
Buratt.deciſ.619. nu.5.* Et de ſententia lata à Vi-
cario Vrbini ſub ſimili citatione firmatum
fuit *in deciſ.651.n.1.& 2.par.3.rec.*

9 Nec releuat ſecunda ſententia illius confir-
matoria, qua ſtante prætenditur pro parte
Octauiæ non poſſe amplius opponi de nulli-
tate primæ, vt dixit *Rot.in Oſcen.Parochialis 10.*
10 *Decembris* 1604. *coram Lancellotto*. Nam cum
ſecunda ſententia non tranſiuerit in iudica-
tum, ſed ab ea fuerit appellatum, & cauſa
appellationis commiſſa, non ceſſat defectus
huiuſmodi, ſed bene de nullitate ſententiæ
confirmatæ opponi poteſt, vt in ſpecie con-
cludit *Alex.conſ.111. num.3. vol.5. Gabr.conſ.49.
num.1.& 2. lib.1. Vant.de nullit.tit.* qualiter ſen-
tentiæ, & proceſſus &c. *num.25.* Et ità, decla-
rando doctrinam Felini, & aliorum, tenuit
*Rot.deciſ.474.num.4.& ſeqq.deciſ.510.n.1.& 512.
num.2.par.2.in rec.*

11 Iniuſtititia quoque deſumpta fuit ex In-
ſtrumento Conuentionis, & Tranſactionis
initæ inter Hippolythum Iuſtum Octauiæ au-
thorem, & Franciſcum Veteranum Patrem
Benedicti, in quo idem Hippolythus pro iuri-
bus ſibi ceſſis à Luca Antonio Laureto Cre-
ditore hæreditatis Albani, & Ceci promiſit
expreſsè, ſe nunquam illaturum moleſtias
Veterano ſuper Prædio controuerſo tam no-
mine proprio, quam etiam nomine illorum
de Cecis, & Magdalenæ Petrucciæ, pro qui-
bus de rato, cum obligatione ad damna, ex-
penſas, & intereſſe in caſu contrario. Vndè
non poterat idem Hippolythus, minuſque
Octauia illius hæres immiſſionem petere ſu-
per eodem Prædio contra formam pacti, iu-
ramento, & obligatione Camerali muniti, ſed
illud præcisè ſeruãdum erat *l.1.& l.iuriſgentium
§.prætor ait ff.de pactis, Bald.in rubr. de Conſtitut. in
princ.* vbi dicit verba illa Prætoris proceſſiſſe
de ore Dei, *Surd.conſ.20.nu.12. Rot.coram Caua-
ler.deciſ.549.num.1.* Ac proinde ſublata per pa-
12 ctum hypotheca non poterat eidem Octauiæ
concedi immiſſio ex Saluiano *ad text.in l.1.ff.de
Salu.interd. Natt.conſ.474.num.34. Corn.conſ.190.
num.2.lib.1. Rota coram Buratt.deciſ.257. num.14.
& 774. num.7.& in Beneuentana Saluiani 24.Maij
1655.coram R.P.D.meo Priolo.*

13 Nec releuat apoca de anno 1649. per quam
conuentum extitit, quod Veteranus non de-
beret appellare à duabus conformibus, obti-
nendis per Iuſtum ſuper canonizatione, & li-
quidatione ſui crediti: Nam talis conuentio
ideò legitur facta, quia ſecuta liquidatione, &
approbatione tenebatur Iuſtus remiſſa prius,
& condonata tertia parte illud cedere Vetera-
no ad hoc, vt eo mediante tueretur facilius
ſuam poſſeſſionem, non autem vt Iuſtus poſ-
ſet eodem credito vti pro conſequenda Im-
miſſione ſuper Prædio prædicto ad excluſio-
nem ipſius Veterani, & poſſeſſionis per eum
captæ: Nam hoc modo inducta in ipſius fa-
uorem retorquerentur expreſsè in odium cõ-
tra regulam *text.in l.quod fauore C.de legib.Surd.
conſ.315.num.68.& conſ.426.num.16.* Vndè cum
14 huiuſmodi apoca nõ contradicat Conuentio-
ni antecedenti, ſed bene compatiatur cum
illa, non poteſt importare nouationem, quæ
nunquam inducitur niſi expreſsè dicatur *l.fin.
C.de nouat. l.2. ff.eod. Rot. deciſ.456. num.1. & 2.
par.1.diuerſ.& deciſ.30.n.2.par.2.Buratt.deciſ.240.
nu.16.& deciſ.749. nu.18.& coram Eminentiſs.Ot-
thobono deciſ.131.n.9.*

15 Præſertim quia reſeruantur ibidem iura, &
exceptiones competentes Veterano cum pro-
teſtatione expreſſa, quod illis non intelliga-
tur præiudicatum: Nam dicta verba penitus
nouationem excludunt, & præſeruant iura
competentia ex primo Inſtrumento *l.libera
quidem C.de ſent.& interloc.omn.iudic. Iaſ.in l.lecta
40.num.9.in fine ff.ſi cert.pet.Gabr.de nouat.concl.1.
num.56. Rot.in rec.deciſ.425. num.18. par.5.coram
Merlin.deciſ.2.num.9.& deciſ.413. num.7.& coram
Eminentiſs.Otthobono deciſ.131.n.10.& 11.*

Et ità deciſum Informante vtraque Parte.

REATINA SVCCESSIONIS.

Lunæ 21. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Agitur de interpretatione Statuti Reatini de
ſucceſſionibus ab inteſtato, & receditur à re-
ſolutione capta in hac eadem cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguineorum appellatione ſecundum proprieta-
tem ſermonis, & ex propria ſignificatione veniunt
tantum Agnati, non autem Cognati.*

2 *Fallit, quando conſtat de vſu loquendi, & voluntate
ſtatuentium in contrarium.*

3 *Conſanguineis ſi coniungatur verbum* Affines, *tunc
illorum appellatione veniunt non ſolum Agnati, ſed
etiam Cognati.*

4 *Conſanguineorum appellatione veniunt Cognati,
quando vocantur etiam Vicini.*

5 *Exceptio firmat regulam in caſibus exceptuatis.*

6 *Cognati propriè dicuntur illi, qui ſunt coniuncti ex
latere Matris.*

7 *Scriptura vna pars aliam declarat.*

8 *Statuti interpretatio, quæ reſultat ex verbis, & ex
alia parte eiuſdem Statuti, attendenda venit.*

9 *Statuti caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione Iuris
communis.*

10 *Frater Conſanguineus ſuccedit fratri ſuo in bonis
Paternis, ſicut vterinus in Maternis.*

11 Deciſiones 349. par. 6. recent. & 102. par. 7.
declarantur.

Digitized by Google

12 *Statuta correctoria iuris communis non admittunt extenſionem de caſu ad caſum, neque de perſona ad perſonam.*

13 *Statuta ſtrictè interpretari debent, ſicut ſtipulationes.*

DECISIO CCCXXVII.

OBIIT ab inteſtato Hieronymus de Toſtis, & contendentibus de illius ſucceſſione Ludouico, & alijs de eadem familia Patruelibus, necnon Chriſtophoro, & fratribus de Leonijs Auunculis, dubitatum fuit ſub die 15. Februarij 1658. An iiſdem Leonijs eſſet danda immiſſio, & Domini tranſierunt in partem negatiuam, Sed repropoſita cauſa, & exhibito per extenſum Statuto, illiuſque tenore attentè perlecto contrariam ſententiam fuerunt amplexi.

1 Nam quamuis Statutum prædictum vocet proximiores Cōſanguineos, quorum appellatione ſecundū proprietatē ſermonis & ex propria ſignificatione veniunt tantum agnati, non autem cognati *iuxt. text. in* §. 1. *Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. Rot. deciſ.* 349. *nu.* 4. *& ſeqq. par.* 6. *rec.* cum alijs allegatis in Deciſione, quæ reuidetur.

2 Hoc tamen non procedit, quoties conſtat de communi vſu loquendi in contrarium, quodque ſtatuentes ſub nomine Conſanguineorum intellexerunt comprehendere etiam Cognatos *iuxt. tex. in l. ſi ſeruus plurium* 53. §. *vlt. ff. de leg.* 1. *Caſtr. in l. hæredes palam* 52. §. 1. *num.* 5. *ff. de Teſtam. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 1. *& ſeqq. & lib.* 12. *tit. vlt. num.* 20. Et bene in propoſito tradit *Alex. conſ.* 153. *num.* 1. *lib.* 7. & firmauit *Rot. coram Creſc. deciſ.* 4. *num.* 5. *& ſeqq. de Conſtit.*

3 In præſenti verò caſu prædictus loquendi vſus, & intentio ſtatuentium controuerti non poteſt, nam id deſumitur ex pluribus eiuſdem Statuti partibus, & ſignanter *ex cap.* 7. de Teſtium receptione *lib.* 3. In quo Conſanguinei vſque ad tertium gradum, necnon Affines repelluntur à teſtificando in criminalibus, quoties enim verbum Affinis coniungitur verbo Conſanguineis, horum appellatione Cognati quoque includuntur, vt in ſpecie firmauit *Rota coram Creſc. d. deciſ.* 4. *n.* 7. *de Conſtit.*

4 Et in *cap.* 95. *eodem lib.* 3. dicitur, quod furioſus, & mente captus detineatur à Poteſtate ad inſtantiam cuiuslibet Conſanguinei, vel duorum vicinorum, ſeu duorum virorū digniorum fide; Si enim ſtatutum admittit vicinos, & extraneos, multo magis ſub nomine Conſanguineorum includit Cognatos, vt arguit idem *Creſc. d. deciſ.* 4. *n.* 5. *de Conſtit.*

5 Imò in hoc eodem *cap. de ſucceſſ. ab inteſtat.* diſponitur, quod ſi quis moriatur inteſtatus ſine Patre, filijs, & nepotibus, tunc ſuccedant proximiores conſanguinei, & poſtea à prædicta regula excipiuntur fratres vterini, & eorum filij, quæ exceptio indicat expreſsè, quod ſub nomine Conſanguineorum comprehendebantur Cognati, prout ſunt vterini, qui ſi non fuiſſent excepti, vtique ſub regula remanſiſſent incluſi *ad text. in l.* 1. §. *ſed excipiuntur ff. de ferijs, Afflict. deciſ.* 239. *num.* 3. *Rot. coram Comitulo deciſ.* 165. *num.* 14. *& in rec. deciſ.* 66. *nu.* 5. *par.* 4. *tom.* 2.

6 Rurſus clariùs apparet ex verbis ſubſequen. Nam poſtquam ſtatuentes loquuti fuerunt de ſucceſſione Conſanguineorum ex parte Patris ſtatim addiderunt, & eodem modo in ſucceſſione Conſanguineorum ex latere matris. Eccè igitur quod coniuncti ex latere matris, qui propriè ſunt Cognati, vocantur Cōſanguinei.

7 Certum eſt autem, quod vna pars ſcripturæ aliam declarat *l. vtrum ff. de petit. hæred. Rot. deciſ.* 327. *num.* 1. *& deciſ.* 492. *num.* 2. *par.* 4. *diuerſ.* Et in-

8 terpretatio quæ reſultat ex verbis, & ex alia parte eiuſdem Statuti venit attendenda *Carpan. in prælud. ad Statut. Mediol. num.* 326. *& ſeqq. Aldobrand. in* §. *quod autem num.* 4. *Inſtit. de capit. dimin.* & pluribus comprobat *Hond. conſ.* 12. *à num.* 15. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 467. *num.* 3. *par.* 1. *recent. & deciſ.* 16. *num.* 5. *par.* 8. Et in terminis huius Statuti firmauit *Anton. de Venafro conſ.* 8. *num.* 21. *inter conſ. Socin. Iun. lib.* 1.

9 Nec ſubſiſtit prætenſa diſtinctio, ſeu ſeparatio de bonis paternis à maternis deducta ex eo, quod ſtatuentes in §. filiæ verò voluerint, quod ſi defunctus nullos haberet fratres, vel nepotes ex fratre, ſed tantum ſororem dotatam, & Patruos, ſeu Patrueles, tunc medietas bonorum ipſi mulieri deferatur, altera verò Patruis, ſi agatur de ſucceſſione Conſanguinei ex latere paterno, ſi verò de ſucceſſione Conſanguinei ex latere materno, tunc medietas hæreditatis ſpectet ad eandem mulierem, altera verò Auunculis, ſeu Conſobrinis applicetur; Nam ex lectura totius ſtatuti apparet, quod intentio eorundem ſtatuentium non fuit bona paterna à maternis ſeparare, ſed tantum arcere mulierem à conſecutione totius hæreditatis, quæ alias de Iure communi vti proximior ſuccedebat; Vndè cum in caſu præſenti agatur de ſucceſſione conſanguinei coniuncti ex vtroque latere, circa quam ſtatutum nihil diſponit, talis caſus tanquam omiſſus remanet ſub diſpoſitione Iuris communis, deferentis ſucceſſionem Auunculis, tanquam proximioribus *ad text. in l. commodiſſimè* 10. *ff. de liber. & Poſth. Rot. coram Merlin. deciſ.* 390. *num.* 12. *& ſeqq. & in recent. deciſ.* 15. *num.* 11. *deciſ.* 17. *num.* 19. *&* 20. *& deciſ.* 60. *num.* 17. *par.* 4. *tom.* 2.

10 Non obſtat, quod ex diſpoſitione eiuſdem Statuti frater vterinus ſuccedat fratri ſuo in bonis maternis, conſanguineus verò in bonis paternis, quia ex illa non poteſt fieri huiuſmodi illatio, cum talis diſpoſitio ſit conformis Iuri communi *iuxta gloſ. communiter receptam in auth. poſt fratres verb. filij C. de legit. hæred.* quam ſecuta fuit *Rota coram Duran. deciſ.* 40. *nu.* 27. *& in Aſculana hæreditatis* 7. *Iunij* 1649. *coram Reuerendiſſ. Tarraconen.*

11 Hinc non applicatur *deciſ.* 349. *par.* 6. *recent.* loquens de Statuto Vrbeuetano, quia ibi ſtatuentes fecerunt expreſſam, & abſolutam bonorum diuiſionem, diſponendo, quod in bonis paternis ſuccederent ſemper conſanguinei ex latere Patris, in bonis verò maternis conſangui-

Digitized by Google

ſanguinei, ex latere matris, & in iiſdem terminis procedit *deciſ.102.par.7.*

12 Minus ſubſiſtit, quod Statutum conſidera-
uerit ſolum exiſtentiam Auunculorum, Pa-
truorum, Patruelium, & Conſobrinorum, &
nihilominus ad ſucceſſionem Conſanguineo-
rum ex latere paterno admiſerit ſolum Pa-
truos, & Patrueles, nam in dicto §. ſupponit
exiſtentiam fœminæ iam dotatæ, quæ non
exiſtit in præſenti, & loquitur de Patruelibus,
& Auunculis eiuſdem fœminæ dotatæ, ideo-
que non eſt applicabile ad caſum, de quo agi-
tur, vbi concurrunt ſolum Auunculi, & Pa-
trueles reſpectu defuncti, & ſic perſonæ di-
uerſæ: Nam in Statutis correctorijs Iuris cō-
munis non admittitur extenſio de perſona ad
perſonam, neque de caſu ad caſum etiam ex
identitate rationis, vt notat *Bald. conſ.2. nu.4.*
lib.1. vbi quod in illis proceditur ſtrictè, prout
13 in ſtipulationibus, *Hond.conſ.12.num.21.& 22.*
lib.1.Roland.qui de communi conſ.74.num.17. lib.3.
Rot. coram Merlin. deciſ.390. num.12. & in recent.
deciſ.60.num.17.par.7.

Ex quibus vtraque parte Informante pro receſſu à deciſis reſponſum fuit.

ROMANA PALATII.

Luna 21. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Contractus an ſit locationis, vel Emphyteuſis dignoſcitur ex denominatione facta per Contrahentes, & ex pactis, & clauſulis appoſitis in Inſtrumento: Et ſententia an, & quando tranſeat in iudicatum ob non reditum pro Apoſtolis.

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones Rotæ probant iuſtitiam ſententiæ.*
2 *Contractus præſumitur talis, qualem Partes appellant.*
3 *Locationis contractus præſumitur, & non Emphyteuſis, quando penſio correſpondet fructibus.*
4 *Item quando ſolutio præſtationis annuæ diſtributa fuit in duas vices.*
5 *Similiter quando concurrunt plura pacta, & plures clauſulæ id ſuadentes.*
6 *Clauſula* ad habendum, *& ſimiles, appoſitæ in contractu Emphyteuſis, faciunt illam tranſitoriam ad hæredes extraneos.*
7 *Locationis contractus de ſui natura eſt tranſitorius ad quoſcunque hæredes etiam extraneos.*
8 *Beneplacitum Apoſtolicum attenta reſeruatione illius & lapſu centum, & plurium annorum cum obſeruantia præſumitur interueniſſe.*
9 *Amplia non obſtante Conſtitutione Vrbana, quia illa in verbis præſeruat centenariam.*
10 *Hiſtoricis deferendum eſt.*
11 *Res indicata non inducitur ob non reditum ad Iudicem pro reſponſione Apoſtolorum, ſi intra terminum Iuris Appellans præſentauerit Commiſſionem - in actis.*
12 *Declara, vt hoc procedat, ſi appellatio fuerit interpoſita à diffinitiua, ſecus ſi ab interlocutoria.*
13 *Et redditur ratio differentiæ.*
14 *Sententia tranſit in iudicatum, ſi in primo anno commiſſio non fuit facta communis per Citationem, ad dicendum contra.*
15 *Res iudicata excluditur, ſi intra annum facta fuerit Citatio ad dicendum contra Commiſſionem.*

DECISIO CCCXXVIII.

DOMVM controuerſam, quam Diana de Aſtallis in Emphyteuſim receperat à RR. Canonicis, & Capitulo S. Marci pro annua reſponſione ducatorum 50. de Carolenis, & obligatione expendendi alios ducatos 200. pro vnica vice tantum in illius reparationem; Eadem Diana de Anno 1535. cum conſenſu Capituli vendidit Antonio, & alijs de Francipanis, qui in eiuſdem reparationem ducatos tercentum in totum erogare promiſerunt.

Cum autem in principio fabricæ compertum fuerit, Domum vti malè constructam, & laborantem in fundamentis vndique minari ruinam, non valens Capitulum expenſas ſubire, ſub die 26. Iunij 1539. reſeruato beneplacito Apoſtolico illam locauit prædictis de Francipanis pro ſeipſis, ac eorum hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum ſub annuo cenſu ducat. 55. & cum pacto affrancandi mediante aſſignatione alterius Cenſus ducat. 60. ſimilium, & cum clauſula *ad habendum, & ad libitum diſponen.* & alijs ampliſſimis clauſulis.

Hinc mortuo ſine filijs Mario, & prætendente Capitulo domus deuolutionem, fuit per
duas Deciſiones coram R.P.D. meo Albergato reſolutum, de illa non conſtare, & deinde ad fauorem D. Marchionis Franciſci lata
fuit ſententria abſolutoria, quàm hodie Do-
1 mini confirmandam eſſe reſponderunt. Si-
quidem validitas non reuocatur in dubium,
& iuſtitia reſultat ex præfatis Deciſionibus,
in quibus luculenter firmatur, Contractum,
de quo agitur, non eſſe emphyteuticum, ſed
puræ, & ſimplicis locationis, vt conſtat non
ſolum ex verbis, quæ ſemper ſonant in loca-
tionem, non autem in Emphyteuſim, adeout
2 talis debeat iudicari contractus, qualem Par-
tes illum appellarunt *ad text. in l. qui fundum 40.*
§. qui agrum ff. de contrah. empt. Menoch. de præſump.
lib.3. præſumpt.105. num.1. Nat. conſ.49. num.14. &
firmauit *Rot. in rec. deciſ.64. n.3. par.4. & deciſ.14.*
n.4. & ſeqq. par.6.
3 Sed etiam ex pactis in Inſtrumento adiectis,
quorum præcipuum viſum eſt Dominis illud
ſolutionis penſionis in ſumma ducat. 55. quæ
bene correſpondebat fructibus eiuſdem Domus de tempore contractus, vt notat *Bart.* dicens hunc eſſe verum modum diſcernendi locationem ab emphyteuſi *in l.1. num.4. & ſeqq.* Ibique *Iaſ. num.3. C. de Iur. emphyt. Mantic. de tacit. lib.22. tit.19. num.27. & 28. Mareſc. var. reſol. lib.2. cap.76. num.1. & ſeqq.* Et de communi teſtatur *Cagnol. in l.2. nu.203. C. de reſcind. vend. Nat. dicto conſ. 49. num. 7.* Et hanc coniecturam cæteris eſſe fortiorem, dixit *Rot. coram Seraph. deciſ.272. num.3. & ſeqq. & deciſ.236. num. 9. & in Romana*

Deuolutionis Vineæ 14. *Maij* 1646. *coram R. P. D. meo Veroſpio.*

4 Imò prædicta ſumma diſtributa apparet
in duas pagas, cum tamen ſolutio in Em-
phyteuſi fieri ſoleat vnica vice, vt bene in pro-
poſito aduertit *Gratian. forenſ. diſcept. c.* 351. *n.* 10.
Rot. coram Buratt. deciſ. 334. *num.* 7. *verſ. quodque etiam.*

5 Vlterius contractum eſſe perpetuæ locatio-
nis denotant expreſsè Ceſſio ampliſſima om-
nium iurium, & actionum nullo iure nulla-
que actione quomodolibet de cętero reſerua-
tis, niſi Cenſu prædicto ducat. 55. Promiſſio
euictionis, & defenſionis à quacumque mo-
leſtante perſona, Pactum francandi cum ſimi-
6 li Cenſu ducat. 60. Clauſula *ad habendum, te-
nendum, donandum, pignorandum, & alienandum, ac
de eadem Domo faciendum, & diſponendum ad libi-
tum voluntatis*, & alia multa latè ponderata in
Deciſionibus R.P.D. Albergati, quæ ſi appo-
ſita in Emphyteuſi faciunt, illam ad extraneos
tranſire, vt dixit *Rota deciſ.* 381. *num.* 6. *& ſeqq.
par.* 5. *rec. & in Rauennaten. Domus* 17. *Martij* 1651.
coram Reuerendiſſ. Tarracon. Fortius id venit di-
7 cendum in locatione, quæ de ſui natura eſt ta-
lis, vt tranſeat ad quoſcumque hæredes etiam
extraneos *l. viam veritatis* 10. *C. de locat. & cond.
Ruin.* qui dicit non inuenire contradictorem,
conſ. 161. *num.* 22. *& ſeqq. lib.* 1. *Roland.* qui eum
ſequitur *conſ.* 96. *num.* 26. *in fine verſ. quo caſu, &
num.* 27. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *nu.* 27.
Rota coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 42. *nu-
mer.* 2.

8 Non obſtat defectus beneplaciti Apoſtolici
Nam cum reſeruatum fuerit in Inſtrumento,
attento lapſu centum, & vltrà annorum vna
cum obſeruantia, deducta & ex ſolutione
Cenſus, & ex reparatione facta ad formam
conceſſionis, præſumitur illud fuiſſe obten-
tum *Alex. in l. qui in aliena num.* 11. *ff. de acquir. hæ-
red. Rot. deciſ.* 31. *num.* 2. *par.* 4. *recen. deciſ.* 32. *num.* 3.
par. 6. *& deciſ.* 175. *num.* 11. *& ſeqq. par.* 8. Non
9 obſtante Conſtitutione *ſan. mem. Vrb. VIII. in
ordine* 158. quia illa in verbis præſeruat cente-
nariam.

10 Facilius verò in caſu præſẽti, ex quo de eo-
dem beneplacito mentionẽ facit Honuphrius
Panuinus hiſtoricus ſatis celebris in libro per
eum edito de gente, & familia Francipania,
cui propterea deferendum eſſe docet *Text. in
l.* 1. *ff. de off. Præfect. Prætor. & in l.* 1. *ff. de off. quæſt.
Rot. in rec. deciſ.* 480. *num.* 14. *par.* 4. *tom.* 2. & con-
cordantes cumulant *Adden. ad Deciſionem* 529.
n. 36. *& ſeqq. par.* 4. *to.* 3.

11 Quia verò pro parte D. Marchionis Fran-
ciſci prætendebatur ſententiam tranſiiſſe in
rem iudicatam, difficultas fuit ſublata ex fa-
cto: Nam appellatio apparet interpoſita in
tempore, & licet intrà terminum iuris datum
à Iudice Canonici appellantes non redierint
pro reſponſione Apoſtolorum; Attamen,
cum illo durante præſentauerint in actis Com-
miſſionem mihi directam, non fuit opus re-
dire ad Iudicem pro reſponſione, vt aduertit
Lancell. de attent. par. 2. *cap.* 12. *in præfat. num.* 59. *&
cap.* 13. *num.* 29. *Scacc. de appell. quæſt.* 13. *num.* 53. *&
q.* 14. *num.* 26. cum alijs per *Adden. ad ſan. memor.
Greg. deciſ.* 573. *num.* 14. & firmauit *Rot. deciſ.* 54.
12 *de appellat. in antiq.* vbi declarat, concluſionem
procedere quando appellatio fuit interpoſita à
diffinitiua, vt in caſu præſenti, ſecus verò,
quando ab interlocutoria, *& in Bononien. fidei-
commiſſi ſeu Domus* 30. *Aprilis* 1646. *coram bo. me.*
13 *Bichio.* Et ratio differentiæ eſt, quia à diffini-
tiua de ſui natura appellabili lex ipſa defert
appellationi, in Interlocutoria vero, quia
lex non defert, expectari debet reſponſio Iu-
dicis, *vt in Lauden. Iuriſpatronatus* 1. *Iulij* 1652.
coram eod. bo. me. Bichio.

14 Prout pariter ceſſat ex facto, quod in primo
fatali, nempè in primo anno nihil fuerit ge-
ſtum in cauſa, nec Commiſſio facta commu-
nis per citationem ad dicendum contra, prout
neceſſarium eſſe, tradit *Veſtr. in praxi lib.* 7. *c. vlt.
num.* 9. *verſ. nec ſufficeret*, *Rot. deciſ.* 156. *n.* 1 *par.* 2.
15 *recent.* Nam appellatio fuit interpoſita de
Menſe Martij, & Citatio ad dicendum contra
apparet perſonaliter executa, & legitimè re-
producta de Menſe Iulij ſequentis; Vndè ex-
cluditur res iudicata, *vt in Romana Pretij equo-
rum* 5. *Iulij* 1649. *coram bo. me. Arguelles.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 25. *Iunij* 1660.

ARGVMENTVM.

Reus non tenetur, ſubminiſtrare Collitiganti alimenta, & ſumptus litis, quando res litigioſa non eſt fructifera.

SVMMARIVM.

1 *Collitiganti non debentur ſumptus litis, quando res litigioſa non eſt fructifera.*
2 *Sumptus litis, & alimenta taxari ſolent habito reſpectu ad fructus rei, de qua litigatur.*
3 *Sumptus litis, & alimenta ſubminiſtrari debent ex ipſa re litigioſa.*
4 *Sumptus litis, & alimenta à pari procedunt.*
5 *Sumptus litis ſunt minus fauorabiles, quam alimenta.*

DECISIO CCCXXIX.

SVBHASTATA, & deliberata fuerunt diuerſa bona Io: Petri Rotundi, illorumque pretium conſignatum Creditoribus, & in ſpecie D. Alexandro Mignanello in ſumma ſcutorum 240. cum cautione tamen *de reſtituendo prioribus, & potioribus, & ad omne mandatum Domini*, contra quem inſurrexit Soror Maria Thereſia Monialis in Monaſterio S. Margaritæ, & mandatum pro reſtitutione d. ſummæ reportauit: Sed commiſſa cauſa per Signaturam cum clauſula *ſi quid exequendum*; prætendens eadem Monialis ob eius paupertatem litem non poſſe proſequi, inſtetit pro ſubſcriptione dubij; An ſumptus litis eſſent ſubmi-

niſtran-

Digitized by Google

niſtrandi, quo hodiè propoſito, negatiuè re-
ſponſum fuit.
1 Dum enim non agitur contra poſſeſſorem
bonorum, ſed tantum contra prætenſum de-
bitorem in pecunia, & ſola pecunia, quæ in-
fructifera eſt, ſub lite exiſtit, non poteſt Reus
pro aſſertis ſumptibus litis conueniri *l. Impe-
ratores 17. vbi Bart. nu. 1. verſ. item oppono ff. de tu-
tel. & ration. diſtrah. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 55.
num. 50. Rot. in rec. deciſ. 141. aliàs 142. la 1. à princ.
par. 4. tom. 2.* cum alijs per *Adden. ad Gregor. deciſ.
189. n. 7. verſ. requiritur tamen.*
2 Nam in hac materia inſpiciuntur fructus
rei, ſuper qua litigatur, vt dixit *Rot. deciſ. 470.
num. 6. par. 2. rec.* Et ex ipſis fructibus ſubmini-
3 ſtrandi veniunt ſumptus litis *ad tex. in l. fin. §. nã
ſi tales C. de ordin. cognit.* & notant *Add. ad Buratt.
deciſ. 707. num. 11.* & firmauit *Rot. in Interamnen.
pratenſi fideicommiſſi 2. Decem. 1643. coram R. P. D.
meo Meltio.*
4 Nec vrget, quod authoritates ſupra relatæ
loquantur in caſu, quo petuntur inſimul ali-
menta, & ſumptus litis; non autem quando
de ſumptibus litis tantum oritur quæſtio: Nã
eadem ratio viget in vtroque caſu, ne ſcilicet
reus grauetur ad illorum præſtationem vltrà
ratam fructuum, quos ipſe percipit: Imò mi-
nor ratio videtur concurrere in ſumptibus li-
5 tis, quam in alimentis, cum iſta magis fauo-
rabilia ſint, vt notat *Cephal. conſ. 127. nu. 5. Surd.
de alim. tit. 1. quæſt. 120. n. 10.* & probat *Sperell. de-
ciſ. 138. num. 36.*

Et ità vtraque &c.

FANEN. DOTIS.

Lunæ 28. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Promittens factum alienum an, & quando libe-
retur faciendo diligentias.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur actio, & obligatio.*
2 *Confeſſio facta in poſitionibus bene probat.*
3 *Promittens factum alienum liberatur, ſi verè, & non fictè diligentias fecerit.*
4 *Declara, niſi adſit pactum, quod etiam in dicto caſu teneatur.*
5 *Promittens aliquid facere, ſi ſit in mora, tenetur ad intereſſe.*
6 *Exceptio non implementi obſtat ei, qui promiſſa non ſeruauit.*
7 *Promiſſio de faciendo, ſi pendet à voluntate Promittentis, nec aliquod factum extrinſecum expectat, habetur pro impleta.*
8 *Exceptio friuola, & irreleuans non retardat.*

DECISIO CCCXXX.

IN vim apocæ Matrimonialis, in qua Ro-
molus Gibertus promiſit pro dote Violan-
tis tradere Alexandro Mariotto duo Prædia
valoris ſcutorum 3000. egit idem Alexander,
& dato dubio, an Apoca ſit exequenda: Do-
mini in ea parte in qua agitur de traditione
Prædiorum, negatiuè reſponderunt.
1 Cum enim Romulus, conſignando Prędia,
adimpleuerit promiſſa, non tenentur hæredes
ad reiteratam traditionem, & ſolutionem:
Nam ſolutione eius quod debetur omnis tol-
litur actio, & obligatio *§. 1. Inſtit. quib. mod. toll.
oblig. Surd. deciſ. 308. nu. 9. Rot. in rec. deciſ. 259. n. 1.
par. 4. tom. 2.*
2 Nec de traditione dubitari poteſt, illa enim
clarè reſultat ex reſponſione eiuſdem Alexã-
dri facta ad poſitiones, datas pro parte hære-
dum Romuli: ibi. *Che il Signor Romolo mentre
viſſe ricomprò vna delle Poſſeſſioni date per dote come
ſopra. Credit non fuiſſe perfectam redemptionem.*
Et ſucceſſiuè. *Che reſtò debitore per prezzo di eſ-
ſa di ſcudi 11. Credit remanſiſſe debitorem, ſed non
recordari de quantitate.* Dum enim Romulus
vnum ex dictis Prædijs datis reemit, ſignum
eſt euidens, quod apoca matrimonialis habuit
effectum ſuum. Confeſſio autem facta in po-
ſitionibus optimè probat, vt inquit *Aym. conſ.
287. num. 9.* Et pluribus comprobat *Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 105. num. 5. Altograd. conſ. 24. n. 11.
lib. 1.* & firmauit *Rot. in rec. deciſ. 235. num. 3. & 4.
& deciſ. 297. num. 9. par. 8. & in Romana Domus ſeu
Domorum 26. Nouembris 1657. coram R. P. D. meo
Priolo.*
3 Quatenus verò eadem apoca reſpicit perſo-
nam Mariotti, qui promiſit, quod Violantes
eius vxor renunciabit omnibus bonis pater-
nis, maternis, & auitis. Dixerunt Domini,
eſſe locum executioni: Nam eſto quod Ma-
riottus faciendo quicquid poteſt, pro haben-
da renunciatione, ſi illam obtinere non va-
let, excuſari debeat, nec teneatur ad aliquod
intereſſe: dummodò non fictè, nec ſimulatè,
4 ſed bona fide diligentias fecerit: Et non adſit
clauſula obligatoria etiam in caſu, quo fa-
ctum non ſequeretur, vt dixit *Rot. coram Buratt.
deciſ. 64. à num. 1. ibique Add.* qui plures cumu-
lant *num. 15. & ſeqq. in Anconitana fructuum Dotis
14. Iunij 1624. coram Manzanedo*, & latè firma-
tum fuit *in Aſculana renunciationis 22. Maij 1651.
coram Reuerendiſs. D. meo Cerro Decano.*
5 Attamen in caſu præſenti non conſtat, Ma-
riottum vllas feciſſe diligentias: Et ideo, cum
fuerit in mora, tenetur ad intereſſe, vt notat
*Pariſ. conſ. 109. num. 21. verſ. nec prædictis obſtat, &
numeris ſeqq. & conſ. 110. ſub num. 3. & 25. lib. 1.
Gabr. conſ. 131. num. 6. lib. 2. Surd. conſ. 3. num. 6.
Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 34. ſub num. 11.* Et vl-
tra plures cumulatos per *Add. ad ſan. mem. Greg.
deciſ. 241. num. 8. verſ. ſed contrariam*, firmatum
fuit *in Romana Vineæ 4. Iulij 1657. coram bo. mem.
Dunozetto.*
6 Nec dicatur, quod in prædicta apoca Ma-
trimoniali etiam Romulus promiſerit, renun-
ciare omnibus prætenſionibus, quæ ſibi com-
petere poſſent ſuper bonis maternis præfatæ
Violantis: atque ideò donec fecerit renuncia-
tionem prædictam, obſtet ei exceptio non
implementi: Nam cum promiſſio de renun-
7 ciando ſit obligatione Camerali vallata, pen-
dens

Digitized by Google

dens à voluntate ipſius promittentis, nec requiratur aliquod factum extrinſecum, habetur pro renunciatione *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 3. num. 14. Surd. conſ. 201. nu. 13. & 14. conſ. 392. n. 11. & conſ. 457. num. 13. Chartar. deciſ. 29. num. 12. & ſeqq. Rot. deciſ. 393. num. 2. par. 5. recent. & deciſ. 58. num. 12. par. 6.*

8 Præſertim dum nec à Romulo viuente, nec ab eius hæredibus fuit vnquam controuerſa, qui vlterius offerũt ſe paratos ſupradictis prætenſionibus quandocumque renunciare, adeo vt talis exceptio tãquam friuola, & irreleuans non poſſit allegari, ad retardandam executionem apocæ, vt dixit *Rot. poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 169. num. 13.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA VSVSFRVCTVS.

Luna 5. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Conditio ſeruandæ viduitatis, appoſita in Teſtamento, non cenſetur repetita in Codicillis, maximè quando ex coniecturis apparere poteſt de voluntate eiuſdem Teſtatoris, & plura de hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Aegidianæ Conſtitutioni non eſt locus, quando apparet de iniuſtitia ſententiæ.*

2 *Conditio appoſita in Teſtamento, non cenſetur repetita in Codicillis.*

3 *Repetitio nunquam inducitur in diuerſa Scriptura, ſi Teſtator declaret, velle aliquid addere, vel minuere.*

4 *Amplia præſertim, quando ſecunda ſcriptura aliàs eſſet ſuperflua.*

5 *Teſtatoris verba ità debent intelligi, vt aliquid operentur.*

6 *Ademptio oneris ex quibus præſumatur.*

7 *Declarationi Teſtatoris eſt ſtandum, quando diſpoſitio eſt dubia.*

8 *Teſtamenti in reuocatione requiritur eadem ſolemnitas, quæ requiritur in confectione illius.*

9 *Declaratio, niſi tranſeat in nouam diſpoſitionem, contentatur probationibus imperfectis, & præſumptionibus, & coniecturis.*

10 *Et in ea ſufficiunt etiam Teſtes ſingulares.*

11 *Repetitio oneris, & conditionis non poteſt fieri contra voluntatem Teſtatoris.*

12 *Verba appoſita in oratione ſeparata non poſſunt niſi illam qualificare, non autem alias diſpoſitiones.*

13 *Relatio debet fieri ad proxima, non autem ad remota.*

DECISIO CCCXXXI.

1 CONCESSIT A.C. immiſſionem Ioanni Furno ſuper bonis hęreditarijs Gabrielis Prati non obſtante, quod vſusfructus illorum relictus fuerit Florinthiæ vxori. Vndè attenta iniuſtitia prædicta, cenſuerunt Domini, non eſſe locum Aegidianæ, quia ceſſat Conſtitutio huiuſmodi, quoties ſententia iniuſta detegitur, vt notat *Corn. conſ. 10. num. 2. verſ. niſi fortè lib. 4. Contard. de Aegid. quæſt. 4. num. 6. Rota coram Seraph. deciſ. 603. in princ. & coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 155. n. 15.*

2 Non obſtat, quod eadem Florinthia per tranſitum ad ſecunda vota ceciderit à dicto vſufructu ſibi relicto ſub conditione viduitatis, quia cum talis conditio fuerit appoſita in Teſtamento, non cenſetur repetita in codicillis per *text. expreſſum in l. non ad ea 88. ff. de condit. & demonſtr. & in l. ſi tibi rem 28. ff. de adimend. leg. Bartol. in l. in repetendis ſub num. 1. verſ. ſi verò ff. de leg. 3.* vbi quod ſi idem legatum fiat ex interuallo nunquam inducitur repetitio oneris, & conditionis, ſed potius correctio, illumque ſequuntur *Soc. Sen. conſ. 92. num. 9. verſ. ſed hoc non obſtante lib. 1. Cephal. conſ. 67. n. 18. Menoch. cõſ. 624. num. 12. verſ. reſpondetur.* Et bene in his terminis firmat *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 6. num. 31. & 32.* cum alijs per *Martam de ſucceſſ. par. 4. q. 6. art. 3. n. 15.*

3 Maximè quia Teſtator codicillando declarauit expreſsè, ſe velle aliquid addere, vel minuere, quo caſu nunquam cenſetur inducta repetitio, vt notat *Alex. conſ. 204. num. 9. lib. 6.* & probat *Peregr. de fideic. art. 16. nu. 48. in fin. verſ. & præſertim, & ſub nu. 49. verſ. niſi Teſtator.* Nam
4 aliàs diſpoſitio facta in Codicillis redderetur ſuperflua, & fruſtratoria, & nihil noui induceret, vt in puncto *Dec. conſ. 189. num. 8. verſic.*
5 *ſecundò, & meliùs*, vbi quod verba Teſtatoris ità debent intelligi, vt ſemper aliquid operentur, quem ſequitur *Mantic.* vbi ſupra *d. lib. 10. num. 31. verſ. ſecundo igitur, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 177. num. 7. Natt. conſ. 476. num. 14. verſ. nam verè*, & tradit *Bellon. Iun. conſ. 15. nu. 31.* vbi quod in dubio debet intelligi facta oneris tollendi cauſa.

6 Ac demum, quia in Codicillis Teſtator, qui declarauerat vxorem Turricem, & Curatricem, prouidit filio de alio Tutore, & Curatore, ſubſtituendo nihilominus eandem vxorem in vſufructu: Indè enim deſumitur argumentum ademptionis conditionis prædictæ, dum illi conſeruauit emolumentum, & reuocauit onus Tutelæ, quod impediebat tranſitum ad ſecunda vota *ad text. in auth. matri, & Auia, ibique gloſſ. & DD. C. quando mulier tutel. offic. fung. poſſ. cum vulg.*

7 Sed ceſſat difficultas ex tribus Teſtibus, formiter examinatis, qui deponunt Teſtatorem dixiſſe pluries, ſe velle vxorem vſufructuariam relinquere abſque onere viduitatis, & poſt confectionem Codicillorum declaraſſe expreſsè, quod ideò dictos Codicillos condiderat, vt vxorem à tali onere liberaret. Vndè quatenus diſpoſitio eſſet dubia, ſtandum eſſet declarationi Teſtatoris *iux. tex. in cap. ſi vero el 2. ibique gloſſ. verbo propria manu de ſent. excom. Alex. conſ. 52. num. 25. lib. 4. Rot. coram Buratt. deciſ. 228. num. 2.*

8 Nec obſtat, quod in reuocando Teſtamento requiratur eadem ſolemnitas, quæ requiritur in confectione, quia hodie non agitur de noua diſpoſitione, ſed tantum de declaratione

9 tione primę, ad quem effectum ſufficiunt pro-
bationes etiam imperfectę, ac præſumptiones,
& coniecturæ *Alex. conſ. 75. num. 13. & 14. lib. 5.*
Rot. in Cathacen. hæreditatis 28. Maij & 24. Nouem-
bris 1649. coram Reuerendiſsimo D. meo Cerro, & in
Auenionen. legitima 8. Iunij 1657. coram R.P.D. meo
Priolo. Et quod admittantur Teſtes ſingulares,
10 tradit *Aym. conſ. 73. n. 33 Rot. coram Caualer. deciſ.*
281. n. 6. & 7. & in rec. deciſ. 765. n. 7. par. 2.
11 Hinc ceſſat obiectum exaduerſo deductum
ex illis verbis: *Con l'isteſſi peſi, e conditioni.* Nam
ſtante declaratione Teſtatoris non poſſunt re-
ferri ad onus viduitatis, ſed ad alia onera
12 adimplenda per ſubſtitutos. Præſertim quia
fuerunt adiecta in oratione penitus diſtincta,
& ſeparata, quę propterea non poſſunt quali-
ficare, niſi eandem diſpoſitionem, non au-
tem alias in diuerſa oratione contentas iuxta
notata per *Alex. conſ. 48. num. 8. lib. 1. Rot. in recent.*
deciſ. 257. num. 2. par. 5. Et regulare eſt quod re-
13 latio fiat ad proxima, non autem ad remota
idem *Alex. conſ. 204. num. 5. in fine verſ. item quia*
lib. 2. Rot. in recent. deciſ. 390. num. 14. & deciſ. 405.
n. 1. & 2. par. 4. to. 2. & deciſ. 232. n. 17. par. 6.

Et ità vtraque &c.

HYDRVNTINA EXEMPTIONIS.

Lunæ 5. Iulij 1660.

ARGVMENTVM.

Eccleſiaſtici pro bonis de nouo acquiſitis non tenentur ſoluere onera perſonalia, vel mixta, ſed tantum certa, & inuariabilia, & infixa rebus pro rebus, non autem pro perſonis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera perſonalia, vel mixta pro bonis de nouo acquiſitis.*

2 *Bona acquiſita per perſonam priuilegiatam amittunt primæuam naturam.*

3 *Onera perſonalia quæ dicantur.*

4 *Onus ſubrogatum in locum oneris perſonalis aſſumit illius naturam.*

5 *Onera, qualia eſſe debeant, vt tranſeant in Eccleſiaſticos vna cum bonis.*

6 *Onus perſonale, vel mixtum per declarationem Partium non poteſt effici reale.*

7 *Aſſertioni Partium in prohibitis non eſt ſtandum.*

8 *Actum de illicito Partes facere non poſſunt.*

9 *Bona, quæ de manibus Laicorum perueniunt ad Eccleſiaſticos, efficiuntur libera ab omni onere.*

DECISIO CCCXXXII.

INSTETIT D. Dux S. Donati pro noua audientia aduerſus deciſionem editam ſub die 24. Maij 1658. ſed illa benignè conceſſa, adhuc informare recuſauit. Vndè repropoſita cauſa ipſo pluries, & pluries citato permanſerunt Domini in reſolutis.

1 Etenim Decima Oliuarum prætenſa per
Ducem eſt onus merè perſonale, vel ſaltem
mixtum, ad quod Eccleſiaſtici pro bonis de
nouo acquiſitis compelli non poſſunt iuxta
doctrinam *Bart. in conſ. 180. lib. 1. vbi num. 4.* in-
quit, quod dum onus non eſt impoſitum
propter perſonam ipſius Clerici, nec propter
ipſam rem, eadem res non poteſt remanere
affecta poſtquam deuenit ad Clericum; & prę-
ter allegatos in præterita Deciſione idem fir-
marunt *Abb. conſ. 13. num. 2. & ſeqq. lib. 2. Bellamer.*
conſ. 45. num. 4. ad finem verſ. imò plus, cuius di-
ctum ſequitur, & laudat *Siluan. conſ. 32. nu. 15.*
& ſeqq. vbi num. 19. & 20. firmat, quod bona
de nouo acquiſita per perſonam priuilegia-
2 tam amittunt primæuam naturam, & aliam
recipiunt ſecundum conditionem perſonæ,
cui applicantur de nouo, *Albert. Brun. conſ. 91.*
num. 3. & 4. Et in terminis oneris inhærentis
rebus ratione Perſonæ Principi ſeculari ſu-
biectæ tradit *Mart. de iuriſd. par. 4. cent. 1. caſ. 11.*
num. 37. alioſque adducit *Thom. del Bene de im-*
munit. Eccleſ. tom. 1 cap. 5. dubit. 6. à num. 7. Et latè
probat *Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 4. dubitat. 57.*
numer. 3.
3 Idque patet ex confeſſione ipſiuſmet Ducis
emiſſa in inſtrumento, in quo fundat inten-
tionem ſuam, vbi habetur, quod talis Deci-
ma imponitur Ciuibus loco onerum acce-
dendi ad laborandum in Terra Andrani, ſub-
miniſtrandi Officialibus vtenſilia, & alia plu-
ra conſiſtentia in dando, vel faciendo, quæ
ſunt merè perſonalia, vt notat *Bart. in l. placet*
num. 17. & ſeqq. C. de Sacroſ. Eccleſ. Abb. in cap. non
minus num. 10. & ſeqq. de immunit. Eccleſ. Guid. pra-
ctic. obſeruat. lib. 2. cap. 52. à num. 4. Atque ideo
4 Decima in illorum locum ſubrogata aſſum-
pſit eandem naturam, vt per *Bald. in l. 1. §. quod*
ſi nemo ſub num. 4. verſ. ſed quando collecta ff. quod
cuiuſque Vniuerſit. nom. & in l. etiam 5. num. 18. C. de
execut. re. indic. Socin. Sen. conſ. 129. num. 8. ad med.
verſ. tertiò principaliter lib. 1. Bero. conſ. 150. nu. 50.
lib. 3. & notat *Natt. conſ. 157. ſub num. 4. & 5. Ber-*
tazzol. conſ. ciuil. 27. n. 5. & 6. lib. 1.
5 Et tamen ad effectum, vt bona tranſeant ad
Eccleſiaſticos cum ſuis oneribus, neceſſe eſt,
quod eadem onera non ſolum ſint realia, ſed
etiam quod ſint certa, perpetua, & inuaria-
bilia, ac infixa rebus pro rebus, non autem
pro perſonis, vt magiſtraliter firmauit *Rot. in*
Brunduſina Gabella coram Penia deciſ. 1079. & in
Alben. Gabella, ſeu onerum coram Merlino deciſ. 902.
& ſequitur *Sperell. deciſ. 35. num. 2. & ſeqq. & de-*
ciſ. 36. à num. 10. verſ. cæterum. Et hanc opinio-
nem approbando præfatas Deciſiones Rota-
les amplexa fuit pluries Sacra Congregatio
Immunitatis, & ſignanter ſub die 21. Aprilis
1640. vt teſtatur *Paulus de Rubeis in annotatione*
ad deciſ. 412. n. 13. par. 9. rec.
6 Neque ex eo, quod Partes expreſſerint in
Concordia, Decimam prædictam eſſe onus
reale, & infixum bonis, ſequitur, quod verè
ſit tale, vt aduertit *Bald. in l. fin. num. 13. Cod. ſine*
conſ. vel reliq. vbi quod immutare onus perſo-
nale, vel mixtum in merè reale eſt impoſſi-
bile; imò addit, importare fictionem in præ-
iudicium Eccleſiæ, non admittendam, & re-
petit *Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 76.*
verſ. primò quia de conſtit. Mandell. conſ. 8. nu. 6. & 7.
alij.

alijque plures adducti in Deciſione, quæ reuidetur.

7 In prohibitis enim nõ ſtatur aſſertioni Partium *l. qui teſtamentum 27. ff. de probat. Bart. in l. ſi fortè 8. num. 4. & ſeqq. ff. de caſtrenſ. pecul. Rot. deciſ. 541. num. 31. par. 5. & deciſ. 338. n. 7. & 8. par. 6. rec.*

8 Nec ipſæ poſſunt facere de illicito licitum *Bero. conſ. 167. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 775. num. 2. par. 4. poſt ſecundum vol. conſ. Farinacc. deciſ. 209. n. 1. & in Romana Cambij 8. Aprilis 1658. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro Decano.*

9 Cum igitur bona, de quibus agitur, non reperiantur amplius penes laicos, ſed è manibus ipſorum peruenerint ad Eccleſiaſticos, ceſſauit onus prædictum, & bona remanſerunt libera *Caſtr. in l. placet num. 7. & 8. C. de Sacroſ. Eccleſ. Antonell. de regimin. Eccleſ. Epiſc. lib. 4. cap. 5. num. 12. Ricc. in prax. for. Eccleſ. par. 3. reſolut. 130. Flores de Mena practic. quæſt. lib 2. qu. 21. num. 208.* & reſpondit *Rot. in Nouarien. Talcarum 11. Decemb. 1648. coram bo. me. Peutingerio.*

Ex quibus, & alijs latius deductis in præterita Deciſione Domini permanſerunt in reſolutis altera tantum &c.

VICEN. PENSIONIS.

Lunæ 5. Iulij 1660.

ARGVMENTVM.

Solutio debet plenè, & concludenter probari ab allegante. Et facta metu mandati, & de ordine Superioris ſuffragatur, perindè ac ſi in manibus Creditoris facta fuiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta alteri, quam Creditori non ſuffragatur.*
2 *Fallit ſi ſolutio fuerit coacta, & facta in vim mandati, & de ordine Superioris, quia tunc ſoluens liberatur.*
3 *Solutio facta metu mandati dicitur coacta.*
4 *Solutio tanquam quid facti non præſumitur, niſi probetur.*
5 *Solutionem allegans debet illam concludenter probare.*

DECISIO CCCXXXIII.

POSTQVAM ſub die 28. Martij præteriti reſolutum fuit, conſtare de bono iure Franciſci Campſir ad effectum manutentionis in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem annuam ducatorum 62. auri de Camera, ex quo docebat de literis Reſeruationis eiuſdem penſionis, & de exactione facta à Titulari. Dubitaui in qua ſumma, & quantitate ſit relaxandum mandatum pro terminis decurſis. Et quia difficultas conſiſtebat quoad ducatos 543. quos præfatus Titularis ſoluiſſe aſſerebat Victorino Loredo Miniſtro, & Sequeſtratario Regio. Domini reuoluto toto proceſſu exiſtimarunt, constare tantummodò de ſolutione pro ſumma duplarum triginta, & pro ea quan-
1 titate mandatum non eſſe relaxandum: Moti
ex eo, quia, licet ſolutio facta alteri quam
creditori non ſuffragetur: hoc tamen non
procedit, quando ſolutio eſt coacta, & facta
2 authoritate Superioris imperantis, & illius
qui cogere potuit; tali enim caſu ſoluens, &
excuſatur, & conſequitur omnimodam libe-
rationem *ad text. in l liberto ſuo 21. §. Lucius ff. de annu. legat. & in l. qui autem 6. §. apud Labeonem ff. quæ in fraud. creditor.* & probat *Bald. conſ. 128. ſub n. 1. verſ. aut fuit compulſus lib. 2. Caſtr. conſ. 13. num. 69. lib. 3. Cagnol. in l. non videtur 128. §. qui iuſſu num. 2. ff. de reg. iur.* alioſque refert *Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 1. cap. 7. n. 16. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 3. gloſſ. 2. num. 42. Cyriac. controu. 252. num. 45.*

3 Nec de coactione dubitari poteſt: Nam cum Titularis recuſauerit ſoluere, non ſolum contra eum fuit executum præceptum de ſoluendo cum comminatione pœnæ ducatorum 500. & incurſus odij Regij, ſed etiam relaxatum mandatum; adeout ſolutio poſteà ſubſequuta dicatur omninò coacta, & facta per vim iuxta doctrinam *Bart. in l. creditor 102. num. 3. ff. de ſolut. Dec. conſ. 25. ſub num. 1. verſ. quia reſpondetur*, & firmauit *Rot. coram Buratt. deciſ. 482. nu. 2. & ſeqq. & deciſ. 526. nu. 5. & in rec. deciſ. 336. n. 18. par. 4. to. 2.*

4 Exceptis verò dictis duplis triginta, pro reliqua ſumma reſponſum fuit pro relaxatione mandati. Nam ſolutio eſt quid facti, nec præſumitur, niſi probetur *l. conſilio §. fin. ff. de curat. furioſ. Bald. conſ. 508. num. 2. lib. 5. Rot. coram Merlin. deciſ. 322. num. 2.*

5 Vndè Titularis ad effugiendam mandati relaxationem debet de ea plenè, & concludenter docere *l. quingenta 12. ff. de probat. l. 1. Cod. eod. gloſſ. in l. 2. verb. repellere C. de iur. Emphyt. Rot. coram Millin. deciſ. 62. nu. 1.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA HAEREDITATIS.

Veneris 26. Nouembris 1660.

ARGVMENTVM.

Filiatio, quando agitur principaliter ad effectum ſucceſſionis, debet plenè, & concludenter probari: Secus verò ſi incidenter ad effectum alimentorum. Et ſpurij, adulterini, & nati ex damnato coitu ſunt inſucceſſibiles in bonis paternis.

SVMMARIVM.

1 *Filius Adulteri vt quis dicatur, quæ requirantur.*
2 *Filius Adulteri non poteſt dici qui non probat, ab eodem matrem cuſtoditam fuiſſe.*
3 *Deciſio 332. poſt ſecundum vol. conſil. Farinacc. declaratur.*
4 *Filius natus ex muliere, quæ plures admiſit ad concubitum, non poteſt oſtendere patrem.*
5 *Filiatio non probatur ex nominatione, quando illa apparet incidenter facta, & animo blandiendi.*
6 *Filiatio nõ probatur ex ſubminiſtratione alimentorũ.*

7 *Fi-*

7 *Filiatio ex quibus coniecturis excludatur.*

8 *Coniectura fortiores, & validiores prævalent debilioribus.*

9 *Filiatio ad effectum ſucceſſionis debet concludenter probari.*

10 *Filius ſpurius, Adulterinus, & natus ex damnato coitu eſt inſucceſſibilis.*

11 *Spurius excluditur à ſucceſſione Patris, non autem Collateralium.*

12 *Subſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum pupilli.*

13 *Spurius non ſuccedit in bonis paternis comprehenſis in pupillari ſubſtitutione.*

14 *Et tali caſu fit ſeparatio bonorum.*

15 *Proximiorum appellatione non veniunt ſpurij, & Adulterini.*

16 *Tacitum non poteſt plus operari, quam operetur expreſſum.*

17 *Spurij ſunt abominabiles, & exoſi.*

18 *Et in illis non poteſt conſiderari ius agnationis, vel cognationis.*

19 *Spurij non merentur nomen filiorum, ſed reputantur extranei.*

20 *Declarantur authoritates contrariæ, quod non procedant ad effectum ſucceſſionis.*

21 *Vel quod loquantur de illegitimis, non autem de ſpurijs, adulterinis, & natis ex damnato coitu.*

DECISIO CCCXXXIV.

NON acquieſcente Mattheo Saluetto reſolutioni, captæ ſub die 16. Aprilis præteriti, in qua firmatum fuit, dandam eſſe immiſſionem Dominicæ ex Interdicto quorum bonorum in bonis Antonelli Filattrani; repropoſui cauſam ſuper iiſdem: Et Domini, in ea perſiſtendum eſſe, reſponderunt; approbantes vtrumque fundamentum Deciſionis, nempè quod Matthæus non doceat, ſe filium Antonelli, & quatenus doceret; nihilominus ſit inſucceſſibilis tanquam ſpurius, Adulterinus, & natus ex damnato coitu.

1 Et quoad primum: licet idem Matthæus ad tollendam præſumptionem, *textus in l. Miles §. defuncto ff. ad l. Iul. de adult.* conetur probare abſentiam Hieronymi Saluetti Mariti Catharinæ de tempore ſuæ conceptionis, & acceſſum continuum Antonelli ad eandem, adhuc non docet, quod Catharina ità fuerit ab eo cuſtodita, vt nulli alteri ad illam daretur acceſſus, vt notat *Paleott. de Noth. & ſpur. cap. 26. num. 5. & 6. Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. cap. 39. num.* 15. aliique cumulati per *Gratian. forenſ. diſcept. cap.* 562. *num.* 60. *& ſeqq.* & dixit *Rot. in Romana ſeù Sabinen. fideicommiſſi 24. Maij* 1658. *coram R.P.D. meo Beuilacqua confirmata* 14. *Aprilis præteriti coram R.P.D. meo Veroſpio.*

2 Imò Teſtes, pro eius parte examinati vltra plures exceptiones, quas patiuntur & in dicto, & in perſonis, affirmant, ipſam exercuiſſe artem fulloniçam, ſarcinatoribus inſeruijſſe, & à nemine aſſociatam ſæpiſſimè vagaſſe per Vrbem, ac Tabernas frequentaſſe, adeout

3 ceſſet dictum requiſitum cuſtodiæ: Nec applicetur *deciſ.* 332. *poſt ſecundum vol. conſ. Farinacc.* quia ibi mulier retinebatur in domo adulteri, hic verò Catharina habitabat in domo, vbi alij morabantur, in quibus terminis loquitur etiam *Surd. conſ.* 1. *num.* 55. *& ſeqq.* Ac propterea probatio ex parte Matthæi remanet æquiuoca, vt inquit *Rot. deciſ.* 167. *ſub n.* 16. *verſ. & quidem, & num ſeq. par.* 8. *rec.* Neque is patrem

4 oſtendere poteſt *l. vulgo concepti* 23, *ibique gloſſ. in princ. ff. de ſtat. hom. Dec. in cap. per tuas num.* 5. *de probat.* Et vltrà *Alex. conſ.* 157. *num.* 2. *lib.* 5. *Natt. conſ.* 205. *ante nu.* 3. *verſ. quia cuius mater, Socin. Iun. conſ.* 86. *ſub num.* 36. *lib.* 2. firmauit *Rot. deciſ.* 289. *nu.* 2. *par.* 1. *rec. & in Farfen. Bonorum* 23. *Ian.* 1647. *coram Eminentiſſ. Corrado.*

5 Nec obſtant coniecturæ deſumptæ ex eo, quod Antonellus aliquãdo nominauerit Matthæum vti filium, illique nonnulla ſubminiſtrauerit; Nam vltrà quod nominatio apparet facta incidenter animo blandiendi, vt fieri ſolet ex notatis per *Rot. d. deciſ.* 167. *nu.* 8. *& ſeqq.*

6 *par.* 8. *recent.* Et ſubminiſtratio Alimentorum potuit fieri citra titulũ filiationis *Iaſ. conſ.* 102. *num.* 6. *& ſeqq. lib.* 4. *Rot. d. deciſ.* 289. *n.* 5. *par.* 1. *rec.*

7 In omnem caſum non deſunt coniecturæ in contrarium nempè, quod idem Mattheus deſcriptus fuerit in libro Baptiſmi tanquam filius Hieronymi, non autem tanquam filius Antonelli; Quodque Antonellus, relinquendo eidem legatum tenue, non nominauit illum filium, neque Matthæum Filattranum, ſed Matthæum Saluettum, quod eſt cognomen Hieronymi Patris: Imò vſus fuit titulo Domini: ibi *laſcio al Siguor Mattheo Saluetti &c.* qui titulus non ſolet adhiberi à Patribus preſertim moderatæ conditionis erga filios: Ideoque cum coniecturæ prædictæ ſint fortiores,

8 & validiores, præualent alijs in contrarium adductis *Gabr. conſ.* 25. *num.* 6. *lib.* 1. *Surd. deciſ.* 83. *num.* 21. *Rot. d. deciſ.* 167. *num.* 16. *par.* 3. *rec. in Romana, ſeù Sabinen. fideicommiſſi* 24. *May* 1658. *coram R.P.D. meo Beuilacqua confirmata* 14. *Aprilis præteriti coram R.P.D. meo Veroſpio*, cum alijs *in Romana pratenſa filiationis* 20. *Februarij præſentis anni coram R.P.D. meo Priolo.*

9 Maximè cum hodie non agatur amplius de probanda filiatione incidenter ad effectum alimentorum, ſed principaliter ad effectum ſucceſſionis, & ſic probationes, & coniecturæ debent eſſe concludentes *ad text. in l. ſi quis à liberis §. ſi vel parens ff. de liber. agnoſ. Gabr. conſ.* 21. *num.* 45. *lib.* 1. *Rot. d. deciſ.* 289. *num.* 8. *par.* 1. *recent.* vbi quod coniecturæ debent eſſe tales, quæ concludant id, quod deducitur in probatione, *& deciſ.* 167. *num.* 2. *& ſeqq. par.* 8. cum alijs in allegata *Farfen. Bonorum coram Eminentiſſimo Corrado.*

10 Quo verò ad ſecundum eſto, quod probaretur filiatio, adhuc controuerti non poteſt, quod Catharina eſſet nupta Hieronymo, atque ideò, ſi Matthæus non eſſet filius eiuſdem Hieronymi, ſed Antonelli vti ſpurius, Adulterinus, & natus ex damnato coitu, nullo modo poſſet ſuccedere, iuxta allegatos textus in antecedenti Deciſione *in auth. licet in fine, C. de natural. liber. & in auth. ex complexu C. de inceſt. nupt. Bart. in l. ſin. num.* 3. *ff. de his, quib. vt indign.*

Hon-

Digitized by Google

Honded.conſ.5.nu.22.& 23.& n.33.lib.2.Pariſ.conſ.11.num.10.lib.2.& conſ.64. num.1.lib.3. Peregr.de iur.fiſc.lib.3. tit.18. num.33. Surd. qui dicit hanc concluſionem eſſe communem, & indubitatam *deciſ.249.num.8.& ſeqq.* cum alijs pluribus per *Lup.de illegit. comm.1. §.5. n.9.& per Lucidor. eod.tract. in prælud.n.34.* vbi in fine dicit non reperiri contradictorem, & ampliat etiamſi deficiat legitima proles, & firmat *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſina 18. à num.13,* & præſertim *num.18.*

11 Nec releuat, quod ſpurij excludantur à ſucceſſione Patris, non autem Collateralium, & extraneorum iuxta gloſsã communiter receptam *in §.vlt. verb.participium auth.quib.mod.nat.effic.legit.* vt teſtatur *Rot. deciſ.170. num.4. par.2. diuerſ.*

12 Nam quamuis Antonellus ſubſtituerit filio
ſuo Impuberi proximiores, & ſubſtitutio pupillaris dicatur teſtamentum pupilli, ab eo per
organum Patris ordinatum, per quam ſucceditur eidem pupillo; Adhuc tamen quoad
13 bona paterna in pupillari ſubſtitutione comprehenſa prohibetur ſpurius, ſuccedere fratri
ſuo, vt eſt *text.in l.ſi is, qui ex bonis 6. vbi Bald. num.3.verſ.aduerte tamen,& Angel.de Peruſ.num.1. ff.de vulgar.idem Bald.in l.eam quam 14.n.53. C.de fideic.optimè Paſch.de vir.patr.pot.par.1.cap.9.n.13.*

14 Vbi quod licet pupillariter ſubſtitutus videatur habere bona pupilli tanquam propriũ eius patrimonium. Nihilominus quando vocatus eſt ex iudicio Patris, ſi eſt incapax ſuccedendi in bonis paternis, quia ſit ſpurius, fit ſeparatio bonorum, & ſuccedit in bonis fraternis tantum, non autem in iis, quæ proueniunt à Patre, *Gulielm.de Bened.in cap.Raynutius verb.vxorem nomine Adelaſiam deciſ.5. num.128.de Teſtam. Angel. Aretin.in conſ.32.nu.4.& ſeqq.Emanuel,Coſta in cap.ſi Pater par.2.verb.bona omnia n.7. verſ.verumtamen ſpurios,* & alios cumulat *Bellon. de iur.accreſc. cap.7.quæſt.53. num.22.& ſeqq.Theſ. quæſt.for.lib.3. q.119.nu.2.* & probat *Menoch.conſ. 557.num.28.*

15 Hinc parum vrget, quod Teſtator in defectum Inſtitutorum, & ſubſtitutorum vocauerit proximiores, & ſic vſus fuerit verbis naturalitatem denotantibus: quia illorum appellatione nunquam cenſentur comprehenſi ſpurij, & Adulterini, vt probat *Peregr.de fideic. art.22.num.81.& 89.& conſ.17.num.7. verſ ſecundo quia lib.5. Honded.conſ.5.num.33. lib.2.Lotter.de re benef.lib.2.q.11.num.143. Rot.in Regien.Iuriſpatronatus 9. Decembris 1641. coram Cardinali Panzirolo.*

16 Et ſi non poſſunt ſuccedere, quando ſunt expreſsè vocati, multò minus id prætendere poſſunt ſub tacita expreſſione proximiorum, ne plus operetur tacitum, quam expreſſum *l.cum quid ff.ſi cert.pet. Aym.conſ.200.num.7.in fine, Rot.coram Merlin.deciſ.701.n.22.& in rec.dec.157. num.19.par.8.*

17 Tales enim filij ſunt abominabiles, & exoſi omni iure, vt inquit *Nicol. de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt.par.1. num.44. & ſeqq. Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſ.18.num.16.Rot.deciſ.262.num.13.& ſeqq. par.8. recent.* Nec in eis poteſt conſiderari ius
18 agnationis, vel cognationis, *Alex. conſ. 174. num.3.lib.5.Aym.conſ.138.num.6. Paleott.de not.& ſpur.cap.41.num.1.& cap.43.num.2.* cum alijs per *Spad.conſ.31. num.9.& ſeqq. lib.1.* Vbi quod nec
19 merentur nomen filiorum, ſed vti extranei reputantur *Guliel.de Bened.in cap.Raynutius verb. vxorem nomine Adelaſiam in quinta deciſione n.134. de teſtam.Cagnol.in l.ſi qua Illuſtris n.6. C.ad Orfic. Peregr.conſ.17.ſub n.7.verſ.nam tales lib.5.*

20 Nec obſtant Doctores in contrarium adducti, quia vel non procedunt ad effectum ſucceſſionis, qualis eſt caſus noſter, vt declarat *Cephal.conſ.591. num.11.lib.4. Ruin.conſ.9.num.4. lib.4.* & probat *Eugen.conſ.40. num.57.lib.2.* Vel
21 loquuntur de illegitimis tantum, non autem de Adulterinis, & natis ex damnato coitu, vt per *Bart.in l.fin.num.4. ff.de his quib.vt indign.Cagnol.in d.l.ſi qua illuſtris nu.47. C.ad Orfician.Alex. conſ.174.ſub n.3.& ſeqq.lib.5. Afflict.deciſ.96.nu.3. & ſeqq.Ioſeph Ludouic.d.deciſ.Peruſ.18.à n.12.*

Et ità vtraque &c.

RAVENNATEN. TRANSACTIONIS.

Veneris 3. Decembris 1660.

ARGVMENTVM.

Tranſactio reſcinditur propter læſionem, & læſio probatur; ſi pro modica ſumma renunciatum fuerit opulentæ hæreditati, & tranſactum appareat ſuper iure claro, non autem dubio; prout eſt clarum, quod fideicommiſſum conditum ſub conditione ſi ſine filijs, illis exiſtentibus expiret, quando non concurrunt coniecturæ validæ, & efficaces.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio reſcinditur, ſi læſio ſit enormiſſima, etiam habito reſpectu ad dubium litis euentum.*

2 L. 2. C. de reſcind. vend. *habet locum etiam in Tranſactione, quando exceſſus vltra dimidiam eſt magnus.*

3 *Læſio in Tranſactione præſefert dolum, qui ſemper cenſetur exceptus.*

4 *Læſio reſultat, ſi pro modica ſumma renunciatum fuerit opulentæ hæreditati.*

5 *Tranſactio non poteſt fieri ſuper iure claro.*

6 *Vexationem ad redimendam totum id, quod præſtitum fuit, dicitur datum ex turpi cauſa.*

7 *Lis calumnioſa, & introducta ad extorquendam Tranſactionem non debet attendi.*

8 *Mulier, quæ per longum tempus poſſedit bona hæreditaria Viri, fructus percepit, & nonnulla ex eis alienauit, præſumitur ſatisfacta de ſuis creditis, vel onus probandi contrarium ei incumbit.*

9 *Legitima non poteſt detrahere filius, qui Inuentarium non confecit, & bona alienauit.*

10 *Hæreditatis aditione actiones confunduntur.*

11 *Creditor non poteſt detrahere ex fideicommiſſo, quod ſtatim vt hæres reſtituturus eſt.*

12 *Fideicommiſſum ſub conditione ſi ſine filijs, expirat illis exiſtentibus.*

13 *Filiorum appellatione in conditionibus veniunt Nepotes.*

14 *Ver-*

Digitized by Google

14 *Verba: Tunc, & eo caſu reſtringunt diſpoſitionem ad caſum, cui ſunt adiecta, adeout ad alios non extendatur.*

15 *Impugnans diſpoſitionem, ſi ſuper impugnatione obtineat, non poteſt ea iuuari.*

16 *Fideicommiſſum non inducitur ex coniecturis, quando illæ ſunt debiles, & inefficaces.*

17 *Fideicommiſſum non inducitur ex ſubſtitutione extraneorum, neque ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, ſi illa ſint conſecutiua, & dependentes ab obitu Inſtituti ſine filijs.*

18 *Fideicommiſſum non inducitur ex ratione conſeruandæ agnationis, quando illa pendet à præcedenti ſubſtitutione, ſi ſine filijs.*

19 *Filius in conditione poſitus quamuis excludat ſubſtitutum, non tamen cenſetur vocatus.*

DECISIO CCCXXXV.

BALTHASSAR Maiolus, inſtituto hærede proprietario Iacobo ex filio prædefuncto Nepote; illi ſine filijs decedenti ſubſtituit proximiores ipſius Teſtatoris; Vnde purificata dicta conditione inſurrexit Dominica Maiola Soror eiuſdem Balthaſſaris, & vti proximior Iudicium inſtituit contra Catharinam Burgum, & Alexandrum Rugineum poſſeſſores bonorum dictæ hæreditatis; ſed quia illud per Tranſactionem terminatum fuit; Dubitaui an dicta Tranſactio ſuſtineatur; & non ſuſtineri reſponſum fuit.

1 Siquidem conſtat de enormiſſima læſione
etiam habito reſpectu ad dubium litis euentum, vt notat *Abb. in cap. cum contingat num. 23. de Iureiur.* & firmauit *Rot. coram Canal. deciſ. 407. num. 1. & ſeqq. & in Romana Tranſactionis 2. Maij 1659. & 30. Aprilis 1660. coram Me*. Et de veriori, & magis communi teſtatur *Duran. deciſ. 121. num. 17. & num. 28. & 29.* Et dictum fuit *in deciſ. 292. num. 13. par. 8. in rec.* Et eſt bonus *text. in l. 2. C. de reſcind. vendit.* Quem habere locum
2 in Tranſactione etiam Iuramento firmata, quando exceſſus vltrà dimidiam eſt magnus; probat *Cagnol. ibid. ſub num. 78. verſ. ſed pro contraria, & numeris ſeqq.* vbi de veriori, & magis communi, & docet *Bart. in l. ſi quis cum aliter nu. 5. verſ. quæro quid ſi in Contractu ff. de verb. oblig. Dec. in l. ... te 5. ſub num. 1. verſ. ſed fœdere diſtinctionis Cod. de Tranſact. Corn. conſ. 27. ſub num. 11. verſ. ſed quando lib. 4. Gabr. conſ. 154. num. 48. lib. 1. verſ. certè quando læſio.* Et cumulatis concordantibus deductum fuit *in Romana Reſciſſionis Tranſactionis 29. Maij 1648. coram Eminentiſſ. Corrado*,
3 vbi quod illa præſefert dolum re ipſa, qui ſemper cenſetur exceptus, *& in Romana Tranſactionis 12. Maij 1659. coram R. P. D. meo Priolo.*

4 Læſio autem reſultat ex eo, quia pro ſcutis 1500. ſoluendis intrà ſeptennium renunciauit Dominica hæreditati, & bonis aſcendentibus ad ſcuta 8000. circiter, vt apparet ex calculo per Inſtrumenta, & alias Scripturas ſufficienter iuſtificato, quæ propterea dicitur enormiſſima ex adductis per *Abb. in d. cap. cum contingat num. 23. de Iureiur. Cephal. conſ. 208. num. 1. Beron. conſ. 180. num. 38. lib. 2. Rot. in Romana Tranſactionis 21. Iunij 1655. & in Romana Tranſactionis 2. Maij 1659. & 30. Aprilis 1660. coram me.*

5 Nec obſtat prætenſa lis: Nam cum ſubſtitutio ad fauorem Dominicæ eſſet clara, & nullam reciperet dubitationem, non poterat ſuper tali lite iniri Tranſactio *ad text. in l. 1. ff. de Tranſact. & in l. Præſes 7. C. eod. Roman. conſ. 517. num. 19. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 1. nu. 14. verſ. accedit*; vbi quod totum id, quod datur ad redi-
6 mendam vexationem dicitur datum ex turpi cauſa, & repeti poteſt, *Rot. in Recanaten. Prædij 14. Aprilis 1644. coram ſan. mem. Innoc. X. in Romana Hæreditatis 30. Ianuarij 1654. coram R. P. D. meo Beuilacqua; & in Romana Tranſactionis 15. Decembris 1659. coram R. P. D. meo Veroſpro.*

7 Vndè lis prædicta vti calumnioſa, & expreſſa ad extorquendam Tranſactionem, non venit attendenda *Aym. conſ. 152. nu. 40. & conſ. 436. num. 8. & ſeqq. Rot. deciſ. 293. num. 26. & ſeqq. par. 8. recent.* Nam hoc modo daretur via vnicuique mouendi litem pro reportanda Tranſactione, vt bene ratiocinatur *Rot. in Bonon. nullitatis Concordiæ 12. Iunij 1645. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro, & in Romana Hæreditatis 30. Ianuarij 1654. coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

8 Non obſtant detractiones; etenim reſpectu dotis Virginiæ vxoris eiuſdem Balthaſſaris ſcutorũ 600. auri prætenſio videtur corruere, dum ipſa accepit poſſeſſionem omnium bonorum vſque de anno 1596. nullo confecto Inuentario, illaque adminiſtrauit vſque ad annum 1627. alienando Vineam, Pratum, & nonnulla animalia, adeout præſumatur ſatiſfacta, vel ſaltem onus probandi bona alienata non ſufficere, eidem incumbat *Natt. conſ. 199. num. 12. & conſ. 238. num. 9. Rot. coram Duran. deciſ. 213. num. 2. & coram Merlin. deciſ. 900. eodem num.* cum alijs pluribus cumulatis *in Peruſina Bonorum 30. Maij 1650. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro.*

9 Et ex eadem reſponſione tollitur obiectum detractionis legitimæ ex perſona dicti Iacobi; nam ſtante omiſſione Inuentarij, & alienationibus ſecutis illa cenſetur conſumpta *Rota in rec. deciſ. 399. nu. 28. & 29. par. 5. rec. & coram Merlin. deciſ. 383. num. 15. & 16. in Bonon. de Berois 11. Martij 1643. & in Romana Donationis 26. Aprilis 1649. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.*

10 Quo verò ad dotem Catharinæ eiuſdem Iacobi vxoris, cum Alexander Rugineus ſit hæres Iacobi, necnon Virginiæ, quæ dotem pro maiori parte recepit, & inueſtire promiſit, per aditionem hæreditatis actiones fuerunt confuſæ *Menoch. conſ. 89. num. 153. Gratian.* qui alios cumulat *diſcept. 204. nu. 26. Rot. deciſ. 4. n. 34. & 35. par. 5. rec. & in Romana Donationis 21. Iunij 1649. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.* Et fruſtra
11 illam petit extrahi ex fideicommiſſo Balthaſſaris, dum ſtatim vti hæres Iacobi, & Virginiæ reſtituere deberet *ad Text. in l. hæc ſtipulatio 14. §. Diuus ff. vt legat. nom. caueat. Rota coram Eminentiſſ. Cardinali Ottbobono deciſ. 64. n. 14.*

12 Non obſtat, quod in Tranſactione non debeant computari bona prouenientia à Iacobo Seniore: Nam licet ille hæredem fecerit Balthaſſarem filium, eoque ſine filijs decedente, mandauerit eligi puerum Hoſpitalis nomi-

nandum Iacobum Maiolum. Nihilominus cum idem Balthaſar deceſſerit relicto Iacobo ex filio prædefuncto Nepote, expirauit fideicommiſſum, & bona remanſerunt libera iuxta celebre *conſ. Oldradi 21.* paſſim approbatum à Rota, *vt in rec. deciſ. 486. num. 1. par. 1. deciſ. 473. num. 5. par. 4. tom. 2. & deciſ. 195. & 221. vtrobique num. 1. & ſeqq. par. 5. rec.* cum pluribus adductis per *Fuſar. de ſubſt. q. 480. à trinc.*

13 Filiorum enim appellatione in conditionibus venit etiam Nepos ad excluſionem ſubſtituti, vt notat *Bart. in l. liberorum num. 18. in fin. ff. de verb. ſignific. Bald. conſ. 13. num. 2. lib. 3. Caſtr. conſ. 164. num. 4. lib. 2.* Et de communi teſtatur *Socin. Sen. conſ. 17. nu. 2. lib. 4.* vbi in terminis Monaſterii, & loci pii, *& conſ. 51. num. 10. eod. lib.* Et non vidiſſe contradictorem, firmat *Cephal. conſ. 107. num. 16. lib. 1.* alioſque plures adducit *Fuſar. q. 413. num. 3. & ſeqq. Surd. deciſ. 73. num. 20.* & firmauit *Rot. deciſ. 435. nu. 8. par. 4. diuerſ. & coram Coccin. deciſ. 467. n. 1.*

14 Maximè quia ſubſtitutio concepta fuit ſub illis verbis *Tunc, & eo caſu*, quæ reſtringunt diſpoſitionem ad dictum caſum tantum, adeout ad alios extendi non poſſit ex notatis *per Caſanat. conſ. 4. num. 59. & per Fuſar. d. qu. 480. num. 3. Rot. in rec. deciſ. 221. num. 11. par. 5. & in Romana fideicommiſſi de Zeſiris 20. Maij 1649. coram bon. me. Bichio.*

15 Et hanc veritatem agnouit nō ſolum idem Iacobus Iun. ſed etiam Alexander Rugineus illius hæres, dum acceptarunt ſemper Teſtamentum Balthaſſaris, & impugnarunt expreſſè fideicommiſſum Iacobi Senioris, reportando ſententiam abſolutoriam ſuper illius inexiſtentia, in qua dictum fuit Hoſpitali nullum ius competere ex dicta ſubſtitutione, vnde idem Hoſpitale renunciauit liti, & ſic ex dicto prætenſo fideicommiſſo toties impugnato & ſuper qua impugnatione obtinuit, hodie innari non poteſt *l. Papinianus §. meminiſſe ff. de inoff. teſtam. l. quæſitum ff. de acquir. hæred. Surd. deciſ. 196. nu. 2. Rot. deciſ. 511. n. 5. par. 1. rec. & deciſ. 623. n. 7. & 8. par. 4. to. 3.*

16 Nec obſtant coniecturę ex aduerſo deductę, nam quam plures ex eis vti debiles, & inefficaces non fuerunt habitæ in conſideratione.

17 Subſtitutio verò puerorum, & digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus vti coniecturiuę & dependentes ab obitu Balthaſſaris ſine filijs non ſuffragantur, vt recedatur ab opinione Oldradi; vt firmauit *Rot. deciſ. 230. nu. 1. & ſeqq. par. 2. diuerſ. & in rec. deciſ. 486. nu. 6. & ſeqq. par. 1. deciſ. 538. n. 5. par. 2. & dicta deciſ. 221. nu. 11. par. 5.*

18 Prout pariter non ſuffragatur ratio conſeruandæ agnationis, quia venit intelligenda iuxta terminos præcedentis ſubſtitutionis, vt ponderat *Hondéd. conſ. 78. num. 49. lib. 1. Surd. deciſ. 9. num. 16. Rot. in rec. d. deciſ. 486. num. 5. & ſeqq. par. 1. deciſ. 667. num. 11. par. 2. & deciſ. 195. num. 7. & ſeqq. par. 5. & in Beneuentana Hæreditatis 19. Iunij 1656. coram me.*

19 Demum non obſtat quod Iacobus ſi excludit ſubſtitutum tanquam poſitus in conditione, cenſeatur etiam eſſe vocatus, quia regula eſt in contrarium, quam ponit *gloſſ. in l. Lucius Titius ff. de hæred. Inſtit.* & firmauit *Rot. deciſ. 189. num. 3. par. 4. tom. 2. rec. & deciſ. 221. num. 2. & ſeqq. & præſertim num. 5. par. 5.*

Et ità deciſum Partibus hinc inde Informantibus &c.

REATINA SVCCESSIONIS.

Veneris 10. Decembris 1660.

ARGVMENTVM.

Confirmatur Deciſio ſuper interpretatione Statuti Reatini de ſucceſs. ab inteſt. in qua firmatum fuit ſub nomine Conſanguineorum Statuentes voluiſſe comprehendere non ſolum Agnatos, ſed etiam Cognatos.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio debetur proximioribus, excluſis remotioribus.*
2 *Conſanguineorum appellatione ex propria ſignificatione veniunt tantum Agnati.*
3 *Conſanguineorum appellatione veniunt etiam Cognati, quando conſtat de voluntate ſtatuentium.*
4 *Statutum recipit potius interpretationem ab alio Statuto, quam à iure communi.*
5 *Cognati dicuntur, & non agnati coniuncti ex latere matris.*
6 *Conſanguineorum appellatione veniunt tam Agnati, quam Cognati, quando ſinguli in alia parte Statuti ſpecialiter nominati fuerunt cum aliqua qualitate.*
7 *Proximiorum appellatione veniunt tam maſculi, quā fœminæ, & tam Agnati, quam Cognati.*
8 *Superfluitatem ad euitandam qualibet interpretatio ſumi poteſt.*
9 *Superflua non dicuntur ea, quæ exprimuntur ad tollendam ambiguitatem.*
10 *Interpretatio, quæ non conuenit verbis, & menti ſtatuentium, reijcienda venit.*
11 *Statuti verba cui non conueniunt, nec etiam adaptatur diſpoſitio.*

DECISIO CCCXXXVI.

DVAE in hac cauſa emanarunt Deciſiones inter ſe contrariæ, in quarum prima firmatum fuit, denegandam eſſe immiſſionem Leonijs in poſſeſſionem bonorum Hieronymi de Toſtis ea ratione, quia ſtatutum Ciuitatis Reatinæ vocans proximiores Conſanguineos ſecundū proprietatem ſermonis, & ex propria ſignificatione non videbatur comprehendere Auunculos. In altera verò fuit à prima receſſum, quia Statutum prædictum datum poſteà per extenſum, & in publicam formam vtitur verbo *Conſanguineos*, tanquam generico, & ſub illo æquè comprehendit Agnatos, ac Cognatos; Repropoſita itaque cauſa, & diſcuſſis fundamentis vtriuſque Deciſionis Domini pro confirmatione ſecundæ reſponderunt.

1 Etenim non controuertitur, quod Leonij ſint proximiores Hieronymo tanquam exiſten tes

ſtentes in tertio gradu ; Patrueles verò in quarto, & ſic remotiores : Vndè iſtis excluſis ſucceſſio debetur Leoniis §.ſi igitur defunctus il. 1. auth. de hæred. ab inteſt. venien. Marta de ſucceſſ. legal. par. 3. q. 1. art. 2. n. 33. Rot. coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 72. n. 5.

2 Nec refert, quod Statutum non vocet proximiores ſimpliciter, ſed addat etiam verbum Conſanguineos, quorum appellatione propriè veniunt agnati §. 1. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.

3 Nam quando conſtat, quod ſtatuentes voluerunt comprehendere etiam Cognatos, tunc non attenditur proprietas verbi, ſed intentio eorumdem ſtatuentium, & illorum loquendi vſus, deſumptus ex alijs Statuti partibus, vt notat Decius in cap. cauſam, quæ num. 20. de reſcript. & in conſ. 65. num. 4. & conſ. 300. num. 8. Vbi quod

4 ſtatutum recipit potiùs interpretationem ab alio Statuto, quam à Iure communi, Cephal. conſ. 146. num. 17. lib. 1. Honded. conſ. 1. nu. 63. & 64. lib. 1. Burſatt. conſ. 69. num. 5. & 6. pariter vol. 1. Et bene in propoſito Alexand. conſ. 153. n. 1. & ſeqq. lib. 7. Rota coram Creſcentio deciſ. vlt. num. 5. & ſeqq. de Conſtit. & coram Durano deciſ. 111. n. 11. & 12.

5 Quod autem ſtatuentes ſub verbo Conſanguineos voluerint comprehendere etiam Cognatos, deſumitur non ſolum ex capite 7. de Teſtium receptione, & cap. 95. de offendentibus furioſos, & mentecaptos lib. 3. & ex alijs locis relatis in Summario ſecunda Deciſionis, ſed ex antecedenti lib. 1. cap. 83. de Inſtrum. donat. vbi habetur, quod in donatione Minoris debent interuenire duo de conſanguineis ex parte Patris, vel Matris donantis. Et in hoc eodemmet capitulo, de quo agitur ſub rubr. de ſucceſſ. ab Inteſtat. repetitum legitur verbum Conſanguinei, includens tam Agnatos, quam Cognatos : ibi in ſucceſſione conſanguineorum ex latere Patris tantum, & ibi in ſucceſſione conſanguineorum ex parte Matris : Cum tamen coniuncti ex parte Matris dicantur cognati ; non autem agnati l. non facile 4. §. Cognationis ff. de gradib. affin. l. Inter agnatos 5. ff. vnde legit. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 17. Rota in recent. deciſ. 349. ſub num. 21. par. 6.

6 Vlterius ſtatutum prædictum, loquendo de agnatis, illos non vocauit ſimpliciter ſub verbo conſanguineos, ſed ſemper cùm qualitate ex latere Patris tantum ; prout etiam diſponendo de cognatis addidit verba ex latere Matris : ſignum euidens, quod, quando expreſſit conſanguineos ſimpliciter nulla qualitate adiecta, omnes intellexit comprehendere, vt in ſimili aduertit Petr. de Anchar. conſ. 120. num. 4. & in terminis ſtatuti Socin. Iun. conſ. 3. num. 42. & 43. lib. 1. Gabr. conſ. 14. num. 25. lib. 1. Rota in recent. deciſ. 151. nu. 19. par. 5. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 111. num. 13.

7 Imò poſtquam in ſuperiori parte vocauit proximiores Conſanguineos, inferius repetit Proximiores ſimpliciter, quorum appellatione veniunt tam maſculi, quàm fœminæ, & tam agnati, quam cognati iuxt. text. in l. 1. §. proximus ff. vnde cognati, & notat Peregrin. de fideicomm. art. 22. num. 59. aliosque cumulat Fuſar. de ſubſtit. qu. 366. nu. 1. & ſeqq. Rota d. deciſ. 151. num. 2. & 14. part. 5. in recent.

8 Non obſtat, quod ſi ſtatutum voluiſſet comprehendere etiam cognatos, fruſtratoria fuiſſet vocatio de proximioribus conſanguineis, cum illi ſuccederent etiam de iure communi. Nam cum idem ſtatutum intenderet ponere limitationem, neceſſe erat etiam firmare regulam, quod ſufficit ad euitandam ſuperfluitatem gloſſ. in l. 1. Cod. de rapt. Virg. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 12. nu. 19. Rot. coram Merlin. deciſ. 22. n. 11.

9 Et ſemper ſuperfluitas ceſſat, quoties diſpoſitio continens idem, quod Ius commune, facta fuit ad tollendam dubietatem, vt dixit Rot. in Burgen. Seruitut. 9. Iunij 1599. coram Cardinali Hieronymo Pamphilio.

10 Minus releuat prætenſa diſtinctio, & ſeparatio de bonis Paternis à Maternis, deducta ex §. filia verò ſub eadem rubr. de ſucceſſ. ab inteſtato, quia ibi nil aliud ſtatuentes intellexerunt, niſi excludere mulierem ; ne totam hæreditatem conſequeretur ; non autem bona diuidere, quod clarius apparet, quia ſi voluiſſent concedere Agnatis bona paterna ; Cognatis verò materna ; dediſſent vtique mulieri dotatæ ſolam medietatem bonorum maternorum ; & aliam medietatem Auunculis, & Conſobrinis. Atque ideò cum talis interpretatio ſit incongrua, nec conueniat verbis, nec menti ſtatuentium, omnino reijcienda eſt l. item veniunt §. præter hæc in fine, & ibi Bald. ff. de petit. hæred. Mant. de tacit. lib. 1. tit. 17. n. 1. Surd. conſ. 179. nu. 47. Rot. coram Merlin. deciſ. 125. n. 43.

11 Et ceſſat difficultas, quia in d. §. filia verò præſupponit ſtatutũ, quod non ſolum exiſtat filia dotata, ſed etiam, quod adſint eius Auunculi, & Patrueles : Cum tamen in præſenti caſu nec extet filia dotata, minuſque Auunculi, & Conſobrini ipſius ; ſed tantum Auunculi, & Patrueles Hieronymi Toſti defuncti, de cuius ſucceſſione agitur. Vndè cùm caſus ſit longè diuerſus ; & verba ſtatuti non adaptentur, nec etiam applicari poteſt illius diſpoſitio l. 4. §. Toties, ibique Bart. nu. 25. ff. de damn. infect. Alex. conſ. 130. num. 4. lib. 4. Caſtrenſ. conſ. 85. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Rot. in Romana Prælationis 16. Februarij 1618. coram Sacrato.

Vndè ex prædictis, & alijs rationibus in ſecunda deciſione deductis Domini in ea perſiſtendum eſſe cenſuerunt Partibus hinc inde Informantibus &c.

ROMANA HAEREDITATIS.

Veneris 10. Decembris 1660.

ARGVMENTVM.

Dominium officij reſidet penes reſeruatarium Decreti, & facultatis diſponendi, non autem penes eum, ſuper cuius vitæ periculo emptum fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Officium dicitur eſſe in dominio illius, ad cuius fauorem fuit reſeruatum Decretum, & facultas diſponendi.*
2 *Hæres, deſcribendo bona in Inuentario fatetur, illa eſſe hæreditaria.*
3 *Inuentarium probat bona inuentariata eſſe Teſtatoris.*
4 *Executiua via, quæ competebat contra Teſtatorem, competit etiam contra illius hæredem.*
5 *In hæredem tranſeunt omnes actiones tam actiuè, quam paſſiuè.*
6 *Donata cenſentur ea, quæ tranſmittuntur occaſione Cardinalatus.*
7 *Compenſatio non datur, quando creditum eſt turbidum, & illiquidum.*

DECISIO CCCXXXVII.

IN executionem trium conformium, & Reſcripti Signaturæ cum clauſula *ſine præiudicio* Florauantes Martinellus, qui vti hæres ſcriptus in Teſtamento bon.mem. Cardinalis Horatij Iuſtiniani reportauerat immiſſionem in poſſeſſionem omnium bonorum præfatæ hæreditatis contra Marcum Antonium Reu. Patris Iuliani hæredem, & deinde mandatum executiuum contrà bona hereditaria eiuſdem Patris in ſcutis 9378. 64. videlicet in ſc. 2484. 65. pro totidem repertis incontanti, & in creditis exactis; Et pro reliqua ſumma in rebus hæreditarijs æſtimatis per Peritos iudicialiter electos: Inſtetit coram me diſputari Dub. an, & ſuper quibus bonis dictum mandatum ſit exequen.

1 Et Domini exequendum eſſe dixerunt primo ſuper officio Abbreuiatoriæ de Parco mini quod P. Iulianus viuens emit de proprijs pecunijs ad fauorem, & ſuper periculo vitæ Marci Antonij; Nam per reſeruationem Decreti, & facultatis diſponendi de ipſo officio, & fructibus, dominium officij acquiſitum fuit Patri Iuliano, & poſt ipſius mortem remanſit penes hæredem, vt dixit *Rot. coram Caualer. deciſ. 603. num. 1. & deciſ. 636. num. 2. verſ. Et præterea, & coram Buratt. deciſ. 863. num. 1. & ſeqq. in Romana officij 2. Iunij 1656. & 25. Iunij 1657. coram bo.me. Dunozetto, & in alia Romana Officij 9. Maij 1659. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

2 Et hanc veritatem agnouit etiam idem Marcus Antonius, qui, adeundo hæreditatem Patris Iuliani, dictum officium Abbreuiatoriæ tanquam hæreditarium in Inuentario deſcripſit: talis enim deſcriptio habet vim explicitæ confeſſionis, vt dixit. *Rota penes Poſt de manut. deciſ. 140. num. 5. & in Bononien. Legati 25. Maij 1645. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.* Et pro-
3 bat bona Inuentariata eſſe Teſtatoris *l. fin. Cod. arb. tut. & tit. conſ. 45. num. 20. lib. 2. Rot. in recent. deciſ. 407. nu. 2. par. 2. & coram Eminentiſſ. Ottbobono deciſ. 225. num. 8.*

4 Dixerunt pariter, illud eſſe exequendum ſuper locis octo Montis Salis, emptis ab eodem Patre Iuliano, & poſt eius obitum in faciem Marci Antonij illius hæredis deſcriptis. Nam ſicuti ſuper illis poterat executio fieri viuente Patre Iuliano debitore, ita quoque poteſt hodie fieri contra Marcum Antonium illius hæredem ex adductis *in deciſ. 630. num. 1. par. 1. rec. & in Anconitana Dotis 24. Aprilis 1643. coram Re-*
5 *uerendiſſ. D. meo Cerro.* Cum in hæredem tranſeãt omnes actiones tam actiuè, quam paſſiuè *l. cum hæredes 23. ff. de acquir. poſſ. Cagnol. in l. hæredem num. 17. verſ. quia tale Ius de regul. Iur. Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 14. Martij 1650. coram Me.*

6 Non obſtat compenſatio deducta ex eo, quod Marcus Antonius vti hæres Petri Iuſtiniani prætẽdat ſe creditorem hæreditatis Cardinalis Horatij ex cauſa mutui in ſcutis 3200. Nam, huiuſmodi ſummam non præſumi mutuatam, ſed donatam occaſione eius aſſumptionis ad Cardinalatum, iam firmauit *Rot. in caſu ſimili in Romana Pecuniaria 26. Maij 1653. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro.* Ideoque cum
7 creditum ſit turbidum, & illiquidum in ſubſtantia non intrat compenſatio *Surd. conſ. 456. num. 4. & ſeqq. Rot. deciſ. 225. numer. 21. par. 8. recentior.*

Quia verò pro parte Martinelli prætenditur, non fuiſſe per Marcum Antonium redditam ſufficientem rationem bonorum hæreditariorum Patris Iuliani, ac propterea relaxandum etiam eſſe mandatum contra perſonam, & bona propria eiuſdem Marci Antonij, necnon etiam contra PP. Congregationis Oratorij pro locis quinque Montium ab ipſo Patre Iuliano eiſdem legatis, & modo amplius non exiſtentibus, ideò ſuper his, & alijs multis noluerunt Domini aliquid determinare, ſed reſeruarunt ad aliam Diſputationem.

Et ità deciſum &c.

ABVLEN. PENSIONIS.

Veneris 14. Ianuarii 1661.

ARGVMENTVM.

Penſio amittitur per aſſumptionem militiæ ſecularis; prout etiam amittitur ſi quis deſerendo habitum Clericalem in habitu ſeculari ſemper incedat.

S V M M A R I V M.

1 *Penſio extinguitur per aſſumptionem Militiæ ſecularis.*
2 *Penſio, licet extinguatur per aſſumptionem dictæ Militiæ, debetur tamen pro terminis antea decurſis.*
3 *Penſio amittitur, ſi Penſionarius deſerendo habitum Clericalem, incedat in habitu ſeculari.*
4 *Teſtes ſingulares ſufficiunt, ad probandum aliquid in genere.*

DECISIO CCCXXXVIII.

PENSIONEM annuam ducatorum 100. de Camera reſeruatam de anno 1656. ſuper Canonicatu Eccleſiæ Cathedralis in fauorem Ludouici Montero de Spinoſa, poſtquã clericali charactere ritè inſignitus fuerit Conſ-

fuerunt

fuerunt Domini, remanſiſſe extinctam. Nam
non ſolum idem Ludouicus non docet, adim-
1 pleuiſſe dictam cōditionem; quinimò ex Te-
ſtibus formiter examinatis conſtat, ipſum
præcinctum enſe inceſſiſſe ſemper in habitu
ſeculari, & inter Milites Regiæ Claſſis fuiſſe
admiſſum, & deſcriptum, recipiendo ſtipen-
dia militaria, & exercendo omnia ea, quæ ab
alijs militibus exerceri ſolent. Vndè, quod
talis penſio remanſerit extincta, probat *Gig. de
penſion. qu. 55. per totam, Gambar. de off. legat. lib. 6.
num. 743. & ſeqq.* Et vltrà adductos per *Barboſ. de
iur. Eccl. vniuerſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 79. & lib. 3.
cap. 14. n. 31. & 32.* firmauit etiam *Rot. deciſ. 158.
nu. 16. par. 1. rec. in Elboren. Penſionis 7. Iunij 1627.
coram Vbaldo.* Et latiſſimè *in Firmana Penſionis
25. Iunij 1649. & 17. Martij 1656. coram Me.* Et
nouiſſimè *in Cæſaraugustana Penſionis 14. Iunij
1660. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

2 Non obſtat, quod deſcriptio, & adnotatio
in matricula militum non appareat facta, niſi
ſub die 9. Menſis Decembris 1659. & ideò pro
terminis antecedentibus ſaltem penſio debea-
3 tur; Nam cum ijdem Teſtes affirment, quod
à principio anni 1657. & pro toto tempore,
quo ipſe permanſit in Ciuitate Mediolani,
ſemper inceſſit in habitu ſeculari, & pro tali
ab omnibus habitus, & reputatus fuit; dicta
penſio excedens ducatos 60. penitus ceſſauit,
etiamſi nulla præceſſerit citatio, vel monitio,
vt ad literam diſponit *Conſt. 92. fa. mem. Sixti V.
in §. 2. & 3. Bullar. nouo tom. 2.* quam in propoſi-
ſito referunt *Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 15. num. 56.
Garz. de benef. par. 7. cap. 1. nu. 18.* & firmauit *Rota
d. deciſ. 158. nu. 16. par. 1. rec. in Cæſaraugustana Pen-
ſionis 3. Iunij 1622. coram Coccino, in allegata El-
boren. Penſionis 7. Iunij 1627. coram Vbaldo, confir-
mata coram Merlin. deciſ. 382. n. 1.*

4 Minus obſtat; quòd Teſtes ſint ſingulares;
quia cum agatur de probando quid in genere,
nempè non delationem habitus Clericalis re-
ſultantem ex actibus particularibus, etiam
Teſtes ſingulares ſufficiūt *Beroи. in cap. licet cau-
ſam num. 40. ibique Dec. nu. 69. de probat. idem Dec.
conſ. 650. num. 11. Alex. conſ. 18. num. 9. lib. 3. Aym.
conſ. 79. num. 33. & ſeqq. Rot. deciſ. 511. num. 8. par. 1.
in rec.* Et in his præciſè terminis firmatum
fuit *in dicta Cæſaraugustana Penſionis 3. Iunij 1622.
coram Coccino, & in Elboren. Penſionis 7. Iunij 1627.
coram Vbaldo.*

Et ita altera &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI
De Sauijs.

Veneris 28. Ianuarij 1661.

ARGVMENTVM.

Monaſterium non poteſt ſuccedere neque etiam
in vita Monachi, quando Teſtator voluit, bo-
na conſeruari perpetuò in domo, agnatione,
caſata, & familia ſua, eiuſque hæredum inſti-
tutorum, & ſubſtitutorum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi purificatio debet plenè, & concluden-
ter probari.*
2 *Monachus profeſſus retinet iura agnationis.*
3 *Monachus profeſſus, qui iuxta diſpoſitionem Teſta-
toris non poteſt conſeruare bona, & familiam, non
ſuccedit.*
4 *Monachus profeſſus quoad conſeruationem bonorum,
& familiæ habetur pro mortuo.*
5 *Monaſterium cenſetur excluſum, ſi Teſtator iuſſe-
rit, omnia bona ſua ſtare, & remanere debere
perpetuò in domo, agnatione, caſata, & fami-
lia ſua &c.*
6 *Monachus profeſſus eſt incapax retentionis bonorum
quando Teſtator voluit, illa conſeruari in fa-
milia.*
7 *Verba* omninò, & cum effectu *denotant preci-
ſam neceſſitatem.*
8 *Dictio* omninò *habet vim Decreti irritantis.*
9 *Et adiecta verbis, ſupra relatis, importat excluſio-
nem Monaſterij in omnibus caſibus.*
10 *Monaſterij excluſio debet eſſe expreſſa ad effectum
impediendi temporalem acquiſitionem in vita pro-
feſſi.*
11 *Sufficiunt tamen verba æquipollentia, & habentia
vim explicitæ expreſſionis.*
12 *Reo ſufficit vincere per non ius Actoris, & excipere,
caſum ſubſtitutionis non eueniſſe.*

DECISIO CCCXXXIX.

PER obitum Ioſephi ſine filijs maſculis,
prætendens Monaſterium Sancti Franci-
ſci ex perſona Iacobi Antonij in eo profeſſi,
purificatum fuiſſe fideicommiſſum inſtitutū
à Ludouico de Sauijs, inſtetit coram me pro
immiſſione contra Lucretiam, & alias eiuſ-
1 dem Ioſephi filias; ſed propoſito formiter
dubio cenſuerunt Domini, immiſſionem eſſe
denegandam, quia cum Monaſterium fundet
intentionem ſuam ſuper purificatione fidei-
commiſſi ad ſui fauorem, debet de ea plenè,
& concludenter docere, vt notat *Pereg. de fideic.
art. 43. num. 60. Rot. penes Poſt. de manut. deciſ. 302.
num. 1. & ſeqq. & in Piſauren. Teſtamenti 31. Martij
1651. coram Me.*
2 Nec ex eo, quod Teſtator in defectu primò
inſtitutorum, & eorum deſcendentium ma-
ſculorum ſubſtituerit ſuperuiuentes, poteſt
dici conſtare de eius vocatione, etiamſi de
tempore obitus Ioſephi exiſteret Iacobus An-
tonius profeſſus in dicto Monaſterio. Etenim
Teſtator non ſimpliciter ſubſtituit ſuperſtitem
maſculum, ſed illum tantum, qui eſſet aptus
ad conſeruandam agnationem, & familiam: ibi
*Pro manutenenda, & conſeruanda agnatione, caſata,
& familia ipſius Teſtatoris, & dd. eius hæredum ſic
inſtitutorum, & ſubſtitutorum,* & ibi, *Et cupiens,
quod bona ſtabilia &c. cōſeruentur, & manuteneantur,
& ſemper remaneant in domo, caſata, & familia ip-
ſius Teſtatoris, eiuſque hæredum inſtitutorum, & ſub-
ſtitutorum &c.* Vndè licet Iacobus Antonius,
hodie frater Ioannes Baptiſta ſit agnatus, &
donec viuit retineat iura agnationis. Nihi-
3 lominus quia non eſt talis, per quem familia,

& bona conſeruari poſſint, non dicitur habere voluntatem Teſtatoris, nec ex illius diſpoſitione taliter concepta ſuccedere valet *Dec. conſ. 259. num. 2. & ſeqq. Pariſ. conſ. 22. à nu. 9. lib. 3.* & latè, reſpondendo contrarijs, probat *Altograd. conſ. 96. num. 9. verſ. verum, & ſeqq. & præſertim à num. 15. vſque ad finem lib. 1. Sanchez ſuper Decalogo lib. 7. cap. 15. num. 19. & ſeqq.* vbi dicit hanc opinionem eſſe probabiliorem, ilamque ſequitur *Molin de primogen. lib. 1. cap. 13. num. 91. & ſeqq. Peregr. de fideic. art. 28. num. 82. & Cenſal. in addit. ad eund. d. art. 28. verſ. ſecunda ſit aſſertio*, vbi cumulatis innumeris concludit opinionem eſſe irrefragabilem, & caſum indubitabilem, *Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 7. ſub num. 19. verſ. Et hanc opinionem, & num. 21. Ceuall. comm. contra comm. quæſt. 193. num. 10. & 11. Mareſc. var. reſol. lib. 3. cap. 21. num. 81. & ſeqq.* vbi quod talis pro-
4 feſſus quoad conſeruationem familiæ habetur pro mortuo, cum ab illo familia nedum conſeruetur, ſed potius ſupprimatur *Caſtill. contr. iur. lib. 3. cap. 12. num. 54. & ſeqq. & lib. 5. cap. 162. à num. 21. Gall. de except. tit. 4. except. 28. num. 259. Mangil. de imput. in legit. quæſt. 71. num. 29.* alioſque cumulat *Fuſar. de ſubſtit. q. 313. num. 2.* vbi ait, ſe pluries ità conſuluiſſe, *& quæſt. 428. num. 15. & quæſt. 430. num. 2.* Et ità in ſpecie firmauit *Rota deciſ. 135. num. 15. & ſeqq. par. 7. rec. & in Mediolanen. Bonorum 31. Maij 1649. coram Eminentiſſimo Corrado.*

5 Quæ concluſio eo facilius amplectenda venit in præſenti caſu, quia Teſtator hanc ſuam voluntatem non ſemel tantum, ſed bis, & ter latiùs expreſſit, & ſignanter dum prohibendo omnem, & quamcumque alienationem tam per contractum, quam per vltimam voluntatem declarauit, id facere eo, *quia omninò, & cum effectu voluit, omnia ſua bona prædicta perpetuò ſtare, & remanere in domo agnatione, caſata, & familia ipſius Teſtatoris, & hæredum Inſtitutorum, & ſubſtitutorum, vt ſupra omni meliori modo &c.* Nam attenta ratione, & verbis prædictis excluſio non reſultat ex coniecturis, vel ex qualitate bonorum, ſed ex enixa voluntate ipſius diſpo-
6 nentis, qui dum mandauit, bona conſeruari in familia, noluit conſequenter illa peruenire in Monaſterium, minuſque in Ioannem Baptiſtam, quia ipſe tanquam profeſſus eſt incapax retentionis, vt dixit *Rot. d. deciſ. 135. num. 17. & ſeqq. par. 7. in Amerina Succeſſionis 5. Iunij 1651. & in Romana fideicommiſſi de Cupis 18. Iunij 1657. coram Reuerendiſſ. Papien.* A qua vltima deciſione licet Rota poſtea receſſerit, hoc tamen fuit ex alio fundamento, & quia non conſtabat de voluntate Teſtatoris, cum alijs per *Altograd. d. conſ. 96. n. 16. & ſeqq. & n. 32. lib. 1.*

7 Ponderando præſertim verba illa *omninò, & cum effectu*, quæ denotant præciſam neceſſitatem, vt de dictione *omninò* eſt *gloſſ. in cap. ex parte 12. verb. omninò de off. deleg. Dec. in l. omnes nu. 1. & 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. & in conſ. 1. num. 5.* Imò
8 habet vim Decreti irritantis in caſu contrario *Oſaſch. deciſ. 165. num. 14. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 29. num. 11. & 12.* alioſque cumulat *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 973. num. 23.* Adeout importet
9 excluſionem Monaſterij in omnibus caſibus ſine vlla diſtinctione, vt bene in propoſito firmat *Gionagn. conſ. 57. nu. 42. & 43. lib. 1.* & voluit *Iaſ. in l. 1. num. 25. verſ. ſecundo ſtringit ff. ſolut. matrim. & in l. 5. §. per ſeruum num. 2. ff. de acquir. poſſ. Ruin. conſ. 133. n. 8. lib. 2.*
10 Vndè fruſtra obiicitur excluſionem Monaſterij non eſſe expreſſam, qualis requiritur, ad impediendam temporalem acquiſitionem in
11 vita Profeſſi: Nam verba ſupra relata habent vim explicitæ excluſionis iuxta notata per *Dec. d. conſ. 259. ſub num. 2. verſ. ratio illa, & numeris ſeqq. Altograd. vbi ſupra à num. 40. Caſtill. controu. Iur. lib. 3. cap. 12. num. 41. & 54. Fuſar. qu. 429. num. 54. Rot. in allegata Mediolanen. Bonorum 31. Maij 1649. coram Eminentiſſ. Corrado, & in dicta Romana fideicommiſſi de Cupis 18. Iunij 1657. §. Nec relenas coram R. P. D. meo Meltio.*
12 Non obſtat, quod Teſtator vocauerit ſemper maſculos, excludendo fœminas, & deſcendentes ab eis, quia Lucretia, & Sorores non petunt canonizari earum vocationem, ſed tantum excipiunt, verba ſubſtitutionis non conuenire Monaſterio; Et ideò ſufficit illis vincere per non ius Actoris *l. fin. C. de rei vend. Rot. deciſ. 63. n. 38. par. 8. rec. & in dicta Piſauren. Teſtamenti 31. Martij 1653. coram Me.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. PECVNIARIA.

Veneris 28. Ianuarij 1661.

ARGVMENTVM.

Identitas rei, & pecuniarum ex quibus dicatur probata ad hoc, vt ſuper illis competat Domino rei vendicatio.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ propriæ vendicari poſſunt à Domino, ſi penes Tertium repertæ fuerint non commixtæ, nec confuſæ.*
2 *Dominium retinens alicuius rei, poteſt illam à quocumque vendicare.*
3 *Teſtis de facto proprio concurrentibus adminiculis rectè probat.*
4 *Identitas pecuniarum ex quibus probetur.*
5 *Identitas rei probatur præſumptionibus, & coniecturis.*
6 *Identitas pecuniarum non excluditur ex diuerſitate ſummæ, ſi aliqua quantitas fuerit in expenſis conſumpta.*
7 *Identitas pecuniarum, reſultans ex varijs circumſtantijs, non excluditur ex diuerſitate ſummæ, quia pluralitas non præſumitur.*
8 *Identitas probatur etiam ex vnico Teſte cum adminiculis.*
9 *Empta res ex pecunia aliena acquiritur ementi.*
10 *Fallit in ſubſidium, quia tunc Domino pecuniarum competit rei vendicatio.*

DE.

DECISIO CCCXL.

CVM Docti, & Vambarli Mercatores obtinuerint à Iudice de partibus, conſignari ſibi inuolucrum ſerici, quam Ballam vocant, necnon vngaros 556. repertos penes Iacobum Mangiolum præſtita per eoſdem cautione de illis reportandis ad omne mandatum Domini: Et in gradu appellationis A.C. quoad vngaros Decretum confirmauerit, inuolucrum verò, & alia bona D. Vincentio Mareſcotto reſtitui decreuerit; Dubitaui in tertia inſtantia an, & ad quid dicti Docti, & Vambarli teneantur. Et ad nihilum teneri reſponſum fuit.

1 Etenim reſpectu pecuniarum tranſierunt Domini in hanc ſententiam, quia cum illæ in eadem ſpecie, & in iiſdem Vngaris non commixtæ cum alijs pecunijs repertæ fuerint penes Mangiolum, qui mediante perſona Marcheſelli cum falſis literis eas exegit, remãſerunt vtique in dominio dd. Mercatorum, & rectè ab eiſdem potuerunt vendicari, vt eſt *text. in l. ſi alieni nummi 78. ff. de ſolut.* & notat *Iaſ. in l. ſingularia num. 12. verſ. & ideò ſi nummi mei ff. ſi cert. pet. ibique Fulgoſ. num. 6. & Socin. Sen. num. 13. verſ. primò quia*, & latè firmauit *Ambroſin. deciſ. Peruſ. 35. num. 23. & ſeqq. par. 2.*

2 Hinc parum refert, quod D. Mareſcottus ſit creditor, & ſit anterior in tempore dd. Mercatoribus: Nam, cum ipſi retineant dominium pecuniarum, aliorumque bonorum, non poſſunt excludi ab aliquo Creditore, quia dicuntur repetere, & vendicare, quod ſuum eſt *l. ſi ventri 3. §. ſi tamen nummi ff. de priuileg. credit. Bald. in l. in rebus 30. num. 3. & 4. C. de iur. dot. Gait. de credit. cap. 4. quæſit. 11. nu. 1878.* & probant *Add. ad deciſ. 666. numer. 110. & ſeqq. part. 4. tom. 3. recent.*

3 Nec de identitate dubitari poteſt; Nam illa reſultat ex depoſitione Marcheſelli, aſſerentis in iiſdem Vngaris dictas pecunias exegiſſe, qui cum ſit Teſtis de facto proprio, & deponat de rebus à ſe ipſo geſtis concurrentibus adminiculis plenè probat *Caſtr. in l. quicumque num. 10. verſ. ſed ſi de facto proprio C. de ſeru. fugit. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 99. ſub num. 16. & 17. Rota coram Seraph. deciſ. 1163. n. 6. in Ferrarien. Pecuniaria 15. Martij 1660. coram Me*, cum alijs pluribus cumulatis per *Adden. ad Buratt deciſ. 111. n. 17.*

4 Adminicula verò non deſunt; Nam vltra qualitatem pecuniæ, quæ, vt ſupradictum eſt, concordat cum ea, quam Mangiolus exegit: Concurrit vicinitas actuum nempe exactionis, & exiſtentiæ penes ipſum: Paupertas eiuſdem Mangioli; Et quod non conſtat, aliundè habuiſſe pecunias, quæ omnia ponderauit *Rot. in Meleuitana Mercium 22. Maij 1648. coram bo. me. Arguegl.* & faciunt adducta per *Bart. in tract. de Teſtim. num. 30. præſertim in verſ. vel quid ſi apud famulum pauperem. Natt. conſ. 235. num. 17. Cephal. conſ. 727. num. 7. Rot. deciſ. 325. num. 1. & ſeqq. par. 4. recent.*

5 Identitas enim rei probatur præſumptionibus, & coniecturis, vt aduertit idem *Cephal. d. conſ. 727. num. 17. verſ. ad ſecundum, & num. 18 Decian. reſponſ. 17. num. 9. & 21. lib. 3.* Et vltrà cumulatos per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 897. nu. 9.* dixit *Rot. coram Seraph. deciſ. 1461. num. 3. & coram Canaler. deciſ. 146. n. 2.*

6 Non obſtat diuerſitas in quantitate: Nam, vt bene demonſtratur in facto, detractis expenſis itineris, & alijs in emendis veſtibus, & ſignanter in inuolucro ſerici, & alijs bonis, vngari 557. penes Mangiolum reperti bene correſpondent ſummæ per eum exactæ, vt firmauit *Rota coram Seraph. deciſ. 1093. nu. 1. & ſeqq.*

7 Et nihilominus non obſtante diuerſitate ſummæ attentis ſupradictis non præſumitur pluralitas pecuniarum in Mangiolo, vt ponderat *Alex. conſ. 84. num. 4. lib. 7. Aym. conſ. 198. nu. 2. verſ. neque obſtat*, & notat *Bald. in conſ. 401. nu. 4. verſ. nec ex diuerſitate ſummarum lib. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 876. nu. 3.* alioſque cumulat *Gratian. diſcept. forenſ. d. cap. 897. num. 15.* Et in ſimili tenuit *Rot. coram Merlin. deciſ. 294. ſub n. 6. & 7.*

8 Idem quoque firmarunt Domini reſpectu Ballæ, ſeu inuolucri ſerici, & aliorum bonorum: Nam dictus Marcheſellus fatetur expreſsè, inuolucrum fuiſſe emptum cum pecunia, & vngaris, exactis à præfatis Mercatoribus. Et pretium in tot vngaris fuiſſe ſolutum, deponit Mercator, qui illud vendidit, alia verò bona fuiſſe pariter empta Venetiis cum præfatis vngaris, deponunt Teſtes in *Summ. num. 11.* Vndè attenta paupertate, & impoſſibilitate Mangioli emendi cum alijs pecunijs videtur ſufficienter probata identitas, cum in hac materia etiam Teſtis vnicus cum adminiculis reputetur idoneus, vt firmauit *Rot. deciſ. 119. num. 4. par. 2. rec. & coram ſan. mem. Greg. deciſ. 172. n. 5. & ſeqq. & deciſ. 247. n. 6. & penes Coccin. deciſ. 462. n. 1.*

9 Nec refert, quod res empta ex pecunia aliena acquiratur ementi, non autem illi cuius eſt pecunia: Nam vltrà quod emptio non fuit facta à Mangiolo, ſed à Marcheſello, qui agnouit hanc veritatem; adhuc regula non
10 procedit in ſubſidium, quando emptor non eſt ſoluendo, tali enim caſu competit vtilis rei vendicatio iuxtà doctrinam *Caſtr. in l. ſed & ſi lege §. 1. num. 5. ff. de petit. hæred. in lect. Auenionen. & in l. Mater tua num. 9. verſ. poſtremò C. de rei vendicat. Menoch. de adipiſc. remed. 3. num. 122. & ſeqq. Crot. conſ. 419. nu. 8. lib. 3. Gait. de credit. cap. 4. quæſit. 11. num. 1478. & ſeqq. Rot. Ianuen. deciſ. 127. num. 1.* Et hanc opinionem pluries amplexa fuit Rota, *vt in Anconitana Cenſuum coram Buratt. deciſ. 784. num. 9. & 10. coram Duran. deciſ. 63. num. 3. & 4. & deciſ. 212. num. 1. & coram Reuerendiſſimo Tarraconen. 14. Martij 1644.*

Et ità vtraque &c.

AVXIMANA PRAEDII.

Veneris 4. Februarij 1661.

ARGVMENTVM.

Teſtator ſi poſt inſtitutum fideicommiſſum vniuerſale ſuper omnibus bonis, diſpoſuerit, quod certum Prædium pertineat ſemper ad lineam maſculorum, cenſetur ſuper illo condidiſſe fideicommiſſum particulare fauore lineæ maſculinæ ad excluſionem fœminarum, quæ ſub linea maſculina non continentur, præſertim concurrente obſeruantia.

SVMMARIVM.

1 *Proximior ſi fuerit vocatus à Teſtatore ſuccedit ille, qui eſt magis propinquus in gradu.*

2 *Familiæ, & lineæ appellatione venit linea contentiua, in qua ipſe Teſtator continetur.*

3 *Familiæ identitas non reſultat ex ſolo cognomine, niſi probetur agnatio, & deſcendentia ab eodem ſtipite.*

4 *Exceptionis natura eſt, ſegregare, & ſeparare, extrahendo rem è corpore diſpoſitionis.*

5 *Fœminæ licet agnatæ, & deſcendentes ex linea maſculina non continentur tamen ſub linea maſculina.*

6 *Maſculina linea extinguitur cum Patre fœminarum.*

7 *Maſculina linea appellatione venit tantum maſculus, deſcendens ex maſculo.*

8 *Obſeruantia bene deſeruit pro interpretatione fideicommiſſi.*

9 *Agnationis & familiæ iura non amittuntur per profeſſionem in Religione.*

10 *Deciſio in Bononien. fideicommiſſi de Sanijs declaratur.*

11 *Monaſterium cenſetur excluſum, ſi Teſtator mandet, bona perpetuò in familia conſeruari.*

12 *Fideicommiſſum, & ſubſtitutio ſi ſine filijs expirat per exiſtentiam filiorum.*

13 *Filij, in conditione poſiti, attentis coniecturis cenſentur vocati.*

14 *Fœminæ ſemel excluſæ cenſentur perpetuò excluſæ.*

DECISIO CCCXLI.

DVO per Huguccionum de Campanis fuerunt inſtituta fideicommiſſa, alterum vniuerſale, ſuper quo hodie non cadit diſputatio. Alterum verò particulare ſuper prædio nuncupato Cauaticcio. Et quo ad iſtud dixerunt Domini, immiſſionem ex perſ. na fratris Alphonſi concedendam eſſe Monaſterio, ſiue potius illam iam obtentam eſſe confirmandam.

1 Nam cum Teſtator voluerit, dictum prædium ſemper pertinere ad lineam, & familiam de Campanis ordinatim, vt quiſque proximior erit, conſequenter ſpectat ad fratrem Alphonſum, qui, vt apparet ex Arbore coram me concordata, eſt pronepos ex fratre ipſius Teſtatoris, & vti proximior etiam de iure deberet admitti *ad text. in l. cum ita 33. §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 64. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 3. & ſeqq.* cum alijs innumeris quos adducit *Fuſar. de ſubſtit. q. 358. n. 1.*

2 Vndè fruſtrà contendunt Mutius, & Scipio de Campanis pro dicta Immiſſione; quia ipſi non ſolum ſunt remotiſſimi, ſed nec etiam probant ſe eſſe de linea, & familia contentiua ipſius Teſtatoris, ſub qua ſcilicet Teſtator continetur attento, & inſpecto communi ſtipite, vt voluit *Peregr. de fideic. art. 22. nu. 26. & conſ. 42. num. 4. vol. 5. Pariſ. conſ. 51. num. 5. & pluribus ſeqq. lib. 2. Cephal. conſ 313. num. 57. & ſeqq. lib. 3.* Et firmauit *Socin. in l. Gallus 29. §. nunc de lege nu. 3. ff. de lib. & poſthum. Caſtill. controu. Iur. lib. 5. controu. 93. §. 1. num. 44. verſ. haſtenus*, & dixit *Rota coram Merlin. deciſ. 669. num. 29. & ſeqq. vbi num. 32.*

3 Subdit, quod non ſufficit ſola identitas Cognominis, cum non Cognomen, ſed agnatio, & deſcendentia ab vno ſtipite, quamuis remotiſſimo operetur identitatem familiæ, quæ Deciſio eſt repetita *in recent. deciſ. 15. par. 7.*

4 Minus illam obtinere valent Honeſta, & Maria Neptes; Quia ipſæ tanquam fœminæ reperiuntur expreſsè excluſæ; Teſtator enim inſtituit filios maſculos, cum reciproca inter eos, quibus ſine filijs decedentibus ſubſtituit Proſperum fratrem, & Victoriam ſororem, donec viuerent, & poſt eorum obitum voluit, quod hæreditas deuolueretur ad filias fœminas ipſius Teſtatoris, ſiue ad filias filiorum, excepta poſſeſſione Cauaticcij, quam ſemper voluit pertinere ad lineam maſculorum de Campanis, ordinatim, vt quiſque proximior erit; Ex quibus patet, dictam Poſſeſſionem fuiſſe ſegregatam à dicto fideicommiſſo vniuerſali, & ſuppoſitam fideicommiſſo particulari fauore lineæ contentiuæ maſculorum ad excluſionem fœminarum: Nam talis eſt natura exceptionis, vt ſeparet, & ſegreget, & rem extrahat de corpore diſpoſitionis, vt inquit *Bald. in cap. 1. num. 3. de capit. qui curi. vend. Surd. conſ. 416. num. 10.* vbi quod id quod excipitur perinde habetur, ac ſi non eſſet in diſpoſitione, *Rot. coram Merlin. deciſ. 846. num. 4.* & notant *Add. ad deciſ. 460. n. 13. par. 4. to. 2. rec.*

5 Quare licet fœminæ prædictæ ſint agnatæ, & deſcendant ex linea maſculina, tamen ſub linea maſculina non continentur, cum ſint caput, & principium lineæ fœmininæ: Et linea maſculina extinguatur cum ipſo Patre 6 iuxta deducta per *Caſtr. in l. maritus 21. nu. 5. C. de Procurat. & in conſ. 199. nu. lib. 2. Menoch. conſ. 205. num. 279. & ſeqq. Altograd. conſ. 80. à num. 80. lib. 2. Caſtill. controu. Iur. lib. 5. cap. 91. num. 8. verſ. deinde*, Et vltra plures, cumulatos per *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 901. n. 22. & per Fuſar. de ſubſtit. q. 349. num. 12.* firmauit *Rota in Romana Caſalis Veteris 5. Maij 1653. & 4. Iunij 1655. coram R. P. D. meo Albergato, & in Bononien. fideicommiſſi 5. Aprilis 1658. & quoniam coram R. P. D. meo Bonincontro.*

7 Nam ad dictum effectum duo ſimul requiruntur, nempè quod vocatus deſcendat ex maſculis, & quod ſit maſculus, vt benè per *Menoch. d. conſ. 205. num. 2. & 27. lib. 3.* & adnectit *Peregr. de fideic. art. 26. num. 29. verſ. circa verò, & num. 30.*

num. 30. Rota coram Durano deciſ. 300. num. 7. & in recent. deciſ. 203. num. 5. par. 2. & latè notant *Add. ad deciſ. 199. num. 175. & pluribus ſeqq. par. 8. recentior.*

8 Idque etiam manifeſtè deducitur ex obſeruantia ſubſecuta; nam mortuo Antonio Maria Patre non ſucceſſerunt Honeſta, & Maria in dicto Prædio, ſed illud deuenit ad Fabritium tranſuerſalem, quæ obſeruantia benè deſeruit pro fideicommiſſi interpretatione *ad text. in l. ſi de interpretatione 37. iuncta l. ſeq. ff. de legib. Aym. conſ. 101. num. 3. & 4. Rot. in Auenionen. fideicommiſſi 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio, inter recent. deciſ. 401. num. 13. part. 9. tom. 2.*

9 Non obſtat, quod frater Alphonſus ſit profeſſus in Religione Auguſtiniana, quia non propterea amiſit familiam, & agnationem, cuius iura vti prouenientia à ſanguine ſunt immutabilia, nec pacto dirimi, aut alio modo diſſolui poſſunt *ad text. in l. iura ſanguinis ff. de reg. iur. Molin. de primog. lib. 1. cap. 13. nu. 73. & ſeqq. Lap. alleg. 100. num. 7. Cyriac. controu. 476. num. 23. Rot. deciſ. 151. per tot.* & præſertim *num. 7. & 8. par. 3. recent.* Et cumulatis concordantibus latiſſimè firmatum fuit *in Bononien. fideicommiſſi de Blanchettis 26. Ianuary 1632. & 9. Decembris 1633. coram bon. mem. Cardinali Veroſpio Iuniore, & in Romana fideicommiſſi de Sorictjs 22. May 1643. coram Reuerendiſs. Compoſtellano.*

10 Nec aduerſatur prædictis Deciſio in Bononien. fideicommiſſi de Sauijs 28. Ianuarij præteriti coram me, & aliæ auctoritates ex aduerſo allegatæ, quia loquuntur in fideicommiſſo relicto pro perpetua conſeruatione bonorum in familia, quo caſu dicitur reſiſtere voluntas
11 expreſſa Teſtatoris, qui, dum mandat, bona in familia perpetuò conſeruari, neceſſariò excludit Monaſterium, vt latè probat *Altograd. conſ. 96. à num. 9. verſ. verum vſque ad finem lib. 1. Sanchez ſuper Decalog. lib. 7. cap. 15. num. 19. & ſeqq. Peregrin. de fideicomm. art. 28. num. 82.* & declarauit *Rota in deciſ. 135. num. 15. & ſeqq. par. 7. recentior.*

12 Tandem non obſtat, quod ſubſtitutio vti concepta ſub conditione ſi ſine filijs, vel euanuerit per exiſtentiam Honeſtæ, & Mariæ iuxtà *conſ. Oldrad. 21.* Vel ad earum fauorem
13 fuerit purificata. Etenim quoad primum obiectum ceſſat, nam cum filij fuerint poſiti in conditione, & conſequenter vocati, attentis coniecturis, non poteſt dici ſubſtitutionem euanuiſſe, vt bene per *Rot. coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 113. num. 6.* Et in ſpecie huius fideicommiſſi firmatum fuit *coram Merlin. deciſ. 447. per tot.* Et quoad ſecundum tollitur diffi-
14 cultas, quia non agitur de fideicommiſſo vniuerſali, ſed tantum de particulari, à quo fœminæ literaliter reperiuntur excluſæ, ideoque remanent perpetuò excluſæ, nec quicquam prætendere poſſunt *Surd. conſ. 370. nu. 16. Rot. diuerſ. deciſ. 72. num. 4. verſ. ſecunda coniectura part. 1.*

Ex quibus pro immiſſione ad fauorem Monaſterij, Partibus hinc inde Informantibus reſponſum fuit.

LVCANA CAPELLANIAE.

Veneris 4. Februarij 1661.

ARGVMENTVM.

Præſentatus quæ debeat probare, pro obtinenda Inſtitutione, quamuis antecedenter alteri talis Inſtitutio conceſſa fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Præſentato debetur inſtitutio, ſi doceat de vacatione Beneficij, de exiſtentia Iuriſpatronatus, & propria habilitate.*

2 *Præſentatus à Procuratore, non habente legitimum mandatum, ſi fuerit inſtitutus, deſtitui poteſt.*

3 *Inſtitutio nulla non venit attendenda, nec præſtat impedimentum.*

4 *Præſentatio fieri non poteſt abſque ſpeciali mandato.*

5 *Fiaes regulariter non facit fidem.*

6 *Conditionalis ratificatio ex defectu conditionis habetur pro non facta.*

7 *Conditionalis conſenſus ob purificationem contrariæ conditionis habetur pro denegato.*

8 *Procurator, Miniſter, Officialis, & ſimiles non poſſident ſibi, ſed Domino.*

9 *Præſentatio poteſt ab Ordinario admitti etiam poſt quadrimeſtre.*

10 *Inſtitutio nulla perindè eſt, ac ſi facta non fuiſſet.*

11 *Nullum quod eſt, non præſtat impedimentum.*

DECISIO CCCXLII.

1 INSTITVTIONEM, quam Florius Barſantes reportauerat ab Ordinario Lucano; cenſuerunt Domini ſub die 27. Ianuarij 1659. eſſe confirmandam; Et hodie repropoſita cauſa permanſerunt in reſolutis. Cum concurrant requiſita neceſſaria, ad illam obtinendam nempè vacatio Capellaniæ controuerſæ. Exiſtentia Iuriſpatronatus; Præſentatio facta à Sereniſſimo Hiſpaniarũ Rege ſub die 20. Octobris 1652. Et habilitas Præſentati *iuxt. textum in cap. decernimus, & cap. Monaſterium 16. quæſt. 7. Rot. coram Merlin. deciſ. 220. num. 1. & in Gerunden. Beneficij 4. Iuly 1642. coram bo. me. Bichio.*

2 Nec refert, quod idem Ordinarius antecedenter inſtituerit Montignoſium: Nam cum talis Inſtitutio facta fuerit ad præſentationem perſonæ, non habentis legitimum mandatum, potuit quidem illum deſtituere, & Barſantem inſtituere *ad text. in cap. cum Bertholdus 18. ibique Abb. num. 13. de ſent. & re iudic. & in cap. conſultationibus 19. verſ. ſi verò, vbi gloſſ. verb. remouers de Iurepatr.* Et bene in propoſito notat *Lambertin. eod. tract. lib. 2. par. 1. quæſt. 3. art. 1. ſub nu. 4. verſ. & ex his, & num. 6. & quæſt. 4. art. 12. ſub nu. 1. Beron. conſ. 5. num. 79. & 80. lib. 1.* & alios refert *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 368. n. 13. & 14.*

3 Inſtitutio enim nulla non venit attendenda, nec vllum præſtat impedimentum *Abb. in dicto cap. cum Bertholdus num. 13. de re iudic.* & probat *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 13. num. 54. & ſeqq. Rot. deciſ. 97. num. 5. par. 3. recent. & in Valentina*

Bene-

Digitized by Google

Beneficij 31. Ianuarij 1622. coram Remboldo. Nec facit Inſtitutum legitimum Contradictorem *Alerien. Canonicatus 29. Aprilis* 1650. *coram Me*.

4 De nullitate verò Inſtitutionis dubitari nō poteſt: Cum emanauerit ad præſentationem Oratoris Regij abſque ſpeciali mandato, quod eſſe neceſſarium, firmat *Felin. in cap. dilecto ſub num. 1. verſ. & tunc de teſtib. Rocch. de Iurepatr. verb. honorificum num. 24. & 25. Lambertin. eodem tract. lib. 2. par. 1. quæſt. 4. art. 3. ad finem, & art. 17. num. 7.* Et vltrà plures relatos per *Golin. de Procur. par. 2. cap. 5. num.* 190. dixit *Rot. coram Durano deciſ.* 199. *n. 9. & in Lucana Iuriſpatronatus 17. Maii 1658. & 6. Iunii 1659. coram Me*.

5 Neque ad effectum prædictum ſuffragari poteſt prætenſa ratificatio Regis; Nam vltrà quod illa non probatur niſi per ſimplicem fidem Secretarij, quæ regulariter fidem non facit. Adhuc talis ratificatio continet expreſſam conditionem, quatenus Montignoſius
6 ante datam Regiæ nominationis in perſonam Barſantis poſſeſſionem Capellaniæ acquiſiuiſſet: In caſu verò contrario voluit, vt ipſa nominatio ſuum ſortiretur effectum, vt cantant expreſsè verba eiuſdem atteſtationis, relata per extenſum in Deciſione, quæ reuidetur. Vndè cum Montignoſius nedum non accepiſſet poſſeſſionem ſub die 20. Octobris 1652. qua die apparent ſubſcriptæ literæ Regis verùm nec etiam reportaſſet præſentationem ab Oratore; Sequitur quòd ratificatio ex defectu conditionis habeatur pro non facta *l. item quia §. 1. ff. de pact. Aym. conſ. 93. num. 3. Rot. deciſ. 404.*
7 *num. 1. par. 4. diuerſ.* Et ob purificationem conditionis contrarię cenſeatur expreſsè denegata *l. aliquando 106. ff. de condit. & demonſtrat. l. neceſſariò 8. ff. de peric. & commod. rei vend. Surd. deciſ. 66. num. 15. Rot. deciſ. 172. n. 64. par. 6. rec.*

8 Non obſtat, quod vltimus Rector, ſeu Capellanus nominationem obtinuerit à D. Comite de Onnate pariter Oratore Regio. Tum quia in ipſa præſentatione aſſeritur, ipſum habuiſſe ſufficientem facultatem præſentandi; Tum etiam quia non exinde poteſt inferri, quod Succeſſori in Officio fuerit acquiſita quaſi poſſeſſio præſentandi: Cum ſimiles Officiales, & Miniſtri non ſibi, ſed Domino poſſideant *l. fin. C. de acquir. poſſ. Rot. penes Poſt. de manut. deciſ. 170. num. 10. & deciſ. 196. num. 5. & 6.* cum alijs per eundem *Poſt. obſeruat. 52. à n. 25.*

9 Demum non facit, quod Barſantes exhibuerit poſt quadrimeſtre Regiam nominationem; Nam, cum Ordinarius illam admiſerit, ceſſat quælibet difficultas per *text. in cap. literas 4. vbi gloſſ. verb. patientia de ſupplen. neglig. Prælat. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap. 51. §. 1. ſub nu. 4. verſ. tertiò qui intra tempus*, ſequitur *Viuian. de Iurepatr. lib. 14. cap. 6. num. 22. Ricc. in collect. deciſ. collect. 119. Rot. coram Creſc. deciſ. 11. num. 1. & ſeqq. de dilat.* Parum obſtante, quod id facere
10 potuerit in præiudicium ſui, ſecus verò in præiudicium Montignoſij, quia cum illi nulliter fuerit conceſſa inſtitutio, habetur ac ſi facta non eſſet, nec eſt habenda in conſidera-
11 tione; Quod enim nullum eſt, nullum præbet impedimentum *cap. non præſtat in reg. iur. in 6. Abb. Lotter.* & alij ſuprà allegati.

Ex quibus pro confirmatione Deciſionis reſponſum fuit vtraque &c.

BONONIEN. BONORVM De Graſſijs.

Veneris 11. Februarii 1661.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra mortuum, non ſuſtinetur, niſi obtenta fuerit citato Procuratore Domino litis effecto.

SVMMARIVM.

1 *Contradictor legitimus dicitur ille, qui poſſidet vigore mandati Iudicis, & Tranſactionis initæ cum herede.*

2 *Hæres non poteſt venire contra factum proprium, & impugnare propriam promiſſionem.*

3 *Preſeruatiua, appoſita, & reſtricta ad certum caſum non poteſt extra illum extendi.*

4 *Præſertim in iis, in quibus Contrahens voluit ſibi præiudicare.*

5 *Sententia lata contra mortuum, non ſuſtinetur.*

6 *Sententia ex ſtylo Curiæ retrotrahitur ad diem Citationis.*

7 *Procurator Dominus litis effectus ſi fuerit citatus, ſententia ſuſtinetur.*

8 *Tertius, qui non eſt in cauſa, non poteſt impedire proceſſum ad vlteriora.*

9 *Procurator Dominus litis effectus citari poteſt non obſtante morte Principalis.*

DECISIO CCCXLIII.

NON fuit reuocata in dubium validitas ſententiæ Rotalis; Et ea, quę repetuntur contra iuſtitiam, ſublata apparent ex Deciſionibus editis coram Reuerendiſs. D. meo Decano.

1 Nam, cum Scipio tam in vim mandati Iudicis, quàm etiam vigore Tranſactionis initæ cum Cæſare reperiretur in Poſſeſſione bonorum, prouenientium à tribus fideicommiſſis conditis à Petro, ab Antonio, & ab Archangelo de Graſſijs, erat conſequenter legitimus contradictor, ad impediendam Immiſſionem ſuper prædictis bonis eidem Cæſari conceſſam vti hæredi Teſtamentario Lactantij: Vndè rectè cenſuerunt Domini, dictam Immiſſionem eſſe reuocandam, & ſenten-
2 tiam Rotalem eſſe confirmandam; Quia ipſe Cæſar, agendo tanquam Lectantij hæres, veniret contra factum proprium, & impugnaret propriam promiſſionem contentam in Inſtrumento Tranſactionis contra diſpoſitionem *text. in l. ſicut 5. Cod. de act. & oblig. & in l. poſt mortem 25. ff. de adopt.* Et bene in propoſito firmat *Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 584. Argel. de legit. contrad. quæſt. 10. art. 5. num. 62. & 63. & n. 71. & 72.* Et vltrà plures adductos per *Poſt. de manut. obſeru. 57. n. 32.* firmauit *Rot. coram Buratt. deciſ. 131. n. 1. & 2. & in rec. deciſ. 335. n. 3. par. 1.*

3 Præ-

3 Præſeruatio verò Iurium licet ampliſſima, contenta in eadem Tranſactione, eſt reſtricta ad ea, quæ proueniunt ex dictis fideicommiſſis; Vnde cum Cæſar non agat, vt fideicommiſſarius, ſed vti hæres Lactantij, non poteſt ea iuuari, quia vti talis bona controuerſa dimiſit, confirmando poſſeſſionem per Scipionem captam: Ac propterea eadem præſeruatiua, tanquam appoſita in certum caſum, & reſtricta ad vnum titulum, non poteſt operari in caſu diuerſo, & reſpectu alterius Tituli, per ea, quæ notat *Bald. in l. pactum, quod dotali num. 20. in fine C. de collat. Rot. coram ſa. mem. Greg. deciſ. 114. nu. 5. & in Romana Dotis 31. Ianu. 1652. coram bo. me. Richio.*

4 Et maximè in ijs, in quibus Cæſar voluit expreſſè ſibi præiudicare *Oldrad. conſ. 330. in fine Honded. conſ. 86. n. 47. lib. 2. Rot. coram Seraph. deciſ. 746. nu. 2. coram Merlin. deciſ. 874. nu. 8. & in recent. deciſ. 88. n. 10. & deciſ. 478. n. 15. par. 4. to. 2.*

5 Non obſtat, quod ſententia prætendatur lata contra mortuum; Nam vltrà quod de obitu Cæſaris adhuc non conſtat in actis; ſufficit, quod de tempore Citationis ad ſententiam viueret; Nam ſententia ex ſtylo Curiæ,
6 & Tribunalis retrotrahitur ad diem Citationis, vt teſtatur *Scacc. de ſent. & re iudic. gloſſ. 9. ſub num. 39. & 40.* Et plures cumulat *Poſt. de manut. obſeruat. 102. num. 14. Vbert. de Citat. tom. 2. cap. 9. num. 503. & in tract. de modo citand. par. 4. formul. 1. §. Ex tunc Dominus, & ſeqq.* & dixit *Rot. deciſ. 176. num. 1. par. 3. rec.*

7 Et ceſſat penitus huiuſmodi prætenſa nullitas, dum citatus apparet Procurator conſtitutus ab ipſo Cæſare tanquam Dominus litis effectus, à quo acerrimè ſemper cauſa defenſa fuit: ibi, *& D. Cæſarem Graſſum, ac D. Hippolytum Vrſellium ipſius Procuratorem, ac Dominum litis effectum &c. iuxt. text. in l. nulla 23. C. de Procurat. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 396. num. 1. ibique Add. Lit. A. coram Buratt. deciſ. 440. n. 2. & 3. & penes Merlin. deciſ. 809. n. 4. & 5.*

8 Domum non releuat, quod etiam hodie agatur contra eundem Procuratorem Dominum litis effectum non citato Carolo Auguſtino filio Cæſaris, quia cum ipſe non ſit in cauſa, nec adhuc in actis comparuerit, vel vti hæres Cæſaris, vel vti prætenſus fideicommiſſarius, non poteſt impedire, quominus Scipio proſequatur iudicium iam intentatum vt bene in his terminis firmauit *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 396. num. 2. & per tot.* Atque ideò proceſſus contra dictum Procuratorem
9 rectè ſuſtinetur, etiamſi conſtaret de morte Principalis *Cancer. var. reſolut. par. 2. cap. 14. de Procur. num. 38. & ſeqq.* Et latè firmatum fuit *in Romana Domus ad S. Honuphrium* 14. *Iunij* 1660. *coram Me.*

Quæ opponuntur contra Scipionem de incapacitate ſuccedendi vigore dd. fideicommiſſorum ſunt extranea à præſenti diſputatione. Ideò ex prædictis, & alijs melius deductis in Deciſionibus Reuerendiſs. D. mei Decani, reſponſum fuit vtraque parte Informante pro confirmatione ſententiæ Rotalis.

ASCVLANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 21. Februarij 1661.

ARGVMENTVM.

1 Fideicommiſſum conceptum per verba vniuerſalia, & ampla, non dicitur particulare, ſed vniuerſale: Et hæres grauatus illud alienans tenetur reintegrare, ſiue alienatio ſcienter facta fuerit, ſiue ignoranter.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuerſalia, & effrænata non recipiunt vllam reſtrictionem.*
2 *Subſtitutio comprehendit ea, quæ continentur in inſtitutione.*
3 *Dictio* dicta *eſt repetitiua omnium ſupra expreſſorum.*
4 *Correctio incontinenti non præſumitur.*
5 *Verba appoſita ad vnum finem non debent diuerſum operari.*
6 *Subſtitutio, reſtricta ad certa bona, ad alia non ſe extendit.*
7 *Declaratur doctrina* Bald. conſ. 449. lib. 4.
8 *Fideicommiſſum reintegrari debet ab hærede grauato, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter alienauerit.*
9 *Frumentum non præſumitur extare vltra triennium.*
10 *Et illius pretium tanti taxatur, quanti vendebatur de tempore expirati triennij.*

DECISIO CCCXLIV.

SVB die 16. Februarij 1660. firmarunt Domini, hæreditatem Tiburtij teneri, reintegrare fideicommiſſum conditum per Mutiū Miglianum in quibuſdam partitis latius in
1 Deciſione expreſſis; Et hodie ex iiſdem rationibus permanſerunt in reſolutis, non approbantes fundamentum, deductum pro parte hæredum, quod fideicommiſſum fuerit reſtrictum ad ſtabilia, & Cenſus tantum: Nam id repugnat & menti, & verbis eiuſdem Teſtatoris, qui deueniendo ad hæredis inſtitutionem vſus fuit his præcisè verbis. *In omnibus alijs ſuis bonis mobilibus, immobilibus, ſemouentibus, Iuribus, & Actionibus præſentibus & futuris, reſiduis, & remanentibus detractis ſupradictis legatis &c. hæredes vniuerſales inſtituit Tiburtium &c.* quæ verba tanquam vniuerſalia, & effrænata non recipiunt aliquam reſtrictionem, vt voluit *Bart. in l. generali 32. §. vxori num. 4. ff. de vſufr. legat. Aym. conſ. 290. eod. nu. 4. verſ. itaque, & conſ. 209. pariter dicto num. verſ. ideò Rot. coram Comitul. deciſ. 66. num. 13. & in rec. deciſ. 377. num. 1. & per totam par. 4. to. 2.*

2 Imò vti comprehenſiua in ſpecie bonorum mobilium, & ſemouentium non admittunt interpretationem in contrarium, etiamſi legantur appoſita tantummodò in Inſtitutione, quia nihilominus cenſentur comprehenſa in ſubſtitutione per regulam *text. in l. 1 Cod. de impub. & alijs ſubſt.* & tradit *Peregr. de fideic. art. 34. num. 46. Hond. conſ. 73. nu. 14. lib. 1. Roland. conſ. 34. num. 34.*

Digitized by Google

num. 34. lib. 4. cum alijs *in Capuana Abbatia 5. Maii 1659. coram R.P.D. meo Priolo.*

3 Concurrente præſertim prohibitione alienationis, ac detractionis Trebellianicæ appoſita poſt inſtitutionem, & ſubſtitutionem, addita ratione, vt integrè omnia bona ſua deueniant ad ſubſtitutos, & cum verbis relatiuis: ibi *dictorum bonorum*, quæ de ſui natura ſunt repetitiua omnium ſuperius expreſſorum, & ſic etiam mobilium, & ſemouentium *Bart. in l. 1. §. hoc edicto ff. de poſtul. Ruin. conſ. 206. num. 5. lib. 2. Menoch. conſ. 4. num. 27. Rot. deciſ. 390. num. 5. par. 3. recent.*

4 Quibus ſtantibus negari non poteſt, quod fideicommiſſum ſit vniuerſale ſuper omnibus bonis: Nam aliàs daretur correctio in continenti, quæ nunquam præſumi debet, *l. non ad ea 88. ff. de cond. & demonſtr. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 297. num. 3. & coram Duran. deciſ. 410. num. 9.* cum alijs per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 416. num. 5.*

5 Hinc non vrget, quod Teſtator ad effectum, ne fiat fraus prædictis fideicommiſſis, voluerit, quod ſecuta eius morte eius hæredes vniuerſales teneantur, & obligati ſint conficere integrum, & reale Inuentarium *di tutti li beni ſtabili & Cenſi ſolo, & non de beni mobili, & crediti frà vn meſe ſotto pena di perdere tutta la heredità di eſſo Teſtatore.* Quia dicta verba non important remiſſionem fideicommiſſi anteà conſtituti, ſed tantum remiſſionem pœnæ, & priuationis hæreditatis. Cum enim Teſtator præceperit hæredibus, vt intra menſem à die eius obitus deberent integrum, & reale Inuentarium conficere omnium ſtabilium, & Cenſuum, aliàs caderent ab hæreditate, eandem pœnam noluit apponere, ſi id non exequerentur circa mobilia, & alia credita: ideoque tanquam appoſita ad vnum finem, non debent diuerſum operari *ad text. in l. ſi quis intentione 66. ff. de Iudic. Aym. conſ. 29. num. 7. Rota in recent. deciſ. 87. num. 22. par. 9. & in Conchen. Penſionis 21. Maii 1649. coram Eminentiſſimo Corrado.*

6 Nec applicatur doctrina *Bald. conſ. 449. ad fin. lib. 4.* Quia ibi ſubſtitutio fuerat reſtricta ad immobilia tantum, quæ propterea non poteſt mobilia comprehendere, vt bene declarat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 624. num. 12.* Hic verò ſub-
7 ſtitutio eſt ſimplex, & nullam reſtrictionem habet, & ſic comprehendit omnia contenta in inſtitutione, vt diſponit *text. in l. 1. C. de impub.* & alijs ſubſtit: & notat *Peregr. de fideicom. art. 34. num. 46. idem Fuſar. qu. 650. num. 25.* & fuit dictum *in Aeſina fideicommiſſi 18. Martii 1648. coram Me.*

8 Vndè cum Tiburtius vltrà Cenſus hæreditarios Mutij, in quibus non cadit difficultas, quod adſit fideicommiſſum, exegerit diuerſa credita, vt in calculo *Summ. num. 14.* Et in ſpecie conſumpſerit rubra 138. frumenti, exiſtentia in Horreis de tempore obitus Teſtatoris, tenetur de illis fideicommiſſum reintegrare, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter illa diſtraxerat *l. quidam 25. §. fin. ff. ad S. C. Trebell. ibique Bart. nu. 3. Rot. coram Merlin. deciſ. 831. n. 1. & 2. & deciſ. 344. num. 1.*

9 Quo verò ad pretium eiuſdem frumenti, quod poſt triennium non præſumitur amplius extare, prout verè non extat; dum non apparet, quo tempore fuerit conſumptus:
10 Domini ponderantes circumſtantias facti, & quod Tiburtius potuit iuſtè credere, illud non eſſe ſuppoſitum fideicommiſſo, exiſtimarunt eſſe taxandum in florenis 10. pro quolibet rubro quanti vendebatur de anno 1638. in menſibus Iunij, & Iulij, quo tempore expirauit triennium, prout alias, amplectendo æquitatem, firmauit *Rota in Romana Diuiſionis coram Vbaldo inter rec. deciſ. 237. num. 8. & ſeqq. par. 4. to. 2. repetita apud Poſt. de manut. deciſ. 477.* & pluribus comprobat *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 243. num. 59. & 60.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. PILARVM.

Veneris 11. Martii 1661.

ARGVMENTVM.

Societas finitur morte, nec per pactum etiam iuratum poteſt fieri, quod tranſeat ad hæredes, niſi agatur de Societate vectigalium, & publicarum rerum.

SVMMARIVM.

1 *Societas diſſoluitur per obitum Socii.*
2 *Societas non poteſt ex pacto fieri tranſitoria ad hæredes.*
3 *Textus* in l. actione ff. pro Socio *declaratur.*
4 *Societas, licet diſſoluatur per mortem vnius ex Sociis, tamen conueniri poteſt, quod duret quoad ſuperuiuentes.*
5 *Societas non tranſit ad hæredes Socii demortui, quamuis pactum ſit iuramento vallatum.*
6 *Et redditur ratio, quia Societas cum perſona incerta conſiſtere non poteſt.*
7 *Societatem inire, & non eligere perſonam certam, implicat contradictionem.*
8 *Societas Vectigalium, & publicarum rerum tranſit ad hæredes.*
9 *Deciſio in hac cauſa coram Meltio declaratur.*
10 *Societatis renouatio non inducitur niſi ex actibus, illam de neceſſitate importantibus.*
11 *Societatis tacita Renouatio fieri non poteſt à Pupillo, & Minore, niſi cum debitis ſolemnitatibus.*
12 *Societas expreſſa non poteſt contrahi à Pupillo, & Minore ſine debitis ſolemnitatibus.*
13 *Socius inuito Socio dari non poteſt.*

DECISIO CCCXLV.

1 DIXERVNT Domini Iuliam Mariam non teneri ſtare in Societate. Nam cum illa contracta fuerit inter Iacobum, & Magdalenam ex vna, & Antonium, & Corneliam ex altera; Et ex iſtis Socijs iam tres obierint, ſuperſtite tantum Magdalena, per obitum il-

lorum

lorum Societas diſſoluta remanſit §. *Soluitur Inſtit. de Societ. l. Societatem 4. §. diſſociamur, l. Socium 61. & l. Actione 66. §. morte ff. pro ſocio, Rot. in Romana Participationis 16. Iunij 1614. coram Vbaldo, penes Marcheſ. de commiſſ. tom. 2. fol. 508. num. 1.* confirmata in hac parte, licêt ex alio capite, ab ea fuerit receſſum *in dec. 208. eod. n. par. 4. rec.*

2 Conuentio verò exaduerſo adducta nullo modo videtur vrgere, nam pacto fieri non poteſt, quod Societas ad hæredes tranſeat, vt probat *text. in l. nemo poteſt 35. l. adeò 60. & l. verum 64. §. in hæredem ff. pro Socio, Caſtrenſ. in l. ſi non ſortem §. ſi centum num. 4. ff. de condit. & demonſtrat. Dec. conſ. 213. à princ. Menoch. conſ. 12. num. 8. & 9.* Et opinionem contrariam eſſe falſam, dicit *Ioſeph Ludouic. concluſ. 53. verſ. ampliatur hoc procedere*, & pluribus comprobat *Oſaſch. deciſ. 76. nu. 7. Capyc. Latro deciſ. 26. n. 1. & ſeqq. par. 1. & deciſ. 189. n. 18. par. 2.*

3 Neque contrarium firmat *tex. in l. actione 66. §. morte ff. pro Socio*, in illis verbis, *niſi in coeunda Societate aliter conuenerit*, quia imò expreſsè diſponit, quod morte vnius Socij diſſoluatur ſocietas etiam quoad ſuperſtites, niſi aliter con-
4 uentum fuerit, vt nempè quoad ſuperſtites duret, non autem quod tranſeat ad hæredes ſocij demortui, vt bene explicat, & declarat *Pichard. in d. §. ſoluitur num. 4. Inſtit. de ſociet. Bald. conſ. 448. n. 1. & 2. lib. 4. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 24. num. 28. & tit. 26. num. 12.* & firmat *Griuell. deciſ. Dolana 8. num. 16.*

5 Quæ opinio procedit non obſtante iuramento, vt reprobato Fabro, tradit *Alex. in addit. ad Bart. in d. l. Adeò 60. Lit. B. & in conſ. 18. n. 1. & per tot. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 52. num. 10. & ſeqq. Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 483. nu. 89. Theſaur. deciſ. 242. num. 3. Valaſc. deciſ. 63. num. 14.* Et de communi, & veriori teſtatur *Gratus conſ. 15. num. 27. & ſeqq.* & præſertim *num. 36. lib. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 276. num. 8. & 9. & cap. 852. à num. 4. Griuell. d. deciſ. 8. num. 17.* Alioſque cumulat *Michalor. de frat. par. 2. cap. 40. num. 19.* In quam ſententiam inclinauit etiam *Rota in dicta Romana Participationis poſt Marcheſ. tom. 2. fol. 508. num. 13.*

6 Et rationem reddit *Iuſtinianus in d. §. ſoluitur Inſtit. de ſociet.* quàm proſequitur *gloſſ. in l. ſi fratres 53. §. idem reſpondit il 1. verbo ideò ff. pro ſocio.* Quia nempè cum perſona incerta Societas contrahi non poteſt, & ſi manifeſtaretur perſona hæredis, videretur ſocius ſe reſtringere per contractum ad faciendum illum hæredem *Bartol. in l. adeo ff. pro ſocio, Curt. Sen. conſ. 52. ſub num. 5. verſ. Et primo, & num. ſequenti, Rip. de oblig. reſponſ. 15. nu. 4. & ſeqq. lib. 2. Honded. conſ. 44. n. 82. & 83. lib. 2.* eandemque & alias rationes adducit *Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 24. nu. 15. & 16. Capyc. deciſ. 174. à num. 7. Rot. in d. Romana Participationis coram Vbaldo.*

7 Nec euitatur prædicta ratio ſub prætextu, quod in hac Societate non fuerit electa induſtria perſonæ, vt prætendunt Informantes pro Magdalena, nam vltrà quod contrarium reſultat ex facto, & ex Capitulis initis ſuper ipſa Societate, egregiè reſpondet D. Ronconius Aduocatus eximiæ virtutis, & à DD. de Rota, non ſatis commendatus, quod implicat Contradictionem inire Societatem, & non eligere perſonam certam: nam eo ipſo quod aliquis Societatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit, vt ſunt verba *text. in d. §. ſoluitur ibique Ang. num. 1. Inſtit. de Societ. Dec. conſ. 213. ſub num. 7. verſ. non obſtant alia verba, Oſaſch. deciſ. 76. num. 8.*

8 Non obſtant authoritates in contrarium adductæ, quia vel communiter reprobantur, vel procedunt in Societatibus vectigalium, & publicarum rerum, in quibus viget diuerſa ratio, illaſque excipit expreſsè *text. in d. l. adeò 60. ff. pro ſocio*, & ità declarat *Ioſeph Ludou. d. concluſ. 53. verſ. fallit quando, Franc. Marc. deciſ. 211. num. 3. & 4. par. 2. Maſtrill. deciſ. 135. nu. 76. & ſeqq. Griuell. d. deciſ. 8. ſub num. 19. verſ. cum igitur*, alioſque cumulat *Gratian. alleg. cap. 276. n. 10. & 11.*

9 Deciſio verò in hac cauſa ſub die 7. Februarij 1659. coram Reuerendiſs. Papien. non meretur allegari: Nam non ſolum loquitur ad effectum manutentionis, ſed declarat expreſsè ſub his præcisè verbis, *quod ſuper hoc articulo tanquam reſpiciente petitorium, ac merita Cauſa nihil Domini voluerunt, determinare*, prout certè non determinarunt, quia aliàs reſolutio eſſet contra *Textus expreſſos in d. l. nemo poteſt, & in l. adeo ff. pro Socio*, cum alijs ſupra allegatis.

10 Minus facit, quod poſt obitum Iacobi, & aliorum Magdalena admiſſa fuerit ad participationem lucrorum d. Societatis, ideoque inter ipſam, & Iuliam Mariam inducta fuerit tacita renouatio; nam cum ſolutiones factę poſſint referri in cauſam capitalis, nec ex neceſſitate importent renouationem Societatis, illã nullo modo inducere poſſunt, cum ad dictum effectum actus debeant eſſe certi, & indubitati, non autem dubij, & æquiuoci *Bald. conſ. 125. num. 2. lib. 5. Caſtren. conſ. 73. num. 3. verſ. reſtat videre lib. 2. Surd. deciſ. 267. nu. 6. & 7.* & firmauit *Rot. coram Millin. deciſ. 361. nu. 1. & coram Merlino deciſ. 251. ſub n. 9. & 10.*

11 Et cum de tempore obitus Patris Iulia Maria eſſet Pupilla, non poterat ſaltem tacita renouatio fieri ſine ſolemnitatibus, reſiſtente Statuto Bononiæ, vt tradit *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 56. num. 10. & conſ. 121. num. 100. verſ. octauo, & vltimo, & numeris ſeqq. Rota penes Poſt. de manut. deciſ. 195. num. 8.* & probat *Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 26. nu. 25. verſ. cum pupillis autem,*
12 vbi quod nec etiam expreſsè ſine Tutoris, vel Curatoris authoritate de Iure contrahi poteſt Societas per *Text. in l. vt in Conductionibus 33. ff. pro ſocio, Cur. Sen. d. conſ. 52. ſub num. 14. circa fin. verſ. ſed ſecus in caſu noſtro*, & vltra relatos per *Michalor. de frat. par. 2. cap. 42. nu. 9.* firmat *Oſaſch. deciſ. pedem. 150. n. 2.*

13 Ex prædictis igitur reſponſum fuit ad fauorem Iuliæ Mariæ, cum nemo cogatur habere in Societate, quem ſibi ſocium eſſe recuſat, *l. qui admittitur 19. ff. pro ſocio, Mantic. d. lib. 6. tit. 24. n. 14. Curt. Sen. conſ. 52. ſub nu. 8. verſ. & bene facit, Griuell. deciſ. Dolana 8. num. 18.*

Et ità deciſum vtraque &c.

ROMANA PENSIONIS.

Veneris 1. Aprilis 1661.

ARGVMENTVM.

Penſio debetur, quamuis Penſionarius non iuſtificauerit valorem beneficij; ſi onus probationis fuerit translatum in Titularem cum approbatione Pontificis, valor ſit veriſimilis, penſio fuerit perſoluta per longum tempus, & conſtet de confeſſione ipſius Titularis.

SVMMARIVM.

1 *Penſio, reſeruata authoritate Apoſtolica de conſenſu Titularis, controuerti non poteſt.*
2 *Penſionis ſoluendæ obligatio tranſit in ſucceſſorem.*
3 *Penſionarius non tenetur ad iuſtificandum valorem beneficij, quando onus fuit translatum in Titularem cum approbatione Pontificis.*
4 *Acceptans beneficium Penſione grauatum, videtur acceptare obligationem, factam ab Anteceſſore, & quaſi contrahere cum Penſionario.*
5 *Penſioni conſentire videtur, qui in impetratione beneficij de illa mentionem fecit.*
6 *Penſionarius non tenetur iuſtificare literas ſuæ Reſeruationis, quando Titularis penſioni conſenſit.*
7 *Teſtes, deponentes ſuper Statu Beneficij, probant quoad omnes.*
8 *Titularis non eſt veriſimile, quod ſoluiſſet Penſionem, ſi valor beneficij expreſſus non eſſet verus.*
9 *Veriſimilitudo multum operatur in materia probationum.*
10 *Veriſimilitudo vbi concurrit, ſufficiunt leuiores probationes.*
11 *Valor iuſtificatur ex confeſſione iurata Titularis.*

DECISIO CCCXLVI.

RESIGNAVIT Vgolinus Perbenedictus ad fauorem Hieronymi Tornaboni Canonicatum in Eccleſia Collegiata Sancti Angeli, & ex Cauſa præfatæ Reſignationis reſeruata fuit fauore Equitis Ioannis Baptiſtæ Perbenedicti eius Nepotis annua Penſio ducatorum 31. ſuper eodem Canonicatu, & altera ducatorum 31. ſimilium ſuper alio Canonicatu dictæ Eccleſiæ, retento per Cæſarem Papottum, & ſub narratiua valoris duc. 100. pro quolibet, de quo prædicti Cæſar, & Hieronymus mediante Iuramento aſſeruerunt, ſe eſſe optimè informatos, onuſque quoties opus fuerit iuſtificandi in ſe, & eorum ſucceſſores ſuſceperunt, ac eundem Equitem Perbenedictum ab onere iuſtificationis huiuſmod tàm ſuo, quàm ſucceſſorum nominibus liberarunt, omniaque in præfata gratia eſſe vera, & obſeruare promiſerunt.

1 Licet autem Cæſar ſemper ſoluerit Penſionem prædictam, prout etiam fecit Paulus Delphinonus Succeſſor in eodem Canonicatu: Nihilominus Iulius de Martinis, qui vltimo loco illum obtinuit, cœpit controuertere validitatem dictæ Penſionis: Vndè dedi Dubium; An Penſio debeatur; Et deberi reſponſum fuit. Nam, cum illa reſeruata appareat authoritate Apoſtolica de conſenſu Titularis, nullo modo poteſt dici inualida, vt firmauit *Rota in Vlixbonen. Penſionis 20. Iunij 1611. coram Lancellotto, & deciſ. 638. num. 1. coram Buratt.*

2 Nec refert, quod Ioannes Baptiſta non iuſtificauerit illius valorem, quia ab onere iuſtificandi liberatus fuit per Titularem, qui tale onus ſuſcepit in ſe, & ſucceſſores ſuos concurrente authoritate Pontificis; Vnde ſicut obligatio ſoluendi tranſiuit in illos ex notatis per *Gig. de Penſ. quæſt. 44. in princ. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 8. nu. 31. & ſeqq. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 39. à num. 40.* Ità etiam neceſſitas, & onus
3 iuſtificationis valoris; quia id totum pendet à voluntate eiuſdem Pontificis, qua ſtante de poteſtate non venit dubitandum *cap. 2. de prebend. in 6. Clement. 1. in fine vt Lit. penden. Rot. deciſ. deciſ. 689. num. 1. par. 4. diuerſ.* cum alijs per *Add. ad deciſ. 254. n. 11. & ſeqq. par. 9. to. 1. rec.*

4 Cum igitur Iulius de Martinis acceptauerit Canonicatum controuerſum, per huiuſmodi acceptationem ratificauit promiſſionẽ, & obligationem, factam ab Anteceſſore; Et quaſi contraxit cum Penſionario, vt inquit *Lotter. de re benef. d. lib. 1. quæſt. 39. num. 101. & ſeqq.* & firmauit *Rota coram Caputaqu. deciſ. 13. par. 1. & deciſ. 302. par. 2. & coram Merlin. deciſ. 478. numer. 2. & 3.*

5 Imò dum in impetratione Canonicatus mentionem fecit de dicta Penſione, cenſetur illi conſenſiſſe, vt dixit *Rota coram Caualer. deciſ. 26. num. 4. & 5. Merlin. deciſ. 211. numer. & deciſ. 478. num. 4. verſ. vltiâ quod,* cum alijs per *Add. ad ſan. mem. Greg. deciſ. 57. nu. 17.* Quando autem
6 Titularis conſenſit non tenetur Penſionarius iuſtificare literas ſuæ Reſeruationis, quæ nullam conditionem continent *Rota in Salamantina Penſionis coram Gypſio, poſt Marcheſ. de commiſſ. to. 1. fol. 537. n. 1. & in rec. deciſ. 23. nu. 1. & deciſ. 519. n. 2. & 3. par. 2.*

7 Sed Dominis viſum fuit, ſatis conſtare de iuſtificatione valoris ex Teſtibus datis *in Summario num. 4.* Qui cum fuerint examinati in Rota in ſimili cauſa prætenſæ Nullitatis Penſionis, reſeruatæ ſuper vno ex Canonicatibus iſtius Eccleſiæ, habentibus certos, & æquales redditus, & in ſpecie citato ipſo Cæſare Papotto, bene probant valorem expreſſum, tanquam deponentes ſuper ſtatu Beneficij ad *Text. in l. ingenuum ff. de Stat. homin. Cæſar de Graſſ. deciſ. 2. num. 3. & ſeqq. de Iudic. ſan. mem. Gregor. deciſ. 535. num. 1. & ſeqq. & in rec. deciſ. 360. num. 9. par. 5.*

8 Maximè cum illorum depoſitio ſit valdè veriſimilis, ex quo ijdem Cæſar, & Delphinonus ab anno 1642. vſque in præſentem diem, & ſic per annos circiter decem, & octo perſoluerunt dictam Penſionem, quam vtique non perſoluiſſent, ſi valor expreſſus non fuiſſet verus, *argum. text. in l. cum de indebito ff. de probat.* Et bene in propoſito ponderauit *Rota deciſ. 186. num. 16. & 17. par. 6. recent. Buratt. deciſ. 261. num. 6.* cum alijs *in Romana Penſionis 19. Ianua-*

Digitized by Google

Ianuarij 1646. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Cerro*.

9 Veriſimilitudo autem plurimum operatur in materia probationum *cap. Quia veriſimile de præſumpt. Dec. conſ.* 100. *ſub num.* 7. *verſ. ſed breuiter*
10 *& conſ.* 596. *eodem num.* vbi quod attenta veriſimilitudine requiruntur leuiores probationes, *Aym. conſ.* 258. *nu.* 19. *Mantic. deciſ.* 372. *n.* 20. *ſa. me. Greg. deciſ.* 245. *n.* 7. *&* 8.

11 His accedit, quod alij Canonicatus huius Collegiatæ reperiũtur grauati Penſione ſimili: Quodque Cęſar Papottus medio iuramento aſſeruit, expreſſionem valoris in ducatis centum eſſe veram; Nam ex confeſſione Titularis, præſertim iurata iuſtificatur narratiua valoris, & releuatur altera Pars ab onere probandi, vt inquit *Lotter. de re benef. lib.* 1. *qu.* 38. *nu.* 49. *Rota in Romana Penſionis* 15. *Ianuarij* 1627. *coram Virili*, *& in rec. deciſ.* 263. *à principio, & per totam par.* 7.

Et ità Penſionem deberi, vtraque Parte informante reſolutum fuit.

ALBANEN. HAEREDITATIS.

Veneris 1. *Aprilis* 1661.

A R G V M E N T V M.

Proximiori in gradu competit interdictum quorum bonorum contra titulo poſſidentem probatis extremis neceſſarijs.

S V M M A R I V M.

1 *Proximiori debetur ſucceſſio.*
2 *Liber Baptiſmi regulariter probat ætatem.*
3 *Liber Baptiſmi concurrentibus adminiculis probat etiam filiationem.*
4 *Inuentarium probat contra conficientem.*
5 *Poſſeſſio Rei conuenti probatur ex confeſſione Partis, emiſſa in Commiſſione iactationis, & iactationum.*
6 *Poſſeſſio Rei conuenti probatur ex litis ſuſtentatione.*
7 *Interdictum quorum bonorum datur contra habentem titulum pro hærede, vel pro poſſeſſore.*

D E C I S I O CCCXLVII.

1 CONTENDENTIBVS de hæreditate Luciæ Dominico Viualdo Auunculo exiſtente in tertio gradu, ac Felice, Hieronymo, & Carolo Patruelibus in quarto reſponderunt DD. Immiſſionem eſſe dandam Dominico vti proximiori *iuxt. text. in l. Auunculo* 6. *C. comm. de ſucceſs. Alex. conſ.* 166. *num.* 1. *& per tot. lib.* 5. *Caſtr. conſ.* 385. *à princ. lib.* 2. Et ità in terminis firmatum fuit *in Reatina Succeſſionis* 4. *Iunij, &* 10. *Decemb.* 1660. *coram Me.*

2 Proximitas viſa fuit ſufficienter probari ex fide Parochi, adminiculata per Teſtes deponentes, Luciam eſſe filiam Antonij Hieronymi Tazzæ, & Olimpiæ Viualdæ Coniugum; Dominicum verò fratrem Germanum eiuſdem Olimpiæ: Nam licet fides Baptiſmi pro-
3 bet regulariter tantum ætatem; Nihilominus adminiculata concludit etiam filiationem, vt firmauit *Rot. coram Coccino deciſ.* 219. *num.* 5. *& in recent. deciſ* 472. *num.* 9. *par.* 1. *deciſ.* 132. *nu.* 2. *par.* 2. *deciſ.* 331. *n.* 2. *&* 3. *par.* 6. *& deciſ.* 98. *nu.* 18. *&* 19. *par.* 8. & paſſim in alijs.

4 Identitas bonorum, & poſſeſſio Luciæ reſultat ex Inuentario, confecto per Aduerſarias vti prætenſas hæredes præfatæ Luciæ, quod contra Deſcribentes optimè probat *Dec. conſ.* 60. *num.* 2. *verſ. & in hoc*, *Peregrin. conſ.* 48. *num.* 5. *lib.* 1. *Rot. coram Seraph. deciſ.* 1394. *num.* 1. *& coram ſa. me. Greg. deciſ.* 575. *num.* 3. *& in rec. deciſ.* 290. *n.* 5. *par.* 8.

5 Et moderna poſſeſſio Aduerſariorum deducitur ex confeſſione, emiſſa in Commiſſione Iactationis, & iactationum *Cauaſer. dec.* 535. *ſub num.* 1. *&* 2. *ſa. me. Greg. deciſ.* 200. *num.* 2. *&* 3. *ibique Add. num.* 5. *& coram Eminentiſs. Otthobono deciſ.* 141. *num.* 3. *&* 4. Cum tamen ſola ſuſten-
6 tatio litis ſufficeret *Caputaq. deciſ.* 369. *par.* 2. *ſan. mem. Gregor. deciſ.* 491. *num.* 11. *&* 12. *& in recent. deciſ.* 17. *n.* 5. *par.* 5.

7 Quibus ſtantibus intrat Interdictum quorum bonorum, quod datur contra habentem titulum pro hærede, vel pro poſſeſſore ad *text. in l.* 1. *ff. quorum bonorum, & in l.* 1. *&* 2. *C. eod. Menoch. de adipiſc. remed.* 1. *nu.* 49. *&* 50. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 22. *n.* 3. *&* 4.

Et ità vtraque &c.

REATINA ALIMENTORVM.

Luna 4. *Aprilis* 1661.

A R G V M E N T V M.

Alimenta, & ſumptus litis, vt debeantur à Poſſeſſore Collitiganti, neceſſe eſt docere de paupertate, & præſumptione boni iuris, & illorum quantitas taxatur arbitrio Iudicis habito tamen reſpectu ad fructus bonorum.

S V M M A R I V M.

1 *Alimenta ſubminiſtranda veniunt conſtito de paupertate, & præſumptione boni iuris.*
2 *Paupertas probatur ex Teſtibus deponentibus ex certa ſcientia, & publica voce, & fama.*
3 *Paupertas reſultat ex præſumptione iuris, cum quilibet naſcatur nudus.*
4 *Paupertas ad effectum Alimentorum ſufficit, quod probetur de tempore, quo illa præſtanda veniunt.*
5 *Boni iuris præſumptio ad effectum Alimentorum reſultat ex ſententijs.*
6 *Alimenta, & ſumptus litis vt debeantur, non eſt neceſſe quod præcedat ſententia, ſed ſufficit, quod illud innoteſcat Iudici.*
7 *Alimentorum taxatio quando non dicatur exceſſiua.*
8 *Exceptio de iure Tertij non poteſt retardare mandati executionem.*
9 *Alimentorum taxatio pendet ab arbitrio Iudicis.*

DECISIO CCCXLVIII.

PRO Alimentis, & ſumptibus litis relaxatum fuit mandatum in ſcutis viginti menſtruis, ad fauorem Tanevedis de Marerijs contra Thomam Poſſeſſorem Caſtrorum Afereæ, Marcitelli, & Bulgaretti: Quia verò Signatura Iuſtitiæ quoad ſcuta duodecim reſcripſit cum clauſula *ſine præiudicio*: Et pro reliquis octo eum clauſula *ſi quid exequendum*; Dubitaui an etiam pro dictis ſcutis octo mandatum eſſet exequendum, & affirmatiuè reſponſum fuit.

1 Siquidem conſtat de paupertate, & præſumptione boni Iuris, quæ ſunt requiſita neceſſaria ad hoc vt Collitigans teneatur ad illorum præſtationem, *vt eſt textus in l. ſi instituta 27. §. de inofficioſo ff. de inoff. teſt.* & probat *Felin. in cap. ſi qui teſtium num. 9. verſ. ſecundus Caſus de Teſtibus Lancell. de attentatis par. 2. cap. 4. limit. 11. nu. 45.* & firmauit *Rota coram Caualer. deciſ. 467. n. 1. & deciſ. 554. eod. num. & in rec. deciſ. 50. num. 1. & ſeqq. par. 9.*

2 Paupertas viſa fuit ſufficienter, probari ex tribus Teſtibus formiter examinatis, deponentibus ex certa ſcientia, & publica voce, & fama, Taneredem nihil poſſidere, coarctando negatiuam, quod aliter eſſe non poſſit, quia ipſi ſcirent, quinimò eſſe adeò pauperem, quod ſi ab Oblatis turris ſpeculorum non ſubminiſtrarentur ei alimenta, fame periret, *Rota coram Buratt. deciſ. 261. num. 2. in recent. deciſ. 498. num. 4. par. 3. in Bononien. Alimentorum 3. Iulij 1645. coram bo. me. Dunozetto,* cum alijs per *Add. ad deciſ. 617. n. 7. par. 4. to. 3. rec.*

3 Quæ probatio coadiuuatur etiam ex præſumptione Iuris; cum paupertas ſit connaturalis, & quilibet naſcatur nudus iuxta notata *in Cat. ſicut verſ. ſed ait 47. diſtinct. Giurb.* quidicit, hanc eſſe optimam paupertatis probationem *deciſ. 18. num. 12. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 33. n. 20. Rot. d. deciſ. 50. n. 3. par. 9. rec.*

4 Hinc parum refert, quod de Anno 1637. appareant ſoluta eidem Tancredi ſcuta 4000. ex pretio Caſtri Rigatti; Nam vltrà quod ſcuta 2000. erogata fuerunt pro dotandis ſororibus, ſufficit quod de tempore petitionis, & relaxationis mandati illa amplius non extent ad hoc, vt ipſe dicatur pauper, cum ad dictum effectum attendatur tempus præſtationis alimentorum iuxtà doctrinam *Bart. in l. ex diuerſo §. final. num. 9. ff. ſoluto matrimonio, Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 25. num. 6. & ſeqq. Rota deciſ. 170. n. 3. par. 4. rec.* & alias referunt *Add. ad deciſ. 617. n. 110. par. 4. to. 3.*

5 Præſumptio verò boni Iuris reſultat ex duabus ſententijs Rotalibus, quæ concedunt Immiſſionem Tancredi pro quinque vncijs in bonis controuerſis; Et licet illæ reuocatæ fuerint per ſententiam R.P.D. mei Prioli; attamen reuocatio proceſſit ex capite nullitatis, firmo ſemper remanente bono Iure reſultante ex ijſdem actis; Nam ad effectum decernendi alimenta, & ſumptus litis, non eſt ne-
6 ceſſe, quod ſententia præcedat, dum bonum Ius innoteſcit Iudici *Bartol. in l. ſi neget 7. à princ. & præſertim num. 2. ff. de liber. agnoſc. Aym. conſ. 164. num. 1. & 2. Gratian. cap. 236. num. 50.* Et probat *Afflict. deciſ. 11. num. 2.* vbi quod æquitas *Text. in l. ſi instituta §. qui de inofficioſo ff. de inoff. teſtamento* habet locum etiam in prima inſtantia, & notant *Addent. ad dictam deciſ. 617. num. 138. par. 4. to. 3. recent.*

7 Nec taxatio poteſt prætendi exceſſiua ſiue inſpecto valore Caſtrorum, ſiue ex eo, quod eadem alimenta debeantur etiam Angelo, & Octauio. Etenim quoad primum conſtat, quod valor bonorum etiam ad ſenſum Scribentis exaduerſo in facto aſcendit ad ſcuta 35000. Et ſic exceſſus omninò ceſſat; Et quoad
8 ſecundum eum Angelus, & Octauius non inſtent pro ſubminiſtratione alimentorum, nec doceant de eorum Iure, talis exceptio viſa fuit irreleuans, nec apta ad retardandam mandati relaxati executionem. Maximè cum
9 materia taxationis alimentorum ſit arbitraria *ad text. in l. final. §. nam ſi tales C. de ordin. cognition.* & aduertit *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 83. n. 12. Rota coram Buratt. deciſ. 906. n. 7. & 8.*

Et ità vtraque &c.

MELEVITANA HAEREDITATIS.

Mercurij 4. Maij 1661.

ARGVMENTVM.

Iurium appellatione non veniunt bona, niſi relicta fuerint omnia, & ſingula iura competentia in bonis, quia tunc etiam ipſa bona relicta cenſentur.

SVMMARIVM:

1 *Iura omnia, & ſingula competentia in bonis ſi fuerint relicta, tunc veniunt etiam ipſa bona.*
2 *Iura, & actiones, ſi conſiderentur in abſtracto, & de per ſe, conſtituunt tertiam ſpeciem diuerſam à mobilibus, & immobilibus.*
3 *Iura, & actiones ſi conſiderentur reſpectu bonorum, ad quæ competunt, includunt ipſa bona, ſiue mobilia, ſiue immobilia.*
4 *Dictio* prædicta *habet vim repetitiuam omnium præcedentium.*
5 *Dictio* prædicta *operatur, vt omnia ſupra expreſſa cenſeantur nominatim, & ſpecificè repetita.*
6 *Verba* in omnibus, & ſingulis bonis *faciunt Inſtitutionem vniuerſalem.*
7 *Verba* pleno Iure *omnem diminutionem excludunt.*
8 *Verba* pleno Iure *totalitatem important.*
9 *Diſcretiuus loquendi modus quando non operetur.*
10 *Ius in re donans, vel relinquens, cenſetur relinquere, & donare ipſam rem.*
11 *Eluſoria ne reddatur diſpoſitio, omnis interpretatio capienda eſt.*
12 *Vendens ius, quod habet in re, non cenſetur vendere ipſam rem, nec tenetur de euictione.*

DE-

Google

DECISIO CCCXLIX.

CENSVERVNT Domini ſub die 30. Maij
1659. Venerabili Collegio Meleuita-
no Societatis Ieſu dandam eſſe immiſſionem
in bonis paternis tantum Franciſci Bonel-
li. Moti ex eo, quia reſpectu materno-
rum ſubſtitutio videbatur reſtricta ad Iu-
ra, quorum appellatione non veniunt bo-
na.
1 Hodie verò, reformando Deciſionem, il-
lam conceſſerunt etiam in bonis maternis,
quia ex tenore Teſtamenti, per extenſum ex-
hibiti, compertum fuit, ſubſtitutionem non
continere ſimpliciter Iura materna, ſed om-
nia, & ſingula Iura, competentia eidem
Franciſco in bonis maternis, quo caſu veni-
re non ſolum Iura, ſed etiam ipſamet bona,
& tam mobilia, quam ſtabilia, probat *Alex.
conſ. 103. num. 2. lib. 6.* & clariùs explicat *Roman.
conſ. 509. num. 17. & 18.* vbi dicit, quod ſi Ius,
2 vel actio conſideretur ſimpliciter reſpectu ſui-
met ipſius, non eſt neque mobilis, neque
immobilis eſſentialiter; cum tangi, vel pal-
3 pari nequeat: Secus verò, ſi conſideretur re-
ſpectu eius, ad quod competit, quia tunc non
conſtituit tertiam ſpeciem, ſed eſt mobilis,
vel immobilis, prout eſt ipſa res, illumque
ſequitur *Ferreti. conſ. 180. ſub num. 15. vol. 1. Ti-
raquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 7. num. 15.* cum
alijs adductis per *Modern. Oleam. de ceſſ. Iurium
tit. 2. q. 1. n. 27. & ſeqq.*
4 Maximè quia conſtat expreſsè de mente
Teſtatoris, quod eademmet bona compre-
hendere voluerit: Dum enim primo loco in-
ſtituit Petrum Paulum filium *in omnibus, & ſin-
gulis bonis mobilibus, ſtabilibus, rebus, ioealibus,
Iuribus, & actionibus vniuerſis, vbique exiſtentibus.*
Et deindè diſpoſuit, quod in caſum obitus
ipſius ſine filijs, *omnia, & ſingula Iura eidem com-
petentia in bonis maternis pleno Iure perueniant, &
peruenire debeant ad Iſabellam Amitam, quæ tali
caſu intelligatur vſufructuaria dd. bonorum, & Iu-
rium prædictorum.* Certè dum mortua Iſabella
vſufructuaria dixit, & mandauit, quod om-
nia, & ſingula bona prædicta, ac Iura prædi-
cta pleno Iure perueniant, & peruenire de-
beant ad Venerabile Collegium Societatis
Ieſu, non poteſt negari, quod ſicuti bona
omnia, & paterna, & materna erant compre-
henſa in diſpoſitione facta ad fauorem Petri
Pauli, & Iſabellæ: Ità etiam contineantur in
ſubſtitutione ad fauorem Collegij ſtantibus
verbis, & dictionibus repetitiuis: ibi *bona præ-
dicta, & Iura prædicta,* per quæ omnia præce-
dentia cenſentur repetita, vt notat *Bartol. in
l. talis Scriptura 30. §. fin. num. 4. ff. de legat. 1. Roland.
conſ. 34. num. 31. & 32. lib. 4.* Et bene in propoſito
Rota deciſ. 194. ſub num. 6. & 7. par. 2. diuerſ. Et pe-
5 rindè ac ſi nominatim, & ſpecifice eſſent ex-
preſſa, *vt in Bononien. Bonorum 29. Decemb. 1622.
& 4. Ianuarij 1623. coram Coccino, & in alijs.*
6 Nec poteſt controuerti, quod in diſpoſitio-
ne facta ad fauorem Petri Pauli comprehen-
dantur omnia bona, quia inſtitutio eſt vniuer-
ſalis *in omnibus, & ſingulis bonis,* minuſque in
altera ad fauorem Iſabellæ, quia vltra vniuer-
ſalitatem, adſunt etiam verba *pleno Iure,* quę
7 oſtendunt magis enixam Teſtatoris volunta-
tem, & omnem diminutionem excludunt
*Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 6. num. 19.
Menoch. conſ. 1. num. 13.* vbi quod important to-
8 talitatem, *& conſ. 191. num. 14. Rota in Ariminen.
Caſtrorum 14. Februarij 1642. coram bon. memor.
Dunezetto.*
9 Non obſtat diſcretiuus modus loquendi
ipſius Teſtatoris, qui diſponendo de paternis
vſus fuit verbis *omnia, & ſingula bona paterna,*
de maternis verò *omnia, & ſingula Iura ſibi com-
petentia in bonis Maternis:* Nam cum bona ma-
terna non eſſent per ipſum integrè recupera-
ta, ſed in parte adhuc manerent ſub lite, con-
gruum erat, quod diſponeret de Iuribus ſibi
10 competentibus in ijſdem bonis, per quam
diſpoſitionem ipſa bona reliquiſſe videtur,
facit *textus in l. qui actionem 15. ff. de reg. Iur. & in
l. rem in bonis 52. ff. de acquir. rer. domin.* Et voluit
*Bero. conſ. 43. ſub num. 27. verſ. præterea, & num. ſeq.
lib. 2.* dicens, quod legans actionem ad rem,
ipſam rem legare cenſetur; Et quod donans
omne Ius, quod habet in aliqua re, ipſam
rem donare videatur, firmat *Surd. conſ. 135.
num. 47. in fin. & num. 48. Caſanatt. conſ. 10. num. 15.
& ſeqq.* Prout etiam qui remittit actionem,
eandem rem videtur remittere, vt inquit
idem *Surd. conſ. 451. ſub n. 4. & 5.* Et probat *Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 674. n. 11.*
11 Imò ſi Teſtator intellexiſſet de Iuribus in
abſtracto, non autem de bonis, fruſtratorius
fuiſſet vſusfructus dictæ Iſabellæ in illis reli-
ctus: Vndè per neceſſe etiam bona include-
re debet, ne diſpoſitio reddatur eluſoria, vt
bene probat *Alex. conſ. 103. num. 6. verſ. ſed in ca-
ſu lib. 6.* & ponderat *Honded. conſ. 61. nu. 51. lib. 2.
Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 1. num. 6. & 7.* & dixit
*Rota coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 73. nu-
mer. 18.*
12 Nec obſtant allegati in contrarium, quia
loquuntur in terminis venditionis, nempè,
quod vendens ius, quod habet in re, non
cenſeatur vendere ipſam rem ad effectum, vt
de euictione teneatur *per text. in l. quod ſi in ven-
ditione 10. iuncta l. ſequenti, ff. de hæred. vel act.
vend. & in l. qui Tabernas ff. de contrah. empt.* & la-
tè firmauit *Rota in Romana apothecarum, ſeù Pe-
cuniaria 8. Iunij 1654. coram bo. me. Bichio.*

Vndè ex prædictis conceſſerunt Domini
immiſſionem etiam in bonis maternis, con-
firmando in reliquis fũdamenta primæ Deci-
ſionis Partibus hinc indè Informantibus &c.

IMOLEN. CENSVS.

Lunæ 9. Maij 1661.

ARGVMENTVM.

Hæres, qui non reddit ſufficientem rationem,
poteſt conueniri in perſona, & bonis proprijs,
nec iuuatur exceptionibus ad retardandam
executionem, ſi illæ ſint turbidæ, & illiquidæ.

SVMMARIVM.

1 *Executiua via, quæ competebat contra Defunctum vigore obligationis Cameralis, competit etiam contra illius hæredem.*

2 *Hæres, ſi non reddat rationem de bonis inuentariatis, poteſt moleſtari in perſona, & bonis proprijs.*

3 *Peritis, de conſenſu Partium à Iudice electis, ſtandum eſt.*

4 *Ceſſio non operatur, niſi pro ſumma ſoluta.*

5 *Ceſſionario non ſuffragatur Inſtrumentum Ceſſionis, niſi doceat de credito Cedentis.*

6 *Creditor, habens in manibus bona Debitoris, præſumitur ex illis ſatisfactus.*

7 *Fundus cenſitus præſumitur reddere fructus ſufficientes pro ſolutione fructuum Cenſus.*

8 *Hæredi non datur retentio pro debitis, ſolutis cum pecunijs hæreditarijs.*

9 *Hæres in dubio præſumitur ſoluere cum pecunijs hæreditarijs.*

10 *Hæres detectis Creditoribus, & poſtquam fuit conſtitutus in mala fide, non facit fructus ſuos.*

11 *Et tali caſu habetur pro cuſtode, & adminiſtratore fructuum.*

12 *Obligationis Cameralis executio non retardatur per credita turbida, & illiquida.*

13 *Creditum vel præſumitur extinctum mediante poſſeſſione obtenta in bonis Debitoris, vel ſaltem remanet turbidum, & illiquidum in quantitate.*

14 *Fallit quando conſtat de quantitate percepta.*

15 *Creditor ſi exhibeat notulam fructuum ab ipſo exactorum ex bonis Debitoris, illi ſtandum eſt, donec conſtet de contrario.*

16 *Hæredes plures non poſſunt conueniri in ſolidum actione perſonali.*

17 *Confeſſio facta in poſitionibus probat.*

DECISIO CCCL.

FVIT relaxatum mandatum pro fructibus Cenſus ſcutorum 1080. auri in ſorte ad fauorem Monaſterij, & Monachorum S. Michaelis in Boſco contra bona hæreditaria Iulij Pantaleonis, obligati in eodem Cenſu, & deindè contra perſonam, & bona propria Ioannis eius filij, & hæredis, quod *Rota coram R.P.D. meo Priolo*. Cenſuit eſſe exequendum.

1 Cumque hodiè dubitatum fuerit; An eſſet procedendum ad vlteriora, affirmatiuè reſponſum fuit: Siquidem quoad bona hæreditaria Iulij nulla cadit dubitatio; Cum ex publico Inſtrumento ipſe appareat obligatus in forma Cameræ: nam eadem via executiua, quæ competebat contra defunctum, habet locum contra illius hæredem; Et ex mutatione perſonæ hæredis non mutatur obligatio Debitoris *Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 4. num. 14. Rot. in rec. deciſ. 39. num. 7. par. 6. & in Anconitana Dotis 24. Aprilis 1643. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro*.

2 Quo verò ad perſonam, & bona propria Ioannis: Licet ipſe adiuerit hæreditatem Iulij cum beneficio legis, & Inuentarij: Attamen cum adhuc non reddiderit rationem de bonis Inuentariatis, potuit contra perſonam, & bona propria ipſius procedi, vt dixit *Rot. coram Merlin. deciſ. 721. num. 1. & 2. in rec. deciſ. 535. nu. 1. & ſeqq. par. 5. in Romana Cenſus 4. Iunij 1646. coram Me, & in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 11. Martij 1648. coram bo. me. Dunozetto*.

3 Quod autem non reddiderit ſufficientem rationem, patet ex duplici relatione Peritorum, quæ demonſtrant ad oculum, penes Ioannem remanere libras 44718. retractas ex bonis venditis; necnon duas domos exiſtentes in Ciuitate Imolæ, & plura mobilia, notabilis valoris deſcripta in Inuentario, quibus proptereà Peritis tanquam iudicialiter, & de conſenſu Partium electis tam coram A.C. quam in Rota, ſtandum eſſe, firmatum fuit *in deciſ. 531. num. 1. & deciſ. 540. eod. num. par. 1. rec. in deciſ. 209. num. 6. par. 4. in Romana Diuiſionis 26. Maij 1656. coram bon. mem. Dunozetto, & 28. Martij 1659. coram Me, & in Romana Pecuniaria 7. Iunij 1660. coram R.P.D. meo Priolo.*

4 Nec prædictis obſtat, quod pro recuperandis bonis hæreditarijs eiuſdem Iulij ſubhaſtatis ad inſtantiam R.C. Apoſtolicæ creditricis in ſcutis 45000. Ipſe ſoluerit ſcu. 12000. & reportauerit iurium ceſſionem. Quia talis ceſſio non poteſt operari niſi pro ſumma ſoluta ſcutorum 12000. *iuxt. text. in l. per diuerſas 22. & l. ab Anaſtaſio 23. C. mandat.* & probat *Cyriac. contron. 453. num. 87. & 88. Rot. poſt Pacif. de Salu. deciſ. 25. num. 22.* cum alijs per *Add. ad Buratt. deciſ. 420. num. 6.*

5 Et maximè quia de huiuſmodi credito non conſtat niſi per Inſtrumentum ceſſionis, quod non ſufficit ad probandam exiſtentiam illius *l. ſi nomen C. de hæred. vel act. vend. Rot. poſt Pacif. de Salu. deciſ. 162. nu. 6. & 7. & coram ſan. me. Greg. deciſ. 579. n. 1. vbi Add. n. 4.*

6 Minus obſtare videtur altera ceſſio cenſus pro rata ſcutorum 744. reportata à Lomellinis, & Grimaldis: Nam quamuis idem cenſus appareat impoſitus ſub fideiuſſione Iulij; attamen in eodem Inſtrumento ceſſionis faſſus fuit Ioannes, bona Debitorum penes ipſum remanſiſſe, ex quibus præſumitur ſatisfactus *l. peculium 10. §. præterea ff. de pecul. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 135. num. 12. Afflict. deciſ. 13. num. 16. Rot. penes Pacif. de Salu. deciſ. 87. num. 2.*

7 Prout etiam præſumitur ſatisfactus de libris 997. ſolutis Lucretiæ Cæliæ; Nam cum ipſe de anno 1624. immiſſus fuerit in poſſeſſionem fundi cenſiti, illumque retinuerit vſque ad annum 1656. certè per ſpatium tot annorum ſatisfactus remanſit de huiuſmodi credito, calculando redditum dicti fundi ad rationem fructuum eiuſdem Cenſus; Cum fundus cenſuatus præſumatur reddere ſufficientes fructus pro ſolutione fructuum cenſus *gloſſ. in l. 2. verb. redigere C. de pignor. Surd. deciſ. 44. n. 16. Rot. coram Buratt. deciſ. 151. n. 6. & penes Poſt. de manut. deciſ. 19. n. 11. & 12.*

8 Extinctio cenſus ſcutorum 1300. auri, impoſiti ad fauorem Bonaccurſij, non fuit habita in conſideratione, quia fuit facta ex pe-

9 cunijs Iulij: Minuſque altera librarum 6375.

facta

facta illis de Chiauaris, quia nec fuit reporrata ceſſio. nec apparet quo nomine facta fuerit; ideoque in dubio præſumitur ex pecunijs hæreditarijs, vt firmauit *Rota coram Merlin. deciſ. 715. num. 7. & in Interamnen. fideicommiſſi 25. Ianuarij 1654. coram R.P.D. meo Beuilacqua.*

10 Partitam ſcutotum 3754.52. ſolutam Ceulo, & alteram librarum 1523. ſolutam Oliuę Hectoreæ, exiſtimarunt Domini, fuiſſe ſolutas cum fructibus ex hæreditate perceptis, de quibus Ioannes tenetur rationem reddere, cum illi detectis Creditoribus, & poſtquam hæres conſtitutus fuit in mala fide augeant hæreditatem *per text. in l. item veniunt 22. §. item non ſolum ff. de petit. hæredit. Rot. coram Merlin. de-*
11 *ciſ. 796. num. 5. & ſeqq.* vbi quod reſpectu fructuum hæres habetur pro cuſtode, & adminiſtratore, *& in rec. deciſ. 304. num. 4. & ſeqq. & deciſ. 535. num. 5. & 6. par. 5:* cum alijs *in Maceraten. Cenſus 12. Iunij, & 1. Decembris 1651. coram bo. me. Bichio.*

12 Et cum omnes ſupradictæ parritæ præter illas, quæ fuerunt bonificatæ per Peritos, ſint turbidæ, & illiquidæ, non videntur aptæ ad retardandam executionem obligationis Cameralis *Rot. poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 26. n. 2. & deciſ. 48. eod. num. & in Romana Pecuniaria 18. Iunij 1646. coram Eminentiſs. Corrado.*

13 Non obſtat, quod ſub die 24. Aprilis 1655. Patres aſſociati fuerint ad Prædium della Roſa pro fructibus eiuſdem cenſus, ideoque illorum creditum vel fuerit extinctum, vel ſaltem remanſerit turbidum in quantitate: ità vt hodiè non poſſit ad vlteriora procedi contra alia bona: Nam cum aſſociatio fue-
14 rit obtenta pro fructibus decurſis ab anno 1651. aſcendentibus ad ſcuta 320. auri, necnon pro alijs in futurum decurrendis ad rationem ſcutorum 80. ſimilium ſingulis annis, & per totum annum 1660. non perceperint niſi ſcuta 415. non detractis expenſis, vt apparet ex notula iurata in actis exhibita, & extracta ex libro particulari retento ab ijſdem Patribus ad dictum effectum, vtique remanent Creditores in ſumma notabili vigore dicti mandati:
15 Nam præfatæ notulæ, donec de contrario non docetur ſtandum eſſe firmauit *Rota deciſ. 161. nu. 29. par. 6. rec. & coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 226. n. 15.*

16 Tandem non obſtat exceſſus deductus ex eo, quod fuerit actum in ſolidum actione perſonali contra Ioannem vnum ex hæredibus Iulij, cum tamen debuiſſet agi tantummodo pro virili *ad text. in l. 2. C. de hæred. action.*
17 Nam cum Hercules alter filius Iulij obierit de anno 1612. & hæres illius extiterit Ioannes, conſequenter omnia bona Iulij in ipſum peruenerunt titulo hæreditario, idque probatur ex propria ipſius confeſſione, facta in poſitionibus *cap. 1. de confeſs. lib. 6. Aym. conſ. 217. nu. 9. Rot. poſt ſecundum vol. conſ. Farinace. deciſ. 352. num. 1.*

Nec veniunt diſcutiendæ partitæ, ſolutæ Riccardo Maſio, & alijs, quia non concernunt debitum Iulij, ſed eiuſdem Ioannis. Et ità pro proceſſu ad vlteriora reſpōſum fuit vtraq; &c.

TVDERTINA

Veneris 20.

ARGVM

Teſtamentum, ſi fueri animo illud ſubſcrib imperfectum ratior quædam præparatic ſcriptum à Parocho, de cuius ... litate dubitari poteſt, non venit attendendum.

SVMMARIVM.

1 *Filij repræſentant Matrem in ſucceſſione fratris, & concurrunt cum Matertera in ſtirpes, non autem in capita.*
2 *Teſtamentum, conditum animo illud ſubſcribendi die ſequenti, dicitur imperfectum ratione voluntatis, & potius præparatio ad teſtandum.*
3 *Teſtamentum factum à Parocho, de cuius fide dubitari poteſt, non venit attendendum.*
4 *Teſtes inter ſe contrarii non probant, & vnus adimit fidem alteri.*
5 *Teſtamentum per relationem ad aliam Scripturam non attenditur, niſi conſtet de identitate Scripturæ, ad quam fit relatio.*
6 *Identitas Scripturæ ceſſat, ſi reperiatur in manibus perſonæ ſuſpectæ.*
7 *Teſtes, deponentes de tenore Teſtamenti, debent eſſe tales, vt nulla exceptione legitima repelli poſſint.*
8 *Teſtes non poſſunt deponere de tenore Teſtamenti, quando non fuerunt præſentes illius confectioni.*
9 *Teſtis affinis, & deponens mediante mercede non probat.*

DECISIO CCCLI.

1 OBIIT Gregorius de Nobilibus relictis Maria, & Martha Sororibus, necnon Bartholomæo, & Doralice Nepotibus ex Magdalena altera Sorore prædefuncta; Quibus pro tertia parte immiſſionem concedendam eſſe Domini reſponderunt: Nam cum ipſi repræſentent Matrem ſuccedunt æqualiter cum Aduerſarijs *iuxt. text. in Auth. ceſſante C. de legit. hæred.* Et in corpore vndè Textus deſumitur *§. ſi igitur defunctus il 2. auth. de hæred. ab inteſtat. venient. & in auth.* vt fratrum filij in principio, & tradit *Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 31. nu. 7. & tit. 32. nu. 9. & ſeqq.*

2 Nec obſtant duæ prætenſæ ſchedulæ Teſtamenti exaduerſo exhibitæ: Nam prima, conſcripta à Notario ſub die 20. Iulii 1657. non continet diſpoſitionem perfectam, ſed ſimplicem tantum præparationem ad teſtandum *ibi* (ſunt verba Notarij in eadem ſchedula) *Cum perueniſſem &c. apud Gregorium dixit, ſe velle condere Teſtamentum clauſum, & ſigillatum, & non publicari ante eius mortem &c. excluſis ex Camera omnibus, retentis in ea tantum Gregorio Mariano, ac Laurentio Benedicto Teſtibus; & voluit per me Notarium ſcribi Teſtamentum, ac ſuam voluntatem ani-*

mo

mo die ſequenti eam ſubſcribendi coram pluribus Teſtibus, & ſigillandi cum ſubſcriptione ipſorum Teſtiũ in calce Cedulæ, & ſignatione in forma &c. & ſic mandauit per me Notarium ſcribi, prout ſcripſi &c. Quæ verba denotant expreſsè, Gregorium non feciſſe Teſtamentum, ſed cœpiſſe illud facere, & præparaſſe materiam ad teſtandum vt aduertit *Oldrad.conſ.* 119. per totum, quem ſequitur *Ruin.conſ.* 11. *num.* 12. *lib.* 3. vbi quod à dicta opinione, tanquam communi non eſt recedendum, *Paſchal.de virib. patr.poteſt. par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 63. Et latè probat *Surd.deciſ.* 292. *nu.* 11. *Capye. Latro deciſ.* 7. *ſub num.* 10. *verſ.pro parte verò vſque ad finem*, & vltrà plures quos refert *Rub.de teſtam.cap.* 7. *nu.* 245. *& ſeqq.* firmauit *Rota in Romana Teſtamenti* 31. *Ianuarij* 1659. *coram R.P.D. meo Beuilacqua, & in Aeſina Bonorum* 31. *Martij eiuſdem anni coram R.P.D. meo Veroſpio.*

3 Altera vero conſcripta à Parocho in die obitus Gregorij, in qua aſſerit dictum Gregorium expoſuiſſe ſibi, & Teſtibus, ſe die 20. Iulij 1657. ſuam condidiſſe vltimam voluntatem per Scripturam manu Franciſci Petruccij Notarij, animo illam ſubſcribendi eius propria manu, quod ob debilitatem effectuare minimè valuit, eoſque rogaſſe, vt Teſtes eſſe vellent dictæ ſuæ vltimæ voluntati, deſcriptæ à dicto Notario, ad quam ſe retulit, & quam confirmauit, & confirmatam eſſe voluit; Imò & de nouo iterum dictauit ſuam voluntatem per relationem, ad primam ſcripturam, & compleuit, eamque valere voluit iure Teſtamenti, Codicillorum, vel Donationis, & omni meliori modo &c. vt Teſtatorem dixiſſe aſſeruit. Et hæc pariter non meretur allegari: Nam idem Parochus pro exoneratione ſuæ conſcientiæ declarauit, ipſum interrogaſſe tantummodò Gregorium per duas vices, *ſe voleua, che valeſſe quello, che haueua fatto ſcriuere la ſera auanti dal Notario di Marcellano, e che eſſo Gregorio li riſpoſe Signor sì, facendo ſegno parimente di sì con la Teſta, e che queſta è la pura verità*, ſubdens, *ancorche vna fede da me copiata ſopra vna minuta mandatami dal Notaro di Marcellano parli diuerſamente, perche io la copiai, e ſottoſcriſſi ſenza farci altra conſideratione.* Cum enim diſpoſitio *Text. in cap. cum eſſes de Teſtam.* conſiſtat potiſſimum in integritate Parochi iuxtà doctrinam *Abbat.ibid. num.* 6. *&* 12. *Imol. num.* 11. Dum in præſenti caſu poteſt de illa dubitari, non eſt locus dictæ diſpoſitioni, vt dixit *Rot.in d. Aeſina Bonorum* 31. *Martij* 1659. *coram R.P.D. meo Veroſpio.*

4 Fortiùs verò, quia duo Teſtes à Parocho adhibiti, nempè Vincentius Balleonus, & Palmerinus Pauli nõ ſolùm diſcordant ab ipſius depoſitione, ſed etiam ſunt inter ſe contrarij, quo caſu nihil probant; nam vnus alteri tollit fidem *l.qui falſo* 16. *ff.de Teſtib.* Et bene in propoſito firmat *Socin.Sen. conſ.* 229. *num.* 6. *verſ. Et ſi dicatur lib.* 2. Et vltrà plures cumulatos per *Farinacc.de Teſtib.quaſt.* 65. *num.* 2. *& ſeqq.par.* 1. tenuit *Rot.deciſ.* 588. *n.* 16. *par.* 5. *rec.*

5 Additur prædictis, quod cum agatur de Teſtamento per relationem ad ſchedulam, debet conſtare certitudinaliter de identitate Scripturæ, ad quam fit relatio, vt copioſè probat *Pariſ.conſ.* 19. *num.* 25. *& ſeqq.lib.* 3. *Mantic. de coniect.lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 7. *Rot.deciſ.* 581. *num.* 12. *par.* 4. *to.* 3. *rec. & in Peruſina Teſtamenti* 28. *Iunij* 1658. *coram Reuerendiſſ.D. meo Decano.*

6 Talis autem identitas ceſſat, dum Notarius Cedulam à ſe confectam non poſuit in actis, ſed illam conſignauit filio Marthę vnius ex aduerſarijs intereſſe habentis, quod ponderat *Pariſ.in alleg.conſ.* 19. *num.* 29. *lib.* 3. *Cyriac.controu.* 444. *num.* 23. *& ſeqq. Ronit.deciſ.* 95. *ſub nu.* 16. *verſ.his omnibus, & numeris ſeqq.* & dixit *Rota in dicta Peruſina Teſtamenti* 28. *Iunij* 1658. *coram Reuerendiſs.D. meo Decano.*

7 Teſtes verò examinati ſuper tenore, qui fuerunt præſentes, nempè Gregorius Marianus, & Laurentius Benedictus, ſunt intereſſati, & Laurentius in ſpecie eſt famulus, ſalariatus, & commenſalis. Et tamen eſt certum, quod illi debent eſſe tales, vt nulla exceptione legitima repelli poſſint, vt aduertit *Imol.in l.* 1. *§.ſi quis neget num.* 10. *ff.quemadm.teſtam.aper. Pariſ.conſ.* 24. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 3. *Rot.deciſ.* 369. *n.* 13. *& deciſ.* 372. *n.* 57. *par.* 9. *to.* 2. *rec.*

8 Nec eſt attendenda depoſitio Palmerini, & aliorum, quia omnes fuerunt excluſi è Cubiculo, in quo Teſtator morabatur in lecto: ibi. *Excluſis è Camera omnibus, retentis in ea tantum Gregorio, Mariano, & Laurentio Benedicto.* Et ipſemet Palmerinus, licet ſtudeat deponere de tenore dicti Teſtamenti, fatetur tamen ſe fuiſſe excluſum: ibi *Io non ſono informato di tutto il Teſtamento di eſſo Gregorio, perche cacciò tutti fuori della ſua Camera, quando vi era il Notaro.* Et quod magis vrget, noluit ſe ſubijcere

9 examini, niſi prius eſſet de eius mercede ſatisfactus, & eſt affinis, vt patet ex eius confeſſione ideoque repellendus *Rot.dec.* 277. *n.* 18. *& deciſ.* 290. *n.* 1. *par.* 6. *rec.*

Vndè ex prædictis exiſtimarunt DD. non eſſe habendam rationem præfatæ ſchedulæ: Et maximè quia ipſę mulieres Aduerſarię dubitantes de illius viribus reportarunt immiſſionem in bonis hæreditarijs Gregorij tanquam hæredes ab inteſtato, quam etiam Baccis concedendam eſſe reſponſum fuit vtraque Parte Informante &c.

CAMERINEN. PECVNIARIA.

Luna 30. *Maij* 1661.

ARGVMENTVM.

Antidatæ ſuſpicio ex quibus reſultet ad effectum, ne fructus debeantur: Et Creditum quando dicatur illiquidum ad excludendam compenſationem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis in facto proprio pluſquam ſemiplenè probat.*
2 *Concurrentibus verò adminiculis plenam probationem facit.*
3 *Mors probatur ex libro, in quo mortui deſcribuntur.*
4 *Teſtes duo ſufficiunt in omni materia.*

5 *An-*

Digitized by Google

5 *Antidata excluditur ex præſumptionibus, & coniecturis.*
6 *Antidata probatur præſumptionibus, & coniecturis.*
7 *Teſtis, coniunctus in pari gradu vtrique Parti, non eſt ſuſpectus.*
8 *Teſtis dictum ſuppletur ex alijs Teſtibus, & ex præſumptionibus, & coniecturis.*
9 *Aſſertioni Partium in prohibitis non eſt ſtandum.*
10 *Compenſatio non datur, quando Creditum non eſt liquidum, & indubitatum.*

DECISIO CCCLII.

CVM Franciſcus Thiſeus eſſet Creditor
Vagini pro ſorte Cambij ſcutorum mil-
le, & iſte inſtaret pro conſecutione pretij cu-
iuſdam Prædij nuncupati Camoiano: Domi-
ni ſub die 26. Aprilis 1660. dixerunt, pro di-
cta ſumma intrare compenſationem, reſerua-
ta prætenſione fructuum ad aliam Diſputa-
tionem.
1 Hodie igitur propoſito Dubio ſuper reſer-
uatis, reſponderunt, fructus non deberi niſi
à menſe Auguſti 1654. Et tamen pro illis non
intrare cōpenſationem; Moti ex eo, quod li-
cet Apoca prætenſi Cambij appareat ſubſcri-
pta ſub die 8. Nouembris 1642. Nihilominus
re vera non fuit confecta niſi de Menſe Iulij,
ſeu Auguſti 1654. vt deponit Antonellus Ca-
ruſius primus Teſtis formiter examinatus,
qui aſſerit, in fine Menſis Iulij, ſeu in princi-
pio Auguſti dicti anni 1654. acceſſiſſe ad do-
mum Vagini tunc iacentis in lecto, illique
dediſſe præfatam apocam à Notario compo-
ſitam, & non ſubſcriptam. Et poſtquam à
Vagino, & à Teſtibus firmata fuit, illam re-
portaſſe, & conſignaſſe Franciſco Thiſeo,
Teſtis enim vnicus in facto proprio, iuxta
opinionem, quam Rota ſeruat, pluſquam
ſemiplenè probat; Et concurrentibus admi-
2 niculis plenam probationem facit, vt notat
*Caſtrenſ. in l. quicumque num. 10. verſ. Sed ſi de facto
proprio C. de ſeru. fugit. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 99.
ſub nu. 16. & 17.* Et vltra plures cumulatos per
Add. ad ſan. mem. Gregor. deciſ. 351. num. 50. nouiſ-
ſimè firmatum fuit *in Ferrarien. Pecuniaria 15.
Martij 1660. & in Bononien. Pecuniaria 28. Ianuarij
præteriti coram me.*
3 Hic verò non ſolum concurrunt admini-
cula, ſed etiam probatio concludens: Nam
alij duo Teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt, concor-
dant cum depoſitione dicti Antonelli, dum
alter ex eis affirmat, in ſubſcribendo non
reſpexiſſe, ad datam, ſed ſubſcriptionem fuiſ-
ſe factam poſt mortem Io: Andreæ Vagini;
qui, vt apparet ex partita libri mortuorum,
obijt de anno 1650. Et alter expreſsè fatetur
apocam fuiſſe ſubſcriptam de anno 1654. In
4 quolibet autem actu, & materia duo Teſtes
ſufficiunt *iuxt. text. in l. vbi numerus ff. de Teſtib.
cap. in omni eod. titul. Rota in Anconitana Dotis 16.
Martij 1635. coram bo. me. Buccabella.*
5 Et huiuſmodi veritatem comprobat Ar-
chiuiatio eiuſdem apocę, ſecuta de anno 1655.
quæ per tot annos veriſimiliter non fuiſſet
omiſſa: Partitæ ſolutionum deſcriptæ ab ipſo
Thiſeo in dorſo illius poſt d. Archiuiationem.
Et vlterius partita adnotata in eius libro ſub
die 8. Nouembris 1643. in qua, ponendo ad
debitum Vagini ſcut. 50. pro fructibus ſc. mil-
le, addidit hæc verba, *de quali ſcudi mille n'eſtin-
ſe il Cenſo, che haueua col Buſcalferri à ſette per
cento per farne Inſtrumento à mio fauore nell'iſteſſa
forma.* Signum euidens, quod de dicto tem-
pore adhuc non fuerat confecta apoca; nam
ſicuti ex præſumptionibus, & coniecturis ex-
cluditur Antidata *Rota coram Merlin. deciſ. 135.
6 num. 5. & 6. & in recent. deciſ. 533. num. 13. par. 5.*
Ità etiam præſumptionibus contrarijs induci-
tur ſuſpicio illius, dum agitur ciuiliter *Rot. co-
ram Verallo deciſ. 207. nu. 3. par. 1. & deciſ. 4. eod. nu.
par. 2. poſt 2. vol. conſ. Farinacc. deciſ. 366. num. 4. &
in rec. deciſ. 140. n. 24. & ſeqq. par. 4. to. 2.*
7 Hinc parum refert, quod dictus primus
Teſtis ſit coniunctus Vagino; Nam vltra
quod in eodem gradu eſt etiam coniunctus
Thiſeo, & ſic par cauſa affectionis tollit ſuſ-
picionem, vt notat *Bart. in l. qui Teſtamento 20.
§. quacumque nu. 8. verſ. quaro vtrum coniunctus ff. de
teſtam. Alex. conſ. 43. n. 7. vol. 7. Cæſar Barz. deciſ. 50.
num. 13. Rota coram Mantic. deciſ. 372. num. 4.* Suf-
8 ficit in omnem caſum, quod cum illo con-
currant alij Teſtes, & adſint adminicula, &
præſumptiones, ex quibus ſuppletur eius di-
ctum, vt bene per *Bald. conſ. 10. num. 4. verſ. Sed
quando habet lib. 5. Roman. conſ. 486. in fine, verſ. po-
ſtremò.* Et omiſſis alijs cumulatis per *Gabr. de
Teſtib. concluſ. 13. num. 7.* firmauit *Rot. in Firma-
na Prælationis dotis 21. Maij 1607. coram bon. mem.
Manzanedo.*
9 Itaque attentis prædictis cum verè, & rea-
liter cambium non fuerit initum niſi de Mē-
ſe Auguſti 1654. non potuerunt Partes etiam
concorditer illud confingere, & retrotrahere
ad annum 1642. quia in prohibitis non ſtatur
aſſertioni Partium, ne aperiatur via fraudibus,
& vſurariæ prauitati, prout in terminis Cam-
biorum firmauit *Becc. conſ. 213. num. 91. & 92.
lib. 2. Gratian. forenſ. diſcept. cap. 851. nu. 11. & ſeqq.*
& dixit *Rota in recent. deciſ. 52. num. 5. par. 2. & in
Romana Cambij 17. Februarij 1642. coram bon. mem.
Bichio.*
10 Non obſtat, quod compenſatio intret ſal-
tem pro cambijs, decurſis ab anno 1654. quia
cum creditum non ſit liquidum, & indubita-
tum, ſed admittat aliqualem Diſputationem.
Exiſtimarunt quidem DD. illud deberi, ſed
non propterea voluerunt admittere compen-
ſationem, ad effectum, retardandi ſolutionem
pretij venditionis factæ, nam de illiquido ad
liquidum non datur compenſatio *l. fin. Cod. de
compenſat. Alex. conſ. 93. num. 1. lib. 4. Rot. in recent.
deciſ. 634. numer. 9. & deciſ. 679. numer. 5. par. 1.*
& fuit dictum *in Romana Pecuniaria, ſeu Cambij
19. Iunij 1645. coram bo. me. Pentingerio.*
Et ita vtraque &c.

BO-

BONONIEN. FIDEICOMMISSI
De Naſcentorijs.

Lunæ 30. May 1661.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in prophanis, data releuantia, conceditur etiam ſine fumo, & faciliùs eo concurrente, quamuis petatur ſuper iiſdem Articulis, vel de directo contrarijs, dummodò didicita non ſint teſtificata.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in prophanis conceditur etiam ſine fumo, quando Articuli ſunt releuantes.*
2 *Filiatio reſpectu Patris remanet incerta, & æquiuoca, ſi Pluribus ad Matrem detur acceſſus.*
3 *Remiſſoria facilius conceditur, ſi vltrà releuantiam concurrat fumus.*
4 *Remiſſoria conceditur etiam ſuper Articulis contrarijs, quando didicita non ſunt teſtificata.*
5 *Non dicuntur didicita teſtificata per Decretum Iudicis ſuper aperitione Proceſſus, maximè ſi Pars ſe opponat.*
6 *Examen impediri nequit, ſi Pars non potuit didicere teſtificata.*
7 *Remiſſoria, ſi fuerit conceſſa vni, debet etiam concedi alteri, ad ſeruandam æqualitatem.*

DECISIO CCCLIII.

HAEREDI Angeli de Naſcentorijs, dixerunt Domini, dandam eſſe Remiſſoriam, quia cauſa eſt prophana, & Articuli
1 releuantes, quo caſu illa conceditur etiam ſine fumo *Caſſad. deciſ. 1. num. 10. de dilat. Put. deciſ. 324. in fine lib. 2. cum aliis coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 119. n. 3.*

In præſenti verò concurrit releuantia, & datur fumus. Articulatur enim, Catharinam de tempore cōceptionis Comitis Aemilij habitaſſe ſeorſum à Comite Pirrho in Domo, vbi plures morabantur, & ad quam alijs patebat acceſſus; adeout probatio, quod idem Aemilius ſit filius Pirrhi, remaneat æquiuo-
2 ca, & incerta *ad text. in §. vulgo quæſitos Inſtit. de grad. cognat. l. vulgo concepti 23. ff. de ſtat. hom. Natt. conſ. 205. ſub num. 2. Rot. deciſ. 167. num. 16. & 17. par. 8. rec. & in Romana Hæreditatis 29. Nouembris anni præteriti coram Me.*

Concurrit etiam fumus mediante fide Sacerdotis, atteſtantis cum iuramento de veritate contentorum in Articulis, & in ſpecie de habitatione Catharinæ ſeparata à domo, &
3 habitatione Pirrhi; Vndè attento tali fumo facilius remiſſoria concedi debet, etiamſi aliàs non eſſet concedenda *Rot. coram Buratt. deciſ. 28. num. 5. in rec. deciſ. 22. num. 3. par. 8. & coram eodem Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 14. nu. 3. & deciſ. 98. num. 13.*

Non obſtat, quod prædicti Articuli ſint de directo contrarij Articulis, datis pro parte Comitis Aemilij, & ſuper quibus fuerunt Teſtes examinati, quia cum non fuerint didicita teſtificata etiam ſuper contrarijs remiſſoria
4 concedi debet *iuxt. text. in cap. ſeries 26. de Teſtib. Alex. conſ. 84. nu. 4. & 5. lib. 4.* Et notat *Saluſt. Tib. in praxi lib. 2. cap. 14. num. 6. Rot. deciſ. 41. num. 9. par. 7. recent.* Et latè firmatum fuit *in Bergomen. Canonicatus 27. Iunii 1653. coram bo. me. Bichio.*

Nec releuat, quod Iudex mandauerit ape-
5 riri Proceſſum, quia dictum Decretum aperitionis emanauit reluctante Procuratore Angeli, ac proteſtante, ad illam non deueniri, niſi prius conceſſa remiſſoria, & examinatis Teſtibus pro eius parte: Vndè, cum
6 non potuerit didicere teſtificata, ceſſat timor ſubornationis, & examen impediri non poteſt *Bart. in auth. at qui ſemel num. 17. verſ. ſi verò fieret Cod. de probat. Imol. in cap. fraternitatis ſub num. 6. verſ. poteſt concludere, ibique Felin. nu. 11. verſ. tertio, niſi Parte contradicente de Teſtib.* & declarauit *Rot. in Albanen. Confinium, penes Poſt. de manut. deciſ. 62. n. 8.* cum alijs per *Add. ad Buratt. deciſ. 228. ſub num. 23.*

Et eo libentius inclinarunt Domini in hanc ſententiam, quia Comes Aemilius obtinuit aliàs ſimilem remiſſoriam, ad fundandam
7 eius intentionem, quæ propterea denegari non debet hæredi Angeli, ad illam elidendam, vt inter ipſos ſeruetur æqualitas, per ea, quæ dixit *Rota poſt ſecundum vol. conſ. Farinac. deciſ. 303. num. 4. & in rec. deciſ. 2. eod. num. par. 8.* cum concordantibus adductis *in Tullen. Matrimonii 26. Iunii 1648. coram Reuerendiſs. Ghiſlerio, & in dicta Bergomen. Canonicatus coram bon. me. Bichio.*

Et ita vtraque &c.

CESENATEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 3. Iunii 1661.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum Teſtatoris ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fuiſſe in bonis Teſtatoris, probatur ex mentione, & deſcriptione de illis facta in Teſtamento.*
2 *Error non præſumitur, niſi concludenter probetur.*
3 *Bona fuiſſe in bonis Teſtatoris, probatur ex Teſtibus.*
4 *Item probatur ex eo, quod hæres illa poſſedit, & agnouit vti hæreditaria.*
5 *Maritus, poſſidens bona Vxoris, intelligitur poſſidere iure familiaritatis.*
6 *Bona aliena obligari non poſſunt, ſed tantum propria.*

DECISIO CCCLIV.

PAVLVS Antonius, & fratres de Ramponibus reportarunt aliàs coram me duas Deciſiones fauorabiles, in quibus firmatum fuit, fideicommiſſum, conditum per Lucre-

tiam

tiam Albertinam, remanſiſſe pro medietate purificatum ad eorum fauorem, & pro altera ad fauorem Camilli Fantini.

Deindè ſub die 6. Iunij 1659. obtinuerunt alteram ſuper immiſſione in poſſeſſionem medietatis Prædij, ſeu Villæ Paterni, necnon alterius Prædij nuncupati Dighiera.

Quia verò pro parte Camilli impugnabatur acriter, Villam Paterni eſſe hæreditariam Lucretiæ: ideò conceſſa noua audientia ſuper huiuſmodi prætenſione tantum, & cauſa hodie repropoſita reſponſum fuit, ſtandum eſſe in Deciſis.

1 Probarur etenim, quod Villa prædicta fuerit in bonis Lucretiæ ex aſſertione eiuſdem facta in Teſtamento: ibi *una poſſeſſione di Terre aratiue, ſoſſate, & olinate con Caſa ſopra di detta Teſtatrice, poſta nel Contado di Ceſena nella Villa di Paterno*. Iuncto etiam fideicommiſſo particulari inſtituto ſuper eodem Prædio in certis caſibus. Nam ex deſcriptione, & adnotatione facta in Teſtamento reſultat, quod bona fuerint in bonis Teſtatoris, vt notat *Peregr. de fideic. art. 44. num. 20. verſ. item aſſertio, Rota deciſ. 312. num. 2. par. 7. rec.* & latè firmatum fuit *in Bonon. fideicommiſſi de Amorinis* 18. *Maii* 1648. *coram Reuerendiſs. D. meo Meltio.*

2 Nec talis aſſertio poteſt prætendi erronea: Nam vltrà quod error non præſumitur, niſi plenè, & concludenter probetur *ad tex. in l. cum de indebito 25. ibique omnes de probat. Rot. in Romana Tranſactionis 30. Aprilis* 1660. *coram me*. Ad-
3 ſunt Teſtes formiter examinati, deponentes, eandem Lucretiam, dum vixit, ſemper dictum Prædium poſſediſſe, exprimendo qualitates, & confinia, quibus in hac materia fidem adhibendam eſſe tradit *Petra de fideicom. quæſt. 12. à num. 45. Peregr. d. art. 44. nu. 13. & ſeqq. Rot. coram Merlin. deciſ. 600. n. 1.*

4 Et hanc veritatem agnouit non ſolum Ludouica filia, & hæres Teſtatricis, ſed etiam ipſemet Camillus, qui dictum Prædium tanquam hæreditarium Lucretiæ, poſſedit, & portionem illius pariter tanquam de bonis hæreditarijs conſignauit Seuero Rampono in executionem mandati Iudicis, vt bene per *Baid. in conſ. 89. nu. 3. lib. 1. Cephal. conſ. 386. num. 29. & 30. lib. 3.* & dixit *Rota deciſ. 312. nu. 2. par. 7. rec. & coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 28. num. 18. & 19.*

5 Hinc parum refert, quod in Cataſtro huiuſmodi Prædium appareat deſcriptum ſub nomine Cæſaris Bongianelli, nam cum Cæſar eſſet Maritus Lucretiæ fideicommittentis, & Statutum Ceſenæ mandet, bona vxoris poni in Aeſtimo Mariti, talis poſſeſſio debet intelligi iure familiaritatis: Maximè cum quartus Teſtis expreſsè deponat, Lucretiam illud habuiſſe à Hieronymo Patre iuxtà doctrinam *Bart. in l. qui iure in fine, ibique omnes ff. de acquir. poſſ. Aym. conſ. 61. num. 2. Thob. Non. conſ. 66. num. 1. & ſeqq.* Et bene in propoſito firmauit *Rota deciſ. 459. n. 5. par. 1. recent. & coram ſa. me. Greg. deciſ. 572. n. 4. ibique Add. Lit. B.*

6 Minus facit, quod Lucretia, diſponendo de dicto Prædio in Teſtamento, aſſerat *qual poſſeſſione, e Vigne detta Teſtatrice aſſeriſce eſſere obligate per le doti, & ſopradoti ſue*. Quia hoc fortiùs demonſtrat bona, fuiſſe propria, nam aliàs non potuiſſet ea obligare ad fauorem viri pro ſua dote, & ſupradote; Obligatio enim non cadit in alienis, ſed tantum in bonis proprijs *Neguſ. de pignor. 3. membr. 2. part. num. 52. Rot. poſt Pacif. de Salu. deciſ. 133. n. 4. & in rec. deciſ. 328. n. 7. par. 9. to. 2.*

Alia, quæ deducuntur ſunt extrà dubium, & fuerunt ſublata in antecedentibus Deciſionibus, quarum fundamenta, & reſponſiones etiam hodie DD. placuerunt &c.

Et ità vtraque &c.

PATAVINA PENSIONIS.

Lunæ 13. Iunii 1661.

ARGVMENTVM.

Bigamus, diſpenſatus à Papa, poteſt retinere Penſionem, nec tenetur ad ſolutionem Decimæ, vel alterius ſubſidij, ſi Penſio reſeruata fuerit libera à quocumque onere cum lauſulis ampliſſimis.

SVMMARIVM.

1 *Apoca à Debitore ſubſcripta habet vim publici Inſtrumenti.*
2 *Et ex ſtylo Curiæ habet executionem paratam.*
3 *Penſionarius mediante Indulto redditur capax, retinendi Penſionem non obſtante Bigamia.*
4 *Bigamiæ incurſus euitatur per praeuentiuam diſpenſationem.*
5 *Deciſio Oxomen. Penſionis coram Litta declaratur.*
6 *Perſona in dubiò cenſetur potius contemplata, quam Dignitas.*
7 *Amplia præſertim in promiſſione, facta ad vitam alicuius.*
8 *Item ſi prius fuerit expreſſum nomen proprium, & poſtea dignitas.*
9 *Regreſſus, ſi fuerit appoſitus fauore alicuius, poteſt is tantum illo vti, ſi velit.*
10 *Excuſſionis exceptio non competit Mercatori, & Campſori obligato per Cedulam Bancariam.*
11 *Fideiuſſor non dicitur, ſed Principalis, qui promiſit, Penſionem ſoluere etiam poſt mortem Titularis.*
12 *Penſionario, cui fuit reſeruata Penſio libera ab omni Decima, & ſubſidio, non cenſetur Papa voluiſſe præiudicare per impoſitionem nouæ Decimæ, ſed illa ſolui debet à Titulari.*
13 *Penſio ſi fuerit perſoluta liberè non poteſt amplius à Titulari impugnari.*

DECISIO CCCLV.

CVM de Menſe Decembris 1646. ſa. me. Innocentius X. reſeruauerit ad fauorem Excellentiſſimi Principis Pamphilij, tunc Cardinalatus dignitate fulgentis, Penſionem annuam ſcutorum mille ſuper fructibus Abbatiæ S. Euphemiæ, de qua D. Petrus Labia prouiſus fuerat, & pro ſolutione eiuſdem Penſionis Cedulam Bancariam, ſeu Apocam promiſſionis fecerit Dominus Petrus Ner-

lius,

lius, recuſante iſto ſolutionem continuare, & promiſſa in præfata Apoca adimplere. Dedi dubium, An teneatur, & teneri reſponſum fuit.

1 Siquidem de eius obligatione conſtat per dictam Apocam, ab eo ſubſcriptam, quæ facit probationem indubitatam, & habet vim publici Inſtrumenti, vt notat *Bald. conſ.* 348. *nu.*4.*lib.*1.*Gratian.diſcept.forenſ. cap.*454.*n.*1.*&* 2. & tradit *Lotter.* qui ponit illius formulam *de re benef.lib.*1. *quæſt.*38. *num.*155. Imò ex ſtylo Cu-
2 rię habet exequutionem paratam ad inſtar obligationis Cameralis *Rot.decis.* 52. *nu.*1. *& deciſ.* 196.*eod.num.par.*4.*to.*2.*recent.*

3 Nec ſolutio retardari valet ex eo, quod Excellentiſſimus Princeps effectus fuerit incapax præfatæ Penſionis ob dimiſſionem Habitus Clericalis, & matrimonium cum Vidua initum; Nam attento ampliſſimo Indulto retinendi quaſcunque Penſiones, etiamſi Matrimonium cum Vidua contraxerit, huiuſmodi exceptio non merebatur allegari, prout in indiuiduo de præfato Indulto firmauit Rota ad fauorem Principis *in Rauennaten. Penſionis* 5. *Iunij* 1660. *coram R.P.D. meo Albergato*. Indul-
4 tum enim prædictum, & præuentiua Principis diſpenſatio impedit incurſum Bigamiæ, & præſeruat ipſum in eodem ſtatu, in quo erat ante matrimonium contractum, vt bene per *Rot.deciſ.*12. *à num.* 29. *& deciſ.*50 *num.*9.*& ſeqq. par.* 5. *rec.* cum alijs *in Alexandrina Penſionis* 19. *Iunij* 1648.*coram me.*

5 Nec applicantur deducta *in Oxomen. Penſionis coram Litta, penès Garz. de benef. par.* 1.*cap.*5.*num.* 247. Quia fundamentum illius conſiſtit in mutatione perſonæ, qua mutata ceſſabat obligatio fideiuſſoris, hic autem perſona ſemper eſt eadem, licet ceſſauerit dignitas Cardinalatus: & propterea non exigitur nouus conſenſus fideiuſſoris, prout reſpondendo Deciſioni prædictæ, firmauit *Rot.coram ſan.me. Greg.deciſ.*445.*n.*3.*& ſeqq.præſertim n.*7.

6 Minus retardari valet ex eo, quod promiſſio facta fuerit, dùm Princeps erat Cardinalis, & ſub expreſſione Cardinalatus, quo ceſſante, ceſſauerit etiam ipſa promiſſio, quia talis expreſſio apparet facta demonſtratiuè ad indicandam perſonam, cui erat facienda ſolutio, quæ ſemper in dubio potius contemplata cenſetur, quàm Dignitas iuxta doctrinam *Bart.in l.Centurio num.*31.*ff.de vulg.Gratian. cap.*541.*n.*1.*&* 2.*Rot.coram ſa.me.Greg.deciſ.*516. *num.*8.*& ſeqq.& coram Penia deciſ.*500.*n.*13.*iuxtà primam impreſſionem.*

7 Idque clariùs ex eo conuincitur, quia in Cedula expreſſum fuit tempus durationis, nempè ad vitam Cardinalis, & ad vitam ipſius Nerlij, quæ expreſſio indicat, fuiſſe contemplatam perſonam, non dignitatem, vt aduertit *Abb.in cap.mandata Cæleſtia ſub nu.*1. *verſ.quia ex tranſacta de præſumpt.Dec.conſ.*601.*n.*6.*verſ.& hoc idem Menoch.conſ.*146.*n.*12.*& in tract.de præſumpt.lib.*4.*præſumpt.*123.*n.*11.

8 Imò illa præſtita fuit in executionem literarum Apoſtolicarum, in quibus habetur Decretum, quod Cedula præſtaretur ad fauorem Camilli Cardinalis, quando enim exprimitur nomen proprium alicuius, licèt poſtea adijciatur etiam nomen dignitatis, perſona magis, quàm dignitas contemplata videtur *Abb.in d. cap.mandata Cæleſtia ſub num.* 1. *verſ.*2. *moueor. Lotter.de re benef.lib.*2.*quæſt.*9.*nu.*56.*&* 57. *Rot.coram Mantica deciſ.*150. *nu.*5. *& in rec.deciſ.* 53.*n.*4.*in fine par.*1.

9 Nec dicatur, quod mutatio Status Penſionarij fuerit præiudicialis eidem Nerlio, dum per dimiſſionem habitus, & Matrimonium contractum amiſit regreſſum, quo mediante poterat faciliùs conſequi ſatisfactionem. Nam Nerlius non ſe obligauit contemplatione dicti regreſſus, nec valet de eo opponere, cùm fuerit adiectus fauore ſolius Principis, qui etiā durante Cardinalatu, poterat eo vti, vel non vti prout ſibi magis expediebat *Mohed.deciſ.*36. *circa medium verſ.nec obſtat de renunc.Put.deciſ.*36. *per tot.lib.*2.*& in rec.deciſ.*119.*circa finem verſ.dicitur præterea par.*4.

10 Exceptio verò excuſſionis facili negotio tollitur; Nam vltrà ea, quæ fuerunt deducta per informantes, & ſignanter, quod beneficium huiuſmodi non competit Mercatori, & Campſori obligato per Cedulam Bancariam, vt notat *Bald.in l.fruſtra num.*1.*&* 2.*C.de non.numer.pec. Curt.Sen. conſ.*6.*ſub num.*1. *verſ.ſecundo, quod iſte, Grat.conſil.*28.*num.*18. *lib.*1.*Fab.de Anna conſ.*82.*nu.*26.*Neguſ.de pignor.par.*8.*memb.*1.*n.*29. *ſol.*147.*Theſ.deciſ.*166.*num.*7: alijque plures adducti per *Maur.de fideiuſs.par.* 2. *tit.*1. *ſect.*4. *cap.* 33.*num.*3.*& ſect.*6.*cap.*3.*num.*113. Placuit Rotæ
11 reſponſio, quod Nerlius reſpectu Penſionarij non eſt fideiuſſor, ſed Principalis debitor; cum promiſerit ſoluere etiam mortuo Titulari reſeruando ſolùm ſibi iura contra ſucceſſorem in Abbatia, ideòque non gaudet beneficio excuſſionis, neque priuilegio fideiuſſoris, vt bene per *Alex. conſil.* 29. *num.* 35.*&* 36. *lib.*7.*Surd.conſ.*150.*ſub nu.*57.*circa med. verſ.quod verum eſt*, & pluribus comprobat *Gail.pract.obſeru.lib.*2.*obſer.*28.*n.*6.*Grat.diſcept.for.c.*164.*n.* 20. *& ſeqq. Rot.poſt Zacch. de obligat.Camer. deciſ.*22. *n.*3.*& in rec.deciſ.*331.*n.*1.*par.*9.*to.*2.

12 Non obſtat, quod liceat ſaltem eidem Nerlio retinere ratam d. Penſionis pro ſoluendis Decimis, & alijs ſubſidijs, conceſſis Sereniſſimæ Reipublicæ Venetę ab eodem ſan.mem. Innocentio X. Quia talis conceſſio habet locum contrà Titularem, non autem contra Penſionarium, ad cuius fauorem fuit reſeruata Penſio libera ab omni Decima, & ſubſidio charitatiuo impoſito, vel imponendo cum Decreto, quod Titularis, nec ſucceſſores pretendere poſſint detractionem aliquam, ſed imò de proprio obligati ſint, quamcumque ratam perſoluere, quibus propterea clauſulis non cenſetur Pontifex voluiſſe derogare, nec Penſionario præiudicare, vt alias articulo maturè diſcuſſo, & reſpondendo contrarijs, firmauit *Rota coram Duranò deciſ.* 48. *ſub n.*6.*verſ.Cæterum vſque ad finem, & deciſ.*157. *à num.*1.

13 Et huiuſmodi, & alias exceptiones modò deductas eſſe friuolas, & irreleuantes, admiſit

ipſe-

Digitized by Google

ipſemet Nerlius, dum poſt matrimonium contractum agnouit Principem in Creditorem, illique ſoluit ſcuta 3500. & dirigendo actiones contra Titularem pro reintegratione ſummæ ſoluræ, ac liberatione à moleſtijs, obtinuit deliberationem quamplurium locorum Montium, ac etiam ſibi conſignari ſcuta 4000. penès Auuerſos exiſtentia, adeout illas amplius deducere nō valeat, vt dixit *Rot. coram Millino deciſ.275. num. 4. & ſeqq. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ.105. ſub num.18. verſ. & demum, & numeris ſequent.*

Et ita deciſum vtraque Parte Informante &c.

ROMANA HAEREDITATIS.

Luna 13. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Mobilia an, & quando æſtimari poſſint per Peritos, ſi non exiſtant in rerum natura; Et in hac materia an ſit attendendus ſtylus, probatus ex atteſtatione Notarij.

SVMMARIVM.

1 *Hæres putatiuus tenetur, reſtituere hæredi verò omnia bona hæreditaria, per eum habita.*
2 *Mobilia, etiamſi non extent, poſſunt æſtimari per Peritos, quando illorum qualitas fuit deſcripta in Inuentario.*
3 *Peritorum relationi eſt ſtandum circa valorem Mobilium.*
4 *Stylus attendi debet in æſtimatione Mobilium.*
5 *Styli in probatione ſtatur atteſtationi Notariorum.*
6 *Periti relatio approbata videtur, ſi Pars citata ad videndum referri ab ea non appellauerit.*
7 *Compenſatio non datur pro creditis, quæ ſunt turbida, & illiquida in ſubſtantia, & in quantitate.*
8 *Retentio pariter non competit pro creditis turbidis, & illiquidis.*
9 *Inuentarium probat contra Conficientem, & illius hæredem.*

DECISIO CCCLVI.

IN Diſputatione habita ſub die 10. Decembris anni præteriti 1660. reſolutum fuit. Mandatum contra bona hæreditaria Patris Iuliani relaxatum ad inſtantiam Florauantis Martinelli, hæredis ſcripti in Teſtamento claræ mem. Cardinalis Horatij Iuſtiniani, eſſe exequendum ſuper officio Abbreuiatoriæ de Parco minori, necnon ſuper octo locis Montis Salis hæreditarijs eiuſdem Patris. Hodiè repropoſita cauſa, & ſuſpenſa reſolutione reſpectu officij, quoad loca Montis DD. ſteterunt in Deciſis.

1 Cum enim dictus Pater Iulianus vti prætenſus hæres ab inteſtato eiuſdem Cardinalis ſe immiſcuerit in eius hęreditate, & plura
bona hęreditaria habuerit, aſcendentia ad ſcuta 9378. 61. tenetur illa reſtituere Florauanti hæredi vero, prout per tres ſententias condemnatus fuit, & probat *Text. in l. ſi quid poſſeſſor 34. §. fin. iuncta gloſſ. in figuratione caſus in fin. verſ. quod verò ſolutum eſt, ibique Caſtr. ff. de petit. hæredit.* Et notat *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 17. n. 5. Rot. deciſ. 184. n. 2. par. 4. diuerſ.*
2 Nec mandatum huiuſmodi impugnari valet ex eo, quod ſumma ſcutorum 6893. proueniat ex mobilibus, quę non reperiuntur in rerum natura: Nam cum quantitas, & qualitas fuerit deſcripta in Inuentario, confecto per eundem Patrem Iulianum, & ad ęſtimandum illorum valorem fuerint electi iudicialiter Periti iuxta ſtylum Tribunalium Vrbis, de quo teſtantur Notarij, & Practici in hac materia. Vtique pręfatę relationi om-
3 ninò eſt ſtandum, quamuis mobilia culpa hęredis non potuerint ſubiici oculis Peritorum, vt videtur ſentire *Angel. in l. 2. num. 7. in fine verſ. ſi verò res mobilis C. de reſcind. vendit.* & aduertit *Modern. Ridolph. in ſua praxi par. 3. cap. 2. num. 180. verſ. valor verò bonorum, & verſ. quod ſi hæres, & ſupponit Eminentiſſ Otthobonus deciſ. 199. num. 11. & 12.* Nam in hac materia ſtylus at-
4 tendi debet *iuxt. text. in cap. ex literis 11. de Conſtit. Bart. in l. iuriſperitos 33. num. 4. ff. de excuſat. Tutor. & in l. 3. §. fin. ff. de Teſtib. Surd. conſ. 377. nu. 38. Rot. coram Buratt. deciſ. 419. num. 6.* Et in proba-
5 tione illius ſtatur atteſtationi Notariorum, vt dixit *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 484. n. 5. & 6.* vbi quod de eo poteſt Iudex etiam non vocatis Partibus extraiudicialiter ſe informare, ibique *Add.* qui plures cumulant *n. 8. & in rec. deciſ. 101. ſub num. 11. par. 3. & coram Merlin. deciſ. 309. num. 12.*
6 Maximè cum talis relatio non ſolum in pluribus ſit conformis pretio, retracto à Patre Iuliano ex ijſdem mobilibus, ſed etiam tacitè fuerit approbata ab ipſo Marco Antonio hęrede, dum citatus perſonaliter ad videndum referre non appellauit, nec contradixit; ſed paſſus fuit ad vlteriora in cauſa procedi, vt late deductum fuit *in Tiburtina Redditionis Rationis 9. Decembris 1641. coram bo. mem. Dunozetto, in Corduben. Præſtimonij 20. Febr. 1660. coram me, & in Romana Pecuniaria 7. Iunij eiuſdem anni coram R.P.D. meo Priolo.*
7 Non obſtat, quod Pater Iulianus ſoluerit quamplura debita Cardinalis, pro quibus petitur compenſatio, vel ſaltem retentio. Nam vltrà quod illa non abſorbent tertiam partem præfatę ſummę ſcutorum 9378. 61. adhuc tāquam turbida, & illiquida, & in ſubſtantia, & in quantitate non admittunt compenſationem, neque retentionem, prout de compenſatione eſt *Text. in l. vltima C. de compenſat. Alex. conſ. 93. num. 1. lib. 4. Rot. coram Buratt. deciſ. 880. num. 5.* cum pluribus *in Romana Pecuniaria 25. Februarij 1647. coram Eminentiſſ. Cardinali Cor-*
8 *rado.* Et de retentione *Rot. coram ſan. me. Greg. deciſ. 254 n. 3. vbi Add. nu. 8. & poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 498. num. 15. & in Romana, ſeu Ianuen. Locorum Montium 1. Martij 1641. coram Reuerendiſſimo Tarraconen.*

DECISIO CCCXLVIII.

PRO Alimentis, & ſumptibus litis relaxatum fuit mandatum in ſcutis viginti menſtruis, ad fauorem Tancredis de Marerijs contra Thomam Poſſeſſorem Caſtrorum Ascreæ, Marcitelli, & Bulgaretti: Quia verò Signatura Iuſtitiæ quoad ſcuta duodecim reſcripſit cum clauſula *ſine præiudicio*: Et pro reliquis octo cum clauſula *ſi quid exequendum*; Dubitaui an etiam pro dictis ſcutis octo mandatum eſſet exequendum, & affirmatiuè reſponſum fuit.

1 Siquidem conſtat de paupertate, & præſumptione boni Iuris, quæ ſunt requiſita neceſſaria ad hoc vt Collitigans teneatur ad illorum præſtationem, *vt eſt textus in l. ſi instituta 27. §. de inofficioſo ff. de inoff. teſt.* & probat *Felin. in cap. ſi qui teſtium num. 9. verſ. ſecundus Caſus de Teſtibus Lancell. de attentatis par. 2. cap. 4. limit. 11. nu. 45.* & firmauit *Rota coram Canaler. deciſ. 467. n. 1. & deciſ. 554. eod. num. & in rec. deciſ. 50. num. 1. & ſeqq. par. 9.*

2 Paupertas viſa fuit ſufficienter, probari ex tribus Teſtibus formiter examinatis, deponentibus ex certa ſcientia, & publica voce, & fama, Tancredem nihil poſſidere, coarctando negatiuam, quod aliter eſſe non poſſit, quin ipſi ſcirent, quinimò eſſe adeò pauperem, quod ſi ab Oblatis turris ſpeculorum non ſubminiſtrarentur ei alimenta, fame periret, *Rota coram Buratt. deciſ. 261. num. 2. in recent. deciſ. 498. num. 4. par. 3. in Bononien. Alimentorum 3. Iulij 1645. coram bo. me. Dunozetto*, cum alijs per *Add. ad deciſ. 617. n. 7. par. 4. to. 3. rec.*

3 Quæ probatio coadiuuatur etiam ex præſumptione Iuris; cum paupertas ſit connaturalis, & quilibet naſcatur nudus iuxta notata *in Can. ſicut verſ. ſed ait 47. diſtinct. Giurb.* qui dicit, hanc eſſe optimam paupertatis probationem *deciſ. 18. num. 12. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 33. n. 20. Rot. d. deciſ. 50. n. 3. par. 9. rec.*

4 Hinc parum refert, quod de Anno 1637. appareant ſoluta eidem Tancredi ſcuta 4000. ex pretio Caſtri Rigatti; Nam vltrà quod ſcuta 2000. erogata fuerunt pro dotandis ſororibus, ſufficit quod de tempore petitionis, & relaxationis mandati illa amplius non extent ad hoc, vt ipſe dicatur pauper, cum ad dictum effectum attendatur tempus præſtationis alimentorum iuxtà doctrinam *Bart. in l. ex diuerſo §. final. num. 9. ff. ſoluto matrimonio, Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 25. num. 6. & ſeqq. Rota deciſ. 170. n. 3. par. 4. rec.* & alias referunt *Add. ad deciſ. 617. n. 110. par. 4. to. 3.*

5 Præſumptio verò boni Iuris reſultat ex duabus ſententijs Rotalibus, quæ concedunt Immiſſionem Tancredi pro quinque vncijs in bonis controuerſis; Et licet illæ reuocatæ fuerint per ſententiam R.P.D. mei Prioli; attamen reuocatio proceſſit ex capite nullitatis, firmo ſemper remanente bono Iure reſultante ex ijſdem actis; Nam ad effectum decernendi alimenta, & ſumptus litis, non eſt ne-
6 ceſſe, quod ſententia præcedat, dum bonum Ius innoteſcit Iudici *Bartol. in l. ſi neget 7. à princ. & præſertim num. 2. ff. de liber. agnoſc. Aym. conſ. 164. num. 1. & 2. Gratian. cap. 236. num. 50.* Et probat *Afflict. deciſ. 11. num. 2.* vbi quod æquitas *Text. in l. ſi instituta §. qui de inofficioſo ff. de inoff. teſtamento* habet locum etiam in prima inſtantia, & notant *Addent. ad dictam deciſ. 617. num. 138. par. 4. to. 3. recent.*

7 Nec taxatio poteſt prætendi exceſſiua ſiue inſpecto valore Caſtrorum, ſiue ex eo, quod eadem alimenta debeantur etiam Angelo, & Octauio. Etenim quoad primum conſtat, quod valor bonorum etiam ad ſenſum Scribentis exaduerſo in facto aſcendit ad ſcuta 35000. Et ſic exceſſus omninò ceſſat; Et quoad
8 ſecundum cum Angelus, & Octauius non inſtent pro ſubminiſtratione alimentorum, nec doceant de eorum Iure, talis exceptio viſa fuit irreleuans, nec apta ad retardandam mandati relaxati executionem. Maximè cum
9 materia taxationis alimentorum ſit arbitraria *ad text. in l. final. §. nam ſi tales C. de ordin. cognition.* & aduertit *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 83. n. 12. Rota coram Buratt. deciſ. 906. n. 7. & 8.*

Et ità vtraque &c.

MELEVITANA HAEREDITATIS.

Mercurij 4. Maij 1661.

ARGVMENTVM.

Iurium appellatione non veniunt bona, niſi relicta fuerint omnia, & ſingula iura competentia in bonis, quia tunc etiam ipſa bona relicta cenſentur.

SVMMARIVM:

1 *Iura omnia, & ſingula competentia in bonis ſi fuerint relicta, tunc veniunt etiam ipſa bona.*
2 *Iura, & actiones, ſi conſiderentur in abſtracto, & de per ſe, conſtituunt tertiam ſpeciem diuerſam à mobilibus, & immobilibus.*
3 *Iura, & actiones ſi conſiderentur reſpectu bonorum, ad quæ competunt, includunt ipſa bona, ſiue mobilia, ſiue immobilia.*
4 *Dictio* prædicta *habet vim repetitiuam omnium præcedentium.*
5 *Dictio* prædicta *operatur, vt omnia ſupra expreſſa cenſeantur nominatim, & ſpecificè repetita.*
6 *Verba* in omnibus, & ſingulis bonis *faciunt Inſtitutionem vniuerſalem.*
7 *Verba* pleno Iure *omnem diminutionem excludunt.*
8 *Verba* pleno Iure *totalitatem important.*
9 *Diſcretiuus loquendi modus quando non operetur.*
10 *Ius in re donans, vel relinquens, cenſetur relinquere, & donare ipſam rem.*
11 *Eluſoria ne reddatur diſpoſitio, omnis interpretatio capienda eſt.*
12 *Vendens ius, quod habet in re, non cenſetur vendere ipſam rem, nec tenetur de euictione.*

DF-

DECISIO CCCXLIX.

CENSVERVNT Domini ſub die 30. Maij
1659. Venerabili Collegio Meleuita-
no Societatis Ieſu dandam eſſe immiſſionem
in bonis paternis tantum Franciſci Bonel-
li. Moti ex eo, quia reſpectu materno-
rum ſubſtitutio videbatur reſtricta ad Iu-
ra, quorum appellatione non veniunt bo-
na.

1 Hodie verò, reformando Deciſionem, il-
lam conceſſerunt etiam in bonis maternis,
quia ex tenore Teſtamenti, per extenſum ex-
hibiti, compertum fuit, ſubſtitutionem non
continere ſimpliciter Iura materna, ſed om-
nia, & ſingula Iura, competentia eidem
Franciſco in bonis maternis, quo caſu veni-
re non ſolum Iura, ſed etiam ipſamet bona,
& tam mobilia, quam ſtabilia, probat *Alex.
conſ.103.num.2.lib.6.* & clariùs explicat *Roman.
conſ.509. num.17.& 18.* vbi dicit, quod ſi Ius,
2 vel actio conſideretur ſimpliciter reſpectu ſui-
met ipſius, non eſt neque mobilis, neque
immobilis eſſentialiter; cum tangi, vel pal-
3 pari nequeat: Secus verò, ſi conſideretur re-
ſpectu eius, ad quod competit, quia tunc non
conſtituit tertiam ſpeciem, ſed eſt mobilis,
vel immobilis, prout eſt ipſa res, illumque
ſequitur *Ferrett.conſ.180.ſub num.15.vol.1. Ti-
raquell.de retract.lignag.§.1.gloſſ.7.num.15.* cum
alijs adductis per *Modern. Oleam. de ceſſ. Iurium
tit.2.q.1.n.27.& ſeqq.*

4 Maximè quia conſtat expreſsè de mente
Teſtatoris, quod eademmet bona compre-
hendere voluerit: Dum enim primo loco in-
ſtituit Petrum Paulum filium *in omnibus, & ſin-
gulis bonis mobilibus, ſtabilibus, rebus, iocalibus,
Iuribus, & actionibus vniuerſis, vbique exiſtentibus.*
Et deindè diſpoſuit, quod in caſum obitus
ipſius ſine filijs, *omnia, & ſingula Iura eidem com-
petentia in bonis maternis pleno Iure perueniant, &
peruenire debeant ad Iſabellam Amitam, quæ tali
caſu intelligatur vſufructuaria dd. bonorum, & Iu-
rium prædictorum.* Certè dum mortua Iſabella
vſufructuaria dixit, & mandauit, quod om-
nia, & ſingula bona prædicta, ac Iura prædi-
cta pleno Iure perueniant, & peruenire de-
beant ad Venerabile Collegium Societatis
Ieſu, non poteſt negari, quod ſicuti bona
omnia, & paterna, & materna erant compre-
henſa in diſpoſitione facta ad fauorem Petri
Pauli, & Iſabellæ: Ità etiam contineantur in
ſubſtitutione ad fauorem Collegij ſtantibus
verbis, & dictionibus repetitiuis: ibi *bona præ-
dicta, & Iura prædicta*, per quæ omnia præce-
dentia cenſentur repetita, vt notat *Bartol. in
l.talis Scriptura 30.§.fin.num.4.ff.de legat.1.Roland.
conſ.34.num.31.& 32.lib.4.* Et bene in propoſito
Rota deciſ.194.ſub num.6.& 7.par.2.diuerſ. Et pe-
5 rindè ac ſi nominatim, & ſpecifice eſſent ex-
preſſa, *vt in Bononien. Bonorum 29. Decemb. 1622.
& 4. Ianuarij 1623. coram Coccino, & in alijs.*

6 Nec poteſt controuerti, quod in diſpoſitio-
ne facta ad fauorem Petri Pauli comprehen-
dantur omnia bona, quia inſtitutio eſt vniuer-
ſalis *in omnibus, & ſingulis bonis*, minuſque in
altera ad fauorem Iſabellæ, quia vltra vniuer-
ſalitatem, adſunt etiam verba *pleno Iure*, quę
7 oſtendunt magis enixam Teſtatoris volunta-
tem, & omnem diminutionem excludunt
*Mantic.de coniect.vltim.volunt. lib.9.tit.6. num.19.
Menoch.conſ.1.num.13.* vbi quod important to-
8 talitatem, *& conſ.191. num.14. Rota in Ariminen.
Caſtrorum 14. Februarij 1642. coram bon. memor.
Dunozeto.*

9 Non obſtat diſcretiuus modus loquendi
ipſius Teſtatoris, qui diſponendo de paternis
vſus fuit verbis *omnia, & ſingula bona paterna*,
de maternis verò *omnia, & ſingula Iura ſibi com-
petentia in bonis Maternis*: Nam cum bona ma-
terna non eſſent per ipſum integrè recupera-
ta, ſed in parte adhuc manerent ſub lite, con-
gruum erat, quod diſponeret de Iuribus ſibi
10 competentibus in ijſdem bonis, per quam
diſpoſitionem ipſa bona reliquiſſe videtur,
facit *textus in l.qui actionem 15. ff.de reg.Iur. & in
l.rem in bonis 52. ff.de acquir.rer.domin.* Et voluit
*Bero.conſ.43.ſub num.27.verſ.prætereà, & num.ſeq.
lib.2.* dicens, quod legans actionem ad rem,
ipſam rem legare cenſetur; Et quod donans
omne Ius, quod habet in aliqua re, ipſam
rem donare videatur, firmat *Surd.conſ.135.
num.47.in fin.& num.48.Caſanatt.conſ.10.num.15.
& ſeqq.* Prout etiam qui remittit actionem,
eandem rem videtur remittere, vt inquit
idem *Surd.conſ.451.ſub n.4.& 5.* Et probat *Gra-
tian.diſcept.forenſ.cap.674.n.11.*

11 Imò ſi Teſtator intellexiſſet de Iuribus in
abſtracto, non autem de bonis, fruſtratorius
fuiſſet vſusfructus dictæ Iſabellæ in illis reli-
ctus: Vndè per neceſſe etiam bona include-
re debet, ne diſpoſitio reddatur eluſoria, vt
bene probat *Alex.conſ.103.num.6. verſ.ſed in ca-
ſu lib.6.* & ponderat *Honded.conſ.61. nu.51.lib.2.
Mantic.de coniect.lib.10.tit.1. num.6.& 7.* & dixit
*Rota coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ.73. nu-
mer.18.*

12 Nec obſtant allegati in contrarium, quia
loquuntur in terminis venditionis, nempè,
quod vendens ius, quod habet in re, non
cenſeatur vendere ipſam rem ad effectum, vt
de euictione teneatur *per text.in l.quod ſi in ven-
ditione 10. iuncta l.ſequenti, ff. de hæred. vel act.
vend. & in l.qui Tabernas ff.de contrah.empt.* & la-
tè firmauit *Rota in Romana apothecarum, ſeù Pe-
cuniaria 8. Iunij 1654. coram bo.me. Bichio.*

Vndè ex prædictis conceſſerunt Domini
immiſſionem etiam in bonis maternis, con-
firmando in reliquis fũdamenta primæ Deci-
ſionis Partibus hinc indè Informantibus &c.

IMOLEN. CENSVS.

Lunæ 9. Maij 1661.

ARGVMENTVM.

Hæres, qui non reddit ſufficientem rationem,
poteſt conueniri in perſona, & bonis proprijs,
nec iuuatur exceptionibus ad retardandam
executionem, ſi illæ ſint turbidæ, & illiquidæ.

SVMMARIVM.

1 *Executiua via, quæ competebat contra Defunctum vigore obligationis Cameralis, competit etiam contra illius hæredem.*

2 *Hæres, ſi non reddat rationem de bonis inuentariatis, poteſt moleſtari in perſona, & bonis proprijs.*

3 *Peritis, de conſenſu Partium à Iudice electis, ſtandum eſt.*

4 *Ceſſio non operatur, niſi pro ſumma ſoluta.*

5 *Ceſſionario non ſuffragatur Inſtrumentum Ceſſionis, niſi doceat de credito Cedentis.*

6 *Creditor, habens in manibus bona Debitoris, præſumitur ex illis ſatisfactus.*

7 *Fundus cenſitus præſumitur reddere fructus ſufficientes pro ſolutione fructuum Cenſus.*

8 *Hæredi non datur retentio pro debitis, ſolutis cum pecunijs hæreditarijs.*

9 *Hæres in dubio præſumitur ſoluere cum pecunijs hæreditarijs.*

10 *Hæres detectis Creditoribus, & poſtquam fuit conſtitutus in mala fide, non facit fructus ſuos.*

11 *Et tali caſu habetur pro cuſtode, & adminiſtratore fructuum.*

12 *Obligationis Cameralis executio non retardatur per credita turbida, & illiquida.*

13 *Creditum vel præſumitur extinctum mediante poſſeſſione obtenta in bonis Debitoris, vel ſaltem remanet turbidum, & illiquidum in quantitate.*

14 *Fallit quando conſtat de quantitate percepta.*

15 *Creditor ſi exhibeat notulam fructuum ab ipſo exactorum ex bonis Debitoris, illi ſtandum eſt, donec conſtet de contrario.*

16 *Hæredes plures non poſſunt conueniri in ſolidum actione perſonali.*

17 *Confeſſio facta in poſitionibus probat.*

DECISIO CCCL.

FVIT relaxatum mandatum pro fructibus Cenſus ſcutorum 1060. auri in ſorte ad fauorem Monaſterij, & Monachorum S.Michaelis in Boſco contra bona hæreditaria Iulij Pantaleonis, obligati in eodem Cenſu, & deindè contra perſonam, & bona propria Ioannis eius filij, & hæredis, quod *Rota coram R.P.D. meo Priolo*. Cenſuit eſſe exequendum.

1 Cumque hodiè dubitatum fuerit; An eſſet procedendum ad vlteriora, affirmatiuè reſponſum fuit: Siquidem quoad bona hæreditaria Iulij nulla cadit dubitatio; Cum ex publico Inſtrumento ipſe appareat obligatus in forma Cameræ: nam eadem via executiua, quæ competebat contra defunctum, habet locum contra illius hæredem; Et ex mutatione perſonæ hæredis non mutatur obligatio Debitoris *Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 4. num. 14. Rot. in rec. deciſ. 39. num. 7. par. 6. & in Anconitana Dotis 24. Aprilis 1643. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro.*

2 Quo verò ad perſonam, & bona propria Ioannis: Licet ipſe adiuerit hæreditatem Iulij cum beneficio legis, & Inuentarij: Attamen cum adhuc non reddiderit rationem de bonis Inuentariatis, potuit contra perſonam, & bona propria ipſius procedi, vt dixit *Rot. coram Merlin. deciſ. 721. num. 1. & 2. in rec. deciſ. 535. nu. 1. & ſeqq. par. 5. in Romana Cenſus 4. Iunij 1646. coram Me, & in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 11. Martij 1648. coram bo. me. Dunozetto.*

3 Quod autem non reddiderit ſufficientem rationem, patet ex duplici relatione Peritorum, quæ demonſtrant ad oculum, penes Ioannem remanere libras 44718. retractas ex bonis venditis; necnon duas domos exiſtentes in Ciuitate Imolæ, & plura mobilia, notabilis valoris deſcripta in Inuentario, quibus proptereà Peritis tanquam iudicialiter, & de conſenſu Partium electis tam coram A.C. quam in Rota, ſtandum eſſe, firmatum fuit *in deciſ. 531. num. 1. & deciſ. 540. eod. num. par. 1. rec. in deciſ. 209. num. 6. par. 4. in Romana Diuiſionis 26. Maij 1656. coram bon. mem. Dunozetto, & 28. Martij 1659. coram Me, & in Romana Pecuniaria 7. Iunij 1660. coram R.P.D. meo Priolo.*

4 Nec prædictis obſtat, quod pro recuperandis bonis hereditarijs eiuſdem Iulij ſubhaſtatis ad inſtantiam R.C. Apoſtolicæ creditricis in ſcutis 45000. Ipſe ſoluerit ſcu. 12000. & reportauerit iurium ceſſionem. Quia talis ceſſio non poteſt operari niſi pro ſumma ſoluta ſcutorum 12000. *iuxt. text. in l. per diuerſas 22. & l. ab Anaſtaſio 23. C. mandat.* & probat *Cyriac. controu. 453. num. 87. & 88. Rot. poſt Pacif. de Salu. deciſ. 25. num. 22.* cum alijs per *Add. ad Buratt. deciſ. 420. num. 6.*

5 Et maximè quia de huiuſmodi credito non conſtat niſi per Inſtrumentum ceſſionis, quod non ſufficit ad probandam exiſtentiam illius *l. ſi nomen C. de hæred. vel act. vend. Rot. poſt Pacif. de Salu. deciſ. 162. nu. 6. & 7. & coram ſan. me. Greg. deciſ. 579. n. 1. vbi Add. n. 4.*

6 Minus obſtare videtur altera ceſſio cenſus pro rata ſcutorum 744. reportata à Lomellinis, & Grimaldis: Nam quamuis idem cenſus appareat impoſitus ſub fideiuſſione Iulij; attamen in eodem Inſtrumento ceſſionis faſſus fuit Ioannes, bona Debitorum penes ipſum remanſiſſe, ex quibus præſumitur ſatisfactus *l. peculium 10. §. præterea ff. de pecul. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 135. num. 12. Afflict. deciſ. 13. num. 16. Rot. penes Pacif. de Salu. deciſ. 87. num. 2.*

7 Prout etiam præſumitur ſatisfactus de libris 997. ſolutis Lucretiæ Cæliæ; Nam cum ipſe de anno 1624. immiſſus fuerit in poſſeſſionem fundi cenſiti, illumque retinuerit vſque ad annum 1656. certè per ſpatium tot annorum ſatisfactus remanſit de huiuſmodi credito, calculando redditum dicti fundi ad rationem fructuum eiuſdem Cenſus; Cum fundus cenſuatus præſumatur reddere ſufficientes fructus pro ſolutione fructuum cenſus *gloſſ. in l. 2. verb. redigere C. de pignor. Surd. deciſ. 44. n. 16. Rot. coram Buratt. deciſ. 151. n. 6. & penes Poſt. de manut. deciſ. 19. n. 11. & 12.*

8 Extinctio cenſus ſcutorum 1300. auri, impoſiti ad fauorem Bonaccurſij, non fuit habita in conſideratione, quia fuit facta ex pecunijs Iulij: Minuſque altera librarum 6375.

9

facta

Digitized by Google

facta illis de Chiauaris , quia nec fuit reportata ceſſio . nec apparet quo nomine facta fuerit ; ideoque in dubio præſumitur ex pecunijs hæreditarijs, vt firmauit *Rota coram Merlin. deciſ. 715. num. 7. & in Interamneu. fideicommiſſi 25. Ianuarij 1654. coram R.P.D. meo Beuilacqua.*
10 Partitam ſcutorum 3754.52. ſolutam Ceulo , & alteram librarum 1523. ſolutam Oliuę Hectoreæ , exiſtimarunt Domini , fuiſſe ſolutas cum fructibus ex hæreditate perceptis , de quibus Ioannes tenetur rationem reddere , cum illi detectis Creditoribus , & poſtquam hæres conſtitutus fuit in mala fide augeant hæreditatem *per text. in l. item veniunt 22. §. item non ſolum ff. de petit. hæredit. Rot. coram Merlin. de-*
11 *ciſ. 796. num. 5. & ſeqq.* vbi quod reſpectu fructuum hæres habetur pro cuſtode, & adminiſtratore , *& in rec. deciſ. 304. num. 4. & ſeqq. & deciſ. 535. num. 5. & 6. par. 5.* cum alijs *in Maceraten. Cenſus 12. Iunij, & 1. Decembris 1651. coram bo. me. Bichio.*
12 Et cum omnes ſupradictæ partitæ præter illas , quæ fuerunt bonificatæ per Peritos , ſint turbidæ , & illiquidæ , non videntur aptæ ad retardandam executionem obligationis Cameralis *Rot. poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 26. n. 2. & deciſ. 48. eod. num. & in Romana Pecuniaria 18. Iunij 1646. coram Eminentiſs. Corrado.*
13 Non obſtat , quod ſub die 24. Aprilis 1655. Patres aſſociati fuerint ad Prædium della Roſa pro fructibus eiuſdem cenſus, ideoque illorum creditum vel fuerit extinctum , vel ſaltem remanſerit turbidum in quantitate : ità vt hodiè non poſſit ad vlteriora procedi contra alia bona: Nam cum aſſociatio fue-
14 rit obtenta pro fructibus decurſis ab anno 1651. aſcendentibus ad ſcuta 320. auri, necnon pro alijs in futurum decurrendis ad rationem ſcutorum 80. ſimilium ſingulis annis , & per totum annum 1660. non perceperint niſi ſcuta 415. non detractis expenſis , vt apparet ex notula iurata in actis exhibita , & extracta ex libro particulari retento ab iiſdem Patribus ad dictum effectum , vtique remanent Creditores in ſumma notabili vigore dicti mandati :
15 Nam præfatæ notulæ , donec de contrario non docetur ſtandum eſſe firmauit *Rota deciſ. 161. nu. 29. par. 6. rec. & coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 226. n. 15.*
16 Tandem non obſtat exceſſus deductus ex eo , quod fuerit actum in ſolidum actione perſonali contra Ioannem vnum ex hæredibus Iulij , cum tamen debuiſſet agi tantummodo pro virili *ad text. in l. 2. C. de hæred. action.*
17 Nam cum Hercules alter filius Iulij obierit de anno 1612. & hæres illius extiterit Ioannes, conſequenter omnia bona Iulij in ipſum peruenerunt titulo hæreditario, idque probatur ex propria ipſius confeſſione , facta in poſitionibus *cap. 1. de confeſs. lib. 6. Aym. conſ. 217. nu. 9. Rot. poſt ſecundum vol. conſ. Farinacc. deciſ. 352. num. 1* [illegible]

Nec veniunt diſcutiendæ partitæ , ſolutæ Riccardo Maſio, & alijs, quia non concernunt debitum Iulij, ſed eiuſdem Ioannis. Et ità pro proceſſu ad vlteriora reſpõſum fuit vtraq; &c.

TVDERTINA SVCCESSIONIS.

Veneris 20. Maij 1661.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum , ſi fuerit conditum à Teſtatore animo illud ſubſcribendi die ſequenti, dicitur imperfectum ratione voluntatis , & potius quædam præparatio ad teſtandum . Et conſcriptum à Parocho , de cuius fide , & legalitate dubitari poteſt , non venit attendendum .

SVMMARIVM.

1 *Filij repræſentant Matrem in ſucceſſione fratris , & concurrunt cum Matertera in ſtirpes, non autem in capita .*
2 *Teſtamentum , conditum animo illud ſubſcribendi die ſequenti , dicitur imperfectum ratione voluntatis , & potius præparatio ad teſtandum.*
3 *Teſtamentum factum à Parocho, de cuius fide dubitari poteſt, non venit attendendum.*
4 *Teſtes inter ſe contrarii non probant, & vnus adimit fidem alteri.*
5 *Teſtamentum per relationem ad aliam Scripturam non attenditur, niſi conſtet de identitate Scripturæ, ad quam fit relatio.*
6 *Identitas Scripturæ ceſſat , ſi reperiatur in manibus perſonæ ſuſpectæ.*
7 *Teſtes , deponentes de tenore Teſtamenti , debent eſſe tales , vt nulla exceptione legitima repelli poſſint .*
8 *Teſtes non poſſunt deponere de tenore Teſtamenti , quando non fuerunt præſentes illius confectioni.*
9 *Teſtis affinis , & deponens mediante mercede non probat .*

DECISIO CCCLI.

1 OBIIT Gregorius de Nobilibus relictis Maria , & Mattha Sororibus , necnon Bartholomæo , & Doralice Nepotibus ex Magdalena altera Sorore prædefuncta ; Quibus pro tertia parte immiſſionem concedendam eſſe Domini reſponderunt : Nam cum ipſi repræſentent Matrem ſuccedunt æqualiter cum Aduerſarijs *iuxt. text. in Auth. ceſſante C. de legit. hæred.* Et in corpore vndè Textus deſumitur *§. ſi igitur defunctus il 2. auth. de hæred. ab inteſtat. venient. & in auth.* vt fratrum filij in principio , & tradit *Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 31. nu. 7. & tit. 32. nu. 9. & ſeqq.*
2 Nec obſtant duæ prætenſæ ſchedulæ Teſtamenti exaduerſo exhibitæ : Nam prima, conſcripta à Notario ſub die 20. Iulii 1657. non continet diſpoſitionem perfectam , ſed ſimplicem tantum præparationem ad teſtandum *ibi* (ſunt verba Notarij in eadem ſchedula) *Cum perueniſſem &c. apud Gregorium dixit, ſe velle condere Teſtamentum clauſum , & ſigillatum, & non publicari ante eius mortem &c. excluſis ex Camera omnibus , retentis in ea tantum Gregorio Mariano, ac Laurentio Benedicto Teſtibus , & voluit per me Notarium ſcribi Teſtamentum, ac ſuam voluntatem animo*

Digitized by Google

mo die ſequenti eam ſubſcribendi coram pluribus Teſtibus, & ſigillandi cum ſubſcriptione ipſorum Teſtiũ in calce Cedulæ, & ſignatione in forma &c. & ſic mandauit per me Notarium ſcribi, prout ſcripſi &c. Quæ verba denotant expreſsè, Gregorium non feciſſe Teſtamentum, ſed cœpiſſe illud facere, & præparaſſe materiam ad teſtandum vt aduertit *Oldrad.conſ.* 119. per totum, quem ſequitur *Ruin.conſ.* 11. *num.* 12. *lib.* 3. vbi quod à dicta opinione, tanquam communi non eſt recedendum, *Paſchal.de virib. patr.poteſt. par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 63. Et latè probat *Surd.deciſ.* 292. *nu.* 11. *Capyc. Latro deciſ.* 7. *ſub num.* 10. *verſ.pro parte verò vſque ad finem*, & vltrà plures quos refert *Rub.de teſtam.cap.* 7. *nu.* 245. *& ſeqq.* firmauit *Rota in Romana Teſtamenti* 31. *Ianuarij* 1659. *coram R.P.D. meo Beuilacqua, & in Aeſina Bonorum* 31. *Martij eiuſdem anni coram R.P.D.meo Veroſpio.*

3 Altera verò conſcripta à Parocho in die obitus Gregorij, in qua aſſerit dictum Gregorium expoſuiſſe ſibi, & Teſtibus, ſe die 20. Iulij 1657. ſuam condidiſſe vltimam voluntatem per Scripturam manu Franciſci Petruccij Notarij, animo illam ſubſcribendi eius propria manu, quod ob debilitatem effectuare minimè valuit, eoſque rogaſſe, vt Teſtes eſſe vellent dictæ ſuæ vltimæ voluntati, deſcriptæ à dicto Notario, ad quam ſe retulit, & quam confirmauit, & confirmatam eſſe voluit; Imò & denouo iterum dictam ſuam voluntatem per relationem, ad primam ſcripturam, & compleuit, eamque valere voluit iure Teſtamenti, Codicillorum, vel Donationis, & omni meliori modo &c. vt Teſtatorem dixiſſe aſſeruit. Et hæc pariter non meretur allegati: Nam idem Parochus pro exoneratione ſuæ conſcientiæ declarauit, ipſum interrogaſſe tantummodò Gregorium per duas vices, *ſe voleua, che valeſſe quello, che haueua fatto ſcriuere la ſera auanti dal Notario di Marcellano, e che eſſo Gregorio li riſpoſe Signor sì, facendo ſegno parimente di sì con la Teſta, e che queſta è la pura verità*, ſubdens, *ancorche vna fede da me copiata ſopra vna minuta mandatami dal Notaro di Marcellano parli diuerſamente, perche io la copiai, e ſottoſcriſſi ſenza farci altra conſideratione.* Cum enim diſpoſitio *Text. in cap. cum eſſes de Teſtam.* conſiſtat potiſſimum in integritate Parochi iuxtà doctrinam *Abbat.ibid. num.* 6. *&* 12. *Imol. num.* 11. Dum in præſenti caſu poteſt de illa dubitari, non eſt locus dictæ diſpoſitioni, vt dixit *Rot.in d.Aeſina Bonorum* 31. *Martij* 1659. *coram R.P.D.meo Veroſpio.*

4 Fortiùs verò, quia duo Teſtes à Parocho adhibiti, nempè Vincentius Balleonus, & Palmerinus Pauli nõ ſolùm diſcordant ab ipſius depoſitione, ſed etiam ſunt inter ſe contrarij, quo caſu nihil probant; nam vnus alteri tollit fidem *l.qui falſo* 16. *ff.de Teſtib.* Et bene in propoſito firmat *Socin.Sen. conſ.* 229. *num.* 6. *verſ.Et ſi dicatur lib.* 2. Et vltrà plures cumulatos per *Farinacc.de Teſtib.quæſt.* 65. *num.* 2. *& ſeqq.par.* 1. tenuit *Rot.deciſ.* 588. *n.* 16. *par.* 5. *rec.*

5 Additur prædictis, quod cum agatur de Teſtamento per relationem ad ſchedulam, debet conſtare certitudinaliter de identitate Scripturæ, ad quam fit relatio, vt copiosè probat *Pariſ.conſ.* 19. *num.* 25. *& ſeqq.lib.* 3. *Mantic. de coniect.lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 7. *Rot.deciſ.* 581. *num.* 12. *par.* 4. *to.* 3. *rec. & in Peruſina Teſtamenti* 28. *Iunij* 1658. *coram Reuerendiſſ.D.meo Decano.*

6 Talis autem identitas ceſſat, dum Notarius Cedulam à ſe confectam non poſuit in actis, ſed illam conſignauit filio Matthę vnius ex aduerſarijs intereſſe habentis, quod ponderat *Pariſ.in alleg.conſ.* 19. *num.* 29. *lib.* 3. *Cyriac.controu.* 444. *num.* 23. *& ſeqq. Ronit.deciſ.* 95. *ſub nu.* 16. *verſ.his omnibus, & numeris ſeqq.* & dixit *Rota in dicta Peruſina Teſtamenti* 28. *Iuny* 1658. *coram Reuerendiſs.D.meo Decano.*

7 Teſtes verò examinati ſuper tenore, qui fuerunt præſentes, nempè Gregorius Marianus, & Laurentius Benedictus, ſunt intereſſati, & Laurentius in ſpecie eſt famulus, ſalariatus, & commenſalis. Et tamen eſt certum, quod illi debent eſſe tales, vt nulla exceptione legitima repelli poſſint, vt aduertit *Imol.in l.* 1. §. *ſi quis neget num.* 10. *ff.quemadm.teſtam.aper. Pariſ.conſ.* 24. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 3. *Rot.deciſ.* 369. *n.* 13. *& deciſ.* 372. *n.* 57. *par.* 9. *to.* 2. *rec.*

8 Nec eſt attendenda depoſitio Palmerini, & aliorum, quia omnes fuerunt excluſi è Cubiculo, in quo Teſtator morabatur in lecto: ibi. *Excluſis è Camera omnibus, retentis in ea tantum Gregorio, Mariano, & Laurentio Benedicto.* Et ipſemet Palmerinus, licet ſtudeat deponere de tenore dicti Teſtamenti, fatetur tamen ſe fuiſſe excluſum: ibi *Io non ſono informato di tutto il Teſtamento di eſſo Gregorio, perche cacciò tutti fuori della ſua Camera, quando vi era il Notaro.* Et quod magis vrget, noluit ſe ſubijcere

9 examini, niſi prius eſſet de eius mercede ſatisfactus, & eſt affinis, vt patet ex eius confeſſione ideoque repellendus *Rot.dec.* 277. *n.* 18. *& deciſ.* 290. *n.* 1. *par.* 6. *rec.*

Vndè ex prædictis exiſtimarunt DD. non eſſe habendam rationem præfatæ ſchedulæ: Et maximè quia ipſę mulieres Aduerſarię dubitantes de illius viribus reportarunt immiſſionem in bonis hæreditarijs Gregorij tanquam hæredes ab inteſtato, quam etiam Baccis concedendam eſſe reſponſum fuit vtraque Parte Informante &c.

CAMERINEN. PECVNIARIA.

Lunæ 30. *Maij* 1661.

ARGVMENTVM.

Antidatæ ſuſpicio ex quibus reſultet ad effectum, ne fructus debeantur: Et Creditum quando dicatur illiquidum ad excludendam compenſationem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis in facto proprio pluſquam ſemiplenè probat.*
2 *Concurrentibus verò adminiculis plenam probationem facit.*
3 *Mors probatur ex libro, in quo mortui deſcribuntur.*
4 *Teſtes duo ſufficiunt in omni materia.*

5 *An-*

5 *Antidata excluditur ex præſumptionibus, & coniecturis.*
6 *Antidata probatur præſumptionibus, & coniecturis.*
7 *Teſtis, coniunctus in pari gradu vtrique Parti, non eſt ſuſpectus.*
8 *Teſtis dictum ſuppletur ex alijs Teſtibus, & ex præſumptionibus, & coniecturis.*
9 *Aſſertioni Partium in prohibitis non eſt ſtandum.*
10 *Compenſatio non datur, quando Creditum non eſt liquidum, & indubitatum.*

DECISIO CCCLII.

CVM Franciſcus Thiſeus eſſet Creditor
Vagini pro ſorte Cambij ſcutorum mille, & iſte inſtaret pro conſecutione pretij cuiuſdam Prædij nuncupati Camoiano: Domini ſub die 26. Aprilis 1660. dixerunt, pro dicta ſumma intrare compenſationem, reſeruata prætenſione fructuum ad aliam Diſputationem.

1 Hodie igitur propoſito Dubio ſuper reſer-
uatis, reſponderunt, fructus non deberi niſi
à menſe Auguſti 1654. Et tamen pro illis non
intrare cōpenſationem; Moti ex eo, quod li-
cet Apoca prætenſi Cambij appareat ſubſcri-
pta ſub die 8. Nouembris 1642. Nihilominus
re vera non fuit confecta niſi de Menſe Iulij,
ſeu Auguſti 1654. vt deponit Antonellus Ca-
ruſius primus Teſtis formiter examinatus,
qui aſſerit, in fine Menſis Iulij, ſeu in princi-
pio Auguſti dicti anni 1654. acceſſiſſe ad do-
mum Vagini tunc iacentis in lecto, illique
dediſſe præfatam apocam à Notario compo-
ſitam, & non ſubſcriptam. Et poſtquam à
Vagino, & à Teſtibus firmata fuit, illam re-
portaſſe, & conſignaſſe Franciſco Thiſeo,
Teſtis enim vnicus in facto proprio, iuxta
opinionem, quam Rota ſeruat, pluſquam
ſemiplenè probat; Et concurrentibus admi-
2 niculis plenam probationem facit, vt notat
*Caſtrenſ. in l. quicumque num. 10. verſ. Sed ſi de facto
proprio C. de ſeru. fugit. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 99.
ſub nu. 16. & 17.* Et vltrà plures cumulatos per
Adel. ad ſan. mem. Gregor. deciſ. 351. num. 50. nouiſ-
ſimè firmatum fuit *in Ferrarien. Pecuniaria 15.
Martij 1660. & in Bononien. Pecuniaria 28. Iannarij
præteriti coram me.*
3 Hic verò non ſolum concurrunt admini-
cula, ſed etiam probatio concludens: Nam
alij duo Teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt, concor-
dant cum depoſitione dicti Antonelli, dum
alter ex eis affirmat, in ſubſcribendo non
reſpexiſſe, ad datam, ſed ſubſcriptionem fuiſ-
ſe factam poſt mortem Io: Andreæ Vagini;
qui, vt apparet ex partita libri mortuorum,
obijt de anno 1650. Et alter expreſsè fatetur
apocam fuiſſe ſubſcriptam de anno 1654. In
4 quolibet autem actu, & materia duo Teſtes
ſufficiunt *iuxt. text. in l. vbi numerus ff. de Teſtib.
cap. in omni eod. titul. Rota in Anconitana Dotis 16.
Martij 1635. coram bo. me. Buccabella.*
5 Et huiuſmodi veritatem comprobat Ar-
chiuiatio eiuſdem apocę, ſecuta de anno 1655.
quæ per tot annos veriſimiliter non fuiſſet
omiſſa: Partitæ ſolutionum deſcriptæ ab ipſo
Thiſeo in dorſo illius poſt d. Archiuiationem.
Et vlterius partita adnotata in eius libro ſub
die 8. Nouembris 1643. in qua, ponendo ad
debitum Vagini ſcut. 50. pro fructibus ſc. mil-
le, addidit hæc verba, *de quali ſcudi mille n'eſtin-
ſe il Cenſo, che haueua col Buſcalferri à ſette per
cento per farne Inſtrumento à mio fauore nell'iſteſſa
forma.* Signum euidens, quod de dicto tem-
pore adhuc non fuerat confecta apoca; nam
ſicuti ex præſumptionibus, & coniecturis ex-
cluditur Antidata *Rota coram Merlin. deciſ. 135.
6 num. 5. & 6. & in recent. deciſ. 533. num. 13. par. 5.*
Ità etiam præſumptionibus contrarijs induci-
tur ſuſpicio illius, dum agitur ciuiliter *Rot. co-
ram Verallo deciſ. 207. nu. 3. par. 1. & deciſ. 4. eod. nu.
par. 2. poſt 2. vol. conſ. Farinacc. deciſ. 366. num. 4. &
in rec. deciſ. 140. n. 24. & ſeqq. par. 4. to. 2.*
7 Hinc parum refert, quod dictus primus
Teſtis ſit coniunctus Vagino; Nam vltra
quod in eodem gradu eſt etiam coniunctus
Thiſeo, & ſic par cauſa affectionis tollit ſuſ-
picionem, vt notat *Bart. in l. qui Teſtamento 20.
§. quacumque nu. 8. verſ. quaro vtrum coniunctus ff. de
teſtam. Alex. conſ. 43. n. 7. vol. 7. Cæſar Barz. deciſ. 50.
num. 13. Rota coram Mantic. deciſ. 372. num. 4.* Suf-
8 ficit in omnem caſum, quod cum illo con-
currant alij Teſtes, & adſint adminicula, &
præſumptiones, ex quibus ſuppletur eius di-
ctum, vt bene per *Bald. conſ. 10. num. 4. verſ. Sed
quando habet lib. 5. Roman. conſ. 486. in fine, verſ. po-
ſtremò.* Et omiſſis alijs cumulatis per *Gabr. de
Teſtib. concluſ. 13. num. 7.* firmauit *Rot. in Firma-
na Prælationis dotis 21. Maij 1607. coram bon. mem.
Manzanedo.*
9 Itaque attentis prædictis cum verè, & rea-
liter cambium non fuerit initum niſi de Mē-
ſe Auguſti 1654. non potuerunt Partes etiam
concorditer illud confingere, & retrotrahere
ad annum 1642. quia in prohibitis non ſtatur
aſſertioni Partium, ne aperiatur via fraudibus,
& vſurariæ prauitati, prout in terminis Cam-
biorum firmauit *Becc. conſ. 213. num. 91. & 92.
lib. 2. Gratian. forenſ. diſcept. cap. 851. nu. 11. & ſeqq.*
& dixit *Rota in recent. deciſ. 52. num. 5. par. 2. & in
Romana Cambij 17. Februarij 1642. coram bon. mem.
Bichio.*
10 Non obſtat, quod compenſatio intret ſal-
tem pro cambijs, decurſis ab anno 1654. quia
cum creditum non ſit liquidum, & indubita-
tum, ſed admittat aliqualem Diſputationem.
Exiſtimarunt quidem DD. illud deberi, ſed
non propterea voluerunt admittere compen-
ſationem, ad effectum, retardandi ſolutionem
pretij venditionis factæ, nam de illiquido ad
liquidum non datur compenſatio *l. fin. Cod. de
compenſat. Alex. conſ. 93. num. 1. lib. 4. Rot. in recent.
deciſ. 634. numer. 9. & deciſ. 679. numer. 5. par. 1.*
& fuit dictum *in Romana Pecuniaria, ſeu Cambij
19. Iunij 1645. coram bo. me. Pentingerio.*

Et ita vtraque &c.

BO-

BONONIEN. FIDEICOMMISSI
De Naſcentorijs.

Lunæ 30. May 1661.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in prophanis, data releuantia, conceditur etiam ſine fumo, & faciliùs eo concurrente, quamuis petatur ſuper ijſdem Articulis, vel de directo contrarijs, dummodò didicita non ſint teſtificata.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in prophanis conceditur etiam ſine fumo, quando Articuli ſunt releuantes.*

2 *Filiatio reſpectu Patris remanet incerta, & æquiuoca, ſi Pluribus ad Matrem detur acceſſus.*

3 *Remiſſoria faciliùs conceditur, ſi vltrà releuantiam concurrat fumus.*

4 *Remiſſoria conceditur etiam ſuper Articulis contrarijs, quando didicita non ſunt teſtificata.*

5 *Non dicuntur didicita teſtificata per Decretum Iudicis ſuper aperitione Proceſſus, maximè ſi Pars ſe opponat.*

6 *Examen impediri nequit, ſi Pars non potuit didicere teſtificata.*

7 *Remiſſoria, ſi fuerit conceſſa vni, debet etiam concedi alteri, ad ſeruandam æqualitatem.*

DECISIO CCCLIII.

HAEREDI Angeli de Naſcentorijs, dixerunt Domini, dandam eſſe Remiſſoriam, quia cauſa eſt prophana, & Articuli
1 releuantes, quo caſu illa conceditur etiam
ſine fumo *Caſſad. deciſ. 1. num. 10. de dilat. Put. deciſ. 324. in fine lib. 2. cum alijs coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 119. n. 3.*

In præſenti verò concurrit releuantia, & datur fumus. Articulatur enim, Catharinam de tempore cõceptionis Comitis Aemilij habitaſſe ſeorſum à Comite Pirrho in Domo, vbi plures morabantur, & ad quam alijs patebat acceſſus; adeout probatio, quod idem Aemilius ſit filius Pirrhi, remaneat æquiuo-
2 ca, & incerta *ad text. in §. vulgo quæſitos Inſtit. de grad. cognat. l. vulgo concepti 23. ff. de ſtat. hom. Natt. conſ. 205. ſub num. 2. Rot. deciſ. 167. num. 16. & 17. par. 8. rec. & in Romana Hæreditatis 29. Nouembris anni præteriti coram Me.*

Concurrit etiam fumus mediante fide Sacerdotis, atteſtantis cum iuramento de veritate contentorum in Articulis, & in ſpecie de habitatione Catharinæ ſeparata à domo, &
3 habitatione Pirrhi; Vndè attento tali fumo
faciliùs remiſſoria concedi debet, etiamſi aliàs non eſſet concedenda *Rot. coram Buratt. deciſ. 28. num. 5. in rec. deciſ. 22. num. 3. par. 8. & coram eodem Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 14. nu. 3. & deciſ. 98. num. 13.*

Non obſtat, quod prædicti Articuli ſint de directo contrarij Articulis, datis pro parte Comitis Aemilij, & ſuper quibus fuerunt Teſtes examinati, quia cum non fuerint didicita teſtificata etiam ſuper contrarijs remiſſoria
4 concedi debet *iuxt. text. in cap. series 26. de Teſtib. Alex. conſ. 84. nu. 4. & 5. lib. 4.* Et notat *Saluſt. Tib. in praxi lib. 2. cap. 14. num. 6. Rot. deciſ. 41. num. 9. par. 7. recent.* Et latè firmatum fuit *in Bergomen. Canonicatus 27. Iunii 1653. coram bo. me. Bichio.*

Nec releuat, quod Iudex mandauerit ape-
5 riri Proceſſum, quia dictum Decretum
aperitionis emanauit reluctante Procuratore Angeli, ac proteſtante, ad illam non deueniri, niſi prius conceſſa remiſſoria, & examinatis Teſtibus pro eius parte: Vndè, cum
6 non potuerit didicere teſtificata, ceſſat timor
ſubornationis, & examen impediri non poteſt *Bart. in auth. at qui ſemel num. 17. verſ. ſi verò fieret Cod. de probat. Imol. in cap. fraternitatis ſub num. 6. verſ. poteſt concludere, ibique Felin. nu. 11. verſ. tertio, niſi Parte contradicente de Teſtib.* & declarauit *Rot. in Albanen. Confinium, penes Poſt. de manut. deciſ. 62. n. 8.* cum alijs per *Add. ad Buratt. deciſ. 228. ſub num. 23.*

Et eo libentius inclinarunt Domini in hanc ſententiam, quia Comes Aemilius obtinuit aliàs ſimilem remiſſoriam, ad fundandam
7 eius intentionem, quæ propterea denegari
non debet hæredi Angeli, ad illam elidendam, vt inter ipſos ſeruetur æqualitas, per ea, quæ dixit *Rota poſt ſecundum vol. conſ. Farinacc. deciſ. 303. num. 4. & in rec. deciſ. 2. eod. num. par. 8.* cum concordantibus adductis *in Tullen. Matrimonii 26. Iunii 1648. coram Reuerendiſſ. Ghislerio, & in dicta Bergomen. Canonicatus coram bon. me. Bichio.*

Et ita vtraque &c.

CESENATEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 3. Iunii 1661.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum Teſtatoris ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fuiſſe in bonis Teſtatoris, probatur ex mentione, & deſcriptione de illis facta in Teſtamento.*

2 *Error non præſumitur, niſi concludenter probetur.*

3 *Bona fuiſſe in bonis Teſtatoris, probatur ex Teſtibus.*

4 *Item probatur ex eo, quod hæres illa poſſedit, & agnouit vti hæreditaria.*

5 *Maritus, poſſidens bona Vxoris, intelligitur poſſidere iure familiaritatis.*

6 *Bona aliena obligari non poſſunt, ſed tantum propria.*

DECISIO CCCLIV.

PAVLVS Antonius, & fratres de Ramponibus reportarunt aliàs coram me duas Deciſiones fauorabiles, in quibus firmatum fuit, fideicommiſſum, conditum per Lucretiam

Digitized by Google

tiam Albertinam, remanſiſſe pro medietate purificatum ad eorum fauorem, & pro altera ad fauorem Camilli Fantini.

Deindè ſub die 6. Iunij 1659. obtinuerunt alteram ſuper immiſſione in poſſeſſionem medietatis Prædij, ſeu Villæ Paterni, necnon alterius Prædij nuncupati Dighiera.

Quia verò pro parte Camilli impugnabatur acriter, Villam Paterni eſſe hæreditariam Lucretiæ: ideò conceſſa noua audientia ſuper huiuſmodi prætenſione tantum, & cauſa hodie repropoſita reſponſum fuit, ſtandum eſſe in Deciſis.

1 Probatur etenim, quod Villa prædicta fuerit in bonis Lucretiæ ex aſſertione eiuſdem facta in Teſtamento: ibi *vna poſſeſſione di Terre aratiue, ſoſſate, & oliuate con Caſa ſopra di detta Teſtatrice, poſta nel Contado di Ceſena nella Villa di Paterno*. Iuncto etiam fideicommiſſo particulari inſtituto ſuper eodem Prædio in certis caſibus. Nam ex deſcriptione, & adnotatione facta in Teſtamento reſultat, quod bona fuerint in bonis Teſtatoris, vt notat *Peregr. de fideic. art. 44. num. 20. verſ. item aſſertio, Rota deciſ. 312. num. 2. par. 7. rec.* & latè firmatum fuit *in Bonon. fideicommiſſi de Amorinis* 18. *Maii* 1648. *coram Reuerendiſſ. D. meo Meltio.*

2 Nec talis aſſertio poteſt prætendi erronea:
Nam vltrà quod error non præſumitur, niſi
plenè, & concludenter probetur *ad tex. in l. cum*
de indebito 25. ibique omnes de probat. Rot. in Roma-
na Tranſactionis 30. Aprilis 1660. *coram me*. Ad-
3 ſunt Teſtes formiter examinati, deponentes,
eandem Lucretiam, dum vixit, ſemper di-
ctum Prædium poſſediſſe, exprimendo qua-
litates, & confinia, quibus in hac materia
fidem adhibendam eſſe tradit *Petra de fideicom.*
quæſt. 12. à num. 45. Peregr. d. art. 44. nu. 13. & ſeqq.
Rot. coram Merlin. deciſ. 600. n. 1.

4 Et hanc veritatem agnouit non ſolum Ludouica filia, & hæres Teſtatricis, ſed etiam ipſemet Camillus, qui dictum Prædium tanquam hæreditarium Lucretiæ, poſſedit, & portionem illius pariter tanquam de bonis hæreditarijs conſignauit Seuero Ramponio in executionem mandati Judicis, vt bene per *Bald. in conſ. 89. nu. 3. lib. 1. Cephal. conſ. 386. num. 29. & 30. lib. 3.* & dixit *Rota deciſ. 312. nu. 2. par. 7. rec. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 28. num. 18. & 19.*

5 Hinc parum refert, quod in Cataſtro huiuſmodi Prædium appareat deſcriptum ſub nomine Cæſaris Bongianelli, nam cum Cæſar eſſet Maritus Lucretiæ fideicommittentis, & Statutum Ceſenæ mandet, bona vxoris poni in Aeſtimo Mariti, talis poſſeſſio debet intelligi iure familiaritatis: Maximè cum quartus Teſtis expreſsè deponat, Lucretiam illud habuiſſe à Hieronymo Patre iuxtà doctrinam *Bart. in l. qui iure in fine, ibique omnes ff. de acquir. poſſ. Aym. conſ. 61. num. 2. Thob. Non. conſ. 66. num. 1. & ſeqq.* Et bene in propoſito firmauit *Rota deciſ. 459. n. 5. par. 1. recent. & coram ſa. me. Greg. deciſ. 572. n. 4. ibique Add. Lit. B.*

6 Minus facit, quod Lucretia, diſponendo de dicto Prædio in Teſtamento, aſſerat *qual poſſeſſione, e Vigne detta Teſtatrice aſſeriſce eſſere obligate per le doti, & ſopradoti ſue*. Quia hoc fortiùs demonſtrat bona, fuiſſe propria, nam aliàs non potuiſſet ea obligare ad fauorem viri pro ſua dote, & ſupradote; Obligatio enim non cadit in alienis, ſed tantum in bonis proprijs *Neguſ. de pignor. 3. membr. 2. part. num. 52. Rot. poſt Pacif. de Salu. deciſ. 133. n. 4. & in rec. deciſ. 328. n. 7. par. 9. to. 2.*

Alia, quæ deducuntur ſunt extrà dubium, & fuerunt ſublata in antecedentibus Deciſionibus, quarum fundamenta, & reſponſiones etiam hodie DD. placuerunt &c.

Et ità vtraque &c.

PATAVINA PENSIONIS.

Lunæ 13. Iunii 1661.

ARGVMENTVM.

Bigamus, diſpenſatus à Papa, poteſt retinere Penſionem, nec tenetur ad ſolutionem Decimæ, vel alterius ſubſidij, ſi Penſio reſeruata fuerit libera à quocumque onere cum lauſulis ampliſſimis.

SVMMARIVM.

1 *Apoca à Debitore ſubſcripta habet vim publici Inſtrumenti.*
2 *Et ex ſtylo Curiæ habet executionem paratam.*
3 *Penſionarius mediante Indulto redditur capax, retinendi Penſionem non obſtante Bigamia.*
4 *Bigamiæ incurſus euitatur per prauentiuam diſpenſationem.*
5 *Deciſio Oxomen. Penſionis coram Litta declaratur.*
6 *Perſona in dubio cenſetur potius contemplata, quam Dignitas.*
7 *Amplia præſertim in promiſſione, facta ad vitam alicuius.*
8 *Item ſi prius fuerit expreſſum nomen proprium, & poſtea dignitas.*
9 *Regreſſus, ſi fuerit appoſitus fauore alicuius, poteſt is tantum illo vti, ſi velit.*
10 *Excuſſionis exceptio non competit Mercatori, & Campſori obligato per Cedulam Bancariam.*
11 *Fideiuſſor non dicitur, ſed Principalis, qui promiſit, Penſionem ſoluere etiam poſt mortem Titularis.*
12 *Penſionario, cui fuit reſeruata Penſio libera ab omni Decima, & ſubſidio, non cenſetur Papa voluiſſe præiudicare per impoſitionem nouæ Decimæ, ſed illa ſolui debet à Titulari.*
13 *Penſio ſi fuerit perſoluta liberè non poteſt amplius à Titulari impugnari.*

DECISIO CCCLV.

CVM de Menſe Decembris 1646. ſa. me. Innocentius X. reſeruauerit ad fauorem Excellentiſſimi Principis Pamphilij, tunc Cardinalatus dignitate fulgentis, Penſionem annuam ſcutorum mille ſuper fructibus Abbatiæ S. Euphemiæ, de qua D. Petrus Labia prouiſus fuerat, & pro ſolutione eiuſdem Penſionis Cedulam Bancariam, ſeu Apocam promiſſionis fecerit Dominus Petrus Nerlius,

lius, recuſante iſto ſolutionem continuare,&
promiſſa in præfata Apoca adimplere. Dedi
dubium, An teneatur, & teneri reſponſum
fuit.

1 Siquidem de eius obligatione conſtat per
dictam Apocam, ab eo ſubſcriptam, quæ fa-
cit probationem indubitatam, & habet vim
publici Inſtrumenti, vt notat *Bald. conſ.* 348.
*nn.*4.*lib.*1.*Gratian.diſcept.forenſ. cap.*454.*n.*1.*&* 2.
& tradit *Lotter.* qui ponit illius formulam *de re*
*benef.lib.*1. *quæſt.*38. *num.*155. Imò ex ſtylo Cu-
2 riæ habet exequutionem paratam ad inſtar ob-
ligationis Cameralis *Rot.deciſ.* 52. *nu.*1. *& deciſ.*
196.*eod.num.par.*4.*to.*2.*recent.*

3 Nec ſolutio retardari valet ex eo, quod Ex-
cellentiſſimus Princeps effectus fuerit incapax
præfatæ Penſionis ob dimiſſionem Habitus
Clericalis, & matrimonium cum Vidua ini-
tum; Nam attento ampliſſimo Indulto reti-
nendi quaſcunque Penſiones, etiamſi Matri-
monium cum Vidua contraxerit, huiuſmodi
exceptio non merebatur allegari, prout in
indiuiduo de præfato Indulto firmauit Rota
ad fauorem Principis *in Rauennaten. Penſionis* 5.
Iunij 1660. *coram R.P.D. meo Albergato*. Indul-
4 tum enim prædictum, & præuentiua Princi-
pis diſpenſatio impedit incurſum Bigamiæ,&
præſeruat ipſum in eodem ſtatu, in quo erat
ante matrimonium contractum, vt bene per
*Rot.deciſ.*12. *à num.*29. *& deciſ.*50 *num.*9.*& ſeqq.*
par. 5. *rec.* cum alijs *in Alexandrina Penſionis* 19.
Iunij 1648.*coram me.*

5 Nec applicantur deducta *in Oxomen. Penſionis*
*coram Litta, penès Garz.de benef.par.*1.*cap.*5.*num.*
247. Quia fundamentum illius conſiſtit in
mutatione perſonæ, qua mutata ceſſabat ob-
ligatio fideiuſſoris, hic autem perſona ſemper
eſt eadem, licet ceſſauerit dignitas Cardinala-
tus: & propterea non exigitur nouus conſen-
ſus fideiuſſoris, prout reſpondendo Deciſio-
ni prædictæ, firmauit *Rot.coram ſan.me. Greg.de-*
*ciſ.*445.*n.*3.*& ſeqq.præſertim n.*7.

6 Minus retardari valet ex eo, quod promiſ-
ſio facta fuerit, dùm Princeps erat Cardina-
lis, & ſub expreſſione Cardinalatus, quo ceſ-
ſante, ceſſauerit etiam ipſa promiſſio, quia
talis expreſſio apparet facta demonſtratiuè ad
indicandam perſonam, cui erat facienda ſo-
lutio, quæ ſemper in dubio potiùs contem-
plata cenſetur, quàm Dignitas iuxta doctri-
nam *Bart.in l.Centurio num.*31.*ff.de vulg.Gratian.*
*cap.*541.*n.*1.*&* 2.*Rot.coram ſa.me.Greg.deciſ.*516.
*num.*8.*& ſeqq.& coram Penia deciſ.*500.*n.*13.*iuxtà*
primam impreſſionem.

7 Idque clariùs ex eo conuincitur, quia in
Cedula expreſſum fuit tempus durationis,
nempè ad vitam Cardinalis,& ad vitam ipſius
Nerlij, quæ expreſſio indicat, fuiſſe contem-
platam perſonam, non dignitatem, vt aduer-
tit *Abb.in cap.mandata Cæleſtia ſub nn.*1.*verſ.quia*
*ex tranſacta de præſumpt.Dec.conſ.*601.*n.*6.*verſ.&*
*hoc idem Menoch.conſ.*146.*n.*12.*& in tract.de præ-*
*ſumpt.lib.*4.*præſumpt.*123.*n.*11.

8 Imò illa præſtita fuit in executionem lite-
rarum Apoſtolicarum, in quibus habetur
Decretum, quod Cedula præſtaretur ad fauo-
rem Camilli Cardinalis, quando enim expri-
mitur nomen proprium alicuius, licèt poſteà
adijciatur etiam nomen dignitatis, perſona
magis, quàm dignitas contemplata videtur
Abb.in d. cap.mandata Cæleſtia ſub num. 1. *verſ.*2.
*moueor.Lotter.de re benef.lib.*2.*quæſt.*9.*nn.*56.*&* 57.
*Rot.coram Mantica deciſ.*150.*nu.*5. *& in rec.deciſ.*
53.*n.*4.*in fine par.*1.

9 Nec dicatur, quod mutatio Status Penſio-
narij fuerit præiudicialis eidem Nerlio, dum
per dimiſſionem habitus, & Matrimonium
contractum amiſit regreſſum, quo mediante
poterat faciliùs conſequi ſatisfactionem. Nam
Nerlius non ſe obligauit contemplatione di-
cti regreſſus, nec valet de eo opponere, cùm
fuerit adiectus fauore ſolius Principis, qui etiã
durante Cardinalatu, poterat eo vti, vel non
vti prout ſibi magis expediebat *Mohed.deciſ.*36.
*circa medium verſ.nec obſtat de renunc.Put.deciſ.*36.
*per tot.lib.*2.*& in rec.deciſ.*119.*circa finem verſ.di-*
*citur præterea par.*4.

10 Exceptio verò excuſſionis facili negotio
tollitur; Nam vltrà ea, quæ fuerunt deducta
per informantes, & ſignanter, quod benefi-
cium huiuſmodi non competit Mercatori,&
Campſori obligato per Cedulam Bancariam,
vt notat *Bald.in l.fruſtra num.*1.*&* 2.*C.de non.nu-*
*mer.pec. Curt.Sen. conſ.*6.*ſub num.*1. *verſ.ſecundo,*
*quod iſte,Grat.conſil.*28.*num.*18. *lib.*1.*Fab.de Anna*
*conſ.*82.*nu.*26.*Neguſ.de pignor.par.*8.*memb.*1.*n.*29.
*fol.*147.*Theſ.deciſ.*166.*num.*7: alijque plures ad-
ducti per *Maur.de fideiuſ.par.*2. *tit.*1. *ſect.*4. *cap.*
33.*num.*3.*& ſect.*6.*cap.*3.*num.*113. Placuit Rotæ
11 reſponſio, quod Nerlius reſpectu Penſiona-
rij non eſt fideiuſſor, ſed Principalis debitor;
cum promiſerit ſoluere etiam mortuo Titu-
lari reſeruando ſolùm ſibi iura contra ſucceſ-
ſorem in Abbatia, ideòque non gaudet bene-
ficio excuſſionis, neque priuilegio fideiuſſo-
ris, vt bene per *Alex. conſil.* 29. *num.* 35. *&* 36.
*lib.*7.*Surd.conſ.*150.*ſub nu.*57.*circa med. verſ.quod*
verum eſt, & pluribus comprobat *Gail.pract.ob-*
*ſeru.lib.*2.*obſer.*28.*n.*6.*Grat.diſcept.for.c.*164.*n.*20.
*& ſeqq. Rot.poſt Zacch. de obligat.Camer. deciſ.*22.
*n.*3.*& in rec.deciſ.*331.*n.*1.*par.*9.*to.*2.

12 Non obſtat, quod liceat ſaltem eidem Ner-
lio retinere ratam d. Penſionis pro ſoluendis
Decimis, & alijs ſubſidijs, conceſſis Sereniſ-
ſimæ Reipublicæ Venetę ab eodem ſan.mem.
Innocentio X. Quia talis conceſſio habet lo-
cum contrà Titularem, non autem contra
Penſionarium, ad cuius fauorem fuit reſer-
uata Penſio libera ab omni Decima, & ſubſi-
dio charitatiuo impoſito, vel imponendo
cum Decreto, quod Titularis, nec ſucceſſo-
res pretendere poſſint detractionem aliquam,
ſed imò de proprio obligati ſint, quamcum-
que ratam perſoluere, quibus propterea clau-
ſulis non cenſetur Pontifex voluiſſe deroga-
re, nec Penſionario præiudicare, vt alias ar-
ticulo maturè diſcuſſo, & reſpondendo con-
trarijs, firmauit *Rota coram Durano deciſ.* 48.
*ſub n.*6.*verſ.Cæterum vſque ad finem, & deciſ.*157.
*à num.*1.

13 Et huiuſmodi, & alias exceptiones modò
deductas eſſe friuolas, & irreleuantes, admiſit
ipſe-

Digitized by Google

ipſemet Nerlius, dum poſt matrimonium
contractum agnouit Principem in Credito-
rem, illique ſoluit ſcuta 3500. & dirigendo
actiones contra Titularem pro reintegratio-
ne ſummæ ſolutæ, ac liberatione à moleſtijs,
obtinuit deliberationem quamplurium loco-
rum Montium, ac etiam ſibi conſignari ſcu-
ta 4000. penès Auuerſos exiſtentia, adeout
illas amplius deducere nõ valeat, vt dixit *Rot.
coram Millino deciſ. 275. num. 4. & ſeqq, & coram
Eminentiſs. Otthobono deciſ. 105. ſub num. 18. verſ. &
deinum, & numeris ſequent.*

Et ita deciſum vtraque Parte Informan-
te &c.

ROMANA HAEREDITATIS.

Lunæ 13. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Mobilia an, & quando æſtimari poſſint per Pe-
ritos, ſi non exiſtant in rerum natura; Et in
hac materia an ſit attendendus ſtylus, proba-
tus ex atteſtatione Notarij.

SVMMARIVM.

1 *Hæres putatiuus tenetur, reſtituere hæredi verò
omnia bona hæreditaria, per eum habita.*
2 *Mobilia, etiamſi non extent, poſſunt æſtimari per
Peritos, quando illorum qualitas fuit deſcripta in
Inuentario.*
3 *Peritorum relationi eſt ſtandum circa valorem Mo-
bilium.*
4 *Stylus attendi debet in æſtimatione Mobilium.*
5 *Styli in probatione ſtatur atteſtationi Notariorum.*
6 *Periti relatio approbata videtur, ſi Pars citata ad
videndum referri ab ea non appellauerit.*
7 *Compenſatio non datur pro creditis, quæ ſunt tur-
bida, & illiquida in ſubſtantia, & in quanti-
tate.*
8 *Retentio pariter non competit pro creditis turbidis,
& illiquidis.*
9 *Inuentarium probat contra Conficientem, & illius
hæredem.*

DECISIO CCCLVI.

IN Diſputatione habita ſub die 10. Decem-
bris anni præteriti 1660. reſolutum fuit.
Mandatum contra bona hæreditaria Patris
Iuliani relaxatum ad inſtantiam Florauantis
Martinelli, hæredis ſcripti in Teſtamento
claræ mem. Cardinalis Horatij Iuſtiniani, eſſe
exequendum ſuper officio Abbreuiatoriæ de
Parco minori, necnon ſuper octo locis Mon-
tis Salis hæreditarijs eiuſdem Patris. Hodiè
repropoſita cauſa, & ſuſpenſa reſolutione
reſpectu officij, quoad loca Montis DD. ſtete-
runt in Deciſis.

1 Cum enim dictus Pater Iulianus vti præ-
tenſus hæres ab inteſtato eiuſdem Cardinalis
ſe immiſcuerit in eius hęreditate, & plura
bona hęreditaria habuerit, aſcendentia ad ſcu-
ta 9378. 61. tenetur illa reſtituere Florauanti
hæredi vero, prout per tres ſententias con-
demnatus fuit, & probat *Text. in l. ſi quid poſ-
ſeſſor 34. §. fin. iuncta gloſſ. in figuratione caſus in fin.
verſ. quod verò ſolutum eſt, ibique Caſtr. ff. de petit.
hæredit.* Et notat *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 17.
n. 5. Rot. deciſ. 184. n. 2. par. 4. diuerſ.*

2 Nec mandatum huiuſmodi impugnari va-
let ex eo, quod ſumma ſcutorum 6893. pro-
ueniat ex mobilibus, quę non reperiuntur in
rerum natura: Nam cum quantitas, &
qualitas fuerit deſcripta in Inuentario, con-
fecto per eundem Patrem Iulianum, & ad
ęſtimandum illorum valorem fuerint electi
iudicialiter Periti iuxta ſtylum Tribunalium
Vrbis, de quo teſtantur Notarij, & Practici
in hac materia. Vtique pręfatę relationi om-
3 ninò eſt ſtandum, quamuis mobilia culpa
hęredis non potuerint ſubiici oculis Perito-
rum, vt videtur ſentire *Angel. in l. 2. num. 7. in
fine verſ. ſi verò res mobilis C. de reſcind. vendit.* &
aduertit *Modern. Ridolph. in ſua praxi par. 3. cap. 2.
num. 180. verſ. valor verò bonorum, & verſ. quod ſi
hæres, & ſupponit Eminentiſs Otthobonus deciſ. 199.
num. 11. & 12.* Nam in hac materia ſtylus at-
4 tendi debet *iuxt. text. in cap. ex literis 11. de Con-
ſtit. Bart. in l. iuriſperitos 33. num. 4. ff. de excuſat. Tu-
tor. & in l. 3. §. fin. ff. de Teſtib. Surd. conſ. 377. nu. 38.
Rot. coram Buratt. deciſ. 419. num. 6.* Et in proba-
5 tione illius ſtatur atteſtationi Notariorum, vt
dixit *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 484. n. 5. & 6.*
vbi quod de eo poteſt Iudex etiam non vo-
catis Partibus extraiudicialiter ſe informare,
ibique *Add.* qui plures cumulant *n. 8. & in rec.
deciſ. 101. ſub num. 11. par. 3. & coram Merlin. de-
ciſ. 309. num. 12.*

6 Maximè cum talis relatio non ſolum in
pluribus ſit conformis pretio, retracto à Pa-
tre Iuliano ex iiſdem mobilibus, ſed etiam
tacitè fuerit approbata ab ipſo Marco Anto-
nio hęrede, dum citatus perſonaliter ad vi-
dendum referre non appellauit, nec contra-
dixit; ſed paſſus fuit ad vlteriora in cauſa pro-
cedi, vt late deductum fuit *in Tiburtina Red-
ditionis Rationis 9. Decembris 1641. coram bo. mem.
Dunozetto, in Corduben. Præſtimonij 20. Febr. 1660.
coram me, & in Romana Pecuniaria 7. Iunij eiuſdem
anni coram R. P. D. meo Priolo.*

7 Non obſtat, quod Pater Iulianus ſoluerit
quamplura debita Cardinalis, pro quibus pe-
titur compenſatio, vel ſaltem retentio. Nam
vltrà quod illa non abſorbent tertiam partem
præfatę ſummę ſcutorum 9378. 61. adhuc tã-
quam turbida, & illiquida, & in ſubſtantia,
& in quantitate non admittunt compenſatio-
nem, neque retentionem, prout de compen-
ſatione eſt *Text. in l. vltima C. de compenſat. Alex.
conſ. 93. num. 1. lib. 4. Rot. coram Buratt. deciſ. 880.
num. 5.* cum pluribus *in Romana Pecuniaria 25.
Februarij 1647. coram Eminentiſs. Cardinali Cor-*
8 *rado.* Et de retentione *Rot. coram ſan. me. Greg.
deciſ. 254. n. 3. vbi Add. nu. 8. & poſt Cenc. de Cenſib.
deciſ. 498. num. 15. & in Romana, ſeu Ianuen. Loco-
rum Montium 1. Martij 1641. coram Reuerendiſſimo
Tarraconen.*

Digitized by Google

9 Vndè ſemper ſubſiſtit, quod dictum mandatum exequi poſſit ſuper præfatis locis octo Montis Salis. quæ apparent hæreditaria eiuſdem Patris Iuliani; Tum ex eo, quod fuerunt empta ex proprijs pecunijs; Tum etiam quia fuerunt deſcripta in Inuentario, confecto per Marcum Antonium illius hæredem, quod contra ipſum conficientem plenè probat *l. fin. ibique Doctores C. arbitr. tutel. Rot. in recen. deciſ. 591. num. 1. & 2. par. 4. tom. 3. coram Merlin. deciſ. 796. nu. 1. & in Romana Cenſus 4. Iunij 1646. coram Me.*

Et ità vtraque &c.

RAVENNATEN. FIDEICOMMISSI

Luna 20. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum perpetuum inducitur ex verbis *de hæredibus in hæredes, & de maſculo in maſculum*. præſertim ſi verba fuerint directa in rem, & adſit prohibitio alienationis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum perpetuum, & deſcenſiuum importat illa verba* de hærede in hæredem, & de maſculo in maſculum.
2 *Imò important etiam fideicommiſſum reciprocum.*
3 *Amplia præſertim, ſi verba fuerint directa in rem.*
4 *Item amplia concurrente prohibitione alienationis.*
5 *Similiter amplia, quamuis deſcendens non ſit hæres bonorum, dummodò ſit hæres ſanguinis.*
6 *Et redditur ratio, ne ſit in poteſtate grauati excludere deſcendentem, non inſtituendo illum hæredem.*
7 *Hæres ſanguinis venit appellatione hæredis, quamuis non ſit hæres bonorum.*
8 *Quod facilius procedit, quando Teſtator vocauit hæredes maſculos.*
9 *Verba* de hærede in hæredem, *quando reſpiciunt futurum, idem operantur ac de deſcendente in deſcendentem.*
10 *Eluſoria ne reddatur diſpoſitio, qualibet interpretatio capienda venit.*
11 *Fideicommiſſum non cenſetur ſublatum per Diuiſionem, quando de illo non fuit facta mentio.*
12 *Præſertim ſi non conſtet de ſcientia fideicommiſſi.*
13 *Fideicommiſſum regulariter non cenſetur remiſſum per Diuiſionem.*

DECISIO CCCLVII.

1 CONSTARE, dixerunt Domini, de fideicommiſſo Antonij, purificato ad fauorē Io: Franciſci Paluccij. Siquidem idem Antonius prælegatis diuerſis ſtabilibus Hieronymo Petro, & Alexandro filijs conditionem adiecit, quod bona hæc de hæredibus in hæredes tranſire deberent; addita ratione, *perche voglio che queſta facoltà reſti trà figlioli maſchi di detto matrimonio, & s'alcuno de' miei figlioli maſchi mancaſſe ſenza figli maſchi di legitimo Matrimonio, vadi nelli ſopraniuenti, e ſe haneſſe femine, ſiano maritate ſecondo la noſtra conditione, non toccando ne ſtabili, ne poſſeſſioni, che le laſſo tant'altre Poſſeſſioni, e Caſe, che potranno ben maritarle ſenza toccare il conditionato &c.* Hæc enim verba *vadino di heredi in heredi* inducunt perpetuum, & ſucceſſiuum fideicommiſſum fauore omnium deſcendentium, vt bene in his terminis firmauit *Socin. Sen. conſ. 57. nu. 3. & ſeqq. lib. 3. Dec. conſ. 38. à nu. 3.* vbi quod dicta verba non poſſunt aliter verificari, quam per fideicommiſſum, & latiùs *Pariſ. conſ. 55. num. 2.* & pluribus *ſeqq. lib. 2. & conſ. 8. num. 6. & 7. lib. 3. Grat. conſ. 31. num. 15. & ſeqq. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 32. num. 41.* Et tenuit *Rota in Firmana fideicommiſſi 22. Martij 1658. & 9. Maij 1659. coram R. P. D. meo Taia.*

2 Imò dicta verba non ſolum important fideicommiſſum deſcenſiuum, ſed etiam reciprocum inter eoſdem maſculos, vt probat *Ruin. conſ. 151. num. 7. verſ. & hoc etiam patet lib. 2.* vbi ponderat, quod non niſi intercedente fideicommiſſo reciproco voluntas Teſtatoris adimpleri poſſet, & latè defendit *Peregrin. in conſ. 54. num. 13. & conſ. 56. num. 11. & 20. lib. 1. & in tract. de fideic. art. 32. n. 43.*

3 Fortiùs verò quia dicta verba non ſunt directa in perſonam, ſed in rem; ibi *li ſtabili, & poſſeſſioni vadino di heredi in heredi maſchi*, ideoque inducunt fideicommiſſum reale *Peregrin. conſ. 56. num. 12. lib. 1. Surd. conſ. 315. num. 20.* vbi quod tali caſu onus eſt rei iniunctum, & tranſit in quemcumque poſſeſſorem, & quilibet poſſeſſor cenſetur eo onere grauatus, idemque dixit *Rot. coram Caualer. deciſ. 34. num. 1. & 2. in rec. deciſ. 125. num. 4. & deciſ. 193. nu. 7. par. 1. & coram Merlin. deciſ. 326. n. 1. & ſeqq.*

4 Et vlterius concurrit prohibitio alienationis, & diſtractionis bonorum prælegatorum etiam ex cauſa dotis, quam prohibitionem in terminis dictorum verborum *vadino di heredi in heredi* ponderat *Socin. d. conſ. 57. num. 1. & ſeqq. lib. 3. Pariſ. conſ. 8. num. 6. & 7. lib. 3. Rot. in dicta Firmana fideicommiſſi 22. Martij 1658. & 9. Maij 1659. coram R. P. D. meo Taia.* Et generaliter de ſimili prohibitione probat *text. in l. peto 71. §. fratre ff. de legat. 2. Aym. conſ. 130. n. 10. Rot. deciſ. 216. n. 13. & 14. par. 5. rec.*

5 Non obſtat, quod Ioannes Franciſcus non ſit hęres bonorum Alexandri Iunioris vltimo loco defuncti: Nam, cum hæredes fuerint diſpoſitiuè vocati, non requiritur qualitas hęreditaria ad hoc, vt poſſint admitti ad fideicommiſſum, ſed ſufficit, quod ſint hæredes
6 ſanguinis; Ne ſit in poteſtate grauati non inſtituendo deſcendentem hæredem illum excludere à fideicommiſſo contra voluntatem, & mentem Teſtatoris, vt aduertit *Ruin. conſ. 174. ſub nu. 12. verſ. quia ergò lib. 2. Natt. conſ. 531. n. 20. & 21. Caſtill. quotid. contron. lib. 5. contron. 96. num. 33.* & firmauit *Rot. in Camerinen. Bonorum 3. Iunij 1654. coram bon. mem. Bichio, & in Interamnen. Bonorum 15. Maij 1656. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro Decano.* Et per iſtam, & alias rationes ità concludit *Peregr. de fideic. art. 32. nu. 9. verſ. ſed contrà, & num. 43.* Et de veriori teſtatur *Dec. conſ. 38. num. 6.* & plures cumulat *Fuſar. de ſubſt. quæſt. 340. num. 1. & ſeqq. & præſertim nu. 10.*

vbi

vbi quod argumenta pro huiuſmodi opinione magis ſtringunt, *& conſ.79.num.3.*

7 Vnde cum Ioannes Franciſcus ſit hęres ſanguinis, venit propriè appellatione hæredis; etiamſi non exiſtat hæres bonorum *Socin. dicto conſ.57.num.4.verſ.igitur admitti debent lib.3.Petra de fideic.quæſt.5. num. 179. Mantic.de coniect.lib.8. tit.14. num.13.& 14. Rot.deciſ.290. num.6. par.4. rec.* cum alijs adductis per *Gabr.de verb.ſignific. concluſ.a1. num. 21.* vbi dicit, concluſionem facilius procedere, quandò Teſtator vocauit hæredes maſculos, vt in caſu præſenti, *&*
8 *concluſ.3.num.1.& 3.* vbi de communi, quod prius firmauit *Bald.in l.Gallus 29.§.etiam ſi parente num. 3.verſ.tu in hoc vltimo membro, ibique Caſtr.n.4.verſ.tertiò fallit ff.do liber.& poſtb.Ruſtic. in l.cum Auus lib.3.cap.3.n.35.* & notat *Pariſ.dict. conſ.55.num.6.lib.2.*

9 Minus releuat, quod dicta verba *de hærede in hæredem* cenſeantur reſtricta ad filios primi gradus, nempè Hieronymum, Petrum, & Alexandrum, quia, cum reſpiciant tempus futurum, huiuſmodi reſtrictionem non patiuntur: Imò idem important, ac ſi Teſtator dixiſſet de deſcendente in deſcendentem; optimè *Dec.in alleg.conſ.38.n.4.& 5.Ruin.conſ.151. ſub num.7.verſ.& hoc etiam patet lib.2. Pariſ.conſ. 37.num.28.& conſ.55. num.3.& 4. lib.2.& conſ.8. num.7.& 12.lib.3.Mart.de ſucceſſ.legal.par.4.q.12. art.1.num.29.& 30.& in tract.de clauſ.par.3.clauſula 13. num.1.* & plures cumulat *Fuſar.de ſubſtit. quæſt.339.num.69.*

10 Maximè quia non eſt veriſimile, quod Teſtator ſenſerit de filijs tantum, dum poſt dicta verba *di heredi in heredi maſchi* adiecit illam qualitatem *de legitimo matrimonio*, quam bene ſciebat adeſſe in proprijs filijs; Et ideò ad euitandam ſuperfluitatem, & ne diſpoſitio in hac parte reddatur inutilis, & eluſoria; dicendum eſt, quod intellexerit etiam de Nepotibus, & Pronepotibus, & alijs vlterioris gradus *Roman.conſ.438.num.15.Fuſar.conſ.79.n.2.& in tract.de ſubſt.q.320.nu.44. Rot.coram Merlin.deciſ.206.num.16.*

11 Quod fuerit receſſum à fideicommiſſo mediante Diuiſione cum facultate alienandi, ceſſat, dum in eadem Diuiſione nulla fuit facta mentio de bonis fideicommiſſarijs, mi-
12 nuſque conſtat de ſcientia dicti fideicommiſſi, prout neceſſarium eſſe, firmauit *Rot.in Monopolitana Bonorum 16. Iunij 1614. coram bon.me. Manzanedo, & deciſ. 73. num. 2. coram ſan. mem. Greg.*

13 Et regulariter per Diuiſionem non cenſeri renunciatum fideicommiſſo, probat *Text. in l.cum Pater 79.§.hæreditatem il 2.ff.de leg.2.* & notat *Pariſ.d.conſ.55.num.13.lib.2.Peregrin.de fideic. art.52.num.18.* & dixit *Rot.deciſ.86.num.3.par.4. tom.2. rec.* cum pluribus in *Cathacen.Hæreditatis 28.Aprilis 1653.coram Reuerendiſſ.D.meo Cerro.*
Et ità vtraque &c.

BONONIEN. LEGATI.

Mercurij 22. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Conducens rem, ſuper qua Ius aliquod habet, videtur illi renunciare, nec poteſt refricare quæſtionem dominij. Et habens qualitates, requiſitas à Teſtatore de tempore purificatæ diſpoſitionis, conſequitur emolumentum, etiamſi poſtea eædem qualitates ceſſent.

SVMMARIVM.

1 *Conductor finita locatione tenetur rem conductam reſtituere, nec quæſtionem dominij refricare valet.*
2 *Conductor, negans reſtituere rem conductam, ſpoliare dicitur.*
3 *Conducens rem, ſuper qua ius prætendebat, videtur quoad dictum ius ſibi præiudicare.*
4 *Conductor tenetur reſtituere rem conductam, ſi eius prætenſum ius ſit turbidum, & illiquidum.*
5 *Qualitates habens, requiſitas à Teſtatore de tempore purificati legati, præferendus venit.*
6 *Priuatio vt inducatur, diſpoſitio debet eſſe clara.*
7 *Priuatio non habet locum, quando concurrit aliqua cauſa excuſationis.*
8 *Qualitas requiſita per Teſtatorem, ſi ceſſet poſt acquiſitum legatum, non propterea legatum amittitur.*

DECISIO CCCLVIII.

ALEXANDER Senior de Mattheſilanis diſpoſuit inter alia, quod deficientibus Bonifacio, & Alexandro Iuniore, vſusfructus nonnullorum bonorum perueniat in infinitum ad alium de agnatione, qui erit Doctor, publicè legerit, domumque ſuam inhabitauerit. Etſi plures Doctores eſſent ad illum, qui primus gradum doctoratus adeptus fuerit, & legerit.

Cum autem de anno 1653. Franciſcus de Mattheſilanis locaſſet Ioanni Carolo pariter de Mattheſilanis partem vnius Domus, contentę in dicto legato, pro libris 150. annuis. Et de anno 1657. Iſte recuſauerit ſoluere, & Domum reſtituere ſub prætextu, quod legatum ad eum ſpectaret. Dedi Dubium an, & de cuius bono Iure conſtet etiam ad effectum mandati de euacuando, quod ad fauorem Franciſci in omnibus reſolutum fuit.

1 Cum enim idem Franciſcus reperitetur in poſſeſſione dicti Legati, & vti talis approbatus fuerit ab Aduerſario, conducendo ab eo Domum controuerſam ad triennium; Ex ipſa Scriptura locationis videtur conſtare de bono Iure ipſius: Nam regula eſt ſatis clara, quod finita locatione tenetur conductor rem conductam reſtituere, nec quęſtionem dominij refricare valet, vt ad literam diſponit *text. in l.ſi quis conductionis 25.* ibi. *Si quis conductionis titulo Agrum, vel aliam quamcumque rem accepit, poſſeſſionem prius reſtituere debet, & tunc de proprie-*

tate litigare, & in l. Conductores 33. C. locat. Caſtr. in l. ſi rem alienam num. 4. & 5. ff. de pignor. act. vbi
2 ait, quod negans, reſtituere poſſeſſionem ſpoliare dicitur, *Cagnol. in l. neque pignus numer. 5. verſ. qua procedit ff. de reg. iur. Cephal. conſ. 4/. n. 40. lib. 1.* Et pluries firmauit *Rota, vt coram Merlin. deciſ. 376. num. 1. & ſeqq. in rec. deciſ. 222. n. 4. par. 8. & deciſ. 89. eod. nu. par. 9.* & latiſſimè *coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 105. à num. 2.*

3 Quæ concluſio eo facilius procedit in præſenti caſu: Tum quia prætenſum Ius Ioannis Caroli non ſuperuenit, ſed aderat de tempore conductionis; Et ſic recipiendo in locationem, videtur ſibi præiudicaſſe per ea, quæ notat *Alber. de Roſat. in l. ſi quis fundum §. fin. ff. locat.* Et ità declarat *Iaſ. conſ. 158. nu. 8. lib. 2. Caſtill.* qui plures cumulat, *deciſ. 229. num. 5. & 6.* & firmauit *Rota coram Eminentiſs. Otthobono dicta deciſ. 105. num. 6. & 7.*

4 Tum etiam quia illud apparet turbidum, & illiquidum, & ſic minus aptum ad parandam exceptionem ad fauorem Conductoris, vt aduertit *Scrader. de feud. par. 9. ſect. 11. num. 38.* & latè firmat *Rot. Bonon. deciſ. 129. num. 2. & ſeqq. Barz. deciſ. 115. nu. 14. & 15. Rot. d. deciſ. 105. nu. 8. & 9. coram Card. Otthobono.*

5 Turbiditas autem ex eo reſultat, quia ipſe prætendit legatum in vim Teſtamenti Alexandri Senioris, qui in defectum nominatorum vocauit vnum Doctorem de agnatione, & inter plures illum, qui primus gradum Doctoratus adeptus fuerit, & legerit. Vndè cum de tempore purificati legati adeſſet Frãciſcus tantummodò Doctor, & Lector, ipſe conſequenter veniebat admittendus *Peregr. de fideic. art. 29. num. 3. & ſeqq. Rota in Romana Iuris præſentandi 24. Ianuarij 1614. coram bo. me. Manzanedo, & coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 123. nu. 4. & 5. & deciſ. 244. n. 2.*

6 Nec refert, quod actu hodie non legat, quia non propterea prætendi poteſt, eum cecidiſſe à commodo legati, dum Teſtator id non expreſſit: Nam ad inducendam priuationem, diſpoſitio debet eſſe clara, & indubitata *ad text. in l. at quis §. Diuus ff. de relig. & ſumpt. funer.* Et voluit *Rot. deciſ. 717. num. 17. par. 4. tom. 3. recent. & nouiſſimè in Romana hæreditatis 30. May præteriti coram R. P. D. meo Priolo.* Cumque Franciſcus
7 non valeat legere ob ingraueſcentem eius ætatem, hæc cauſa videtur ſufficiens ad euitandam caducitatem, & pœnam priuationis *L. Ligitur 12. ff. de liber. cauſ.* latiſſimè *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 23. May 1644. coram Eminentiſs. Corrado, & in Neapolitana Hæreditatis 30. Ianuarij 1660. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & in dicta Romana Hæreditatis 30. May præteriti coram R. P. D. meo Priolo.*

8 Maximè quia ex verbis Teſtamenti non reſultat, quod Teſtator voluerit perſeuerantiam, & perpetuitatem in legendo, ſed tantum quod legerit, quod verbum benè adaptari poteſt etiam tempori præterito. Et ideò etiã ſi dicta qualitas ceſſet, non tamen ceſſat legatum, legitimè acquiſitum iuxta doctrinam *Bart. in l. ex facto 43. nu. 1. & ſeqq. ibique Rip. n. 17. ff. de vulgar. Bald. in l. generaliter num. 6. C. de Epiſc. & Cler. Tiraq. in tract. ceſſ. cauſ. limit. 4. n. 1. & ſeqq. Cald. recept. ſent. lib. 1. quæſt. 20. ſub num. 71.* Et firmauit *Rot. deciſ. 733. num. 8. par. 2. rec.* & latiùs *in deciſ. 717. nu. 3. & ſeqq.* vbi multipliciter exemplificat *par. 4. to. 3.*

Et ità Partibus hinc indè Informantibus deciſum fuit.

TERRACINEN. PECVNIARIA.

Lunæ 27. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Solutio facta integrè, pro toto, ac pro vltimo, & finali reſiduo importat extinctionem totalem; Et ſequuta in vim mandati, & obligationis Cameralis, ſi ſit indebita, non poteſt repeti, niſi via ordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Indebitum etiam executiuè exactum non poteſt repeti, niſi via ordinaria.*
2 *Exceſſus non præſumitur, niſi plenè ab Allegante probetur.*
3 *Verba* pro vltimo, & finali reſiduo *important, quod nihil amplius remaneat ſoluendum.*
4 *Dictio* totum *ſignificat extinctionem totalem.*
5 *Dictio* integrè *non admittit diminutionem.*
6 *Executiuè agi poteſt vigore obligationis Cameralis.*
7 *Coactè dicitur fieri, quod fit metu coactionis.*
8 *Dotis ſolutio, ſi fuerit reuocata, poteſt agi primæua actione.*

DECISIO CCCLIX.

NVPSIT Roſa Tarquinio Cicconio cum dote ſcutorum 600. quam ſoluere promiſit Nuncius Mandeccius frater, prout ad bonum computum ceſſit duos Cenſus, alterum ſcutorum 50. alterum verò ſcutor. 30. in ſorte.

Quia verò mortuo Tarquinio idem Mandeccius pulſatus fuit à Roſa pro ſolutione præfatæ dotis; Et de anno 1646. coactus fuit, ſoluere integram ſummam, reportata tamen retroceſſione dictorum Cenſuum, necnon obligatione de reſtituendo *illam quantitatem, ſeu quantitates, de quibus ſolutiones apparebunt.*

Hinc detecta quietantia finali dotis prædictæ, ſequuta vſque de Menſe Auguſti 1616. reportauit Mandeccius mandata executiua pro reſtitutione ſummæ ſcutorum 600. occaſione ſortis, necnon etiam alia mandata pro fructibus iuxtà formam pacti, & conuentionis; Et poſt factam executionem, & reſcripta Signaturæ cum clauſula *ſine præiudicio*, ſequuta fuit actualis ſolutio.

Hodiè inſurgit de nouo Roſa, & prætendit, Mandata prædicta, vti exceſſiua, eſſe reuocanda: Sed dato Dubio, negatiuè reſponſum
1 fuit: Et omiſſa diſputatione, an poſt extinctum debitum, & factam ſolutionem ſit amplius locus reuocationi mandati, & executionis,

nis, vel potius agendum veniat via ordinaria pro indebiti repetitione, vt aduertit *Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 6. nu. 208.* vbi teſtatur de ſtylo Curiæ; *Gratian. in addit. ad deciſ. Marchia 220. num. 3. Rota coram Buratt. deciſ. 130. n. 11. & in recent. deciſ. 395. num. 6. par. 5.* cum alijs per *Add. ad ſa. mem. Greg. deciſ. 581. n. 10. verſ. in Curia.*

2 Adhuc non videtur conſtare de exceſſu, nam ille non præſumitur, niſi plenè, & concludenter ab allegante probetur iuxtà notata per *Maſcard. de probat. concl. 696. nu. 11. Rot. deciſ. 306. num. 26. par. 7. recent. & in Romana Domus 24. May 1655. coram R.P.D. meo Albergato.*

3 In præſenti verò caſu tantum abeſt, quod doceatur de exceſſu, quod imò appareat de contrario: Nam eſt certum, quod dos fuit integrè ſoluta de anno 1616. vt denotant verba Inſtrumenti: ibi *pro vltimo, & finali reſiduo dotis eidem Roſa conuenta &c. de quibus, & tota dote præfata ſupradictus Tarquinius vocauit ſe quietum, contentum, & integrè ſatisfactum, promittens dictum Nuncium, omnemque alium Promiſſorem dicta dotis &c. vlterius non moleſtare, nec inquietare &c.* Verba enim *pro vltimo, & finali reſiduo* important præcedentes ſummas fuiſſe ſolutas, & nihil amplius ſoluendum remanere per *text. in l. 2. C. de hered. inſtit. Caſtr. in l. ſi ex pluribus 89. num. 2. ibique omnes ff. de ſolut.* & vltrà adductos per *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 3. num. 3.* firmauit *Rota deciſ. 256. n. 20. & deciſ. 328. n. 31. par. 9. rec.*

4 Et alia verba *pro tota dote* demonſtrant ex-
tinctionem totalem *l. quæſitum 76. §. quæſitum ff.*
de legat. 3. Rot. deciſ. 209. num. 18. & 19. par. 4. to. 2.
5 *recent.* Prout etiam verbum *integrè* non admit-
tit diminutionem *l. nomen debitoris 23. §. final.*
ff. de legat. 3. Rot. deciſ. 300. n. 10. par. 1. rec.

6 His poſitis, cum de anno 1646. reiterata fuerit ſolutio pro eadem dote in alijs ſcu. 600. negari non poteſt, quod illa venirent reſtituẽda, quodque pro recuperatione competeret via executiua attento pacto, iuramento, & obligatione Camerali vallato *iuxtà conſil. Cephal. 439. num. 16. Rot. poſt Zacch. de oblig. Camerali deciſ. 69. n. 1. & deciſ. 270. n. 8.*

7 Nec ſubſiſtit, quod dicitur ſcuta 600. non fuiſſe integrè ſoluta pro dote, ſed tantum ſcuta 520. cum reliqua 80. exburſata prętendantur pro reſtitutione dictorum duorum Cenſuum: Nam vltrà quod contrarium reſultat ex Inſtrumento Tranſactionis, adhuc cum præfati Cenſus promiſſi fuerint exigibiles, & poſteà contrarium compertum fuerit, vt conſtat ex lite deſuper introducta: Reſtitutio non poteſt dici voluntaria, ſed coacta, vti facta metu coactionis *ad text. in l. nouiſſimo 7. ibique Bald. in princ. ff. quod falſ. tut. auctor. geſt. eſſe dicet Io. Andr. in cap. bona fides num. 1. de regul. iur. in 6. Vincent. de Franch. deciſ. 200. num. 20.* & firmauit *Rot. coram Buratt. deciſ. 482. num. 2. & 3. & in Romana Barchi 19. Ianuary 1622. coram Remboldo.*

8 Aſſignatio verò Cenſuum, ſiue datio in ſolutum non produxit liberationem, niſi reuocabiliter, imò detecta inexigibilitate, perinde eſt, ac ſi facta non fuiſſet, adeout potuerit agi primæua actione de dote *iuxtà text. in l. qui res 98. vbi Bart. n. 1. & in l. ſi quis aliam 46. nu. 2. ad fin. verſ. prædicta ff. de ſolut. Surd. conſ. 145. ſub num. 34. Boer. deciſ. 337. num. 2. Caſtill. deciſ. 5. num. 7. & ſeqq.* & probauit *Rot. in Nepeſina Pecuniaria 15. Februarij 1647. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

Et ità vtraque &c.

LVNEN. SARZANEN. BENEFICIORVM.

Lunæ 27. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus non transfertur in fideicommiſſarium particularem abſque Ordinarij conſenſu, qui non præſumitur niſi per ſpatium 30. annorum cum obſeruantia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniuſta nunquam tranſit in iudicatum.*
2 *Iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſarium particularem ſine conſenſu Ordinarij.*
3 *Ordinarij conſenſus non præſumitur ex lapſu 30. annorum, niſi concurrat obſeruantia.*
4 *Ordinarij conſenſus non præſumitur, deficiente tempore 30. annorum.*
5 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris, nec extenditur de caſu ad caſum.*
6 *Donatio facta filijs, & hæredibus requirit vtramque qualitatem.*
7 *Gratia, quando non eſt iuſtificata, non venit exequenda.*
8 *Literæ Apoſtolicæ ſi fuerint iuſtificatæ, debent executioni demandari.*

DECISIO CCCLX.

IOANNES Franciſcus Promontorius, ſub narratiua quod præſentatus fuerit à maiore parte Patronorum, obtinuit non ſolum literas Apoſtolicas ſub dicta conditione *dummodò maioris partis illorum accedat conſenſus*, ſed etiam ſententiam fauorabilem per contradictas pro earum executione: Cumque prætenderetur, illam feciſſe tranſitum in iudicatum. Dubitaui, An conſtet de re iudicata vel potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum. Et negatiuè quoad primam partem, affirmatiuè verò reſpectu ſecundæ reſponſum fuit.

1 Etenim ſententia iniuſta nunquam tranſit
in iudicatum: Et iniuſtitia ex eo deducitur,
quia Iuſpatronatus controuerſum, vt ſeries
facti rectè exponitur in prima Deciſione Re-
uerendiſs. D. mei Decani, peruenit ad quin-
2 que filios Auguſtini Griffi: Et licet Promon-
torius præſentatus fuerit à Franciſco filio adoptato per Catharinam, & ſic contendat, habere vocem Nicolai vnius ex filijs ſupradictis. Et tanquam præſentatus ab Anna prætendat pariter, habere medietatem vocum Io: Antonij, Barnabæ, & Hieronymi, de quibus in Arbore. Adhuc per huiuſmodi præſentationes non iuſtificat ſuam narratiuã, quod præ-

 ſen-

ſentatus fuerit à maiori parte Patronorum: Nam vox Nicolai, etiam admiſſa illius voluntate, non potuit tranſire in adoptatum, ſubſtitutum per fideicommiſſum particulare in dicto Iurepatronatus, niſi cum conſenſu Ordinàrij, vt probat *Dec.conſ.127. nu.2.* quem ſequitur *Lambertin.de Iurepatronatus lib.1.part.2. quæſt.2.art.35.num.9.fol.mihi 335. Garz.de benefic. par.5. cap.9. num.19. Emanuel Coſta in repet. cap.ſi Pater num.6. in fine verſ.vltimo ſubinſertur de Teſtam.in 6. verb.Trebellianica*, & firmauit *Rot.deciſ.542.num.16.par.5.recent.*

3 Nec talis conſenſus præſumi poteſt attento lapſu annorum 30. & vltrà; dum deficit obſeruantia, vt aduertit *Gabr.de præſ.concl.1.n.64. Rot.in recent.deciſ.311. numer.2. in fine par.1. Comitol.deciſ.77.num.14.& ſeqq. Duran.deciſ.56.n.6. & coram Eminentiſs.Otthobono deciſ.159. nu.11. & deciſ.220.num.23.*

4 Illa verò, quæ deducitur ex ſententia, lata de anno 1608. ſuper executione Breuis Pauli V. non videtur ſuffragari, dum adhuc facta non erat adoptio. Et altera de anno 1639. fuit lata à Iudice ſeculari, qui in illis partibus vocatur Vicarius, & à die adoptionis ſecutę vſque ad tempus motæ litis non adeſt, niſi curſus annorum ſexdecim, quod tempus non eſt ſufficiens, ad præſumendum dictum conſenſum *Imol.in cap. peruenit num.10. verſ.nota ex prædictis de empt.& vendit. Alex.conſ.1. num.20. & conſ.17.nu.8.lib.4. Rot.poſt Cenc.de Cenſib.deciſ.27. num.3.* cum alijs per *Addent.ad ſan.mem.Greg.deciſ.354.num.18.*

5 Nec dicatur, quod Breue ſupradictum ſuppleat conſenſum Ordinarij; quia illud non fuit obtentum ſuper eo, quod Iuſpatronatus deberet tranſire in filium adoptiuum hæredē fideicommiſſarium, ſed tantum ſuper commutatione voluntatis Nicolai ad effectum, vt Catharina poſſet adoptare filium: Vndè gratia Pontificis non poteſt operari in ijs, in quibus non fuit obtenta, & de quibus non apparet facta expreſſa mentio per *text.in cap.paſtoralis 19.de priuileg.ibique Feliu.num.8.verſ.regula eſt, Rot.in addit.ad deciſionem 2.num.2.& 5.de fil.preſbyt.in nou.& coram Verall.deciſ.8.n.6.par.1.*

6 Minus iuuari poteſt medietate vocum Io: Antonij, Barnabæ, & Hieronymi, quia dicta medietas deuenit ad Claram, hæredem vniuerſalem Mariæ donatariæ eorumdem, nec poteſt prætendi ab Anna altera filia præfatæ Mariæ: Quia ipſa apparet excluſa in Teſtamento Matris, & donatio facta fuit filijs, & hæredibus, ideoque requiritur etiam qualitas hæreditaria *l.ſi hæredi plures 5.ff.de condit.Inſtit. Aretin. in cap. ſignificauit num. 3. verſ. ſed poſito de Teſtib. Couar.var.reſol.lib.2.c.18.n.7.verſ.tertiò ſi proximè*, & pluribus probat *Pariſ.conſ.48. num.9.& ſeqq. lib.4. Gabr.conſ.196.num.5.lib.2. Rot.coram Achill. deciſ.9. nu.1.& per totam de Iurep.* & fuit dictum *in Imolen. Decanatus 27.Maij* 1652. *coram R.P.D. meo Veroſpio.*

7 Quibus poſitis gratia Promontorij nullo modo poteſt dici iuſtificata. E conuerſo verò cum Griffus præſentatus fuerit à Clara hære-
8 de vniuerſali Mariæ, in quam deuenerunt pro medietate vocem Ios Antonij, Barnabæ, & Hieronymi, & vlterius iuſtificet Clericatum, valorem Beneficiorum, omniaque narrata in gratia, eius literæ veniunt exequendæ *cap. ſi capitulo, ibique gloſſ. verb. exequatur de præbendis vers. cum vulg.*

Et ità vtraque &c.

IANVEN. PECVNIARIA.

Lunæ 27. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Suſpectus de fuga non poteſt iurari aduena, qui ſtabilia poſſidet in loco contractus, & deſtinatæ ſolutionis, & ſi carceratus fuerit, carceratio non ſuſtinetur, nec cenſetur approbata per fideiuſſionem præſtitam de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Suſpectus de fuga non poteſt iurari Debitor in loco, vbi reperitur per tranſitum, ſi in loco contractus, & Domicilij bona ſtabilia poſſidet.*

2 *Suſpectus de fuga dicitur ille, in quo cadit ſuſpicio amittendi creditum.*

3 *Suſpectus iurari non poteſt, qui poſſidet ſtabilia.*

4 *Roma dicitur communis Patria.*

5 *Peregrinus, Romæ apprehenſus, an habeat ius reuocandi Domum.*

6 Text.in l. qui Romæ ff. de verb. oblig. *declaratur.*

7 *Suſpectus de fuga iurari non poteſt Aduena, qui poſſidet ſtabilia in loco Contractus, & deſtinatæ ſolutionis.*

8 *Suſpectus de fuga non poteſt iurari debitor, niſi probetur, quod poſt contractum debitum deteriorauerit conditionem ſuam.*

9 *Et hanc opinionem tenent quamplura Tribunalia.*

10 *Illamque amplexa fuit Rota Romana.*

11 *Et deterioratio conditionis concludenter probari debet poſt ſequutam capturam.*

12 *Nouatio ex quibus dicatur inducta.*

13 *Suſpectus de fuga non cenſetur approbare carcerationem per fideiuſſionem, & iuramentum præſtitum de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo.*

14 *Carceratio Principalis quando eſt nulla, corruit etiam obligatio fideiuſſoris cum omnibus inde ſecutis.*

DECISIO CCCLXI

CVM Hector Martinus promiſerit per Inſtrumentum publicum, in loco Alaſci ſoluere Bernardo Multedo, ſeù cui ipſe mandauerit petias 2000. ab octo Realibus, & dictus Bernardus præfatum creditum ceſſerit Bartholomæo Comiti, iſte iurauit hic in Vrbe Martinum de fuga ſuſpectum, qui ad euitandam carcerationem, dedit fideiuſſores de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo: Cumque contra eoſdem fuerit relaxatum mandatum. Dubitaui, an illud eſſet exequendum,

dum, & negatiuè reſponſum fuit.
1 Nam cum Hector debitum contraxerit in
loco Aleſci, vbi Domicilium, & bona habe-
bat, vt deponunt Teſtes *Summ.num.6.* non po-
terat ſuſpectus iurari in Vrbe, ad quam acceſ-
ſerat deuotionis cauſa, vt notat *Dec. conſ. 75.*
ſub num. 1. verſ.obſtant, & vlt. vſque ad finem,
2 vbi quod iura, quæ conſiderant aliquem ſu-
ſpectum, loquuntur quando adeſt periculum
ne perdatur Creditum, *Roland.conſ.65. num. 29.*
verſ.penult. lib.3. Neuizan.conſ.52. num.20. & 21.
Cyria.controu.464. ſub num.20. & 21. & firmauit
Rot.coram Penia deciſ.1164.n.3. & 4.
3 Non obſtat, quod Hector in loco Domi-
cilij haberet alia debita, quia illa nullo modo
iuſtificantur; Et debitum contractum cum
Camera Ianuenſi occaſione fideiuſſionis præ-
ſtitæ pro Pigna, probatur fuiſſe ſolutum, &
extinctum; Et dum Camera accepit poſſeſſio-
nem plurium bonorum, & poſteà illa rela-
xauit, hoc clarè demonſtrat, ipſum poſſidere
bona, nec potuiſſe ſuſpectum allegari iuxta
notata per *Menoch.de arbitr.iudic. caſ.87. num.13.*
Gratian.forenſ.diſcept. cap.875. num.11. & 12. Bor-
guin.Caual.deciſ.1.num.1.par.1. Rot.coram Duran.de-
ciſ.80.num.6.
4 Minus facit, quod Roma dicatur commu-
nis Patria, vbi propterea Hector legitimè ap-
prehenſus fuit *ad text.in l. Roma 33. ff. ad munici-*
5 *pal.* Quia hodie non quæritur, an ibidem ipſe
conueniri poſſit, & tanquam peregrinus ha-
beat ius reuocandi Domum, ad quem effe-
ctum pro eius parte adducitur *text.in l. 2. §.le-*
gatis, ibique gloſſ. verb. ob aliam cauſam, & Bart.
num.3. & latè Barboſ.num.16. & ſeqq. & præſertim
num.345. ff.de iudic. Iaſ.in l.qui Romæ 122. num.12.
ff.de verb.obligationibus, vbi quod diſpoſitio *text.*
in d.l.qui Romæ habebat locũ antiquitus, quãdo
6 Roma erat Domina totius mundi, & ſequitur
Gratian. cap.569. num.15. ſubdens hodie, non
dari amplius iſtud accidentale, & commune
Domicilium *Rot.deciſ.2. de for.compet.in antiq.*
7 Sed quæritur, an potuerit in Vrbe iurari de
fuga ſuſpectus, dum in loco, vbi fuit celebra-
tus contractus, & deſtinata ſolutio, plura bo-
na ſtabilia poſſidebat, quod eſſe abſurdum, &
ridiculum, dicit *Bald.conſ.285. num. 2. lib.1.* vbi
ponderat, quod hoc modo omnis Aduena
etiam ditiſſimus vbique ſuſpectus eſſet, & il-
lius dictum refert, & ſequitur *Natt. conſ. 430.*
num.15.
8 Libentiùs verò denegarunt Domini execu-
tionem prædicti mandati, quia non docetur,
quod poſt contractum debitum idem Hector
deteriorauerit conditionem ſuam, quod eſſe
neceſſarium firmat *Bart. in l.ſi Creditores 15. ſub*
num.1. verſ.nam prius eſt videndum de priuileg.cre-
dit. Angel. qui ex iſto capite dicit obtinuiſſe de-
ſtrui mille capturas, *in l.ſi ab arbitro §.qui ex cau-*
ſa num. 2. ff.qui ſatiſd.cogant. Roman.conſ.320.nu.3.
vbi quod imputandum eſt ei, qui cum tali
debitore contraxit, *Pariſ.conſ.101. num.5. lib.3.*
Felin.in cap.ſignificauerunt nu. 15. verſ.limita etiam
de Iudic. Menoch.de arbitr.iudic. caſ.87. n.16. alioſ-
que cumulat *Gratian. cap. 875. num. 13. & ſeqq.*
dicens, tali caſu cẽſeri approbatam pro idonea
perſonam Debitoris, *Cyriac.dicta controu. 465.*
à num.4.
9 Quam opinionem tenent quamplura Tri-
bunalia, vt per *Cornazz.deciſ.Lucen.59.num.5. &*
ſeqq. Fontanell.deciſ. Catalon.232. per tot. Scayn.de-
ciſ.Bonon.123. num.5. Amat.deciſ.Ferrar.13. num.7.
Thomat.deciſ.Macerat.110. n.1. & 4. Borgnin.deciſ.
Fiuizan.1. n.19. & ſeqq.par.1.
10 Illamque amplexa fuit *Rot. coram Penia deciſ.*
1164. num.1. coram Caual.deciſ.329. num.2. Buratt.
deciſ.531. num.5. & 6. in rec.deciſ.490. num.5. par.1.
repetita in par.3. deciſ.500. & latè firmatum fuit
in Interamnen. ſeu Romana Nullitatis mandati 11.
Decembris 1652. coram R. P. D. meo Albergato.
11 Et iſtam deteriorationem poſt ſecutam ca-
pturam eſſe concludenter probandam, tradit
Alexand.conſ.19. ſub num.1. verſ.tamen de dicta deterio-
ratione, & numeris ſeqq. lib.3. Rot.coram Buratt.di-
cta deciſ.531. num.5. & 6. & deciſ.908. num.8. & in
allegata Interamnen. ſeu Romana Nullitatis manda-
ti 11. Decembris 1652. coram R. P. D. meo Alber-
gato.
12 Imò nedum non conſtat de deterioratione
perſonæ poſt contractum debitum, ſed nec
etiam videtur conſtare ſufficienter de credito
ex inſtrumento in actis exhibito, cum illud
videatur ſublatum per ſolutionem, vel noua-
tionem: Nam cum Bartholomæus mandaue-
rit Hectori, vt prouideret nonnullas merces
vſque ad ſummam ſcutorum quinque mil-
lium, cum obligatione ſoluendi reſiduum
deductis dictis bis mille petiis ab octo regali-
bus; Vtique dum idem Hector ordinem adim-
pleuit, licet ob ſequeſtra contra ipſum execu-
ta non potuerit prælatas merces conſignare,
vt patet ex *Summ. num. 11. & 12.* Cauſa primi
debiti fuit extincta, vel ſaltem inducta noua-
tio: adeout non potuerit agi vigore primæuæ
obligationis per *text. in l.1. ff. de nouat.* & tradit
Hieron.Palma conſ.99. num.75. Aym.conſ.167. n.9.
& firmauit *Rota coram Coccin.deciſ.102. num.1. &*
in rec.deciſ.373. n.41. & ſeqq. par.4.
13 Non obſtat, quod per Iuramentum Hecto-
ris, & fideiuſſores præſtitos de ſtando iuri, &
iudicatum ſoluendi, videatur approbata ca-
ptura, nec poſſit amplius dari de nullitate il-
lius; quia contrariam opinionem eſſe verio-
rem, & magis æquam, teſtatur *Peguer.deciſ.74.*
num.3. & 4. Ac proindè fideiuſſionem præſti-
14 tam cum omnibus indè ſecutis eſſe nullam,
ac nullius roboris, & momenti, nec vigore
illius potuiſſe relaxari mandatum, tradit *Neui-*
zan.conſ. 52. ſub num.45. verſ.ſecundum principale
dubium, & numeris ſeqq. Cancer. var.reſol. part.3.
cap.12. à num.205. Gratian.cap.875. nu.17. Cyriac.
controu.464. num.22. & 23. & firmauit *Rot. deciſ.*
490. num.1. & ſeqq. par.1. in recent. & coram Duran.
deciſ.373. num.5.

Et ità deciſum vtraque &c.

MELEVITANA RETROVENDITIONIS.

Veneris 1. Iulij 1661.

ARGVMENTVM.

Pendente iudicio in Rota omnia geſta coram alio Iudice ſunt attentata, neç excuſari poſſunt ſub prætextu diuerſitatis Cauſarum, ſi illæ ſint connexæ, vel in commiſſione adſint clauſulæ *cum annexis, & connexis, totoque negotio principali, ac quam & quas &c.*

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta in partibus pendente iudicio in Rota.*

2 *Clauſula* cum annexis, & connexis, totoque negotio principali, ac quam, & quas &c. *operantur, vt omnia cenſeantur comprehenſa.*

3 *Sententia executio, & liquidatio ſpectat ad Iudicem, qui vltimam tulit.*

4 *Attentata non poſſunt euitari ex diuerſitate cauſarum, quando illa ſunt inter ſe connexa.*

DECISIO CCCLXII.

AD formam Inſtrumenti, & pacti in eo contenti egit Saluus Cumbus contra Lazarum pro retrouenditione Prædij controuerſi, offerens pretium vna cum melioramẽtis liquidandis, pro quorum ſolutione præſtitit etiam fideiuſſores.

Et licet primo obtinuerit coram Vicario Melitæ, deindè coram R.P.D. meo Veroſpio, & tertio coram me. Adhuc tamen pendente iudicio in Rota adiuit Lazarus Ordinarium Melitæ, & citato eodem Cumbo, qui declinauit ſemper iuriſdictionem, mandatum executiuum in Vncijs 300. pro conſequutione melioramentorum contra fideiuſſores reportauit. Vndè dato dubio an conſtet de Attentatis; affirmatiuè reſponſum fuit: Quia pen-
1 dente iudicio in Rota non potuit citra vitium attentatorum, coram Iudice de partibus nouũ iudicium pro melioramentis inſtitui *iuxt. text. in cap. Dilectis 55. de appellat. Rot. coram Caualer. deciſ. 659. per totam, & coram Merlin. deciſ. 335. n. 6.* & in alijs.

2 Non obſtat, quod iudicium melioramentorum ſit diuerſum à iudicio retrouenditionis: Nam cum vtrumque fuerit introductum coram Vicario Melitæ, & poſt interpoſitam appellationem à ſententia illius, cauſa reperiretur commiſsa in Rota *cum annexis, & connexis, totoque negotio principali*, & cum clauſula *quam & quas &c.* omnia fuerunt deuoluta ad Rotam, vt notat *Sarnen. in reg. de infirm. reſign. q. 34. nu. 4. Rot. in Placentina Aquarum poſt Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. fol. 232. num. 1. & 2. & in recent. deciſ. 618. num. 6. par. 2.* cum alijs pluribus *in Romana fideicommiſſi, ſeu Attentatorum 11. Febr. & 17. Maij 1647. coram bo. me. Arguell.*

3 Minus facit, quod actum fuerit contra fideiuſsores melioramentorum, quia id factum apparet præuiâ liquidatione contra ipſum Saluum; & etiam in vim ſententiarum: ibi, *in vim Inſtrumenti ſententia, & ſententiarum.* Vndè talis liquidatio ſpectabat omninò ad Iudicem appellationis iuxtà doctrinam *Bart. in l. à Diuo Pio 15. nu. 15. verſ. quaero ff. de re iudic. in l. 20. 6. in fine, & in l. præcipimus 32. §. officijs nu. 1. & 2. C. de appell. Scacc. eod. tract. q. 11. num. 162. Rot. coram Buratt. deciſ. 22. num. 8.* cum alijs per *Addit. eundem deciſ. 556. nu. 17.*

4 Et in omnem caſum; cum materia ſit inter ſe connexa: ſaltem ex iſto capite non poſſunt euitari attentata, vt tradit *Lancellot.* qui loquitur de fideiuſſore iudicij *in tract. de attent. par. 2. cap. 20. limit. 6. num. 9. Rot. deciſ. 179. n. 7. & 8. par. 7. rec. in Cæſarauguſtana Diſtributionum, ſeu Attentatorum 26. Iunij 1645. coram Reuerendiſſimo D. meo Cerro, & in dicta Romana fideicommiſſi, ſeu Attentatorum 11. Februarij, & 17. Martij 1647. coram bon. mem. Arguelles.*

Et ità altera tantum &c.

AQVILANA CANONICATVS.

Veneris 1. Iulij 1661.

ARGVMENTVM.

Moræ purgatio ſemper admittitur ad euitãdum regreſſum; Si concurrat oblatio, & renunciatio litis, & ius Partis non ſit effectum deterius.

SVMMARIVM.

1 *Regreſſui non eſt locus, ſi quis offerat penſionem ſoluere, & liti renunciare.*

2 *Mora purgatio admittitur etiam poſt rem iudicatam ad euitandum regreſſum.*

3 *Regreſſui nunquam eſt locus, quoties non adeſt proteruia.*

4 *Proteruia ex quibus excludatur.*

5 *Regreſſus pœna vt euitetur, ſufficit oblatio.*

6 *Mora purgatio durante lite ſemper admittitur.*

7 *Mora purgatio non conceditur, niſi petita fuerit, & conſtet de oblatione ſoluendi.*

8 *Litigioſum efficitur beneficium mediante clauſula* quam & quas *appoſita in Commiſſione.*

9 *Litigioſum ſi fuerit effectum beneficium, non poteſt reſignari in præiudicium Collitigantis.*

10 *Mora ſicuti purgari poteſt agente Reſignante, ità etiam purgari valet agente Reſignatario.*

11 *Mora purgatio ſemper admittitur, quando Ius Partis non eſt effectum deterius.*

12 *Mora purgatio ſemper conceditur, donec poſſeſſio beneficij irreuocabiliter fuerit adepta.*

13 *Mora purgatio locum habet, etiamſi Regreſſus verbis ampliſſimis conceptus fuerit.*

14 *Poſſeſſione non priuat Iudex, qui nulliter, & iniuſtè procedit.*

DECISIO CCCLXIII.

ITERVM Domini, ſequendo æquitatem, reſponderunt, eſſe locum purgationi moræ, & ſic eſſe perſiſtendum in deciſis: Nam licet Lucas de Petio reſignauerit Canonicatū controuerſum ad fauorem Teſtoni, reſeruata ſibi annua penſione ducatorum 25. auri de Camera, & cum Decreto *quod deficiente Reſignatario, vel ſucceſſoribus in ſolutione, vel petentibus illam annullari, ſeu reduci. Liceret eidem liberum habere Regreſſum ad Canonicatum prædictum.* Attamen literas ſuper regreſſu non expediuit, niſi 14. Kalend. Maij 1655. Et ſic poſtquam Andreas Viola; qui ſucceſſerat in Canonicatu, & ignarus de prædictis, obtinuit de Menſe Nouembr. 1654. ſententiam ſuper nullitate penſionis ob non iuſtificatum valorem ex-
1 preſſum: Vndè, cum ipſe renunciauerit ſententiæ, & liti, & obtulerit ſoluere penſiones decurſas, & in futurum decurrendas, videtur admittendus ad purgationem moræ, vt notat *Sarnen. ſuper reg. de ſubrogan. collitigan. qu.7. verſ. ſecundus eſt*, quem ſequitur *Lotter. de re benef. lib.1. q.40. num.284. & ſeqq.* & cenſuit *Rot. in Calaguritana Prioratus 5. Marty* 1579. *& 5. Iunij*
2 1580. Vbi ampliat etiam poſt rem iudicatam coram Blanchetto, *& in Cæſarauguſtana Penſionis 13. Nouembris* 1591. *coram Cardinali Pamphilio apud Marcheſ. de commiſſ. tom.1. fol.568. Caputaqu. deciſ.9. num.2. verſ. tamen Domini par.3. Penia deciſ. 368. num.8. & 9. & num.15. & deciſ.431. per totam, iuxtà impreſſionem Venetam, in Ciuitatis Plebis Penſionis 15. Ianuarij* 1616. *coram Sacrato, & in Salamantina Beneficiorum 7. Aprilis* 1617. *coram Vbaldo.*

3 Nam quoties ceſſat proteruia, nunquam eſt locus canonizationi regreſſus, ad notata per *Anton. Auguſtin. in Epitom. de penſ. tit. de priuat. ob non ſolutionem, Sarnen. vbi ſupra q.7. §. ſecundus caſus, verſ. quod eſt verum, Lotter. de re benefic. dicto lib.1. q.40. num.278. & ſeqq. Rot. in Roſſanen. Regreſſus 26. Iunij* 1595. *coram Litta, & in allegata Cæſarauguſtana Penſionis, penes Marcheſ. tom.1. fol.568. num.4.*

4 Proteruia autem excluditur, dum poſt intimatas, & expeditas literas ſuper regreſſu, lis tantum proſequuta fuit ſuper inualiditate illius, abſque eo, quod fuerit amplius oppoſitum de nullitate penſionis. Quinimò facta
5 fuit renunciatio, & oblatio ſupradicta, quam ſufficere ad euitandam pœnam regreſſus probat *text. in l. ſi per te 9. C. de vſur. & de communi Socin. Sen. conſ.118. num.10. lib.4. Rot. coram Verallo deciſ.271. par.2.* & in his terminis *in dicta Roſſanen. Regreſſus 26. Iunij* 1595. *coram Litta, & in Ciuitatis Plebis Penſionis*, vbi quod ſi Reſignatarius ante finitam litem offert Penſiones ſoluere, ſemper ceſſat proteruia, & contumacia 15. Ianuarij 1616. *coram Sacrato.*

6 Nec refert, quod Signatura reſcripſerit cum clauſula *ſine præiudicio*, quia exinde non poteſt prætendi extinctio litis in deuolutiuo per Cōmiſſionem introductæ in Rota, qua durante ſemper eſt locus purgationi moræ, vt dixit *Rota in mox allegata Ciuitatis Plebis Penſionis 15. Ianuarij* 1616. *coram Sacrato.* Nec contradi-
7 cit *deciſ.265. num.1. & 2. par.8. recent. & deciſ.109. num.3. & ſeqq. par.9.* quia ibi nec fuit facta oblatio, nec petita purgatio moræ.

8 Minus facit, quod res non ſit amplius integra, ex quo Lucas poſt reportatam ſententiam ſuper regreſſu reſignauerit Canonicatum Colizzæ cum Penſione ſcutorum 35. monetæ. Nam cum talis Reſignatio facta fuerit lite pendente in Rota, & poſt commiſſam cauſam appellationis vſque de Menſe Septembris 1657. cum clauſula *quam, & quas &c.* Beneficium fuit effectum litigioſum, vt dixit *Rota coram Achill. deciſ.4. num.4. de penſ. & coram Put. deciſ.67. lib.2.* cum alijs pluribus *in Florentina Parochialis 26. Iunij* 1647. *coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro.* Adeò vt non potuerit reſignari in
9 præiudicium Collitiganti; Et reſignatio tanquam facta lite pendente remanſerit nulla, & attentata *cap.1. & 2. vt lit. pend. in 6. Pariſ. de Reſignat. lib.2. q.3. num.1. & ſeqq. Lancellot. de attent. lit. pend. 2. par. cap.4. in præfat. num.*301. Et nihilomi-
10 nus ſicut mora purgari poteſt agente Reſignāte, ità etiam purgari valet agente Reſignatario, vt bene per *Rot. coram Seraphino deciſ. 591. num.11.*

11 Et eo faciliùs inclinarunt Domini in hanc ſententiam, quia Penſio reſeruata in hac ſecunda Reſignatione de ſcutis 35. monetæ conſtituentibus ducatos viginti de Camera eſt lōgè maior Penſione contenta in prima Reſignatione aſcendente ad ducatos 25. ſimiles: Vndè non poteſt dici, quod Ius Partis fuerit effectum deterius, quo caſu ſemper admittitur purgatio moræ, per *text. in cap. ex literis 11. de conſtit. Rota deciſ.728. num.4. par.4. diuerſ.* Vbi quod in qualibet parte Iudicij admittitur purgatio moræ, dum Ius Partis non fuit effectum deterius, *& in recent. deciſ.640. num.4. par.4.* Et in his terminis *Penia deciſ.368. n.15. & deciſ.431. num 6.* cum duobus ſequentibus.

12 Imò, cum nulla lata fuerit ſententia canonizatoria regreſſus, ſed tantum in poſſeſſorio reintegrandæ, non poteſt dici, quod reſignans, & eius ſucceſſor adepti fuerint Canonicatum irreuocabiliter, prout requiritur, ne amplius ſit locus purgationi moræ, vt bene in propoſito firmauit *Rota in Ciuitatis Plebis penſionis 15. Ianuarij* 1616. *coram Sacrato, & in Salamantina beneficiorum 7. Aprilis* 1617. *coram Vbaldo*, & probat *Pariſ. de Reſign. lib.3. q.3. n.7. & lib.6. q.2. n.140. & qu.3. num.12.*

13 Non obſtat, quod regreſsus reſeruatus fuerit cum verbis ampliſſimis, & cum clauſula *non alias, aliter, nec alio modo*: Quia gratis dicitur, quod talis clauſula reperiatur adiecta in præfatis literis; Et tamen huiuſmodi clauſulæ operantur tantummodò, vt quælibet cauſa etiam malæ expreſſionis valoris cenſeatur cōprehenſa, non autem quod excludatur purgatio moræ, vt aduertit *Lotter. de re benefic. lib.1. q.40. num.268. & ſeqq. Rota in Camerinen. Regreſſus 1. Decembris* 1645. *& 19. Iunii* 1647. *coram bo. me. Pentingerio.* Et in his terminis procedit deciſio exaduerſo allegata 209. præſertim *num.7. & 8. par.9. in recent.*

Cum

14 Cum igitur Iudex nulliter, & attentatè proceſſerit cenſuerunt Domini, Andræam non fuiſſe priuatum ſua poſſeſſione, & conſequenter eſſe illi dandum mandatum de manutenendo, vt in puncto firmauit *Rota in Salamantina Beneficiorum 7. Aprilis 1617. coram Vbaldo*.

Et ita vtraque &c.

COMPOSTELLANA PAROCHIALIS.

Veneris 9. Decembris 1661.

ARGVMENTVM.

Patronus pendente lite præſentare non poteſt, minuſque variare, niſi variatio fiat in Colligantem,& per eam extinguatur lis, non autem prorogetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, quando vna confirmat aliam.*
2 *Præſentandus ad Parochialem debet eſſe Clericus,& legitimæ ætatis.*
3 *Præſentatio, facta lite pendente, non ſuſtinetur.*
4 *Patronus poteſt variare, ſeu accumulare, dummodò variatio, & accumulatio fiat in Collitigantem.*
5 *Declara, vt hoc procedat, quando ex variatione extinguitur lis, ſecus ſi prorogetur.*
6 *Patronus, ſemel tantùm variare, aut accumulare poteſt.*
7 *Fallit; quando cum iuramento promiſit, non variare.*
8 *Inhibitio reſpicit futura, non autem præterita, nec retrotrahitur.*
9 *Inhibitio, & ſententia, obtenta poſt aliam præcedentem Inhibitionem, eſt attentata.*
10 *Mandatum de manutenendo datur pro reuocatione Attentatorum.*

DECISIO CCCLXIV.

VACANTE Parochiali Eccleſia S. Michaelis de Marcon, quæ ſupponitur de Iurepatronatus Laicorum, publicata fuerunt Edicta, in quorum termino à maiori parte Patronorum primo loco præſentatus fuit Petrus, & ſecundo loco Hyacinthus de Pazos.

Quia verò Agnes, & Catharina Gonzales prætenſæ Patronæ ſub die 13. Iulij 1655. præſentarunt pariter primo loco Aluarum Prego, ſecundo verò Albertum de Rubianes, & deindè ſequenti die etiam tertio loco Petrum de Sanmiliano, ideò orta controuerſia inter iſtos præſentatos, cauſaque poſt plures ſententias mihi commiſſa propoſui dubium ad formam Commiſſionis mihi directæ. An conſtet de tribus conformibus. Et Domini, in ea parte, in qua pronunciatum fuit Petrum de Sanmiliano non eſſe legitimum contradictorem reſponderunt affirmatiuè.

1 Etenim reſpectu numeri nulla cadit dubitatio, & reſpectu conformitatis, res etiam eſt clara, quia vna ſententia confirmat alteram *Rot. in recent. deciſ. 292. num. 1. par. 6. coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 63. num. 1. & in Romana Domorum de Regardis 15. Ian. 1649. coram b. m. Dunoz.*

2 De validitate verò, & iuſtitia nullo modo dubitari poteſt, quia validitas reſultat ex reuolutione proceſſus, & iuſtitia ex eo, quod Petrus de tempore præſentationis coràm Ordinario, & petitæ inſtitutionis non erat Clericus, nec legitimæ ætatis, & conſequenter inhabilis ad Parochialem obtinēdam, vt notat *Garz. de benefic. par. 7. cap. 1. num. 24. & ſeqq.* aliique relati per *Vinian. de iurepatr. lib. 6. cap. 3. num. 12. & cap. 6. num. 21.* & firmauit *Rota coram Pen. deciſ. 4. num. 2. & ſeqq. & præſertim n. 10. & 11. iuxtà impreſſionem Venetam, & coram Buratt. deciſ. 21. num. 21.*

3 Nec talis defectus videtur ceſſare ex eo, quod in vim Breuis Apoſtolici prorogantis terminum ad præſentandum, ipſe Petrus de nouo præſentatus fuerit ſub die 15. Ianuarij 1656. & ſic poſt ſex menſes à die primæ præſentationis, quo tempore erat effectus habilis; nam cum lis iam eſſet inſtructa, non potuerunt Agnes, & Catharina variare,& alium præſentare *c. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* & optimè firmat *Aym. conſ. 63. n. 3. Lancell. de attent. par. 2. c. 4. in præfat. num. 668.* & hanc opinionem indubitatam dixit *Rota in Zamoren. Beneficij de Morales poſt Marcheſan. de commiſſ. tom. 1. fol. 452. qua eſt deciſ. 442. num. 6. par. 1. diuerſ. Caualer. deciſ. 280. nu. 1. & deciſ. 333. eod. nu. & in rec. deciſ. 607. n. 4. par. 5. & deciſ. 295. n. 3. par. 6.*

4 Non obſtat, quod variatio, ſeu accumulatio facta fuerit in collitigantem, quo caſu ſuſtinetur etiamſi emanauerit lite pendente, nam
5 obiectum poſſet fortaſſe procedere, ſi ex præſentatione, & variatione huiuſmodi extingueretur lis; ſed cum in præſenti caſu lis prorogetur, & protrahatur in longum, cenſuerunt DD. illam non ſuſtineri, vt aduertit *Rocc. de Curte de Iurepatr. verb. honorificum nu. 53. Creſc. deciſ. 8. num. 2. verſ. quo tamen, & deciſ. 10. per tot. de Iurepatr. Merlin. deciſ. 443. nu. 3.* & plures cumulant *Addent. ad Buratt. deciſ. 942. num. 8. Barboſ. de iure Eccleſ. Vniuerſ. lib. 3. cap. 12 ſub n. 177. verſ. verùm concluſio illa.*

6 Fortiùs verò prædicta procedunt, quia præſentatio in perſona Petri de Sanmiliano facta fuit à prædictis ſororibus tertio loco poſt duas alias præſentationes ad fauorem Prego,& Rubianes, vndè nullo modo ſuſtineri valet, nam licet Patronis Laicis conceſſa ſit variatio, & accumulatio non recedendo à priori præſentatione, hoc tamen ſemel tantùm, & vnica vice eſt eis permiſſum iuxta *conſil. Calderin. 16. de Iurepatron. Rocch.* qui dicit huiuſmodi opinionem in puncto Iuris veriorem *eodem tract. verb. honorificum num. 35. Lambert. lib. 2. par. 2. q. 7. art. 23. n. 1. & ſeqq. Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. numer. 214.* cum concordantibus adductis per *Add. ad dictam deciſ. 942. num. 6. coram Buratt. & per Barboſ. vbi ſupra dicto lib. 3. cap. 12. n. 177.*

7 Imò dum iurarunt in forma, ac promiſerunt, & ſe obligarunt cum eorum perſonis, & bonis præſentibus, & futuris, non agere, nec venire contrà ſupradictam præſentationem,

nem, volentes, quod ſuum ſortiatur effe-ctum, & vigore illius fiat titulus, & collatio, non potuerunt de nouo præſentare præfatum Petrum de Sanmlliano, vt reprobato Alexandro, & reiectis illius fundamentis, latè firmat *Lambert. de Iurepatr. par. 2. lib. 2. q. 7. art. 16. verſ. contrariam tamen ſententiam vſque ad finem, Rocch. eodem tract. verb. honorificum num. 37.* & vltrà cumulatos per *Barboſ. & addent. ad Buratt. vbi ſuprà*, firmauit *Rot. coram Merlin. d. deciſ. 443. n. 4. & ſeqq. & in nullius, ſeu Montis Alti Iuriſpatronatus 15. Iunij 1654. coram bo. me. Dunozetto.*

8 Non obſtat, quod ſententia Nuntij ſit attentata, vti lata poſt commiſſam cauſam Iudici in Curia, nam cum reportata ſententia ab Ordinario Petrus appellauerit ad Sanctiſſimum, & ad Nuntium, & coram iſto tranſportatis actis mediante Perſona legitimi Procuratoris comparuerit de menſe Ianuar. 1658. inſtando pro reuocatione ſententiæ eiuſdem Ordinarij, & tandem die 21. Maij Nuntius dictam ſenteutiam confirmauerit, vtique inhibitio Iudicis in Curia exequuta die decima nona Iunij ſubſequentis, & ſic poſt tres menſes non potuit cauſare attentata, quia inhibitio reſpicit futura, non autem præterita, nec trahitur retro *Rot. deciſ. 155. num. 6. par. 4. diuerſ. & in recent. 218. num. 9. par. 8. coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ. 233. nu. 12.* & penes *Poſt. de manut. deciſ. 289. num. 9.*

9 Quinimò nulla, & attentata videtur inhibitio, & ſententia eiuſdem Iudicis in Curia, vti obtenta poſt aliam inhibitionem præcedētem *Rota in Romana Tutela de Boncompagnis 15. Maij 1623. coram Vbaldo*. Cumque vigore il-
10 lius ſpoliatus fuerit Hyacinthus ſua poſſeſſione, venit propterea reintegrandus per viam mandati de manutenendo, quod paſſim datur pro purgatione attentatorum, vt notat *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 10. n. 10.* & pluries firmauit *Rota, vt in Vicen. Beneficij 10. Decembris 1646. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro, in Taurinen. Parochialis 20. Decembris 1647. & in Meleuitana Bonorum 15. Martij 1658.* vbi aliæ cumulantur coram me.

Et ità vna tantùm Parte Informante, altera verò ſæpiùs citata, & intimata.

ROMANA VINEAE.

Veneris 13. Ianuarij 1662.

ARGVMENTVM.

Vigore pacti reſeruationis Dominij, & ſpecialis hypothecæ appoſiti in Inſtrumento venditionis, competit aſſociatio non ſolum contra Emptorem, ſed etiam contra Tertium.

SVMMARIVM.

1 *Aſſociatio competit in vim reſeruationis Dominij, & ſpecialis hypotheca.*

2 *Dominij reſeruatio operatur, quod interim contractus dicatur potius locationis, quam venditionis.*

3 *Aſſociatio in vim pacti reſeruationis dominij, & ſpecialis hypothecæ competit etiam contra Tertium.*

4 *Retentio non datur pro Credito turbido, & illiquido.*

DECISIO CCCLXV.

IN Inſtrumento venditionis Vineæ, factæ per Angelum, & Erſiliam Coniuges ad fauorem Paltronerij pro pretio ſcutor. 1200. promiſit Emptor, ſoluere intrà ſexennium ſcuta 700. & interim fruct us recompenſatiuos pro reliqua verò ſumma accollauit in ſe Cenſum annuum ſc. 37. ½. in ſorte ſcut. 500. debitum hæredibus Lucretiæ Strinæ ex Inſtrumento rogato 11. Febr. 1599. *Summ. n. 1.*

Cùm autem idem Paltronerius nec reſiduū prædictum, nec fructus recompenſatiuos ſoluerit: quinimò compertum fuerit, quod creditum ſcut. 500. in ſe accollatum proueniebat occaſione dotis, non autem ex cauſa Cenſus, quodque fructus poſt mortem Lucretiæ ſoluti extenuauerant ſortem, prout pronunciatum fuit per duas ſententias Rotales, approbatas per Signaturam mediante reſcripto cum clauſula *ſine præiudicio.*

1 Ideò dubitaui: An dd. Angelo, & Erſiliæ Coniugibus ſit dandum mandatum de aſſociando. Et Domini reſponderunt affirmatiuè. Nam cum in Inſtrumento adſit ampliſſima reſeruatio dominij, & ſpecialis hypothecæ, ac pactum expreſſum, quod poſſeſſio nullo modo cenſeatur trāſlata in Emptorem, niſi prius ipſis Coniugibus fuerit integrè de pretio ſatisfactum, & cum clauſula *non alias &c.* Vtique vigore dicti pacti competit eiſdem aſſociatio, vt firmanit *Rota deciſ. 199. num. 5. par. 7. rec. & deciſ. 146. nu. 15. par. 9. in Romana Vinea 29. Aprilis 1648. coram Reuerendiſſ. Papien.* cum concordantibus adductis *in Romana Bonorum 29. Maij 1656. & 8. Martij 1660. coram eodem.*

2 Etenim pactum huiuſmodi operatur, vt contractus non dicatur venditionis, ſed potius locationis, vel ſimilis, vt ad literam probat *text. in l. eum manu ſata 80. §. nemo poteſt, vbi Bald. ff. de contrah. empt. Surd. deciſ. 157. num. 2. & ſeqq.* & dixit *Rota in Romana Vineæ 14. Maii 1636. coram Pirouano, in Romana Saluiani 6. Aprilis 1639. coram bon. mem. Dunozetto*, & nouiſſimè firmatum fuit *in Bononien. Mercium 11. Febr. 1661. coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

3 Non obſtat, quod Vinea detineatur hodiè à Ioſepho Bottauio Marito Magdalenæ alterius ex hæredibus Lucretiæ Strinæ: Nam ſtante dicta reſeruatione dominij mandatum de aſſociando competit etiam contra Tertium, vt pluribus comprobat *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 523. num. 15. cap. 730. num. 1. & cap. 946. num. 4.* & firmauit *Rota in dicta Romana Vinea 29. Aprilis 1648. & 17. Iunii 1652. coram Reuerendiſſimo Papien.*

4 Minus facit prætenſa retentio pro dicto credito ſcut. 500. Nam illud, vel remanſit extinctum mediante computatione fructuum indebitè perceptorum iuxtà Deciſiones, & ſen-

Digitized by Google

ſententias Rotales, vel ſaltem adeò remanſit
incertum, turbidum, & illiquidum, ne va-
leat impedire petitam aſſociationem *Rota co-
ram Caualer. deciſ. 539. num. 5. & 6. in rec. deciſ. 559.
nu. 3. par. 1. deciſ. 411. n. 24. par. 5. & coram Eminen-
tiſs. Ottbobono deciſ. 180. num. 17.*
Et ità vnica &c.

BONONIEN. PAROCHIALIS.

Luna 16. Iannarij 1662.

ARGVMENTVM.

Gratia ſi Neutri eſt conditionalis, nec exequi
poteſt, niſi doceatur de non iure tam Impe-
trantis, quam Collitigantis.

SVMMARIVM.

1 *Gratia ſi Neutri eſt conditionalis.*
2 *Negatiua non iuris impetrantis probatur ex ſenten-
tia in iudicatum tranſacta.*
3 *Negatiua prædicta ſufficienter probatur ex confeſſio-
ne propria ipſius impetrantis.*
4 *Patronus Laicus ſi non præſentet intra quadrimeſtre,
prouiſio deuoluitur ad Sedem Apoſtolicam.*
5 *Parochialis collatio ſpectat ad Papam, ſi Ordinarius
negligat per ſex menſes prouidere.*
6 *Literæ Apoſtolicæ præbent legitimum titulum.*
7 *Gratia ſi Neutri, deficiente iuſtificatione, eſt inexe-
quibilis.*
8 *Gratia ſi Neutri, vt operetur ſuum effectum, debet
expectari litis euentus.*
9 *Lis extinguitur per Renunciationem.*

DECISIO CCCLXVI.

RENVENTE Vniuerſitate loci de Gra-
nagliono, acceptare in Rectorem Mat-
thæum Menegottium, ab ipſa primo loco
præſentatum, & ſequuta reprobatione Iulij,
tanquam inhabilis, præſentati ſecundo loco.
Aduertens idem Menegottius, Parochialem
vti vacantem per annum & vltrà, ad Sedem
Apoſtolicam eſſe deuolutam; obtinuit de
ea prouideri, & literas Apoſtolicas deſuper
expeditas exequi mediante ſententia Reue-
rendiſſimi Epiſcopi Papienſis: Vndè Iulius
agnoſcens, ſe malum ius fouere, ſed adhuc
non acquieſcens, impetrauit vltimo loco
Gratiam ſi Neutri, quam Domini dixerunt
non eſſe exequendam: Moti ex eo, quia talis
1 gratia eſt conditionalis, quatenus ſcilicet nec
Impetranti, nec Collitiganti ius competat,
iuxt. conſ. Gemin. 79. num. 7. verſ. & ad dubium, &
firmauit *Rot. deciſ. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. in non.
& in recent. deciſ. 220. num. 6. par. 4.* cum alijs plu-
ribus *in Camerinen. Canonicatus 4. Iunii 1655. co-
ram R. P. D. meo Beniìnequa.*
2 Sed in caſu præſenti, licet de non iure præ-
fati Iulij videatur ſufficienter conſtare. Tum
ex ſententia Reuerendiſs. Papien. lata præuia
deciſione, canonizata per Signaturam mediā-
te Reſcripto, & clauſula *ſine præiudicio*, & in
3 iudicatum tranſacta: Tum etiam ex propria
eius confeſſione, emiſſa in literis ſuæ prouiſ-
ſionis *ad text. in l. cum precum 9. C. de liberal. cauſ.
Rot. coram Duran. deciſ. 38. num. 1. & in recent. de-
ciſ. 699. num. 2. in princ. par. 2. & coram ſan. memor.
Greg. deciſ. 89. eod. nu. vbi Add. Lit. A.*
4 Attamen reſpectu Matthæi contrarium
firmandum venit, quia ipſe prouiſus fuit à
Sanctiſſimo de Parochiali controuerſa, tan-
quam deuoluta ob non factam legitimam
præſentationem intra quadrimeſtre; Patro-
nis Laicis à iure præfixum: Et ob negligen-
5 tiam Ordinarij in prouidendo ad formam
Conſtitutionis ſan. mem. Pij V. Bullar. Nouo
tom. 2. in ord. 33. n. 4. vt conſtat ex literis ſuæ
Prouiſionis, optimè iuſtificatis, & datis in
Summ. num. 6. Quæ propterea præbent legiti-
6 mum, & ſufficientem titulum ex notatis per
Compoſtell. in cap. ſuper literis num. 19. de Reſcript.
& dixit *Rot. deciſ. 20. nu. 5. verſ. inde dicunt de con-
ceſſ. præb. in nou. in Callien. Prioratus 26. Iunii 1651.
& in Senogallien. Penſionis 5. Maii 1653. coram bon.
mem. Bichio.*
7 Vndè deficiente conditione Gratia Iulij re-
manſit inefficax, & inexequibilis iuxtà addu-
cta per *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 54. nu. 81. & 127.*
& tenuit *Rot. coram Comitol. deciſ. 115. num. 1. & 3.
& in recen. deciſ. 726. ſub num. 2. par. 2. & deciſ. 184.
num. 1. par. 4.*
8 Maximè quia idem Iulius appellauit à di-
cta ſententia Reuerendiſſimi Papien. & cauſa
per Signaturam commiſſa fuit cum clauſula
ſine præiudicio, adeout expectandus veniat euē-
tus litis, antequam gratia operari poſſit effe-
ctum ſuum ex doctrina *Gemin. in d. conſ. 79. n. 7.*
quem ſequitur *Rot. deciſ. 726. n. 3. par. 2. in rec. &
coram Buratt. deciſ. 481. n. 10.*
9 Non obſtat, quod attenta lite ceſſet deuo-
lutio: Nam vltrà plures reſponſiones datas,
ceſſat difficultas, dum idem Iulius coram
Notario, & Teſtibus renunciauit per Inſtru-
mentum publicum præſentationi de ſe factæ,
& quibuſcumque iuribus ſibi quomodolibet
competentibus, per quem actum, quatenus
adfuiſſet lis, illa remanſit totaliter extincta
*ad text. in cap. 1. de lit. conteſt. in 6. & in l. poſtquam
liti C. de pact. Imol. in clem. 1. num. 23. vt lit. pend.
Rot. coram Buratt. deciſ. 307. num. 2. & deciſ. 883.
num. 3.*
Et ità vtraque &c.

LAVRETANA CANONICATVS.

Veneris 27. Ianuarii 1662.

ARGVMENTVM.

Præſentandi quaſi poſſeſſio, & vltimus Status
attenditur pro ſuſtinenda præſentatione, &
collatione iam facta, præſertim attenta du-
bietate. Et beneficium an, & quando dicatur
Sacerdotale.

Google

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ, non iuſtificatæ, non veniunt exequendæ.*
2 *Iuriſpatronatus pertinentia probatur ex quaſi poſſeſſione præſentandi.*
3 *Præſentandi quaſi poſſeſſio, & vltimus ſtatus attenditur, quando agitur inter Prouiſos ſuper validitate collationis.*
4 *Præſentatio, electio, & ſimiles actus ſunt fructus poſſeſſionis, & vti fructus ſpectant ad Poſſeſſorem.*
5 *Status vltimus non attenditur, quando conſtat concludenter, ius præſentandi ad alium ſpectare.*
6 *Sententia non afficit non citatum.*
7 Domus, *&* familiæ *appellatione venit tam familia effectiua, quam contentiua.*
8 *Fallit, quando vocatio* Domus, *&* familiæ *eſt restricta ad certas perſonas.*
9 *Iuſpatronatus, reſtrictum ad certas perſonas, an debeat intelligi de perſonis nominandis, vel de ijs, qui debent nominare.*
10 *Status vltimus ſemper attenditur, quando eſt dubium ad quem ſpectet Iuſpatronatus.*
11 *Status beneficij non conſtituitur, niſi per ſpatium 40. annorum.*
12 *Status vltimus, & quaſi poſſeſſio præſentandi attenditur, ad effectum ſuſtinendi collationem factam.*
13 *Canonicatum in Cathedrali obtinere valet exiſtens in 21. ſuæ ætatis anno.*
14 *Sacerdotale non dicitur beneficium, ſi detur facultas celebrandi per alium.*
15 *Sacerdotale in dubio non præſumitur beneficium.*
16 *Sacerdotale ſi non ſit beneficium, onus celebrationis Miſſarum adimpleri poteſt per ſubſtitutum.*
17 *Sacerdotale dicitur beneficium, quando habet onus celebrandi per ſemetipſum.*
18 *Exceptio excludit comprehenſionem, & eximit caſum exceptum è corpore diſpoſitionis.*
19 *Obſeruantia bene demonſtrat, an beneficium ſit Sacerdotale.*

DECISIO CCCLXVII.

1 RESPONDERVNT Domini, literas Apoſtolicas non eſſe exequendas, quia deficit illarum iuſtificatio tam reſpectu pertinentiæ Iuriſpatronatus ad Philippum Carradorum, quàm reſpectu incapacitatis Angeli Bertanti; iuxtà notata per DD. *in cap. 1. de lit. conteſtat. in 6. Rot. in rec. deciſ. 251. n. 2. par. 2. & deciſ. 166. num. 1. par. 6. coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 132. num. 4. & 5. & in Lucana Vnionis 28. Ianuarij* 1647. *coram bo. me. Bichio.*

2 Etenim reſpectu pertinentiæ conſtat, quod Eminentiſſimus Protector per duas præſentationes factas videlicet de anno 1644. in perſonam Dominici Braidæ, & de anno 1647. in perſonam Eugenij Caſini, & effectum ſortitas reperiebatur in quaſi poſſeſſione præſentandi, quæ quaſi poſſeſſio bene probat pertinentiam Iuriſpatronatus, vt dixit *Rota deciſ. 606. in fine verſ. Et etiam par. 3. recent. & deciſ. 70. num. 2. par. 8. coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 230. num. 4. & 5. & in Sulmonen. Beneficij 25. Iunij 1646. coram b. me. Pentingero.*

3 Et ſic attendendus erat vltimus ſtatus, & ſola quaſi poſſeſſio præſentandi, dum quæſtio non erat inter Collatores ſuper pertinentia Iuris conferendi, aut præſentandi, ſed inter Prouiſos ſuper validitate Collationis, vt notat *Aym. conſ. 322. num. 5.* & declarauit *Rot. deciſ. 154. num. 3. & 4. par. 1. recen. Buratt. deciſ. 776. à num. 11. Merlin. deciſ. 501. ſub num. 10. verſ. ſed quiequid ſit, & numeris ſeqq. cum alijs in Lucana Capellaniæ 1. Iulij 1650. coram bon. mem. Bichio, & in Aſculana Iuriſpatronatus eodem die, & anno coram Reuerendiſs. Papien.*

4 Ac conſequenter præferendus erat is, qui fuit prouiſus ab vltimo Poſſeſſore, cum collatio, electio, & præſentatio ſint fructus poſſeſſionis, & vti fructus ſpectent ad Poſſeſſorem *Aym. d. conſ. 322. num. 5. verſ. hoc ità præſuppoſito, Mareſcott. var. lib. 1. cap. 55. num. 12. & ſeqq.* aliosque cumulant *Add. ad ſan. me. Greg. deciſ. 77. ſub num. 12.*

5 Nec refert, quod vltimus ſtatus non veniat attendendus, quando vel per rem iudicatam, vel per Partis confeſſionem, vel demum per Inſtrumentum publicum apparet, ius præſentandi ad alium pertinere, vt firmatum fuit in *deciſ. 374. num. 5. par. 1. rec. coram Merlin. deciſ. 450. nu. 4. & in d. Aſculana Iuriſpatronatus 1. Iulij 1650. coram Reuerendiſs. Papien.*

6 Siquidem in præſenti caſu non deducitur confeſſio Partis: Et de re iudicata non conſtat, quia ſententia Vicarij declarans, ius præſentandi ſpectare ad Robertum Patrem Philippi, vti lata non citato Protectore, illi non præiudicat *ad text. in l. de vnoquoque 47. ff. de re iud. Rota coram Seraph. deciſ. 1477. num. 2. & in rec. deciſ. 3 3. num. 34. par. 9.*

7 Inſtrumentum verò, quod exhibetur ad probandum, quod Iuſpatronatus ſpectet, ad Carradoros, patitur difficultatem: Nam licet Margarita fundatrix quatuor Canonicatuum in Alma Domo Lauretana voluerit, quod nominatio vnius ſpectaret, & pertineret ad Domum de Carradoris, ſub quibus verbis videtur comprehendi tàm linea effectiua, quàm contentiua iuxtà notata per *Gabrielem conſ. 132. num. 59. & 60. lib. 1. & per Gratian.* qui alios cumulat *diſcept. forenſ. cap. 645. num. 3. & ſeqq.* & dixit *Rota deciſ. 697. n. 5. & 6. par. 1. rec. & coram Merlin. deciſ. 66. à n. 4.*

8 Nihilominus poſteà ſubiunxit *videlicet de dicto Io. Baptiſta eius viro, & D. Felice eius Cognato, & fratre ipſius Io. Baptiſtæ.* Vndè cum Philippus Carradorus, nec à Io: Baptiſta, nec à Felice deſcendat, non poteſt iuuari dicta diſpoſitione: Vocata enim Domo, & familia certarum perſonarum non venit tota linea contentiua, ſed deſcendentes tantum à nominatis *Bartol. in l. cum ità 33. §. in fideicommiſſo num. 1. ibique Caſtrenſ. num. 4. ff. de legat. 2. Rot. coram Merlin. deciſ. 450. num. 6. & ſeqq. & deciſ. 669. à num. 22. coram Emminentiſſ. Otthobono deciſ. 217. num. 3. in Placentina Canonicatus 16. Martij 1648. coram Reuerendiſſimo Royas, in Romana fideicommiſſi de Cerronis 12. Iunij 1651. coram Reuerendiſſimo D. meo Cerro, cum aliis per Fuſar. de ſubſtitut. quaſt. 359. num. 12. & 13.*

9 Et quamuis replicetur exaduerſo, dicta verba eſſe intelligenda de perſonis nominandis, non autem de iis, qui debebant nominare iuxtà notata per Spadam, qui ſcripſit in huiuſmodi cauſa *conſ.7.num.6. verſ.non minor difficultas lib.3.* Attamen negari non poteſt, quod
10 materia ſit dubia, & apta etiam ad recipiendam contrariam interpretationem, quo caſu attenditur ſemper vltimus ſtatus, & quaſi poſſeſſio Collatoris, in qua interim manutenéri debet per *text.in cap.querelam de elect. & cap. conſultationibus de Iurepatr.* & vltrà relatos per *Ciarlin.contrau.211.n.69.& 70.& per Add.ad Buratt.deciſ.776.n.11.& ſeqq.* firmauit *Rot.deciſ.435. à num.1.par.2.rec.*

11 Nec quicquam faciunt præſentationes antecedentes: Nam vltrà quod non conſtituunt aliquem ſtatum contrarium, dum non concurrit ſpatium 40. annorum, prout requiritur ad dictum effectum *Franch. in cap.cum de beneficio ſub num.5. de prabend.in 6. Lotter. de re benefic. lib.1.q.34. num.45. Rota coram Seraph. deciſ.950. num.2.& in rec.deciſ.50. nu.7.par.7.* Adhuc cum
12 agatur de ſuſtinenda prouiſione iam facta, ſola quaſi poſſeſſio ſufficit, & vltimus ſtatus venit attendendus, vt bene aduertit *Rota deciſ. 229.n.2.& 3. par.1.rec.* & notant *Add.ad ſa.mem. Greg. deciſ.77.circa fin.*

13 Reſpectu verò incapacitatis Angeli deficit etiam iuſtificatio: nam cum de tempore prouiſionis compleuiſſet annum vigeſimum, & attingeret vigeſimum primum, poterat intra alium annum promoueri ad Ordinem Subdiaconatus, & remanebat habilis pro Canonicatu in Eccleſia Cathedrali iuxtà diſpoſitionem Sacri Concilij Trid. *ſeſſ.24.cap.12.de refor. ibique Barboſ. num.40.idem Barboſ. in collect.deciſ. collect.15.nu.11.de Canonic.& Dignit.cap.13.nu.9. & 10.& de offic.& poteſt. Epiſc.allegat.60. num.70. Leſſ.de Iuſt.& Iur.lib.2.cap.34. dubit.20.num.110. verſ.vndè ſequitur, latè Gratian.diſcept.for.cap.591. num.1.& ſeqq.* & vltrà relatos per *Modern.Tondut.quaſt.benefic.par.2.cap.3.§.12.num.3.* firmauit *Rot.coram Seraph.deciſ.500.n.1.*

14 Nec ſubſiſtit, quod ex diſpoſitione Teſtatricis Canonicatus eſſet Sacerdotalis, quia ex lectura contrarium expreſsè conuincitur, dum mandat, quod Canonici Miſſas celebrent, ſeu celebrari faciant, & ità etiam diſponit Breue ſan:mem: Pauli V. ibi, *pro quatuor Clericis, ſeu Presbyteris, qui per ſe ipſos, vel per alios teneantur celebrare miſſas ordinatas à Teſtatrice*, quæ verba
15 excludunt, quod beneficium ſit Sacerdotale: Prout tale in dubio non præſumitur *Gabr. conſ.191. num. 1. lib. 1. Rota in Lucana Capellania 17. Decembris 1593. coram Gypſio, & in Tiraſonen. Beneficij 20. Maij 1658. coram R.P.D. meo Priolo.*

16 Et operantur, quod onus celebrationis Miſſarum bene poſſit adimpleri per ſubſtitutum *Dec.in cap.cum omnes in ſecunda lectura num.55. de Conſtitut.Cardin.in cap.de multa §.fin.ad finem verſ. quinto quæro de præben. Rot.coram Buratt. deciſ.92. num.2.*

17 Et quod, ad inducendam qualitatem Sacerdotalem, neceſſaria ſit expreſſio, vt miſſas per ſe ipſos celebrare debeant, firmat *Garz. de Benefic.par.7.cap.1. num.85. & ſeqq.* inquiens ità pluries fuiſſe declaratum per Sacram Congregationem Concilij, *Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 5. numer.74. & 75.* Et vltrà plures cumulatos per *Adden.ad ſan.mem.Greg.deciſ.108.nu.15.* firmauit *Rota coram Merlin.deciſ.825. num.5.& ſeqq.in Lucana Capellaniæ 1.Iulii 1650.§.penult.coram bo.me. Bichio,& in dicta Tiraſon.Beneficii 20.Maii 1658. coram R.P.D. meo Priolo.*

18 Synodus verò Diœceſana non applicatur, quia excipit expreſsè hos Canonicos, aſſignando rationem, quia ij poſſunt celebrare, vel per ſe, vel per alium; virtus autem exceptionis eſt, excludere comprehenſionem & eximere rem, vel caſum exceptum è corpore diſpoſitionis *Bald.in cap.1.num.13.de Capitan.qui cur. vend. Aym.conſ.685. num.8. Surd.conſ. 416.num.10.* & alios cumulat *Vernigl.conſ.476. num.4.*

19 Et comprobat obſeruantia, cum ſæpiùs ad huiuſmodi Canonicatus admiſſi fuerint illi, qui non erant Sacerdotes, nec habebant legitimam ætatem ad Sacerdotium obtinendum *ad tex.in l.ſi de interpretatione, & l.minimè ff.de legib.* & in his terminis *Rot.coram Mant.deciſ.129. numer. 1. & ſeqq. & in Lucana Capellania 17. Decembris 1593. coram Gypſio.*

Et ità vtraque &c

IMOLEN. CENSVS.

Lunæ 30. Ianuarii 1662.

ARGVMENTVM.

Executio, facta pro fructibus Cenſus ad rationem expreſſam in Inſtrumento, non reuocatur prætextu exceſſus ex eo, quod adſit Breue moderatorium eorumdem fructuum, ſi illud non fuerit exhibitum: Nam tali caſu executio moderatur.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus impoſitio probatur ex Inſtrumento.*
2 *Terminum ſuſcipiens acceptat, & fatetur debitum.*
3 *Priuilegium non exhibitum, nec allegatum non poteſt cauſare nullitatem mandati iam relaxati, & executionis factæ.*
4 *Exceſſus non poteſt committi à Iudice, vel à Parte, niſi præcedat notitia iurium, ex quibus illæ prætenditur.*
5 *In executiuis non attenditur quod poteſt in futurum deduci, ſed quod iam deductum eſt.*
6 *Decretum irritans, appoſitum in Breui, tunc ſolum operatur, quando Pars eo vti velit.*
7 *Priuilegium habet ſemper tacitam conditionem, ſi Pars eo vtatur.*
8 *Relatum attendi debet, et non referens.*
9 *Stylus plenè, et concludenter probari debet.*

D E-

DECISIO CCCLXVIII.

CVM Patres S. Michaelis in Boſcho Creditores Iulij Pantaleonis pro fructibus Cenſus ſcutorum mille auri ad rationem 8. pro centenario, obtinuerint mandata, executionem, & ſubhaſtationem contra bona propria Ioannis illius hæredis, & inſtarent pro Decreto, & deliberando eadem bona executam: productum fuit quoddam Breue ſamei Pauli V. moderatorium dd. fructuum ad rationem 7. Vndè dubitaui, an eſſet procedendum ad vlteriora in deliberatione, vel potius executio vti exceſſiua eſſet reuocanda. Et Domini cenſuerunt ad vlteriora eſſe procedendum ad rationem ſcutorum 7. tantum iuxta formam præfati Breuis.

1 Fundamentum reſolutionis fuit, quia de impoſitione prædicti Cenſus ad rationem 8. facta per Iulium, non poteſt dubitari attento Inſtrumento publico de anno 1590. Quodque 2 Iulius illius hæres approbauerit, & confirmauerit dictum Inſtrumentum impoſitionis, apparet ex alio Inſtrumento Tranſactionis inito ſuper valore auri de anno 1629. nec non ex confeſſione facta in actis ſub die 11. Decemb. 1635. dum pulſatus ad ſoluendum fructus ad dictam rationem ſcutorum 8. ſuſcepit terminum 30. dierum: Nam terminum ſuſcipiens acceptat, & fatetur debitum *l. ad ſolutionem C. de re iudic. Rot. coram Buratt. deciſ. 144. num. 7. & deciſ. 887. num. 6. in rec. deciſ. 199. num. 8. par. 4. tom. 2. & in Bonon. Pecuniaria 9. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

3 Hinc non obſtat Breue, reportatum de anno 1617. reducens fructus ad rationem ſeptē. Qua cum non fuerit exhibitum, nec allegatum, nec tale priuilegium repetiatur in corpore iuris, non poteſt operari nullitatem mādari, & executionis anteà ſecutæ, vt eſt *text. in cap. cum perſonæ 7. de priuileg. in 6. Rot. coram Seraph. deciſ. 1350. num. 4. coram Buratt. deciſ. 144 cod. num.* cum alijs cumulatis per *Ciarlin. controu. forenſ. cap. 42. nu. 26. & per Mar. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 11. n. 3.*

4 Ad effectum enim, vt Pars, vel Iudex dicatur commiſiſſe exceſſum, neceſſe eſt, quod notitiam habeat de iuribus, ex quibus ille reſultat, vt dixit *Rota in Romana Aditionis hæreditatis coram Coccino, penes Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 69. num. 3.* Vbi quod in executiuis non atten-5 ditur, quod poteſt in futurum deduci, ſed quod probatum, & deductum eſt, *& in Romana Nullita ſ ſubhaſtationis 1. Iulij 1617. coram Caualer.* quæ non reperitur inter eius impreſſas, & eſt apud *Nigr. de ſubhaſt. deciſ. 2. num. 2.* cum relatis per *Poſt. in ſimul. tract. de ſubhaſt. inſpect. 50. num. 115. & ſeqq.*

6 Non obſtat De[illegible] irritans, appoſitum in dicto Breui, q[illegible]nus ſuffragatur, quatenus Priuilegiatu eo vti velit, & recipit eandem declarationem prout ipſum Breue, vt notat *Conar. pract. quæſt. cap. 9. ſub num. 7. verſ. quod ſi 15. Gabr. de clauſulis concl. 3. num. 24.* Vbi quod 7 ſemper ſubint[illegible]gitur d. conditio ſi Pars vtatur, & pluribus comprobat *Gratian. c. 516. num. 8. & 9.* & firmauit *Rot. in rec. deciſ. 500. nu. 3. & 4. par. 1. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 175. n. 16. & deciſ. 229. n. 6.*

8 Nec dicatur, quod talis notitia reſultet ex Inſtrumentis Ceſſionum, cantantium de fructibus ad rationem ſeptem, quia in illis nulla fit mentio Breuis, & cum ſe referant ad Inſtrumentum Cenſus, relatum attendi debet, non autem referens *Alex. conſ. 9. ſub nu. 12. lib. 5. Dec. conſ. 63. num. 6. Rot. coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 439. num. 1. & 3.* vbi quod expreſſio referentis præſumitur erronea, *in rec. deciſ. 105. num. 6. par. 8. & in Romana fideicommiſſi 23. Ianuary 1649. coram bo. me. Arguegles.*

9 Quæ dicuntur contrà oblationem, ceſſant ex facto, & ſtylus Ciuitatis Imolæ non benè probatur per fides extraiudiciales, reportatas lite pendente, ſed debet plenè & concludenter probari per Teſtes, formiter examinatos iuxtà notata per *Bart. in repetit. l. de quibus n. 22. ff. de legib. Socin. Sen. conſ. 36. num. 11. verſ. ſecus ſi ſtylus, & conſ. 39. num. 28. lib. 4. Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 12. num. 1. Rot. in recent. deciſ. 175. num. 73. par. 9.*

Ex quibus cenſuerunt Domini, procedendum eſſe ad vlteriora in deliberatione calculatis fructibus ad rationem ſeptem iuxtà formam, & tenorem Breuis ſupradicti vtraque &c.

COMPOSTELLANA PAROCHIALIS.

Lunæ 6. Februarij 1662.

ARGVMENTVM.

Patronus an, & quando poſſit variare, & accumulare. Et an præſentatio facta in Collitigantem ſuſtineatur, dum lis non extinguitur, & agitur de præiudicio ſubrogati à Papa.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, quando vna confirmat aliam.*
2 *Præſentandus ad Parochialem debet eſſe Clericus, & legitimæ ætatis.*
3 *Prorogatio operatur, vt tempus prorogatum dicatur vnum, & idem cum primo.*
4 *Patronus ſemel tantum variare poteſt.*
5 *Præſentatio, facta lite pendente, non ſuſtinetur.*
6 *Lis probatur ex ſententia præuijs pluribus actibus iudicialibus.*
7 *Lis non præſumitur calumnioſa, quando quis obtinuit ſententias fauorabiles.*
8 *Calumnia vt excludatur, quælibet cauſa eſt ſufficiens.*
9 *Præſentatio, & accumulatio in perſona Collitigantis, tunc demum ſuſtinetur, quando lis extinguitur, non autem quando prorogatur.*
10 *Præſentatio in perſona Collitigantis non ſuſtinetur in præiudicium ſubrogationis Apoſtolicæ.*
11 *Appellationi, & Commiſſioni renunciaſſe cenſetur, qui comparet coram alio Iudice.*

Digitized by Google

DECISIO CCCLXIX.

PETRVS de Sanmiliano, qui in præterita
propoſitione cauſæ noluit informare, ho-
die obtenta noua audientia impugnabat ex
pluribus, deciſionem editam ſub die 9. De-
cembris præteriti, ſed Domini his non ob-
ſtantibus exiſtimarunt, perſiſtendum in re-
ſolutis.

Etenim negari non poteſt, quod ſententiæ
1 ſint numero tres, quodque illæ ſint confor-
mes, nam prima lata fuit ab Ordinario Com-
poſtellano, altera à Domino Nuntio, & ter-
tia à R.P.D. Manfrono, & dum prima firmat,
Petrum de Sanmiliano, non eſſe legitimum
Contradictorem; aliæ verò illam confirmant
ſequitur quod ſententiæ ſint conformes, *Rota
deciſ.647.num.1.par.1.recent.deciſ.491.eodem num.
par.5.coram Merlin.deciſ.331.à principio, & in Bo-
nonien. Nullitatis. Concordiæ 19. Aprilis 1649. coram
Reuerendiſſ. Tarraconen.*

2 Et parum releuat, quod clauſula *conſtito de
tribus* debeat intelligi de validis, & iuſtis, quia
tales ſunt ſententiæ, de quibus agitur, cum
earum validitas non reuocetur in dubium, &
iuſtitia manifeſtè appareat, dùm in Petro tem-
pore præſentationis deficiebat, tàm qualitas
Clericatus, quàm legitimæ ætatis, ità vt nul-
lo modo poſſet dici habilis, ad Parochialem
aſſequendam, vt aduertit *Hoyeda de incompati-
bilitate Benefic. par.1. cap. vltimo num. 72. Pariſ. de
Reſignat. lib.4. quæſt.2. num.5. Garz. de benefic. par.7.
cap.1. n.24. & ſeqq.* & firmauit *Rota coram Buratt.
deciſ.21. nu.21.*

3 Nec tollitur obiectum ex eo, quod poſteà
ſuperuenerit Breue prorogationis termini ad
præſentandum, intrà quod Petrus factus de
nouo habilis iterum præſentatus fuit. nam
quamuis tempus prorogatum dicatur vnum,
& idem cum primo, non autem nouum tem-
pus iuxtà *Conſil. Pariſ.43. num.7. lib.1. Rot. coram
Buratt. deciſ.376. num.11. & 12. & in rec. deciſ.505.
num.1. par.3.*

4 Nihilominus hæc noua præſentatio facta
fuit ab Agnete, & Catharina Sororibus ſub
die 17. Ianuarij 1656. poſtquam die 13. Iulij
1655. præſentauerant primo loco Aluarum
Prego, & ſecundo loco Albertum de Rubia-
nès, & deinde tertio loco dictum Petrum de
Sanmiliano, vt apparet ex *Summ. num. 4. ibi,
Agnes, & Catharina &c. & dixerunt quod ſicut ha-
ctenus die 13. & 14. Iuly anni præteriti 1655. præ-
ſentauerant Aluarum Prego primo loco, & ſecundo
loco Albertum de Rubianes, & tertio loco Petrum
Sanmilian. Vt vnuſquiſque ſuo loco habeat titulum
in dicto Beneficio, ex nunc vtentes Breui, & gratia
Suæ Sanctitatis, confirmant, approbant, & ratifi-
cant, ſcripturas præſentationis, & accumulationis
ab eis factæ ad fauorem ſupradictorum Aluari Pre-
go, & Alberti de Rubianes in primo, & in ſecundo
loco, ac ſimiliter in tertia accumulatione facta in Pe-
trum Sanmilian tertio loco, & quatenus opus ſit pro
maiori firmitate hoc iterum faciunt via, ordine, &
modo, quibus hactenus dd. diebus 13. & 14. conceſ-
ſerunt &c.* Vndè cum ipſæ non poſſent, niſi
ſemel variare per viam accumulationis, hu-
iuſmodi præſentatio, & accumulatio facta
tertio loco non ſuſtinetur, prout notat *Calder.
conſ.16. de Iurepatr.* quem ſequitur *Tireqnell. in
l. Bones § hoc ſermone in regul. num.25. Garz. de Be-
nef. par.5. cap.9. num.214. Viuian. de Iurepatr. par.2.
lib.10. cap.4. num.1.* Aliique plures adducti in
deciſione, & relati per *Barboſ. de Iur. Eccl. Vniu.
lib.3. cap.12. nu.177. & de offic. & poteſt. Epiſ. par.3.
alleg.72. num.161.* Et nouiſſimè firmatum fuit
*in Bononien. Parochialis, ſeu Iuriſpatronatus de Gra-
naglione 8. Martij 1660. coram Reuerendiſſimo Pa-
pien.*

5 Idque faciliùs venit dicendum, tum quia
in præſentatione facta de perſona Aluari, &
Alberti, promiſerunt cum iuramento præfa-
tæ Agnes, & Cathatina non contrauenire,
volentes quod ſuum ſortiatur effectum, &
vigore illius fiat titulus, & Collatio. Tum
etiam quia hæc noua præſentatio ad fauorem
Petri facta fuit lite pendente inter ipſos com-
præſentatos, atque ideo non venit attendenda
*cap.1. & 2. vt lite pendent. in 6. Rota in Zamoren. be-
neficij de Morales inter diuerſas deciſ. 538. part. 4.*
repetita apud *Marcheſan. tum.1. fol. 452. Merlin.
deciſ.443. num.2. & coram Eminentiſſ. Ottobono de-
ciſ.90. nu.10.*

6 Quod autem de tempore dictæ ſecundæ
præſentationis non adeſſet lis, tollitur ex eo,
quia omnes præſentati ſe oppoſuerunt, inſtan-
tes pro inſtitutione coram Vicario Compo-
ſtellano, qui mandauit vtrique Parti, vt com-
municaret ſuas oppoſitiones, & aſſignauit eis
terminum ad probandum, vt colligitur ex
ſententia eiuſdem Vicarij, & ex Proceſſu de-
ſuper fabricato *Rot. coram Duran. deciſ.38. num.7.*
cum aliis *in Cameriuen. Canonicatus 4. Iulij 1655.
coram R.P.D. meo Beuilacqua.*

7 Nec dicatur, quod lis ſit calumnioſa, dum
Hyacinthus non docet, ſe fuiſſe præſentatum
à veris Patronis, nam præſumptio eſt ad eius
fauorem attentis duabus ſententiis reportatis
ſuper inſtitutione *Menoch. de præſumpt. lib.2. præ-
ſumpt.67. num. 22. Rot. in Triueren. Canonicatus 18.
Martij 1648. coram R.P.D. meo Verospio.* Et ta-
8 men ad dictum effectum calumnia debet eſſe
euidentiſſima, & quæ nulla poſſit excuſatio-
ne velari, & qualibet cauſa ſufficit ad illam
excludendam *Rot. in Conchen. Archipresbyteratus
poſt Marcheſan. de commiſſ. tom.2. fol.516. num.3. co-
ram ſan. mem. Greg. deciſ.27. num.7. deciſ.125. nu.4.
& deciſ.426. n.8.* ibique *Add. n.11. & coram Emi-
nentiſſ. Ottobono deciſ.90. n.12.*

9 Quod præſentatio, ſeu accumulatio in per-
ſona Collitigantis ſuperſtitis ſuſtineatur, etiamſi
ſit facta lite pendente, tollitur ex deductis in
præcedenti deciſione, in qua firmatum fuit,
concluſionem non procedere, quando lis pro-
rogatur, vt in præſenti caſu iuxtà *deciſ. Cre-
ſcentii 8. num.2. verſ. Quo tamen, & deciſ.10. per tot.
de Iurepatr. Merlin. deciſ. 442. num.3.* cum con-
10 cordantibus adductis per *Adden. ad Buratt. de-
ciſ.942. num.8.* Prout pariter non procederet in
præiudicium ſubrogationis Apoſtolicæ iuxtà
regulam de ſubrogan. vt reſpondit *Rota in
Hiſpalen. Beneficii de Xeres 20. Febr. 1604. coram
Litta,* & probat *Gonzal. ad regul.8. gloſſ.51. n.113.*

Et

11 Et ex eadem deciſione tollitur etiam aliud obiectum, quod ſententia Nuntij ſit attentata, ſtante quod in Curia ad inſtantiam Petri commiſſa fuerat cauſa appellationis, nam cum ipſe appellaſſet etiam ad Nuntium, & coram illo comparuiſſet, cenſetur renunciaſſe appellationi, & commiſſioni ſignatæ in Curia, vt in ſimili probat *Franch. in cap. cum teneamur 17. num. 4. de appellat. Rot. deciſ. 718. nu. 21. par. 4. tom. 3. recent. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 228. num. 7. & 8.*

Ex quibus DD. non attentis alijs oppoſitionibus in facto non ſubſiſtentibus exiſtimarunt perſiſtendum eſſe in deciſis informante vtraque Parte.

CALAGVRITANA DECIMARVM DE OCON.

Lunæ 27. Februarij 1662.

ARGVMENTVM.

Teſtes, quę requiſita habere debeant, & quomodò depōnere, ad probandam Immemorabilitem.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis quomodò probari debeat.*
2 *Immemorabilis tempus infinitum continet.*
3 *Obſeruantia eſt optima interpres Diſpoſitionis dubiæ.*
4 *Exemptio quando dicatur realis.*
5 *Ciſtercienſes gaudent exemptione à ſolutione Decimarum pro bonis, quæ proprijs manibus excolunt.*

DECISIO CCCLX.

PAROCHVS, & Beneficiati Eccleſiæ de Ocon, habentes aſſiſtentiam Iuris pro conſecutione Decimarum ſuper omnibus Prædijs exiſtentibus intra limites ſuæ Parochiæ, reportarunt ſententiam fauorabilem, ac executoriales Rotales pro Decimis prædictis contra RR. Monachos S. Prudentij non obſtante exceptione Tranſactionis per eos deducta, ex quo illa apparebat reſtricta ad bona, acquiſita ante Concilium Lateranenſe, & continebat pactum expreſſum, quod pro alijs poſteà acquiſitis integram Decimam ſoluere tenerentur.

Vndè aſſumpta probatione huiuſmodi pro parte Patrum, ac exhibito proceſſu compulſoriali, dedi Dubium: An, & quæ bona eſſent acquiſita ante Concilium. Et quoad illa de Obiera, del Tende, & de S. Iuſto affirmatiuè reſponſum fuit, vt in deciſ. 7. Iunij 1658. Deindè obtenta Remiſſoria, & examinatis Teſtibus, quia Parochus, & Beneficiati in reliquis inſtabant pro mandato. Dubitaui, an eſſet procedendum ad vlteriora, & ſuper quibus bonis: Et Domini quoad Tenutam ſanecarum 45. nuncupatam l'Eſtanca, & alia bona in loco del Redal, expreſſa in articulis cum ſuis confinibus reſponderunt negatiuè

1 Siquidem ex pluribus Teſtibus, in vim eiuſdem Remiſſoriæ examinatis, conſtat, bona prædicta fuiſſe per Monachos, & Monaſterium poſſeſſa à tempore, cuius initij memoria non extat, qui cum excedant annos 54. & deponant de viſu per 40. ante motam litem, quodque id audiuerint à ſuis Maioribus, qui ab alijs Antiquioribus, & Senioribus idem perceperunt, abſque eo quod nec Ipſi, nec Maiores ſui quicquam viderint, vel audiuerint in contrarium, & de publica voce, & fama per verbum fuit, & eſt, optimè probant, vt docet *gloſſ. in cap. 1. verb. memoria de præſcript. in 6.* & notat *Couar. in cap. poſſeſſor par. 2. §. 3. n. 7. Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 196. num. 1. ibique Add. Lit. A. & deciſ. 434. num. 11. & 12. in recen. deciſ. 502. num. 1. par. 4. & deciſ. 512. num. 12. & 13. part. 5.* cum concordantibus *in Hiſpalen. Decimarum 16. Iunij 1659. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

2 Vndè attenta dicta immemorabili remanet ſufficienter iuſtificata intentio Monaſterij, quod bona prædicta fuerint acquiſita ante Concilium Lateranenſe, adeout pro illis non teneatur ſoluere integram Decimam, ſed quātitatem tantummodò taxatam in Tranſactione: Nam immemorabilis tempus infinitum continet, & ſic tempus ſupra Conciliū iuxta celebre *conſ. Oldradi 254. num. 18. & ſeqq. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 19. par. 1. num. 65.* & firmauit *Rota in Conſtantien. Iuriſdictionis coram Ortembergo apud Poſt. de manut. deciſ. 438. à n. 1. num. 17. in recent. deciſ. 651. num. 3. par. 4. in Placentina, ſeu Abulen. Decimarum 12. Decembris 1650. coram me*, & latè firmatum fuit in hac cauſa ſuper remiſſoria 7. Iunij 1658. pariter coram me.

3 Nec dicatur, Concordiam huiuſmodi comprehendere ſolum bona, exiſtentia in Territorio de Ocon, & conſequenter allegari non poſſe quoad bona de Redal; Siquidem Villa de Redal eſt ſita in Territorio, & Iuriſdictione Oppidi de Ocon, vt deponunt Teſtes in *Summ. num. 10.* & comprobat obſeruantia ſubſecuta, dum Decima pro bonis prædictis fuit ſemper ſoluta ad formam eiuſdem Concordiæ. Obſeruantia enim benè declarat diſpoſitionem alioquin dubiam *Handed. conſ. 92. ſub num. 26. & pluribus ſeqq. lib. 1. & conſ. 35. à nu. 43. lib. 2. Rot. coram Buratt. deciſ. 944. n. 6. & deciſ. 574. n. 3. & ſeqq. par. 1. diuerſ.*

4 Minus facit, quod bona controuerſa ſint ſolita arrendari, & ſic Decima ſoluenda veniat à Colonis, & Arrendatarijs; nam vltrà quod de obſeruantia contraria deponunt Teſtes ſormiter examinati; adhuc cum in Concordia diſpoſitum fuerit, quod pro bonis acquiſitis ante Concilium certa portio eſſet ſoluenda; exemptio dicitur realis, quæ propterea extenditur ad Colonos, & Arrendatarios, & quoſcumque alios excolentes eadem bona, *gloſſ. in Clem. 1. verb. excolendos in fin. de decim. Abb. conſ. 9. ſub num. 2. verſ. ſi enim eximitur hortus lib. 1. optimè Menoch. conſ. 276. num. 16. & ſeqq.* Et vltrà plures relatos per *Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 1. diſput. 15. quæſt. 18. num. 31. & 32.* firmauit *Rota*

Digitized by Google

deciſion. 4. de priuileg. in antiquis.

5 Et indubitanter conuentio debet comprehendere bona, quæ attendantur, quia pro alijs quæ proprijs manibus excolunt, habent Ciſtercienſes de Iure ampliſſimam exemptionē à ſolutione Decimarum *ex textu in cap. ex parte 10. cap. licet 11. & cap. ad audientiam 12. de decim.*

Et ità vna tantum Parte informante deciſum fuit.

FOROLIVIEN. LVCRI DOTALIS.

Lunæ 13. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Dotis lucrum an debeatur ex bonis liberis tantū, an verò ex ſuppoſitis fideicommiſſo, quando dos conſtituta fuit partim in bonis liberis, & partim in fideicommiſſarijs; Et quid ſit dicendum non facta expreſſione qualitatis bonorum, & ſtante pacto, quod lucrum debeatur de tota Dote.

SVMMARIVM.

1 *Dotis lucrum debetur tantum ex bonis liberis, quando dos conſtituta fuit partim in liberis, & partim in ſubiectis fideicommiſſo.*

2 *Dotis lucrum debetur tantum ex bonis liberis habito reſpectu ad illa, non autem ad bona fideicommiſſaria.*

3 *Fallit non facta expreſſione de bonis fideicommiſſarijs.*

4 *Et redditur ratio, quia Maritus remaneret deceptus.*

5 *Fallit attento pacto, quod lucrum debeatur de tota Dote.*

6 *Fideicommiſſi bona poſſunt alienari non ſolum pro Dote, ſed etiam pro lucro Dotali.*

7 *Declara, vt hoc procedat in ſubſidium, & quatenus non adſint bona libera.*

8 *Dos congrua dicitur illa, quæ aſcendit ad ratam legitimæ.*

DECISIO CCCLXXI.

CENSVERVNT Domini ſentētiam Rotalem eſſe confirmandam, quia validitas non reuocatur in dubium, & iuſtitia re-
1 ſultat ex Deciſionibus in cauſa factis: Dum enim Petrus Frāciſcus duxit in vxorem Portiam receptis pro dote quampluribus bonis liberis aſcendentibus ad ſcuta 5000. circiter, necnon etiam alijs ſuppoſitis fideicommiſſo, & obnoxijs reſtitutioni (vt explicitè in Inſtrumento expreſſum fuit,) & ex bonis liberis conſequutus fuit lucrum dotale, ſeu tertiam partem iuxtà formam Statutorum Ciuitatis, non poteſt ex alijs bonis quicquam prętendere, quia cenſetur illa recepiſſe in dotem cum ſua cauſa, & acquieuiſſe oneri reſtitutionis, renunciando in præfatis bonis lucro dotali, vt benè probat *Caſtren. conſ. 59. ſub numer. 2. verſ. tertiò videndum, & numer. ſeq. lib. 1. & conſ. 45. num. 3. in fine verſ. nec Maritus lib. 2.* & latè proſequitur *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 245. à numer. 49.* & firmauit *Rota coram Comitol. deciſ. 45. num. 23. & ſeqq. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 28. nu. 31. & ſeqq.*

2 Nec dicatur, quod licet ex dictis bonis ſubiectis fideicommiſſo non poſſit detrahi lucrum, ſaltem eadem bona ſint referenda ad calculum ad effectum illud augendi, & detrahendi ex bonis liberis, quia contrarium voluit expreſsè *Paul de Monte Picho conſ. 104. numer. 20. & num. 23. verſ. nam reſpondetur, & ſeqq.* & clariùs *Cephal. conſ. 365. in fine verſ. ſi verò Maritus,* & de æquiori teſtatur *Fuſar. de ſubſt. q. 663. num. 16. & 17.*

3 Non obſtat *Bald. conſ. 356. lib. 2.* quia loquitur quando in dotem fuerunt data ſolum bona ſubiecta fideicommiſſo abſque expreſſione, quod eſſent talia, quod etiam repetit in *conſ. 468. lib. 4.* Et in iiſdem terminis procedit *Phanuc. de lucro dot. gloſſ. 10. num. 70.* Nam hoc
4 modo Maritus remaneret deceptus, niſi conconſequeretur lucrum in bonis liberis, vt notat *Aym.* qui eum ſequitur *conſ. 186. ſub nu. 16.* idemque firmat *Alex. conſ. 176. nu. 9. lib. 7.* & ità explicat, & declarat *Cephal. d. conſ. 365. ſub n. 67. verſ. ſed vbi non interuenit.*

5 Minus facit *Peregr. deciſ. Patauin. 54. numer. 1.* Nam ibi aderat pactum expreſſum conſequēdi lucrum de tota dote: Et ferè in ſimili firmatum fuit *in deciſ. 43. num. 3. & 4. coram Coccino* vbi quod ſtante pacto prædicto debetur lucrū etiam de bonis Emphyteuticis, *& deciſ. 213. ſub nu. 1. coram eodem.*

6 Denum non vrget, quod non ſolum Dos, ſed etiam lucrum detrahi poſſit ex bonis ſubiectis fideicommiſſo, vt pluries admiſit *Rot. & præcipuè coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 43. num. 6. & deciſ. 33. num. 2. & 3.* Nam hoc proce-
7 dit in ſubſidium, & quatenus non adſint bona libera, & ſic in caſu à lege permiſſo iuxtà terminos *auth. res quæ C. comm. de legat.* & cum tali declaratione tranſiuit *Rota coram Comitol. dicta deciſ. 45. nu. 25. & 26.* & loquitur *deciſ. 209. par. 1. recent.*

8 Sed in caſu præſenti habet Portia ſcu. 5000. circiter prouenientia ex bonis paternis, quæ excedunt Dotem congruam in illis partibus, & conſtituunt portionem legitimæ ſibi debitæ in iiſdem bonis, adeout dubitari non poſſit de congruitate dotis *ad text. in auth. ſi qua Mulier C. de Sacroſ. Eccleſ. Decian. conſ. 17. num. 19. & 20. lib. 2. Gratian. deciſ. Marchiæ 27. n. 9. Rot. coram Buratt. deciſ. 844. n. 11.*

Ex quibus, & alijs deductis in Deciſionibus Reuerendiſſ. D. mei Decani, reſponſum fuit pro confirmatione ſententiæ Rotalis Partibus hinc indè informantibus &c.

BO-

BONONIEN. NVLLITATIS CONTRACTVS.

Veneris 17. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Pendente iudicio in Rota omnia geſta coram alio Iudice ſunt attentata non obſtante clauſula *ſinè præiudicio*; quia præſeruat tantum iuriſdictionem ad effectum exequendi, quod fuit iudicatum, non autem iudicandi ſuper alijs.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia, geſta coram alio Iudice pendente iudicio in Rota.*

2 *Clauſula* ſinè præiudicio duarum conformiũ *præſeruat iuriſdictionem Iudicis à quo, ad effectum exequendi ſententias latas, non autem iudicandi ſuper alijs.*

3 *Sententia in executione non venit niſi id, quod comprehenditur in ea, vel petitum fuit.*

4 *Sententia eſt ſtricti iuris, & ſtrictè venit intelligenda.*

5 *Sententia extendi non poteſt ad ea, quæ verbis non continentur.*

6 *Clauſula* & quæcumque præcepta neceſſaria, *& ſimiles non ampliant, ſed reſtringuntur iuxtà terminos diſpoſitionis, cui adijciuntur.*

7 *Attentata ſi non ſunt reuocanda ad inſtantiam Partis, poſſunt tamen reuocari officio Iudicis.*

8 *Declaratio Superioris non poteſt impugnari.*

DECISIO CCCLXXII.

ANGELA, & Catharina de Iulianis hæredes ab inteſtato Ioannis Baptiſtæ fratris obtinuerunt, per duas ſententias declarari nullas venditiones, per eundem Ioannem Baptiſtam factas in fauorem D. Marchionis Paleotti, & mandatum de immittendo ſuper bonis venditis reportarunt.

Quia verò non obſtante appellatione interpoſita, & cauſa mihi per Signaturam commiſſa, redierunt eædem ſorores coram A.C.
qui mandatum executiuum pro pretio eis cõ-
ceſſit: ideò dubitaui, an conſtet de attentatis,
quæ veniant reuocanda, & Domini affirma-
tiuè reſponderunt. Nam cum cauſa reperi-
1 retur commiſſa in Rota, non potuerunt prę-
fatę Mulieres adire A.C. & nouum iudicium
coram eo inſtituere; vndè omnia poſtmodum
geſta ſunt nulla, & attentata *cap. ex tenore* 16.
de reſcript. Rot. coram Merlin. deciſ. 335. num. 6. & in nou. deciſ. 91. num. 20. par. 6. cum alijs pluribus *in Romana fideicommiſſi, ſeu Attentatorum 11. Febr. 1647. coram bo. me. Arguelles.*

2 Hæc autem attentata non valent excuſari ex eo, quod in Commiſſione adſit clauſula *ſine præiudicio duarum conformium*. Nam clauſula prædicta præſeruat quidem iuriſdictionem Iudicis à quo, ad effectum exequendi ſententias, non autem tribuit illi facultatem iudicandi ſuper alijs non comprehenſis in iiſdem ſententijs iuxtà notata per *Rota coram Put. deciſ. 191. nu. 17. lib. 1. in Kalliſoletana Scholaſtriæ poſt Marcheſ. de Commiſſ. tom. 1. fol. 294. num. 2. & in Leodien. Beneficij 4. Iulij 1642. coram bon. memor. Bichio.*

3 Nec ſubſiſtit, quod reſtitutio pretij veniat in executionem dd. ſententiarum, quia illæ declarant venditiones nullas; Reſtitutio autem pretij ſupponit venditiones validas, & ſic totum contrarium: Vndè cum nullam de pretio mentionem faciant; imò nec etiam appareat petitum, fruſtrà prætenditur, illud venire in earum executionem, vt dixit *Rota coram Seraph. deciſ. 667. n. 1. & 2. & deciſ. 1255. n. 2. & coram Buratt. deciſ. 558. n. 4.*

4 Sententiæ enim ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè
intelligendæ *l. Paulus reſpondit la 2. ff. de re indic.*
Aym. de antiquit. temp. par. 4. §. tranſeo nu. 64. & 65.
& conſ. 188. num. 6. Rot. in Romana fideicommiſſi de
Pediconis 14. Martij 1659. coram Me. Adeò vt
5 non poſſint extendi ad ea, quæ verbis non cõ-
tinentur *Bart. in l. Iulianus num. 5. ff. de cond. indeb.*
Dec. conſ. 43. num. 4. & conſ. 321. num. 1. & 2. Rot. coram Seraph. deciſ. 835. num. 5. & coram Buratt. deciſ. 321. nu. 7. & 8.

6 Sicuti nec faciunt verba appoſita in ſententia, ſcilicet *& quæcumque præcepta neceſſaria, & opportuna relaxari mandamus*; quia illa tanquam executiua non ampliant formam eiuſdem ſententiæ, ſed ſunt intelligenda retentis illius terminis, & ſic de pręceptis neceſſarijs, & opportunis ad ipſam immiſſionem, & fructuum reſtitutionem *ad text. in clem. 1. de præben. Surd. conſ. 45. n. 6. & conſ. 265. n. 33. Rot. deciſ. 569. n. 6. & 8. par. 2. & deciſ. 539. n. 3. par. 3.*

7 Hinc parum releuat, quod non fuerit oppoſitum de pendentia litis in Rota: Nam vltrà quod contrarium reſultat ex facto, adhuc ſi attentata non eſſent reuocanda ad inſtantiã Partis, poſſent ſaltem reuocari officio Iudicis *per text. in cap. non ſolum, & ibi gloſſ. verb. reducendum de appell. in 6. Franch. in cap. bona ſub num. 15. de appell. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 91. nu. 8. & deciſ. 465. nu. 10.*

8 Et ceſſat difficultas, quia relaxato per A.C. mandato executiuo pro pretij reſtitutione Pars aduerſa recurſum habuit ad Signaturam Iuſtitiæ, vt vellet reſcribere cum ſimili clauſula *ſinè præiudicio*; Et nihilominus eadem Signatura reiecit inſtantiam non admittens, quod dictum mandatum veniret in executionem ſententiarum: Vndè talis declaratio non poteſt impugnari *cap. cum inferior de maior. & obed. Rota in Monopolitana Attentatorum 15. Februarij 1651. coram Eminentiſſ. Corrado.*

Et ita vtraque &c.

MELEVITANA HAEREDITATIS.

Mercurij 22. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Iurium appellatione veniunt etiam bona, quando illa non conſiderantur in genere, nec in abſtracto, ſed in ſpecie, & in indiuiduo, & prout competunt in ipſis bonis.

SVMMARIVM.

1 Iurium *appellatione quando veniant etiam bona.*
2 *Dictio* In *denotat intrinſicitatem.*
3 *Clauſula* omnia, & ſingula *habet vim ſpecialis expreſſionis.*
4 *Iura conſiderata in abſtracto, & de per ſe conſtituunt tertiam ſpeciem.*
5 *Secus verò ſi conſiderentur, prout competunt in ipſis bonis.*
6 *Clauſula* pleno iure *importat totalitatem, & excludit omnem diminutionem.*
7 *Eluſoria ne reddatur diſpoſitio, qualibet interpretatio ſumenda eſt.*
8 *Reſeruatio operatur comprehenſionem in non reſeruatis.*
9 *Iura in bonis relinquens, ipſa bona relinquere videtur.*
10 *Diſcretiuus loquendi modus nihil operatur, ſi repugnet voluntas Teſtatoris.*
11 *Subſtitutio compendioſa continet nedum fideicommiſſariam, ſed etiam vulgarem cuius vigore gradus ſubſequens ſubintrat in locum primi.*

DECISIO CCCLXXIII.

REFORMANDO Deciſionem antecedentem, reſolutum fuit ſub die 4. Maij 1661. Ven. Collegio Societatis Ieſu Ciuitatis Meleuitanæ hæredi ſubſtituto in Teſtamento Franciſci dandam eſſe Immiſſionem, tàm in bonis paternis, prout prius decreta fuerat, quā etiam in bonis maternis.

1 Et hodie repropoſita Cauſa, Domini moti ex verbis, & ex mente Teſtatoris permanſerunt in eadem reſolutione: Etenim ex verbis conſtat, quod Teſtator, ſubſtituendo Petro Paulo filio, voluit, quod ipſo quandocumque decedente ſine filijs, & deſcendentibus omnia, & ſingula bona paterna, necnon omnia, & ſingula Iura eidem competentia in bonis maternis pleno Iure perueniant, & peruenire debeant ad Iſabellam eius Amitam, quæ Iſabella in caſu prædicto intelligatur vſufructuaria dd. bonorum, & Iurium, & ea mortua omnia, & ſingula bona, & Iura prædicta pleno Iure perueniant, & peruenire debeant ad Ven. Collegium Societatis Ieſu, ſalua tamen eidem Ioanni Paulo facultate, diſponendi vſque ad ſummam ſcutor. 600. Vndè cum
2 talis diſpoſitio fuerit generalis, & concepta cum dictione, *In*, denotante intrinſicitatem, non poteſt reſtringi ad Iura tantum, ſed eſt comprehenſiua etiam bonorum *Menoch. conſ. 210. ſub num. 11. & ſeqq. Cyriac. contron. 455. n. 13. & 14.* Etiam ſi dicta bona poſſiderentur per diſponentem *Alex. conſ. 103. num. 6. lib. 6. Cancer. var. reſolut. par. 3. cap. 13. nu. 144. & 152.* Et clau-
3 ſula *omnia, & ſingula* habet vim ſpecialis expreſſionis, perindè ac ſi de omnibus Iuribus in ſingulis corporibus maternis eſſet facta indiuidua mentio *gloſſ. in cap. vt circa verb. omnia, & ſingula de elect. in 6. Iaſ. in l. Titia §. idem reſpondit num. 3. de verb. oblig. Rot. deciſ. 215. nu. 10. par. 1. diuerſor. & in Romana Legati 28. Iunij 1658. coram me.*

4 Nec in præſenti caſu dici poteſt, quod Iura conſtituant tertiam ſpeciem diuerſam à ſtabilibus, & à mobilibus, quia cum illa non fuerint conſiderata in abſtracto, & de per ſe;
5 ſed prout competunt in ipſis bonis, habentur loco mobilium, & immobilium, vt bene per *Franch. in cap. 2. num. 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Alex. in l. à Diuo Pio §. in venditione num. 2. ff. de re iudic. Tiraquell.* latiſſimè materiam tractans *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 7. nu. 15. & ſeqq. Roman. conſ. 509. nu. 17. & 18.*

6 Maximè cum vltrà prædicta addita fuerit etiam clauſula *pleno Iure*, quæ importat totalitatem, & excludit omnem diminutionem *l. fœmina §. illud Cod. de ſecund. nupt. Dec. conſ. 468. num. 11. & conſ. 498. nu. 8. Aldobrand. conſ. 39. n. 13. lib. 1. Menoch. conſ. 1. eod. num. & conſ. 191. num. 14.* & firmauit *Rota in Ariminen. Caſtrorum 14. Februarij 1642. coram bo. me. Dunozetto.*

7 Ex mente etiam Franciſci Teſtatoris apparet de huiuſmodi comprehenſione: Nam cum idem Teſtator in dictis Iuribus in bonis bonis maternis inſtituerit vſufructuariam Iſabellam eius Amitam, talis diſpoſitio ſi non verificaretur in ipſis bonis, redderetur prorſus inutilis, & eluſoria *l. Titia 35. §. 1. ff. de legat. 2. Socin. Iun. conſ. 98. num. 16. & ſeqq. lib. 1.* vbi quod ad euitandum huiuſmodi abſurdum poteſt etiam recedi à vero verborum ſenſu, *Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 1. num. 6. & 7. Peregrin. de fideicommiſſis art. 17. num. 16. & ſeqq. Rota coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ. 73. n. 18.*

8 Vlterius reſeruauit facultatem Petro Paulo, diſponendi vſque ad ſummam ſcut. 600. ſignum euidens, quod de alijs non intendebat, quod poſſet diſponere iuxtà naturam reſeruationis, quæ operatur, vt omnia non reſeruata cenſeantur in diſpoſitione comprehenſa *l. nam quod liquida ff. de pen. leg. Aymon. conſ. 214. num. 13. & 14. Rota coram Merlin. deciſ. 586. num. 4. & in Romana Apothecarum 17. Maij 1656. coram me.*

9 Hinc non obſtat diſcretiuus modus loquendi ipſius Teſtatoris, qui loquendo de paternis, vſus fuit verbo *Bonis*, de maternis verò verbo *Iuribus*: Nam cum materna eſſent litigioſa, ex quo Marietta Mater impugnabat diuiſionem cum fratre initam vſque de anno 1572. & ex capite læſionis, & ob pactum reuerſiuum appoſitum in traditione Dotis, non potuit propterea Franciſcus, qui litem proſequebatur, diſponere de bonis, ne per huiuſmodi diſpoſitionem ſibi præiudicaret, &

ne

ne videretur relinquere, quod non habebat, ſed bene diſpoſuit de Iuribus, ſciens quod relinquens Iura in bonis ipſa bona videtur relinquere per *text. in l. rem in bonis 52. ff. de acquir. rer. domin. & in l. qui actionem 15. de regul. Iur.* & probat *Bero. conſ. 43. ſub nu. 27. & ſeqq. lib. 2. Surd. conſ. 135. num. 47. in fine, & num. 48. & conſ. 451. ſub num. 4. & 5. Altograd. conſ. 27. num. 31. & 32. lib. 1.* Aliſque adducti in præterita deciſione, quæ reuidetur.

10 Et ſemper eſt verum dicere, quod quando repugnat mens Teſtatoris diſcretiuus loquendi modus nihil operatur *Surd. conſ. 426. ſub n. 3. verſ. tertiò reſpondeo, Rot. in Cauallicen. fideicommiſſi 23. Iunij 1656. coram me.*

11 Non obſtat, quod per prædeceſſum Iſabellæ hæredis vſufructuariæ caducata fuerit ſubſtitutio ad fauorem Collegij, quia cum illa ſit compendioſa ob mentionem mortis, continet non ſolum in ſe fideicommiſſariam, ſed etiam vulgarem, cuius vigore gradus ſubſequens ſubintrat in locum primi, ac ſi gradus peremptus non fuiſſet appoſitus iuxt. doctrinã *Bart. in l. quamdiu 68. ſub num. 10. verſ. Item fuit contra ff. de acquir. hæred. Surd. conſ. 347. num. 13. & ſeqq. Peregr. de fideicomm. art. 15. à num. 11. Rot. deciſ. 149. num. 3. & 4. par. 7. & deciſ. 201. ſub num. 10. & ſeqq. par. 8. recent.* cum alijs pluribus *in Interamnen. fideicommiſſi 26. Ianu. 1654. coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

Vndè ex prædictis, & alijs in præterita Deciſione deductis Domini Infortunante vtraque Parte permanſerunt in reſolutis.

COLONIEN. PRAETENSI MATRIMONII.

Lunæ 27. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Sponſalia ſi fuerint concludenter probata, tunc eſt locus coactioni, niſi concurrant legitimæ cauſæ, prout ſunt diuerſitas Religionis; Odiũ, Inimicitia; periculum ſcandali; mali exitus, & ſimiles.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia debent plenè, & concludenter probari.*
2 *Sponſalia ſi non probentur, non eſt locus coactioni.*
3 *Sponſalia non contrahuntur, niſi mediante conſenſu vtriuſque ſponſi.*
4 *Sponſalia ſi fuerint contracta, nihilominus non eſt locus coactioni, quando concurrant legitimæ cauſæ.*
5 *Matrimonia, per vim contracta, ſortiuntur infelicem exitum.*
6 *Sponſalia non ſuſtinentur, ſi vterque ſponſus non ſit Catholicus.*
7 *Sponſalia adimpleri non debent, ſi inter ſponſos adſit odium, & inimicitia, & timeri poſſit periculum ſcandali, & mali exitus.*
8 *Item ſi ſponſa ſit ſuſpecta de Magia, & de Veneficijs.*
9 *Et circa cauſas intrat arbitrium Iudicis.*

DECISIO CCCLXXIV.

1 NON conſtat de ſponſalibus, ſub quorum prætextu aſſeritur ſecutam fuiſſe copulam inter Ioannem, & Margaritam: Nam illa debent plenè, & concludenter probari, vt inquit *Text. in cap. 1. & ibi gloſſ. de clandeſt. deſponſat. Dec. conſ. 13. num. 2. Rot. deciſ. 471. num. 1. & ſeqq. par. 2. recent. & deciſ. 258. nu. 2. par. 4. tom. 2.*

2 Vndè firmarunt Domini, Ioannem non eſſe cogendum, nam deficiente probatione, & non exiſtentibus ſponſalibus non eſt locus coactioni *cap. Mulieri 34. iuncta gloſſ. in figuratione caſus, & in verb. abſolutio de iure iur. Alex. conſ. 143. per tot. lib. 2. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 36. n. 13. Rot. deciſ. 207. n. 1. & ſeqq. par. 1. rec.*

3 Non obſtant Reſponſiones datæ ad poſitiones, quia ſi bene conſiderentur, illæ important negationem, non autem confeſſionem: Et quatenus in tertia, & quarta idem Ioannes dicit, credere ſe petijſſe Margaritam in vxorem, addit tamen, quod id fecit incidenter, & non animo deliberato; quodque ſi fuiſſet requiſitus, matrimonium adimplere, illud recuſaſſet; Vndè non poteſt dici, conſtare de ſponſalibus, dum deficit promiſſio reciproca, & mutuus conſenſus, ſine quo illa non contrahuntur, prout in fortioribus, etiamſi fuerit ſecuta copula, probat *text. in cap. tua nos 26. de ſponſal. & matrim. Socin. Sen. conſ. 119. n. 1. lib. 2. Sperell. deciſ. 95. num. 9. & 10.* & firmauit *Rot. deciſ. 471. n. 1. & ſeqq. par. 2. rec. & deciſ. 163. num. 10. & 11. par. 9.*

4 Sed ceſſat difficultas, quia concurrunt plures, & legitimæ cauſæ, ex quibus, etiam ſi conſtaret de dictis ſponſalibus, & adeſſet Iuramentum, nihilominus Ioannes non eſſet cogendus, vt eſt *text. expreſſus in cap. ex literis 10. in fine*, ibi, *niſi rationabilis cauſa obſtiterit de ſponſal. & matrim. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 17. num. 6. & ſeqq. vbi num. 12.* Reddit rationem, quia

5 nuptiæ per vim contractæ infelices, & pernicioſos exitus ſortiuntur, *Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 455. num. 1.* Et hanc concluſionem pluries firmauit *Rota, vt coram Seraph. deciſ. 1112. nu. 2.* Et indubitatam dicit *Baratt. deciſ. 311. n. 1. ſa. me. Gregor. deciſ. 376. num. 5. Canaler. deciſ. 447. num. 1.* Et latiſſimè adductis rationibus, & cumulatis innumeris authoritatibus comprobat *deciſ. in Calagurritana prætenſi matrimonij 11. Febr. 1647. coram Reuerendiſs. D. meo Papienſi.*

6 Cauſæ autem non poſſunt controuerti, & inter alias potiſſimum mouit Dominos diuerſitas Religionis; cum Ioannes ſit Catholicus, Margharita verò Lutherana; vndè talis promiſſio tanquam de re turpi, & propter periculum peruerſionis Coniugis fidelis, & lapſus ipſius in infidelitatem, nullo modo ſuſtineri valet *can. caue, cum duob. ſeqq. 28. quæſt. 1. Couar. de ſponſal & matrim. par. 2. cap. 6. §. 13. nu. 1. Pont. de matrim. lib. 7. cap. 46. num. 7.* Et pluribus comprobat *Sanch. eod. tract. lib. 7. diſp. 71. num. 5. & diſp. 72. nu. 3. & ſeqq. Ricciul. de iur. perſon. extr. grem. Eccleſ. exiſt. lib. 2. cap. 2. ſub num. 8. verſ. tertia concluſio.*

Con-

7 Concurrit etiam odſum, & inimicitia in-
ter prędictos abſque vlla ſpe reconciliationis.
Nam quando adeſt periculum ſcandali, vel
mali exitus, ſeu quod matrimonium ſequa-
tur in perniciem, non eſt procedendum ad
coactionem, vt aduertit *Gabr.conſ.186.num.7.
& ſeqq.lib.2.Menoch.conſ.69.num.45.* Alioſque
cumulat *Mar.Antonin.var.reſol. lib.1.reſol.2.n.8.*
& firmauit *Rot.coram Coccin.deciſ. 437. à num.1.
Buratt.deciſ.311. num.3. Duran. deciſ.242. num. 2.
& ſeqq.*
8 Et demum, quod mulier prædicta eſt val-
dè ſuſpecta de Magia, & inquiſita de Veneſi-
cijs; vt deponunt Teſtes *in Summ.n.2.* Adeout
ex prædictis, & alijs cauſis adductis per Infor-
mantes, quæ DD. viſæ fuerunt iuſtæ, & ra-
9 tionabiles, nullo modo Ioannes veniat cogē-
dus: Nam circà eas intrat arbitrium Iudicis,
vt notat *Giouagn.conſ.16. num.16. lib.1.Buratt.d.
deciſ.311.num.2.Duran.deciſ.242.num.4.*
Et ità altera tantum.

NEAPOLITANA AEDIFICII.

Veneris 22. Aprilis 1662.

ARGVMENTVM.

An liceat in proprio ſolo fabricam eleuare, per quam Vicinis impediatur aſpectus Maris.

SVMMARIVM.

1 *Aedificare poteſt quilibet in proprio ſolo vſque ad Cælum.*
2 *Amplia, etiamſi præiudicet Vicino.*
3 *Pragmatica Regni permittit cuilibet ædificare in proprio ſolo, dummodò per 11. palmos diſtet à pariete Vicini.*
4 *Conſtitutio Zenonis prohibet, eleuare fabricam intra centum pedes, impedientem aſpectum Maris.*
5 *Conſtitutio prædicta prætenditur apocripha, & compoſita per Antonium Contium.*
6 *Lex, quæ non reperitur in omnibus libris, non eſt attendenda.*
7 *Contius fatetur, dictam Conſtitutionem magna ex parte reſtituiſſe.*
8 *Facultas, condendi leges, ſpectat ad ſolum Principem.*
9 *Iuſtinianus mentionem fecit de Conſtitutione Zenonis.*
10 *Identitas, & certitudo ſcripturæ debet certè, & concludenter probari.*
11 *Accurſius gloſſator dubitauit de exiſtentia Zenonianæ Conſtitutionis.*
12 *Angelus de Peruſio dubitauit pariter de dicta exiſtentia.*
13 *Lex, ſeu Conſtitutio, quæ non fuit vſu recepta, non eſt attendenda.*
14 *Conſuetudo notoria, & facti permanentis, non indiget probatione.*
15 *Conſuetudo attenditur, quamuis non fuerit introducta in contradictorio iudicio.*
16 *Conſuetudo ſufficit, quod fuerit inducta per actus extraiudiciales.*
17 *Et de communi teſtantur plures Doctores.*
18 *Conſuetudo non differt à lege.*
19 Text. in l. cum de conſuetudine ff. de legib. *declaratur.*
20 *Actus iudicialis eſt vnus ex modis, probandi Conſuetudinem.*
21 *Actus iudiciales demonſtrant conſenſum populi.*
22 *Qui prohibetur actum facere, multo minus eo mediante poteſt alium impedire.*
23 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
24 *Culpa propria nemini patrocinari debet.*
25 *Patientia alicuius non debet in eius odium retorqueri.*
26 *Conſenſus præſtitus ad vnum finem, non debet ad alium extendi.*
27 *Aedificare quis non præſumitur ad æmulationem.*

DECISIO CCCLXXV.

CVM Reuerendi Patres Prædicatores, pro
ampliando eorum Dormitorio, cœpiſ-
ſent eleuare Murum è conſpectu Conuentus
Fratrum Camaldulenſium, & in Tribunali
Nuntiaturæ, à quo à principio conceſſa fue-
rat Inhibitio, reportauerint illius moderatio-
nem, necnon Decretum fauorabile; deindè
verò ſententiam contrariam ab A. C. Dubi-
taui, an liceret iiſdem Patribus ædificare, &
licere firmatum fuit.
1 Etenim ipſi non ſolum habent pro ſe regu-
lam, quod poteſt quilibet in proprio ſolo vſ-
que ad Cælum ædificare *l.altius 8.C.de ſeruit.&
aqu.Rot.deciſ.587. deciſ.599. & deciſ.611.in omni-
bus num.1. par.5. recent.* Etiamſi luminibus Vi-
2 cini præiudicetur *per Text.in l.Proculus 26. ff. de
damn.infect.& l.cum ea 8.ibique Bart.& Bald. ff.de
ſeruit.vrban.prædior.Hond.conſ.80.num.16.& conſ.
81. numer. 35. lib. 1. Rot.coram Duran. deciſ.450
num.1.*
3 Sed etiam, quod eorum fabrica non eſt
contigua fabricæ, & Conuentui dd. Camal-
dulenſium, ſed diuiditur, & interſecatur me-
diante via publica palmorum 17. Adeout i[illegible]-
lius proſecutio nullo modo impediri valeat
iuxtà pragmaticam Ciuitatis *Neapolit. in cap.ſi
quis rubr. de ſeruit.* in qua permittitur cuilibet,
ædificare in proprio ſolo, dummodò pe[illegible] 11.
palmos diſtet à pariete Vicini, vt notat *C[illegible]-
latr.deciſ.50.nu.20.& 21.*
4 Nec refert, quod per ele[illegible]tionem fab[illegible]
ſupradictæ impediretur aſpectus Maris, quo
gaudet de præſenti Domus Camaldulenſium
in ſuperiori Appartamento, ac proptereà
intercedere debeat non ſolum legale ſpa[illegible]ium
12. pedum, ſed etiam [illegible]00. iuxtà prætenſam,
quandam Conſtitutionem Zenonis *in l.penult.
C.de ædif.priuat.*
5 Siquidem Informantes pro Dominicanis
opponebant, dictam Conſtitutionem eſſe A-
pocripham, nec apparere inſertam in Codi-
cibus antiquis, minuſque in impreſſis Lug-
duni de anno 1549. ſed recenter tantum per
Antonium Contium dici repertam, & è Græ-
co in Latinum tranſlatam, ac vti talem de
anno 1583. & 1592. in noua Codicis impreſ-
ſione fuiſſe alijs legibus ſuperadditam, vt fa-

tetur

tetur ipſe Contius in Margine ad Nouellam
60. aliàs 63. *de nou. oper. nunciat. marit. aſpect.*
iuxtà impreſſionem Venetam de anno 1591. & com-
6 probat *Capyc. latr. dicta deciſ. 50. num. 25. & ſeqq.*
Adeout nullatenus videatur attendenda ex
doctrina *Hoſtien. in cap. paſtoralis in fine verſ. Non*
tamen de fid. inſtrum. Aſſerentis legem, quæ non
reperitur in omnibus libris, ſed in aliquibus
tantum, non eſſe habendam pro lege aliàs
enim poſſet vnuſquiſque legem componere
ad ſui libitum, & illam inſerere in propriis
Codicibus; Eumque ſequuntur *Abb. ibidem*
circà finem, & Felin. num. 11. poſt med. verſ. & adde.
Becc. conſ. 16. num. 8. lib. 1. Et de ſimilibus legi-
bus faciunt notata per *Maſtrill. deciſ. 132. nu. 33.*
& 34. & per Caſtill. deciſ. 59. n. 56.
7 Imò idem Contius in præfatione huius aſ-
ſertæ Conſtitutionis, impreſſa per *Fenzon. ad*
Stat. Vrb. fol. mihi 216. num. 7. & apud Rub. tom. 1.
ſingular. ſub num. 8. fol. 514. Fatetur, illam ma-
gna ex parte reſtituiſſe vtens infraſcriptis ver-
bis. *Itaque quamuis ſola coniectura adiutus ſim in*
huius legis principio reſtituendo, omnibus tamen Vo-
bis probatum iri iudicium meum ſpero. Ex quibus
patet, Conſtitutionem poſſe potius Contia-
nam appellari, quam Zenonianam; Cum
8 tamen facultas condendi leges ad ſolum Prin-
cipem ſpectet *l. fin. & ibi Bald. num. 5. C. de legib.*
Bart. in l. omnes populi num. 1. verſ. oppono, & num.
ſeqq. ff. de iuſt. & iur. Mart. de Iuriſdict. par. 1. cap. 37.
num. 2.
9 Nec obſtare, quod Iuſtinianus *in l. fin. C. de*
ædif. priuil. & in dicta Nouella 60. aliàs 63. de nou.
oper. nunciat. marit. aſpect. Mentionem fecerit
Zenonianæ Conſtitutionis; Nam cum non
referat tenorem illius, non concludit, quod
intellexerit de illa, impreſſa per Antonium
Contium, de cuius certitudine, & identitate
principaliter dubitatur, vt in ſpecie ponde-
rauit *Gizz. in addit. ad deciſ. 50. Capyc. latr. num. 7.*
10 Et in terminis teſtamenti, & ſcripturæ, quod
debeat conſtare certò, & concludenter de
identitate, & exiſtentia illius, notat *Bart. in l. ſi*
ità ſcripſero 38. ff. de cond. & demonſtr. Pariſ. conſ. 19.
num. 26. & ſeqq. lib. 3. Mantic. de coniect. lib. 1. tit. 7.
ſub num. 7. verſ. Et hoc ſanè. Et comprobat *Clar.*
in §. Teſtamentum quæſt. 36. num. 2. in fine, verſ. illam
tamen, ibique Harprect. in addit. qui plures cu-
mulat.
11 De identitate autem in præſenti caſu adeò
dubitatum fuit, vt Accurſius gloſſator anti-
quus ſuper textu *in d. l. fin.* loquendo de eadem
Conſtitutione, proruperit in hæc verba *Sed*
12 *vbi eſt?* Et Angelus de Peruſio in eodem lo-
co inquit: *Quod autem innouauerit Zeno, & quid*
introduxerit non habemus, Gizzius in d. obſeruat. ad
deciſ. Capyc. latr. 50. n. 4. & ſeqq.
Sed quicquid ſit de prædictis, adhuc Do-
mini inclinarunt in partem affirmatiuam,
13 moti ex duplici fundamento. Primò ſcilicet,
quia dicta prætenſa Conſtitutio, tanquam im-
practicabilis in Ciuitatibus maritimis in pla-
nitie ædificatis, nunquam obſeruata fuit, vel
vſu recepta in Ciuitate Neapolitana; vndè
hodie in campum deducta nullo modo ob-
ſeruanda venit, vt in his terminis aduertit
Gizzius in dicta obſeru. ad deciſ. 50. Capyc. latr. n. 17.
& ſeqq. Et in ſimilibus tradit *Cephal. conſ. 129.*
n. 9. & 10. Et multipliciter exemplificat *Surd.*
conſ. 58. num. 9. & ſeqq. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4.
qu. 9. art. 2. num. 27. Et vltrà plures quos enu me-
rat *Leotard. de vſur. q. 44. nu. 6. & 8.* latiſſimè fir-
mat *Sperell. deciſ. 15. à num. 5. ad 16. & num. 39. &*
ſeqq. Rot. deciſ. 781. num. 11. par. 4. diuerſ. & coram
Mantic. deciſ. 236. n. 2.
Quinimò ex innumeris ædificiis tam anti-
quis, quam recentibus, per quæ impeditur
Vicinis aſpectus Maris, euidenter apparet nō
ſolum de non vſu dictæ Conſtitutionis, ſed
etiam adeſſe contrarium vſum, & contrariam
conſuetudinem liberè ædificandi, quæ tan-
14 quam vniuerſalis, & notoria non indiget
probatione; ſed ſufficit, quod allegetur iuxtà
doctrinam *Bald. in l. 1. num. 13. ad finem verſ. & eſt*
iſta conſuetudo notoria C. ad Velleian. Dec. conſ. 148.
num. 4. Honded. qui loquitur in conſuetudine
notoria, & facti permanentis, prout eſt iſta,
conſ. 52. num. 17. lib. 1. Pariſ. conſ. 13. num. 32. lib. 1.
Giouagn. conſ. 45. ſub nu. 10. verſ. quæ propterea lib. 2.
Et comprobat *Mantic. de tacit lib. 2. tit. 10. num. 8.*
Aym. de antiq. temp. par. 1. §. ampliatur num. 16. Seſſ.
deciſ. Aragon. 91. num. 42. & 43. Gratian. deciſ. Mar-
chiæ 186. num. 18.
15 Nec quicquam facit, quod illa non pro-
betur obtenta in contradictorio Iudicio, prout
diſponere videtur *text. in l. cum de conſuetudine*
34. ff. de legib. cum aliis qui poſſent exaduerſo
adduci: Siquidem contrariam opinionem la-
tè defendunt *Iaſ. conſ. 46. num. 3. vol. 1. Decian.*
16 *conſ. 51. num. 111. & ſeqq. lib. 2.* Et ſufficere, quod
fuerit inducta per actus extraiudiciales, notat
Peregr. conſ. 51. num. 14. circà finem, verſ. imò in con-
ſuetudine lib. 1. Guidop. conſ. 131. num. 4. Alioſque
refert *Barboſ. in cap. Abbate 25. nu. 2. de verb. ſignif.*
Intrigl. deciſ. 44. num. 20. Et in hanc ſententiam
videtur inclinaſſe *Rot. coram Caſſad. deciſ. 3. nu. 5.*
verſ. per frequentes actus de conceſſ. præben. & in Se-
nogallien. ſeu nullius Caſtrorum de anno 1615. coram
Manzan. & Caualer.
17 Et de communi teſtatur *Imol. in cap. fin. n. 22.*
& num. 31. de conſuetud. Molin. de Hiſpan. primog.
lib. 2 cap. 6. num. 27. Pariſ. de reſign. lib. 3. q. 6. nu. 28.
Gail. pract. obſeru. lib. 2. cap. 31. num. 8. vbi refert
ita fuiſſe iudicatum per Cameram Imperia-
lem, idemque teſtantur Forſterus inter conſ.
Doctorum facultatis *Marpurgenſis conſ. 10. n. 79.*
lib. 4. fol. mihi 24. & ibidem Herman. Vulteius conſ.
23. num. 36. Et hanc opinionem vti magis cō-
munem tuetur *Aym. de antiq. temp. par. 4. num. 33.*
& conſ. 55. nu. 6. Altoſque cumulat *Prat. diſcept.*
forenſ. cap. 12. num. 56. Socin. Sen. conſ. 99. nu. 3. lib. 1.
18 vbi ſubdit, quod conſuetudo non differt à
lege niſi tanquam tacitum ab expreſſo; Vndè
ſicut lex procedit abſque actu iudiciario ex-
preſsè, ita & conſuetudo tacitè, *Hond. conſ. 53.*
num. 26. lib. 1. Corn. conſ. 293. num. 19. lib. 1. & conſ.
155. num. 6. lib. 4. Et latè reſpondens contrariis
firmat *Moron. reſponſ. 3. num. 41. & ſeqq. Burſatt.*
conſ. 52. num. 27. lib. 1. Menoch. conſ. 164. numer. 14.
Celſ. Hugo conſ. 54. num. 21. ad finem verſ. ex quo,
Alba conſ. 579. num. 8. & ibi Add. Lit. D. & E. Et
de eadem communi teſtatur pariter *Vrſill. ad*
Afflict.

Digitized by Google

7 Concurrit etiam odium, & inimicitia inter prędictos abſque vlla ſpe reconciliationis. Nam quando adeſt periculum ſcandali, vel mali exitus, ſeu quod matrimonium ſequatur in perniciem, non eſt procedendum ad coactionem, vt aduertit *Gabr.conſ.186.num.7. & ſeqq.lib.2.Menoch.conſ.69.num.45.* Alioſque cumulat *Mar.Antonin.var.reſol. lib.1.reſol.2.n.8.* & firmauit *Rot.coram Coccin.deciſ. 437. à num.1. Buratt.deciſ.311. num.3. Duran. deciſ.242. num. 2. & ſeqq.*

8 Et demum, quod mulier prædicta eſt valdè ſuſpecta de Magia, & inquiſita de Veneficijs; vt deponunt Teſtes *in Summ.n.2.* Adeout ex prædictis, & alijs cauſis adductis per Informantes, quæ DD. viſæ fuerunt iuſtæ, & ra-
9 tionabiles, nullò modo Ioannes veniat cogēdus: Nam circà eas intrat arbitrium Iudicis, vt notat *Giouagn.conſ.16. num.16. lib.1.Buratt.d. deciſ.311.num.2.Duran.deciſ.242.num.4.*

Et ità altera tantum.

NEAPOLITANA AEDIFICII.

Veneris 22. Aprilis 1662.

ARGVMENTVM.

An liceat in proprio ſolo fabricam eleuare, per quam Vicinis impediatur aſpectus Maris.

SVMMARIVM.

1 *Aedificare poteſt quilibet in proprio ſolo vſque ad Cælum.*
2 *Amplia, etiamſi præiudicet Vicino.*
3 *Pragmatica Regni permittit cuilibet ædificare in proprio ſolo, dummodò per 11. palmos diſtet à pariete Vicini.*
4 *Conſtitutio Zenonis prohibet, eleuare fabricam intra centum pedes, impedientem aſpectum Maris.*
5 *Conſtitutio prædicta prætenditur apocripha, & compoſita per Antonium Contium.*
6 *Lex, quæ non reperitur in omnibus libris, non eſt attendenda.*
7 *Contius fatetur, dictam Conſtitutionem magna ex parte reſtituiſſe.*
8 *Facultas, condendi leges, ſpectat ad ſolum Principem.*
9 *Iuſtinianus mentionem fecit de Conſtitutione Zenonis.*
10 *Identitas, & certitudo ſcripturæ debet certè, & concludenter probari.*
11 *Accurſius gloſſator dubitauit de exiſtentia Zenonianæ Conſtitutionis.*
12 *Angelus de Peruſio dubitauit pariter de dicta exiſtentia.*
13 *Lex, ſeu Conſtitutio, quæ non fuit vſu recepta, non eſt attendenda.*
14 *Conſuetudo notoria, & facti permanentis, non indiget probatione.*
15 *Conſuetudo attenditur, quamuis non fuerit introducta in contradictorio iudicio.*
16 *Conſuetudo ſufficit, quod fuerit inducta per actus extraiudiciales.*
17 *Et de communi teſtantur plures Doctores.*
18 *Conſuetudo non differt à lege.*
19 Text. in l. cum de conſuetudine ff. de legib. *declaratur.*
20 *Actus iudicialis eſt vnus ex modis, probandi Conſuetudinem.*
21 *Actus iudiciales demonſtrant conſenſum populi.*
22 *Qui prohibetur actum facere, multo minus eo mediante poteſt alium impedire.*
23 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
24 *Culpa propria nemini patrocinari debet.*
25 *Patientia alicuius non debet in eius odium retorqueri.*
26 *Conſenſus præſtitus ad vnum finem, non debet ad alium extendi.*
27 *Aedificare quis non præſumitur ad æmulationem.*

DECISIO CCCLXXV.

CVM Reuerendi Patres Prædicatores, pro ampliando eorum Dormitorio, cœpiſſent eleuare Murum è conſpectu Conuentus Fratrum Camaldulenſium, & in Tribunali Nuntiaturæ, à quo à principio conceſſa fuerat Inhibitio, reportauerint illius moderationem, necnon Decretum fauorabile; deindè vero ſententiam contrariam ab A. C. Dubitaui, an liceret iiſdem Patribus ædificare, & licere firmatum fuit.

1 Etenim ipſi non ſolum habent pro ſe regulam, quod poteſt quilibet in proprio ſolo vſque ad Cælum ædificare *l.altius 8.C.de ſeruit.& aqu.Rot.deciſ.587. deciſ.599. & deciſ.611.in omnibus num.1. par.5. recent.* Etiamſi luminibus Vi-
2 cini præiudicetur *per Text.in l.Proculus 26. ff. de damn.infect.& l.cum ea 8.ibique Bart.& Bald. ff.de ſeruit.vrban.prædior.Hond.conſ.80.num.16.& conſ. 81. numer. 35. lib. 1. Rot.coram Duran.deciſ.450. num.1.*

3 Sed etiam, quod eorum fabrica non eſt contigua fabricæ, & Conuentui dd. Camaldulenſium, ſed diuiditur, & interſecatur mediante via publica palmorum 17. Adeout illius proſecutio nullo modo impediri valeat iuxtà pragmaticam Ciuitatis *Neapolit. in cap.ſi quis rubr. de ſeruit.* in qua permittitur cuilibet, ædificare in proprio ſolo, dummodò per 11. palmos diſtet à pariete Vicini, vt notat *Capyc. latr.deciſ.50.nu.20.& 21.*

4 Nec refert, quod per eleuationem fabricæ ſupradictæ impediretur aſpectus Maris, quo gaudet de præſenti Domus Camaldulenſium in ſuperiori Appartamento, ac propterea intercedere debeat non ſolum legale ſpatium 12. pedum, ſed etiam 100. iuxtà prætenſam, quandam Conſtitutionem Zenonis *in l.penult. C.de ædif.priuat.*

5 Siquidem Informantes pro Dominicanis opponebant, dictam Conſtitutionem eſſe Apocripham, nec apparere inſertam in Codicibus antiquis, minuſque in impreſſis Lugduni de anno 1549. ſed recenter tantum per Antonium Contium dici repertam, & è Gręco in Latinum translatam, ac vti talem de anno 1583. & 1592. in noua Codicis impreſſione fuiſſe alijs legibus ſuperadditam, vt fatetur

tetur ipſe Contius in Margine ad Nouellam
60. aliàs 63. de non. oper. nunciat. marit. aſpect.
iuxtà impreſſionem Venetam de anno 1591. & com-
6 probat Capyc.latr.dicta deciſ.50. num.25. & ſeqq.
Adeout nullatenus videatur attendenda ex
doctrina Hoſtien.in cap. paſtoralis in fine verſ.Non
tamen de fid.inſtrum. Aſſerentis legem, quæ non
reperitur in omnibus libris, ſed in aliquibus
tantum, non eſſe habendam pro lege aliàs
enim poſſet vnuſquiſque legem componere
ad ſui libitum, & illam inſerere in propriis
Codicibus; Eumque ſequuntur Abb. ibidem
circà finem, & Felin.num.11.poſt med.verſ.& adde,
Berc.conſ.16. num. 8. lib.1. Et de ſimilibus legi-
bus faciunt notata per Maſtrill.deciſ.132.nu.33.
& 34.& per Caſtill.deciſ.59.n.56.
7 Imò idem Contius in præfatione huius aſ-
ſertæ Conſtitutionis, impreſſa per Fenzon. ad
Stat.Vrb. fol.mihi 216. num.7.& apud Rub. tom.1.
ſingular. ſub num.8. fol.514. Fatetur, illam ma-
gna ex parte reſtituiſſe vtens infraſcriptis ver-
bis. Itaque quamuis ſola conіectura adiutus ſim in
huius legis principio reſtituendo, omnibus tamen Vo-
bis probatum irl iudicium meum ſpero. Ex quibus
patet, Conſtitutionem poſſe potius Contia-
nam appellari, quam Zenonianam; Cum
8 tamen facultas condendi leges ad ſolum Prin-
cipem ſpectet l.fin. & ibi Bald.num.5. C.de legib.
Bart.in l.omnes populi num.1. verſ.oppono, & num.
ſeqq.ff.de iuſt.& iur.Mart.de Iuriſdict.par.1.cap.37.
num.2.
9 Nec obſtare, quod Iuſtinianus in l.fin. C.de
ædiſ.priuil. & in dicta Nouella 60. aliàs 63. de nou.
oper. nunciat. marit. aſpect. Mentionem fecerit
Zenonianæ Conſtitutionis; Nam cum non
referat tenorem illius, non concludit, quod
intellexerit de iſta, impreſſa per Antonium
Contium, de cuius certitudine, & identitate
principaliter dubitatur, vt in ſpecie ponde-
rauit Gizz.in addit.ad deciſ.50. Capyc.latr. num.7.
10 Et in terminis teſtamenti, & ſcripturæ, quod
debeat conſtare certò, & concludenter de
identitate, & exiſtentia illius, notat Bart.in l.ſi
ità ſcripſero 38.ff.de cond.& demonſtr.Pariſ.conſ.19.
num.26.& ſeqq.lib.3. Mantic.de coniect. lib.1.tit.7.
ſub num.7.verſ.Et hoc ſanè. Et comprobat Clar.
in §.Teſtamentum quæſt.36.num.2.in fine, verſ.illam
tamen, ibique Harprect. in addit. qui plures cu-
mulat.
11 De identitate autem in præſenti caſu adeò
dubitatum fuit, vt Accurſius gloſſator anti-
quus ſuper textu in d.l.fin. loquendo de eadem
Conſtitutione, proruperit in hæc verba Sed
12 vbi eſt? Et Angelus de Peruſio in eodem lo-
co inquit: Quod autem innouauerit Zeno, & quid
introduxerit non habemus, Gizzius in d.obſeruat. ad
deciſ.Capyc.latr.50.n.4.& ſeqq.
Sed quicquid ſit de prædictis, adhuc Do-
mini inclinarunt in partem affirmatiuam,
13 moti ex duplici fundamento. Primò ſcilicet,
quia dicta prætenſa Conſtitutio, tanquam im-
practicabilis in Ciuitatibus maritimis in pla-
nitie ædificatis, nunquam obſeruata fuit, vel
vſu recepta in Ciuitate Neapolitana; vndè
hodie in campum deducta nullo modo ob-
ſeruanda venit, vt in his terminis aduertit
Gizzius in dicta obſeru.ad deciſ.50.Capyc.latr.n.17.
& ſeqq. Et in ſimilibus tradit Cephal. conſ. 129.
n.9. & 10. Et multipliciter exemplificat Surd.
conſ.58. num.9.& ſeqq. Mart.de ſucceſſ.legal.par.4.
qu.9.art.2.num.27. Et vltrà plures quos enu me-
rat Leotard.de vſur. q.44. nn.6.& 8. latiſſimè fir-
mat Sperell. deciſ.15.à num.5.ad 16. & num.19.&
ſeqq. Rot. deciſ.781. num.11. par.4. diuerſ.& coram
Mantic.deciſ.236.n.2.
Quinimò ex innumeris ædificijs tam anti-
quis, quam recentibus, per quæ impeditur
Vicinis aſpectus Maris, euidenter apparet nō
ſolum de non vſu dictæ Conſtitutionis, ſed
etiam adeſſe contrarium vſum, & contrariam
conſuetudinem liberè ædificandi, quæ tan-
14 quam vniuerſalis, & notoria non indiget
probatione; ſed ſufficit, quod allegetur iuxtà
doctrinam Bald.in l.1.num.13.ad finem verſ.& eſt
iſta conſuetudo notoria C.ad Velleian.Dec.conſ.148.
num.4.Honded. qui loquitur in conſuetudine
notoria, & facti permanentis, prout eſt iſta,
conſ.52.num.17.lib.1. Pariſ.conſ.13. num.32.lib.1.
Giouagn.conſ.45.ſub nu.10.verſ.quæ propterea lib.2.
Et comprobat Mantic.de tacit lib.2.tit.10.num.8.
Aym.de antiq.temp.par.1. §.ampliatur num.16.Seſſ.
deciſ.Aragon.91. num.42.& 43.Gratian.deciſ.Mar-
chia 186.num.18.
15 Nec quicquam facit, quod illa non pro-
betur obtenta in contradictorio iudicio, prout
diſponere videtur text.in l. cum de conſuetudine
.34. ff. de legib. cum alijs qui poſſent exaduerſo
adduci: Siquidem contrariam opinionem la-
tè defendunt Iaſ. conſ.46. num. 3. vol.1. Decian.
16 conſ.51.num.111.& ſeqq.lib.2. Et ſufficere, quod
fuerit inducta per actus extraiudiciales, notat
Peregr.conſ.51.num.14.circà finem, verſ.imò in con-
ſuetudine lib.1.Guidop.conſ.131.num.4. Alioſque
refert Barboſ.in cap. Abbate 25.nu.2.de verb.ſignif.
Intrigl. deciſ.44. num. 20. Et in hanc ſententiam
videtur inclinaſſe Rot.coram Caſſad. deciſ.3.nu.5.
verſ.per frequentes actus de conceſſ.preben. & in Se-
nogallien.ſeu nullius Caſtrorum de anno 1615.coram
Manzan.& Caualer.
17 Et de communi teſtatur Imol.in cap.fin.n.22.
& num.31. de conſuetud. Molin. de Hiſpan. primog.
lib.2.cap.6.num.27. Pariſ.de reſign.lib.3.q.6.nu.28.
Gail.pract.obſeru. lib.2. cap.31. num.8. vbi refert
ita fuiſſe iudicatum per Cameram Imperia-
lem, idemque teſtantur Forſterus inter conſ.
Doctorum facultatis Marpurgenſis conſ.10.n.79.
lib.4.fol.mihi 24. & ibidem Herman.Vulteius conſ.
23.num.36. Et hanc opinionem vti magis cō-
munem tuetur Aym.de antiq.temp.par.4.num.33.
& conſ.55. nu.6. Alioſque cumulat Prat.diſcept.
forenſ.cap.12.num.56.Socin.Sen.conſ.99.nu.3.lib.1.
18 vbi ſubdit, quod conſuetudo non differt à
lege niſi tanquam tacitum ab expreſſo; Vndè
ſicut lex procedit abſque actu iudiciario ex-
preſsè, ita & conſuetudo tacitè, Hond.conſ.53.
num.26.lib.1.Corn.conſ.293. num.19. lib.1.& conſ.
155. num.6. lib.4. Et latè reſpondens contrarijs
firmat Moron. reſponſ.3. num.41. & ſeqq. Burſatt.
conſ.52. num.27.lib.1. Menoch.conſ.164. numer.14.
Celſ.Hugo conſ.54. num.21. ad finem verſ.ex quo,
Alba conſ.579. num.8.& ibi Add. Lit.D. & E. Et
de eadem communi teſtatur pariter Vrſill. ad
Afflict.

Digitized by Google

Afflict. deciſ. 321. num.10. verſ.& inſuper, Ioſeph Ludou. deciſ.Peruſ.62. num. 12. & pluribus ſeqq. Et videtur ſenſiſſe *Rota coram Penia iuxtà impreſſionem Venetam deciſ.207.nu.8.*

19 Non obſtat *Text. in d. l. cum de conſuetudine*, quia loquitur per dictionem, *Etiam*, quæ eſt implicatiua, nec excludit Conſuetudinem per actus extraiudiciales, vt bene declarat *Bart. in repetitione l.de quibus num.13.verſ.iſtud communiter ff.de legib.* & cum ſequitur *Iaſ.conſ.46. num.3.ad med.verſ.& ad hoc,& num.4.lib.1.Gutierez de tutel. par.2.cap.1. num.33. verſ.verius, Vaſqu de ſucceſſ. creat.lib.3. §.21. numer.114. in fine verſ. & ad legem.*

20 Doctores verò in contrarium adducti, vel loquuntur ad effectum probationis, vel ità ſunt intelligendi, nempè vt actus iudicialis ſit vnus ex modis probandi conſuetudinem optimè *Bart. in d.l.de quibus num.13. ff.de legib.* vbi
21 reſpondendo contrarijs inquit, quod actus iudiciales inducunt conſuetudinem,non quia iudicium ſit cauſa conſuetudinis, ſed quia ex illis actibus facilè deprehenditur conſenſus Populi, & cum ſequitur *Abb. conſ.73. num.12. lib.2.& in cap.fin. num.16.de conſuetud.* vbi teſtatur de communi Canoniſtarum, & Legiſtarum, *Caſtr. in d.l.de quibus ſub num. 16. verſ.Sed communis opinio ff.de legib.Cyn.in l.2. num.9.C.quæ ſit longa conſuet.*

22 Secundò inſiſtebant Domini ſuper pacto, cum enim Authores Camaldulenſium obtinuerint ſitum à Dominicanis ad effectum ædificandi, in dicta Conceſſione expreſsè conuentum fuit, quod non liceret eiſdem aperire feneſtras reſpicientes Monaſterium, ſeù ædes Concedentium, niſi ad lumen tantum: Vndè ſi non poterant feneſtras aperire, & frui proſpectu Maris, multo minus illis apertis contra formam pacti poſſunt alijs eleuationē propriæ fabricæ impedire, vt in fortioribus aduertit *Pariſ.conſ.63.præſertim ſub num.11.lib.1.* Nam ſemper obſtat iuramentum contrarium, & pactum expreſſum præſeruatum etiam ab
23 ipſa prætenſa Conſtitutione. Et tamen etiam ſine huiuſmodi præſeruatiua pactum veniret obſeruandum, & lex non eſſet attendenda, quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis *iuxt.text.in l.fin. C.de pact. conuent.Cephal.conſ.156. nu.45. Rot.in rec.deciſ.98.n.6.par.5.* cum alijs per *Gratian.cap.376.n.1.*

Nec quicquam facit, quod à multo tempore feneſtræ reperiantur apertæ ſcientibus, & videntibus Patribus Dominicanis: Nam eſto quod ſcientia, & patientia Patrum dici poſſit ſcientia, & patientia Monaſterij,& ex conſtructione illarum videatur inducta ſeruitus paſſiua, præſertim dum non probatur, à quo tempore feneſtrę ad proſpectum conſtructæ fuerint; adhuc nullo modo prætendi poteſt acquiſitum ius actiuum, & prohibitiuum ad impediendam fabricam aliorum: Et valdè
24 iniquum, & irrationabile videretur, quod culpa Camaldulenſium eiſdem deberet patrocinari *l.ſi ab hoſtibus §.ſi vir ff. ſolut. matrim.* Pa-
25 tientia verò Dominicanorum retorqueretur in eorum odium, vt bene per *Caſtr.conſ.48.per tot. lib.3. Cyriac.* qui illum ſequitur *controu. 28. num.11.& ſeqq.*

26 Et regulare eſt, quod conſenſus præſtitus ad vnum finem non operetur reſpectu alterius, vt in proximis terminis notat *Surd. conſ. 387.num.6. & ſeqq Sperell.deciſ.56. num.9.* & in ſimilibus multipliciter exemplificat idē *Surd. conſ.36.num.28. Aym.conſ.242. num.6. Gratian.forenſ.diſcept.cap.831.num.3.& ſeqq.Rot.coram Merlin.deciſ.873.n.12.*

27 Exceptio, quod Patres Dominicani ædificent ad æmulationem, non autem ad propriam vtilitatem, viſa fuit Dominis, non releuare, non quidem in facto, quia non probatur, minus in iure, quia non præſumitur *gloſſ. in l.fluminum §.fin.verb.non teneri, ibique Bart.verſ.in dubio ff.de damn.infect. Rot.coram Buratt.deciſ.631.n.6.& ibi Add. num.25. & in rec.deciſ.599.n.15.& ſeqq.par.5.*

Ex quibus cenſuerunt Domini licere ijſdem Patribus ædificare Partibus hinc indè informantibus.

RAVENNATEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 15. Maij 1662.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum deſcenſiuum, & reciprocum an cenſeatur inductum ex verbis *de hæredibus in hæredes, & de deſcendentibus in deſcendentes.* Et an illud videatur remiſſum per diuiſionem, quando concurrit ſcientia, & adeſt promiſſio euictionis, & manutentionis bonorum, & obligatio de obſeruando omnia in diuiſione contenta.

SVMMARIVM.

1 *Verba* de hæredibus in hæredes maſculos ex legitimo matrimonio *idem important, ac de deſcendentibus in deſcendentes.*
2 *Et inducunt fideicommiſſum perpetuum, & deſcenſiuum.*
3 *Non autem reciprocum de linea ad lineam.*
4 *Subſtitutio reciproca non inducitur, niſi expreſſis verbis legatur.*
5 *Subſtitutio reciproca inducitur, ſi omnes ſint vocati, ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti,& in tota hæreditate.*
6 *Fideicommiſſum directum in rem non extenditur ad perſonas non expreſſas.*
7 *Fideicommiſſum etiam reale reſtringitur ad perſonas, in eodem comprehenſas.*
8 *Subſtitutio reciproca non inducitur ex prohibitione alienationis.*
9 *Amplia præſertim, quando prohibitio ſtat acceſſoriè, & continuatiuè, non autem principaliter, & de per ſe.*
10 *Scientia fideicommiſſi reſultat ex eo, quod quis produxerit Teſtamentum, & egerit vigore illius.*
11 *Confeſſio propria ſuperat omnem aliam probationem.*
12 *Fideicommiſſum non cenſetur remiſſum per Diuiſionem.*

13 *Fal-*

Digitized by Google

13 *Fallit ſtante ſcientia eiuſdem fideicommiſſi, & clauſulis ampliſſimis in Diuiſione adiectis.*

14 *Fideicommiſſum cenſetur remiſſum per Diuiſionem, quando adeſt promiſſio euictionis, et manutentionis, quoad portiones diuiſas.*

15 *Similiter ſi facta fuerit obligatio, de obſeruando omnia contenta in Diuiſione.*

DECISIO CCCLXXVI.

PLVRA opponebantur per Angelam, & Barbaram hæredes Teſtamentarias Alexandri Pauluccii Iunioris contra Deciſionem in hac cauſa editam ſub die 20. Iunij præteriti, in qua firmatum fuit conſtare de fideicommiſſo Antonij perpetuo, ſucceſſiuo, & reciproco inter omnes eius deſcendentes maſculos, purificato ad fauorem Ioannis Franciſci Pronepotis; illudque per Diuiſionem non fuiſſe remiſſum, quia nec conſtabat de ſcientia eiuſdem fideicommiſſi, minuſque de voluntate illud remittendi.

1 Hodiè repropoſita Cauſa, admiſerunt iterum Domini, verba illa *de heredi in heredi maſchi di legitimo matrimonio* eſſe exponenda de deſcendentibus in deſcendentes ex notatis per *Peregr. de fideicom. art. 32. num. 43. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. q. 12. art. 1. nu. 29. & 30. Fuſar. de ſubſtit. q. 339. num. 69.* Et importare fideicommiſſum
2 perpetuum, & deſcenſiuum firmat *Dec. conſ. 38. nu. 3. & 4. Pariſ. conſ. 55. à num. 2. conſ. 88. n. 14. & pluribus ſeqq. & conſ. 92. num. 46. lib. 2. & conſ. 8. num. 6. & 7. lib. 3. Menoch. conſ. 281. num. 2. & 3. Mart. vbi ſupra num. 29. & ſeqq.* cum alijs adductis in præterita Deciſione.

3 Sed noluerunt approbare, quod ex dictis verbis reſultet fideicommiſſum reciprocum de linea ad lineam: Cum potius videantur importare, quod Deſcendentes maſculi vnius ex vocatis cenſeantur ſubſtituti in portione proprij Parentis, non autem in portione Tranſuerſalium, vt aduertit *Ruin. conſ. 115. num. 12. & conſ. 134. ſub num. 7. lib. 3. Socin. Iun. conſ. 188. per totum lib. 2.* quem ſequitur *Cephal. conſ. 401. pariter per totum præſertim à numer. 31. Menoch. conſ. 274. num. 4. ad fin. & num. ſeq. Bellon. Iun. conſ. 12. num. 79. & 80.* & firmauit *Rot. coram Seraph. deciſ. 1023. à num. 1.* & latiſſimè *in Florentina fideicommiſſi 28. Iunij 1638. coram Reuerendiſſimo Carillo.*

4 Reciproca enim regulariter non inducitur, niſi expreſſis verbis legatur *Peregr. de fideicom. art. 13. num. 73. Menoch. caſ. 85. num. 65.* Et vltra cumulatos per *Fuſar. qu. 471. num. 1.* dixit *Rota coram Seraph. d. deciſ. 1023. nu. 1. & ſeqq. & in recen. deciſ. 145. n. 6. par. 1. & deciſ. 192. n. 1. & ſeqq. par. 8.*
5 Vel niſi concurrant coniecturæ vrgentes, & neceſſariæ, ſiue tria illa requiſita, quod nempè omnes ſint vocati; Quod ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti, ac in tota hæreditate, quæ duo poſtrema deficiunt in caſu præſenti, & ſine quibus reciproca prætendi non poteſt, iuxtà notata per *Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 3. & ſeqq. & nu. 15. Honded. conſ. 65. n. 19. lib. 2. Rot. deciſ. 300. num. 10. & deciſ. 361. num. 15. par. 1. in rec.* Et latiſſimè firmatum fuit *in Romana fideicommiſſi de Zefiris 4. Iulij 1646. & 8. Februarij 1647. coram bo. me. Bichio.*

6 Quibus non aduerſatur, quod fideicommiſſum ſit directum in rem, quia non propterea venit extendendum ad alias perſonas vltrà expreſſas, vt dixit *Rota coram Caualer. deciſ. 513. num. 3. & in rec. deciſ. 300. num. 28. par. 1.* Sed
7 debet intelligi inter perſonas in eodem fideicommiſſo comprehenſas *Fuſar. conſ. 17. nu. 128. Peregr. deciſ. Patauina 134. n. 21.*

8 Prout pariter non obſtat prohibitio alienationis, quia illa non eſt apta, ad inducendam reciprocam de linea ad lineam: Cum quilibet videatur prohibitus potius gratia ſuorum liberorum, & deſcendentium, ad quos poſt mortem Prohibiti hæreditas eſt peruentura, quam gratia cohæredis ex adductis per *Ruin. conſ. 121. num. 8. lib. 2. Cephal. conſ. 401. num. 45. & ſeqq. lib. 3. Menoch. conſ. 376. à nu. 55. & conſ. 1216. in fine.* Alioſque cumulat *Fuſar.* reſpondens contrarijs, *conſ. 17. n. 150. & ſeqq.*

9 Præſertim quia talis prohibitio ſtat continuatiuè, & acceſſoriè ad præcedentem diſpoſitionem; non autem principaliter, & de per ſe: ideò præcedens fideicommiſſum ampliare non valet, ſed iuxtà illius terminos regulari debet, vt aduertit *Gabr. conſ. 124. num. 12. & conſ. 138. num. 26. & ſeqq. lib. 2.* & dixit *Rot. in Bonon. Bonorum, ſeu fideicommiſſi de Sanctis 17. Maij 1647. coram bon. mem. Bichio, & in Bonon. fideicommiſſi de Rugerijs 14. Iunij eiuſdem anni coram bo. me. Dunozetto.*

10 Et in omnem caſum ex eo potiſſimum fundamento moti fuerunt pro receſſu à Deciſis, quia ex iuribus de nouo exhibitis conſtat, quod vſque de anno 1615. Idem Ioannes Franciſcus produxit Teſtamentum Antonij, & egit vigore illius pro conſecutione bonorum fideicommiſſariorum, vndè controuertere nequit ſcientiam fideicommiſſi, vt notat *Aym. conſ. 193. ſub num. 7. verſ. idem ſi probaretur, Menoch. conſ. 87. num. 56. & 57.* & notat *Peregr. de fideicomm. d. art. 52. ſub num. 104. & ſeq. Fuſar. de ſubſt. q. 595. num. 9. & 10. Barz. deciſ. 90. ſub nu. 10. & 11.* & tenuit *Rota deciſ. 461. numer. 1. part. 4. diuerſ.*

11 Imò in alio iudicio intentato in Rota faſſus fuit, bona controuerſa eſſe fideicommiſſaria Antonij, vt apparet *ex deciſ. Rauennaten. Bonorum 27. Iunij 1659. coram Reuerendiſſ. D. meo Meltio*: Nulla autem maior probatio, quam proprij oris confeſſio *l. cum te la 2. C. de tranſact. l. generaliter C. de non. num. pec.* Nam illa præualet cuicunque Inſtrumento *Rot. in rec. deciſ. 267. n. 7. & 8. par. 8. cum vulg.*

12 Vndè dum idem Ioannes Franciſcus deuenit ad diuiſionem dd. bonorum cum Alexandro Iuniore, qui Angelam, & Barbaram reas conuentas inſtituit, & in Inſtrumento Diuiſionis appoſita fuit clauſula *ad habendum, tenendum, & diſponendum de bonis diuiſis vt de re propria.* Non poteſt hodiè allegando fideicommiſſũ, dictum Inſtrumentum impugnare. Nam licet per ſimplicem Diuiſionem non cenſeatur renunciatum fideicommiſſo *Rot. deciſ. 86. nu. 3. par. 4. to. 2. rec. & in Cathacen. Hæreditatis 28. Apri-*

Qq lis

lis 1653. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro, cum alijs adductis in fine præteritæ Deciſionis. Attamen contrarium venit dicendum, quandò
13 diuidentes habuerunt notitiam illius, & vſi fuerunt clauſulis amplis, & prægnantibus ex notatis per *Alexand. in conſ. 62. num. 4. lib. 7. Pariſ. conſ. 46. num. 23. & ſeqq. lib. 2.* vbi de clauſula, & facultate *diſponendi, prout de re propria*, quem refert, & ſequitur *Thob. Noni. conſ. 41. à num. 5. & præſertim num. 8. & ſeqq. Rot. in Romana Succeſſionis de Comitibus 26. Iunij 1647. & 26. Iunij 1648. coram Reuerendiſſ. Terracinen.*
14 Quod fortiùs venit dicendum in præſenti caſu, in quo vltrà clauſulas prædictas non ſolum adeſt promiſſio euictionis, & manutentionis quoad portiones, vnicuique in diuiſione obuentas, quæ etiam arguit, fideicommiſſum fuiſſe remiſſum *Non. dicto conſ. 41. nu. 6. Curt. Sen. conſ. 63. num. 19. verſ. modò ſic, & nu. ſeq.* Et eſſe caſum indubitatum, dicit *Curt. Iun. conſ. 49. num. 13. Roland. conſ. 34. num. 91. lib. 4.* & firmat *Barz. deciſ. 96. n. 38. & ſeqq. Caualc. deciſ. 36. num. 19. Mart. Vot. 91. num. 4. Rot. in dicta Romana Succeſſionis de Comitibus 26. Iunij 1647. & 26. Iunij 1648. coram Reuerendiſſ. Terracinen.*
15 Sed etiam concurrit obligatio bonorum præſentium, & futurorum de attenden. & obſeruan. omnia contenta in Diuiſione: *E di non pretender coſa alcuna ſopra li beni diuiſi*, vt latiùs in Inſtrumento ratificationis *Summ. n. 2. Ruin. conſ. 119. num. 20. & 21. lib. 2.* vbi quod tali caſu non habet locum opinio Bartoli, & notat *Cephal. conſ. 253. num. 11. & ſeqq. Burſatt. conſ. 86. nu. 17. lib. 1.* & probat *Ioannes Andreas in addit. ad ſpecul. tit. de teſtam. in addit. quæ incipit quæ de verſ. Peregr. de fideic. art. 52. n. 36.*

Ex quibus vtraque Parte informante Domini receſſerunt à reſolutis.

ROMANA CENSVS.

Mercurij 17. Maij 1662.

ARGVMENTVM.

Saluianum non intrat deficientibus requiſitis neceſſarijs; Et emens pro perſona nominanda non acquirit dominium, niſi reuocabiliter, quod reſoluitur ſequuta nominatione, & conſolidatur in Nominato, perindè ac ſi à principio ei facta fuiſſet venditio.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non datur ſuper bonis, quæ non probantur fuiſſe in bonis Debitoris.*
2 *Bona dotalia Matris ſpectant in proprietate ad filium.*
3 *Bona dotalia Vxoris ſpectant in vſufructu ad Virum.*
4 *Hæres, adeundo ſimpliciter, remanet obligatus etiam in bonis proprijs.*
5 *Inuentarium præſeruat hæredem à damno, ne poſſit conueniri in bonis proprijs.*
6 *Saluianum non datur ſine hypotheca.*
7 *Emens pro perſona nominanda, ſequuta nominatione, remanet merus miniſter, & executor.*
8 *Emptor pro perſona nominanda, facta nominatione, amittit omne ius, & illud acquiritur Nominato.*
9 *Nominatio, quamuis illicò facta non fuerit, retrotrahitur.*
10 *Nominatio operatur, vt dominium rei emptæ numquam fuerit penes Nominantem.*
11 *Dictio* in totum *excludit acquiſitionem cuiuslibet partis.*
12 *Dictio* Et *reſoluitur aliquando in diſiunctiuam.*
13 *Emens pro perſona nominanda acquirit ius reuocabiliter, quod reſoluitur ſtatim nominatione ſequuta.*
14 *Declarantur authoritates contrariæ.*

DECISIO CCCLXXVII.

OCCASIONE ſortis, & fructuum Cenſus impoſiti per Vamperium, & Bonauenam Coniuges, & per Iulianum Griſonum, (vt prætenditur) accollati: Egit Franciſca Curtia ceſſionaria Creditoris pro ſcutis 1260. contra Moniales S. Silueſtri, detentrices vnius Caſalis nuncupati Cornazzano, ſub prætextu, quod fuerit in bonis eiuſdem Iuliani, & dato Dubio, an eſſet concedenda immiſſio, negatiua prodijt reſolutio.
1 Etenim nullo modo probatur, quod Caſale prædictum fuerit in bonis Iuliani Griſoni, vndè ceſſante dicta probatione ceſſat etiam Saluianum *Bart. in l. 1. num. 3. ff. de Salu. Scapucc. eod. tract. q. 17. nu. 1. & 2. lib. 1. Pacif. inſpect. 1. cap. 6. num. 64. Rot. poſt eundem deciſ. 87. ſub num. 11.* cum alijs *in Auenionen. Saluiani 8. Iunij 1648. §. fin. coram bo. me. Bichio.*
2 Probatio verò, quæ deducitur ex Ordinibus lite pendente extractis, importantibus, quod Iulianus locauerit dictum Caſale, parum releuare videtur: Nam Inſtrumentum venditionis factæ per Bartholomæum filium apertè demonſtrat illud fuiſſe dotale Matris, & conſequenter in proprietate ad ipſum ſpectare per *text. in l. 1. Cod. de bon. matern. & in l. cum oportet 6. C. de bon. quæ liber.* & tradit *Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 277. Cyriac. controu. 496. nu. 7.*
3 Adeout Pater non habuerit in dicto Caſali, niſi ſimpiicem vſumfructum durante vita *ad text. in d. l. 1. C. de bon. matern. & dicta l. cum oportet C. de bon. quæ liber. Angel. de Vbald. conſ. 85. ſub nu. 1. verſ. ſecundò probatur, & conſ. 112. circa finem verſ. alia duæ partes, Rota poſt Pacif. de Salu. deciſ. 91. num. 1.*
4 Nec iuuat replicatio, quod Bartholomęus fuerit hęres Patris, iſte verò obligauerit non ſolum bona propria, ſed etiam bona hæredum; Nam quicquid ſit, an conſtet de huiuſmodi voluntate obligandi bona hæredum, ſaltem non apparet, quod Bartholomæus ſit hæres Patris, quodque illius hæreditatem ſimpliciter adiuerit, ad hoc, vt eius bona remaneant obligata, vt bene deductum fuit in *Romana Cenſus, ſeu Saluiani 5. Maij 1655. coram*
5 *Reuerendiſs. D. meo Cerro*, vbi aliæ cumulantur. Imò in partita Montis exaduerſo producta enun-

enunciatur hæres cum beneſ.legis, & Inuent. quod præſeruat illum à damno , & ne poſſit moleſtari in bonis proprijs *l. fin. §. & ſi præfatam C.de iure delib. Rot.coram Coccin. deciſ.8.nu.4. & deciſ.151. num.2.& coram Eminentiſs.Otthobono deciſ 47.num.1.*

6 Sed ceſſat difficultas, quia deficit etiam hypotheca , ſine qua non datur remedium Saluiani *l.1. ff.de Salu. Rota coram Buratt. deciſ.257. num.14.& deciſ.774. num.7.& in recent. deciſ.205. num.2. par.7.* cum alijs *in Vrbinaten. Salu.18.Iunij 1660.coram me.*

7 Non obſtat, quod idem Iulianus emerit , quandam Vineam ab hæredibus Impoſitorum , & in Inſtrumento emptionis accollauerit in ſe onus prædicti Cenſus : Nam emptio, & accollatio non fuit facta ſimpliciter , ſed pro ſe , & perſona , ſeu perſonis per ipſum in totum , vel pro parte ad eius beneplacitum,& voluntatem nominandis: Vndè cum ipſe nominauerit Horatium Realem , & Nicolaum Morrum , qui promiſerunt ſoluere pretium Vineæ, & omnia per Iulianum promiſſa punctualiter adimplere , perindè eſt ac ſi Contractus cum perſona nominata à principio ſtipulatus fuiſſet *Dec.conſ.543.num.7.* vbi quod contrahens reputatur merus executor, & actus nō tribuitur nominanti , ſed nominato , *Anchar. conſ.127.num.1. Mantic.de tacit.lib.4.tit.22.num.9.*

8 vbi quod ſecuta nominatione ius prius quæſitum Emptori reſoluitur , & acquiritur nominato , *Cancer. var. reſol. par.1. cap.8. numer.192.* vbi quod facta nominatione ius quæritur nominato vſque à principio *Gratian.diſcept.forenſ. cap.686. num.1. Nognerol.alleg.11. num.93.& 94. Surd.deciſ.182.num.16.& ſeqq.* dicens , quod ſecuta nominatione dominium nunquam cenſetur fuiſſe penes nominantem, *Rot.poſt Zacch. de oblig.Camerali deciſ.219.n.12.& ſeqq.*

9 Et parum refert, quod nominatio illicò ſecuta non fuerit,ſed ſolum poſt duos dies,quia nihilominus fit retrotractio ad principium contractus , & initæ ſtipulationis ; adeout do-
10 minium nullo tempore dicatur fuiſſe penes nominantem , vt probat *Coſta de retrotract. caſ. 26. cap.8. numer.1.& 2. & in tract.de portione ratæ quæſt.133. num.2.& ſeqq.Surd.deciſ.182.ſub nu.15. verſ. Non etiam , & numeris ſeqq.* Et vltrà plures adductos per *Cenc.de Cenſib. quæſt.67. à num.15.* firmauit *Rot.coram ſa.me. Greg.deciſ.157. nu.7.& ibi Add.nu.24.& 25.*

11 Nec dicatur , prædicta procedere , quando ſtipulatio eſt facta pro ſe , vel perſona nominanda , ſecus verò quando copulatiuè pro ſe, & perſona nominanda ; Nam illa verba in totum , *ibi pro ſe , & perſona , ſeu perſonis in totum , vel pro parte nominandis* excludunt participationem , & acquiſitionem in perſona nominantis , & ratione incompatibilitatis ope-
12 rantur , vt dictio *Et* reſoluatur in diſiunctiuam *vel*,per *tex.in l.ſæpè 53.ff.de verb.ſignif.Bart. in l.ſi is qui ducenta 13. §.vtrum ſub nu.4. ff.de reb. dub.& in l.ſi.Titio fundus 10. num.1. ff.de vſufruct. legat.Cyriac. controu.521. num.67. Rota deciſ.584. num.3.par.4.recent.* Et in terminis de emptione
13 facta pro ſe , & perſona nominanda , quod acquiratur ius Emptori reuocabiliter , illudque reſoluatur ſecuta nominatione, & conſolidetur in nominato,firmat *Magon.deciſ.Floren. 37.num.16. Rot.coram Mantic. deciſ.336. numer.1. & 2.* Et præſupponit *Deciſio 322. num.4. part.4. recent.*

14 Non obſtant Authoritates contrariæ , quia lóquuntur,vel quando nominatio ſecuta non fuit , vel de tempore intermedio ante factam nominationem ; Et rationibus , & Argumentis exaduerſo adductis ſatisfaciunt notata per *Modernum Cenc.de Cenſib.quæſt.67.num.14.& ſeqq. Salgad.in labyrint.Credit.par.2.cap.13.à num.22.ad finem,Nognerol.alleg.11.num.81.& ſeqq.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA TRANSLATIONIS PENSIONIS.

Veneris 26. Maij 1662.

ARGVMENTVM.

Penſionis translatio non ſeruata forma præſcripta in facultate, & facta à Moribundo reſpondente per verbum *ſic* ad interrogationem alterius , non ſuſtinetur, præſertim quando non conſtat de præcedenti voluntate transferendi .

SVMMARIVM.

1 *Negatiua probatur ex lectura Inſtrumenti.*
2 *Forma Breuis debet omnino ſeruari.*
3 *Penſionis translatio etiam nutu , & ſignis, & ad interrogationem fieri poteſt.*
4 *Penſionis transferendæ facultas , ſi fuerit reſtricta ad certam formam , illa non ſeruata,actus corruit.*
5 *Teſtamentum ad interrogationem Notarij non valet, quando Teſtator erat ſemimortuus , nec habebat animum teſtandi.*
6 *Teſtamentum Moribundi reſpondentis ad interrogationem per verbum* ſic *, dicitur potius diſpoſitio Interrogantis, quam Infirmi.*
7 *Teſtator reſpondens ad interrogationem alterius per verbum* ſic *præſumitur id facere , ad ſe eximendum à moleſtijs Interrogantis.*
8 *Penſionis translatio, facta per Moribundum,reſpondentem* ſic *ad alterius interrogationem , non ſuſtinetur , quando non conſtat de voluntate præcedenti , faciendi ſimilem translationem.*
9 *Moribundi facilè Interrogantibus annuunt , & numero ſeq.*
10 *Moribundus , & laborans in extremis reputatur pro mortuo.*
11 *Penſionis translatio cum quibus requiſitis ſuſtineatur .*
12 *Moribundus qui dicatur.*
13 *Teſti , in dignitate Epiſcopali conſtituto , & multipliciter adminiculato , plurimum deferendum venit .*
14 *Teſtes numero plures præferuntur paucioribus.*
15 *Teſtes magis qualificati præferuntur alijs.*
16 *Fides , ſeu atteſtationes extraiudiciales non probant .*
17 *Notario,atteſtanti de actu de præterito,non creditur .*

18 *Notario non creditur, niſi in ijs, de quibus rogatus fuit.*

19 *Penſionis translatio non requirit præſentiam Notarij, niſi ad probationem.*

20 *Penſionis translatio requirit præſentiam Notarij, ad conficiendum inſtrumentum actus.*

21 *Penſionis translatio quando requirat præſentiam notarij, uti perſonæ publicæ.*

DECISIO CCCLXXVIII

DVBITATVM fuit coram me; An translatio Penſionis, quæ prætenditur facta à Rutilio Paraciano vigore Indulti, ſibi conceſſi, ſuſtineatur; Et non ſuſtineri reſponſum fuit; Etenim Indultùm prædictum duas continet partes, alteram in qua conceditur Rutilio facultas transferendi ſub his præcisè verbis *coram perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta à te eligenda quaſcumque penſiones annuas in vna vel pluribus vicibus, etiam in mortis articulo, &c.* Alteram verò in qua habetur. *Vel ſi tibi ità magis placuerit penſiones prædictas &c. etiam in mortis articulo nominandi, etiam coram ſolis Notario, & Teſtibus &c.*

1 Et quoad primam partem res tranſit ſine difficultate, quia aſſerta Translatio non fuit facta coram Perſona conſtituta in Dignitate Eccleſiaſtica, vt patet ex lectura actus prætenſæ translationis, qui bene negatiuam probat, vt docet *Bart. in l. Titia textores 36. num. 2. ff. de legat. 1.* cum pluribus adductis per *Surd. conſ. 28. num. 113. & ſeqq. Rot. coram Buratt. deciſ. 120. nu. 5. ibique Add. Lit. B. & in rec. deciſ. 81. n. 2. par. 6.*

2 Minus ſuſtineri valet in vim ſecundæ partis: Nam facultas transferendi loquitur de perſonis per ipſum Rutilium nominandis, Rutilius autem non nominauit perſonam Translatarij, & ſic non fuit ſeruata forma Breuis, prout omninò ſeruari debebat, vt in his præcisè terminis firmauit *Rota in Peruſina Penſionis 28. May 1649. & 9. Decembris 1650. coram bo. mem. Peutingerio, & prius in deciſ. 38. n. 34. part. 6. recent.* & latè proſequitur *Spad. conſ. 80. num. 4. & ſeqq. lib. 3.* & faciunt tradita per *Iaſ. in l. iubemus num. 11. & 12. Cod. de teſtam.* cum alijs pluribus adductis per *Caldaſ. conſ. 24. nu. 8. verſ. contrariam tamen, & numeris ſeqq.*

3 Nec releuat, quod Translatio Penſionis etiam nutu, & ſignis, & ad interrogationem fieri poſſit *Rot. coram Coccino deciſ. 455. num. 6. & in Ferrarien. Penſionis 21. Iunij 1660. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*; Nam vltrà quod ſigna
4 debent eſſe certa, & indubitata; adhuc prædicta procedunt in facultate ſimplici, & abſoluta, ſecus verò ſi illa reſtricta fuerit ad certam formam, & certum modum, nam forma & modo non ſeruatis actus corruit *Rota in Oſcen. Indulti 1. Iunij 1598. coram Litta in fin. & coram Mantic. deciſ. 286. num. 2. & 3.* & in his præcisè terminis *in dicta Peruſina Penſionis 28. Maij 1649. & 9. Decembris 1650. coram bon. memor. Peutingerio.*

5 In præſenti verò caſu non conſtat, niſi quod Rutilius ad importunitatem, & ſuggeſtionem Interrogantium reſpondit ſic; Vndè cum dicto tempore eſſet ſemimortuus, prout illinc ad paucas horas obijt, non poteſt dici, quod habuerit animum transferendi, & eſſet in ſenſu perfecto, prout in terminis Teſtamenti firmant *Socin. Iun. conſ. 183. per totum præſertim num. 12. & 13. & n. 26. & ſeqq. lib. 2. Corn. conſ. 103. num. 12. & 13. lib. 1. Menoch. conſ. 45. num. 17. Cald. conſ. 24. à num. 8. vbi ſub num. 13.* ait, quod talis
6 diſpoſitio dicitur potius propinquorum, quã ipſius Infirmi, & probat *Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 6. num. 9. Clar. in §. Teſtamentum qu. 37. n. 5. & 6.* vbi dicit concluſionem indubitatam; Et de veriſſima opinione teſtatur *Fachin. controu. iur. lib. 10. cap. 17. verſ ſed contrariam*, alioſque plu-
7 res cumulant *Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 1. art. 3. num. 17. & ſeqq.* vbi quod præſumitur ità reſpondere, ad ſe eximendum à moleſtijs Interrogantium *Cyriac. controu. 549. à num. 67. & Ciarlin. controu. 109. num. 43. & 44.* Et hanc concluſionem vti æquiorem, & magis receptam, ac rationabilem amplexa fuit *Rot. deciſ. 60. n. 6. coram Mantic. & deciſ. 638. num. 2. & per tot. par. 1. diuerſ. & in rec. deciſ. 288. ſub n. 5. & ſeqq. par. 9. to. 1. & deciſ. 346. ſub nu. 12. & ſeqq. par. 9. to. 2.*

8 Et maximè dum non docetur de voluntate præcedenti transferendi; Tunc enim indubitatum eſt, diſpoſitionem factam à Moribundo reſpondente ſimpliciter *ſic* non ſuſtineri:
9 quia iſti facilè Interrogantibus annuunt, vt bene firmat *Caſtr. conſ. 155. num. 2. lib. 1. Aym. conſ. 117. per totum*, & latè probat *Cald. conſ. 24. num. 10. Fachin.* qui hanc opinionem veriſſimam dicit *controu. Iur. lib. 10. c. 17. verſ. ſed contrariam, Cyriac. dicta controu. 549. nu. 72. & 73. Grammatic. deciſ. 73. num. 4. & ſeqq. Rot. in dicta deciſ. 288. ſub num. 8. verſ. eoque magis, & deciſ. 346. num. 12. & ſeqq. & præſertim à num. 23. par. 9. rec. & in Aueniouen. fideicommiſſi 24. Ianuarij 1659. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

10 Moribundus enim, & laborans in extremis reputatur pro mortuo, *vt eſt text. in l. iubemus 29. vbi Iaſ. num. 1. C. de teſtam. & ibidem Cyn. nu. 3.* inquit, quod ſi talis interrogaretur, *interfeciſti hominem?* reſponderet *ſic*, illumque ſequuntur *Alex. conſ. 12. num. 6. lib. 1. Menoch. conſ. 45. n. 17.*

11 Nec applicatur Deciſio *in dicta Ferrarien. Penſionis coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, quia ibi agebatur de translatione coram perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta; Notarius confecerat Inſtrumentum Translationis, interuenerant duo Teſtes omni exceptione maiores, & conſtabat manifeſtè de voluntate transferentis, quæ omnia deficiunt in caſu præſenti, & in his terminis loquitur etiam deciſio *Aueniou. fideicommiſſi 20. Iunij 1661. & 26. Martij proximi præteriti corã eod. Reuerendiſſ. D. meo Cerro*, & ità declarat *Couar. in cap. cum tibi nu. 4. de teſtam. Ruin. conſ. 8. num. 9. & ſeqq. lib. 3. Cald. dicto conſ. 24. à num. 10.*

12 Quod autem Rutilius eſſet in eo ſtatu, probatur concludenter, nam die 29. Iunij poſtquã cecidit ab equo, ſtatim vocatus fuit Barbitonſor, qui deponit vt infrà: *Io fui lì dal Sig. Rotilio, non ſtette mai in propoſito, perche era vn Cadauero, & il petto era così mal trattato, che ſi riduſſe vicino alla morte con hauer perſa la parola, & i*

ſenti-

Digitized by Google

ſentimenti &c. & arriuando ci tronai due Padri Cap-
puccini, che gl'aſſiſteuano, & lo chiamauano per no-
me con dirgli, che haueſſe fatto qualche ſegno, ò atto
di contritione, e mentre fui li, non fece ſegno alcuno.
Idemque confirmat Iuuenis Nicolai Lerchè,
qui præſens fuit, addens fù trapanato in teſta, cioè
le fù sbuſciato l'oſſo della teſta, & nihilominus in
dicto tempore nunquam locutus fuit. Et Pa-
rochus, qui duabus vicibus ad eum acceſſit,
non potuit eidem adminiſtrare Sacramenta,
quia (vt ipſe inquit) non era in ſtato di poterli
pigliare; & ne anche poteua aprir la bocca, anzi ha-
uendolo Io più volte chiamato à nome, non riſpoſe mai
& non parlò mai con neſſuno &c. & in letto pareua
come vna ſtatua, nè ſi conoſceua, che foſſe viuo, ſe
non dal reſpirare, vt in his terminis ponderauit
Rot. in Peruſina Penſionis 9. Decembris 1650. coram
bon. memor. Peutingerio, & notauit Cald. conſ. 24.
num. 35.

13 Vndè rectè Epiſcopus Caſtellanetæ Præſul
timoratæ conſcientiæ abſtinuit ab huiuſmodi
actu, aſſerens ex tribus cauſis non approbaſſe
huiuſmodi translationem, & la prima fù, (vt
ipſe deponit) perchè ſe bene inteſi riſpondere doi
volte di sì dal Sig. Rotilio, ad ogni modo dubitai, ſe
queſta era ſufficiente, mentre gli ſi diceua prima, &
più volte dite Signor sì: la ſeconda Cauſa fù, perchè
vedendolo tanto affannato, & anguſtiato dalla ſua in-
diſpoſitione, ſenza dare in mia preſenza altri ſegni
eſterni di qualche intendimento, non mi parue di po-
termi del tutto aſſicurare, ſe egli ben capiua le inter-
rogationi à lui fatte, la terza cauſa fù, perche eſſen-
do più d'vna le penſioni, dubitai conſeguentemente,
ſe il Sig. Rotilio medeſimamente à ſufficienza inten-
deſſe, di traſferire vna, ò tutte le penſioni, ò alcune
di eſſe. Cui Teſti in dignitate Epiſcopali con-
ſtituto, & multipliciter adminiculato, ac de-
ponenti de facto proprio plurimum deferendū
eſſe, tradit Bart. in l. 1. §. idem Cornelio num. 3. ff. de
quaſt. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14. num. 47.
Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 247. nu. 6. & ſeqq. & in
rec. deciſ. 162. n. 3. par. 5.

14 Hinc patet, non eſſe attendendos duos Te-
ſtes domeſticos exaduerſo examinatos; Nam
vltrà quod Santinus in multis eſt ſibi contra-
rius, ambo conuincuntur de mendacio, nec
poſſunt concurrere cum Teſtibus pro Titula-
ribus adductis; Tum quia iſti ſunt numero
plures cap. in noſtra de Teſtib. Ruin. conſ. 158. n. 29.
lib. 5. Caſar de Graſſ. deciſ. 13. n. 7. de re iudic. & de-
ciſ. 23. n. 4. de probat.

15 Tum quia ſunt magis qualificati, cum vl-
trà Chirurgum, & Barbitonſorem, qui cu-
rarunt infirmum, adſit etiam Epiſcopus Ca-
ſtellanetæ, & Parochus iuxtà gloſſ. in cap. Mona-
chus verbo quorum 77. diſtinct. Aym. conſ. 267. nu. 2.
Menoch. conſ. 457. num. 10. lib. 5. Rot. poſt ſecundum
vol. conſ. Farinacc. deciſ. 249. num. 5. & 346. n. 7.

16 Demum non obſtant fides, ſeù atteſtatio-
nes reportatæ lite pendente, quia vti tes ex-
traiudiciales non probant, Teſtibus enim non
teſtimonijs eſt credendū l. Inſtrumenta, l. rationes,
& l. exemplo C. de probat. Rot. coram Mant. deciſ. 51.
num. 6. & deciſ. 357. num. 4. & in recent. deciſ. 214.
eod. num. par. 6.

17 Et ceſſat difficultas, quia nec etiam conſtat
de Inſtrumento Translationis nam Antonius
Maria Lancianus Iuuenis in officio Simon-
celli, qui fuit vocatus, vt conficeret Inſtru-
mentum prædictum, videns quod Rutilius
non erat in ſtatu transferendi, quodque ad
interrogationem vix potuit proferre illa ver-
ba Signor sì, adeout Epiſcopus Caſtellanetæ
recuſauerit, interponere authoritatem ſuam,
neque etiam ipſe voluit Inſtrumentum con-
ficere, ſed tantum metu mandati de grauan-
do relaxati ab A.C. fecit fidem, & atteſtatio-
nem de prædictis, vt bene in propoſito pon-
derat Angel conſ. 275. num. 1. & 2. Quæ atteſtatio
nihil operatur Aym. conſ. 171. num. 4. verſ. nec ob-
ſtat, vbi nu. 5. Subdit, quod Notarius tanquam
Notarius non poteſt atteſtari de actu de præ-
terito, Rot. coram Put. deciſ. 61. num. 1. lib. 1. & de-
ciſ. 285. par. 2. diuerſ. Et niſi de ijs, de quibus fuit
18 rogatus Zaſ. conſ. 3. num. 37. lib. 1. Caldas conſ. 24.
num. 16. & 17. Rot. coram Caual. deciſ. 272. nu. 5. &
poſt ſecundum vol. conſ. Farin. deciſ. 366. num. 1. & in
rec. deciſ. 235. n. 6. par. 4. to. 2.

19 Non obſtat, quod præſentia Notarij requi-
ratur tantummodò ad probationem transla-
tionis, non autem ad illam ſubſtantiandam
Rot. deciſ. 689. in fine par. 4. diuerſ. quam refert
Spada conſ. 77. ſub num. 4. & conſ. 78. num. 7. lib. 3.
& firmauit Put. deciſ. 334. num. 2. lib. 2. Coccin. de-
ciſ. 322. num. 4. & deciſ. 455. num. 8. cum alijs plu-
ribus exaduerſo allegatis: Quia non præten-
20 ditur, quod Notarius deberet interuenire
tanquam executor, caſſando penſionem an-
tiquam, & nouam reaſſumendo, nec quod
eſſet exhibendum priuilegium coram ipſo;
Nam hoc non pertinet ad eius officium, ſed
dicitur, quod erat neceſſarius eius interuen-
tus ad promouendam probationem, & confi-
ciendum Inſtrumentum actus iuxtà notata
per Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 37. nu. 35. & ſeqq.
& quæſt. 40. num. 28. & ſeqq. Si enim Papa non
21 requiſiuiſſet præſentiam Notarij, vti Nota-
rij, ac perſonæ publicæ, ſed vti Teſtis, facul-
tatem conceſſiſſet Rutilio transferendi coram
tribus Teſtibus, non contradiſtinguendo per-
ſonam Notarij, à perſona Teſtium, vndè di-
ſcretiuus iſte loquendi modus denotat, quod
Notarius fuit conſideratus tanquam Nota-
rius, & tanquam perſona diuerſa à perſona
Teſtium Corn. conſ. 90. num. 6. lib. 3. alioſque cu-
mulat Spada conſ. 171. n. 2. pariter lib. 3. Rot. coram
ſa. me. Greg. deciſ. 372. num. 7. & in recent. deciſ. 667.
num. 5. par. 2. & deciſ. 235. n. 1. par. 9.

Ex quibus translationem nō ſuſtineri vtra-
que Parte informante reſponſum fuit.

CAMERINEN. PECVNIARIA.

Veneris 2. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Antidata probatur ex Teſtibus, & ex Coniectu-
ris præſertim concurrente cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio non datur, niſi creditum ſit clarum, & indubitatum.*
2 *Teſtes informati, & reddentes concludentes rationes ſui dicti, plenè probant.*
3 *Antidata ex quibus probetur.*
4 *Teſtibus informatis, & deponentibus veriſimilia fides adhibenda venit.*
5 *Antidata facilius præſumitur, quando concurrit cauſa.*
6 *Aſſertioni Partium non ſtatur in prohibitis.*

DECISIO CCCLXXIX.

INSTANTE Matthia Vagino pro conſecutione pretij cuiuſdam Prædij contra Franciſcum Thiſæum illius emptorem, & excipiente Franciſco de compenſatione; firmatum fuit ſub die 26. Aprilis 1660. illam intrare pro ſorte Cambij ſcutorum mille, & quod de fructibus videretur. Vndè aſſumpta diſputatione ſuper fructibus cenſuerunt Domini ſub die 30. Maij 1661. illos non deberi, niſi à menſe Auguſti 1654. & hodie repropoſita
1 cauſa ex ijſdem rationibus permanſerunt in reſolutis. Etenim ad effectum compenſationis, neceſſe eſt, quod creditum ſit clarum, & indubitatum, vt diſponit *text. in l. fin. C. de compenſat. Alex. conſ. 93. num. 1. lib. 4. Rota in recent. deciſ. 380. nu. 3. par. 3. & coram ſa. me. Greg. deciſ. 552. n. 5.* cum alijs pluribus *in Romana Pecuniaria 25. Febr. 1647. coram Eminentiſs. Corrado.*

2 Tale autem non poteſt dici creditum fructuum prætenſum per Thiſæum vſque ad menſem Auguſti anni 1654. Nam ex tribus Teſtibus formiter examinatis apparet, apocam, in qua Franciſcus fundat intentionem ſuam, non fuiſſe ſubſcriptam ſub die 8. Nouembris 1642. ſub qua notata apparet, ſed longè poſt, & ſignanter in fine Iulij, ſeu in principio Auguſti 1654. Cumque ex dictis Teſtibus, primus deponat de facto proprio, & omnes reddant optimas, & concludentes rationes ſui dicti, plenè probant, vt firmauit *Rota deciſ. 151. num. 7. par. 4. tom. 2. rec. & deciſ. 118. nu. 6. par. 9. & in Toletana Decimarum de Verſcial 26. Iunij 1654. coram bo. me. Dunozetto.*

3 Non obſtant ea, quæ obijciuntur contra perſonas, & dicta Teſtium, quia fuerunt abundè ſublata ex deciſione, quæ reuidetur, & ex reſponſionibus, datis ab informantibus pro Vagino: Et coadiuuatur eorum dictum. Tum ex Archiuatione ſecuta de anno 1655. Tum etiam ex adnotatione partitarum in præfata Apoca poſt dictam Archiuationem. Tum & clarius ex partitis libri eiuſdem Thiſæi, quarum vna præcipuè de anno 1643. cantat per verba futuri temporis, & de Inſtrumento Cenſus, non autem de Apoca Cambij; Et demum quia pulſatus Thiſęus ad declarandū. An vellet habere prædictam Apocam pro bona, vera, & reali, recuſauit facere huiuſmodi declarationem, & vltimo loco ad eam deuenit cum ſolita cautela, & præſeruatiua; *Dummodo non conſtet de contrario*, quæ omnia clarè demonſtrant, Apocam non fuiſſe firma-
4 tam, & ſubſcriptam de anno 1642. & depoſitionem Teſtium, vti multipliciter adminiculatam, & veriſimilem eſſe attendendam *l. ob carmen 21. §. ſi Teſtes ff. de Teſt. Bald. in l. Teſtium 8. num. 38. C. eodem Gabr. concl. 4. num. 28. eod. tit. Rot. coram Cæſar de Graſſ. deciſ. 13. n. 8. de ſent. & re iudic. & coram Mantic. deciſ. 215. n. 5.*

5 Maximè quia vltrà prædicta concurrit etiā cauſa, propter quam Apoca confecta fuit cū data anteriori, nempè ad euitandam executionem mandati contra Vaginum iam relaxati ad inſtantiam Creditoris ipſius, quo caſu facilius antidata, & ſimulatio præſumitur *Bart. conſ. 65. nu. 5. lib. 1. Rot. coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 191. n. 3. & in rec. deciſ. 283. num. 13. par. 5. & deciſ. 3. num. 3. & deciſ. 495. num. 15. par. 9.*

6 Non obſtat, quod Vaginus potuerit ſibi præiudicare ſubſcribēndo ſub diuerſa die, quia in prohibitis non attenditur aſſertio Partium, ne ſit in poteſtate illarum facere licitum, quod eſt illicitum, *Becc. conſ. 213. nu. 91. & 92. lib. 2. Rota deciſ. 52. num. 5. par. 1. recent. & deciſ. 711. num. 6. par. 3. et in Romana Cambij 17. Febr. 1642. coram bo. mem. Bichio.*

Quo verò ad fructus decurſos à menſe Auguſti 1654. quo tempore Apoca verè conſcripta fuit. Cenſuerunt Domini, fructus deberi, ſed de illis eſſe habendam rationem cum alijs creditis prætenſis ab eodem Vagino.

Et ita vtraque &c.

AVENIONEN. SALVIANI.

Lunæ 5. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Valet pactum, quod pro pecunia mutuata, deficiente Mutuatario in reſtitutione; Prædium cenſeatur venditum: Et identitas Prędij probatur ex confinibus, ex demonſtrationibus, & ex alijs qualitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus mutui poteſt ex pacto tranſire in contractum emptionis, et venditionis.*
2 *Aeſtimatio Prædij probatur ex relatione Peritorum.*
3 *Identitas rei ex quibus probetur.*
4 *Identitas rei reſultat ex duabus demonſtrationibus.*
5 *Maximè quando aliqua ex illis non poteſt verificari in alio corpore.*
6 *Pluralitas Contractuum de iure non præſumitur.*
7 *Nullitas non poteſt allegari niſi ab eo, in cuius fauorem inducta fuit.*
8 *Venditor, ſi rem non tradat, tenetur ad damna, et intereſſe.*
9 *Fructus à poſſeſſore bonæ fidei non debentur, niſi à die motæ litis.*

DECISIO CCCLXXX.

MVTVAVIT Nicolaus Tertullus ſcuta
400. auri Franciſco Choiſellato, ſed ea
lege, & pacto, quod mutuo infra annum nõ
reſtituto, cenſeretur Mutuanti vendita me-
dietas Coloniæ, ſitæ in Territorio Paterna-
rum in loco detto la Porquiere, propè viam
publicam, & alia loca in Inſtrumento ex-
preſſa pro pretio, per Peritos æſtimando.

Vndè introducto iudicio ad inſtantiã Fran-
ciſci dicti Nicolai hæredis pro dictis ſcut. 400.
necnon pro damnis, & intereſſe; licet Rota
ſub die 17. Iunij 1658. coram Reuerendiſſimo
Papien. reſponderit negatiuè quoad damna
præfata, nihilominus poſteà ſub die 12. De-
cembris 1659. & 28. Iulij 1660. exhibita æſti-
matione firmauit, damna, & intereſſe de-
beri.

1 Ratio reſolutionis fuit, quia contractus
mutui durante anno poſt annum, ſequuta
æſtimatione, tranſiuit in contractum vendi-
tionis *ad text. in §. pretium verſ. ſed certum, ibique
Pichard. num. 27. & ſeqq. & præſertim num. 36. Inſt.
de empt. & vendit. l. ſi fundus 16. §. vlt. ff. de pignor.
l. ea qua 58. ff. de donat. int. vir. & vxor.* Et probat
*Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 19. n. 21. Cyriac. contr. 393.
num. 7. & 8.* cum alijs pluribus cumulatis in
*Tiburtina Caſtri S. Angeli 11. Martij 1650. coram
Reuerendiſſ. D. meo Meltio*, & in Deciſionibus
huius cauſæ coram eodem.

2 Nec veritas dictæ æſtimationis controuerti
poteſt; nam illa apparet ex relatione iurata
Peritorum data *in Summ. num. 1.* quę licet can-
tet de Prædio libero, & franco ab omni cen-
ſu, & ſeruitio; nihilominus benè verificatur
in Colonia controuerſa, exiſtente ſub directo
dominio Monialium S. Praxedis; dum con-
3 currunt identitas nominis, loci, & confinium,
& quod illa fuit empta à Franciſco de Scerlas,
vt benè in propoſito firmauit *Rot. coram Cocci-
no deciſ. 120. nu. 5. & in Romana Pecuniaria 5. Mar-
tij 1618. coram bon. mem. Manzanedo.* Nam ad di-
4 ctum effectum duæ demonſtrationes ſufficiũt,
vt docet *Bart. in l. demonſtratio falſa 17. num. 14.
ff. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ. 133. nu. 5. lib. 1.
Surd. conſ. 44. n. 20. Rot. coram Merlin. deciſ. 341. n. 7.
& in rec. deciſ. 101. n. 8. par. 8.*

5 Præſertim cum non appareat, quod idem
Nicolaus aliud Prædium emerit à Franciſco
de Scerlas, vt dixit *Rota coram Millin. deciſ. 374.
nu. 21. & 22.* Et de iure pluralitas contractuum
6 non præſumatur, vt notat *Bald. in l. neque nata-
les 10. num. 8. C. de probat. Iaſ. in l. eum qui 30. §. in
popularibus ff. de iureiur.* alioſque cumulat *Surd.
conſ. 16. nu. 9.* & tenuit *Rot. coram Greg. deciſ. 344.
n. 4. & coram Merlin. deciſ. 540. n. 6.*

7 Nec refert, quod æſtimatio facta fuerit de
re vti libera, & franca, quia hoc reſpicit cõ-
modum Emptoris, qui poterit petere redu-
ctionem pretij, non autem Venditoris, cui
non licet huiuſmodi nullitatem allegare per
ea, quæ notat *Bart. in l. 2. num. 2. C. de iur. emphyt.
ibique Bald. in addit. num. 4. Iaſ. num. 6. & ſeqq.* &
communiter Doctores, & tradit *Tiraquell. in
l. ſi vnquam verb. Reuertatur nu. 10. & nu. 393. C. de
reuoc. donat. Surd. deciſ. 70. n. 25. & deciſ. 179. nu. 17.
Rot. coram Buratt. deciſ. 937. n. 7.*

8 Quibus ſtantibus, cum Venditor elapſo an-
no non tradiderit Coloniam controuerſam,
tenetur ad damna, & intereſſe per *text. in l. fru-
ctus 13. C. de act. empt.* & aduertit *Caſtr. in l. de di-
uiſione num. 9. ff. ſolut. matrim. Socin. Sen. conſ. 170.
num. 13. lib. 2. Gabr. conſ. 64. num. 12. & ſeqq. lib. 1.
Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 26. n. 12.* & firmauit *Rota
penes Poſt. de ſubhaſt. deciſ. 41. num. 2.*

9 Sed quia iudicium non fuit motum, niſi ab
anno 1621. contra Gabrielem de Roas, & de-
inde proſequutum contra Lucretiam, & iſti
non ſunt hæredes Mutuatarij, ſed Tertij poſ-
ſeſſores aliorum bonorum, & ſemper fuerunt
in bona fide: Ideò Domini reformando in
hac parte deciſionem, exiſtimarunt, fructus
perceptos ex dicta Colonia loco damnorum,
& intereſſe non deberi, niſi à die motę, litis
*per text. in l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ. & in l. cer-
tum 22. C. de rei vendicat. Rot. in recent. deciſ. 3. nu. 1.
& ſeqq. par. 7. & coram Reuerendiſſimo Tarraconen.
deciſ. 305. num. 7. & 8.*

Et ita vtraque &c.

FIRMANA DOMVS.

Lunæ 12. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Sententia ob non proſecutionem appellationis tranſit in iudicatum, & dicitur iuſta dum reuocat ſubhaſtationem factam ſuper bonis fideicommiſſarijs exiſtentibus bonis liberis, & dum denegat retentionem pro melioramentis factis mala fide poſt iudicialem proteſtationem, & interpellationem.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi non fuit proſecuta, perinde eſt, ac ſi non fuiſſet interpoſita.*

2 *Appellatione non proſecuta cauſa remanet deſerta, & ſententia facit tranſitum in iudicatum.*

3 *Negatiua probatur ex reuolutione proceſſus.*

4 *Deciſiones Rotæ probant iuſtitiam ſententiæ.*

5 *Sententiæ dicuntur conformes ſi vna confirmet aliã.*

6 *Fideicommiſſum particulare alienari non poteſt exiſtentibus bonis liberis.*

7 *Cenſus ex parte Emptoris eſt irredimibilis.*

8 *Domus non præſumitur inhabitabilis, dum ſemper habitata fuit.*

9 *Melioramenta quamuis vtilia non conſequitur ille, qui fuit conſtitutus in mala fide mediante proteſtatione, & interpellatione.*

10 *Melioramenta fuiſſe facta poſt proteſtationem probatur ex lectura ipſius, in qua habetur, quod illa non fiant, nec aliquid innouetur.*

11 *Probatio debet fieri ab eo, qui habet præſumptionem contra ſe.*

12 *Aedificij commixtio ſi facta fuerit, quid ſit agendum.*

DE-

DECISIO CCCLXXXI.

GASPAR, Balthaſſar, & Floridus de Raynaldis conceſſerunt Dominico, & Ioanni de Raccamadorijs Domum quandam in Locationem duraturam vſque ad redemptionem alterius partis eiuſdem Domus, quàm pſius dederant in ſolutum præfatis de Raccamadorlis pſo pretio ſcut. 190. & cum pacto de redimendo quandocumque.

Cum autem dicta Domus, ſeu partes illius deuenerint ad Paulum Aemilium, & alios de Montibus, propterea Petrus Auguſtinus alienantium frater, & hæres iudicium inſtituit ſuper Domus retrouenditione, & duas ſententias fauorabiles extra Rotam reportauit, alteram verò in Rota illarum confirmatoriam cum condemnatione vlterius ad ſolutionem penſionum à die motæ litis quoad partem in ſolutum datam, & vſque ab initio quoad partem locatam.

Ab hac ſententia licet appellauerint illi de Montibus, & cauſa per Signaturam commiſſa fuerit cum clauſula *ſine præiudicio trium conformium, & mandati de immittendo*. Nihilominus quia per biennium, & vltra non fuit proſecuta, dedi Dubium. An conſtet de re iudicata, vel potius de cauſis reſtitutionis in integrum; affirmatiuè quoad primam partem, & negatiuè quoad ſecundam reſolutum.

1 Reſpectu enim primæ partis, dum non docetur de proſecutione appellationis, perindè eſt ac ſi à ſententia non fuiſſet appellatum *l. fin. §. illud etiam C. de tempor. appellat. Rot. in Toletana Decimarum de Verſcial 26. Iunij 1654. coram bo. mem. Dunozetto*. Atque ideò cauſa remanſit
2 deſerta, & ſententia fecit tranſitum in iudicatum *Rota coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 44. num. 4. & in Romana Mercium 28. Iunij 1655. coram Me*.

3 Huiuſmodi verò res iudicata euitari non poteſt, nec prætextu nullitatis, nec ratione iniuſtitiæ: Nullitas enim tollitur ex reuolutione proceſſus: Et iniuſtitia ex Deciſionibus
4 D. mei Albergati, in quibus firmatur Domũ prędictam vti ſuppoſitam fideicommiſſo particulari non potuiſſe ſubhaſtari, & deliberari.
5 Et quamuis opponatur exaduerſo, quod ſententiæ non ſint conformes: Attamen dum vna confirmat aliam, conformitas videtur manifeſta, vt ſenſit *Rota coram Caualer. dec. 387. n. 1. coram Duran. deciſ. 363. nu. 3. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 63. n. 1.*

6 Non obſtat, quod Domus vendita fuerit pro ſoluendis debitis fideicommittentis, quia ſtante fideicommiſſo particulari, & exiſtentia bonorum liberorum, prout non reuocatur in dubium: quodque alienatio fuit voluntaria non autem coacta, non poterat deueniri ad diſtractionem illius iuxtà notata per *Peregr. de fideicomm. art. 40. num. 28. verſ. adde circa ſecundum Gabr. conſ. 118. ſub num. 6. & ſeqq. lib. 1.* Et vltra relatos per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 541. numer. 19.* firmauit *Rot. in Meleuitana fideicommiſſi 13. Martij 1653. coram bo. me. Bichio.*

7 Et multò magis dum æs alienum conſiſtebat in Cenſu, qui ex parte Emptoris erat irredimibilis, vt ad literam diſponit Conſtitutio ſa. mem. Pij V. in ord. 69. §. 12. Bullar. nouo tom. 2. & aduertit *Couar. var. lib. 3. cap. 9. n. 4. Rota in rec. deciſ. 642. num. 3. in fine par. 2. & poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 27. nu. 7.*

8 Minus facit, quod Domus minaretur ruinam, & fideicommiſſarij quamuis interpellati neglexerint illam reaptare: Nam vltra quod deficit talis probatio; imò videtur conſtare de contrario, dum ſemper habitatā fuit à Raccamadorijs etiam de tempore ſecutæ ſubhaſtationis; Adhuc ſub tali prætextu non poterat deueniri ad venditionem illius: Et atten-
9 ta proteſtatione iudicialiter facta, quod nihil eſſet inuouandum ſub pœna amiſſionis melioramentorum ex quo Domus erat ſuppoſita fideicommiſſo, & Raccamadorij promiſerant illam ſemper, & quandocumque retrouendere, vt latius in proteſtatione ſub die 16. Decembris 1620. *Summ. num. 5.* fuerunt Montij conſtituti in mala fide, adeout dicta melioramenta quamuis vtilia conſequi non valeant *Bald. conſ. 257 præſertim ſub nu. 3. lib. 1.* vbi, quod licet talis denunciatio non conſtituat in mala fide emendi, ſi emptio iam erat ſecuta, conſtituit ſaltem in mala fide expendendi, ſi melioramenta non erant facta, & notat *Gabr. conſ. 157. ſub nu. 3. verſ. ideirco lib. 1. Peregr. conſ. 42. num. 21. pariter lib. 1. Bellon. iun. conſ. 76. num. 54. & ſeqq.* Alioſque cumulat *Paciſ. de Salu. inſpect. 2. cap. 2. n. 234. Boer. deciſ. 47. n. 1. & ſeqq.* & firmauit *Rot. deciſ. 126. in fine par. 7.*

10 Obiectum, quod melioramenta eſſent facta ante proteſtationem, ceſſat ex lectura illius, dum dicitur *Domum non deteriorari, demoliri, nec in illa fabricari, ſeù aliàs circa illam aliquid innouari, alias de omnibus damnis &c. & quod ædificium, quod continget fieri, ſeu fiet cedet ſolo &c.* Signum euidens, quod demolitio non erat ſecuta, & ædificium non erat factum. Et com-
11 probatur ex Articulis exaduerſo datis, in quibus habetur, quod demolitio ſecuta fuit de annis 1624. & 1625. cum tamen proteſtatio iam præceſſiſſet de Menſe Decembris 1620. Vndè onus probandi contrarium incumbit illis de Montibus, prætendentibus euitare effectum proteſtationis, & habentibus præſumptionem contra ſe *l. qui accuſare C. de eden. l. actor, quod aſſeuerat C. de probat. Rot. coram Mantic. deciſ. 251. ſub num. 2. & 3. & in Rauennaten. Cenſuum 29. Martij 1621. coram Manzanedo.*

12 Quibus ſtantibus non placuit Dominis amplecti temperamentum adductum per *Magon. deciſ. Lucen. 33. num. 39. verſ. proponebatur*; videlicet quod attenta difficultate, & commixtione veteris ædificij, & noui, deueniendum ſit ad adiudicationem in pecunia faciendam ei, qui habet minorem partem arbitrio Iudicis; Nam cum commixtio facta fuerit mala fide, cauſata culpa Emptoris ad id præordinatà, eidem venit imputandum qui ſe poſuit in tali neceſſitate vt reſpondet, & declarat idem *Magon. num. 40. et ſeqq.*

Et ità &c.

RO-

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 16. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Retentio non datur pro credito, niſi ſit clarum, & liquidum, & obligario mulieris, & filij familias non valet, niſi cum debitis ſolemnitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones ex ſtylo ſupponendæ veniunt.*
2 *Ceſſionarius repræſentat in omnibus perſonam Cedentis.*
3 *Retentio non datur pro credito turbido, & illiquido.*
4 *Retentio non datur illi, qui declarauit nullum ius habere.*
5 *Retentio competit ſolum Creditori, & non Alteri.*
6 *Exceptio excluſiua iuris agentis ſemper opponi poteſt.*
7 *Mulieris obligatio, facta ſine ſolemnitatibus, non valet, etiamſi perſona ſit qualificata.*
8 *Filij familias obligatio, facta ſine ſolemnitatibus, non ſuſtinetur.*
9 *Verſio pecuniarum in vtilitatem mulieris, quando dicatur probata.*
10 *Teſtis vnicus probat contra Producentem.*
11 *Teſtis depoſitio ſcindi non poteſt.*
12 *Filius familias, habitans ſeorſum à Patre, non habetur pro Patre familias, niſi publicè reputetur pro tali.*

DECISIO CCCLXXXII.

OBTINVIT Octauius Coſta, vti Creditor DD. Marij, & Alexandri de Sfortia, conſignari ſibi ex pretio Vallis Montanę ſcuta 4500. monetæ, ſub obligatione tamen de reſtituendo prioribus, & potioribus, & ad omne mandatum Domini; Contra quem cum de anno 1641. inſurrexerint Scotti Creditores anteriores, & mandatum, necnon executionem ſuper nonnullis locis Montium reportauerint. Dubitaui ſub die 5. Iulij 1655. An dictum mandatum eſſet exequendum, & affirmatiua prodijt reſolutio.

Hinc ad euitandam deliberationem dd. locorum Montium in vim Deciſionis, & Decreti Rotalis, deſuper emanati, promiſit Philippus Coſta hæres Octauij prædicti mediante perſona Matris ipſius Tutricis, & adminiſtraticis teſtamentariæ vel ſoluere eiſdem de Scottis huiuſmodi ſummam in tot locis Mōtium, vel illam ab alijs Creditoribus poſterioribus reportare; Et interim aſſignauit eiſdem ſcuta 177. 50. annua, correſpondentia quantitati fructuum, qui ex Inueſtimento dictæ ſummæ ſcutorum 4500. percipi potuiſſent, ſub expreſſo pacto, & conditione, quod in caſum impedimenti vel ceſſationis in ſolutione, liceret eis proſequi deliberationem locorum Montium, perindè ac ſi talis conuentio non eſſet facta.

Cum autem Creditum prædictum vſque de anno 1656. ceſſum fuerit à Scottis Excellentiſſimo moderno Duci, & iſte vti Tertius, & in vim Ceſſionis egerit contra Philippum Coſtam pro conſecutione dd. fructuum, nec illos vnquam potuerit obtinere: ideò prætendens, factum eſſe locum pacto redeundi ad primæua iura; Propoſitum fuit Dubium, an eſſet procedendum ad vlteriora in deliberatione locorum Montium, & affirmatiuè reſponſum fuit.

1 Etenim de Credito anteriori ipſorum de Scottis authorum D. Ducis, & de obligatione reſtituendi ſufficienter conſtat ex datis *in Summar. num. 1. & ſeqq.* Et ex Deciſione coram me edita ſub die 5. Iulij 1655. quæ ex ſtylo ſup-
2 ponenda venit: Et de ceſſione ampliſſima ad fauorem Ducis ex Inſtrumento publico approbato per Partem aduerſam in Apoca, vt *in Summ. num. 7.* Vndè quemadmodum liceret Scottis mediante pacto de redeundo ad primæua iura; proſequi ſubhaſtationem, & deliberationem locorum Montium; ità etiam licere debet D. Duci, habenti iura ceſſa ab illis de Scottis. Nam Ceſſionarius repræſentat perſonam Cedentis in omnibus, & per omnia, *l. fin. C. de priuil. fiſc. Bald. in l. emptor in princ. C. de hæred. vel act. vend. Rot. deciſ. 456. num. 2. par. 2. rec. & deciſ. 548. num. 16. par. 4. tom. 3.* cum alijs in *Romana Cenſus 30. Aprilis 1655. coram bon. mem. Dunozetto.*

3 Nec obſtat retentio, deducta ex duobus creditis anterioribus; altero nempè ſcut. mille auri vigore Cambij, initi per Ducem Alexandrum ſub die 28. Iunij 1617. ad fauorem Petri Enriquez, & Ioannis Antonij Coſtæ; altero verò ſimilis Cambij Duplonorum Hiſpaniæ 750. contracti ſub die 23. Septembris eiuſdem anni per clar. mem. Duciſſam Renatam ſub fideiuſſione Ducis Marij, nam cum illa ſint turbida, & illiquida, & plures patiantur exceptiones, non veniunt admittenda aduerſus Creditum D. Ducis clarum, & indubitatum, canonizatum per Deciſionem, & Decretum Rotale, & confeſſatum, & approbatum ab ipſa Parte, vt pluribus comprobat *Gratian. cap. 734. num. 13. & ſeqq.* & dixit *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 254. num. 3. ibique Add. num. 8. in recent. deciſ. 559. num. 3. par. 1. deciſ. 411. num. 24. par. 5. & in Romana, ſeu Ianuen. Locorum Montium 1. Martij 1641. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.*

4 Turbiditas primi reſultat ex eo, quod licet Petrus Enriquez, & Ioannes Antonius Coſta, ſeu eius Creditores ceſſerint dictum creditum ad fauorem Octauij; nihilominus ipſe poſteà declarauit, ſuper illo non habere, niſi nudum nomen, & omne commodum, & incommodum ad præfatum Petrum, & Io: Antonium ſpectare: Et ſic atteuta dicta declaratione, quam Philippus illius hæres impugnare non valet, nullum ius, nullaque actio ipſi Octauio acquiri potuit *ad text. in l. ſi non verum, & l. filij tui C. de donat. inter vir. & vx. Bald. in l. multum intereſt num. 3. Cod. ſi quis alteri, vel ſibi, Rot. in rec. deciſ. 771. ſub num. 5. par. 2. & in Romana Fructuum Cenſus 12. Decembris 1650.*

coram

coram Reuerendiſſ. Papien. Etiamſi Octauius re-
5 ſeruauerit ſibi ius exigendi, quia talis reſeruatio non facit, quod remanſerit creditor, cui ſoli debetur retentio *Rot. deciſ. 306. nu. 29. par. 7. recent.*

6 Non obſtat, quod huiuſmodi exceptio videatur de iure Tertij, quia illa eſt potius excluſiua iuris agentis, quæ ſemper opponi poteſt etiam à Tertio *l. fin. Cod. de rei vendic. Surd. conſ. 415. num. 17. Rot. coram ſan. me. Greg. deciſ. 415. ibique Add.* qui alios cumulant *num. 6. & coram Merlin. deciſ. 748. n. 5. & 6.*

7 Turbiditas verò ſecundi probatur ex eo, quia in obligatione contracta per Ducissam Renatam, & Ducem Marium non interuenerunt ſolemnitates, requiſitæ ex Statuto Vrbis in Contractibus mulierum, & filiorum familias, *vt in cap. 151. & 152. lib. 1. prout de obligat. Mulieris Rot. coram Merlin. deciſ. 575. num. 19. deciſ. 714. num. 33. & ſeqq.* Quæ loquitur de Magnate, & de Duciſſa Eleonora Sfortia, *& deciſ. 748. num. 5. & 6. & in Romana fructuum Cenſus 11. Decembris 1650. coram Reuerendiſſimo Papien.* cum alijs pluribus per *Gratian. cap. 691. per tot.*
8 Et de obligatione filij familias *Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 182. à num. 1. in recent. deciſ. 283. num. 1. & 2. part. 5. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 16. num. 3.*

9 Non obſtat reſpectu Mulieris, quod pecuniæ prætendantur verſæ in illius vtilitatem; ex quo inſeruierint pro expignorando quodam Adamante: Nam cum ille reſtitutus nõ fuerit Duciſſæ Renatæ, ſed conſignatus appareat Duci Mario, non poteſt prætendi verſio in vtilitatem Mulieris: Et ſemper eſt verum dicere, dictum Adamantem vna cum alijs geminis remanſiſſe in manibus Mercatorum pro ſecuritate eiuſdem Cambij, & poſteà venditum, & pretium conſignatum Octauio, vt
10 probat Teſtis exaduerſo productus, qui licet vnicus & Hebræus contra Producentem, probat *Hond. conſ. 84. num. 50. & 51. lib. 2. Farinacc. de Teſtib. quæſt. 62. num. 243.* vbi teſtatur de communi, alioſque referunt *Add. ad Greg. deciſ. 215.*
11 *num. 9.* Etiamſi productio facta fuerit in parte, & partibus; quia depoſitio Teſtis ſcindi non poteſt *Ouſeth. deciſ. 38. num. 29. Rot. deciſ. 361. nu. 3. par. 4. rec.*

12 Reſpectu verò Ducis Marij non euitatur diſpoſitio Statuti ſub prætextu, quod viueret ſeorſum à Patre: nam huiuſmodi qualitas non probatur, & probata non releuaret, niſi etiam adeſſet probatio, quod haberetur publicè pro Patre familias *ſpecul. in tit. de ſententia §. vt autem in addit. paulo poſt prin. verſ. ſolutioni non obſtat fol. mihi 157. Caſtr. loquens de Stat. ſimili Statuto Romano conſ. 175. num. 3. lib. 2. Rot. coram Greg. deciſ. 182. num. 2.* & ità in verbis diſponit *text. in l. 1. C. ad Macedon.*

Et ità vtraque &c.

COMEN. PECVNIARIA.

Veneris 16. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Adminiſtrator bonorum Eccleſiæ, ſi pecuniam illius minus vtiliter implicat, & contrahendo cum vniuerſitate non adhibet debitas ſolemnitates, tenetur ad damna, & intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis.*
2 *Cenſus impoſitio non poteſt fieri ab Vniuerſitate, niſi cum Decreto Iudicis, & alijs ſolemnitatibus.*
3 Text. in l. fin. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11. *procedit in qualibet Vniuerſitate etiam Caſtri, ſeu Villa.*
4 *Licentia contrahendi, reportata à ſuperiore, non ſupplet defectum aliarum ſolemnitatum.*
5 *Eccleſiæ bona alienari non poſſunt, niſi cum euidenti vtilitate.*
6 *Vtilitas verò debet eſſe clara, & plenè, ac concludenter probari.*
7 *Scientia alicuius qualitatis probatur ex mentione de eadem qualitate, facta in Inſtrumento.*
8 *Adminiſtrator rerum Eccleſiæ, qui non contraxit cum perſona idonea, tenetur ad damna, & intereſſe.*
9 *Pretium rei ſuccedit loco intereſſe.*

DECISIO CCCLXXXIII.

RECTOR Eccleſiæ S. Benedicti vendidit cum licentia Epiſcopi Monialibus S. Annæ partem cuiuſdam Viridarij pro pretio librarum 2400. Et in Inſtrumento Venditionis expreſsè conuentum fuit, *quod teneatur, & debeat, ac adſtrictus, & obligatus ſit* prout promiſit *dictas pecunias conuertere, & implicare in vtilitatem dictæ Eccleſiæ S. Benedicti, & pro ſecuritate ipſarum Monialium.*

Cum autem Philippus Ruſca contra formam pacti, & depoſiti, necnon Decreti, ſeu licentię Epiſcopi erogauerit præfatas pecunias in emptionem Cenſus, impoſiti per Communitatem Sorricij; Et modernus Rector nõ potuerit, experiri iura ſua ob defectum impoſitionis, & impotentiam imponentis. Dubitaui an ſententia Rotalis, condemnans hæredes eiuſdem Ruſchæ ad reſtitutionem ſortis vna cum fructibus, ac damnis, & intereſſe, eſſet confirmanda: Et Domini omiſſo rigore iuris confirmandam eſſe, reſponderunt reſpectu ſortis.

1 Siquidem controuerti non poteſt, quod impoſitio Cenſus ſit ſpecies alienationis, vt inquit *Bald. in cap. ad audientiam il 2. num. 11. de reſcript. Rot. poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 36. num. 1. & coram Andr. deciſ. 33. num. 2.* Quodque propterea
2 in eadem impoſitione debuiſſet adhiberi Decretum Iudicis, conſenſus, & interuentus maioris Partis populi, aliæque ſolemnitates, requiſitæ in alienatione bonorum Vniuerſitatis, & quæ deficiunt in præſenti Cenſu iuxta diſpo-

diſpoſitionem Text. in l. fin. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11. & in his terminis Tiraq. de retract. lignag. §. 1 gloſſ. 6. num. 6. Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſ. domin. ampliat. 49. num. 4. Burg. de laudim. par. 2. inſpect. 20. eod. num. Boccacc. de cenſib. part. 3. num. 63. Alioſque cumulat Cenc. eod. tract. q. 23. num. 10.

3 Et licet Textus prædictus loquatur de Ciuitate, nihilominus habere locum in alienatione rerum cuiuſcumque Vniuerſitatis etiam Caſtri, ſeù Villæ, firmat Corn. loquendo de impoſitione Cenſus, conſ. 284. num. 7. lib. 4. Et hanc opinionem tenuerunt Bart. Bald. & Salyc. Aliique plures, relati per Surd. conſ. 28. n. 82. & ſeqq. & præſertim nu. 87. Menoch. conſ. 80. n. 22. Rota deciſ. 189. n. 13. par. 9. rec.

4 Nec ſuffragatur licentia reportata à Senatu Mediolanenſi: Nam illa potuit quidem ſupplere dictum requiſitum, non autem operari quoad alias ſolemnitates, quibus in licentia non fuit derogatum Text. eſt in l. ſi quando 35. C. de inoff. teſtam. Et multipliciter exemplificat Curt. Iun. conſ. 178. num. 19. & ſeqq. Fontanell. deciſ. 263. num. 4. & duob. ſeqq. Rot. deciſ. 73. à num. 17. par. 5. recent. & coram Reuerendiſſ. Tarraconen. deciſ. 198. nu. 9.

5 Deficit etiam vtilitas neceſſaria in dicto cō-
tractu tàm de iure, quam ex forma Decreti
eiuſdem Epiſcopi, & ex lege conuentionis in
Inſtrumento adiectæ: ibi promiſit dictas pecu-
nias conuertere, & implicare in vtilitatem dicta Ec-
cleſia &c. Nam quamuis Ruſca vendiderit cen-
ſum ad rationem nouem pro centenario. At-
tamen Communitas, quæ illum impoſuit, erat
in ſtatu adeò miſerabili, & calamitoſo ob bel-
la tunc vigentia, & alia infortunia, vt im-
poſſibilitas exactionis eſſet pluſquam certa, &
manifeſta: Et tamen, pro ſuſtinendo Contra-
6 ctu præſertim ſine ſolemnitatibus, vtilitas de-
bebat eſſe clara, & plenè, & concludenter
exaduerſo probari ad text. in cap. ſine exceptione
12. q. 2. ibique gloſſ. verb. profuturum, Archid. num. 5.
& Ballamer. num. 6. & 7. & notat Abb. in cap. ad
aures num. 4. de reb. Eccl. non alien. Alexan. conſ. 160.
num. 5. lib. 6. Rot. in rec. deciſ. 319. n. 9. & ſeqq. par. 4.
tom. 2. & coram Merlin. deciſ. 702. num. 74. & ſeqq. &
deciſ. 710. à nu. 8. ad finem.

7 Scientia verò inhabilitatis, & impotentiæ Vniuerſitatis controuerti nō poteſt in Ruſca, dum neceſſitas ob debita contracta occaſione belli exprimitur in eodem Inſtrumento Cenſus; Nam ex tali mentione reſultat ſufficiens notitia, vt voluit Bart. in l. qui Roma §. duo fratres in 3. q. ff. de verb. oblig. & notat Ceph. conſ. 430. num. 55. & 56. lib. 3. Surd. deciſ. 4. num. 8. Fontanell. deciſ. 154. num. 7. & dixit Rot. deciſ. 457. ſub nu. 10. & 11. par. 9. rec.

8 Vndè cum Ruſca nec contraxerit cum
perſona idonea, nec curauerit, quod in con-
tractu adhiberentur ſolemnitates neceſſariæ,
9 tenetur ad damna, & intereſſe, quorum loco
ſuccedit ſumma inueſtienda lib. 2400. ad tex. in
l. tutor qui repertorium §. competit ff. de adminiſtr. tut.
l. ſi tutoris 23. C. eod. Abb. in cap. ex præſentium nu. 3.
de pign. Rot. deciſ. 341. n. 6. & 7. par. 9. rec.

Et ità vnica &c.

ROMANA TRANSACTIONIS.

Luna 19. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Tranſactio reſcinditur ex capite enormiſſimæ læſionis, & læſio reſultat, quando pro modica ſumma renunciatum fuit opulentæ hæreditati, & Renuncians grauatus fuit pactis oneroſis, & conditionibus minuentibus ſummam receptam.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio reſcinditur, ſi adſit læſio vltrà dimidiam, & in magno exceſſu.*
2 *Amplia præſertim fauore Mulieris.*
3 *Læſio ſi ſit grauis, inducit præſumptionem doli in Tranſactione.*
4 *Læſio augetur ex pactis oneroſis, & conditionibus grauibus appoſitis in Tranſactione.*
5 *Proximiorum appellatione veniunt etiam fœminæ.*
6 *Fideicommiſſi bona alienari non poſſunt, quando exiſtunt bona libera.*

DECISIO CCCLXXXIV.

EX capite enormiſſimæ læſionis, etiam
habito reſpectu ad dubium litis euētum,
cenſuerunt Domini, Tranſactionem non ſu-
ſtineri; Et hodie repropoſita cauſa permanſe-
runt in reſolutis. Subſiſtit enim fundamen-
tum, quod pro ſcutis 1500. ſoluendis in ter-
mino ſeptem annorum, renunciauerit Domi-
nica opulentæ hæreditati ſcutorum 8000. cir-
citer: Nam licet ſtatus hæreditaris pro parte
Alexandri Ruginei firmatus fuerit in ſc. 7500.
Nihilominus addenda erant quamplura bona,
in calculo non deſcripta, quibus computatis
1 valor aſcendit ad præfatam ſummam ſcuto-
rum 8000. Et tamen etiamſi admittendus eſ-
ſet in ſcutis 6700. (prout prætenditur) adhuc
læſio eſſet euidens, & in magno exceſſu vltrà
dimidiam ſufficiens pro reſcindenda eadem
Tranſactione ex cumulatis in præterita Deci-
ſione, & probat Bellon. Iun. conſ. 52. per tot. conſ.
77. num. 16. & ſeqq. & conſ. 79. num. 9. & 10. Sub-
2 dens, id facilius procedere fauore mulieris,
prout etiam aduertunt Dec. conſ. 202. aliàs 203.
num. 4. in fine, & num. ſeq. Cenall. comm. contra com-
mun. qu. 72. ſub num. 1. verſ. quod quidem, Molin. de
Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 9. ſub num. 36. vbi quod
3 ſtante enormiſſima læſione nedum præſumi-
tur dolus interueniſſe re ipſa, ſed etiam ex pro-
poſito, & ex machinatione, Mantic. de tacit.
lib. 26. tit. 9. num. 29. & 30. & num. 34. Rot. in recent.
deciſ. 470. nu. 9. par. 9.

4 Imò, cum ſolutio ſcutorum 1500. eſſet facienda in termino ſeptem annorum, eandem quantitatem percipiebat Alexander ex fructibus bonorum renunciatorum, adeout nihil præſtaret de proprio, quod ad effectum augendi læſionem, bene ponderat Gama deciſ. Luſitan. 256. per tot. vbi quod pacta oneroſa, & conditiones in Tranſactione adiectæ minuunt

pre-

pretium conuentum *ad tex. in l. fundi partem 79. ff. de contrah. empt. Surd. conſ. 451. num. 36. Rot. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. deciſ. 190. num. 4. & in Romana Locationis 2. Maij 1659. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

5 Non obſtat, quod ſaltem potuerit ad Tranſactionem deueniri, ex quo ius Dominicæ ſuper bonis renunciatis pateretur aliquam difficultatem: Nam cum Balthaſſar Teſtator poſt mortem Iacobi ſine filijs vocauerit proximiores; certum eſt quod purificata dicta conditione, eodemque Iacobo abſque filijs defuncto ſuccedebat Dominica Soror Teſtatoris, & proximior, quæ licet fœmina appellatione proximiorum comprehendebatur *iux. text. in l. 1. §. proximus ff. vnde cogn.* & firmant *Dec. conſ. 527. num. 3. & 4. Burſatt. conſ. 1. num. 33. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. num. 203.* Alioſque cumulat *Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 33.* & dixit *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 464. nu. 1. & in rec. deciſ. 366. eod. nu. par. 4. tom. 2. deciſ. 151. per tot. par. 5. & deciſ. 135. n. 18. par. 8.*

6 Detractiones oppoſitæ abundè fuerunt ſublatæ in deciſione, quæ reuidetur: Et quoad dotem Catharinæ vxoris Iacobi hodie vlterius doctum fuit de exiſtentia bonorum liberorum ipſius Debitoris in gemmis, mobilibus, & libris 500. longè excedentibus quantitatem eiuſdem dotis, ex quibus propterea veniebat ſoluenda, abſque eo quod poſſet detrahi ex bonis ſubiectis fideicommiſſo *iux. tex. in §. ſi verò Auth. de reſtitut. &c. & in Auth. res quæ C. comm. de legat. Rot. coram ſa. mem. Greg. deciſ. 266. num. 10. & deciſ. 299. ſub num. 5. vbi Addent num. 6.* & in alijs.

Et ex eadem Deciſione, & Reſponſionibus in ea cōtentis ſublatum fuit etiam obiectum, quod inter bona hæreditaria Balthaſſaris non eſſent computanda bona Iacobi Senioris: Vndè Domini cum illis tranſierunt, vtraque Parte Informante.

ROMANA DOMVS.

Veneris 23. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis, conceſſa ad tertiam generationem, & in defectum generationis ad nominationem, dummodò nominatio intimata fuerit, ſuffragatur Nominato etiam non facta intimatione, ſi aduerſus huiuſmodi defectum obtinuerit reſtitutionem in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis, conceſſa cum facultate nominandi in defectum lineæ, ſecuta nominatione adhuc durat.*

2 *Reſtitutio in integrum reponit omnia in priſtinum ſtatum.*

3 *Nominantis intimatio in caſu obitus ſine filijs debet fieri à perſona nominata, non autem à nominante.*

4 *Inueſtito datur immiſſio vigore Inſtrumenti Inueſtituræ ad inſtar* l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.

DECISIO CCCLXXXV.

CONGREGATIO Confeſſariorum Sancti Laurentij in Damaſo præuio beneplacito Apoſtolico conceſſit in Emphyteuſim quandam Domum Fabio, & Ioanni fratribus de Iordanis ad eorum vitam, necnon filiorum, & nepotum maſculorum: *Et caſu quo ambo decedant ſine filijs* (ſunt verba Inſtrumenti) *eo caſu ipſi Fabius, & Ioannes poſſint, ſeu alter eorum poſſit nominare vnam perſonam maſculum, ſeu fæminam, & illa perſona nominata poſſit nominare aliam; ſimiliter maſculum ſiue fæminam, itaut conceſſio non excedat duas alias vitas.* Pacto inſuper adiecto, *quod quæcunque nominationes &c. faciendæ debeant intimari dd. Confeſſarijs, ſeu eorum pro tempore procuratori infra duos menſes proximos, à die factæ nominationis computandos, alias nominationes nullæ ſint.*

Deceſſerunt fratres prædicti ambo ſine filijs, maſculis ſuperſtite tantum Laura filia Fabij, per ipſum nominata ad præfatam Emphyteuſim: ſed quia talis nominatio intimata non fuit; prætendens Congregatio, factum eſſe locum deuolutioni, illam acceptando, poſſeſſionem eiuſdem Domus accepit, & à R. P. D. Areoſto mandatum de manutenendo reportauit: adita propterea pro parte Lauræ Signatura Sanctiſſimi, & cauſa mihi commiſſa præuia gratioſa in integrum reſtitutione aduerſus non intimatam nominationem. Dedi Dubium, an conſtet de deuolutione, vel potius Lauræ ſit danda immiſſio: Et negatiuè quoad primam partem, affirmatiuè verò quo ad ſecundam reſolutum fuit.

1 Etenim reſpectu deuolutionis pactum eſt ſatis clarum, quod in defectu filiorum maſculorum poſſent Fabius, & Ioannes, ſeu alter eorum nominare vnam perſonam maſculum ſiuè fœminam: Vndè cum Fabius nominauerit Lauram eius filiam, Emphyteuſis adhuc durat, & excluditur deuolutio, vt in puncto firmauit *Rot. coram Buratt. deciſ. 907. num. 1. & in rec. deciſ. 186. ſub num. 1. in fine par. 3. & in Romana Deuolutionis Domus 5. Martij 1660. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

2 Non obſtat, quod talis nominatio non fuerit intimata, & ideò non ſit habenda in conſideratione: Nam ſtante reſtitutione in integrum reportata à Sanctiſſimo, perindè eſt, ac ſi intimatio poſteà ſubſecuta intrà tempus conuentum facta fuiſſet, cum talis ſit natura reſtitutionis in integrum, vt omnia in priſtinum ſtatum reducat, & reponat *l. quod ſi minor 25. §. reſtitutio ff. de minor. Tiraqu. de retract. lignag. §. 32. gloſſ. 1. num. 69. Rot. coram Caualer. deciſ. 180. num. 3.* cum concordantibus *in Aretina Vnionis 3. Iunij 1651. coram Eminentiſſimo Corrado.*

3 Nec dicatur, quod illa debebat intimari à Fabio, non autem à Laura, quæ reſtitutionem in integrum reportauit: Nam cum facultas nominandi eidem Fabio conceſſa, limitata appareat in caſu obitus ipſius ſine filijs neceſſariò onus faciendæ Intimationis cenſetur impoſitum perſonæ nominatæ, quæ po-

rerat

Digitized by Google

terat illud adimplere non autem nominanti, qui purificata conditione, & ſecuta morte remanebat deſtitutus omni potentia exequendi eandem intimationem, vt in terminis firmauit *Rota coram Duran. deciſ. 365. numer. 16. & ſeqq.*

4 Excluſa deuolutione ſequitur, quod Lauræ ſit danda immiſſio vigore Inſtrumenti Inueſtituræ, & tanquam in ea compræhenſæ ad inſtar *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Rot. deciſ. 204. n. 9. & deciſ. 242. n. 3. par. 7. rec.*

Et ita vtraque &c.

ALBANEN. REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 26. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Tutor tenetur reddere rationem de bonis, per ipſum adminiſtratis; & circa liquidationem fructuum, ex iiſdem bonis perceptorum, admittuntur leuiores probationes, etiam per præſumptiones, & coniecturas.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio propria ſuperat omnem aliam probationem.*

2 *Verbum* eſſe *importat exiſtentiam realem de tempore præſenti.*

3 *Confeſſio extraiudicialis concurrentibus adminiculis plenè probat.*

4 *Tutor tenetur reddere rationem de omnibus, quæ peruenerunt ad eius manus.*

5 *Stabilia præſumuntur reddere quinque pro centenario.*

6 *Peritorum relationi eſt ſtandum circa redditus bonorum.*

7 *Peritorum relationi acquieſcere videtur, qui ab ea non appellauit.*

8 *In liquidandis fructibus Rota, ad euitandas expenſas, vtitur aliquando informationibus extraiudicialibus.*

9 *Liquidatio fructuum admittit leuiores probationes, quando de perceptione non dubitatur.*

10 *Teſtes inter ſe contrarij non probant.*

11 *Teſtibus deponentibus inueriſimilia non creditur.*

12 *Tutor non ſolum tenetur de dolo, ſed etiam de lata, & leui culpa.*

DECISIO CCCLXXXVI.

MORTVO Gaſpare relicta Catharina filia tutelam ſuſcepit Franciſcus Sarnanus, eiuſque bona adminiſtrauit; ideò ſuper Computis, per ipſum exhibitis, dato Dubio. An conſtaret de ſufficienti redditione rationis, pro faciliori illius reſolutione actum fuit tantummodò de tribus partitis: Et ſub die 12. Iunij 1656. Domini quoad partitam frumenti reſponderunt negatiuè, & deficere rubra 25. circiter, de quibus non fuit reddita ratio; affirmatiuè verò quoad Noualia, & Vineam.

Sed repropoſita deindè Cauſa ſub die 13 Iunij 1657. confirmata fuit Deciſio reſpectu primæ, & ſecundæ partitæ, ſed quoad tertiam, Cenſuerunt Vineam reddidiſſe, & potuiſſe reddere ſcuta 12. ſingulis annis; Et licet ex Teſtibus formiter examinatis prætenderet Franciſcus reſultare probationem cōtrariam, adhuc Domini perſtiterunt in reſolutis.

1 Etenim quoad primam partitam placuerunt fundamenta vtriuſque Deciſionis, & præſertim illud conſiſtens in confeſſione ipſius Tutoris, qui diſtractis rubris 52. nihilominus faſſus fuit ſub die 1. Decembris 1638. *eſſere nel granaro di Albano rubbia* 80. Nulla enim maior probatio, quam propria oris confeſſio *l. generaliter C. de non num. pec. cap. per tuas de probat. cum vulg.*

2 Nec ſatisfacit Reſponſio, quod illa verificari poſſit habita ratione de rubris iam diſtractis; Nam repugnat verbum *Eſſe*, denotans exiſtentiam realem de tempore præſenti, & emiſſæ confeſſionis per *text. in l. ſcribit 36. §. item ſcribit ff. de aur. & argen. leg. gloſſ. in l. ſi patronus verb. eſſe de concubin.* & tradit *Berou. conſ. 161. n. 1. lib. 1. Menoch. conſ. 97. nu. 136.* cum alijs per *Barboſ. dict. 392. num. 1.*

3 Maximè cum pro veritate illius cōcurrant plura adminicula, nempè declaratio facta à Teſtatore in eius vltima diſpoſitione; Atteſtatio Notarij ſuper huiuſmodi quantitate; Relatio Peritorum; Et alia plura, ponderata in vtraque Deciſione, quo caſu, etiam confeſſio extraiudicialis plenè probat *Afflict. deciſ. 375. num. 6. Rot. deciſ. 303. propè fin. par. 4. diuerſ. & in recen. deciſ. 113. num. 2. par. 3. & deciſ. 696. num. 4. par. 4. tom. 3.*

4 Cum igitur Franciſcus non reddiderit rationem, niſi de rubris 107. tenetur de alijs 25. vſque ad quantitatem rubrorum 132. rationem reddere *l. 1. §. officio ff de tutel. & ration. diſtrah. Aym. conſ. 218. nu. 1. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 30. nu. 4. Merlin. deciſ. 857. nu. 1. & in rec. deciſ. 341. n. 21. par. 9. to. 2.*

5 Quo verò ad aliam partitam, reſpicientem fructus Vineæ, perſtiterunt pariter Domini in vltimo loco deciſis, condemnando Tutorem in ſcutis 12. ſingulis annis; moti ex eo, quia Vinea conſiſtit in Arboribus 745. & empta fuit pro pretio ſcutorum 253. Vnde etiam ſecundum taxam legalem præſumitur reddere huiuſmodi ſummam *iuxt. gloſſ. in auth. perpetua verbo iuſta Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Rot. deciſ. 571. num. 6. & 10. par. 3. recen. in Bononien. de Lambertinis poſt Zacch. de oblig. Camerali deciſ. 275. n. 31.* cum alijs *in Maceraten. Redditionis Rationis 20. Februarij 1647. coram Reuerendiſſimo Domino meo Meltio.*

6 Imò Periti ab A. C. iudicialiter electi, qui viderunt Vineam, & à Vicinis, ac Practicis ſe informarunt, medio iuramento retulerunt, huiuſmodi fructum, & non minorem potuiſſe reddere, & ſic eorum relationi ſtandum eſt *l. 2. & ibi Bart. Cod. de vſur. & fruct. legator. idem*

R r Bart.

*Bart.conſ.149. num.1. lib.1. Rot. coram Buratt.de-
ciſ.913.num.3.in recent. deciſ.171. num.3. par.7.&
in Corduben. Præſtimonij 20. Februarij* 1660. *co-
ram me.*

7 Idque faciliùs firmandum venit, quia
Franciſcus citatus ad videndum referri, à
dicta relatione non appellauit; adeout il-
li videatur acquieuiſſe *Rot.deciſ.393.nu.2.par.4.
recent. & in Tiburtina Redditionis Rationis 9. De-
cembris 1641.coram bon.mem.Dunozetto, in allega-
ta Corduben. Præſtimonij coram me, & in Romana
Pecuniaria 7.Iunij* 1660.*coram R.P.D.meo Priolo.*

8 Et nihilominus Domini, ad eximendum
Partes ab expenſis, iniunxerunt bon.memor.
Biehio, vt vellet capere extraiudicialem infor-
mationem, qui propterea auditis Perſonis
practicis, & informatis, ac fide dignis retulit,
Arbores aſcendere ad ſupradictum numerum
745. & attenta illarum qualitate, necnon Ter-
reni, ac ſitus dictæ Vineæ, redditum annuum
dempto Canone, & expenſis neceſſarijs poſſe
firmari in ſcutis 12. & ſic pro tali ſumma Tu-
torem eſſe condemnandum: Nam in materia
liquidationis fructuum, quando de perceptio-
9 ne non dubitatur, admitti ſolent leuiores pro-
bationes, etiam per præſumptiones, & conie-
cturas, præſertim in odium illius, cuius cul-
pa difficilis reddita fuit probatio *Bald. in l. 2.
num.22. C.de fruct.& lit.expenſ. Seraph.deciſ.955.
num.3. Canal.deciſ.361. eod.num. Buratt.deciſ.722.
num. 6. & in Romana Reſciſſionis Tranſactionis 16.
Iunij* 1651.*coram Eminentiſſ.Corrado.*

10 Non obſtant Teſtes nouiter examinati, quia
non concludunt in dicto, non fuerunt ſem-
per præſentes recollectioni, & ſunt inter ſe
contrarij: Primus enim dicit, quod vua tranſ-
mittebatur ad Domum Albani, ibique fiebat
Muſtum, quod poſteà reponebatur in Dolijs.
Alter verò, quod per multos annos fuit præ-
ſens Vindemiæ, & vidit muſtum, quod fie-
bat in Vinea, & ideò neuter eorum probat
*cap. licet cauſam, ibique gloſſ. verb. contradicunt de
Teſtib. Butr.in cap.in noſtra num.5. ibique Abb.n.3.
eod.tit. Rot. coram Buratt. deciſ.367. num.8. & de-
ciſ.498.num.5.& coram ſa.me.Greg.deciſ.298.nu.3.
& deciſ.510.nu.2.*

11 Vlterius eſt valdè inueriſimile, quod poſt
annos 30.& vltrà poſſint Teſtes recordari de
quantitate Muſti recollecti in Vinea contro-
uerſa; quodque illa fuerit ſemper eadem. In-
ueriſimilitudo autem adimit fidem Teſtibus,
vt notat *Roland. conſ.7. num.17. lib.1. Menoch.de
arbitr.Iud. caſ.474. num.59. Rot.coram Buratt.de-
ciſ.341.n.6.& in Romana Pecuniaria 14.Iun.1649.
coram bo.me.Dunozetto.*

12 Et augetur inueriſimilitudo ex probationi-
bus ſupradeductis, ex Atteſtationibus Vicino-
rum, & ex eo quia ſi Tutor expertus fuiſſet
per tot annos, Vineam non reddere fructus
ſufficientes pro expenſis; vtique vel illam di-
ſtraxiſſet, vel alteri locaſſet. Et in omnem
caſum ſi fructus fuerunt tenues, id proceſſit
ob malam culturam Vineæ, vt teſtantur Pe-
riti formiter electi, adeout ſemper ſit impu-
tandum Tutori, qui non ſolùm tenetur de
dolo, ſed etiam de lata, & leui culpa *ad text.
l.quicquid C.arbitr. tutel. l.Tutori Cod.de negoc.geſt.
gloſſ.in l.3.verb.inconſideratè ff.de ſuſpect.Tut. Bart.
in l.quod Nerua n.33.in 10.quæſt.ff.depoſit.*& tradit
Ruin.conſ.89.ſub nu.7.lib.5.

Remanet partita, reſpiciens noualia, quam
cum Catharina ampliùs non impugnet, per-
manſerunt Domini etiam quoad iſtam in vl-
timo loco Deciſis, Informantibus hinc indè
Partibus &c.

NERITONEN. MELIORAMENTORVM.

Lunæ 26. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Melioramenta an, & quando dicantur facta
bona, vel mala fide, & veniant, nec ne refi-
cienda.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta, ſi ſint vtilia, non veniunt refi-
cienda, quando conſtat de mala fide Meliorantis.*

2 *Melioramenta, facta in rebus Eccleſiæ alienatis
contra formam Breuis Apoſtolici, non veniunt re-
ficienda.*

3 *Mala fides reſultat, ſi non obſtante ſcientia Breuis,
illius forma non fuit ſeruata.*

4 *Melioramenta vtilia non deducit, qui ſcienter, &
mala fide emit bona fideicommiſſo ſubiecta.*

5 *Prout pariter illa non deducit, qui ſcienter contra-
xit cum Minore abſque debitis ſolemnitatibus.*

6 *Melioramenta debentur, quando facta fuerunt bona
fide in bonis, emptis ſub reſeruatione Beneplaciti
Apoſtolici.*

7 *Alienatio bonorum Eccleſiæ, facta contra formam
Beneplaciti Apoſtolici, non ſuſtinetur.*

8 *Beneplacitum Apoſtolicum, quando non apparet
adimpletum, perindè eſt, ac ſi non fuiſſet obten-
tum.*

9 *Melioramentorum in materia non attenditur quid
impenſum, ſed quid melioratum, & ſemper quid
minimum.*

10 *Melioramenta an dici poſſint expenſa, facta in diſ-
boſcandis bonis.*

DECISIO CCCLXXXVII.

SAN. mem. Vrb. VIII. impertitus fuit li-
centiam Epiſcopo Neritonen. conceden-
di in Emphyteuſim vni, vel pluribus ſimul
tamen, & vnico contextu Territorium nun-
cupatum de Herneo ſub annuo Canone du-
catorum 600. *Et quod alioquin gratia, & indè ſe-
cuta quæcumque nulla ſint ipſo Iure*, vt latiùs in
eius Breui de anno 1639. *Summ.n.1.*

Quia verò non obſtantibus conditionibus
prædictis, nec attento Decreto Executoris,
mandantis illis adimpletis, *& non alias, aliter,
nec alio modo*, poſſe deueniri ad dictam Con-
ceſſionem; Procurator Epiſcopi, qui habe-
bat facultatem limitatã faciendi dictam Inue-
ſtitu-

ſtituram ad formam literarum Apoſtolicarum, voluit nihilominus in Emphyteuſim concedere Alexandro, & alijs de Rogerijs Prædium tantummodò, nuncupatum la Giannuzza ſub annuo Canone ducat. 16. ideò per duas ſententias, tranſactas in iudicatum, etiam cum condemnatione ad reſtitutionem fructuum, vſque à principio, pronunciatum fuit ſuper nullitate Conceſſionis, reſeruato articulo circà refectionem Melioramentorum. Dubitaui propterea de conſenſu Partium, an dicta melioramenta eſſent reficienda: Et negatiuè reſponſum fuit.

1 Cum enim non agatur de melioramentis neceſſarijs, ſed tantum de vtilibus, factis in disboſcandis Tertis, ijſque ad culturam reducendis *iuxtà deciſ. 6. par. 1. recent.* Vtique attenta mala fide Meliorantis illa non veniunt reficienda *iuxt. text. expreſſum in l. Domum 5. C. de rei vendic. Bald. conſ. 257. n. 1. lib. 1. Aym. cõſ. 408. n. 9.* & latè proſequitur *Gabr. conſ. 157. n. 2. & ſeqq. lib. 1. Bellon. Iun. cõſ. 76. n. 58. Barboſ.* qui reprobat DD. cõtrarios, *in l. diuortio 8. §. fin. n. 77. & ſeqq. ff. ſolut. matrim. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 540. Marefcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 110. num. 42.* Et in

2 terminis Meliorantis rem Eccleſiæ, alienatam contra formam Breuis, ſi in euidentem, probant adducti per *Moder. Fulgin. de iur. emphyt. tit. de contract. Emphyt. q. 22. n. 4. Magon. deciſ. Lucen. 33. nu. 47.* Et firmauit *Rot. deciſ. 188. n. 29. & ſeqq. & deciſ. 318. n. 22. & 23. par. 9. rec.*

3 Nec mala fides euitari poteſt prætextu erroris ſiue iuris, ſiue facti: Nam cum in Inſtrumento Conceſſionis inito cum ipſo Alexandro inſertæ fuerint literæ Apoſtolicæ præſcribentes formam diſtrahendi Territorium de Herneo vnico contextu, & ſub annuo Canone ducat. 600. non poterat fieri diuiſio Terrarum, & concedi Inueſtitura de ſola Maſſaria Iannutia pro ducatis 16. annuis ex latè traditis per *Bardellon. conſ. 47. à num. 4.* Et bene in propoſito *Mantic. deciſ. 300. n. 5. Duran. deciſ. 256. n. 3. & 4. Merlin. deciſ. 585. n. 13. deciſ. 663. nu. 25. & deciſ. 887. n. 29.*

4 Et in ſimili de emente ſcienter bona ſubiecta fideicommiſſo, quod dicatur conſtitutus in mala fide; Adeout non poſſit melioramenta vtilia deducere, eſt *Text. in l. vlt. §. fin. ibique gloſſ. verbo Meliorationes C. comm. de legat. Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 63. Rot. dicta deciſ. 318. nu. 23.*

5 *par. 9. recent.* Et de eo, qui contraxit cum Minore non ſeruatis ſolemnitatibus *Surd. cõſ. 115. n. 11. & ſeqq. Giurb. deciſ. 89. nu. 21. Rot. coram Merlin. deciſ. 663. n. 33.*

6 Nec applicatur *deciſ. Seraph. 546.* aliæque plures in contrarium adductæ, quia loquuntur in terminis Conceſſionis, factæ reſeruato Beneplacito Apoſtolico, & habentis implici-

7 tum ſtatum validitatis: Secus verò, vt in præſenti, quando Beneplacitum præceſſit, & conceſſio facta fuit contra formam, & tenorem illius; nam tunc illa nullo modo ſuſtineri valet *cap. cum dilecta 22. §. dictum inſuper de reſcript. Abb. conſ. 41. in princ. lib. 1. Rot. coram Duran. deciſ. 205. num. 3. & deciſ. 225. nu. 1. & coram Merlin. deciſ. 702. num. 42. & deciſ. 775. nu. 9.* vbi quod

8 paria ſunt, non fuiſſe obtentum Beneplacitum Apoſtolicum, vel illius formam nõ fuiſſe adimpletam, *& in rec. deciſ. 435. n. 2. par. 3. & deciſ. 112. n. 12. & 15. par. 9.*

9 Et eo facilius inclinarunt Domini in hanc ſententiam, quia ex iis, quæ in facto fuerunt deducta, conſtat, quod ex Prędio meliorato non percipiuntur hodie maiores fructus, quã perciperentur ante factam Conceſſionem. Vnde non venit attendendum, quod fuerit per Rogerium impenſum, ſed quid melioratum, & ſemper quid minimum *l. in fundo 39. ff. de rei vendic. Abb. in cap. 1. nu. 4. de reſt. & integr. Surd. conſ. 324. num. 16. & 17. Rot. deciſ. 306. num. 4. par. 4. tom. 2. recent.* cum alijs pluribus *in Romana Hæreditatis 1. Iulij 1647. coram bo. mem. Arguegles, & in Romana Melioramentorum 16. Iunij 1653. coram bo. me. Bichio.*

10 Quibus ſtantibus cenſuerunt Domini, non eſſe opus ingredi quæſtionem; An expenſæ disboſcationis computentur inter Melioramenta, & veniant reficiendæ, cuius negatiuam defendit *Caſtr. conſ. 270. ſub num. 3. verſ. tertio principaliter lib. 2.* vbi inter alias rationes põderat, quod plus vtilitatis percipitur ex lignis inciſis, & ex Terris ad culturam redactis, quã impendatur in disboſcatione: Affirmatiuam verò ſequitur *Ruin. conſ. 135. num. 13. & 14. lib. 3.* Nam attenta mala fide Melioramenta vtilia nullo modo reficienda veniunt. Et ità deciſum Partibus hinc indè informantibus.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE PICHIS.

Mercurij 28. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Conditio *ſi ſine filijs* an, & quando ſubintelligatur: Et an per exiſtentiam filiorum fideicommiſſum expiret: Et quid ſi filij ſint ſpurij, & vocati appareant de legitimo Matrimonio; Et demum an caducato vno gradu cęteri euaneſcant.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio, facta in defectum lineæ cenſetur facta vltimo morienti.*

2 *Linea præſumitur deficere, quando nemo comparet.*

3 *Lineæ defectus probatur ex Teſtibus.*

4 *Conditio* ſi ſine filijs *non ſubintelligitur in extraneis.*

5 *Conditio* ſi ſine filijs *cenſetur conſultò omiſſa, quando in alijs partibus legitur appoſita, imò adeſt filiorum vocatio.*

6 *Spurius non venit appellatione filiorum legitimorum, & naturalium.*

7 *Spurius, ſi fuerit excluſus à Teſtatore, habetur, ac ſi non eſſet in rerum natura.*

8 *Exceptio, in qua quis ſuccubuit, deduci non poteſt, ſi à ſententia non appellauit.*

9 *Ius Tertij deduci non poteſt inuito, & contradicente eodem Tertio.*

10 *Subſtitutio ſi fuerit Compendioſa, continens in ſe* vul-

vulgarem, tunc caducato uno gradu ſequens admittitur, ac ſi præcedens non eſſet ſcriptus.

11 *Amplia, etiamſi adſint verba* poſt eum, *quia non important ordinem ſuccedendi conditionalem, nec excludunt vulgarem, contentam in compendioſa.*

12 *Fallit, quando conſtat de contraria voluntate Teſtatoris.*

13 *Item fallit, quando ſubſtitutiones ſunt ſubordinatæ ad primam.*

DECISIO CCCLXXXVIII.

HIERONYMVS de Pichis, inſtituto hærede vniuerſali Comite Antonio ex Magdalena ſorore nepote, proſequendo vulgari ſermone, ſubſtituit per hæc verba.

Che tale heredità mia paſſi ne figli maſchi legitimi, e naturali, e di legitimo matrimonio nati del Signor Antonio Ticione, e quando quello mancaſſe ſenza figlioli legitimi, vt ſupra, voglio, che ſia mio herede vniuerſale, vt ſupra, & vt infra Paolo Picho naturale.

Et in caſo, che mancaſſe il detto Paolo, voglio che ſucceda Gio: Tomaſſo ſuo fratello Spurio, e che ſi faccino legitimar l'vno, e l'altro.

Item, venendo il caſo, laſcio, & inſtituiſco herede il Signor Mario Picho, e ſe quello hauerà figlioli maſchi legitimi, e naturali, quelli ſuccedino.

E venendo il caſo, che mancaſſero le dette linee, inſtituiſco herede Paolo Guglielmo Andreaſij, & i ſuoi figlioli legitimi, e naturali, e di legitimo matrimonio maſchi.

Item mancando queſte linee de figlioli maſchi voglio, che ſucceda il Signor Sigiſmondo Malateſta, e doppo lui il Signor Sigiſmondo figliolo di quello, e mancando quello, li ſuoi figlioli legitimi &c.

Et mancando quelli voglio, che ſucceda il Signor Pompeo Torelli. Item li figli legitimi, e naturali di quello, e della Signora ſua Moglie.

Cum autem mortuo Antonio Ticione ſine filiis hæreditas deuenerit ad Paulum, & iſte hæredem fecerit Carolum & alios eius nepotes, prætendentes, fideicommiſſum expiraſſe (prout per ſententiam A. C. declaratum fuit.) Dubitaui an conſtet de purificatione fideicommiſſi ad fauorem DD. de Taurellis, & affirmatiua prodijt reſolutio; Dum enim

1 ex tota ſerie facti ſuperius recenſita in defectum lineæ Inſtitutorum, & ſubſtitutorum vocatus fuit Pompeius Taurellus, & ſucceſſiuè eius filij legitimi, & naturales; fideicommiſſum videtur literale, & perindè eſt, ac ſi vltimo maſculo ex dictis lineis eſſet facta ſubſtitutio *ad text. in l. Codicillis 34. ibique Bart. nu. 1. ff. de vſu, & vſufruct. legat. Socin. Iun. conſ. 110. numer. 35. lib. 3. Rimináld. Sen. conſ. 189. num. 17. lib. 1. Caſtill.* qui de communi, & veriori teſtatur, *deciſ. 153. num. 70. lib. 2. Rot. coram Eminentiſſ. Ottbobono deciſ. 177. num. 8.* cum aliis *in Bonon. fideicommiſſi de Guidottis 23. Ianuarij 1649. coram bon. mem. Arguelles.*

2 Nec de deficientia linearum dubitari poteſt; Nam vltrà quod nemo comparet, qui prætendat ſe vocatum, quo caſu intrat præſumptio deficientiæ, vt dixit *Rot. deciſ. 79. n. 12. par. 5. recent. & deciſ. 458. num. 1. par. 9.* & latè firmatum fuit *in Romana fideicommiſſi ſeu Domus 1. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Bichio.*

3 Adhuc talis probatio reſultat ex Teſtibus, deponentibus de publica voce, & fama, & ex alijs pluribus, de quibus in facto iuxtà notata *per Dec. in l. fin. num. 28. Cod. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 672. Rota coram Buratt. deciſ. 260. num. 2. & in recent. deciſ. 426. numer. 14. par. 9.*

4 Prætenſio verò, quod per mortem Pauli cũ Carolo filio Spurio expirauerit fideicommiſſum, nullo modo videtur ſubſiſtere: Siquidem in ſubſtitutione ordinata poſt eius mortem non legitur appoſita conditio, *ſi ſine filijs*, quæ in extraneis de iure non ſubintelligitur *gloſſ. in l. generaliter 6. verb. filios C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. cum acutiſſimi 30. verb. deinceps C. de fideic.* Et vltrà plures cumulatos per *Altograd. conſ. 45. num. 4. lib. 1. & per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 394. num. 1.* firmauit *Rot. deciſ. 358. num. 5. par. 3. recent.*

5 Et in præſenti videtur conſultò omiſſa; dum in præcedentibus, & ſubſequentibus ſubſtitutionibus Teſtator nedum poſuit in conditione filios, ſed etiam illos expreſsè vocauit; Signum euidens, quod quando non appoſuit conditionem prædictam, voluerit illam omninò reijcere *ad text. in l. vnica §. fin. autem ad deficientis C. de caduc. toll. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 8. num. 9. Socin. Iun. conſ. 128. num. 43. & ſeqq. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. qu. 393. n. 85. Magon. deciſ. Florent. 52. n. 12. Rot. coram Eminentiſſ. Ottbobono deciſ. 270. n. 6. & 7.*

6 In omnem caſum exiſtentia eiuſdem Caroli non eſt habenda in conſideratione, neque ad effectum, vt fideicommiſſum expiraſſe dicatur; minuſque ad effectum, ne poſſit dici aperta ſubſtitutio ad fauorem fratrum de Taurellis: Nam cum ipſe ſit Spurius, & Teſtator vocauerit ſemper filios legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio procreatos, non comprehenditur illorum appellatione ex notatis per *Bart. in l. ex facto 17. §. Si quis rogatus num. 4. ff. ad Senat. Conſul. Trebell. Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 81. & conſ. 73. num. 2. & 3. lib. 2.* cum alijs per *Fuſar. q. 406. à num. 1. & præſertim nu. 38.*

7 Imò, cum in vltima ſubſtitutione excluſerit expreſsè filios communes; perindè eſt ac ſi Carolus non exiſteret in rerum natura *l. 1. ff. de coniungen. cum emancip. Bart. in l. pater filium 14. nu. 2. ff. de inoff. teſtam.* & tradit *Berou. conſ. 150. ſub num. 8. lib. 2.* Et cumulatis concordantibus firmatum fuit *in Imolen. Succeſſionis 28. Martij 1661. coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

8 Minus purificatio dicti fideicommiſſi impediri valet ex eo, quod exiſtant filij Ioannis Thomæ de Pichis; Nam licet ipſe Ioannes Thomas, necnon Paulus eius frater legauttur expreſsè vocati cum conditione, *che ſi faccino legitimare*, eorum tamen filij nullatenus apparent ſubſtituti: Cumque ipſi iterum, atque iterum ſuccubuerint in lite, & ab vltima ſententia non appellauerint, non poſſunt amplius huiuſmodi exceptionem deducere *Scac. de ſent. & re iudic. gloſſ. 14. q. 2. nu. 22. Rot. deciſ. 649. nu. 19.*

num. 19. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 3. Et multo minus
9 Aduerſarij contra illorum voluntatem, & poſſidentes bona vigore ſententiæ vti libera, vt firmauit *Rota coram Cocc. deciſ.* 166. *num.* 4. *& in recent. deciſ.* 456. *ſub num.* 5. *verſ. quo verò, & num. ſeqq. par.* 9. *& in Romana fideicommiſſi de Guidis* 25. *Iunij* 1629. *coram bo. me. Card. Veroſp:*.
10 Sicuti nec releuat, quod Sigiſmundo Malateſtæ ſubſtitutus fuerit alter Sigiſmundus filius, qui prædeceſſit Patri; Et propterea caducatæ remanſerint omnes aliæ ſubſtitutiones: Nam cum ſubſtitutio ſit compendioſa, continens in ſe vulgarem, caducat vno gradu ſequens admittitur, ac ſi præcedens non eſſet ſcriptus per *text. in l. quandiu* 68. *ibique Bart. num.* 10. *ff. de acquir. hæred. Iaſ. conſ.* 148. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 2. Et de communi, à qua temerarium eſſet in iudicando recedere, teſtatur *Socin. Iun. conſ.* 181. *num.* 47. *&* 48. *lib.* 2. Et pluribus comprobat *Peregr. conſ.* 31. *num.* 37. *verſ. modo attenta, & conſ.* 33. *num.* 10. *lib.* 5. *Gionagn. conſ.* 77. *in fine lib.* 1. Et hanc opinionem pluries amplexa fuit Rota, *vt in deciſ.* 332. *num.* 9. *& deciſ.* 403. *num.* 6. *par.* 2. *rec. deciſ.* 246. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 579. *per tot. par.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 149. *num.* 3. *&* 4. *par.* 7. *& deciſ.* 201. *num.* 8. *& ſeqq. ac* 227. *à num.* 3. *par.* 8.
11 Et verba illa *poſt eum* non important ordinem ſuccedendi conditionalem, nec excludunt vulgarem, contentam in compendioſa, vt ponderat *Dec. conſ.* 431 *ſub num.* 5. *verſ. ſed tamen prædictis non obſtantibus vſque ad finem, Menoch. conſ.* 1103. *à num.* 8. *verſ. re itaque*, quem ſequitur *Fuſar.* plures cumulans *de ſubſt. qu.* 459. *num.* 63. *verſ. ſed contra, & pluribus ſeqq. Bellon. Iun. conſ.* 3. *ſub nu.* 10. *verſ. ſecundo verò, & ſeqq.*
12 Doctores verò in contrarium adducti procedunt, vel quando conſtat de voluntate contraria Teſtatoris, & ipſe proceſſit per viam conditionis, in quibus terminis loquitur *Peregr. conſ.* 33. *num.* 10. *lib.* 5. *Altograd. conſ.* 46. *num.* 6. *& ſeqq. lib.* 1. *Rot. in Perusina fideicommiſſi* 26. *Ianuarij* 1660. *coram R. P. D. meo Priolo*. Vel quan-
13 do aliæ ſubſtitutiones ſunt ſubordinatæ ad primam, ſecus verò quando ſunt poſitæ de per ſe, vt declarat *Pariſ. conſ.* 18. *num.* 44. *lib.* 2. *Gionagn. conſ.* 80. *n.* 32. *lib.* 1. *Caſtill. deciſ.* 151. *nn.* 28. *& ſeqq. & deciſ.* 153. *num.* 35. *par.* 2. *Rot. deciſ.* 18. *num.* 14. *par.* 8. *recent.*
Quod Teſtamentum Comitis Hieronymi non ſit in forma probanti, & alia, quæ exaduerſo opponuntur, ceſſant ex facto. Ideò pro purificatione fideicommiſſi ad fauorem fratrum de Taurellis vtraque Parte Informante reſponſum fuit.

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 28. *Iunij* 1662.

ARGVMENTVM.

Donatio ex quibus verbis, & coniecturis inducatur, & præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio præſumitur ex traditione pecuniæ, facta alicui ſub his verbis* ſenza volere, ne pretendere, che la ſua buona gratia, & ſeruirla.
2 *Dictio* ſolum *eſt taxatiua, & limitatiua.*
3 *Mutuum non producit fructus.*
4 *Donatio præſumitur ex coniecturis; Et primo ex vinculo Conſanguinitatis, & Amicitiæ.*
5 *Item ex qualitate, & dignitate perſonæ ipſius Donantis.*
6 *Nobilitatis præcipua virtus eſt liberalitas, & beneficientia.*
7 *Item ex diuitijs eiuſdem.*
8 *Similiter ex cauſa, & ſignanter, ſi quis fuerit aſſumptus ad dignitatem Cardinalatus.*
9 *Cardinalatus occaſione ſolent Conſanguinei, & Amici exercere eorum liberalitatem erga nouum Cardinalem creatum.*
10 *Donationis contractus bene deſumitur ex conſuetudine, & more Regionis.*
11 *Item ex confeſſionibus publicis ipſius Donatarij.*
12 *Donationem ad inducendam, attenditur potius animus, & intentio dantis, quam recipientis.*
13 *Confeſſio facta à perſona qualificata habet magnam præſumptionem veritatis, quamuis tendat in beneficium proprium.*
14 *Et maximè ſi facta fuerit, dum in extremis laborabat.*
15 *Donationis coniectura reſultat ſimiliter ex tacitnrnitate ſoluentis, in petenda reſtitutione ſummæ ſolutæ.*
16 *Confeſſionem propriam nemo impugnare poteſt.*
17 *Donatio præſumitur, quando verba conferunt ad illam inducendam, & coniecturæ concurrunt.*
18 *Coniecturæ verò an ſint ſufficientes, pendet ab arbitrio Iudicis.*
19 *Donationis etiam coniectura reſultat, ſi quando mutuare voluit, id expreſſit, & promiſſionem reſtitutionis reportauit.*
20 *Referens, & non relatum attendendum venit in his, quæ pendent à voluntate Diſponentis.*
21 *Donans poſt perfectam donationem non poteſt à contractu recedere.*

DECISIO CCCLXXXIX.

PRAETENDENTE Luca Iuſtiniano, & ſucceſſiuè illius filijs repetere ab hæreditate Cardinalis Horatij ſcuta 3000. monetæ, eiſdem perſoluta occaſione aſſumptionis ad Cardinalatum, emanauit Deciſio coram Reuerendiſs. D. meo Cerro, in qua firmatum fuit, non conſtare de tali credito, & in illius executionem etiam ſententia abſolutoria: Vndè commiſſa mihi cauſa appellationis, & propoſito Dubio: An dicta ſententia eſſet confirmanda, vel infirmanda, pro confirmatione reſponſum fuit.
1 Etenim verba Epiſtolæ, per eundem Lucam conſcriptæ, & directæ Mauritio Correſpondenti, vt ſolueret Cardinali huiuſmodi ſummam non ſonant in mutuum, prout Pars prætendit, ſed benè in donationem, ibi: *ſenza però volere ne pretendere da S. E. ſolo che la ſua gratia, e ſeruirla*; Et apertè excludunt animum

repetendi *l.1.in prin.& in §.igitur, & l.donari 29. ff.de donat.Menoch.de præſumpt lib.3. præſ.34.n.32. Dec.conſ.21.num.7.verſ.& allegata ſupra,* & probauit *Rot.in Deciſione huius Cauſæ 26.Maij 1653. coram Reuerendiſſ.D.meo Cerro.*

2 Ponderando præſertim dictionem illam *ſolum*, quæ eſt taxatiua, & limitatiua excludens omnem aliam prætenſionem *iuxt. text.in l.fin.C.de legib.Corn.conſ.167. num.9. vol.3. Pariſ. conſ.7.num.12.lib.2.* Et vltrà plures cumulatos per *Barboſ.dict.378.num.1.* dixit *Rot. coram Penia iuxtà impreſſ.Venetam deciſ. 29.n.9.*

3 Nec illa poſſunt referri ad fructus, ſed de ſorte omninò intelligenda veniunt, quia pro mutuo nulli debentur fructus *cap. conſuluit de vſur.Dec.conſ.116.n.3.& conſ.119.nu.3.& 4.Rota deciſ.331.n.1.& ſeqq.par.1.rec.& deciſ.301.nu.34. par.5.*

4 Et vltrà verba concurrunt etiam Coniecturæ, & præſumptiones: Et primo arctiſſimum ſanguinis, & amicitiæ vinculum inter dantem,& recipientem *ad text.in l.ſi ſeruus communis 39. ff.de donat.inter vir. & vxor.* quam coniecturam ponderat *Bart. in l.ſi quid numer. 11. verſ.idem ſi erat forte ff.ſi cert. pet. Alex. conſ.167. ſub num 7. verſ.quia reſpondeo lib.7.Ruin.conſ.162. num.14.lib.5.Dec.conſ.267.nu.2.in fine,* latè *Mantic.de tacit. lib.13. tit.19.& 20.à num.1. Rot.coram Merlin.deciſ.692.n.20.*

5 Secundam coniecturam deducebant Domini ex nobilitate familiæ, & dignitate Lucę, qui tunc Ianuenſis Reipublicæ Dux erat, vt bene in propoſito aduertit idem *Mantic. de tacit.lib.13.tit.17. num.7.& ſeqq.* Et plura congerit *Ioannes Lopez in rubr.de donat. inter vir. & vxor.à num.1.Menoch.de arbitr.Iud.caſ.88.nu.49.Marcell. Meur.alleg.63.n.5.* & notat *Siluan.conſ.2.n.21.& ſeqq.Cald.conſ.28.ſub n.22.*

6 *Hanc enim ſibi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere ſe, quod ſponte tribuit, exiſtimet, & niſi in ſuis beneficijs creuerit, nihil ſe præſtitiſſe arbitretur*, ſunt verba *text.in c.1.de donat.* quem Textum literis aureis, aut ſi quid auro pretioſiùs eſt, ſcribendum putat *Tiraqu.de nobilit. cap.37.num.40.*& repetit *Mantic.vbi ſupra tit.17. num.7.Rota coram Merlin. dicta deciſ.692. num.24. & ſeqq.*

7 Tertia reſultat ex diuitijs eiuſdem Lucæ: Nam in Diuite faciliùs præſumitur donatio, quam in paupere, vt notat *gloſſ. in l.Vxori 32. §.vxori ſuæ verbo quod præſumptum ff.de legat.3.* & inquit *Bart.in d.l.ſi quid ſub nu.11. verſ.quid enim ſi dans ff.ſi cert.pet. Siluan.conſ.2. num.21. Rota coram Merlin.dicta deciſ.692.ſub n.33. verſ.quinta ex eo deducitur,& n.70. & ſeqq.*

8 Quarta deſumitur ex cauſa, ob quam deuentum fuit ad traditionem dictæ pecuniæ, nempè ob aſſumptionem Horatij ad Cardinalatum, cuius occaſione ſolent, vt plurimum
9 Conſanguinei, & Amici exercere eorum liberalitatem, vt bene in ſimili ponderauit *Rota dicta deciſ.692.num.28.& ſeqq.* Conſuetudo
10 enim bene deſeruit ad interpretandam dubietatem donationis, vt docet *Bart. in l. ſi vt certo 5. §.interdum num. 1. ff.commod. Bald. in l.2. num.4.Cod.de iur.dot. Bertrand.conſ.290. num.13. vol.3.Mantic.de tacit.lib.3. tit.9. nu.59.* & probat *Gabr.de conſuetud.concl.1.num.8.*

11 Nec ſpernenda videtur quinta deducta ex reiteratis confeſſionibus, & declarationibus eiuſdem Cardinalis, qui publicè, & palàm commendando munificentiam, & liberalitatem Lucæ, faſſus fuit, hanc ſummam fuiſſe ſibi à Luca donatam: Nam licet in hac ma-
12 teria potius ſit attendendus animus dantis, quam recipientis; Nihilominus non eſt veri-
13 ſimile, quod vir integritate morum, nobilitate ſanguinis, & Cardinalatus dignitate præfulgens voluerit in præiudicium animæ, & detrimentum honoris id publicè aſſerere, ſi fuiſſet alienum à veritate, *vt in dicta deciſ. Merlin.692.ſub num.42. verſ.nona eſt coniectura, & num. ſeq.* Præſertim quia laborans in extremis
14 conſcripſit notulam omnium eius debitorū, & nullam mentionem fecit de huiuſmodi ſumma, vt bene, & latè deducitur in Deciſione huius cauſę coram Reuerendiſs.D.meo Cerro.

15 His accedit ſexta conſiſtens in taciturnitate Lucæ, qui à Cardinali viuente nunquam petijt reſtitutionem ſummæ ſolutæ; ſignum euidens, quod illa fuerat donata, non mutuata per ea, quæ tradit *Alciat. de præſumpt. reg.1. præſ.42.ſub num.6. Mantic.de tacit.lib.13. titul.16. num.4. verſ.augetur etiam, Rot. coram Merlin.dicta deciſ.692. num.36.& ſeqq.& in Romana Pecuniaria 17.Martij 1647.coram Reuerendiſſ.Tarraconen.*

16 Et corroborantur prædicta ex confeſſione Laurentij eiuſdem Lucæ filij vnius ex Actoribus, qui explicitè faſſus fuit, pecunias prædictas fuiſſe per Patrem Cardinali donatas, contrà quam propterea idem Laurentius venire non poteſt *cap.1.& 2.de confeſſ.Aym.conſ.1. pro genero nu. 11.* cum alijs *in Romana Diuiſionis 28.Martij 1659.coram Me.*

17 Vndè meritò exiſtimarunt Domini conſtare de donatione, dum verba non reſiſtunt; imò potiùs *illam important*, & concurrunt tot coniecturæ ſupra ponderatæ *gloſſ. in l. alimenta 11. verb.materna pietate Cod. de neg. geſt. Abbas conſ.461. num.16. Alciat.conſ.2. num.28. lib.1.* & firmat *Capyc.deciſ.180.num.11.Sperell.deciſ.172.*
18 *num.41.* Illæ enim ſunt poſitæ in arbitrio Iudicis, vt notat *Bellon.Sen.conſ.60.num.10.Hond. conſ.39. num.19. lib.2.* & comprobat *Menoch. de arbitr.Iud.caſ.83.num.8.& ſeqq.& præſertim n.21. & de recuper.remed.9. num.388. verſ.ſic aliquando.*

19 Non obſtat, quod in alia Epiſtola ſub die 22.Octobris antecedentis anni 1644. occaſione promotionis Horatij ad Epiſcopatum Nucerinum idem Lucas iniunxerit Mauritio, vt conſignaret illi ſcuta mille, *con prenderne riceuuta & obligo, come parrà à V.S. perche me li renderà quando più commandarà, & ſarà di guſto.* Nam huiuſmodi verba potiùs retorquētur in contrarium, & bene demonſtrant, quòd quando voluit mutuare, id expreſsè dixit, quandò verò non dixit, vtendo diuerſa verborum formula, intellexit donare *Surd. conſ. 534. ſub num.29. Rot.coram Merlin.dicta deciſ.692.num.41. verſ. præſertim verò, & num. 42.* & firmatum fuit *in hac Cauſa 26. Maij 1653. §. quod clariùs*

coram

Digitized by Google

coram Reuerendiſſimo Domino meo Cerro.

20 Obiectum verò, quod poſterior ordo, datus ſub die 10. Martij 1645. factus fuerit in confirmationem alterius, loquentis de mutuo; tollitur tum ex eo, quod non eſt relatiuus ad primum, tranſmiſſum occaſione Epiſcopatus, & recuſatum ab Horatio; Sed ſupponit alium poſt obtentum Epiſcopatum prædictum. Tum etiam quia continet diſpoſitionem perfectam ob illa verba, *Et è che le paghi ſcudi* 3000. Vndè cum agatur de materia, quæ pendet à voluntate Diſponentis, non eſt curandum de relato, ſed referenti ſtandum eſt *Surd.conſ.540. num.6.& 7.Peregr.de fideicomm. art.16.num.111. verſ.tertius caſus, Rot.poſt Cenc.de Cenſib.deciſ.431.nu.9.&* 10.

21 Demum non obſtant partitæ extractæ ex libro priuato Lucæ; quia talis deſcriptio non excludit donationem ex ipſis verbis, & tot adminiculis comprobatam; Et cum ipſe publicè donaſſet, non potuit poſteà ex interuallo priuatim à donatione recedere abſque ſcientia, & conſenſu Cardinalis *ad text.in l.perfecta C.de donat.Surd.de alim.tit.6. quæſt.8. nu.76. verſ.ſublimita tamen, Rot.coram Merlin.deciſ.404. num.2.& 3.*

Ex quibus, & alijs deductis in deciſ. Reuerendiſs. D. mei Cerri reſponſum fuit pro confirmatione ſententiæ Rotalis vtraque Parte Informante.

NICIEN. CANONICATVS.

Mercurij 28. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio nulla, & attentata venit ſequeſtranda, & dicitur talis, ſi capta fuerit non citato eo, de cuius præiudicio agitur. Et maximè ſi apprehenſa fuerit pendente lite, ac termino ad appellandum, & poſt commiſſam cauſam in Rota, & præſentatam Inhibitionem.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtranda venit ex ſtylo Rotæ poſſeſſio nulla, & attentata.*

2 *In Beneficialibus non admittitur vitioſus ingreſſus.*

3 *Poſſeſſio capta non citata perſona, de cuius præiudicio agitur, eſt nulla.*

4 *Declara, vt hoc procedat in Prouiſionibus conditionalibus, & quæ veniunt purificandæ ex facto Tertij, ſecus verò in puris.*

5 *Gratia, habens fundamentum in delicto, vel incapacitate alterius, eo citato iuſtificari debet.*

6 *Attentata eſt poſſeſſio capta pendente lite.*

7 *Attentata eſt poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum.*

Appellandi tempus non currit, niſi à diebabitæ notitia eod. num.

8 *Attentatum eſt mandatum de manutenendo, obtentum ab alio Iudice poſt commiſſam cauſam in Rota, & præſentatam Inhibitionem Rotalem.*

9 *Attentatoriæ in iudicio non ſunt tranſportanda niſi acta, concernentia eadem attentata.*

DECISIO CCCXC.

VACANTE Canonicatu vna cum Præbenda in Eccleſia Niciẽ per obitum Fabij de Gubernatis, Dominus Vicelegatus ſub die 28. Februarij 1661. illum contulit Annibali Lauterio cum clauſula, *dummodò idoneus repertus fuerit*; Sed, non obſtante prouiſione prædicta, Petrus Lilius ſub die 2. Martij dictum Canonicatum, & Præbendam ab eodẽ Vicelegato obtinuit ex capite inhabilitatis, & incapacitatis Annibalis, qui; licet ſub die 7. ſubiecerit ſe examini, & fuerit à Vicario reprobatus; Nihilominus in gradu appellationis die 16. eiuſdem ab Ordinario Digniẽ habilis, & idoneus declaratus fuit, & Decretum de immittendo reportauit.

1 Quia verò non attenta huiuſmodi declaratione idem Lilius nemine citato in poſſeſſionem dd. Canonicatus, & præbendæ ſe intruſit, dedi Dubium: An ſit apponendum ſequeſtrum; Et affirmatiuè reſponſum fuit: Nã ex ſtylo inueterato Rotę poſſeſſio nulla, & attentata abſque dubio ſequeſtranda venit, vt teſtatur *Caſſad.deciſ.3. num.6. de reſtit.ſpoliat.Cæſar de Graſſ.deciſ.2.num.1.de appellat.ſan.mem.Gregor. deciſ.10. deciſ.91.& deciſ.251.in omnibus num.1.in recent.deciſ.691.eod.num.par.3.penes Poſt.de manut. deciſ.90. per totam*, cum alijs pluribus *in Lucana Canonicatus 1.Februarij 1647.coram Reuerendiſſimo Royas, & in Piſtorien. Theſaurariæ 31. Ianuarij 1643.coram Reuerendiſs.Terracinen.*

2 Et ratio eſt, quia in Beneficialibus non admittitur vitioſus ingreſſus, nec Attentans frui debet commodo vitioſæ poſſeſſionis, vt dixit *Rota coram Verallo deciſ.57. num.3. par.1.in Craconien. Præpoſitura 30. Ianuarij 1645. coram R.P.D. meo Veroſpio, in Aſtoricen. Parochialis 26. Iunij 1647.coram bon.mem. Arguelles, in Melenitana Commenda de Vaonrs 13.Maij 1650. coram Reuerendiſſ.D. meo Cerro*, & latè firmatum fuit *in Craconien.Præpoſitura S.Floriani 27. eiuſdem menſis, & anni coram bo.me.Bichio.*

3 Quod autem talis ſit poſſeſſio Lilij, patet ex eo, quia apprehenſa fuit in vim prouiſionis, ab ipſo obtentæ ob incapacitatem, & inhabilitatem Annibalis; Vnde ratione præiudicij debebat omninò citari, alias poſſeſſio eſt nulla *Abb.in cap.dudum 16. num.13. verſ.tertius caſus de præſumpt.ibique Felin.num.25.* vbi quod ſi aliter fiat, omnia ſunt reponenda in priſtinum, & latè comprobat *Flores de Mena var. reſol. lib.1. quæſt. 4. num. 26. & ſeqq.* & firmauit *Rota coram Eminentiſſ.Otthobono deciſ.186. num.11. & in Meliten.Parochialis 28.Iunij 1649. & 31.Ian.1650. coram bo.me.Bichio.*

4 Nec obſtat Deciſio in Leodien. Præpoſituræ 22. Maij 1647. coram Reuerendiſs. D. meo Cerro, quia loquitur in Prouiſionibus puris, non autem in conditionalibus, & quę veniunt purificandæ ex facto Tertij, vt declarat *Abb. in dicto cap.dudum ſub num.13.verſ.tertius caſus, & verſ.ſed vbi ageretur de præſumpt.* Nam tunc incapacitas tanquam fundamentum gratiæ eſt

5 plenè iuſtificanda citato eo, de cuius intereſſe agitur *Rot.in recent.deciſ.142. num.1.& ſeqq.&*

præ-

præſertim num.7. par.5. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ.186. à num.12. & in Callien. Prioratus 5. Iuly 1649. coram bo.me. Biehio.

6 Eſt etiam attentata, quia capta fuit ſub die 16. Martij pendente iudicio ſuper habililitate Annibalis, & ipſamet die, qua ipſe ab Ordinario Digniēſ declaratus fuerat habilis, & tanquam tàlis reportauerat decretum pro immiſſione *l.1. & tot.tit. vt lit.pend. nihil innou. clem. 1. & 2. & ibi gloſſ. eod.tit. Rot. in Cæſaraugustana Diſtributionum, ſeu Atteutatorum 26. Iunij 1645. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro.*

7 Imò apprehenſa fuit pendente termino ad appellandum, qui non currebat Annibali nō citato, niſi à die habitæ notitiæ, vt notat *Felin. in cap. quod ad conſultationem 15. num.22. & 23. de ſentent. & re indic.* & docent in eorum praxi *Veſtr. lib.7. cap.3. num.21. Tiber. lib.2. cap.13. ſub numer.30.* Et vltrà plures cumulatos per *Scacc. de appellat. quæſt.12. num.7. & 16.* firmauit *Rot. in Gerunden. Beneficij 1. Iuly 1644. coram eod. Reuerendiſs. D. meo Cerro.*

8 Non obſtat mandatum de manutenendo, reportatum ab eodē lilio ſub die 23. Septembris 1661. quia iam Cauſa reperiebatur commiſſa in Rota, & præceſſerat Inhibitio Rotalis; Vndè dictum mandatum à vitio attentatorum excuſari non poteſt *cap. non ſolum in fine de appellat. in 6. Cæſar de Graſſ. deciſ.29. num.1. & per tot. de appell. in rec. deciſ.123. n.5. & 6. par.8. & in Toletana Matrimonij 20. Iunij 1645. coram Eminentiſſ. Corrado.*

9 Demum non obſtat, quod non fuerint tranſportata acta, geſta coram Nuntio Taurineñ, quia Cauſa non reperitur commiſſa in Rota ab aliquo Decreto eiuſdem Nuntij, & ſufficit in omnem caſum, fuiſſe tranſportata acta concernentia Attentata prædicta *Rota in Maioricen. Beneficij 17. Martij 1642. coram bo.mem. Dunozett. & in Licien. Attentatorum 17. May 1652. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

Ex quibus pro appoſitione ſequeſtri reſponſum fuit Informante vtraque Parte.

ROMANA TRANSACTIONIS.

Lunæ 4. Decembris 1662.

ARGVMENTVM.

Tranſactio reſcinditur ex capite læſionis, & ad dictum effectum non debet attendi valor rei controuerſæ, ſed quanti vendi poteſt ius, pro conſequenda eadem re: Et in reliquis ſufficit Tranſactionem fieri ſuper re dubia, & abſque euidenti calumnia.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filia eſt tertia totius.*
2 *Dos vltra ratam legitimæ poteſt grauari onere fideicommiſſi.*
3 *Tranſactio ex capite læſionis reſcindi non poteſt, niſi læſio ſit vltra dimidiam, & in magno exceſſu.*
4 *Læſio, requiſita per Statutum Vrb. lib.1. cap.154. ſufficit, quod ſit vltra tertiam.*
5 *Statutum Vrb. lib.1. cap.154. non comprehendit Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas.*
6 *Læſio, ad effectum reſcindendi Tranſactionem, non conſideratur habito reſpectu ad valorem rei, ſuper qua tranſactum fuit, ſed ad æſtimationem iuris pro eadem re recuperanda.*
7 *Fructus augent hæreditatem, poſtquam hæres conſtitutus fuit in mala fide.*
8 *Hæres, antequam conſtitutus fuerit in mala fide, facit fructus ſuos.*
9 *Error eo ipſo probatus dicitur, quod conſtat, rem aliter ſe habere.*
10 *Confeſſio erronea non præiudicat confitenti.*
11 *Confeſſio, emiſſa ad vnum finem, non debet contrarium operari.*
12 *Confeſſio ad fauorem vnius non debet operari fauore Alterius contra intentionem Confitentis.*
13 *Inuentarium non vitiatur ex omiſſione deſcriptionis bonorum, quando non probatur ſcientia hæredis.*
14 *Et in dubio omiſſio non præſumitur doloſa.*
15 *Obligatio eſt ſtricti iuris, nec extenditur vltra expreſſa.*
16 *Tranſactioni eſt locus attenta dubietate materiæ.*
17 *Tranſactioni eſt locus, dummodò id fiat citrà calumniam.*

DECISIO CCCXCI.

PLVRIBVS Deciſionibus firmatum fuit Tranſactionem initam inter Patres S. Mariæ de Mercede Donatarios Camillæ de Caualerijs ex vna, & Petrum Vincentium pariter de Caualerijs ex altera, vti læſiuam eſſe reſcindendam. Et læſio deducta fuit, quia cum hæreditas eiuſdem Camillæ cōſiſteret in ſumma conſiderabili, & præſertim in dote ſcutorum 15000. Patres Donatarij, recipiendo tantummodò ſcuta 2850. in effectibus hæreditarijs, remanſerunt enormiſſimè læſi.

Verum, cum factis diuerſis probationibus, & firmato ſtatu hæreditatis tam Camillæ donantis, quam Adriani eius Patris compertum fuerit, huiuſmodi fundamenta non ſubſiſtere; Domini adhibitis fruſtrà pluribus diligētijs pro inducendis Partibus ad concordiam, tandem inclinarunt pro receſſu à Deciſis.

Siquidem in calculo, coram me à Partibus concorditer facto, firmatum fuit, bona reperta in hæreditate Adriani fuiſſe valoris ſcutorum 56546. E conuersò verò debita aſcendere ad ſcuta 84171. quorum ſolutio, eſto quod pro rata tantum ſcutorum 41488. appareat iuſtificata; attamen eſt certū, quod apud Petrum Vincentium Adriani hæredem nil aliud remanſit, quam bona valoris ſcutorum 15354. Adeout, cum in illis aſſignata fuerit
1 Camillæ dos in ſumma ſcutorum 15000. non potuit eadem ſumma ſuccedere in totum loco legitimæ, ſed tantum tertia, nempè ſcuta 5117. iuxtà textum *in auth. nouiſſima Cod. de inofficioſ. teſtam. Rota poſt Merlin. de legit. deciſ.54. num.4. & deciſ.39. num.1.* Reſiduum verò vltrà
2 dictam ratam rectè potuit ab Adriano Patre grauari onere fideicommiſſi fauore Petri

Vin-

Digitized by Google

Vincentij, vt aduertit Gabr. conſ.116. numer.5. verſ.verumtamen, & num.ſeqq.lib.1. Mareſcott.var. reſol.lib.1. cap.28. nu.2. Rot.in Regien.Bonorum 23. Ianuarij 1647.coram Eminentiſſimo Cardinali Corrado.

3 Cum igitur Camilla non haberet facultatem diſponendi de rata reſtitutioni ſubiecta, ſed tantum de libera, & debita pro legitima; Donatio, per ipſam facta fauore Patrum Beatæ Mariæ de Mercede, non verificatur niſi in ſumma ſcutorum 5117. pro qua dum ijdem Patres mediante Tranſactione receperunt ſcuta 2550. Vtique dici non poteſt, conſtare de ſufficienti læſione ad illam reſcindendam, quia ad dictum effectum requiritur læſio in magno exceſſu, & vltrà dimidiam, vt poſt Corn.conſ.27. num. 11. verſ.non autem lib.4. tenuerunt Dec. in l.cum te 5. ſub num. 1. verſ.ſed fœdere diſtinctionis C.de tranſact.& conſ.203.num.4.in fine, verſ.ſed concludendo, & conſ.479. num.11. ad med. verſ.& ideò, Gabr.de empt.& vendit.concl.1.nu.69. Mantic.de tacit.lib.20. tit.9.nu.29. Rot.coram Merlin. deciſ.92. num.9. & firmatum fuit in Romana Tranſactionis 21.Iunij 1655. coram Me.

4 Non obſtat, quod ex Statuto Vrb. lib. 1. cap.154. ſufficiat, quod læſio ſit vltrà tertiam,
5 quia illud non comprehendit Eccleſias, & Eccleſiaſticas Perſonas, vt in ſpecie dixit Rota in Romana Penſionis poſt Fenzon.ad Stat.Vrb.deciſ.69. verſ.non obſtat quod Statutum, & in recent. deciſ.58. num.32. par.6. cum alijs relatis per Add. ad Buratt.deciſ.880.num.6.verſ.& ſuper Statuto de læſione, & in Romana læſionis 12.Iunij 1654. coram bon. me.Bichio.

6 Imò in æſtimanda læſione ad effectum reſcindendi tranſactionem non eſt habenda ratio valoris rei in controuerſiam deductæ, vel deducendæ, ſed ſolum inſpici debet, quanti communiter fuiſſet venditum ius, agendi ad conſecutionem illius, vt bene explicat Cagnol. in l.2. num.78. verſ.in primis tamen Cod.de reſcind. vendit.& ibidem Bart.num.7.& 8.inquiens quod iſta eſt ſolemnis practica; Illumque ſequitur Corn.conſ.161.num.10.lib.3. Roland.conſ.28 nu.27. lib.4. Hond.conſ.34.num.55.lib.2.Cyriac.contr.c.28. num.97. Et latiſſimè probat Larrea deciſ.Granatens.68. num. 13. & ſeqq. Rot.in Romana Reſciſſionis Tranſactionis 13.Nouembris 1591.coram Orano.

7 Minus facit, quod æs alienum eſſet ſoluendum ex fructibus bonorum, qui impinguabant hæreditatem, & cedebant commodo Creditorum ex deductis per Rotam deciſ.626. num.8. par.4. tom.3. recent.& deciſ.304. num.3. & ſeqq.par.5. Nam mobilia non erant in fructu; Stabilia verò partim conſiſtentia in domibus æſtimatis ſcutis 10550. partim verò in prædijs ruſticis valoris ſcutorum 14980. non reddebant ſufficientem redditum pro fructibus dotis Iuliæ Serlupiæ Adriani Vxoris ſcu. 675. necnon legati annui ſcutorum 200. eidem relicti, ac pro alimentis debitis Camillæ ante-
8 quam nuberet. Et nihilominus hæres cum benefic.leg.& Inuent; qualis erat Petrus Vincentius, ante detectos Creditores, & dum fuit in bona fide, fecit fructus ſuos, nec de illis tenetur rationẽ reddere, vt notant quamplures cumulati per Gratian.forenſ.diſcept.c.649. à num.7.ad finem, & tenuit Rot. deciſ.131. num.3. & ſeqq.par.6.recent.coram Eminentiſſ.Ottbobono deciſ.47. num.6.& 7. & in Tiburtina Redditionis Rationis 10. Februarij 1648. coram Reuerendiſſ.D.meo Meltio;

9 Nec ceſſant prædicta ex eo, quod Dominicus Petri Vincentij Pater de anno 1597. faſſus fuerit, hæreditatem Adriani deducto ære alieno aſcendere ad ſcuta 40000. Nam talis confeſſio ex magna mole debitorum, quæ poſteà fuerunt detecta, & tunc temporis non prodierant in lucem, conuincitur de manifeſto errore, qui illicò probatus dicitur, dum conſtat, rem aliter ſe habere l.ſi poſt diuiſionem quarta Cod.de Iur.& fact.ignor. Socin.Sen. conſ.25. num.3.lib.4.Rot.deciſ.470.num.2.& deciſ 496.n.5.
10 par.9.recent. Ideoque confitenti non præiudicat l.non fatetur, vbi Bart. ff.de Confeſſ.cap.fin.eod. tit. Surd. conſ.5. num.42. & ſeqq. cum alijs in Licien.Bonorum 24.Aprilis 1654.coram Me.

11 Maximè quia illa emanauit in executionẽ Capitulorum Matrimonialium, & promiſſionis factæ, de aſſignando, & conſtituendo ipſi Petro Vincẽtio capitale ſcutorum 40000. in bonis ſtabilibus, vt patet ex verbis Inſtrumenti, ibi: Promette, e ſi obliga ſtabilire à Pier Vincenzo ſcudi 40000. in tanti beni ſtabili, e dichiarare, che queſti ſiano per tutto quello, che il detto Adriano hà laſciato à Pier Vincenzo. Vndè talis confeſſio vti emiſſa ad certum, & determinatum finem, & effectum, nempè pro firmando fideicommiſſo Adriani fauore Petri Vincentij, & Deſcendentium, quod de proprijs bonis Dominicus tenebatur ſtabilire, nõ debet alium operari ex notatis per Io. Andr. in addit.ad ſpeculat.in tit.de obligat. §.fin.verbo ſed & indebitum, Surd.conſ.311.num.67.& firmauit Rot. coram Penia iuxtà Venetam impreſſionem deciſ.332. num.7.& 8. & in recent. deciſ.394. num.16. par.9. cum alijs in Licien.Bonorum 24.Aprilis 1654. coram Me

12 Et multò minus ad fauorem diuerſæ perſonæ Rot.deciſ.114.num.14.& ſeqq.par.5.recen.& coram Eminentiſs.Ottbobono deciſ.227.num.10. Ac præter Confitentis expreſſam voluntatem l.non omnis 19. ff.ſi cert.pet. Roland.conſ.54.nu.12. lib.4.Rot.in rec.deciſ.373.n.15.par.4.

13 Exceptio oppoſita contra Inuentarium ob omiſſam deſcriptionem crediti ſcutor. 1200. per Dominicum exacti, non adimit illius fidem. Tum quia cum tali pecunia extinctum fuit debitum hæreditarium, & ſic neque debitum, neque creditum fuit poſitum in Inuentario. Tum etiam quia non apparet, quod tempore confectionis hæres habuerit ſcien-
14 tiam præfati crediti. Et in dubio omiſſio non cenſetur doloſa, ſed ignoranter facta, quæ heredi non præiudicat Angel. in l. 1. §.hac ſtipulatio num. 23. ad med. verſ. Etſi dictus hæres ff.ſi cui plus quam per leg. Falcid. Gratian. alios cumulans cap.797.num.15. Surd.deciſ.22.num.13.& 14.Rota deciſ.331.num.20.& ſeqq.par.5.recen.& deciſ.181. à num.2.par.6.

15 Altera exceptio, quod data etiam non exiſtentia bonorum Adriani pro conſtituenda dote

Digitized by Google

dote Camillæ; adhuc erant obligata bona
Dominici; tollitur ex eo, quia promiſſio de
euictione, facta per Dominicum, non reſpi-
cit bona Adriani, ſed eſt reſtricta ad bona
propria, quæ aſſignabat Petro Vincentio in
conſtitutione capitalis ſcutorum 40000. pro
fideicommiſſo fauore ipſius, & Deſcenden-
tium, vt denotant verba illa, ibi: *Ceſſit eidem
Petro Vincentio præſenti omnia iura &c. ſuper dictis
bonis vt ſupra aſſigatis ad habendum &c. de quibus
dictus Dominicus promiſit nihil feciſſe*, & demum
promiſit de illorum euictione: Vndè obliga-
tio, & promiſſio huiuſmodi tanquam ſtricti
iuris ad alia extendi non debet *l. quicquid ad-
ſtringenda 99. ff. de verb. obligat. Rot. in rec. deciſ. 459.
num. 1. par. 4. & in Anconitana Pecuniaria 24. May
1660. coram Me.*

16 Reliquæ exceptiones vel non merentur re-
ſponſionem, vel bene tolluntur ab Informan-
tibus pro parte Baccelli: Et in omnem caſum
negari non poteſt materiam eſſe valdè du-
biam, & inuolutam; adeout Partes licitè po-
tuerint, ad tranſactionem deuenire *iuxt. text.
in l. 2. & ibi gloſſ. C. de tranſact. & in l. in ſumma 65.
ff. de condit. indeb. Rota coram Merlin. deciſ. 799. nu-
mer. 20. & 21.* vbi quod ſufficit non adeſſe eui-
17 dentem calumniam: Et latiſſimè dictum fuit
*in Romana Reſciſſionis Concordiæ 15. Iuny 1648. co-
ram Eminentiſſ. Corrado.*

Et ita vtraque &c.

LEODIEN. BENEFICII.

Lunæ 11. Decembris 1662.

ARGVMENTVM.

Deuolutio, quando eſt fundamentum gratiæ,
quomodò ſit probanda; Et quæ requirantur,
vt regulæ de Annali, & de Triennali locum
habeant.

SVMMARIVM.

1 *Titulus in beneficialibus præſumitur ex poſſeſſione
decem annorum.*
2 *Et ad illum tuendum, ſufficit ſpatium annorum
trium:*
3 *Deuolutio, ob non factam collationem in tempore,
debet plenè, & concludenter probari.*
4 *Deuolutio probanda eſt gradatim de Inferiore ad
Superiorem.*
5 *Deuolutio probanda eſt à die ſcientiæ, non autem à
die vacationis.*
6 *Clauſula* dummodò non ſit alteri ius quæſi-
tum *facit Executorem mixtum.*
7 *Regula de Annali locum non habet, ſi poſſeſſor in-
tra ſex menſes non fuit citatus, vel intra annum
non fuit procurata expeditio cauſæ.*
8 *Regula de Annali introducta fuit in odium impetran-
tium beneficia certo modo.*
9 *Regula de Annali contentatur ſola detentatione facti
abſque Titulo.*
10 *Regula de triennali requirit poſſeſſionem pacificam
per triennium, & titulum coloratum.*
11 *Regula de triennali defendit poſſeſſorem etiam con-
tra Prouiſum Apoſtolicum.*
12 *Regula de triennali obſtat tam in petitorio, quam
poſſeſſorio.*

DECISIO CCCXCII.

1 CONFIRMANDAM, cenſuerunt Do-
mini, ſententiam Rotalem, per quam
declaratum fuit, Beneficium controuerſum
eſſe adiudicandum Petro Raimerio Proenner-
ſi, non autem Andreæ, habenti gratiam cer-
to modo: Siquidem Iuſtitia illius probatur, per
duas Deciſiones editas coram R. P. D. meo
Bourlemont: Et ex titulo præſumpto, reſul-
tante ex poſſeſſione longæua huius Beneficij
per annos 24. & vltrà, cum tamen ad effectũ
præſumendi Titulum ſufficiat decennalis, vl-
2 trà triennium ad illum tuendum, vt dixit
*Rota coram Caſſador. deciſ. 8. num. 1. ſuper reg. & co-
ram Coccin. deciſ. 475. num. 4. & 5. in Burgen. Bene-
ficiorum 26. Iuny 1651. coram Me*, cum alijs per
Lotter. de re beneſ. lib. 2. q. 53. n. 31.

3 Andreas verò non iuſtificat ſuam gratiam,
& præſertim, quod Beneficium prædictum
vacauerit per obitum alterius Petri: quodque
ob negligentiam inferiorum collatorum de-
uolutum fuerit ad Sedem Apoſtolicam, prout
vtrumque ex requiſitis prædictis, tanquam
fundamentum ſuæ gratiæ, debebat plenè, &
concludenter probare, vt in ſpecie de deuo-
lutione firmatum fuit *in Veliterna Capellania 2.
Iuny 1621. coram bon. mem. Manzanedo, Caputaqu.
deciſ. 63. par. 1. Buratt. deciſ. 18. num. 1. & 2. & in
Piſtorien. Parochialis 17. May 1651. coram me.*

4 Imò deuolutio prędicta probanda erat gra-
datim de Inferiore ad proximum Superiorem
vſque ad Papam, adeout quilibet habeat ſex
5 menſes ad conferendum à die ſcientiæ per
*text. in cap. 2. vbi Abb. num. 7. de conc. preben. Garz.
de benef. par. 10. cap. 3. nu. 11. Lotter.* qui alios cu-
mulat *lib. 2. quæſt. 24. num. 1. Mantic. deciſ. 260. n. 2.
& deciſ. 271. num. 1. Coccin. deciſ. 195. num. 2. & 3.*
Et dictum fuit *in Regien. Beneficij 19. Ian. 1659.
coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

6 Nec talis iuſtificatio præſumi poteſt ex eo,
quod gratia iam fuerit executioni demanda-
ta: Nam cum verſemur in Executore mixto,
& dato cum clauſula *Dummodò non ſit alteri ius
quæſitum*, debebat poſſeſſor omninò citari *Rot.
coram ſan. mem. Greg. deciſ. 91. num. 2. & deciſ. 413.
num. 4. ibique Add. num. 4. in fin. verſ. Item* clauſula
*dummodò, in rec. deciſ. 451. num. 17. par. 4. tom. 2. &
in Pientina Parochialis 28. Iuny 1655. coram Reue-
rendiſs. D. meo Cerro.*

7 Vlterius obſtant Andreæ Regulę de Anna-
li, & Triennali; Etenim vigore primæ debe-
bat intrà ſex menſes Petrum poſſeſſorem in
iudicium vocare, & intra annum curare Cau-
ſæ expeditionem, quæ conditiones, cum non
fuerint adimpletæ; Gratia ipſius remanſit
inefficax, & nullius roboris, & momenti, vt
in verbis diſponit eadem regula, & notat *Re-* 8
*buff. in prax. ſuper regul. de annali gloſſ. 14. verbo, &
infra ſex menſes, & gloſſ. 16. verbo alioquin Impe-
tratio, & in tertia parte Signaturæ gratiæ, verb. Ac
regulæ de Annali lit. A. Rot. coram Seraphin. dec. 983.
num. 2.*

Digitized by Google

num.2. coram Buratto deciſ.585. num.1. Et nouiſſimè firmatum fuit *in Mediolanen. Beneficiorum 27. Februarij 1662. coram R.P.D. Albergato.*

8 Quod procedit, etiamſi Petrus non exhibeat titulum; nam cum talis regula fuerit introducta in odium impetrantium Beneficia certo modo, & moleſtantium annales poſſeſſores, vt firmat *Creſcent. deciſ.13. num.1. de renunc. Put. deciſ.123. nu.2. lib.1.* aliique relati per *Lotter. lib.2. quaeſt.52. num.27. & 28.* Contentatur

9 ſola detentatione facti abſque titulo *Sarnen. in Reg. de Annal. quaeſt.57. nu.8. & q.64. in fin. verſ. ſed circa, Caſſador. deciſ.14. num.10. ſuper regul. Seraph. deciſ.1060. num.7. & deciſ.1068. n.2. Lotter. vbi ſupra nu.39. & ſeqq.*

10 Et vigore ſecundae repellitur Andreas, quia docuit concludenter Petrus de poſſeſſione pacifica per triennium, & titulo colorato, *Rota deciſ.819. par.3. diu. Caputaq. deciſ.349. nu.3. par.3. & coram Buratt. deciſ.585. n.3. & 4.*

11 Nec refert, quod idem Andreas habeat prouiſionem Apoſtolicam, nam dicta triennalis defendit poſſeſſorem etiam contra Prouiſum Apoſtolicum *Mohed. deciſ.5. de Iurepatr. Buratt. deciſ.280. num.2. & in dicta Burgen. Beneficiorum 26. Iunij* 1651. *coram Me.* Et obſtat tam

12 in petitorio, quam poſſeſſorio, *Rota in Leodien. Praepoſitura de Nauſines 4. May 1650. coram Reuerendiſſ. D.meo Cerro, & in Alerien. Vicaria 24. Aprilis 1654. coram bo.me. Bichio.*

Et ità altera tantum &c.

NICIEN. CANONICATVS.

Veneris 12. Ianuarij 1662.

ARGVMENTVM.

Narratiua, quae eſt fundamentum gratiae, debet plenè, & concludenter iuſtificari. Et quęnam aetas requiratur pro obtinendo Canonicatu, & quando ille dicatur Sacerdotalis.

SVMMARIVM.

1 *Gratia debet plenè iuſtificari, praeſertim circa incapacitatem Prouiſi.*

2 *Canonicatum ad obtinendum, ſufficit aetas annorum 21.*

3 *Capitulum non poteſt condere Statuta ſine conſenſu Epiſcopi.*

4 *Canonicatus non dicitur Sacerdotalis, quando non habet ordinem presbyteralem annexum.*

5 *Verbum Vniuerſale* omnibus *intelligitur de habilibus.*

6 *Canonicorum ordo eſt triplex, Sacerdotalis, Diaconalis, & Subdiaconalis.*

7 *Canonicatus non poſſunt per Epiſcopum omnes fieri presbyterales.*

8 *Statutum, quod omnes Canonici ſint Sacerdotes, non tenet, niſi ſit confirmatum à Papa.*

9 *Conſuetudo, quod omnes Canonici debeant eſſe Sacerdotes, non probatur ex eo, quod actu ſint tales.*

10 *Facultatiui actus non inducunt neceſſitatem, vel obligationem.*

11 *Conſuetudinem ad inducendam, quae requirantur.*

12 *Conſuetudo non inducitur, niſi concurrat animus illam inducendi.*

13 *Teſtes, examinati lite pendente, & ſine citatione Partis, non probant.*

14 *Habilitas reſpectu literaturae probatur ex relatione Epiſcopi, facta praecedente nouo examine.*

15 *Examen nouum eſt verus modus, probandi ſcientiam, & habilitatem Prouiſi.*

DECISIO CCCXCIII.

POST appoſitum ſequeſtrum praeuia deciſione edita die 28. Iunij praeteriti, inſtetit Gilius pro Dubij propoſitione: An eius gratia ſit iuſtificata, quod hodie negatiuè reſolutum fuit.

1 Etenim illa innititur fundamento inhabilitatis, & incapacitatis Annibalis, quae nullo modo apparet iuſtificata, & tamen tanquam fundamenti intentionis ſuę debebat plenè, & concludenter iuſtificari, vt in his terminis dixit *Rot. coram Millin. deciſ.420. num.4. & 5. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. deciſ.164. num.1. & ſeqq. & in Lauretana Canonicatus 27. Ianuarij 1662. coram Me.*

2 Reſpectu enim aetatis, dum Annibal de tempore impetrationis attingebat vigeſimum primum annum, poterat intrà alium promoueri ad ordinem Subdiaconatus, & remanebat capax Canonicatus controuerſi, dum non docetur de annexione ordinis Sacerdotalis, vt notat *Gonzal. ad reg.8. gloſſ.5. num.95.* vbi quod ità ſaepè declarauit Sac. Cong. Concilij, *Sanchez conſ. moral. lib.7. cap.1. dub.48. num.6. & 7. Azor. Inſtit. moral. par.2. lib.6. cap.5. qu.5. verſ. verum, Gratian. diſcept. forenſ. cap.591. num.5. & ſeqq. Barboſ.* qui dicit huiuſmodi opinionem eſſe in hoc S. Tribunali receptam, *in tract. de off. & poteſt. Epiſcopi alleg.60. num.66. & 70. & ad Concil. Trid. ſeſſ.24. de reform. cap.12. nu.40. &* 46. alioſque cumulat, doctiſſimè materiam tractans, & reſpondens contrarijs R: P. Petrus Maria Paſſerinus Procurator Generalis Ord. Praedicatorum *de elect. Can. cap.25. num.419. Rot. coram Seraph. deciſ.500. nu.1.* Et nouiſſimè firmatum fuit *in dicta Lauretana Canonicatus 26. Ian. 1662. coram Me.*

3 Nec ſubſiſtit, quod Canonicatus habeat annexum ordinem presbyteralem: Nam licet Statuta Capitularia edita de anno 1544. diſponant, quod Canonici Miſſas magnas iuxtà Tabulam, & terminum ſuum recitare debeant ſub poena groſſorum ſex: Nihilominus vltrà quod replicatur exaduerſo, Statuta praedicta, vti condita à Capitulo ſine conſenſu Epiſcopi, non eſſe attendenda ex notatis per *Mandoſ. conſ.20. num.11. & 12. & per Gratian. cap. 482. à princ. & praeſertim num.7.* Adhuc tale onus non

4 facit Canonicatum Sacerdotalem, dum non docetur de annexione ordinis, vt notat *Additio ad gloſſ. in cap. Ei cui 29. verb. Sacerdotalis, vbi Io. Andr. num.5. verſ. in gloſſ. & numeris ſeqq. & Gemin. nu.11. & 12. de praeben. in 6.* alioſque cumulat *Barboſ. in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24.* de

*de reformat. cap.*12. *num.*44. & firmauit *Rota de-
ciſ.*421. *num.*1. *& ſeqq. par.*1. *recent. & deciſ.*366.
num. 2. *par.*2.

5 Conſtitutio verò Synodalis de anno 1602,
quatenus præcipit, quod omnes Canonici
viciſſim per hebdomadas per ſe ipſos diebus
feſtis ſaltem miſſam cantent, non per ſubſti-
tutum, intelligitur de habilibus, & de ijs, qui
ſunt de ordine Sacerdotali iuxtà doctrinam
*Bart. in l.*1. *§. nunciatio num.*22. *&* 23. *ff. de nou. oper.
nunciat.* quem ſequitur *Iaſ. in l.* 2. *§. prætor ait
num.* 3. *ff. qui ſatiſd. cogant.* Et probat *Text. in l. vt
gradatim* 11. *§. & ſi lege ff. de muner. & honor. Inſtit.
de fiduciar. tut. in fine, gloſſ. in l.*1. *verb. habeat C. de
Sacroſ. Eccl.* & latè proſequitur *Tiraquell. de re-
tract. lignag. §.*1. *gloſſ.*7. *num.*26. *Natt. conſ.*359. *n.*5.
*Cephal. conſ.*23. *n.*124. *Rot. coram Seraph. deciſ.*679.
num. 5.

6 Et iſte intellectus clarè deſumitur ex alijs
duobus Capitulis eiuſdem Conſtitutionis in
*Summ. num.*7. *&* 8. In primo enim diſponitur,
quod Hebdomadarius conſtituatur ex Cano-
nicis Sacerdotibus, qui diebus Statutis Miſſas,
& Veſperas canant, cui octauo die ſuccedat
alter eiuſdem Ordinis. Et in ſecundo habe-
tur, quod poſt Dignitates ſedeant Canonici
Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi iuxtà eo-
rum promotionem, quæ verba ſupponunt
exiſtentiam iſtius triplicis ordinis Sacerdota-
lis, Diaconalis, & Subdiaconalis requiſiti in
qualibet Eccleſia, vt per *Vgolin. de off. & poteſt.
Epiſcopi cap.*19. *ſub num.*1. *verſ. tertiò in Eccleſijs.*
7 Adeout nec etiam Epiſcopus poſſit efficere,
quod omnes Canonicatus ſint presbyterales,
*Ricc. in praxi var. reſol. tom.*2. *reſol.*238. *num.*2. Et
ità ex opinione S. Congregationis firmat *Mo-
net. de diſtribut. quotid. par.*2. *quæſt.*19. *n.*4. *Barboſ. ad
Concil. Trid. ſeſſ.*24. *de reformat. cap.*12. *num.*50. Et
8 Statutum, quod Canonici non poſſint ad-
mitti, niſi ſint Sacerdotes, non tenet, quan-
do non eſt confirmatum à Papa *Rota deciſ.* 78.
*num.*10. *par.*9. *recent.*

9 Nec obſtat aſſerta conſuetudo: quia non
ex eo, quod Teſtes deponant, quod hodie
omnes Canonici ſint Sacerdotes, ſequitur,
quod omnes debeant eſſe tales: Quodque
Canonicatus non poſſint conferri alijs non
Sacerdotibus *iuxt. deciſ.*778. *in fine par.*1. *diuerſ.
& coram Mantic. deciſ.*10. *num.*10. *& ſeqq.* Actus
10 enim facultatiui non inducunt neceſſitatem,
neque obligationem, *Menoch.* qui multiplici-
ter exemplificat, *de arbitr. Iud. caſ.*160. *num.*9.
Rot. in Ferrarien. Parochialis 8. *Nouembris* 1596.
*coram Corduba, penes Garz. de benef. par.*9. *cap.*2.
*num.*198.

11 Imò, ad inducendam conſuetudinem, plu-
ra deberent concurrere, de quibus *Aym. conſ.*
96. *à num.*4. *Rot. coram Buratt. deciſ.*19. *num.*14. *&
ſeqq. & in recent. deciſ.*45. *num.*34. *par.*8. Et in
12 ſpecie quod id actum fuerit in vim conſue-
tudinis, & animo illam inducendi idem *Aym.
conſ.*171. *num.*14. *& conſ.*197. *ſub num.*12. *Abb. in
cap. fin. num.*17. *de conſuetud. Dec. conſ.*215. *num.*4.
*Peregr. conſ.*29. *num.*7. *lib.*5. *Rot. d. deciſ.*421. *num.*7.
*par.*1. *recent.*

13 Et nihilominus Teſtes prædicti vti exami-
nati lite pendente, & ſine citatione Partis nul-
lum gradum probationis faciunt *Rota coram
Coccino deciſ.*182. *num.*1. *in recent. deciſ.*97. *num.*16.
*par.*8. *& coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ.*10. *n.*54.
& ſeqq.

14 Reſpectu verò literaturæ conſtat de habili-
tate Annibalis ex approbatione Epiſcopi Di-
gnien̄ Iudicis ad quem ſecuta præuio exami-
ne ipſo Menſe Martij 1660. quo fuit à Vica-
rio Nicien̄ reprobatus. Nouum enim examen
15 eſt verus modus, detegendi ſcientiam, & ha-
bilitatem Prouiſi, vt firmauit *Rot. coram ſa. me.
Greg. deciſ.*527. *num.*2. *&* 4. *& deciſ.*538. *n.*2. cum
alijs *in Calagurritana Beneficij de Ocon* 1. *Iulij* 1652.
coram Reuerendiſſimo Zarate.

Et ita vtraque &c.

GERVNDEN. SIGILLORVM.

Lunæ 15. *Ianuarij* 1663.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo concedi debet Poſſeſſori de tempore motæ litis, nec retardatur per exceptiones reſpicientes petitorium.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur poſſidenti tempore motæ litis.*
2 *Maximè ſi eius poſſeſſio ſit titulata.*
3 *Manutentio non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

DECISIO CCCXCIV.

PRAETENDENTE Domino Epiſcopo
ad ſe ſpectare Sigilla Curiæ Officialatus
Eccleſiaſtici, & excipiente Capitulo de ſua
poſſeſſione: dedi Dubium, cui ſit dandum
mandatum de manutenendo, & ad fauorem
Capituli tantùm informantis reſolutum fuit.
1 Docet enim non ſolum de antiqua ſua
poſſeſſione per annos 300. & vltrà ex pluribus
Inſtrumentis, de quibus *in Summ. nu.*2. *& ſeqq.*
Sed etiam de recenti tempore litis motæ de
ipſomet anno 1656. per aliud Inſtrumentum
publicum, in quo idem Capitulum in actu
poſſeſſionis Epiſcopatus Gerunden̄, adeptæ
per D. Bernardum de Cardona expreſsè ſibi
reſeruauit Sigilla prædicta tanquam propria,
& ad ſe ſpectantia, illaque tradidit Franciſco
Salæ Adminiſtratori, promittenti ea retiue-
re nomine eiuſdem Capituli, & de Salarijs, &
emolumentis legalem rationem reddere, & vt
latius continetur in prædicto Inſtrumento an-
ni 1656. *in Summar. num.*5. Quemadmodum
etiam ex alijs Inſtrumentis annorum 1622.
1628. 1629. & 1630. Conſtat, eadem Sigilla 2
ipſius Capituli nomine fuiſſe commendata
diuerſis Scribis ſub obligatione, reſpondendi
de emolumentis certis, prout cum effectu
prædicto Capitulo reſtituta apparent. Cer-
tum

Digitized by Google

tum eſt autem mandatum de manutenendo, & interdictum vti poſſidetis competere illi, qui de tempore motæ litis poſſidet, prout de tali poſſeſſione, & ſucceſſiua continuatione, vſque in præſentem diem docet Capitulum *vulg. §.retinendæ & §.hodie Inſtit. de Interdict. l.1. ibique Bart in §.fin. num. 18. ff.vti poſſid. Rota deciſ.145. num.1.par.8. recent.& deciſ.90.ſub num.8. & 9.par.9.*

2 Et vltrà probationem poſſeſſionis exhibuit etiam Capitulum Inſtrumentum Donationis de anno 1344. ſibi factæ per Arnaldum tunc Epiſcopum Gerundeñ de huiuſmodi Sigillis, ad hoc vt iura Eccleſiaſtica faciliùs defendere poſſet, & onera neceſſaria ſubire. Vndè talis poſſeſſio tanquam titulata eò magis eſt manutenenda *cap.licet Cauſam, ibique Felin. num.9. de probat. Rota penes Poſt.de manut.deciſ.118. nu.3. & deciſ. 513. num.9.* cum alijs *in Melenitana Bonorum 9.Decembris 1647.coram bo.me. Arguegl.*

3 Nec releuant ea, quæ poſſent fortaſſe deduci contra validitatem dicti Tituli; Nam vltrà præſumptionem, reſultantem ex longiſſima obſeruantia, & approbatione Archiepiſcopi Tarraconeñ Metropolitani, huiuſmodi exceptiones erunt diſcutiendæ in Iudicio petitorio, & interim concedenda manutentio Capitulo *Rot. coram Coccin. deciſ.156. num.3. & coram Eminentiſſ.Otthobono deciſ.168. num.3.& 9. & in Romana Subcollectoria 17. Martij 1645. coram bon. memor. Bichio.*

Et ità &c.

PATAVINA PENSIONIS.

Lunæ 19. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Promiſſio, ſoluendi penſionem ad fauorem perſonæ, conſtitutæ in Dignitate, cenſetur facta contemplatione eiuſdem perſonæ, non autem Dignitatis: ideò Dignitate ceſſante non ceſſat promiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Bigamia non incurritur attento Indulto Apoſtolico.*

2 *Indultum, reportatum contra Titularem, ſuffragatur etiam contra fideiuſſorem, & obligatum vti principalem.*

3 *Præiudicium, quod ſecundariò, & in conſequentiam infertur Tertio, non eſt habendum in conſideratione.*

4 *Præiudicium euentuale, & de futuro non eſt attendendum.*

5 *Dignitas quamuis ceſſet, non propterea ceſſat obligatio.*

6 *Dignitatis expreſſio cenſetur facta demonſtratiuè, non taxatiuè.*

7 *Error confeſſionis debet ab allegante concludenter probari.*

8 *Gratia perficitur ſola Signatura ſupplicationis.*

9 *Probatio ne dicatur concludens, ſufficit ſola poſſibilitas in contrarium.*

10 *Officialibus credendum eſt in rebus, ſpectantibus ad eorum officium.*

11 *Exceptio contra Scripturam non poteſt deduci ab eo, qui illam approbauit.*

12 *Penſio non annullatur per antecedentem Cedulæ præſtationem, ſi illa non fuerit ſortita effectum, niſi poſt Reſeruationem, & Decretum Papæ.*

13 *Delictum, vt euitetur, omnis interpretatio ſumenda eſt.*

DECISIO CCCXCV.

PER Cedulam ſub die 20. Octobris 1646. propria manu ſubſcriptã promiſit D.Petrus Nerlius, ſoluere Excellentiſſimo Principi Camillo Pamphilio, tunc Cardinali ſcut. 1000.annua monetæ occaſione Pẽſionis reſeruatæ authoritate Apoſtolica ad eius fauorem ſuper fructibus Abbatiæ Sanctæ Euphemiæ del Campo, de qua ſimili authoritate D. Labia prouiſus fuerat. Et quia idem D.Nerlius ex pluribus contendebat, ſe non teneri; ideò propoſui Dubium ſub die 13. Iunij 1661. & affirmatiua prodijt reſolutio; Et hodie, renouata diſputatione, idem quoque firmatum fuit.

Obligatio enim non controuertitur, & reſultat ex lectura ipſius Cedulæ; Exceptiones verò aliæ fuerunt ſublatæ in præterita Deciſione, & aliæ viſæ fuerunt non releuare. Quod
1 enim Princeps per dimiſſionem habitus Clericalis, & Matrimonium cum Vidua contractũ effectus fuerit incapax prædictæ Penſionis, tollitur ex gratia præuentiua, ac Indulto reportato à ſan: memor: Innocentio X. quo mediante præſeruatus fuit ab incurſu Bigamiæ, & in eo ſtatu, in quo erat antequam Matrimonium contraheret juxtà plenè deducta *in deciſ.12.num.29.& ſeqq.& deciſ.50.à num.9. par. 5. rec.* & in ſpecie de hoc Indulto dictum fuit *in Rauennaten. Penſionis 5. Iunij* 1660. *confirmata nouiſſimè ſub die 1. Decembris proximè præteriti coram R.P.D.meo Albergato.*

2 Et huiuſmodi gratia præuentiua ſicuti ſuffragatur contra Titularem, ità etiam operatur contra D.Nerlium, qui reſpectu Principis Penſionarij non reputatur vti Tertius, ſed tanquam principalis, dum promiſit ſoluere etiam mortuo Titulari, reſeruato ſolum ſibi iure contra ſucceſſorem in Abbatia; Et ta-
3 men tale prætenſum præiudicium, quod venit conſecutiuè ad diſpenſationem, non eſſet attendendum etiam reſpectu Tertij, vt notat *Aym.conſ.704. nu.4. Rot.coram Seraph deciſ.1410. num.23.& in rec.deciſ.455. num.8.par.1.deciſ.687. num.16. par.2. & deciſ.273. num.26. par.6.* Nam
4 re vera non dicitur propriè præiudicium, cum ſit tantum de futuro *Sarnen. ad reg.de non tollen. iur.quæſ.quæſt.4.poſt princ.verſ.addo vlterius, Gonz. ad reg.8.gloſſ.45.§.1.num.45.*

5 Altera exceptio, quod obligatio D. Nerlij vti concepta ad fauorem Excellentiſs.Principis, dum erat Cardinalis, & cui competebat regreſſus expirauerit per ceſſationem Cardinalatus, tollitur ex eo, quia non apparet facta contemplatione dicti Cardinalatus, nec

 in-

6 intuitu eiuſdem regreſſus, ſed ratione perſonæ: Et nomen Dignitatis expreſſum legitur gratia honoris, & ad indicandam perſonam, cui ſolutio erat facienda, quod propterea ſtat demonſtratiuè, non autem taxatiuè ex doctrina *Bart. in l. Centurio num. 31. ff. de vulg. Pariſ. conſ. 4. num. 36. lib. 4. Rot. coram Seraph. deciſ. 474. num. 4. & coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 516. num. 8. & ſeqq.*

7 Ceſſat pariter altera exceptio, conſiſtens in eo, quod obligatio, & Cedula facta fuerit die 20. Octobris occaſione Penſionis, iam reſeruatæ; Et tamen reſeruatio appareat longè poſt, nempè ſub die 15. Decembris ſequẽtis; ideoque corruat, & ex defectu conſenſus Nerlij, qui credebat, Penſionem iam legitimè reſeruatam, & ex defectu intentionis Papæ, qui reſeruauit Penſionem ſub expreſſione Cedulæ tradendæ, non autem traditæ. Nam cum D. Nerlius faſſus fuerit Penſionem iam reſeruatam, debet concludentiſſimè probare errorem præfatæ confeſſionis, & negatiuam non ſecutæ reſeruationis, vt ad literam diſponit *text. in l. cum de indebito §. fin. ff. de probat. Menoch. de præſ. lib. 1. præſumpt. 38. num. 7. & ſeqq. Gratian. cap. 789. nu. 5. Rot. coram Duran. deciſ. 337. num. 30. & ſeqq.*

8 Talis autem probatio non reſultat ex data literarum poſt 55. dies à præſtatione Cedulæ, cum gratia perficiatur ſola Signatura ſupplicationis, & literæ requirantur tantummodò ad probationem, non autem ad ſubſtantiam actus, vt aduertit *Gig. de penſ. quæſt. 34. à num. 1. per totam, Sarn. ad reg. cancell. tit. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis quæſt. 5. ſub n. 2. & ſeqq.* Et probant relati per *Lotter. de re beneſ. lib. 1. quæſt. 37. à num. 53. Ferrett. conſ. 18. num. 13. verſ. Et quod dicitur,* & firmauit *Rot. deciſ. 585. num. 2. & deciſ. 645. ſub num. 5. par. 1. in recent. deciſ. 656. eod. numero par. 2. & deciſ. 426. num. 11. & 12. part. 4. tom. 2.*

9 Nec facit, quod etiam ſupplicatio appareat ſub eadem data, ſub qua fuerunt expeditæ literæ; quia hoc non tollit, quin prius potuerit ſignari, prout paſſim ſignantur ante expeditionem literarum; Et teſtantur Expeditores, & Practici in hac materia; quæ ſola poſſibilitas ſufficit, ne probatio dicatur concludens iuxtà doctrinam *Caſtr. in l. penul. §. docere num. 4. ff. ne quis cum eo Dec. conſ. 37. num. 9. verſ. præterea, Rot. in rec. deciſ. 247. n. 2. par. 2.* cum alijs *in Aſten. Coadiutoriæ 21. Iunij 1652. & 14. Februarij 1653. coram Me.*

10 Et tollitur difficultas attento ſtylo Datariæ recipiendi huiuſmodi Cedulas, & cautiones antequam expediantur literæ; præſertim vbi agitur de reſeruatione Penſionis ad fauorem Reſignantis beneficium, prout ex fide Officialium eiuſdem Datariæ data *in Summ. num. 1.* quibus in hac materia ſpectante ad eorum officium credendum eſſe, probat *text. in l. Apparitores 5. C. de exact. tribut. lib. 10.* & in his terminis notant adducti per *Spad. conſ. 167. nu. 3. lib. 2. Rot. coram Seraph. deciſ. 792. nu. 3. & coram Buratt. deciſ. 910. num. 8.*

11 Hinc D. Nerlius agnoſcendo hanc veritatem ſoluit in executionem præfatæ Cedulæ, & reportata ceſſione à Principe egit contra Titularem pro reintegratione, & liberatione à moleſtijs: Vndè non valet ampliùs huiuſmodi exceptiones deducere *l. ſi cui 60. ff. de legat. 2. l. ad ſolutionem 5. C. de re iud. Rot. coram Millin. deciſ. 275. nu. 4. & ſeqq.* Maximè cum eadem
12 Cedula non fuerit ſortita effectum, niſi poſt
reſeruationem Penſionis, ac poſt decretum
Sanctiſſimi de illa præſtanda, quo caſu non
poteſt dari de inualiditate Penſionis, vt notat
Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 106. numer. 4.
quem refert, & ſequitur Modernus *Tondut.*
quæſt. beneſ. par. 3. cap. 160. ſub nu. 10. Poteſt enim
13 eſſe, quod illa fuerit procurata à Titulari inſcio Principe, ad cuius fauorem omnis interpretatio eſt facienda pro excluſione delicti, ac pacti illiciti *Pariſ. de reſign. lib. 14. q. 7. n. 55. & 56. Put. deciſ. 371. num. 1. lib. 1. Millin. deciſ. 4. num. 3. & deciſ. 104. num. 7.* & in alijs.

Ex quibus, & alijs rationibus, deductis in Deciſione, Domini vtraque Parte Informante permanſerunt in reſolutis.

MEDIOLAN. PRAEEMINENTIARVM.

Lunæ 5. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Bonum ius, & titulus reſultat ex literis Apoſtolicis, & quaſi poſſeſſio ex pluribus actibus, ac ex Teſtibus formiter examinatis.

SVMMARIVM.

1 *Literæ & Bullæ Apoſtolicæ habentur loco tituli.*
2 *Gratia, iam executa, præſumitur iuſtificata.*
3 *Executor poteſt etiam ſe extraiudicialiter informare quando in literis nulla adeſt clauſula, quæ iudicialem cognitionem importet.*
4 *Clauſula* ſine præiudicio alterius *intelligitur de præiudicio iuris, quod quis habet, non autem de eo, quod non habet.*
5 *Clauſula* ſine præiudicio alterius *nihil operatur, quando actus nullum præiudicium infert.*
6 *Citari non debet, qui non habet intereſſe.*
7 *Manutentio in quaſi poſſeſſione, ſe nominandi cum aliquo titulo, datur ei, qui docet, pluries cum eodem titulo nominatum fuiſſe.*
8 *Subſcribens Scripturæ cenſetur approbare omnia, contenta in eadem Scriptura.*
9 *Manutentio datur poſſidenti.*

DECISIO CCCXCVI

INDVLSIT ſan: mem: Vrbanus VIII. vt Melchior Galitia Rector Eccleſiæ Parochialis loci Cugioni, eiuſque ſucceſſores in dicta Parochiali poſſent denominari Archipresbyteri, & habitum, per alios Archipresbyteros geſtari ſolitum, deferre valerent.

Dum autem Cæſar Cataneus Modernus Archipresbyter exiſtebat in dicta quaſi poſſeſſione, vtendo Cappa, Rocchetto, & Baculo argen-

Digitized by Google

argenteo, prout fecerunt etiam alij duo Ar-
chipresbyteri: inſurrexerunt nonnulli Recto-
res, ægrè ferentes huiuſmodi prærogatiuam;
vndè introducto iudicio tam in poſſeſſorio:
quam petitorio, & cauſa ad me deuoluta,
dedi Dubium: An conſtet de bono iure Ca-
tanei etiam ad effectum manutentionis, &
affirmatiuè reſponſum fuit. Siquidem bo-
1 num ius ipſius reſultat ex Bulla, & literis A-
poſtolicis, quæ habentur loco Tituli, vt notat
Compoſtellan. in cap. ſuper literis num. 19. de reſcript.
Zotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 2. num. 7. & dixit *Rot.*
in deciſ. 20. ſub num. 5. de conceſſ. præbend. in non. &
in Leodien. Canonicatus, ſeu Coadiutoriæ 15. Decem-
bris 1653. coram R.P.D. meo Veroſpio.

2 Non obſtat prætenſus defectus iuſtificatio-
nis narratorum, quia cum verſemur in ſuc-
ceſſore, & literæ iam fuerint executioni de-
mandatæ; Gratia præſumitur iuſtificata iuxtà
notata per *Feder. de Sen. conſ. 103. nu. 1. Rot. coram*
Buratt. deciſ. 842. num. 4. in recent. deciſ. 406. num. 1.
& 2. par. 1. deciſ. 612. num. 4. par. 2. in Vrbeuetana
Hæreditatis 23. Ianuarij 1621. coram bon. memor.
Manzanedo, & coram Eminentiſſimo Otthobono de-
ciſ. 154. num. 25. & ſeqq.

3 Cumque in iiſdem literis nulla legatur ad-
iecta clauſula, quæ iudicialem cognitionem
importet, potuit Executor etiam extraiudi-
cialiter ſe informare, ad tradita per *Imol. in*
cap. fin. num. 13. de præſumpt. Lap. allegat. 60. num. 5.
Mareſcott. var. lib. 2. cap. 1. num. 51. & firmauit
Rota in Melevitana Beneficij 13. Iunij 1608. coram
Marcomontio in Paten. Puritatis 11. Decemb. 1609.
coram Manzanedo, & coram Buratt. deciſ. 622.
num. 2.

4 Nec facit clauſula *ſine præiudicio alterius, & vt*
ſtatus Eccleſiæ minimè immutetur, quia intelligitur
de præiudicio iuris, quod quis habet, non au-
tem de eo, quod non habet: Vndè cum per
5 mutationem nominis de Parocho in Archi-
presbyterum, & per geſtationem Baculi, Roc-
chetti, & Cappæ. Nulli præiudicium infera-
tur, nec per huiuſmodi prærogatiuam præ-
tendat Cataneus, quod ei ſit acquiſita aliqua
exemptio, vel Iuriſdictio, talis clauſula nihil
operatur, vt aduertit *Angel. in l. ſi ees §. ſi in ven-*
ditione ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. quem ſe-
quitur *Socin. Sen. conſ. 287. num. 2. lib. 2.* & tradit
Dec. conſ. 516. num. 18. in fine, & num. 19. Gabr.
conſ. 151. nu. 29. lib. 2. Rot. coram Merlin. deciſ. 743.
nn. 28. & coram Reuerendiſſ. Tarraconen. deciſ. 132.
num. 16.

6 Hinc patet, non fuiſſe neceſſariam Citatio-
nem contra Præpoſitum, alioſque Parochos;
Nam, cum ipſi nullum habeant intereſſe, con-
ſequenter non veniebant citandi *ad text. in l. de*
vnoquoque, vbi gloſſ. verbo quoi cauſa ff. de re iudic.
Aym. conſ. 177. num. 4. verſ. quinto reſpondeo, Rota
coram Cavaler. deciſ. 596. num. 2. & 3. & in recent.
deciſ. 490. num. 17. par. 4. tom. 2. & deciſ. 348. nu. 16.
par. 5.

7 Reſpectu verò manutentionis conſtat, Io-
annem Baptiſtam anteceſſorem Catanei, &
ipſummet Cataneum fuiſſe nominatum Ar-
chipresbyterum à bon: mem: Cardinali Mon-
tio Archiepiſcopo Mediolani, ab illius Vica-
rio Generali, & à Moderno Archiepiſcopo,
vt in Summ. num. 10. & ſeqq. Et vti talem fuiſſe
deſcriptum in actis Synodi Diœceſanæ. Imò
idem Carolus Franciſcus de Bonſignoribus,
qui ſuſtinet primarias partes in hoc iudicio,
recognouit Cataneum in Archipresbyterum,
ſubſcribendo ſe pluribus ſcripturis, & do-
cumentis, in quibus Cataneus enunciabatur
8 talis: Nam ſubſcribens ſcripturæ cenſetur ap-
probare omnia, in eadem ſcriptura contenta,
per Text. in §. 1. inſtit. de empt. & vendit. Caſtr. in
l. hac conſultiſſima 21. n. 4. C. de teſtam. Dec. conſ. 11.
num. 16. poſt princip. verſ. prætereà, Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 3. præſumpt. 66. num. 7. Rota coram Se-
raphin. deciſ. 973. num. 1. & coram Millin. deciſ. 344.
eod. num.

9 Vlterius datur mandatum de manutenen-
do, conceſſum eidem Cataneo in poſſeſſio-
ne incedendi, & procedendi cum Baculo,
Rocchetto, & Cappa formiter executum, *vt*
in Summ. num. 4. & 5. necnon plures actus po-
ſitiui, probati per Inſtrumenta publica ſuper
geſtatione illorum, etiam in præſentia Mo-
derni Archiepiſcopi, & eius Anteceſſoris,
vt num. 7. 8. & 9. Et vltrà atteſtationem iura-
tam concurrunt duo Teſtes, formiter exami-
nati deponentes, vidiſſe pluries, & pluries
Galitium anteceſſorem Catanei, geſtantem
Baculum, Rocchettum, & Cappam, quo-
rum primus addit, id etiam conſueuiſſe fieri
ab alijs Archipresbyteris: Vndè cum ex acti-
bus prædictis concludenter appareat de quaſi
poſſeſſione Catanei, venit illi concedendum
mandatum de manutenendo *vulg. §. retinendæ*
Inſtit. de Interd. Bald. in l. obſeruare §. antequam nu-
mer. 3. ff. de off. Proconſ. Rota coram Coccino deciſ. 46.
num. 1. & deciſ. 452. eod. num.

Et ita vtraque &c.

GERVNDEN. SIGILLORVM.

Veneris 20. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio, quomodò probetur, & quando eſt titulata præfertur alteri, & venit manutenenda, etiam contra habentem aſſiſtentiam iuris.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur poſſidenti tempore mota litis.*
2 *Poſſeſſio titulata venit præferenda.*
3 *Manutentio datur poſſidenti cum titulo, etiam contra habentem aſſiſtentiam iuris.*
4 *Teſtes examinati pro informatione Curiæ, & ſine citatione Partis non probant.*
5 *Conductor non poſſidet ſibi, ſed Domino.*
6 *Conductor non poteſt Domino præiudicare.*
7 *Poſſeſſio probatur ex condemnatione ad illam reſtituendam.*
8 *Poſſeſſio probatur ex fructuum perceptione.*

Digitized by Google

DECISIO CCCXCVII.

CAPITVLO tantum informanti, reſolutum fuit die 15. Ianuarij præteriti, dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione Sigillorum, de quibus agitur: Et hodie audito etiam Epiſcopo Domini permanſerunt in reſolutis.

1 Subſiſtit enim fundamentum Deciſionis, quod de anno 1656. & ſic tempore motæ litis Capitulum prædictum exiſtebat in poſſeſſione eorundem Sigillorum, illaque habuerat à Notario Vicariatus, cui fuerant in commendam conceſſa ſub obligatione reſtitutionis, & de reddenda ratione de omnibus emolumentis, prout in effectu fuerunt reſtituta, & Capitulum ea ſemper retinuit etiam in ipſo actu traditionis poſſeſſionis Epiſcopatus: Vndè manutentio non poteſt denegari per *text. in §. retinenda, & §. hodie Inſtit. de Interdict. l. 1. §. interdictum autem ff. vti poſſid. Alex. conſ. 88. nu. 3. lib. 5. Rot. in Mediolanen. Nominis Capituli 10. Martij 1649. coram Reuerendiſſ. D. meo Meltio.*

2 Et eadem poſſeſſio etiam ab antiquiſſimo tempore ante dictum annum 1656. probatur ex refectione, & renouatione eorundem Sigillorum, facta expenſis Capituli, quoties neceſſitas id poſtulauit, & ex alijs pluribus Inſtrumentis datis *in Summ.* præteritæ poſitionis à *num. 4.* Ac roboratur titulo Donationis, reportatæ ab Epiſcopo vſque de anno 1344. Adeout tanquam iuſtificata per viam rationis, & exhibitionis Tituli veniat præferenda *ex Textu in cap. licet cauſam 9. verſ. Maximè cum ijdem Fauentini de probat. Bart.* & alij relati per *Menoch. de retinen. remed. 3. n. 733. Gratian. cap. 402. num. 1. & 2.* & latè firmauit *Rot. in Bonon. Manutentionis 19. Iunij 1647. coram bon. memor. Bichio.*

3 Hinc parum releuat aſſiſtentia iuris allegata pro Epiſcopo: dum enim in contrarium adducitur Inſtrumentum Donationis vna cum præſcriptione, ſeu longæua poſſeſſione annorum 300. & vltrà; talis titulus operatur, vt poſſeſſio Capituli veniat manutenenda etiam contra habentem aſſiſtentiam iuris per *text. in cap. cum olim 18. ibique gloſſ. v. præſcriptione munitam de præſcript. & in c. eum perſonæ 7. §. quod ſi tales de priuileg. in 6. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 11. num. 22. & 23. Rot. coram Verall. deciſ. 296. n. 4. par. 1. & coram Duran. deciſ. 226. n. 6.*

4 Non obſtant Teſtes, examinati ad inſtantiam Procuratoris Fiſcalis Reuerendę Cameræ Apoſtolicæ, deponentes, ſigilla extitiſſe in Curia Vicariatus. Tum quia examinati fuerunt pro informatione Curiæ, & Capitulo non citato, quo caſu nihil probant *Bartol. in l. fin. num. 9. ff. de quæſt. Honded. conſ. 101. nu. 5. lib. 1. Mantic. deciſ. 103. num. 1. Penia deciſ. 571. num. 13. & 14. iuxtà impreſſionem Venetam, & penes Poſt. de manut. deciſ. 167. num. 2.* Tum etiam quia dum Capitulum commendauerat ſigilla Notarijs Vicariatus, qui promiſerant ea reſtituere vna cum emolumentis, ac propterea reſpondebant Capitulo de vno denario pro qualibet litera, neceſſe eſt, quod eadem ſigilla exiſterent in dicta Curia, & ſic potius probant ad fauorem Capituli: Nam Aſſictuarius non
5 poſſidet ſibi, ſed Domino *Socin. Sen. conſ. 18. num. 28. lib. 1. Rot. deciſ. 169. num. 9. par. 4. tom. 2. rec. & deciſ. 513. num. 8. & 596. num. 11. par. 4. tom. 3.*

6 Nec per actus contrarios poteſt Domino prę iudicare *l. fin. C. de acquir. poſſ.* & de communi teſtatur *Bald. conſ. 330. num. 7. verſ. ſed in quantum lib. 1. Rot. deciſ. 139. num. 21. & ſeqq. par. 6. recent. & apud Poſt. de manut. deciſ. 170. n. 10.*

7 Sententia verò lata contra Ferialerium, vt conſignaret dicta Sigilla, laborat eodem defectu Citationis, & vltrà quod dedit cauſam liti, & fuit per appellationem ſuſpenſa. Cum condemnet ad reſtituendum Sigilla, præſupponit poſſeſſionem Capituli, & exiſtentiam penes eius Miniſtrum *Cæſar Barz. deciſ. 47. numer. 26. Rot. coram Penia deciſ. 1287. à num. 1.* cum relatis per *Poſt. de manut. obſeruat. 29. num. 5. & num. 8. & ſeqq. & obſeruat. 57. n. 80. & 81.*

8 Demum non obſtant Inſtrumenta locationum, producta pro parte Epiſcopi ad probandam eius poſſeſſionem; Nam alia non apparent effectuata, alia continent expreſſam confeſſionem, quod dicta ſigilla, eorumque emolumenta ſpectant ad feriale, & propterea excipiuntur ab Aſſictibus; alia verò imponunt onus Aſſictuarijs, quod Adminiſtratori, & Miniſtro Capituli reſpondeant de vno denario pro qualibet litera, qui eſt vnus ex modis probandi poſſeſſionem *l. Titia 48. ff. de ſolut. Gratian. cap. 615. num. 31. & 32. Rot. coram Buratt. deciſ. 730. num. 4. & in recent. deciſ. 13. numer. 21. par. 5.*

Vndè cum hodie agatur de ſola manutentione, & conſtet concludenter de poſſeſſione Capituli tempore motę litis, & ante, reſponderunt Domini pro confirmatione Deciſionis reiectis alijs ad petitorium.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 30. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM:

Creditor, qui dedit pecuniam, ad effectum ædificandi Domum, ſi pecunia fuerit erogata in dictam cauſam, præfertur omnibus alijs Creditoribus, dummodò reſeruauerit ſibi ſpecialem hypothecam, quæ tamen reſeruatio non eſt neceſſaria in refectione, & reparatione.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore eſt potior in iure.*

2 *Credens pecuniam in cauſam fabricæ, ſi conſtet de verſione in dictam cauſam, præfertur omnibus alijs Creditoribus.*

3 *Declara, vt hoc procedat, quatenus Creditor conuenerit de hypotheca ſpeciali.*

4 *Cenſu impoſito ſuper aliquo fundo, acquiritur Creditori ſuper eodem hypotheca ſpecialis.*

5 *Cre-*

5 *Creditor in cauſam refectionis præfertur alijs Cre-
ditoribus etiam ſine reſeruatione hypotheca ſpe-
cialis.*
6 *Fructus ſunt acceſſorij ad ſortem.*
7 *Priuilegium prælationis, competens pro ſorte, locum
habet etiam in fructibus.*

DECISIO CCCXCVIII.

ACQVIEVIT Vfreducius Deciſioni, edi-
tæ ſub die 8. Aprilis anni 1658. in qua
fuit illi conceſſa prælatio aduerſus D. Iunipe-
ram Manfronam pro ſolis ſcutis ducentis, ſo-
lutis proprietarijs domus controuerſæ, vendi-
tæ per Ioſephum Columbum.

Quia verò pretium non ſolum ſolutum
fuit Creditoribus ipſius ex cauſa fabricæ, ſed
etiam alijs non priuilegiatis; ideò reſeruatum
fuit Dubium. An illorum reſpectu Vfreduc-
cius eſſet præferendus, quo hodie propoſito,
Domini affirmatiuè reſponderunt.

Ratio reſolutionis fuit, quia reſpectu po-
1 ſteriorum (quatenus adſint) intrat regula,
prior in tempore eſt potior in iure, *l. 2. & l. ſi
fundum 4. C. qui pot. in pign. habeant: Rot. coram Emi-
nentiſſ. Ottbobono deciſ. 15. n. 21.*

Reſpectu verò Anteriorum, cum Colum-
bus impoſuerit Cenſum ad fauorem Vfre-
ducij, ad effectum fabricandi in dicta Domo
2 iam incæpta, & vlterius proſequendi; Et pe-
cunia erogata fuerit in dictam cauſam, vt ap-
paret ex partitis Banchi S. Spiritus, & quietan-
tijs reportatis ab operarijs, vtique pro dicta
ſumma præfertur omnibus alijs Creditoribus
*vt eſt text. in l. licet 7. ibi one Sycard. num. 1. & ſeqq.
C. qui pot. in pign. hab. Bart. in l. interdum num. 5. in
fine. ff. eod. & eſt etiam text. in §. his conſequens auth.
de æqualit. dot. Marzar. conſ. 30. nu. 11. Barboſ. in l. 1.
par. 6. num. 11. ad finem ff. ſolut. matrim.* Alioſque
refert *Staiban. Iun. adducens optimas, & concluden-
tes rationes reſol. 196. num. 36. & ſeqq. tom. 2. Vinc. de
Franch. deciſ. 97. n. 3.*

3 Nec dicatur, quod Vfreducius non conue-
nerit de hypotheca ſpeciali, quia contrarium
reſultat ex lectura Inſtrumenti, & dum ex
cauſa prædicta curauit ad ſui fauorem Cen-
ſum imponi, dubitari non poteſt, quod ſuper
eadem Domo, fundo cenſito ſpecialem hy-
4 pothecam acquiſiuerit ex notatis per *Couar.
var. reſol. lib. 3. cap. 7. ſub num. 5. verſ. ſi contractum,
Ceuc. de Cenſib. quæſt. 23. num. 6. Merlin. de pignor.
lib. 2. quæſt. 93. ſub num. 1. verſ. prima verò*, cum
alijs per *Gratian. diſcept forenſ. cap. 683. per totum,
præſertim num. 8. & 9. & cap. 853. num. 86. & ſeqq.*
& tenuit *Rot. in Romana Pecuniaria 13. Feb. 1623.
coram Manzanedo.*

Imò aliqui ex Dominis circumſcripta etiã
dicta ſpeciali hypotheca, reſultante ex impo-
ſitione Cenſus, exiſtimabant in caſu præſen-
5 ti non fuiſſe opus huiuſmodi reſeruatione,
quia pecuniæ non fuerunt traditæ pro noua
conſtructione, & ædificatione, ſed pro per-
ficienda Domo iam incæpta, & quæ ſine hu-
iuſmodi impenſa remanebat inutilis, & inha-
bitabilis; Adeout bene intret diſpoſitio *text.
in l. interdum 5. ff. qui pot. in pign. hab.* & probant
*Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 23. num. 21. & 22. Cenall.
comm. contra comm. quæſt. 744. num. 9. Gratian.* qui
alios cumulat *forenſ. diſcept. cap. 670. num. 3. Add.
ad Buratt. deciſ. 62. num. 10. Rot. in recent. deciſ. 328.
num. 22. par. 5.*

Non obſtat quod priuilegium prælationis,
competens pro ſorte, non veniat extenden-
dum ad fructus, quia cum iſti ſint acceſſorij
6 ad eandem ſortem, diſpoſitum in vno habet
locum etiam in alio per *tex. in l. Lucius 19. ff. qui
pot. in pign. hab.* Et quicquid dixerit *Capyc. Ga-
leott. contron. 21.* contrarium in his terminis fir-
7 marunt *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 20. n. 12.
Paſchal. de iurib. patr. pot. par. 2. cap. 7. nu. 66. in fine,
Antonin. de Amat. reſolut. 3. ſub num. 73. verſ. contra-
rium tamen, Staiban. Iun. reſol. 196. num. 42. & ſeqq.*
vbi teſtatur pluries, ità fuiſſe deciſum, &
reſpondendo contrarijs latè comprobat *Franc.
de Ponte deciſ. 34. à num. 30. Caſtill. deciſ. 204. nu-
mer. 10. & 11.*

Et ità vtraque &c

PERVSINA BONORVM.

Lunæ 21. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Per mortem vſufructuarij extinguitur vſusfru-
ctus, & conſolidatur cum proprietate: præ-
ſertim attentis verbis reſtrictiuis *ad vitam*, &
concurrentibus alijs coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus extinguitur morte vſufructuarij.*
2 *Vſusfructus per mortem vſufructuarij ſtatim conſo-
lidatur cum proprietate.*
3 *Et conſolidatio fit nullo habito reſpectu perſonæ, pe-
nes quam ipſa proprietas exiſtit.*
4 *Vſusfructus ceſſat per mortem Vſufructuarij, præ-
ſertim attentis verbis reſtrictiuis* ad vitam, &
non vltrà.
5 *Amplia, quando conſtat de mente Teſtatoris, quod
noluerit relinquere proprietatem.*
6 *Item amplia, quando diſpoſitio incipit ab ipſo vſu-
fructu, non autem à bonis.*
7 *Similiter amplia, quamuis vſusfructus relictus fue-
rit titulo inſtitutionis.*
8 *Amplia demum, etiamſi hæredes, inſtituti in proprie-
tate, prædeceſſerint vſufructuario.*
9 *Teſtatoris verba extraiudicialiter prolata non ſunt
attendenda, ſed bene quod reperitur ſcriptum in
Teſtamento.*

DECISIO CCCXCIX.

RELIQVIT Petrus Iacobus de Baptiſtis
Antenori filio legitimato vſumfructum
bonorum ſtabilium valoris ſcutorum 4000.
ſub his præciſè verbis: *Deſiderando in parte pro-
uedere, che detto Antinoro poſſa viuere honoreuolmẽ-
te, per queſto titolo, ò cauſa d'Inſtitutione, ò Le-
gato, e per ſuoi alimenti, e per amor di Dio, e pietà
giudica, e laſcia à detto Antinoro l'vſofrutto in vita
di detto Antinoro tanto, e non più de beni ſtabili,*

Digitized by Google

che hoggi poſſiede eſſo Teſtatore in quel luogo, che più piacerà à detto Antinoro, quali beni aſcendino al valore di ſcudi 4000. & in queſte coſe detto Antinoro inſtituiſce, e fà herede, volendo, che più domandare, & hauer non poſſa per legitima, oncia, alimenti, e per qualſiuoglia altra cauſa &c. Dichiarando eſpreſſamente, che dopò la morte di detto Antinoro, li detti beni ſtabili ſiano intieramente nella proprietà, & vſufrutto dell'heredi vniuerſali di eſſo Teſtatore in tutto, e per tutto in ogni meglior modo &c.

Hæredes autem vniuerſales inſtituit Ioannē Baptiſtam, & Hieronymum filios maſculos legitimos, & naturales, & eorum Deſcendentes in infinitum, quibus deficientibus, & vltimo decedenti, in tota hæreditate ſubſtituit fœminas, vt latiùs *in Summ. Lambardi numer. 1. & 3.*

Defunctis itaque præfatis Io: Baptiſta, & Hieronymo ſine filijs, ſucceſſit Beatrix eorum germana Soror, quæ obijt Inſtituto hærede Lambardo filio, & demum deceſſit Antenor, relicto Io: Carolo de Baptiſtis, inter quem & Lambardum orta controuerſia ſuper pertinentia dd. Bonorum, Cauſaque de conſenſu Partium vnica ſententia dirimenda mihi commiſſa, dedi dubium ad quem ſpectent dicta bona, illudque ad fauorem Lambardi reſolutum fuit.

1 Ipſe enim habet regulam pro ſe, quod vſusfructus extinguatur morte vſufructuarij per text. *in §. finitur Inſt. de vſufr. & in l. ſub conditione 60. vbi gloſſ. verb. interierit ff. de vſufr. & quemadmodum quis vtatur, Bellon. de Iur. accreſc. par. 2. cap. 7. q. 19. num. 69. Caſtill. de vſufruct. cap. 61. nu. 3. & ſeqq. Rot. coram Merlino deciſ. 642. n. 1. & ſeqq. & deciſ. 120. n. 17. par. 9. rec.*

2 Vndè, cum de anno 1662. deceſſerit Antenor, vſusfructus eidem relictus ſtatim conſolidatus fuit cum proprietate penes Lambardum, quamuis non ſit hæres ſcriptus à Teſtatore, ſed hæres hæredis: 3 Quia conſolidatio veluti Ius reale it cum proprietate nullo habito reſpectu perſonæ penes quam ipſa proprietas exiſtat, vt probat *Text. in l. generali 32. §. 1. ibique gloſſ. per tot. ff. de vſu, & vſufr. leg. optimè Caſtr. in l. Titia 35. §. final. in fin. numer. 1. verſ. dic aut Teſtator ff. de leg. 2. Ceph. conſ. 158. num. 1. 2. & per tot. & præſertim num. 27. & ſeqq. lib. 2. Dec. conſ. 597. nu. 4. & 5. Bertazz. conſ. ciuil. 4. num. 28. & conſ. 83. num. 53. lib. 1.* & firmat *Bellon. de Iur. accreſc. cap. 7. q. 19. num. 70. & 71.* Et latè comprobauit *Rota coram Merlin. dicta deciſ. 505. num. 2. & ſeqq.*

4 Hæc verò regula facilius procedit in præſenti caſu, attentis verbis reſtringentibus ipſum legatum ad vitam Antenoris, & non vltra, ibi. *In vita tanto di detto Antinoro, e non più,* quæ temporalitas propriè conuenit vſufructui, qui cum vſufructuarij vita perimitur, vt bene in propoſito ponderat *Dec. conſ. 278. num. 4. in fin. verſ. quarto quia, Ruin. conſ. 206. ſub num. 22. verſ. & in caſu noſtro lib. 2.* Et rem eſſe claram dicit *Bellon. Sen. conſ. 6. ſub num. 3. verſ. & hoc habetur, Bertazzol. d. conſ. 4. num. 18. & 19. & conſ. 51. num. 2. lib. 1.* Et pluribus adductis ab hac opinione non eſſe recedendum etiam in fortioribus terminis, firmat *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 133. num. 12. & in conſ. 115. num. 41. Rota coram Merlino d. deciſ. 505. num. 23. & 24. & in rec. dicta deciſ. 120. num. 4. & deciſ. 460. num. 3. par. 9.*

5 Hinc non eſt opus, reſpondere authoritatibus in contrarium adductis; Nam illę non procedunt quoties conſtat de expreſſa mente Teſtatoris, quod noluit legare proprietatem, ſed tantum ſimplicem, & nudum vſumfructum, vt bene *Socin. Sen. conſ. 102. num. 10. lib. 3. Cephal. conſ. 37. num. 10. & pluribus ſeqq. & præſertim num. 24. verſ. non eſt igitur dicendum lib. 1.* & notat *Alex. conſ. 223. in fin. lib. 2.* & fuit opinio *Bart. in l. 4. num. 5. ad med. verſ. aut ex verbis ff. de alim. & cibar. legat.* Alijque relati per *Andreol. contr. 121. n. 15. & ſeqq. lib. 1. par. 2.*

6 Et hęc voluntas deſumitur non ſolum ex verbis ſupradictis, ſed etiam ex eo, quia diſpoſitio non incipit à bonis, ſed ab vſufructu; Tunc enim nunquam cenſetur legata proprietas, ſed tantum nudus vſusfructus iuxta diſtinctionem *Bart. communiter receptam in dicta l. 4. num. 2. ff. de alim. & cibar. legat.* quam ſequuntur *Honded. conſ. 69. num. 18. verſ. ſi verò, & num. 38. lib. 1. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 1. nu. 23. & 24. Caſtill. de vſufr. cap. 30. ſub num. 16. verſ. at ſi relinquitur, Capyc. deciſ. 188. ſub num. 4. verſ. ſi verò dico, & amplexa fuit Rota deciſ. 119. num. 3. & 4. par. 8. recent.*

7 Non obſtat, quod vſusfructus relictus fuerit titulo inſtitutionis, quia cum cæteri filij legitimè nati, fuerint vniuerſaliter inſtituti, huiuſmodi titulus adiectus relicto vſusfructus ad fauorem Antenoris legitimati non poteſt operari, vt quicquam conſequi valeat vltrà modum à Teſtatore præſcriptum, vt aduertit *Dec. conſ. 278. numer. 4. præſertim poſt med. verſ. primo, vt dictum eſt,* vbi quod dato alio hærede, inſtitutio in vſufructu reſoluitur in legatum, *Abb. conſ. 55. num. 2.* vbi quod dato hęrede vniuerſali Inſtitutus in vſufructu nihil penitus Iuris habet in proprietate. Et de communi teſtatur *Bero. conſ. 58. num. 6. & 7. lib. 2. Caſtill. de vſufr. cap. 8. num. 43.* Et quod ab hac opinione, tanquam veriori, & magis conſentanea, neque in conſulendo, neque in iudicando, recedendum ſit firmat *Sperell. deciſ. 145. num. 19. & ſeqq.* Illamque vti veriorem, & communiorem, magiſque menti Teſtatoris inhærentem amplexa fuit *Rot. deciſ. 162. num. 2. & per tot. par. 2. recent. & deciſ. 159. num. 3. par. 4. tom. 2.* & latiſſimè reiectis contrarijs, *coram Merlino deciſ. 505. à n. 7.*

8 Minus releuat, quod filij inſtituti prædeceſſerint Antenori vſufructuario, quia dum Teſtator, vt ſupradictum eſt, limitauit legatum vſusfructus ad vitam ipſius, cenſetur habuiſſe reſpectum potius ad hæreditatem, quā ad perſonas hæredum, nec vſufructuarius poteſt præbere obſtaculum, vt bene firmat *Pariſ. conſ. 97. ad princ. & præſertim num. 5. in fin. & numeris ſeqq. lib. 2. Cephal. d. conſ. 158. ſub num. 29. verſ. tertio confirmatur, & num. 30. lib. 2. Altograd. conſ. 47. num. 5. lib. 1.* optimè *Rota coram Merlino dicta deciſ. 505. ſub numer. 16. verſ. hoc autem*

poſ-

poſito, & numeris ſequentibus.

9 Demum non vrgent aſſertæ Epiſtolæ ad Antenorem per Teſtatorem tranſmiſſæ, in quibus ſupponitur contineri, quod ipſe remaneret Dominus omnium bonorum, pro vt alij filij, quia non attenditur, quid extraiudicialiter fuerit dictum, ſed quid verè in Teſtamento fuit diſpoſitum; Nam multa dicuntur, quæ poſteà mutato conſilio non obſeruantur; Ideoque, dum Teſtator contrarium diſpoſuit, cenſetur à tali propoſito receſſiſſe, *ad text. in l.quidam cum filium familias ff. de hered.inſtit. Surd.conſ.*129. *nu.*19. *Rota coram Seraph.deciſ.*1357.*n.*11.*in Romana Reſciſſionis concordiæ penes Salgad.in Labyrinth. Credit. deciſ.*26. *num.*11.

Et ita vtraque &c.

BVRGEN. BENEFICII.

Lunæ 4. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Beneficia Diœceſis Burgeñ, cuius ſint naturæ, & quomodò filijs Patrimonialibus dicti loci ad ea detur aſcenſus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium integrum debetur dimidio Beneficiato, ex antiqua conſuetudine Diœceſis Burgeñ.*
2 *Beneficium integrum eiuſdem Diœceſis dicitur ſequela, & emolumentum dimidij.*
3 *Reſeruatio præſeruat iura Reſeruantis.*
4 *Beneficia dictæ Diœceſis diſtinguuntur in quarta, media, & integra.*
5 *Et ad ea gradatim datur aſcenſus, nempè de quarto ad medium, & de medio ad integrum, & non alias.*
6 *Indè, habens quartum, non poteſt aſcendere ad integrum.*
7 *Beneficia non poſſunt diuidi.*
8 *Burgeñ in Diœceſi vt aſcenſus locum habeat, attenditur titulus validus, non autem poſſeſſio.*

DECISIO CCCC.

VACANTE Beneficio, ſeù dimidia portione in Eccleſia Parochiali Oppidi de Freſneda ſe oppoſuerunt Petrus de Zamorra, & Dominicus de Villanoua; ſed lite terminata per Concordiam, conuentum fuit, quod eadem dimidia portio in duas partes diuideretur, quodque portio Dominici per aſcenſum ad integram accreſceret ipſi Petro.

Verùm, licèt poſteà præfatus Dominicus integram portionem aſſecutus fuerit, & dimidia per eum relicta debuiſſet accreſcere Petro; Nihilominus Ordinarius non attenta dicta Cõcordia vtramque portionem contulit Gaſpari Fernandez, Dominicus verò quartam partem portionis integræ, quam per aſcenſum aſſecutus fuerat, ceſſit ad fauorem Ioannis ab Eccleſia.

Vndè orta lite inter Petrum, & Gaſparem & cauſa deuoluta ad Rotam, reſolutum fuit coram R.P.D.meo Priolo, dictam dimidiam deberi Petro, & in illius executionem emanauit ſententia, in iudicatum tranſacta, ſuper adiudicatione eiuſdem, & ſuper nullitate collationis factæ ab Ordinario ad fauorem Gaſparis.

Deuenerunt poſtmodum Partes ad Concordiam, & præuio beneplacito Apoſtolico conuenerunt, quod dicta dimidia portio in alias duas portiones diuideretur, quarum altera reſeruaretur Gaſpari, altera verò applicaretur Petro cum iure aſcendendi ad integram, primo loco vacaturam.

Tandem, cum in eadem Eccleſia vacauerit integra portio, comparuerunt inter alios idem Petrus de Zamorra, & Ioannes ab Eccleſia, & quia Ordinarius illã contulit Ioanni, datum fuit propterea Dubium, cui illa veniat adiudicanda, & Domini ad fauorem Petri reſponderunt.

1 Nam, cum ipſe de tempore vacationis eſ-
ſet dimidius portionarius, & talis declaratus
fuerit per ſententiam Rotalem, in iudicatum
tranſactam; vtique illi venit adiudicanda
integra portio, tanquam ſequela anteceden-
2 tis, & vti fructus, & emolumentum dimidię,
vt dixit *Rot.coram Buratt.deciſ.*839.*num.*1.*& co-
ram Merlin.deciſ.*100. *per totam*, & nouiſſimè *in
Calaguritana Beneficij de Bilbao* 9. *Aprilis proximè
præteriti coram R.P.D.meo Priolo.*

Nec refert, quod Petrus paſſus fuerit ſuam
portionem diuidi, & medietatem eiuſdem
portionis, nempè quartam ceſſerit ad fauo-
rem Gaſparis: quia cum id fecerit reſeruato
3 iure aſcendendi ad integram primo loco va-
caturam, & cum beneplacito, & authorita-
te Pontificis, poteſt vti prædicto iure, perin-
dè ac ſi nunquam ceſſiſſet *Pariſ.conſ.*103.*nu.*2.
*lib.*3. *Surd. deciſ.*152. *num.*23. & firmatum fuit
in hac cauſa, dum lis pendebat cum Gaſpa-
re, 27. Iunij 1659. coram R.P.D.meo Priolo.

4 Fruſtrà igitur contendit Ioannes, prædictam integram portionem aſſequi, quia huiuſmodi beneficia Diœceſis Burgenſis diſtinguuntur in quarta, media, & integra, & ex antiqua conſuetudine, ac ex ſpeciali Conſtitutione illius Eccleſiæ, approbata à Sede Apoſtolica, non datur aſ-
cenſus de primo ad vltimum, ſed grada-
5 tim de quarto ad medium, & de medio ad
integrum, prout in terminis ſimilis Conſtitutionis Eccleſię Calaguritanę reſolutum fuit coram *Seraph.deciſ.*942.*num.*8.*in fine, in Calaguritana Beneficij de Logronno* 29.*Ianuarij* 1652. *coram R.P.D.meo Veroſpio, & in dicta Calaguritana Beneficij de Bilbao* 9. *Aprilis præteriti coram R.P.D.meo Priolo.*

Dum itaque Ioannes quartum tantum vi-
gore Ceſſionis aſſecutus fuit, nimis properè,
6 & intempeſtiuè ad integrum conatur aſcen-
dere *Rot.deciſ.*6. *num.*7.*par.*2. *diuerſ.Calaguritana Beneficiorum de Cornago* 25. *Iunij* 1655. *coram R. P. D. meo Albergato, & in Calaguritana Beneficij de Alexance* 18. *May* 1657. *coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Imò

Imò ex quo Ceſſio medietatis, reportata
à Dominico, caret confirmatione Apoſtoli-
ca, nullum ius videtur habere non ſolum ad
integrum, ſed nec ad medium, quia benefi-
7 cia ſine licentia Papæ non poſſunt diuidi per
*Text. in cap. maioribus 8. de præben. & dignit. Pariſ.
de reſignat. lib. 6. qu. 1. num. 4. Garz. de beneſ. par. 12.
cap. 4. nu. 2. & ſeqq. Rot. deciſ. 379. num. 6. par. 5. rec.
& deciſ. 223. num. 7. par. 6.*

Non obſtat, quod Ioannes ſaltem de facto poſ-
ſideat portionem prædictam, quia in hac ma-
8 teria non attenditur poſſeſſio, ſed Titulus va-
lidus *Rot. deciſ. 10. num. 2. verſ. determinatum fuit de
præben. in antiq. in Calagurrtana beneficij de Logron-
no 29. Ianuarij 1652. coram R.P.D. meo Veroſpio,
& in allegata Calagurritana Beneficij de Bilbao co-
ram R.P.D. meo Priolo.*

Et ità altera tantum.

ROMANA PRIMOGENITVRAE.

Mercurij 13. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Teſtator ex quibus cenſeatur diſpoſuiſſe non ſolum ad fauorem primi, ſed etiam omnium in Primogenitura comprehenſorum: Et quã-do ſit locus manutentioni, in exigendis emolumentis eiuſdem Primogenituræ.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, ſuffiet, quod ſemel impleta fuerit.*

2 *Reſiduum, ſeu quod ſupererit non comprehendit ſummam antecedentem, ſed id quod remanet illa deducta.*

3 *Hæres quilibet, etiam fideicommiſſo grauatus, facit fructus ſuos.*

4 *Dictio* donec, & quouſque *inducit reſolutionem prohibitionis, & actus, cui adijcitur.*

5 *Dictio* vt infra *operatur, vt omnia poſtea, & inferius diſpoſita cenſeantur à principio expreſſa.*

6 *Pluralis locutio vno contenta non eſt, ſed requirit concurſum plurium.*

7 *Verbum* integrum *præſupponit diminutionem antecedentem, & aliquam partem prius fuiſſe ſolutam.*

8 *Onus, aſſumendi nomen, cognomen, & arma Teſtatoris, eſt valdè graue.*

9 *Et multi eligunt potius repudiare hæreditatem, quam dicto oneri ſe ſubijcere.*

10 *Teſtator, quos grauauit præſumitur etiam honorare voluiſſe.*

11 *Affectio, & prædilectio Teſtatoris non poteſt cadere in incognitum.*

12 *Obſeruantia bene declarat dubiam Teſtatoris diſpoſitionem.*

13 *Manutentio in poſſeſſione exigendi datur ei, qui exegit, & exiſtit in dicta poſſeſſione.*

14 *Poſſeſſio, vel quaſi acquiſita per Tutorem, ſuffragatur Pupillo etiam ad effectum manutentionis.*

DECISIO CCCCI.

LELIVS Bariſanus Senior, vt familia de Bariſanis, nomenque ipſius perpetuò conſeruaretur, iure legati, & quatenus opus ſit, Inſtitutionis reliquit (ſunt verba Teſta- 2
menti) *ſcuta 10000. monetæ filio Primogenito naſcituro ex Imperia filia D. Coſmi Incaſati, hac tamen conditione, & lege, vt dictus Primogenitus debeat ſumere nomen, cognomen, & arma ipſius Teſtatoris, & vocari Lelius Bariſanus ſine tamen mixtura inſignium, & armorum alterius familiæ, quæ 10000. ſcuta voluit, & mandauit ſtatim poſt obitum ipſius per hæredem ſuum infraſcriptum dari, & ex hæreditate, & bonis ipſius Teſtatoris ſeparari pro dicto Primogenito, & alijs Primogenitis ſucceſſoribus in perpetuum, vt infra dicetur, ad effectum inueſtiendi, & ad hoc vt fructus, redditus, & prouentus coaccruentur, & cumulentur ſemper, & continuò etiam per inueſtituram fructuum, nec non fructuum ex fructibus donec, & quouſque dictus Primogenitus erit annorum 35. hoc eſt annum 35. expleuerit, & tunc, & non prius poſſit dictus Primogenitus exigere, habere, & in proprium vſum conuertere annuatim ſcuta 500. & non plus, & quod ſupererit ex redditibus, & fructibus, tam dd. ſcutorum 10000. quam fructuum cumulandorum debeat ſimiliter inueſtiri eodem modo, itaut fructus ſemper conſeruentur, & cumuletur ſumma centum millium ſcutorum monetæ, quæ ſint, & eſſe debeant ſubſtantia, & fundamentum Primogenituræ, & tunc Primogeniti poſſint vti, frui, & gaudere integris fructibus dictæ ſummæ ſcutorum 100000. ſaluo ſemper capitali.*

Inſuper idem Teſtator *præfato filio Primogenito, ex Imperia naſcituro quandocumque decedenti ſubſtituit illius filium Primogenitum, & alios Deſcendentes in infinitum ordine Primogenituræ, & eo non extante, vel quandocumque deficiente ſine filijs maſculis ſubſtituit ſecundo genitum dictæ Imperiæ, eiuſque ſecundo geniti filios, ac Deſcendentes in infinitum de Primogenito in Primogenito, vt latius in Teſtamento Summ Lelij num. 1.*

Ex Imperia nupta Perinthio natus eſt filius maſculus, qui aſſumptis nomine, cognomine, & armis Teſtatoris, poſtquam expleuit 35. annum ac etiam ante prçuio Breui, ac beneplacito Apoſtolico cœpit exigere dicta annua ſcuta 500 monetæ iuxtà diſpoſitionem Teſtatoris, & eo ſine filijs defuncto eandem exactionem continuauit alter filius maſculus Imperiæ, ſuſceptus ex Comite Carandino ſecundo Viro; prout eo mortuo fecit etiam Primogenitus ex eo ſuperſtes mediante D. Comitiſſa eius Matre, & Tutrice.

Sed quia præfatæ exactioni ſe oppoſuit D. Anna Maria Carandina de Angelis prætendens, habere intereſſe in huiuſmodi Primogenitura, ideò ad tollendas difficultates dedi Dubium: An conſtet de bono Iure Lelij tertij de Bariſanis etiam ad effectum manutentionis, quod hodiè affirmatiuè reſolutum fuit.

1 Etenim reſpectu primæ partis aduertebant Domini, quod cum filius Imperiæ ad primogenituram vocatus expleuerit annum 35. purificata fuit conditio, ſub qua omnibus

Pri-

Primogenitis permiſſa fuit exactio ſcutorum 500. ſingulis annis *ad text. in l.ſi quis hæredem 7. C.de inſt.& ſubſtit. Ruin.conſ.89.nu.8.lib.4.*& dixit *Rota deciſ.31.in fine par.2.recent.& in Romana Augumenti Dotis 9.Iunij* 1659.*coram R.P.D. meo Beuilacqua.*

2 Et huiuſmodi veritas manifeſtè apparet ex eo, quia à principio omnes fructus ſc. 10000. necnon fructus fructuum ex præcepto Teſtatoris debebant reinueſtiri, pro perficiendo multiplico ſcutorum 100000. Sed poſt completam à Primogenito ætatem annorum 35. id ſolum, quod ſupererit. Vndè quod ſupererit, & ſic reſiduum non comprehendit dicta ſcuta 500. annua, ſed id, quod remanet illis deductis per *Text.in l.prædys 89.& in l.Officius 95.ff.de legat.3.Alex.conſ.216.nu.4.lib.7.Coſt. de ration.rata quæſt.163. num.4. Rot.coram Seraph. deciſ. 224. num. 2. & in Romana Apothecarum 25. Iuny* 1655. *§.in altero coram bo.me.Bichio.*

3 Ceſſante autem prohibitione, & ſpeciali diſpoſitione Teſtatoris, poterant Primogeniti, prout quilibet fideicommiſſo grauatus percipere fructus ex bonis reſtitutioni ſubiectis, illoſque in proprios vſus conuertere *iuxta text. in l. in fideicommiſſariam 18. & in l. poſtulante 44. §.1. ff. ad S.C. Trebell. Barboſ. in l.Diuortio in 2. parte nu.6. ff.ſolut.matr.* & tradit *Cephal.conſ.330. num.7. verſ.qua videtur lib.3. Boer.deciſ.44.nu.21.*

4 Maximè attentis dictionibus *donec,& quouſq;* adiectis præcepto, de inueſtiendo omnes fructus, & fructus fructuum, ibi: *Donec,& quouſque dictus Primogenitus erit annorum 35. & tunc,& non prius poſſit exigere, habere, & in proprium vſum conuertere annuatim ſcuta 500. & non plus.* Quæ inducit reſolutionem prohibitionis, & actus, cui fuit adiecta tempore adueniente ex doctrina *Bart.in l.1.num.15.& 16.ff.de condit. & demonſtr. Hond.conſ.6. nu.36.& ſeqq.lib.1. Arias de Meſa var.reſolut. lib.2. cap.3. num.11.& cap.7. num. 24.* Et vltrà plures cumulatos per *Barboſ. dict.93.& 340.* firmauit *Rota in Romana Reſciſſionis calculi de Gabriellibus 17. Iunij* 1602. *coram Ortembergo.*

5 Nec talis diſpoſitio, & facultas exigendi ſcuta 500. annua poteſt dici perſonalis, reſtricta tantummodò ad primum filium Imperię, quia poſtquam Teſtator mandauit, ſeparari ab eius hæreditate ſcuta 10000. pro dicto Primogenito, & alijs Primogenitis, & ſucceſſoribus in perpetuum, addidit immediatè clauſulam *Vt infra dicetur*, ex quo fit, quod cum primo permiſſa fuerit exactio, ita etiam videatur conceſſa alijs, virtute dictionis *Vt infra*, cuius natura eſt, vt omnia inferius diſpoſita cenſeantur à principio expreſſa, & adnotata *l.ſi Teſtamentum 8. Cod.de inſtit. & ſubſtit. Menoch. conſ.86.num.9. Rot.deciſ.258.num.22. par.7.recent.* Et alios refert idem *Barboſ.dict.161. n.11.*

6 Imò, dum idem Teſtator voluit, quod perfecto multiplico, & coaceruata ſumma ſcutorum 100000. quæ eſſe debebat ſubſtantia, & fundamentum primogenituræ, tunc Primogeniti poſſent vti, frui, & gaudere integris fructibus dictæ ſummæ ſcutorum 100000. eſt certum, quod non potuit intelligere de ſolo primo filio Imperiæ; Tum quia eo viuente erat impoſſibile, quod multiplicum perficeretur; Tum etiam quia non fuit loquutus in numero ſingulari, & ſic de Primogenito, ſed in numero plurali, ibi: *Et tunc Primogeniti &c.* quæ pluralis loquutio vno contenta non eſt nec in vno verificatur, ſed requirit concurſum plurium *ad Text. in l.fin. ff.ad Trebell.& in l.vbi numerus 12. ff.de teſtib. Bart.in l.qui quartam §.fin.ff.de legat.1. Rot.deciſ.194.ſub num.53. & deciſ.204.n.2.par.5.recent.*

7 Ponderando pręſertim, quod Teſtator, reſpiciens tempus perfecti multiplici, non dixit, quod Primogeniti poſſent gaudere fructibus, & redditibus ſcutorum 100000. *ſed integris fructibus*, ſignum euidens, quod antequam illud abſolutum eſſet, aliquam partem debebant habere, & ſic dicta ſcuta 500. annua: Nam integrum præſupponit diminutionem antecedentem, & aliam partem prius fuiſſe ſolutam, vt in ſimilibus aduertit *Iaſ.conſ.100. numer.5.vol.4.Coſt.de fact.ſcient.& ignorant.centur.1. diſtinct.20. num.1. & ſeqq.* & firmat *Rota Iannen. deciſ.132.num.1.*

8 Et erat valdè æquum, & rationabile, quod
non ſolum Primus, ſed etiam reliqui Primogeniti deberent gaudere dicta annua ſumma
ſcutorum 500. nam ipſi quoque reperiebantur grauati eodem onere, aſſumendi nomen,
cognomen, & arma Teſtatoris, illiſque ſemper vtendi ſine mixtura: Quod onus eſt adeò
9 graue, vt maluerint plures repudiare hæreditates pingues, donationes, & maioratus, quam
eiuſmodi oneri ſe ſubiicere, vt authoritate Sacrę paginæ probat *Gubel.de Benedict.in c.Raynutius,v.Raynutius de Clera n.50.de teſt.* quē refert
& ſequitur *Molin.de primogen. Hiſp. lib.2. cap.8. num.17.& cap.14. eod.num. Larrea deciſ.Granaten. 33. num. 53.* Vndè quemadmodum Teſtator
10 onus prædictum in omnes contulit, ad perpetuandam memoriam ſui ipſius; ità etiam ad illos alliciendos eodem lucro, & honore proſequi voluiſſe, præſumitur, vt latè firmatum fuit *in deciſ.266. num.16. par.1. recent. & in Peruſina fideicommiſſi 29. Maij* 1656.*coram Me.*

11 Obiectum quod Teſtator prædilexerit primum filium Imperiæ, ideòque illi tantum permiſerit exactionem ſcutorum 500. ceſſat, dum ille adhuc non erat natus, nec eidem Teſtatori cognitus, in quem propterea non poterat cadere maior affectio, quam in alios *Surd.conſ.177.ſub num.18.verſ.accedat,& num.ſeq. Honded.conſ.14. num.25.& conſ.69. num.31.lib.1. Socin.Iun. conſ.129. nu.27.lib.3.* & tradit *Fuſar.de ſubſtit.qu.318.num.5.*

12 Vlterius concurrit obſeruantia, nam poſt primum filium Imperiæ etiam reliqui ſucceſſiuè Primogeniti, ſtatim atque Primogenitura ad eorum fauorem fuit purificata, etiā ante annum 35. admiſſi fuerunt ad ſimilem exactionem ſcutorum 500. & ſignanter Modernus Lelius filius D. Comitiſſæ Vincentiæ: Nam huiuſmodi obſeruantia bene declarat legatum nec fuiſſe perſonale, nec requirere in alijs Primogenitis ætatem 35. annorum *Aym.conſ.101. num.3. Rot.in Romana Legati 6.Iunij*

Digitized by Google

nij 1634. coram Dunozetto, & coram Buratt. deciſ. 237. num. 3.

13 Et hinc reſultat reſolutio alterius partis dubij reſpectu manutentionis: Nam cum ipſe reperiatur in poſſeſſione exigendi dictam ſummam annuam ſcutor. 500. in ea propterea venit manutenendus *vulg. §. retinendæ inſt. de interdict. Rota coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 2. num. 16. & deciſ. 158. nu. 1.* & ſæpè in alijs etiamſi
14 talis quaſi poſſeſſio acquiſita fuerit mediante Matre, & Tutrice; quia nihilominus illa benè ſuffragatur Pupillo ad effectum manutentionis *per text. in l. 1. §. adipiſcimur, & §. per Procuratorem ff. de acquir. poſſeſſ. Hond. conſ. 23. num. 37. lib. 2. Rota coram Buratt. deciſ. 60. num. 4. & 5. & coram Reuerendiſſimo Tarraconen. deciſ. 119. numer. 3.*

Ex quibus cenſuerunt Domini, conſtare de bono Iure Lelij, etiam ad effectum manutentionis Partibus hinc indè Informantibus.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE NASCENTORIIS.

Veneris 15. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Bona ſtabilia fideicommiſſi alienari non poſſunt exiſtentibus Mobilibus, & pecunijs, & reſiſtente præcepto Teſtatoris; Et legitimè diſtracta non redeunt amplius ad fideicommiſſum, niſi fuerint recuperata vigore pacti de redimendo.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi bona alienari non poſſunt niſi ex cauſa neceſſaria.*

2 *Fideicommiſſi bona, ſemel legitimè diſtracta, non reincidunt amplius in fideicommiſſum.*

3 *Fideicommiſſi bona ſtabilia non poſſunt alienari pro debitis fideicommittentis, quando adſunt mobilia, & pecunia, & reſiſtit præceptum Teſtatoris.*

4 *Fideicommiſſi bona ſtabilia regulariter alienari non poſſunt, quando adſunt Mobilia.*

5 *Aſſertioni Contrahentium in prohibitis non eſt ſtandum.*

6 *Fideicommiſſario debentur bona recuperata vigore pacti de redimendo.*

DECISIO CCCCII.

PVRIFICATO fideicommiſſo q. Rainerij de Naſcentorijs ad fauorem Angeli, iſte aduertens, fuiſſe alienata duo Prædia contra voluntatem, & diſpoſitionem Teſtatoris, alterum nempè nuncupatum della Madalena; alterum verò della Montanara, egit pro illorum recuperatione contra tertios poſſeſſores, & ſignanter contra Hoſpitale Beatę Marię de Vita, & obtenta ſententia, tranſacta in iudicatum; In gradu reſtitutionis in integrum dictum fuit ſub die 26. Aprilis 1652. conſtare de cauſis dictæ reſtitutionis reſpectu Prædij della Montanera; & quoad aliud della Madalena fuit expedita cauſa ſuper executione rei iudicatæ.

1 Hodiè repropoſito Dubio ſuper eodem Prædio della Montanara Domini receſſerunt à reſolutis, quia ceſſat fundamentum, quod Prædium prędictum alienatum fuerit ex cauſa neceſſaria; licet enim Alexander illud dederit in ſolutum cum pacto redimendi Andromachę Vxori Teſtatoris pro ſatisfactione
2 ſuarum dotium ſcutorum 1500. Et bona, ſemel à fideicommiſſo legitimè extracta, non reincidant amplius in idem fideicommiſſum: Attamen aduertebant Domini, quod Teſtator relicta hærede vſufructuaria Andromacha pro medietate, & pro alia medietate Alexandro, iniunxit iiſdem, quod æs alienum ſolueretur ex fructibus, & redditibus hære-
3 ditarijs intacta manente proprietate. Vnde cum dicti fructus eſſent ſufficientes, & adeſſent pecuniæ, mobilia, necnon Numiſmata aurea, & argentea valoris librarum 18439. ex illis debebāt debita hæreditaria extingui iuxta præceptum Teſtatoris, non autem mediante alienatione ſtabilium, vt bene in propoſito notat *Bellon. Iun. conſ. 31. num. 49. & ſeqq.* & in terminis hujus fideicommiſſi dixit *Rota coram Reuerendiſſ. Royas deciſ. 287. num. 9. & deciſ. 312. num. 1.* & firmatum fuit *in Romana fideicommiſſi de Nicolinis 28. Aprilis 1651. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro.*

4 Et regulare eſt, quod exiſtentibus mobilibus, & alijs effectibus, ſtabilia non veniunt diſtrahenda *per text. in l. 1. §. & ſunt verba, & in l. magis puto 5. §. non paſſim, & §. idem Prætor ff. de reb. eorum, Gratian.* qui alios cumulat *diſcept. forenſ. cap. 570. num. 12. & in dicta Romana fideicommiſſi de Nicolinis coram Reuerendiſſimo D. meo Cerro.*

5 Nec releuat, quod in Inſtrumento Diuiſionis factæ poſt dictam dationem in ſolutum enuncietur, pretium dd. mobilium, & Numiſmatum fuiſſe erogatum in emptionem ſtabiliū pro fideicommiſſo: Nam vltrà quod prius debebant ſolui debita, in omnem caſum cum de illorum acquiſitione non conſtet, non eſt ſtandum aſſertioni Contrahentium, ne detur, occaſio euertendi fideicommiſſum iuxta notata per *Gabr. conſ. 118. num. 8. in fine, lib. 1. & per Menoch. conſ. 207. num. 1. & ſeqq. Rot. in rec. deciſ. 541. num. 31. par. 5. deciſ. 88. nu. 21. par. 7. & poſt Merlin. de pign. deciſ. 76. n. 8. & 9.*

6 Sed ceſſat obiectum prætenſæ dationis in ſolutum; dum ea non obſtante Andromacha locauit Prædium prædictum della Montanara non vti Domina, ſed vti vſufructuaria, & poſt eius mortem fuit repertum in bonis Alexandri hæredis grauati: ſignum euidens vel quod illa non habuit effectum, vel quod Prędium fuit recuperatum mediante pacto redimendi, appoſito in ipſo Inſtrumento dationis in ſolutum, quo caſu iterum reincidit in fideicommiſſum *Peregr. de fideicomm. art. 10. num. 2. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 25. Gratus conſ. 160. in fin. lib. 2.* & dixit *Rota coram Reuerendiſſ. Royas deciſ. 101. n. 11.*

Ex quibus reſponderunt Domini, non

con-

conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum reſpectu dicti Prædij, & ſic à Deciſis eſſe recedendum vnica tantum Parte informante, altera verò ſæpè ſæpiùs citata &c.

MEDIOLANEN. PAROCHIALIS.

Veneris 15. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Diſmembratio quando ſit licita, & quæ requirantur ad eius validitatem.

SVMMARIVM.

1 *Diſmembratio, tanquam ſpecies alienationis, requirit ſolemnitatem,& iuſtam cauſam.*
2 *Et vtrumque requiſitum debet copulatiuè concurrere.*
3 *Eccleſiæ vacanti debet deputari Defenſor.*
4 *Diſmembrationis cauſa non probatur ex aſſertione Ordinarij.*
5 *Diſmembrationis neceſſitas debet eſſe talis, cui alio remedio ſuccurri non poſſit.*
6 *Parochiali Eccleſiæ, non habenti proprios limites, populum,& introitum, aſſignari debet.*
7 *Beneficia curata non poſſunt vniri ſimplicibus.*
8 *Tranſactio inita ex falſa cauſa non ſuſtinetur.*
9 *Clauſula* licita tamen, & honeſta, *appoſita in confirmatione Apoſtolica, præſeruat ea, quæ habent reſiſtentiam iuris.*
10 *Clauſula* ſine præiudicio alicuius *præſeruat ius Tertio competens.*

DECISIO CCCCIII.

CVM claræ mem. Cardinalis Federicus Borromæus Archiepiſcopus Mediolani de Anno 1629. ſuppreſſerit portionem Parochialem, aliàs à Diuo Carolo præſeruatam, & eius loco Coadiutoriam inſtituerit; Et ſuper prædictis inter Archipresbyterum, ac Aloyſium Maſnagum prouiſum de dicta Coadiutoria inita fuerit Concordia: Dubitaui, an conſtet de validitate ſuppreſſionis,& Concordiæ: Et negatiuè reſpectu vtriuſque reſponſum fuit.

1 Diſmembratio enim eſt ſpecies alienationis, ideoque fieri non poterat niſi cum ſolemnitatibus, & iuſta cauſa iuxtà diſpoſitionem *Text.in cap.1. de reb.Eccl. non alien. in 6.* & notat *Garz.de benef.par.12.cap.3. num.3.Lotter.de re benef.lib.1. quæſt.28. num.3.& 4.* & tenuit *Rota coram ſan.mem.Greg.deciſ.504. nu.5.vbi Add.nu.8.*
2 cumulant concordantes; Adeout vnum ſine alio non ſuffragetur, vt aduertit *Rot. in rec.deciſ.223.num.1.& 2.par.6.& deciſ.68.num.1.& ſeq. par.7.* Et latiſſimè firmatum fuit *in Comen.Diſmembrationis 22. Iunij* 1648. *coram Eminentiſſimo Corrado, & in Albiganen.Diſmembrationis 14.Decembris 1654. coram Reuerendiſſimo Domino meo Meltio.*

3 Deficit autem ſolemnitas, quia diſmembratio facta fuit Eccleſia vacante, non conſtituto ei legitimo defenſore iuxtà diſpoſitionem eiuſdem *Text.in cap.1. vbi gloſſ.verb.defenſore de reb.Eccl.non alien.in 6.& in cap.1.vbi etiam gloſſ verb.Sede vacante tit.ne Sede vacante,*& probat *Mandoſ.ad reg. cancell.22. quæſt. 13. num. 12. verſ. Sed bene, Rot. in Marſicana Diſmembrationis fructuum apud Garz.de benef.par.12. cap.3. num.4. in rec.deciſ.119. in fine par.1.* cum alijs pluribus *in Bononien. Diſmembrationis 22. Martij 1658. & 10.Februarij 1659.coram R.P.D.meo Veroſpio.*

4 Deficit etiam & iuſta cauſa, quia ſupponitur facta ſuppreſſio, & diſmembratio ex cauſa neceſſitatis, ad ſedandas diſcordias,quæ inter Canonicos, & Curatum continuò exoriebantur ſuper adminiſtratione Sacramentorum, & emolumentorum perceptione. Sed nec illa bene probatur ex aſſertione Archiepiſcopi *iuxt.conſ. Oldrad. 261. ſub num.2. & ſeqq. Pariſ.conſ.36.nu.11.lib.4. Garz.dicta par.12.cap.2. num.120.Rot.in rec.deciſ.223.num.13.par.6.& deciſ.281.num.21.& ſeqq.par.9.& coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ.6.n.12.& 13.*

5 Nec probata releuaret; Cum neceſſitas debeat eſſe talis, cui alio remedio ſuccurri non non poſſit, vt aduertit *Lap. alleg.66. num.5. & ſeqq.Lotter.de re benef.lib.1. quæſt.28. nu.30.& 31.* & dixit *Rot.deciſ.484. num.5.par.1.rec. deciſ.223. ſub numer.6. & ſeqq. par.6. & deciſ.337. numer.3. par.9.*

6 Poterant autem remoueri diſcordiæ inter Capitulum, & Curatum, aſſignando vnicuique proprios limites, populum, & introitum iuxtà diſpoſitionem Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap.13.de reformat. & notant *Vgolin. de offic.& pot.Epiſcopi cap.54.§.2.per tot. Barboſ.de iur.Eccl. Vniu.lib.1.cap.20.n.22.*

7 Fortiùs verò prædicta procedunt,quia portio prædicta habet annexam curam Animarum. Vndè non licebat Archiepiſcopo, illam diſmembrare reſiſtente eodem Concilio, *dicta ſeſſ.24.cap.13.de reformat.ibique Barboſ.nu.2. & 3. & in tract.de off.& poteſt. Epiſcopi allegat.66. num.10.& ſeqq.Garz.vbi ſupra par.12.cap.2.n.86. & 87.Gonzal.ad reg.8.gloſſ.5. §.7.num.63.* & firmatum fuit *in dicta Bononien.Diſmembrationis coram R.P.D.meo Veroſpio, confirmata 20.Februarij 1660.coram R.P.D.meo Beuilacqua.*

8 Firmata inualiditate ſuppreſſionis, corruit etiam Concordia, tanquam inita ex falſa cauſa, & ſub erroneo ſuppoſito, quod ſuppreſſio eſſet valida *Menoch.conſ.91. num.46.Rota coram Merlin. deciſ.603. num.1. & 2.& in Bonon. Nullitatis Concordiæ 12. Iunij 1645. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro, & 4. Februarij 1650. coram Me.*

9 Nec ſuffragatur Breue confirmatoriũ, quia cum emanauerit in forma communi, & cum clauſula *licita tantum, & honeſta,* nihil operatur quoad ea,quæ habent reſiſtentiam iuris,vt dixit *Rot.coram Buratt.deciſ.798.num.5.& in rec.deciſ.21.n.3.& deciſ.339.n.5.par.2.*

10 Præſertim quoad intereſſe Tertij, quod Papa præſeruare voluit per illa verba *ſine alicuius præiudicio Aym.conſ.34.num.17. Mart.de clauſulis, clauſ.158. nu.1.par.1. Rot.coram Coccin.deciſ.500. n.2.& coram Reuerendiſſ.Royas deciſ.408.n.8.*

Et ità altera tantum &c.

V R.

VRBEVETANA BONORVM.

Lunæ 18. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio probatur pluribus modis, & illa non priuat Iudex, niſi ritè, & rectè proceſſerit; adeout immiſſionem paſſo ſit dandum mandatum de manutenendo, quando non habet ſe pro ſpoliato.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex Inſtrumento.*
2 *Teſtes inducti, & producti probant contra Inducentem, & Producentem.*
3 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione Partis, aſſerentis aliquem detentorem, & occupatorem.*
4 *Poſſeſſione priuat Iudex ritè, & rectè procedens.*
5 *Secus verò ſi procedat nulliter, vel iniuſtè.*
6 *Minori debet deputari Curator, aliàs ſententia, contra ipſum lata, eſt nulla.*
7 *Statutum loci non habet locum in bonis, exiſtentibus extrà Territorium.*
8 *Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio.*
9 *Manutentio datur ei, qui docuit de ſua poſſeſſione, nec habuit ſe pro ſpoliato.*

DECISIO CCCCIV.

POSSIDENTIBVS Dominis del Nero quamplura bona vigore aſſignationis, & dationis in ſolutum, reportatæ à Ioanne Franciſco de Monaldenſibus, & eius hæredibus occaſione Dotis Monaldeſchæ nuptæ Baroni Nereo. Inſurrexit D. Monaldus de Monaldenſibus, & vigore fideicommiſſi, ſeù Donationis de Anno 1604. Immiſſionem ſuper iiſdem bonis reportauit: Vndè commiſſa mihi Cauſa, & dato Dubio, cui eſſet dandum mandatum de manutenendo Domini ad fauorem fratrum del Nero reſponderunt.

1 Conſtat enim de illorum poſſeſſione continuata per annos 20. & vltrà; Tum ex Inſtrumento publico dato *in Summ. num. 6.* Tum ex Teſtibus à D. Monaldo examinatis, & con-
2 tra DD. del Nero in hoc iudicio productis, qui propterea bene probant iuxtà notata per *Add. ad ſa. me. Greg. deciſ. 215. ſub n. 9.*

3 Tum etiam ex propria ipſius Confeſſione dum inſtando pro immiſſione faſſus fuit, fratres del Nero detentores, & occupatores dd. bonorum: Nam reiecta qualitate vitij, habente præſumptionem iuris contra ſe, ex huiuſmodi inſtantia bene probatur poſſeſſio, etiam ad effectum manutentionis, vt dixit *Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 458. nu. 2. & 3. coram Eminentiſſ. Ottbobono deciſ. 141. num. 4. & in Peruſina fideicommiſſi de Monteſperellis 13. Iunij 1637. coram R. P. D. meo Albergato.*

4 Nec poſſeſſione prædicta priuati fuerunt per ſententiam A. C. nam licet Iudex poſſit priuare Poſſeſſorem ſua poſſeſſione, illamque in immiſſum transferre; hoc tamen habet lo-
5 cum ſi ritè, & rectè procedat; Secus verò ſi nulliter, vel iniuſtè *Angel. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas ſub num. 2. ff. de acquir. poſſeſſ. Rota coram Coccino deciſ. 51. nu. 6. & in Anconitana Prædij 27. Aprilis 1654. & 18. Februarij 1656. coram Reuerendiſſ. D. meo Meltio.*

6 In præſenti verò caſu nulliter proceſſit Iudex, dum contra Aloyſium, & Philippum Mariam Minores, & indefenſos conceſſit immiſſionem, non deputato illis curatore ad *text. in l. 1. in fine, ibique gloſſ. vltima ff. de minor. l. 1. C. qui petant tut. & l. cum & minores 4. C. ſi aduerſ. rem iudicat. Rota coram Reuerendiſſ. Tarraconen. deciſ. 82. num. 1. & coram Eminentiſſ. Ottbobono deciſ. 155. num. 15. & 16.* cum alijs *in Romana fideicommiſſi de Montanis 28. May 1657. coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

7 Nec refert, quod ſint maiores 20. & habilitati per Statutum Florentinum, quia illud non habet locum in bonis, exiſtentibus extrà Territorium, prout de communi teſtatur *Brun. de Stat. excluſ. fœminar. art. 8. quæſt. 25. n. 122.* & plures cumulat *Gratian. diſcep. forenſ. cap. 431. num. 27. Rot. coram Seraph. deciſ. 782. num. 1. & 2. ſan. mem. Greg. deciſ. 255. num. 1. ibique Add. num. 7. Buratt. deciſ. 188. vbi pariter Add. num. 14. & ſeqq.* Et quod Rota ſeruauerit perpetuo hanc opinionem teſtatur *Merlin. deciſ. 353. num. 2. & ſeqq.* & latè firmatum fuit *in Rauennaten. hæreditatis 24. Ianuary, & 13. Iunij 1661. coram R. P. D. meo Albergato.*

8 Iniuſtè etiam proceſſit Iudex, quia in Inſtrumento Donationis, cuius vigore actum fuit continetur pactum expreſſum, quod Donatarij debeant ſoluere debita donantis etiam conditionalia, & in diem, inter quæ præcipuum eſt iſtud Dotis Monaldeſchæ, pro qua aſſignata fuerunt bona cōtrouerſa. Vndè cum Monaldus teneatur de euictione, ſicuti tenebantur Pater donans, obſtabat illi textus in *l. vindicantem 8. ff. de euict. Rot. in rec. deciſ. 267. numer. 11. par. 8. & coram Duran. deciſ. 51. n. 8.*

9 Ex quibus cenſuerunt Domini concedendum eſſe fratribus del Nero mandatum de manutenendo, cum ipſi non habuerint ſe pro ſpoliatis, & Iudex nulliter, & iniuſtè proceſſerit *Rot. deciſ. 180. num. 1. & ſeqq. par. 4. diuerſ. & poſt Pacif. c. de Salu. deciſ. 156. num. 10.*

Et ità vtraque &c.

ALBANEN. REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 18. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Tutor quomodò ſe gerere debeat in adminiſtratione bonorum Pupilli, & an teneatur de neglectis, ac etiam de caſu fortuito, quando non docet, illum eueniſſe abſque culpa ipſius.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur reſtituere pupillo bona, in Inuentario deſcripta etiam ante vniuerſalem redditionem rationis.*

2 *Tutor tenetur adhibere eam diligentiam in rebus pupilli, quam quilibet Pater familis in rebus proprijs adhibere ſolet.*

3 *Tutor tenetur etiam de neglectis.*

4 *Tutor non ſolum tenetur de dolo, ſed etiam de lata culpa.*

5 *Furtum debet concludenter probari ab allegante.*

6 *Caſus fortuitus habens culpam annexam, debet probari, quod euenerit abſque culpa.*

7 *Alimentorum in ſubminiſtratione quæ debeant attendi.*

DECISIO CCCCV.

PROSEQVENDO Diſputationem cœptã ſuper redditione rationis, petita per Catharinam Sarnanam contrà Franciſcum eius Tutorem: datum fuit concorditer Dubium, An ſit reddita ſufficiens ratio reſpectu mobilium, & alimentorum; Et expectato per plures menſes eodem Franciſco, & ſemper dilationem petente, tandem, propoſita cauſa, ad fauorem Catharinæ informantis prodijt reſolutio.

1 Etenim reſpectu mobilium nulla cadit difficultas; nam cum appareant in Inuentario deſcripta, tenetur Franciſcus illa reſtituere Pupillæ etiam ante vniuerſalem redditionem rationis, vt cumulatis concordantibus tradit *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 129. num. 6. & ſeqq. Surd. deciſ. 184. num. 3. Giurb. deciſ. 15. ſub num. 8. verſic. primus eſt, Rota coram Buratt. deciſ. 557. numer. 8.*

Neque à prædicta obligatione excuſari valet ex eo, quod ex bonis prædictis alia remanſerint penes Magdalenam Matrem, alia verò
2 furto ſubtracta fuerint: Nam circa primum prætenſio nullo modo iuſtificatur, & quatenus in facto ſubſiſteret, adhuc tenebatur Tutor recuperare mobilia de manibus Matris, & eandem adhibere diligentiam, quam quilibet Pater familias in rebus ſuis adhibere ſolet *l. generaliter 11. & l. à Tutoribus 34. ff. de adminiſtr. tut.* & vltrà plures relatos per *Cyriac. contr. 433. numer. 22.* firmauit *Rota coram Merlin. deciſ. 496. nu-*
3 *mer. 2.* Adeò vt cum illam non adhibuerit, non poſſit reſtitutionem euitare. Tutor enim tenetur etiam de neglectis, vt tradit *Socin. Sen. conſ. 2. num. 6. & ſeqq. lib. 1. Surd. conſ. 7. numer. 17. Rot. deciſ. 67. num. 5. par. 5. recent.* Et nedum de
4 dolo, ſed etiam de lata culpa *l. quicquid 7. Cod. arbitr. Tutelæ, l. Tutori 20. ibique gloſſ. verb. leuem Cod. de negoc. geſt. Decius conſ. 273. aliàs 274. numer. 3.*

5 Quouerò ad ſecundum, furtum nullo modo probatur, & tamen plenè, & concludenter probari deberet; præſertim cum Franciſcus teneretur iure actionis. *Bart. in l. ſi quis ex argentarijs §. an nec hæredi numer. 4. ff. de eden.* & firmat *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 61. numer. 19. verſ. ſecundo caſu, Magon. deciſ. Lucen. 2. numer. 11. & ſeqq. Rota deciſ. 639. numer. 1. part. 4. recent.*

6 Imò probare deberet, illud ſequutum fuiſſe abſque eius culpa, nam in ijs, quæ habent culpam annexam, non ſufficit probatio caſus fortuiti, ſed etiam illum eueniſſe abſque culpa cuſtodire debentis, vt tradit *Bart. in d. l. ſi quis ex argentarijs §. an nec hæredi num. 6. ff. de eden. Pariſ. conſ. 156. num. 2. & 3. lib. 4.* & dixit *Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 278. num. 1. & ſeqq. præſertim num. 4. & in recent. deciſ. 762. à n. 3. par. 2.*

7 Minus reddita fuit ſufficiens ratio reſpectu alimentorum, nam adnotatio, facta per Tutorem in ſcutis quinque ſingulis menſibus, viſa fuit Dominis exceſſiua, & reducenda ad ſcuta tria attenta qualitate Perſonarum, loci, ætatis puellæ, & parui patrimonij, quæ omnia in hac materia attendi debent *Aymon. conſ. 189. nu. 10. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 83. num. 12. Rot. deciſ. 124. num. 5. par. 8. recent.* & firmatum fuit *in Anconitana Alimentorum 14. Iunij 1649. coram Me.*

Et ità altera &c.

BONONIEN. PENSIONIS.

Veneris 22. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Penſionarius, qui exegit Penſionem per annos 30. & vltra, releuatur ab onere probandi, & illud transfertur in Titularem.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ in Beneficialibus habentur loco tituli.*

2 *Penſio ſi fuerit ſoluta per 30. annos, valor narratus præſumitur verus.*

3 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*

4 *Clauſula* dummodò centum remaneant pro Rectore *debet concludenter iuſtificari per Penſionarium.*

5 *Penſionarius releuatur ab onere probandi attenta quaſi poſſeſſione exigendi per annos triginta, & vltra.*

6 *Valor non probatur ex notulis prouenientibus à perſonis ſuſpectis.*

7 *Libri defectuoſi non merentur fidem, ſiue omiſſio fuerit doloſa, ſiue non.*

8 *Teſtes deponentes de auditu à perſonis, intereſſe habentibus, non probant.*

9 *Teſtes, deponentes per relationem ad aliquam ſcripturam, eatenus probant, quatenus in ea continetur.*

10 *Valor præſumitur iuſtificatus ſtante ſolutione Penſionis per annos 30. & vltra.*

DECISIO CCCCVI.

SVSTINERI, dixerunt Domini, Penſionem annuam librarum quatuor centum monetæ Bononiæ, reſeruatam ad fauorem Caſtelli ſuper fructibus Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ dictæ Ciuitatis, quia

conſtat de illius reſeruatione, ex literis Apo-
ſtolicis, quæ in Beneficialibus habentur loco
1 tituli, vt notat *Compoſtellan. in cap. ſuper literis*
num.19.de reſcript. & firmauit *Rot.deciſ.759.n.4.*
par.2.rec. in Senogallien.Penſionis 5.Maij 1653. co-
ram bon. memor. Bichio, cum aliis *in Mediolanen.*
Praeminentiarum 5., Martij proximè præteriti co-
ram Me.

2 Maximè cum illa ſoluta fuerit à quattor
ſucceſſiuis Rectoribus abſquè vlla contradi-
ctione ſpatio annorum 39. adeout non ſit ve-
riſimile, quod illi ſoluiſſent, ſi valor narra-
3 tus non fuiſſet verus, cum aliàs non teneren-
tur; Et nemo præſumatur velle iactare ſuum
ad text.in l.cum de indebito ff.de probat. Et per iſtas
& alias rationes ità firmauit *Rota in Senogallien.*
Penſionis 5.Maij 1653.coram bo.mem.Bichio, & co-
ram Buratto deciſ.261.nu.5.& ſeqq.

4 Hinc non releuat quod verſemur in peti-
torio, quodque in literis adiecta fuerit clau-
ſula *Dummodò remaneant centum ducati liberi pro*
Rectore, quam Penſionarius plenè, & conclu-
5 denter iuſtificare tenetur: Nam attenta lon-
gæua quaſi poſſeſſione exigendi per annos 30.
& vltrà, intrat ſufficiens præſumptio iuſtifi-
cationis literarum, releuans Penſionarium ab
onere probandi, quicquid aliàs veniret dicen-
dum, ſi dicta quaſi poſſeſſio non eſſet talis, vt
bene explicat, & declarat *Garz. de benef. par.1.*
cap.5. num.478.& ſeqq. Rot.coram Millin.deciſ.40.
num.4.ſa.mem.Greg.deciſ.431. num.10.ibique Add.
Lit.B. Eminentiſſimus Otthobonus deciſ. 27. num. 2.
& dictum fuit *in Romana Penſionis 19. Ianuarij,*
& 30. Maij 1646. coram Reuerendiſſ.D.meo Cerro,
& in Groſſetana Penſionis 3. Martij 1651. coram
bon. mem. Dunozetto, & notat *Barboſ. clauſul.47.*
num.12.

6 Non obſtat probatio contraria deſumpta
ex aſs. Inuentarijs, notulis, & alijs Iuribus, ex-
hibitis à Mengolo Moderno Rectore; quia
cum omnia compilata fuerint à Rectoribus
prædeceſſoribus, quorum intererat, vt ſtatus
Eccleſiæ appareret tenuis, ad ſe eximendum
ab onere prædicto, tanquam ſuſpecta non ve-
niunt attendenda *Rot.deciſ.186. n.1.par.1.rec.&*
coram Merlin.deciſ.900.n.10.

7 Et augetur ſuſpicio, quia huiuſmodi Iura
ſunt defectuoſa, neque continent omnes effe-
ctus, & redditus Parochialis, vt plenè iuſtifi-
catum fuit, adeout ratione iſtius omiſſionis
nullam mereantur fidem, ſiue omiſſio fuerit
ſtudioſa, ſiue per errorem, vt aduertit *Caſtr.*
conſ.301.n.4.verſ.vndè ſicut lib.1.& ſequitur Gabr.
conſ.143.num.9.pariter lib.1. Nam quemadmo-
dum in aliquibus fuit erratum; ità potuit er-
rari in alijs *Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ.79.*
num. 2.& ibi Add. num.6. cum concordantibus
relatis *in Romana, ſeu Nepeſina Tutelæ 4. Iulij*
1642.coram Reuerendiſſ.D.meo Cerro.

8 Adminicula verò deſumpta ex Teſtibus nō
ſunt habenda in conſideratione: Nam alij de-
ponunt de auditu ab ipſis Rectoribus, & ſic
à Parte intereſſe habente *ad Text. in cap. licet ex*
quadam 47.de Teſtib. Rot.coram Buratt. deciſ. 323.
num. 18. vbi redditur ratio ne magis credatur
copiæ, quam originali, *& in Tullen. Matrimo-*
nij 15. Ianuarij 1653. & 9. Februarij 1654. coram
R. P. D. meo Albergato. Alij verò eatenus di-
9 cunt, ſe eſſe informatos, quatenus viderunt
eoſdem libros, ad quos ſe referunt: vndè non
plus probant, quam libri prædicti, *Bald. conſ.*
270.nu.16.verſ.item cum Teſtes lib.1. Aym.conſ.41.
num.2.Rot.deciſ.189. num.3.par.1. diuerſ.& in rec.
deciſ.21.num.9.par.4.& deciſ.25.n.7.par.8.

10 Quibus poſitis non eſt opus ingredi quæ-
ſtionem, an ducati centum pro congrua Re-
ctoris debeant eſſe auri de Camera, vel mo-
netæ argenteæ Bononien. prout nec alia plu-
ra deducta pro parte Rectoris; nam cum ſo-
lutio Penſionis per annos 39. inducat præſum-
ptionem iuſtificationis valoris, & transferat
in illum onus probandi, iſte verò huiuſmodi
probationem non fecerit, nec veriſimiliter fa-
cere poſſit, cenſuerunt Domini, non eſſe lo-
cum retardationi ſolutionis, nec reductioni
Penſionis, ſed illam ſuſtineri Informante
vtraque Parte.

ROMANA SEV SABINEN. PECVNIARIA.

Mercurij 27. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Confeſſio Dotis receptæ, facta à Marito con-
ſtante Matrimonio, concurrentibus admini-
culis probat; Et pro eadem Dote, necnon
etiam pro fructibus, & alijs creditis Mulieri
poſſidenti datur retentio.

SVMMARIVM.

1 *Creditum probatur ex Inſtrumento publico.*
2 *Confeſſio dotis receptæ, facta conſtante matrimonio, regulariter non probat.*
3 *Fallit concurrentibus adminiculis, & coniecturis.*
4 *Adminicula generalia, ad verificandam confeſſionem de recepto, quæ ſint.*
5 *Confeſſio de recepto, ſi verificetur in parte, præſumitur vera in totum.*
6 *Confeſſio facta tempore non ſuſpecto, habet præſumptionem veritatis.*
7 *Confeſſio Dotis receptæ, facta ad fauorem Tertij ſoluentis, & ſic inter perſonas non prohibitas, probat.*
8 *Confeſſio Dotis receptæ, facta à Viro inſimul cum eius fratre, præſumitur vera reſpectu vtriuſque.*
9 *Confeſſio geminata ſuper receptione Dotis non parum confert, ad probandam veritatem ſolutionis.*
10 *Creditor anterior præfertur poſteriori.*
11 *Mulier, non præſumitur ſatisfacta de eius creditis ex adminiſtratione bonorum viri, niſi conſtet, quod bona ſufficientia peruenerint ad eius manus.*
12 *Dotis fructus ex Statuto Vrb. taxantur ad rationem 7. cum dimidio.*
13 *Interpellatio, pro conſequendis fructibus Dotis,*
non

non eſt neceſſaria contra eum, qui eſt obligatus ad illius reſtitutionem.

14 *Et multo minus, ſi promiſerit ſoluere eoſdem fructus.*

15 *Legitima debetur Matri in bonis filij præmortui.*

16 *Legitima Matris eſt tertia pars eius, quod habuiſſet ab inteſtato in bonis filij.*

17 *Exceſſus non præſumitur, niſi probetur.*

18 *Acconcium præſumitur conſumptum ex ſpatio longi temporis.*

19 *Et illius conſumptio cedit damno Vxoris.*

DECISIO CCCCVII.

CVM Franciſca Traſia pro eius creditis reperiatur in poſſeſſione nonnullorum bonorum vigore aſſignationis, ſeu dationis in ſolutum, ſibi factæ ab Alphonſo filio. Dubitaui ad inſtantiam Statij de Simeonibus creditoris eiuſdem Alphonſi prætendentis, dictum contractum non ſuſtineri. An ſaltem Franciſcæ competat retentio, & pro qua ſumma.

Et Domini pro dote, & fructibus, necnon pro legitima, ſibi debita in bonis Belliſarij filij præmortui, retentionem competere, cenſuerunt.

1 Siquidem creditum dotis in ſumma ſcutotum 1500. probatur ex Inſtrumento publico ſub die 5. Februarij 1635. in quo tam Ioannes Vincentius Maritus Franciſcæ, quam Bernabeus frater dicti Ioannis Vincentii, in communione omnium bonorum viuentes, faſſi fuerunt, habuiſſe, & recepiſſe in diuerſis vicibus à Veronica Matre eiuſdem Franciſcæ dicta ſcuta 1500. eaque fuiſſe erogata, & expoſita in communem vtilitatem. Nam licet
2 confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio regulariter non probet: hoc tamen non pro-
3 cedit concurrentibus adminiculis, & coniecturis, vt aduertit *Bald. in l. 1. num 4. verſ. vndè quæritur C. de priuileg. dot. Socin. Sen. conſ. 122. nu. 7. lib. 3.* alijque cumulati per *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 8. num. 9.* Et pluries firmauit *Rota vt in deciſ. 62. à princ. coram ſan. mem. Greg. XV. in recent. deciſ. 24. num. 3. par. 7. & in Anconitana Dotis 30. May 1650. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

4 In præſenti verò caſu vltrà adminicula generalia, deſumpta ex qualitate perſonarum: Ex conſuetudine ferè totius Orbis non contrahendi matrimonia ſine dote: Necnon ex ſubſequuta præſtatione alimentorum per ſexdecim annos: Verificatur Inſtrumentum con-
5 feſſionis de recepto in Iocalibus, quorum realis conſignatio probatur ex alio Inſtrumēto publico: Nam veritas illius arguit etiam veritatem ſolutionis pro alia ſumma ex cumulatis per *Mareſcott. loc. cit. num. 14. & per Gratian. cap. 362. num. 18. Rot. coram Merlin. deciſ. 652. num. 9. & deciſ. 718. num. 2. in Anconitana Bonorum 1. Iulij 1643. coram bo. mem. Bichio, & in Bononien. Dotis 10. Decembris 1659. coram Me.*

6 Hæc verò coniectura fortiùs vrget, non ſolum quia confeſſio emiſſa fuit tempore nō ſuſpecto, & dum confitentes nullis erant debitis inuolui; adeout ceſſet quęlibet ſuſpicio, quod id fecerint, ad fraudandos Creditores, iuxtà deducta per *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 13. ſub num. 24. Rota poſt Zacch. de obligat. Cam. deciſ. 258. n. 4. & coram Merlin. dicta deciſ. 652. nu. 13. & deciſ. 718. num. 11.*

7 Sed etiam quia facta apparet ad fauorem Veronicæ Matris Franciſcæ, quæ dotem ſoluit, & ſic inter perſonas non prohibitas, vt aduertit *Ruin. conſ. 183. num. 4. lib. 1. Surd. conſ. 290. num. 52. & conſ. 397. num. 5.* alijque relati per *Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 8. num. 8.* & firmauit *Rot. coram Duran. deciſ. 409. num. 15. & in recent. deciſ. 15. num. 3. par. 4.*

8 Ac demum quia Confeſſio huiuſmodi legitur facta non à ſolo Ioanne Vincentio Viro ſed inſimul à Bernabeo fratre, aſſerentibus dotem fuiſſe verſam in communem vtilitatē. Nam ſicuti in Bernabeo ceſſat ſuſpicio prohibitæ donationis, ità excluditur quoad Ioannem Vincentium, vt bene ponderat *Socin. Sen. conſ. 82. nu. 2. ad med. verſ. tertia ratio, & nu. 3. lib. 3.*

9 Imò idem Bernabeus, ſoluto matrimonio per obitum fratris, agnoſcendo hanc veritatem, iterum faſſus fuit, dotem recepiſſe, eamque reſtituere promiſit ad libitum Franciſcę abſq; vlla exceptione: huiuſmodi enim geminata confeſſio non parum confert ad demonſtrandam veritatem præcedentis ſolutionis *Alexan. conſ. 45. num. 7. lib. 1. Rot. in Bononien. Dotis 25. Februarij 1619. coram Andr. & in rec. deciſ. 587. nu. 1. in fin. par. 3.*

10 Et tollitur difficultas, quia hodie non agitur de bonis Ioannis Vincentij Mariti dictæ Franciſcæ, nec in concurſu Creditorum illius, ſed de bonis Bernabei, in quibus Statius de Simeonibus nullo modo concurrere poteſt; Nam ipſe eſt ſolum Creditor Alphonſi hæredis Bernabei, Franciſca verò eſt Creditrix eiuſdem Bernabei, & ſic cum eius creditum ſit anterius, & ceſſet quęlibet colluſionis ſuſpicio, omninò præferenda venit *l. 2. & l. ſi fundum 4. C. qui pot. in pign. hab. Neguſ. de pign. memb. 2. par. 5. num. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 1234. numer. 1. Rot. coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ. 15. num. 21.*

11 Non obſtat exceptio ſatisfactionis deducta ex eo, quod Franciſca adminiſtrauerit bona Viri; Nam ex Inſtrumento, celebrato paulò poſt obitum eiuſdem, apparet, adminiſtrationem bonorum fuiſſe ſuſceptam à Bernabeo, relicto tantum onere Franciſcæ, educandi filios: Vndè ceſsat penitus præſumptio ſatisfactionis, pro qua inducenda nedum requiritur, quod Mulier adminiſtrauerit, ſed etiam quod ad eius manus peruenerint tot bona, ex quibus potuerit ſatisfactionem cōſequi iuxtà opinionem, quam ſeruat *Rot. vt coram Seraph. deciſ. 1455. per tot. in recent. deciſ. 159. nu. 7. & ſeqq. par. 4. tom. 2. in Anconitana Bonorum 1. Iuly 1643. & 22. Aprilis 1644. coram bon. mem. Bichio*, cum concordantibus *in Romana fideicommiſſi de Pediconis 25. Iunij 1657. coram Me.*

12 Cenſuerunt pariter Domini, retentionem competere pro fructibus dotis, decurſis poſt obitum Viri; dum enim non reuocatur in dubium, Partes eſſe ſubiectas Statuto Vrbis,

ſequitur, quod ex diſpoſitione illius *cap.137.*
lib.1. fructus debeantur ad rationem ſeptem
13 cum dimidio. Et interpellatio vel probatur
ex Inſtrumento publico ſub die 20. Auguſti
1646. vel non fuit neceſſaria reſpectu Berna-
bei, qui tenebatur ad dotis reſtitutionem ex
propria obligatione iuxtà *Deciſionem in Roma-*
na Fructuum Dotis de Luraghis poſt Fenzon.ad ſtat.
Vrb.deciſ.87. §.circa primum, & aduertit *Gratian.*
forenſ.diſcept.cap.920.num.10. Maximè cum ipſe
14 tam nomine proprio, quam vti Tutor, &
Curator Nepotum promiſerit iterum fructus
prædictos ſoluere *Rota coram Penia inter impreſſ.*
Lugduni deciſ.1237. à num.12. & notat *Fenzon.ad*
dictum Statutum num.49. Rub.in eius ſingular.par.6.
obſeruat.15.nu.19.to.2. Gratian.d.cap.920.num.20.
& 21. Add.ad Gregor. deciſ.269.ſub nu.8. verſ.præ-
tereà.

15 Tertio conceſſa fuit retentio Franciſcæ pro
legitima in bonis Belliſarij filij præmortui
iuxt.text. in auth.presbyteros Cod. de Sacroſ.Eccleſ.
ſumptum ex auth.de Sanctiſſ.Epiſc.§.presbyteros au-
tem, & in cap.1.in fine de teſtam.in 6.Surd conſ.292.
ſub num.5. verſ.ſed etiam matri, & conſ.388. nu.1.
Rot.coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ.63. num.7.
& deciſ.171.num.2.& 3. Quæ quidem legitima
16 licèt ſit tertia eius, quod Mater habuiſſet ab
inteſtato; Nihilominus quia Partes eam li-
quidarunt in ſcutis mille, debet Statius, qui
17 prætendit, liquidationem eſſe exceſſiuam,
docere de dicto exceſſu; Nam aliàs ille non
præſumitur, niſi probetur *Rot.deciſ.307.nu.26.*
& 27.par.7.in recent.& coram Eminentiſſ.Otthobo-
no deciſ.226. num. 6. ac in Romana Domus 24.Maij
1655.coram R.P.D.meo Albergato.

18 Denegarunt verò Domini retentionem
reſpectu Acconcij, cum per ſpatium anno-
rum 33. præſumatur conſumptum ad nota-
ta per *Bart.in l.quod ad præens 4.num.3.C.de Mu-*
rilegul. lib.11. quem refert, & ſequitur *Rot.de-*
ciſ.44. num.5.& ſeqq. par.9. recent. Et illius con-
19 ſumptio cedit periculo Vxoris *l. plerumque*
in princ. ff.de iur.dot. Alex.in l.æſtimatæ 52. ff.ſolut.
matrim. & vltrà plures adductos per *Fontanell.*
de pact.nuptial.clauſ.6.gloſſ.2.par.7.num.13.& ſeqq.
firmauit *Rot.dicta deciſ.44.num.4. par.9.& coram*
Reuerendiſſ.Royas deciſ.393.num.9.

Sed quia Franciſca diſſoluto matrimonio recepit alimenta in Domo Viri, & Bernabei Cognati reſpectiuè, reſeruarunt ad aliam Diſputationem, an illa cenſeantur donata, vel potius veniant cum fructibus compenſanda.

Et ita vtraque &c.

ZAMOREN. CAPELLANIAE;

Mercurij 27. Iunij 1663.

A R G V M E N T V M.

Regula octaua reſeruatoria comprehendit Iuſpatronatus Eccleſiaſticum. Et regula de triennali defendit poſſeſſorem tam in poſſeſſorio, quam petitorio, etiam contra Prouiſum Apoſtolicum.

S V M M A R I V M.

1 *Iuſpatronatus Eccleſiaſticum cadit ſub Regulis Reſeruatorijs.*
2 *Subreptio vitiat Gratiam.*
3 *Amplia, quamuis illa ſit conceſſa motu proprio.*
4 *Clauſula* dummodò non ſit alteri ius quæſitum *præſeruat omne ius, perindè ac ſi gratia non eſſet conceſſa.*
5 *Regula de triennali defendit poſſeſſorem tam in poſſeſſorio, quam petitorio.*
6 *Et habet locum etiam contra Prouiſum Apoſtolicum.*

D E C I S I O CCCCVIII.

CVM de Menſe Ianuarij 1654. vacauerit Capellania controuerſa, ſita in Eccleſia Parochiali S. Petri *dell'Olmo Ciuitatis Taurinenſis*, de ea prouiſus fuit à Sede Apoſtolica Petrus de Zamorra, qui ab Executore deputato in literis mandatum de immittendo, obtinuit, & pacificè per triennium, & vltrà in poſſeſſione permanſit.

Quia verò Ioſeph Volantes, vti præſentatus a Priore Regij Conuentus Sancti Idelphonſi, & tanquam Ceſſionarius Antonij Garziæ pariter præſentati à Rectore eiuſdem Parochialis S. Petri, nulla facta mentione anterioris gratiæ expediuit literas in forma dignum, & non citato Petro in vim mandati Executoris in poſſeſſionem dictæ Capellaniæ ſe intruſit; Ideò dubitaui, cui ſit adiudicanda Capellania, & per contradictas ad fauorem Petri reſponſum fuit.

1 Non enim poteſt reuocari in Dubium, di-
ctum Iuſpatronatus eſſe Eccleſiaſticum, nam
id probatur ex duabus ſententijs Ordinarij,
quarum vltima lata fuit ad fauorem Antonij,
& Ioſephi præſentatorum, ideòque cum Ca-
pellania vacauerit in Menſe Ianuarij, cadit ſub
regula octaua reſeruatoria, vt notant *Gonzal.ad*
dictam reg.gloſ.18.n.5.& 6.Garz.de benef.par.5.c.1.
num.552. & 554. Rota coram Seraph. deciſ. 1420.
num.2.in recent.deciſ.48.num.7. par.5.& in Baren.
Beneficij 31. Maij 1658. & 2. Maij 1659. coram
R.P.D.meo Taia.
2 Nec obſtat gratia Apoſtolica, reportata
à Ioſepho Aduerſario, quia cum nullam
mentionem faciat de anteriori gratia Petri;
minuſque, quod Capellania vacauerit in
menſe reſeruato, tanquam nulla, & ſubrep-
titia non venit attendenda in cōcurſu alterius
cap.tibi 12.de reſcript.in 6. & cap.eum cui 7.de præ-
ben. eod.lib. Rot.coram Buratt. deciſ.421. num.1. &
ibi Add. Lit. A. Et in fortioribus etiamſi gratia
3 fuerit conceſſa motu proprio *in Ebreduunen.*
Prioratus 27.Iunij 1653. coram Reuerendiſſ.D. meo
Albergato.
4 Præſertim attenta clauſula *dummodò non ſit*
alteri ius quæſitum, quæ præſeruat ius Petro
competens ex præcedenti prouiſione, & ope-
ratur, quod ſecunda gratia non veniat atten-
denda perindè ac ſi non fuiſſet conceſſa
Mareſcott. var.reſolut lib. 2. cap. 1. num.172. Rota
coram

coram Buratt. deciſ. 137. num. 6. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 263. num. 18.

5 Demum, cum Petrus per triennium, & vltrà pacificè poſsederit Capellaniam controuerſam, obſtat Ioſepho regula de triennali, quæ defendit poſseſsorem triennalem tam in poſseſsorio, quam petitorio *Rebuff. in praxi in tertia parte Signaturæ Gratiæ verb. ac regula de Annali Lit. A. Rot. coram Buratt. deciſ. 209. numer. 9. & 10. & deciſ. 230. num. 2. & coram Reuerendiſſ. Tarraconen. deciſ. 61. eod. num.* Ac etiam

6 contra Prouiſum Apoſtolicum *Rota in recent. deciſ. 264. num. 2. par. 9. in Leodien. Præpoſituræ de Nanſinnes 4. Maij 1650. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro, in Alerien. Vicariæ 24. Aprilis 1654. coram bon. mem. Bichio, & in Leodien. Beneficij 11. Decembris 1662. coram Me.*

Et ità &c.

NVLLIVS SEV NONANTVLANA BENEFICII.

Mercurij 4. Iulij 1663.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur anteriori poſſeſsori, quamuis poſseſſio illius ſit merè Inſtrumentalis, & abſque iuſtificatione, vel productione tituli, etiam in Beneficialibus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio Inſtrumentalis, alio non exiſtente in poſſeſſione, ſufficit ad effectum manutentionis.*

2 *Poſſeſſio poſterior non citato poſſeſſore, vti clandeſtina, & turbatiua non eſt manutenibilis.*

3 *Amplia, etiamſi ſit poſterior in hora, vel in momento.*

4 *Manutentio datur etiam in beneficialibus, probata ſola poſſeſſione abſque iuſtificatione, vel productione tituli.*

DECISIO CCCCIX.

PHILIPPVS Maria Boninus, prouiſus ab Eminentiſſimo Abbate de beneficio ſimplici in Eccleſia S. Siluestri, accepit de eo poſſeſſionem ſub die 30. Septembris 1661.

Econtrà verò Paulus Ioſeph Papazzonus, prætendens illud eſse de Iurepatronatus Laicorum, reportata præſentatione ab aſsertis Patronis, & Inſtitutione ab Ordinario, ſub die 1. Octobris ſimilem poſseſſionem adeptus fuit.

Et ſucceſſiuè vigore prouiſionis Apoſtolicæ cum clauſula *verificato prius Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione, & dummodo tempore datæ non fuerit alteri Ius quæſitum* ab Executore deputato in literis mandatum de immittendo reportauit, & iterum in poſſeſſionem immiſſus fuit.

Vnde ad Inſtantiam Bonini, qui à die habitæ notitiæ ab his omnibus appellauit, propoſui Dubium, An, & cui ſit dandum manutentionis *ſub n. 3. verſ. &* datum de manutenendo; Et à Deciſione illius reſponſum fuit.

1 Conſtat enim de eius poſseſſione ex Inſtrumento publico, quod alio non exiſtente in poſseſſione, ſufficit ad effectum manutentionis *ad text. in l. prædia, & ibi Doct. ff. de acquir. poſſeſſ. Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 171. num. 1. & coram Merlin. deciſ. 3. eod. num. & in Alerien. Vicariæ 24. Aprilis & 26. Iunij 1654. coram bon. mem. Bichio.*

2 Nec releuat poſseſſio Papazzoni, quia tanquam poſterior, & capta non citato Bonino anteriore poſseſsore præſumitur clandeſtina, & turbatiua, nec eſt manutenibilis *cap. Licet cauſam de probat. Bart. in l. ſi duo num. 4. ff. vti poſſid. Bald. conſ. 10. in fine lib. 5. Rot. deciſ. 293. nu. 8. par. 1. recen. & in Cuſentina Canonicatus 5. Iulij 1649. coram Reuerendiſſ. D. meo Meltio*, cum alijs pluribus adductis per *Add. ad Buratt. deciſ. 67. num. 26.*

3 *& 27.* vbi ampliant, etiamſi anterioritas conſiſtat in hora, vel in momento, *Rot. deciſ. 19. num. 2. & 3. par. 2. diuerſ. & coram Merlin. deciſ. 9. ſub num. 3. verſ. quod autem, & num. ſeq. & deciſ. 14. num. 4.* alioſque cumulat *Poſt. de manut. obſeru. 71. num. 9.*

4 Quibus ſtantibus exiſtimarunt Domini, non eſse opus aggredi materiam, quod Papazzonus non iuſtificauerit Iuſpatronatus, quodque vltimus Status aſſiſtat Eminentiſſimo Abbati, cum alijs pluribus concernentibus petitorium; Nam cum agatur de ſimplici manutentione conſueuit Rota, probata poſseſſione illam concedere etiam in beneficialibus abſque iuſtificatione, & productione Tituli, *vt in deciſ. 595. num. 8. par. 1. diuerſ. & coram Gregorio deciſ. 323. n. 2. ibique Add. n. 4.*

Et ita altera tantùm &c.

RAVENNATEN. RELEVATIONIS INDEMNITATIS.

Veneris 11. Ianuarij 1664.

ARGVMENTVM.

Expenſæ à quo reficiendæ veniant, & earum taxatio quomodò ſit regulanda.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis non præſumitur, niſi probetur.*

2 *Filius ergò hæres, procedit agendo, non excipiendo.*

3 *Exceſſus in taxatione expenſarū remanet ſufficienter probatus, dum apparet aliquas expenſas non deberi.*

4 *Expenſæ veniunt reficiendæ ab eo, qui litem ſuſtinuit.*

5 *Expenſæ Iudiciales quænam ſint.*

6 *Expenſæ Iudiciales integrè reficiendæ veniunt.*

7 *Expenſas extraiudiciales Rota conſueuit reducere ad ſcuta 10. pro qualibet inſtantia.*

8 *Ceſſio litis merè verbalis non ſuffragatur, pro euitanda taxatione expenſarum.*

DE-

DECISIO CCCCX.

OBTINVIT Acariſius Piazzius in vim
trium conformium taxationem expen-
ſarum contra Paulum, & Franciſcum de Do-
natis, qui commiſſa cauſa appellationis ab
exceſſiua tantum, inſteterunt diſputari Du-
bium An conſtet de exceſſu, affirmatiuè re-
ſolutum quoad expenſas primæ, & ſecundæ
inſtantiæ.

Cum enim in prefatis duabus Inſtantijs ipſi
non fuerint in cauſa, ſed tantum Sanctes eius
Pater, non potuerunt in dictis expenſis con-
demnari, dum non conſtat; eſſe Patris hære-
1 des; Nam Aditio non præſumitur, & con-
cludenter ab allegante probari debet per *text.
in l.pro hærede 20.ff.de acquir.hæred. Bald.conſ.273.
num.8.lib.1. Rot.coram Buratt.deciſ.207. num.1.&
coram Merlin. deciſ.34. num.2.* cum alijs *in Bono-
nien. fideicommiſſi de Rubeis 26. Iunij* 1651. *co-
ram Me.*

2 Et regula, filius ergò hæres, procedit agendo,
non excipiendo idem *Bald.in l.1.nu.37.C.comm.
de legat.Alex.conſ.34. num.4.& 5.lib.3.latè Roland.
conſ.20. num.17. & ſeqq. lib.1. Gratian.deciſ.Mar-
chiæ 122. numer. 6. Rota coram Merlin. deciſ. 857.
num.9.*

Non obſtat, quod prætenſio huiuſmodi
concernat potius iniuſtitiam ſententiæ, quam
exceſſum in taxatione, à quo exceſſu fuit tan-
tum appellatio commiſſa; quia eo ipſo, quod
3 aliquæ ex expenſis taxatis non debentur, taxa-
tio remanet exceſſiua *Bart. in l. ab Executore 4.
nu.2.verſ.ſed quando ff.de appellat. Bellam.in e.nouit
43. num.5. eod.tit. Rot. in Lucana expenſarum apud
Marcheſ.de commiſſ.par.1.fol.1246.per totam.*

Quouerò ad expenſas tertiæ Inſtantiæ, exi-
ſtimarunt Domini, non conſtare de exceſſu:
Nam cum ijdem de Donatis poſt obitum Pa-
tris ſe oppoſuerint, & litem ſuſtinuerint, rectè
4 fuerunt ad earum ſolutionem condemnati
*l.nõ eſt ignotum 6.& ibi gloſſ.in figuratione caſus C.de
admin.tutor. Bart.in l.ſi ſe non obtulit 4. ſub num.1.
verſ.dico quod, & ibidem Alex.num.5. verſ.finaliter
ff.de re iudic. Bald.conſ.73.per tot.lib.3. Barz.deciſ.
Bonon.13. à prin. Rot.coram Seraph. deciſ.891. nu-
mer.10.*

5 Nec de Iudicialibus dubitari poteſt; nam
illæ liquent ex actis, & ex proceſſu, & tan-
quam conſiſtentes in regeſtro, Citationibus,
6 & nota ſententiæ integrè reficiendæ veniunt
ad text.in l.properandum 11.Cod.de Iudic. & tradit
*Veſtr.in praxi lib.8.cap.2.num.11. verſ.ſed de Indi-
cialibus Rot.in Oſcen.Expenſarum 5.Iuly* 1649. *co-
ram Me, in Romana Expenſarum 16. Febr.* 1654.
*coram bo.mem. Dunozetto, & in Firmana Beneficij
24.Martij* 1656.*coram R.P.D.meo Albergato.*

Extraiudiciales verò pro mercede Procura-
toris, & Aduocati, pro copijs ſcripturarum,
7 & ſimilibus non videntur exceſſiuæ, dum re-
ductæ fuerunt ad ſcuta 10. iuxta ſtylum, quem
aliàs ſeruauit *Rota in Maceraten. Hæreditatis 24.
Ianuarij 1642.coram bo.me. Bichio, in Romana Do-
mus 31. Ianuarij* 1652. *coram Reuerendiſſ. D. meo
Meltio, & in Meleuitana Expenſarum 10.Februarii
1662.coram R.P.D.meo Veroſpio.*

Ad effugiendam autem taxationem huiuſ-
modi, non ſuffragatur ceſſio litis; quia il-
8 illa fuit merè verbalis, & facta per Procura-
torem non habentem ſpeciale mandatum;
adeout præuio memoriali porrecto in Rota
opus fuerit, deuenire ad expeditionem cauſæ
mediante ſententia *gloſſ. in cap.cum pridem verbo
liti cederet de pact. Bart.in l.poſtquam liti 4.num.10.
in 2.lect.C.eod. Rot.coram Comitulo deciſ.110. nu.6.
& 7.* & nouiſſimè *in Peruſina Reintegrationis 3.
Iulii 1662.coram R.P.D. meo Emerix.*

Et ita vtraque &c.

PERVSINA BONORVM.

Lunæ 14. Ianuarij 1664.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus ſolus denegata proprietate ex qui-
bus verbis, & coniecturis cenſeatur relictus,
& quando extinguatur, & conſolidetur cum
ipſa proprietate.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio purificatur per adimplementum condi-
tionis.*
2 *Vſusfructus extinguitur morte Vſufructuarii.*
3 *Vſusfructus non tranſmittitur ad hæredes Vſufru-
ctuarii. ſed conſolidatur cum proprietate.*
4 *Vſusfructus conſolidatus cum proprietate ſpectat ad
Proprietarium.*
5 *Vſusfructus cenſetur relictus, & non proprietas,
quando diſpoſitio non incipit à bonis, ſed ab ipſo
vſufructu.*
6 *Vſusfructus formalis cenſetur tantum relictus ex il-
lis verbis* in vita tanto & non più.
7 *Vſusfructus ex quibus verbis cenſeatur tantum reli-
ctus excluſa proprietate.*
8 *Verba clara non admittunt interpretationem in con-
trarium.*
9 *Vſusfructus non excluditur per illa verba*, & farli
qualche particella delle facoltà di eſſo Te-
ſtatore.
10 *Vſusfructus eſt ius, percipiendi fructus ex bonis Te-
ſtatoris, & dicitur pars hæreditatis illius.*
11 *Diſpoſitio nunquam refertur ad ea, quæ fuerunt de-
monſtratiuè adiecta.*
12 *Rerum appellatione veniunt etiam fructus.*
13 *Vſusfructus cenſetur relictus, & non proprietas, quã-
do conſtat de voluntate Teſtatoris, etiamſi verba
eſſent dubia.*
14 *Teſtator ſi aliter diſpoſuerit in Teſtamento, quam
prius dixerat, cenſetur mutaſſe voluntatem.*
15 *Vſusfructus, quamuis relictus titulo inſtitutionis, non
propterea comprehendit proprietatem.*
16 *Vſusfructus ſi fuerit relictus titulo inſtitutionis dato
alio cohærede, talis titulus reſoluitur in legatum.*
17 *Confeſſio in his, quæ conſiſtunt in iure, non præiu-
dicat Confitenti.*
18 *Textus* in l.cum Auus, & l.Cum acutiſſimi
declarantur.
19 *Conditio* ſi ſine filijs *non ſubintelligitur, quando
adſunt dictiones taxatinæ* in vita &c.

20 *Ali-*

Digitized by Google

20 *Alimenta non debentur, niſi conſtet de paupertate, & alijs requiſitis.*
21 *Retentio non datur, quando creditum eſt turbidum.*
22 *Vſusfructus per mortem Vſufructuarii reuertitur ad Proprietarium non iure fideicommiſſi, ſed iure conſolidationis.*

DECISIO CCCCXI.

PROPOSITO iterum Dubio, ad quem ſpectent bona controuerſa; iterum reſpõderunt Domini, ſpectare ad Lambardum filium, & hæredem Beatricis, vocatæ à Petro Iacobo Patre in defectum omnium Maſculorum, non autem ad Ioannem Carolum filium
1 & hæredem Antenoris: Nam cum non cadat in controuerſiã adimplementum conditionis, quodque euenerit caſus deficientiæ Maſculorum, ſubſtitutio remanſit purificata ad fauorem eiuſdem Beatricis *ad Text. in l. hæredi 44. §. Plautius ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi quis hæredem 7. C. de Inſtit. & ſubſtit. l. in ſubſtitutione 31. ff. de vulg. & pupill. Fuſar. de ſubſt. q. 379. ſub nu. 59. Rot. in Romana fideicommiſſi de Donatis 7. Iunii 1660. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Nec quicquam facit, quod bona prædicta fuerint legata Antenori, vt patet ex verbis
2 recenſitis in deciſione, quæ reuidetur: Nam cum illa cantent de ſimplici vſufructu; vtique per ipſius obitum remanſit extinctus, *Textus eſt in §. finitur inſtit. de vſufr.* Et vltrà adductos in præterita, probat alter *Text. in l. conſumptionem 16. C. de vſufr. Rot. coram Pen. deciſ. 34. nu. 12. iuxtà impreſſionem Venetam, & penes Poſt. de manut. deciſ. 538. num. 4.*

3 Fruſtrà igitur contendit Ioannes Carolus filius Antenoris, bona prędicta ad ſe ſpectare: Nam cum per obitum vſufructuarij conſolidatus fuerit vſusfructus cum proprietate non potuit vna cum bonis ad filium tranſmitti per *text. in l. ſi Patri ſuo 2. C. de vſufr. & in l. vnica §. libertatibus C. de caduc. tollen. Rota coram Merlin. deciſ. 642. num. 3. & in recen. deciſ. 172. num. 10. par. 9.*
4 Sed remanſit penes hæredem Beatricis, qui ſtatim mortuo vſufructuario plenam cœpit habere eorumdem bonorum poteſtatem *§. fin. Inſtit. de vſufr. Peregr. conſ. 142. num. 4. lib. 5.* Et vltrà plures cumulatos per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 779. num. 5.* firmauit *Rota apud Poſt. de manut. dicta deciſ. 538. num. 5. & 6. & coram Duran. deciſ. 84. num. 25.*

5 Dubitari verò non poteſt, quod legatum, factum ad fauorem Antenoris, non contineat proprietatem bonorum, ſed ſolum vſumfructum formalem, ab ea prorſus diſtinctum, & ſeparatum. Nam diſpoſitio non incipit à bonis, ſed ab vſufructu, quo caſu nunquam cenſetur relicta proprietas, ſed tantum vſusfructus formalis ex doctrina *Bart. in l. 4. num. 2. ff. de alim. & cibar. legat.* quem ſequitur *Alex. conſ. 150. num. 1. lib. 7. Curt. Iun. conſ. 38. num. 4. lib. 1. Rot. deciſ. 119. num. 3. & 4. par. 8. rec.*

6 Idque facilius procedit attenta limitatione adiecta per Teſtatorem, ibi *in vita di detto Antinoro tanto, & non più*; Quam in his terminis ponderat *Dec. conſ. 277. alias 278. num. 4. in fine, verſ. quarto quia, Bellon. Sen. conſ. 6. ſub n. 3. verſ. & hoc habetur*, alijque plures relati in Deciſione *in §. hæc verò regula, Rot. in rec. deciſ. 120. num. 4. & deciſ. 460. num. 30. par. 9.*

7 Ac ſtantibus illis verbis *Dechiarando eſpreſſamente, che doppo la morte di detto Antinoro li beni ſtabili ſiano intieramente nella proprietà, & vſufrutto delli heredi vniuerſali di eſſo Teſtatore in tutto, & per tutto in ogni miglior modo &c.* quę verba,
8 cum ſint ſatis clara, non admittunt interpretationem in contrarium *l. ille aut ille §. cum in verb. ff. de legat. 3. Roland. conſ. 34. n. 12. & ſeqq. lib. 4. Rot. in Maceraten. Hæreditatis 17. Iunii 1611. coram bo. me. Manzanedo.*

9 Hinc non vrgent rationes exaduerſo adductæ ad demonſtrandam contrariam voluntatem; Nam illa elicita ex verbis. *Et farli qualche particella delle facoltà di eſſo Teſtatore*, non concludit quod fuerit relicta proprietas bonorum, cum bene verificentur in vſufructu,
10 qui, tanquam ius percipiendi fructus ex bonis Teſtatoris, eſt pars hæreditatis illius ad *text. in l. 4. ff. de vſufruct. & quemad. quis vtatur*, & tradit *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 86. num. 11. & ſeqq.* cum alijs per *Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 8. num. 1.* & declarauit *Rot. poſt eundem deciſ. 31. à num. 1.*

11 Minus concludit altera in illis verbis. *Et in queſte coſe detto Antinoro inſtituiſce, e fà herede &c.* cum talis Inſtitutio non ſit referenda ad bona demonſtratiuè tantum, ac incidenter expreſſa, ſed ad vſumfructum, de quo principaliter fuit diſpoſitum ad notata per *Bart. in l. fin. §. Titia num. 1. ff. de liberat. legat. Alex. in l. ſi idem §. fin. ſub num. 4. verſ. item in caſibus ff. de iuriſd. omn. Iudic. Ruin. conſ. 181. num. 3. ad med. verſ. & probatur lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 47. numer. 8.*

12 Nec pluralis numerus inducit incompatibilitatem, quia rerum appellatione fructus venire, firmat *gloſſ. in l. rei appellatione 23. in princ. ff. de verbor. ſignif. Mar. Antonin. var. reſol. lib. 1. c. 48. num. 9. in fine*, & notat *Barboſ. appellat. 235. nu. 7.*
13 Et dum ex toto Teſtamenti contextu manifeſtè apparet de voluntate Diſponentis, quod voluerit ſolum vſumfructum relinquere, non eſt inhærendum cortici, & ſcrupuloſitati verborum, ſed ea tantum attendi debet *l. quoniam indignum 15. Cod. de teſtam. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 7. nu. 17. Rot. in rec. deciſ. 246. n. 11. & 12. par. 4. to. 2. & coram Merlin. deciſ. 505. n. 36. & 37.*

14 Repetitum obiectum ex literis manuis Petri Iacobi Teſtatoris, in quibus habetur, quod Antenor remaneret condominus cum alijs filijs, ſublatum fuit in deciſione præterita. Et ipſum Teſtamentum demonſtrat, diſponentem receſſiſſe ab antecedenti propoſito, vt in fortioribus aduertit *Bald. conſ. 22. in fine, lib. 1. Surd. conſ. 129. num. 19. Rot. deciſ. 721. nu. 8. & ſeqq. par. 2. recent. & deciſ. 581. num. 47. & 48. par. 4. tom. 3.*

15 Prout pariter ſublatum fuit alterum, quod vſusfructus relictus fuerit titulo inſtitutionis. Nam talis Titulus non ampliat diſpoſitionem & ſubſtantiam relicti: Maximè cum bene verificetur etiam in ſolo vſufructu, vt dixit

Rota

Rota in Bononien. fideicommiſſi 16. *Ianuarii* 1654.
coram bon.mem. Peutingerio. Et dato alio cohæ-
16 rede reſoluitur in legatum *Beron. qui de com-
muni conſ.58.num.6.& 7 lib.2. Rota coram Merlin.
deciſ.505.num.7.& ſeqq.*
17 Confeſſiones emiſſæ per Lambardum, &
in Inſtrumento, & in Commiſſione Rotali,
quod bona, de quibus agitur, relicta fuerint
Antenori ad vſumfructum cum onere, reſti-
tuendi hæredibus vniuerſalibus Petri Iacobi,
ſunt relatiuæ ad Teſtamentum. Cumque
emanauerint circa id, quod in iure conſiſtit,
non præiudicant Confitenti *Socin.Iun.conſ.*112.
*num.1. & ſeqq. lib.1. Menoch.conſ.86. à nu.94. &
conſ. 91. num. 39. Altograd.* qui alios cumulat,
*conſ.60.num.97.& 98.lib.1. Rot.in recen.deciſ.200.
nu.12. par.1.& coram Reuerendiſſ.Royas deciſ.153.
nu.23.* Et fuit dictum *in Romana Hæreditatis 26.
Aprilis 1655.coram R.P.D.meo Verospio.*
18 Non applicantur *Text.in l.cum Auus ff.de con-
dit.& demonſtr. & in l.cum acutiſſimi C.de fideicom.*
Nam loquuntur, quando Deſcendens fuit
grauatus, reſtituere poſt mortem, non autem,
quando relictum reſoluitur per obitum eiuſ-
dem grauati, & adſunt dictiones taxatiuæ, &
reſtrictiuæ, vt in caſu præſenti, ibi *In vita di
detto Antinoro tanto, & non più*; Ex quibus ceſ-
19 ſare præſumptionem dd.legum, adeò vt non
ſit ſubintelligenda conditio ſi ſine filijs, latiſ-
ſimè probat *Ruſtic.in d.l.cum Auus lib.1. cap.16.
per tot. Dec.conſ.504. ſub num. 8. verſ.poſtremò non
obſtat, & num.9. Fuſar. conſ. 124. num: 24. & in
tract.de ſubſtit. quæſt.393.num.122.* Alioſque cu-
mulat *Altograd.* qui diſtinctionis fœdere con-
trarios conciliat, *conſ.45. n.68.73.& 76.lib.1.* &
firmat *Magon.deciſ.Floren.32.n.13.& 15.*
20 Exceptio retentionis ſub prętextu, quod
Ioanni Carolo filio Antenoris quamuis Spu-
rij, & illegitimi debeantur alimenta, non vi-
detur conſiderabilis; nam quicquid ſit de pręe-
dicta opinione, ſufficit, quod non conſtet de
paupertate, & alijs requiſitis ad illa conſe-
quenda; Quodque Creditum ſit turbidum,
21 quo caſu non datur retentio, vt notant addu-
cti per *Gratian. cap.734. num.13. & ſeqq. Rota in
recent. deciſ.411. num.24. par.5.* cum alijs *in Ro-
mana, ſeu Peruſina Bonorum 14. Decembris præte-
riti coram Me.*
22 Tandem non releuat, quod attenta decla-
ratione Teſtatoris, diſponentis, quod poſt
mortem Antenoris bona ſtabilia eſſent inte-
grè quoad proprietatem, & vſumfructum hę-
redum vniuerſalium ipſius, indè ob pręmo-
rientiā hęredum diſpoſitio fuerit caducata, &
legatum pleno iure remanſerit penes Ante-
norem; Nam cum vſusfructus moriente vſu-
fructuario non debeat reſtitui Domino pro-
prietatis, nec ad illum reuertatur iure fidei-
commiſſi, ſed iure conſolidationis parum re-
fert an primi hæredes in Teſtamento deſcri-
pti prędeceſſerint vel non, quia penes quem-
cumque proprietas exiſtat, trahit ad ſe vſum-
fructum iure conſolidationis *Caſtr. in l. Titia
35.§.fin.num.1.in fine ff.de leg.2. Cephal.conſ.158.
num.1.& 2. & num.29. lib.2. Bellon.de iur.accreſc.
cap.7. quæſt.19. num.67. & ſeqq.* & firmauit *Rota
deciſ.162.nu.5. par.2.rec. & coram Merlin.dicta de-
ciſ.505.à num.17.*

Ex quibus, perſiſtendum in reſolutis,
vtraque Parte Informante firmatum fuit.

LAVS DEO

Finis.

INDEX

Digitized by Google

INDEX MATERIARVM, ET CONCLVSIONVM,

Quæ in his Deciſionibus continentur.

A

ABSENTI

VS acquiritur per ſtipulationem Notarij deciſ.21.n.2.

Et quomodò hoc procedat? ibidem num.3.

ABSOLVTIO

REPONIT excommunicatum in priſtinum ſtatum deciſ.274.n.7.

FACVLTAS abſoluendi ceſſat, ſi Breue illam continens appareat ſubreptitium deciſ.122.n.4.

ACCEPTANS

ACTVM non poteſt amplius illum impugnare deciſ.323.n.10.

BENEFICIVM, penſione grauatum, videtur acceptare obligationem factam ab anteceſſore, & quaſi contrahere cum Penſionario deciſ. 346.n.4.

BONA cum onere à Teſtatore iniuncto non poteſt amplius legitimam deducere deciſ. 183. num.13.

SIBI imputet, ſi in electione ſibi præiudicauit, ibid.n.12.

ACCEPTARE

DICITVR ſententiam, qui illi ſubſcribit deciſ.323. num.8.

ACCEPTATIO

COACTA, & facta per vim non releuat deciſ.286. num.5.

DONATIONIS, ex quibus non inducatur? deciſ.21. num.7.

Ex ſola ſcientia non inducitur, quando donatio non eſt merè fauorabilis, ſed oneroſa, & mixta ibid.n.6.

FACTA ex interuallo non retrotrahitur in præiudicium creditorum ibid.n.10.

LITTERARVM in ſatisfactione crediti ex quibus excludatur? deciſ.54.n.8.

NON ſuffragatur, quando conſtat de antecedenti recuſatione deciſ.21.n.9.

ANTE acceptationem, an donatio per obitũ donantis, vel donatarij ſecutum dicatur reſoluta? ibid.n.10.

ANTE acceptationem donationis obligatio, & hypoteca pro illius obſeruantia non operatur effectum ſuum ibid.n.12.

ACCOLLATARIVS

PER accollationem debiti in ſe efficitur debitor principalis deciſ.64.n.9.

ACCONCIVM

CONSVMPTVM præſumitur ex pacto longi temporis deciſ.407.n.18.

ET illius conſumptio cedit damno Vxoris ibid. num.19.

ACCVRSIVS GLOSSATOR

DVBITAVIT de exiſtentia Conſtitutionis Zenonis deciſ.375.n.11.

ACQVIESCENTIA

ANTECESSORIS non præiudicat ſucceſſori deciſ. 104.num.11.

ACTA

OMNIA non ſunt tranſportanda in Iudicio attentatorum, ſed continentia eadem attentata deciſ.190.n.9.

PRAESVMVNTVR integrè tranſportata, donec contrarium probetur deciſ.307.n.11.

ACTORVM

TRANSPORTATIO apparet integra ex reuolutione proceſſus deciſ.313.n.11.

Non eſt neceſſaria reſpectu Iurium, quæ verbaliter fuerunt producta ibid.n.12.

Regulariter integra debet eſſe deciſ.118.n.15.

De actis quæ non ſunt non veniunt attendenda, deciſ.48.n.15.

ACTIO

CESSAT, quoties deficit obligatio deciſ.252. n.1.

ET paſſio, non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto deciſ.118.n.1.

Declara vt n.6.& deciſ.211.n.15.

ACTIONES

CONFVNDVNTVR aditione hæreditatis deciſ. 335. num.10.

Item confunduntur ſi creditor ſuccedit debitori deciſ.243.n.6.

Fallit ſi hæreditatem adiuit cum beneficio leg.& Inuent.ibid.n.7.

OMNES tam actiuè, quam paſſiuè tranſeunt de defuncto in hæredem deciſ.81.n.3.& dec.337. num.5.

QVAE competunt cedenti, competunt ceſſionario deciſ.302.n.6.

ACTOR

PROBARE debet fundamentum ſuæ intentionis deciſ.48.n.14.& deciſ.161.n.1.

ACTVS

FACTI per Epiſcopum contra exemptum, non præiudicant Sedi Apoſtolicæ, cui eſt ſubie-

Vu ctus

ctus deciſ. 17. numer. 8.
Sine ſcientia poſſidentis præſumuntur clandeſtini,& turbatiui deciſ.200.n.12.
Factvs in executione conuentionis antecedentis iuxtà illius formam, & tenorem intelligi debet deciſ.116.n.4.
Per viam concordiæ, & ex gratia, non autem ex iuſtitia non inducit ſolitum deciſ.310.n.5.
Facvltativi non inducunt neceſſitatem dec.291. n.5.& deciſ.310.n.3.
Gesti contra Procuratorem perindè eſt,ac ſi eſſent facti contra principalem deciſ.64.n.2.
Per Procuratorem ratificati cenſentur ex proſecutione appellationis interpoſitæ ibid.n.5.
Gestvs à perſona deputata à Capitulo, perinde eſt, ac ſi ab eodem capitulo factus fuiſſet deciſ.135.n.8.
Præſumitur eo nomine,quo fieri debet ibid.n.11.
Idem non poteſt diuerſo Iure cenſeri, ſed eodem modo debet operari reſpectu vnius, & reſpectu alterius deciſ.278.n.11.
Ivdicialis eſt vnus ex modis probandi conſuetudinem deciſ.375.n.20.
Iudiciales demonſtrant conſenſum populi ibid. num.21.
Meticvlosi non habentur in conſideratione deciſ.42.n.13.
Qvi dederunt Cauſam liti non veniunt attendendi deciſ.38.n 5.
Qui non ſonant in agere, ſed tantum in pati,non operantur conſenſum in Iuriſdictionem deciſ.43.n.7.
Qui fiunt poſt mediam noctem ſequenti die facti cenſentur deciſ.19.n.4.
Svbseqvens declarat antecedentem deciſ. 156. num.12.

ACTVM.

Impvgnare non poteſt, qui citatus illi præſens fuit,& tacuit deciſ.278.n.10.
Qvi facere prohibetur, multominus eo mediante poteſt alium impedire deciſ.375.n.22.

ADEMPTIO

Oneris ex quibus præſumatur? deciſ.231.n.6.

ADHOA

Est debitum Baronis deciſ.98.n.5.

ADIMPLEMENTI

Exceptio non adimplementi non poteſt opponi ei qui, nihil adimplere tenetur deciſ.28.n.3.
Item opponi nequit quando capitula ſunt diuerſa ibid.n.9.
Item nec etiam opponi poteſt ab eo, qui iam acquieuit contractui ibid.n.10.
Item nec opponi poteſt ab eo, qui prius adimplere tenetur deciſ.205.n.7.
Obſtat ei qui promiſſa non ſeruauit deciſ. 330. num.6.
Operatur tantummodò reſpectu illius, qui tenetur adimplere non autem reſpectu aliorum deciſ.28.n.5.
Quando cenſeatur remiſſa? deciſ.156.n.14.
Turbida non retardat obligationem cameralem deciſ.28.n.15.
Defectvs non poteſt opponi ab eo, qui contractum approbauit,& vigore illius pecunias exegit deciſ.321.n.9.
Item nec ab eo, qui habuit legitimum impedimentum, & iuſtam cauſam non adimplendi ibid.n.9.
Non ceſſat quod quis prætendat euincere bona ex alia cauſa, ſed potius probat illius contrauentionem deciſ.78.n.2.

ADIMPLEMENTVM

Conditionis probari debet ab eo, qui tenetur adimplere deciſ.209.n.4.
In his quæ habēt tractum ſucceſſiuum debet eſſe durabile,nec ſufficit momentaneū dec.78.n.4.
Praestandi fideiuſſores cenſetur remiſſum non ſolum ſi fructus integrè ſoluti fuerint, ſed etiam ſi illorum portio deciſ.186.n.5.
Qvando pendet à poteſtate promittentis, tunc promiſſio de faciendo obligationem inducit deciſ.41.n.5.
Qvando plures deficiunt in adimplemento contractus, tunc attenditur ſolum contrauentio primi deciſ.205.n.8.
Svbstitvtio purificatur per adimplementum conditionis deciſ.411.n.1.

ADIMPLENS

Contractvm Societatis non adimplens,non poteſt ex ea percipere lucrum deciſ.156.n.2.
In adimplendo deficiens non poteſt iuuari pactis in Inſtrumento contentis deciſ.99.n.3.
Mora in adimplendo ſi non attulit præiudicium pacti nō eſt habenda in cōſideratione,ibid.n.4.

ADIMPLERE

Contractvm non dicitur, qui actum malitiosè gerit deciſ.78.n.3.
Tenetvr qui ex illo agere intendit dec.150.n.10.

ADEVNDI

Ivs non eſt in bonis noſtris deciſ.105.n.10.

ADITIO

Haereditatis inducitur ex præſentatione facta ad Iuſpatronatus hæreditarium deciſ.85.n.6.
Indvcta non dicitur ex ſola delatione hæreditatis deciſ.129.n.3.
Non poteſt fieri à minore ſine ſolemnitatibus ibid.n.4.
Nec etiam à Procuratore ſine ſpeciali mandato deciſ.243.n.10.
Non præſumitur niſi probetur deciſ.410.n.1.
Amplia quamuis hæreditas ſit opulenta deciſ. 129.num.7.
Probari debet per actus neceſſarios, & concludentes, qui citra Ius, & nomen hæredis fieri non poſſint deciſ.129.n.1.
Aditione hæreditatis actiones confunduntur deciſ.335.n.10.
Ex Aditione hæreditatis in diuiſione facta inter primos hæredes probatur bona fuiſſe in bonis fideicommittentis deciſ.267.n.5.

ADIVDICATIO

Beneficii debita eſt ei, qui iuſtificauit omnia narrata in gratia deciſ.50.n.1.
Digniori, & habenti maiores qualitates deciſ. 174.n.1.& deciſ.234.n.2.& deciſ.215.n.1.
Habenti omnia requiſita neceſſaria ad illud obtinendum deciſ.214.n.6.
Parochialis debita eſt habenti maiorem ætatem deciſ.58.n.8.& deciſ.215.n.2.
Item ei, qui eſt in Sacerdotio antiquior deciſ. 58.n.9.& deciſ.215.n.3.
Item ei, qui per plures annos exercuit curam ani-

Digitized by Google

animarum deciſ. 58. num. 10.

Item ei, qui ad audiendas confeſſiones etiam Monialium, præpoſitus fuit ibid. num. 11. & deciſ. 215. n. 4.

IN ADIVDICATIONE

Beneficii nobilis præfertur ignobili deciſ. 215. num. 5.

Paupertas eſt conſiderabilis deciſ. 174. num. 3. & deciſ. 215. n. 6.

Et multum operatur deciſ. 198. nu. 3. & deciſ. 204. num. 3.

Nec in concurſu ætas maior, & antiquius Sacerdotium operantur prælationem deciſ. 198. num. 4.

Praeferendus eſt, qui per longum tempus inſeruiuit Eccleſiæ, in qua ſitum eſt deciſ. 174. num. 2.

Item qui habet maiores qualitates deciſ. 182. n. 1. & deciſ. 219. n. 8.

Item, qui non indiget diſpenſatione deciſ. 198. num. 5.

ADMINISTRATIO

Bonorum, quando cenſeatur conceſſa executoribus Teſtamentarijs? deciſ. 71. n. 5.

ADMINISTRATOR

Quilibet tenetur de neglectis deciſ. 188. n. 9.

Rerum Eccleſiæ, qui non contraxit cum perſona idonea tenetur ad damna, & intereſſe deciſ. 383. n. 8.

Si conſtituat ſe debitorem occaſione adminiſtrationis, veriſimile eſt, quod ſit talis deciſ. 237. n. 3.

ADMISSIO AD CAVSAM

Pro admiſſione ad cauſam ſufficit quod ſemiplenè, & apparenter conſtet de intereſſe deciſ. 53. n. 1. & deciſ. 244. n. 1.

Interesse ad hunc effectum, ex quibus probetur? deciſ. 53. n. 2. & deciſ. 208. n. 1.

Clausula *in ſtatu & terminis* in admiſſione ad cauſam, quæ operatur? deciſ. 53. n. 6.

ADNOTATIO

In libro non concludit regiſtrationem factam de eo tempore deciſ. 155. n. 19.

ADOPTATO

Ab aſcendente debetur legitima, ſecus ab extraneo, & in his terminis procedit *deciſ. 360. par. 5. recent. deciſ. 167. n. 3.*

ADVLTERI

Filius, vt quis dicatur, quæ requirantur? deciſ. 334. n. 1.

Non poteſt dici, qui non probat ab eodem matrem cuſtoditam fuiſſe ibid. n. 2.

ADVLTERINVS

Filius, & natus ex damnato coitu eſt inſucceſſibilis deciſ. 334. n. 10.

AEDIFICARE

In proprio ſolo vſque ad cœlum, cuilibet *licitum* eſt deciſ. 375. n. 1.

Amplia, etiamſi præiudicet vicino ibid. n. 2.

Ex pragmatica regni licitum eſt, dummodò 12. palmos diſtet à pariete vicini ibid. n. 3.

Quis non præſumitur ad æmulationem ibidem num. 27.

AEDIFICII

Commixtio, ſi facta fuerit, quid ſit agendum? deciſ. 381. n. 12.

AEGIDIANA

An locum habeat in Ciuitate Auenionenſi? deciſ. 43. n. 2.

An locū habeat, quando agitur de mæro poſſeſſorio inter perſonas laicas, & de bonis merè laicalibus? deciſ. 10. n. 1. & deciſ. 124. n. 1.

Non habet locum inter perſonas Eccleſiaſticas deciſ. 162. n. 7.

Prohibet appellationem ſuſpenſiuam in petitorio deciſ. 112. n. 9.

Item à ſententia lata in mæro poſſeſſorio inter perſonas laicas deciſ. 285. n. 3.

Fallit, ſi in ſententia contineantur corpora Emphiteotica Eccleſiaſtica ibid. n. 4.

Item etiam quoad laicalia, ſi ſententia contineat etiam Emphiteotica ibid. n. 6.

AEGIDIANAE

Locus non eſt, quando ſententia eſt iniuſta deciſ. 1. n. 1. & deciſ. 331. n. 1.

AEMVLATIO

Quis ad æmulationem ædificare non præſumitur deciſ. 375. n. 75.

AEQVALITAS

In Iudicijs ſeruanda eſt deciſ. 107. num. 5. & deciſ. 303. n. 5.

AEQVALITER

Coniuncti, & exiſtentes in pari gradu æqualiter ſuccedere debent deciſ. 33. n. 13.

AERARII

In Regno Neapolitano, an teneantur de inexactis? deciſ. 98. n. 2.

Datur eis merces & ſalarium ibid. n. 3.

AESTIMATIO

Bonorum fieri nequit à perito, niſi illa videat, etiamſi viderit ante æſtimationem deciſ. 160. num. 7.

Facta non citata parte non afficit non citatum deciſ. 178. n. 7.

Mobilium, etiamſi non extent fieri poteſt per peritos, quando illorum qualitas fuit deſcripta in Inuentario deciſ. 356. n. 2.

Et tunc peritorum relationi ſtandum eſt circa valorem mobilium ibid. n. 3.

Praedii probatur ex relatione peritorum deciſ. 380. num. 2.

IN AESTIMATIONE

Mobilium ſtylus attendi debet deciſ. 356. n. 4.

Murorum, non ſunt eligendi artifices, ſed Architecti deciſ. 246. n. 9.

AESTIMI

Liber, ſiue Cataſtri probat identitatem bonorum deciſ. 295. n. 2.

AETAS

Annorum 21. ſufficit ad obtinendum Canonicatum deciſ. 393. n. 2.

Ingravescens verificatur in annis 60. deciſ. 155. num. 4.

Maior, & antiquius Sacerdotium non operantur prælationem in concurſu qualitatis paupertatis deciſ. 198. n. 4.

Probatur ex fide baptiſmatis deciſ. 155. num. 3. & deciſ. 214. num. 4. & deciſ. 297. num. 8. & deciſ. 347. n. 2.

Requisita ab aliqua conſtitutione, ſi deficiat, collatio beneficij non ſuſtinetur deciſ. 214. num. 12.

conſtat de illius reſeruatione, ex literis Apo-
ſtolicis, quæ in Beneficialibus habentur loco
1 tituli, vt notat *Compoſtellan. in cap. ſuper literis
num. 19. de reſcript.* & firmauit *Rot. deciſ. 759. n. 4.
par. 2. rec. in Senogallien. Penſionis 5. Maij 1653. co-
ram bon. memor. Bichio*, cum alijs *in Mediolanen.
Præeminentiarum 5. Martij proximè præteriti co-
ram Me.*
2 Maximè cum illa ſoluta fuerit à quattuor
ſucceſſiuis Rectoribus abſque vlla contradi-
ctione ſpatio annorum 39. adeout non ſit ve-
riſimile, quod illi ſoluiſſent, ſi valor narra-
3 tus non fuiſſet verus, cum aliàs non teneren-
tur; Et nemo præſumatur velle iactare ſuum
ad text. in l. cum de indebito ff. de probat. Et per iſtas
& alias rationes ità firmauit *Rota in Senogallien.
Penſionis 5. Maij 1653. coram bo. mem. Bichio, & co-
ram Buratto deciſ. 261. nu. 5. & ſeqq.*
4 Hinc non releuat quòd verſemur in peti-
torio, quodque in literis adiecta fuerit clau-
ſula *Dummodò remaneant centum ducati liberi pro
Rectore*, quam Penſionarius plenè, & conclu-
5 denter iuſtificare tenetur: Nam attenta lon-
gæua quaſi poſſeſſione exigendi per annos 30.
& vltrà, intrat ſufficiens præſumptio iuſtifi-
cationis literarum, releuans Penſionarium ab
onere probandi, quicquid aliàs veniret dicen-
dum, ſi dicta quaſi poſſeſſio non eſſet talis, vt
bene explicat, & declarat *Garz. de benef. par. 1.
cap. 5. num. 478. & ſeqq. Rot. coram Millin. deciſ. 40.
num. 4. ſa. mem. Greg. deciſ. 431. num. 10. ibique Add.
Lit. B. Eminentiſſimus Otthobonus deciſ. 27. num. 2.*
& dictum fuit *in Romana Penſionis 19. Ianuarij,
& 30. Maij 1646. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro,
& in Groſſetana Penſionis 3. Martij 1651. coram
bon. mem. Dunozetto*, & notat *Barboſ. clauſul. 47.
num. 12.*
6 Non obſtat probatio contraria deſumpta
ex aſs. Inuentarijs, notulis, & alijs Iuribus, ex-
hibitis à Mengolo Moderno Rectore; quia
cum omnia compilata fuerint à Rectoribus
prædeceſſoribus, quorum intererat, vt ſtatus
Eccleſiæ appareret tenuis, ad ſe eximendum
ab onere prædicto, tanquam ſuſpecta non ve-
niunt attendenda *Rot. deciſ. 186. n. 1. par. 1. rec. &
coram Merlin. deciſ. 900. n. 10.*
7 Et augetur ſuſpicio, quia huiuſmodi Iura
ſunt defectuoſa, neque continent omnes effe-
ctus, & redditus Parochialis, vt plenè iuſtifi-
catum fuit, adeout ratione iſtius omiſſionis
nullam mereantur fidem, ſiue omiſſio fuerit
ſtudioſa, ſiue per errorem, vt aduertit *Caſtr.
conſ. 301. n. 4. verſ. vndè ſicut lib. 1. & ſequitur Gabr.
conſ. 143. num. 9. pariter lib. 1.* Nam quemadmo-
dum in aliquibus fuit erratum; ità potuit er-
rari in alijs *Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 79.
num. 2. & ibi Add. num. 6.* cum concordantibus
relatis *in Romana, ſeu Nepeſina Tutelæ 4. Iulij
1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro.*
8 Adminicula verò deſumpta ex Teſtibus nō
ſunt habenda in conſideratione: Nam alij de-
ponunt de auditu ab ipſis Rectoribus, & ſic
à Parte intereſſe habente *ad Text. in cap. licet ex
quadam 47. de Teſtib. Rot. coram Buratt. deciſ. 323.
num. 18.* vbi redditur ratio ne magis credatur
copiæ, quam originali, *& in Tullen. Matrimo-
nij 15. Ianuarij 1653. & 9. Februarij 1654. coram
R. P. D. meo Albergato.* Alij verò catenus di-
9 cunt, ſe eſſe informatos, quatenus viderunt
eoſdem libros, ad quos ſe referunt: vndè non
plus probant, quam libri prædicti, *Bald. conſ.
270. nu. 16. verſ. item cum Teſtes lib. 1. Aym. conſ. 41.
num. 2. Rot. deciſ. 189. num. 3. par. 1. diuerſ. & in rec.
deciſ. 21. num. 9. par. 4. & deciſ. 25. n. 7. par. 8.*
10 Quibus poſitis non eſt opus ingredi quæ-
ſtionem, an ducati centum pro congrua Re-
ctoris debeant eſſe auri de Camera, vel mo-
netæ argenteæ Bononien. prout nec alia plu-
ra deducta pro parte Rectoris; nam cum ſo-
lutio Penſionis per annos 39. inducat præſum-
ptionem iuſtificationis valoris, & transferat
in illum onus probandi, iſte verò huiuſmodi
probationem non fecerit, nec veriſimiliter fa-
cere poſſit, cenſuerunt Domini, non eſſe lo-
cum retardationi ſolutionis, nec reductioni
Penſionis, ſed illam ſuſtineri Informante
vtraque Parte.

ROMANA SEV SABINEN. PECVNIARIA.

Mercurij 27. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Confeſſio Dotis receptæ, facta à Marito con-
ſtante Matrimonio, concurrentibus admini-
culis probat; Et pro eadem Dote, necnon
etiam pro fructibus, & alijs creditis Mulieri
poſſidenti datur retentio.

SVMMARIVM.

1 *Creditum probatur ex Inſtrumento publico.*
2 *Confeſſio dotis receptæ, facta conſtante matrimonio, regulariter non probat.*
3 *Fallit concurrentibus adminiculis, & coniecturis.*
4 *Adminicula generalia, ad verificandam confeſſionem de recepto, quæ ſint.*
5 *Confeſſio de recepto, ſi verificetur in parte, præſumitur vera in totum.*
6 *Confeſſio facta tempore non ſuſpecto, habet præſumptionem veritatis.*
7 *Confeſſio Dotis receptæ, facta ad fauorem Tertij ſoluentis, & ſic inter perſonas non prohibitas, probat.*
8 *Confeſſio Dotis receptæ, facta à Viro inſimul cum eius fratre, præſumitur vera reſpectu vtriuſque.*
9 *Confeſſio geminata ſuper receptione Dotis non parum confert, ad probandam veritatem ſolutionis.*
10 *Creditor anterior præfertur poſteriori.*
11 *Mulier, non præſumitur ſatisfacta de eius creditis ex adminiſtratione bonorum viri, niſi conſtet, quod bona ſufficientia peruenerint ad eius manus.*
12 *Dotis fructus ex Statuto Vrb. taxantur ad rationem 7. cum dimidio.*
13 *Interpellatio, pro conſequendis fructibus Dotis,*

non

non eſt neceſſaria contra eum, qui eſt obligatus ad illius reſtitutionem.

14 *Et multo minus, ſi promiſerit ſoluere eoſdem fructus.*

15 *Legitima debetur Matri in bonis filij præmortui.*

16 *Legitima Matris eſt tertia pars eius, quod habuiſſet ab inteſtato in bonis filij.*

17 *Exceſſus non præſumitur, niſi probetur.*

18 *Acconcium præſumitur conſumptum ex ſpatio longi temporis.*

19 *Et illius conſumptio cedit damno Vxoris.*

DECISIO CCCCVII.

CVM Franciſca Traſia pro eius creditis reperiatur in poſſeſſione nonnullorum bonorum vigore aſſignationis, ſeu dationis in ſolutum, ſibi factæ ab Alphonſo filio. Dubitaui ad inſtantiam Statij de Simeonibus crediroris eiuſdem Alphonſi prætendentis, dictum contractum non ſuſtineri. An ſaltem Franciſcæ competat retentio, & pro qua ſumma.

Et Domini pro dote, & fructibus, necnon pro legitima, ſibi debita in bonis Belliſarij filij præmortui, retentionem competere, cenſuerunt.

1 Siquidem creditum dotis in ſumma ſcutorum 1500. probatur ex Inſtrumento publico ſub die 5. Februarij 1635. in quo tam Ioannes Vincentius Maritus Franciſcæ, quam Bernabeus frater dicti Ioannis Vincentii, in communione omnium bonorum viuentes, faſſi fuerunt, habuiſſe, & recepiſſe in diuerſis vicibus à Veronica Matre eiuſdem Franciſcæ dicta ſcuta 1500. eaque fuiſſe erogata, & expoſita in communem vtilitatem. Nam licet
2 confeſſio dotis receptæ couſtante matrimonio regulariter non probet: hoc tamen non pro-
3 cedit concurrentibus adminiculis, & coniecturis, vt aduertit *Bald. in l.1. num 4. verſ. vndè quæritur C. de priuileg. dot. Socin. Sen. conſ. 122. nu. 7. lib. 3.* alijque cumulati per *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 8. num. 9.* Et pluries firmauit *Rota vt in deciſ. 62. à princ. coram ſan. mem. Greg. XV. in recent. deciſ. 24. num. 3. par. 7. & in Anconitana Dotis 30. May 1650. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

4 In præſenti verò caſu vltrà adminicula generalia, deſumpta ex qualitate perſonarum: Ex conſuetudine ferè totius Orbis non contrahendi matrimonia ſine dote: Necnon ex ſubſequuta præſtatione alimentorum per ſexdecim annos: Verificatur Inſtrumentum con-
5 feſſionis de recepto in localibus, quorum realis conſignatio probatur ex alio Inſtrumẽto publico: Nam veritas illius arguit etiam veritatem ſolutionis pro alia ſumma ex cumulatis per *Mareſcott. loc. cit. num. 14. & per Gratian. cap. 362. num. 18. Rot. coram Merlin. deciſ. 652. num. 9. & deciſ. 718. num. 2. in Anconitana Bonorum 1. Iulij 1643. coram bo. mem. Bichio, & in Bononien. Dotis 10. Decembris 1659. coram Me.*

6 Hæc verò coniectura fortiùs vrget, non ſolum quia confeſſio emiſſa fuit tempore nõ ſuſpecto, & dum confitentes nullis erant debitis inuolui: adeout ceſſet quęlibet ſuſpicio, quod id fecerint, ad fraudandos Creditores, iuxtà deducta per *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 13. ſub num. 24. Rota poſt Zacch. de obligat. Cam. deciſ. 258. n. 4. & coram Merlin. dicta deciſ. 652. nu. 13. & deciſ. 718. num. 11.*

7 Sed etiam quia facta apparet ad fauorem Veronicæ Matris Franciſcæ, quæ dotem ſoluit, & ſic inter perſonas non prohibitas, vt aduertit *Ruin. conſ. 183. num. 4. lib. 1. Surd. conſ. 290. num. 52. & conſ. 397. num. 5.* alijque relati per *Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 8. num. 8.* & firmauit *Rot. coram Duran. deciſ. 409. num. 15. & in recent. deciſ. 15. num. 3. par. 4.*

8 Ac demum quia Confeſſio huiuſmodi legitur facta non à ſolo Ioanne Vincentio Viro ſed inſimul à Bernabeo fratre, aſſerentibus dotem fuiſſe verſam in communem vtilitatẽ. Nam ſicuti in Bernabeo ceſſat ſuſpicio prohibitæ donationis, ità excluditur quoad Ioannem Vincentium, vt bene ponderat *Socin. Sen. conſ. 82. nu. 2. ad med. verſ. tertia ratio, & nu. 3. lib. 3.*

9 Imò idem Bernabeus, ſoluto matrimonio per obitum fratris, agnoſcendo hanc veritatem, iterum faſſus fuit, dotem recepiſſe, eamque reſtituere promiſit ad libitum Franciſcę abſq; vlla exceptione: huiuſmodi enim geminata confeſſio non parum confert ad demonſtrandam veritatem præcedentis ſolutionis *Alexan. conſ. 45. num. 7. lib. 1. Rot. in Bononien. Dotis 25. Februarij 1619. coram Andr. & in rec. deciſ. 587. nu. 1. in fin. par. 3.*

10 Et tollitur difficultas, quia hodie non agitur de bonis Ioannis Vincentij Mariti dictæ Franciſcæ, nec in concurſu Creditorum illius, ſed de bonis Bernabei, in quibus Statius de Simeonibus nullo modo concurrere poteſt; Nam ipſe eſt ſolum Creditor Alphonſi hæredis Bernabei, Franciſca verò eſt Creditrix eiuſdem Bernabei, & ſic cum eius creditum ſit anterius, & ceſſet quęlibet colluſionis ſuſpicio, omninò præferenda venit *l. 2. & l. ſi fundum 4. C. qui pot. in pign. hab. Neguſ. de pign. memb. 2. par. 5. num. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 1234. numer. 1. Rot. coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ. 15. num. 21.*

11 Non obſtat exceptio ſatisfactionis deducta ex eo, quod Franciſca adminiſtrauerit bona Viri; Nam ex Inſtrumento, celebrato paulò poſt obitum eiuſdem, apparet, adminiſtrationem bonorum fuiſſe ſuſceptam à Bernabeo, relicto tantum onere Franciſcæ, educandi filios: Vndè ceſſat penitus præſumptio ſatisfactionis, pro qua inducenda nedum requiritur, quod Mulier adminiſtrauerit, ſed etiam quod ad eius manus peruenerint tot bona, ex quibus potuerit ſatisfactionem cõſequi iuxtà opinionem, quam ſeruat *Rot. vt coram Seraph. deciſ. 1455. per tot. in recent. deciſ. 159. nu. 7. & ſeqq. par. 4. tom. 2. in Anconitana Bonorum 1. Iulij 1643. & 22. Aprilis 1644. coram bon. mem. Bichio*, cum concordantibus *in Romana fideicommiſſi de Pedſconis 25. Iunij 1657. coram Me.*

12 Cenſuerunt pariter Domini, retentionem competere pro fructibus dotis, decurſis poſt obitum Viri; dum enim non reuocatur in dubium, Partes eſſe ſubiectas Statuto Vrbis,

ſequitur, quod ex diſpoſitione illius *cap. 137. lib. 1.* fructus debeantur ad rationem ſeptem
13 cum dimidio. Et interpellatio vel probatur ex Inſtrumento publico ſub die 20. Auguſti 1646. vel non fuit neceſſaria reſpectu Bernabei, qui tenebatur ad dotis reſtitutionem ex propria obligatione iuxtà *Deciſionem in Romana Fructuum Dotis de Luraghis poſt Fenzon. ad ſtat. Vrb. deciſ. 87. §. circa primum,* & aduertit *Gratian. forenſ. diſcept. cap. 920. num. 10.* Maximè cum ipſe
14 tam nomine proprio, quam vti Tutor, & Curator Nepotum promiſerit iterum fructus prædictos ſoluere *Rota coram Penia inter impreſſ. Lugduni deciſ. 1237. à num. 12.* & notat *Fenzon. ad dictum Statutum num. 49. Rub. in eius ſingular. par. 6. obſeruat. 15. nu. 19. to. 2. Gratian. d. cap. 920. num. 20. & 21. Add. ad Gregor. deciſ. 269. ſub nu. 8. verſ. prætereà.*
15 Tertio conceſſa fuit retentio Franciſcæ pro legitima in bonis Belliſarij filij præmortui *iuxt. text. in auth. presbyteros Cod. de Sacroſ. Eccleſ. ſumptum ex auth. de Sanctiſſ. Epiſc. §. presbyteros autem, & in cap. 1. in fine de teſtam. in 6. Surd conſ. 292. ſub num. 5. verſ. ſed etiam matri, & conſ. 388. nu. 1. Rot. coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 63. num. 7. & deciſ. 171. num. 2. & 3.* Quæ quidem legitima
16 licèt ſit tertia eius, quod Mater habuiſſet ab inteſtato; Nihilominus quia Partes eam liquidarunt in ſcutis mille, debet Statius, qui
17 prætendit, liquidationem eſſe exceſſiuam, docere de dicto exceſſu; Nam aliàs ille non præſumitur, niſi probetur *Rot. deciſ. 307. nu. 26. & 27. par. 7. in recent. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 226. num. 6. ac in Romana Domus 24. Maij 1655. coram R. P. D. meo Albergato.*
18 Denegarunt verò Domini retentionem reſpectu Acconcij, cum per ſpatium annorum 33. præſumatur conſumptum ad notata per *Bart. in l. quod ad praens 4. num. 3. C. de Murilegul. lib. 11.* quem refert, & ſequitur *Rot. deciſ. 44. num. 5. & ſeqq. par. 9. recent.* Et illius con-
19 ſumptio cedit periculo Vxoris *l. plerumque in princ. ff. de iur. dot. Alex. in l. æſtimata 52. ff. ſolut. matrim.* & vltrà plures adductos per *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſſ. 2. par. 7. num. 13. & ſeqq.* firmauit *Rot. dicta deciſ. 44. num. 4. par. 9. & coram Reuerendiſſ. Royas deciſ. 393. num. 9.*

Sed quia Franciſca diſſoluto matrimonio recepit alimenta in Domo Viri, & Bernabei Cognati reſpectiuè, reſeruarunt ad aliam Diſputationem, an illa cenſeantur donata, vel potius veniant cum fructibus compenſanda.

Et ita vtraque &c.

ZAMOREN. CAPELLANIAE;

Mercurij 27. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Regula octaua reſeruatoria comprehendit Iuſpatronatus Eccleſiaſticum. Et regula de triennali defendit poſſeſſorem tam in poſſeſſorio, quam petitorio, etiam contra Prouiſum Apoſtolicum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus Eccleſiaſticum cadit ſub Regulis Reſeruatorijs.*
2 *Subreptio vitiat Gratiam.*
3 *Amplia, quamuis illa ſit conceſſa motu proprio.*
4 *Clauſula* dummodò non ſit alteri ius quæſitum *præſeruat omne ius, perindè ac ſi gratia non eſſet conceſſa.*
5 *Regula de triennali defendit poſſeſſorem tam in poſſeſſorio, quam petitorio.*
6 *Et habet locum etiam contra Prouiſum Apoſtolicum.*

DECISIO CCCCVIII.

CVM de Menſe Ianuarij 1654. vacauerit Capellania controuerſa, ſita in Eccleſia Parochiali S. Petri *dell'Olmo Ciuitatis Taurinenſis*, de ea prouiſus fuit à Sede Apoſtolica Petrus de Zamorra, qui ab Executore deputato in literis mandatum de immittendo, obtinuit, & pacificè per triennium, & vltrà in poſſeſſione permanſit.

Quia verò Ioſeph Volantes, vti præſentatus a Priore Regij Conuentus Sancti Idelphonſi, & tanquam Ceſſionarius Antonij Garziæ pariter præſentati à Rectore eiuſdem Parochialis S. Petri, nulla facta mentione anterioris gratiæ expediuit literas in forma dignum, & non citato Petro in vim mandati Executoris in poſſeſſionem dictæ Capellaniæ ſe intruſit; Ideò dubitaui, cui ſit adiudicanda Capellania, & per contradictas ad fauorem Petri reſponſum fuit.

1 Non enim poteſt reuocari in Dubium, dictum Iuſpatronatus eſſe Eccleſiaſticum, nam id probatur ex duabus ſententijs Ordinarij, quarum vltima lata fuit ad fauorem Antonij, & Ioſephi præſentatorum, ideòque cum Capellania vacauerit in Menſe Ianuarij, cadit ſub regula octaua reſeruatoria, vt notant *Gonzal. ad dictam reg. gloſ. 18. n. 5. & 6. Garz. de benef. par. 5. c. 1. num. 552. & 554. Rota coram Seraph. deciſ. 1420. num. 2. in recent. deciſ. 48. num. 7. par. 5. & in Baren. Beneficij 31. Maij 1658. & 2. Maij 1659. coram R. P. D. meo Taia.*
2 Nec obſtat gratia Apoſtolica, reportata à Ioſepho Aduerſario, quia cum nullam mentionem faciat de anteriori gratia Petri; minuſque, quod Capellania vacauerit in menſe reſeruato, tanquam nulla, & ſubreptitia non venit attendenda in cõcurſu alterius *cap. tibi 12. de reſcript. in 6. & cap. cum cui 7. de præben. eod. lib. Rot. coram Buratt. deciſ. 421. num. 1. & ibi Add. Lit. A.* Et in fortioribus etiamſi gratia
3 fuerit conceſſa motu proprio *in Ebredunen. Prioratus 27. Iunij 1653. coram Reuerendiſſ. D. meo Albergato.*
4 Præſertim attenta clauſula *dummodò non ſit alteri ius quæſitum*, quæ præſeruat ius Petro competens ex præcedenti prouiſione, & operatur, quod ſecunda gratia non veniat attendenda perindè ac ſi non fuiſſet conceſſa *Mareſcott. var. reſolut lib. 2. cap. 1. num. 172. Rota* coram

Digitized by Google

coram Buratt.deciſ.137.num.6.& coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ.263.num.18.

5 Demum, cum Petrus per triennium, & vltrà pacificè poſſederit Capellaniam controuerſam, obſtat Ioſepho regula de triennali, quæ defendit poſſeſſorem triennalem tam in poſſeſſorio, quam petitorio *Rebuff. in praxi in tertia parte Signaturæ Gratiæ verb.ac regulæ de Annali Lit.A. Rot.coram Buratt.deciſ.209.numer.9.& 10.& deciſ.280. num.2.& coram Reuerendiſſ.Tarraconen. deciſ.61. eod. num.* Ac etiam

6 contra Prouiſum Apoſtolicum *Rota in recent. deciſ.264. num.2. par.9. in Leodien. Præpoſituræ de Nanſinnes 4. Maij 1650. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro, in Alerien. Vicariæ 24. Aprilis 1654. coram bon.mem.Bichio, & in Leodien.Beneficij 11.Decembris 1662. coram Me.*

Et ità &c.

NVLLIVS SEV NONANTVLANA BENEFICII.

Mercurij 4. Iulij 1663.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur anteriori poſſeſſori, quamuis poſſeſſio illius ſit merè Inſtrumentalis, & abſque iuſtificatione, vel productione tituli, etiam in Beneficialibus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio Inſtrumentalis, alio non exiſtente in poſſeſſione, ſufficit ad effectum manutentionis.*
2 *Poſſeſſio poſterior non citato poſſeſſore, vti clandeſtina, & turbatiua non eſt manutenibilis.*
3 *Amplia, etiamſi ſit poſterior in hora, vel in momento.*
4 *Manutentio datur etiam in beneficialibus, probata ſola poſſeſſione abſque iuſtificatione, vel productione tituli.*

DECISIO CCCCIX.

PHILIPPVS Maria Boninus, prouiſus ab Eminentiſſimo Abbate de beneficio ſimplici in Eccleſia S.Siluestri, accepit de eo poſſeſſionem ſub die 30.Septembris 1661.

Econtra verò Paulus Ioſeph Papazzonus, prætendens illud eſſe de Iurepatronatus Laicorum, reportata præſentatione ab aſſertis Patronis, & Inſtitutione ab Ordinario, ſub die 1. Octobris ſimilem poſſeſſionem adeptus fuit.

Et ſucceſſiuè vigore prouiſionis Apoſtolicæ cum clauſula *verificato prius Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione, & dummodo tempore datæ non fuerit alteri Ius quæſitum* ab Executore deputato in literis mandatum de immittendo reportauit, & iterum in poſſeſſionem immiſſus fuit.

Vnde ad Inſtantiam Bonini, qui à die habitæ notitiæ ab his omnibus appellauit, propoſui Dubium, An, & cui ſit dandum manudatum de manutenendo; Et ad fauorem illius reſponſum fuit.

1 Conſtat enim de eius poſſeſſione ex Inſtrumento publico, quod alio non exiſtente in poſſeſſione, ſufficit ad effectum manutentionis *ad text.in l.prædia, & ibi Doct. ff.de acquir. poſſeſſ.Rota coram ſan.mem. Greg.deciſ.171. num.1. & coram Merlin.deciſ.3. eod.num.& in Alerien.Vicariæ 24.Aprilis & 26.Iunij 1654. coram bon.mem. Bichio.*

2 Nec releuat poſſeſſio Papazzoni, quia tanquam poſterior, & capta non citato Bonino anteriore poſſeſſore præſumitur clandeſtina, & turbatiua, nec eſt manutenibilis *cap.Licet cauſam de probat.Bart.in l.ſi duo num.4.ff.vti poſſid. Bald.conſ.10.in fine lib.5.Rot.deciſ.293.nu.8.par.1. recen.& in Cuſentina Canonicatus 5.Iulii 1649. coram Reuerendiſſ. D. meo Meltio*, cum alijs pluribus adductis per *Add.ad Buratt.deciſ.67.num.26.*

3 *& 27.* vbi ampliant, etiamſi anterioritas conſiſtat in hora, vel in momento, *Rot. deciſ. 19. num.2.& 3. par.2. diuerſ.& coram Merlin.deciſ.9. ſub num.3.verſ.quod autem, & num.ſeq.& deciſ.14. num.4.* aliosque cumulat *Poſt.de manut.obſeru.71. num.9.*

4 Quibus ſtantibus exiſtimarunt Domini, non eſſe opus aggredi materiam, quod Papazzonus non iuſtificauerit Iuſpatronatus, quodque vltimus Status aſſiſtat Eminentiſſimo Abbati, cum alijs pluribus concernentibus petitorium; Nam cum agatur de ſimplici manutentione conſueuit Rota, probata poſſeſſione illam concedere etiam in beneficialibus abſque iuſtificatione, & productione Tituli, *vt in deciſ.595. num.8.par.1. diuerſ.& coram Gregorio deciſ.323.n.2.ibique Add.n.4.*

Et ita altera tantùm &c.

RAVENNATEN. RELEVATIONIS INDEMNITATIS.

Veneris 11. Ianuarij 1664.

ARGVMENTVM.

Expenſæ à quo reficiendæ veniant, & earum taxatio quomodò ſit regulanda.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Filius ergò hæres, procedit agendo, non excipiendo.*
3 *Exceſſus in taxatione expenſarũ remanet ſufficienter probatus, dum apparet aliquas expenſas non deberi.*
4 *Expenſæ veniunt reficiendæ ab eo, qui litem ſuſtinuit.*
5 *Expenſæ Iudiciales quanam ſint.*
6 *Expenſæ Iudiciales integrè reficiendæ veniunt.*
7 *Expenſas extraiudiciales Rota conſueuit reducere ad ſcuta 10.pro qualibet inſtantia.*
8 *Ceſſio litis merè verbalis non ſuffragatur, pro euitanda taxatione expenſarum.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCCCX.

OBTINVIT Acariſius Piazzius in vim trium conformium taxationem expenſatum contra Paulum, & Franciſcum de Donatis, qui commiſſa cauſa appellationis ab exceſſiua tantum, inſteterunt diſputari Dubium An conſtet de exceſſu, affirmatiuè reſolutum quoad expenſas primæ, & ſecundæ inſtantiæ.

Cum enim in prefatis duabus Inſtantijs ipſi non fuerint in cauſa, ſed tantum Sanctes eius Pater, non potuerunt in dictis expenſis condemnari, dum non conſtat; eſſe Patris hære-
1 des; Nam Aditio non præſumitur, & concludentet ab allegante probari debet per *text. in l.pro hærede 20.ff.de acquir.hæred. Bald.conſ.273. num.8.lib.1. Rot.coram Buratt.deciſ.207. num.1.& coram Merlin. deciſ.34. num.2.* cum alijs *in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 26. Iunij* 1651. *coram Me.*

2 Et regula, filius ergò hæres, procedit agendo, non excipiendo ideu *Bald.in l.1.nu.37.C.comm. de legat. Alex.conſ.34. num.4.& 5.lib.3.latè Roland. conſ.20. num.17. & ſeqq. lib.1. Gratian.deciſ.Marchiæ* 122. *numer.* 6. *Rota coram Merlin. deciſ.* 857. *num.9.*

Non obſtat, quod prætenſio huiuſmodi concernat potius iniuſtitiam ſententiæ, quam exceſſum in taxatione, à quo exceſſu fuit tantum appellatio commiſſa; quia eo ipſo, quod
3 aliquæ ex expenſis taxatis non debentur, taxatio remanet exceſſiua *Bart. in l. ab Executore 4. nu.2.verſ.ſed quando ff.de appellat. Bellam.in c.nouit 43. num.5. eod.tit. Rot. in Lucana expenſarum apud Marcheſ.de commiſſ.par.1.fol.1246.per totam.*

Quouerò ad expenſas tertiæ Inſtantiæ, exiſtimarunt Domini, non conſtare de exceſſu: Nam cum ijdem de Donatis poſt obitum Patris ſe oppoſuerint, & litem ſuſtinuerint, rectè
4 fuerunt ad earum ſolutionem condemnati *l.nō eſt ignotum 6.& ibi gloſſ.in figuratione caſus c.de admin.tutor. Bart.in l.ſi ſe non obtulit 4. ſub num.1. verſ.dico quod, & ibidem Alex.num.5. verſ.finaliter ff.de re iudic. Bald.conſ.73.per tot.lib.3. Barz.deciſ. Bonon.13. à prin. Rot.coram Seraph. deciſ.891. numer.10.*

5 Nec de Iudicialibus dubitari poteſt; nam illæ liquent ex actis, & ex proceſſu, & tanquam confiſtentes in regeſtro, Citationibus,
6 & nota ſententiæ integrè reficiendæ veniunt *ad text.in l.properandum 11.Cod.de Iudic.* & tradit *Veſtr.in praxi lib.8.cap.2.num.11. verſ.ſed de Iudicialibus Rot.in Oſcen. Expenſarum 5.Iulij* 1649. *coram Me, in Romana Expenſarum 16. Febr. 1654. coram bo.mem. Dunozetto, & in Firmana Beneficij 24.Martij* 1656.*coram R.P.D.meo Albergato.*

Extraiudiciales verò pro mercede Procuratoris, & Aduocati, pro copijs ſcripturatum,
7 & ſimilibus non videntur exceſſiuæ, dum reductæ fuerunt ad ſcuta 10. iuxta ſtylum, quem aliàs ſeruauit *Rota in Maceraten. Hæreditatis 24. Ianuarij* 1642.*coram bo.me. Bichio, in Romana Domus 31. Ianuarij* 1652. *coram Reuerendiſſ. D. meo Meltio, & in Meleuitana Expenſarum 10.Februarii* 1662.*coram R.P.D.meo Veroſpio.*

Ad effugiendam autem taxationem huiuſmodi, non ſuffragatur ceſſio litis; quia il-
8 la fuit merè verbalis, & facta per Procuratorem non habentem ſpeciale mandatum; adeout præuio memoriali porrecto in Rota opus fuerit, deuenire ad expeditionem cauſæ mediante ſententia *gloſſ. in cap.cum pridem verbo liti cederet de pact. Bart.in l.poſtquam liti 4.num.10. in 2.lect.C.eod. Rot.coram Comitulo deciſ.110. nu.6. & 7.* & nouiſſimè *in Peruſina Reintegrationis 3. Iulii* 1662.*coram R.P.D. meo Emerix.*

Et ita vtraque &c.

PERVSINA BONORVM.

Luna 14. Ianuarij 1664.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus ſolus denegata proprietate ex quibus verbis, & coniecturis cenſeatur relictus, & quando extinguatur, & conſolidetur cum ipſa proprietate.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio purificatur per adimplementum conditionis.*

2 *Vſusfructus extinguitur morte Vſufructuarii.*

3 *Vſusfructus non tranſmittitur ad hæredes Vſufructuarii, ſed conſolidatur cum proprietate.*

4 *Vſusfructus conſolidatus cum proprietate ſpectat ad Proprietarium.*

5 *Vſusfructus cenſetur relictus, & non proprietas, quando diſpoſitio non incipit à bonis, ſed ab ipſo vſufructu.*

6 *Vſusfructus formalis cenſetur tantum relictus ex illis verbis* in vita tanto & non più.

7 *Vſusfructus ex quibus verbis cenſeatur tantum relictus excluſa proprietate.*

8 *Verba clara non admittunt interpretationem in contrarium.*

9 *Vſusfructus non excluditur per illa verba,* & farli qualche particella delle facoltà di eſſo Teſtatore.

10 *Vſusfructus eſt ius, percipiendi fructus ex bonis Teſtatoris, & dicitur pars hæreditatis illius.*

11 *Diſpoſitio nunquam refertur ad ea, quæ fuerunt demonſtratiuè adiecta.*

12 *Rerum appellatione veniunt etiam fructus.*

13 *Vſusfructus cenſetur relictus, & non proprietas, quando conſtat de voluntate Teſtatoris, etiamſi verba eſſent dubia.*

14 *Teſtator ſi aliter diſpoſuerit in Teſtamento, quam prius dixerat, cenſetur mutaſſe voluntatem.*

15 *Vſusfructus, quamuis relictus titulo inſtitutionis, non propterea comprehendit proprietatem.*

16 *Vſusfructus ſi fuerit relictus titulo inſtitutionis dato alio cohærede, talis titulus reſoluitur in legatum.*

17 *Confeſſio in his, quæ conſiſtunt in iure, non præiudicat Confitenti.*

18 *Textus* in l.cum Auus, & l.Cum acutiſſimi *declarantur.*

19 *Conditio* ſi ſine filijs *non ſubintelligitur, quando adſunt dictiones taxatiuæ* in vita &c.

20 *Ali-*

Digitized by Google

20 *Alimenta non debentur, niſi conſtet de paupertate, & alijs requiſitis.*
21 *Retentio non datur, quando creditum eſt turbidum.*
22 *Vſusfructus per mortem Vſufructuarii reuertitur ad Proprietarium non iure fideicommiſſi, ſed iure conſolidationis.*

DECISIO CCCCXI.

PROPOSITO iterum Dubio, ad quem
ſpectent bona controuerſa; iterum reſpō-
derunt Domini, ſpectare ad Lambardum fi-
lium, & hæredem Beatricis, vocatæ à Petro
Iacobo Patre in defectum omnium Maſculo-
rum, non autem ad Ioannem Carolum filium
1 & hæredem Antenoris: Nam cum non cadat
in controuerſiā adimplementum conditionis,
quodque euenerit caſus deficientiæ Maſculo-
rum, ſubſtitutio remanſit purificata ad fauo-
rem eiuſdem Beatricis *ad Text. in l. heredi 44.
§.Plautius ff.de condit. & demonſtrat. l.ſi quis here-
dem 7.C.de Inſtit.& ſubſtit.l.in ſubſtitutione 31.ff.de
vulg.& pupill. Fuſar.de ſubſt.q.379.ſub nu.59.Rot.
in Romana fideicommiſſi de Donatis 7. Iunii 1660.
coram Reuerendiſſ.D.meo Decano.*

Nec quicquam facit, quod bona prædicta
fuerint legata Antenori, vt patet ex verbis
2 recenſitis in deciſione, quæ reuidetur: Nam
cum illa cantent de ſimplici vſufructu; vti-
que per ipſius obitum remanſit extinctus,
Textus eſt in §.finitur inſtit. de vſufr. Et vltrà ad-
ductos in prǣterita, probat alter *Text.in l.con-
ſumptionem 16. C.de vſufr.Rot.coram Pen.deciſ.34.
nu.12.iuxtà impreſſionem Venetam, & penes Poſt.de
manut.deciſ.538.num.4.*
3 Fruſtrà igitur contendit Ioannes Carolus
filius Antenoris, bona prędicta ad ſe ſpectare:
Nam cum per obitum vſufructuarij conſoli-
datus fuerit vſusfructus cum proprietate non
potuit vna cum bonis ad filium tranſmitti per
*text.in l.ſi Patri ſuo 3. C.de vſufr.& in l.vnica §.li-
bertatibus C.de caduc.tollen. Rota coram Merlin.de-
ciſ.642.num.3.& in recen.deciſ.172. num.10.par.9.*
4 Sed remanſit penes hæredem Beatricis, qui
ſtatim mortuo vſufructuario plenam cœpit
habere eorumdem bonorum poteſtatem *§.fin.
Inſtit.de vſufr.Peregr.conſ.142.num.4.lib.5.* Et vl-
trà plures cumulatos per *Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 779. num. 5.* firmauit *Rota apud Poſt. de ma-
nut.dicta deciſ.538.num.5.& 6.& coram Duran.de-
ciſ.84.num.25.*
5 Dubitari verò non poteſt, quod legatum,
factum ad fauorem Antenoris, non contineat
proprietatem bonorum, ſed ſolum vſumfru-
ctum formalem, ab ea prorſus diſtinctum, &
ſeparatum: Nam diſpoſitio non incipit à bo-
nis, ſed ab vſufructu, quo caſu nunquam
cenſetur relicta proprietas, ſed tantum vſusfru-
ctus formalis ex doctrina *Bart.in l.4.num.2.ff.de
alim.& cibar.leg.* quem ſequitur *Alex.conſ.150.
num.1.lib.7. Curt.Iun.conſ.38. num.4.lib.1.Rot.de-
ciſ.119.num.3.& 4.par.8.rec.*
6 Idque facilius procedit attentà limitatione
adiecta per Teſtatorem, ibi *in vita di detto Anti-
noro tanto, & non più*; Quam in his terminis
ponderat *Dec.conſ.277. alias 278. num.4. in fine,
verſ.quarto quia, Bellon.Sen. conſ.6.ſub n.3. verſ.&
hoc habetur*, alijque plures relati in Deciſione
*in §.hæc verò regula, Rot.in rec.deciſ.120.num.4.&
deciſ.460.num.30.par.9.*
7 Ac ſtantibus illis verbis *Dechiarando eſpreſſa-
mente, che doppo la morte di detto Antinoro li beni
ſtabili ſiano intieramente nella proprietà, & vſufrut-
to delli heredi vniuerſali di eſſo Teſtatore in tutto, &
per tutto in ogni miglior modo &c.* quę verba,
8 cum ſint ſatis clara, non admittunt interpre-
tationem in contrarium *l. ille aut ille §. cum in
verb.ff.de legat.3.Roland.conſ.34.n.12.& ſeqq.lib.4.
Rot.in Maceraten.Hæreditatis 17.Iunii 1611.coram
bo.me.Manzanedo.*
9 Hinc non vrgent rationes exaduerſo addu-
ctæ ad demonſtrandam contrariam volunta-
tem; Nam illa elicita ex verbis. *Et farli qual-
che particella delle facoltà di eſſo Teſtatore*, non
concludit quod fuerit relicta proprietas bo-
norum, cum bene verificentur in vſufructu,
10 qui, tanquam ius percipiendi fructus ex bo-
nis Teſtatoris, eſt pars hæreditatis illius ad
text.in l.4. ff.de vſufruct.& quemad.quis vtatur, &
tradit *Mareſcott.var.reſol.lib.2. cap.86.num.11.&
ſeqq.* cum alijs per *Merlin.de legit.lib.5. tit.3.q.8.
num.1.* & declarauit *Rot. poſt eundem deciſ. 31. à
num. 1.*
11 Minus concludit altera in illis verbis. *Et in
queſte coſe detto Antinoro inſtituiſce, e fà herede &c.*
cum talis Inſtitutio non ſit referenda ad bona
demonſtratiuè tantum, ac incidenter expreſ-
ſa, ſed ad vſumfructum; de quo principaliter
fuit diſpoſitum ad notata per *Bart.in l.fin.§.Ti-
tia num 1.ff.de liberat.legat. Alex.in l.ſi idem §.fin.
ſub num.4. verſ.item in caſibus ff.de iuriſd.omn.Iu-
dic. Ruin.conſ.181. num.3.ad med. verſ.& probatur
lib.2. Menoch.de præſumpt. lib.4. præſumpt.47. nu-
mer.8.*
12 Nec pluralis numerus inducit incompati-
bilitatem, quia rerum appellatione fructus ve-
nire, firmat *gloſſ.in l.rei appellatione 23. in princ.
ff.de verbor.ſignif.Mar.Antonin.var.reſol.lib.1.c.48.
num.9. in fine*, & notat *Barboſ.appellat.235. nu.7.*
13 Et dum ex toto Teſtamenti contextu mani-
feſtè apparet de voluntate Diſponentis, quod
voluerit ſolum vſumfructum relinquere, non
eſt inhærendum cortici, & ſcrupuloſitati ver-
borum, ſed ea tantum attendi debet *l.quoniam
indignum 15. Cod.de teſtam.Mantic.de coniect.lib.5.
tit.7.nu.17. Rot.in rec.deciſ.246. n.11.& 12.par.4.
to.2.& coram Merlin.deciſ.505.n.36.& 37.*
14 Repetitum obiectum ex literis miſſiuis Pe-
tri Iacobi Teſtatoris, in quibus habetur, quod
Antenor remaneret condominus cum alijs
filijs, ſublatum fuit in deciſione præterita. Et
ipſum Teſtamentum demonſtrat, diſponen-
tem receſſiſſe ab antecedenti propoſito, vt in
fortioribus aduertit *Bald. conſ. 22. in fine, lib. 1.
Surd.conſ.129.num.19. Rot.deciſ.721.nu.3.& ſeqq.
par.2. recent. & deciſ.581. num.47. & 48. par. 4.
tom.3.*
15 Prout pariter ſublatum fuit alterum, quod
vſusfructus relictus fuerit titulo inſtitutionis.
Nam talis Titulus non ampliat diſpoſitionem
& ſubſtantiam relicti: Maximè cum bene
verificetur etiam in ſolo vſufructu, vt dixit
Rota

Rota in Bononien. fideicommiſſi 16. *Ianuarii* 1654. *coram bon.mem. Peutingerio*. Et dato alio cohæ-
16 rede reſoluitur in legatum *Beron. qui de com- muni conſ.*58.*num.*6.*&* 7.*lib.*2. *Rota coram Merlin. deciſ.*505.*num.*7.*& ſeqq.*

17 Confeſſiones emiſſæ per Lambardum, & in Inſtrumento, & in Commiſſione Rotali, quod bona, de quibus agitur, relicta fuerint Antenori ad vſumfructum cum onere, reſtituendi hæredibus vniuerſalibus Petri Iacobi, ſunt relatiuæ ad Teſtamentum. Cumque emanauerint circa id, quod in iure conſiſtit, non præiudicant Confitenti *Socin.Iun.conſ.*112. *num.*1. *& ſeqq. lib.*1. *Menoch.conſ.*86. *à nu.*94. *& conſ.* 91. *num.* 39. *Altograd.* qui alios cumulat, *conſ.*60.*num.*97.*&* 98.*lib.*1. *Rot. in recen.deciſ.*200. *nu.*12. *par.*1.*& coram Reuerendiſſ. Royas deciſ.*153. *nu.*23. Et fuit dictum *in Romana Hæreditatis* 26. *Aprilis* 1655.*coram R.P.D.meo Veroſpio.*

18 Non applicantur *Text.in l.cum Auus ff.de condit.& demonſtr. & in l.eum acutiſſimi C.de fideicom.* Nam loquuntur, quando Deſcendens fuit grauatus, reſtituere poſt mortem, non autem, quando relictum reſoluitur per obitum eiuſdem grauati, & adſunt dictiones taxatiuæ, & reſtrictiuæ, vt in caſu præſenti, ibi *In vita di detto Antinoro tanto, & non più*; Ex quibus ceſ-
19 ſare præſumptionem dd.legum, adeò vt non ſit ſubintelligenda conditio ſi ſine filijs, latiſſimè probat *Ruſtic.in d.l.cum Auus lib.*1. *cap.*16. *per tot. Dec.conſ.*504. *ſub num.* 8. *verſ. poſtremò non obſtat, & num.*9. *Fuſar. conſ.* 124. *num:* 24. *& in tract.de ſubſtit. quæſt.*393.*num.*122. Alioſque cumulat *Altograd.* qui diſtinctionis fœdere contrarios conciliat, *conſ.*45. *n.*68.73.*&* 76.*lib.*1. & firmat *Magon.deciſ.Floren.*32.*n.*13.*&* 15.

20 Exceptio retentionis ſub prætextu, quod Ioanni Carolo filio Antenoris quamuis Spurii, & illegitimi debeantur alimenta, non videtur conſiderabilis; nam quicquid ſit de prædicta opinione, ſufficit, quod non conſtet de paupertate, & alijs requiſitis ad illa conſequenda; Quodque Creditum ſit turbidum,
21 quo caſu non datur retentio, vt notant adducti per *Gratian. cap.*734. *num.*13. *& ſeqq. Rota in recent. deciſ.* 411. *num.*24. *par.*5. cum alijs *in Romana, ſeu Peruſina Bonorum* 14. *Decembris præteriti coram Me.*

22 Tandem non releuat, quod attenta declaratione Teſtatoris, diſponentis, quod poſt mortem Antenoris bona ſtabilia eſſent integrè quoad proprietatem, & vſumfructum hæredum vniuerſalium ipſius, indè ob præmorientiā hęredum diſpoſitio fuerit caducata, & legatum pleno iure remanſerit penes Antenorem; Nam eum vſusfructus moriente vſufructuario non debeat reſtitui Domino proprietatis, nec ad illum reuertatur iure fideicommiſſi, ſed iure conſolidationis parum refert an primi hæredes in Teſtamento deſcripti prędeceſſerint vel non, quia penes quemcumque proprietas exiſtat, trahit ad ſe vſumfructum iure conſolidationis *Caſtr. in l. Titia* 35.*§.fin.num.*1.*in fine ff.de leg.*2. *Cephal.conſ.*158. *num.*1.*&* 2. *& num.*29. *lib.*2. *Bellon.de iur.accreſc. cap.*7. *quæſt.*19. *num.*67. *& ſeqq.* & firmauit *Rota deciſ.*162.*nu.*5. *par.*2.*rec. & coram Merlin.dicta deciſ.*505.*à num.*17.

Ex quibus, perſiſtendum in reſolutis, vtraque Parte Informante firmatum fuit.

LAVS DEO

Finis.

INDEX

INDEX MATERIARVM, ET CONCLVSIONVM,

Quæ in his Deciſionibus continentur.

A

ABSENTI

IVs acquiritur per ſtipulationem Notarij deciſ.21.n.2.

Et quomodò hoc procedat? ibidem num.3.

ABSOLVTIO

Reponit excommunicatum in priſtinum ſtatum deciſ.274.n.7.

Facvltas abſoluendi ceſſat, ſi Breue illam continens appareat ſubreptitium deciſ.122.n.4.

ACCEPTANS

Actvm non poteſt amplius illum impugnare deciſ.323.n.10,

Beneficivm, penſione grauatum, videtur acceptare obligationem factam ab anteceſſore, & quaſi contrahere cum Penſionario deciſ.346.n.4.

Bona cum onere à Teſtatore iniuncto non poteſt amplius legitimam deducere deciſ.183.num.13.

Sibi imputet, ſi in electione ſibi præiudicauit, ibid.n.12.

ACCEPTARE

Dicitvr ſententiam, qui illi ſubſcribit deciſ.323.num.8.

ACCEPTATIO

Coacta, & facta per vim non releuat deciſ.286.num.5.

Donationis, ex quibus non inducatur? deciſ.21.num.7.

Ex ſola ſcientia non inducitur, quando donatio non eſt merè fauorabilis, ſed onéroſa, & mixta ibid.n.6.

Facta ex interuallo non retrotrahitur in præiudicium creditorum ibid.n.10.

Litterarvm in ſatisfactione crediti ex quibus excludatur? deciſ.54.n.8.

Non ſuffragatur, quando conſtat de antecedenti recuſatione deciſ.21.n.9.

Ante acceptationem, an donatio per obitũ donantis, vel donatarij ſecutum dicatur reſoluta? ibid.n.10.

Ante acceptationem donationis obligatio, & hypoteca pro illius obſeruantia non operatur effectum ſuum ibid.n.12.

ACCOLLATARIVS

Per accollationem debiti in ſe efficitur debitor principalis deciſ.64.n.9.

ACCONCIVM

Consvmptvm præſumitur ex pacto longi temporis deciſ.407.n.18.

Et illius conſumptio cedit damno Vxoris ibid.num.19.

ACCVRSIVS GLOSSATOR

Dvbitavit de exiſtentia Conſtitutionis Zenonis deciſ.375.n.11.

ACQVIESCENTIA

Antecessoris non præiudicat ſucceſſori deciſ.104.num.11.

ACTA

Omnia non ſunt tranſportanda in Iudicio attentatorum, ſed continentia eadem attentata deciſ.390.n.9.

Praesvmvntvr integrè tranſportata, donec contrarium probetur deciſ.307.n.11.

ACTORVM

Transportatio apparet integra ex reuolutione proceſſus deciſ.313.n.11.

Non eſt neceſſaria reſpectu Iurium, quæ verbaliter fuerunt producta ibid.n.12.

Regulariter integra debet eſſe deciſ.118.n.15.

De actis quæ non ſunt non veniunt attendenda, deciſ.48.n.15.

ACTIO

Cessat, quoties deficit obligatio deciſ.252.n.1.

Et paſſio, non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto deciſ.118.n.1.

Declara vt n.6.& deciſ.211.n.15.

ACTIONES

Confvndvntvr aditione hæreditatis deciſ.335.num.10.

Item confunduntur ſi creditor ſuccedit debitori deciſ.243.n.6.

Fallit ſi hæreditatem adiuit cum beneficio leg.& Inuent.ibid.n.7.

Omnes tam actiuè, quam paſſiuè tranſeunt de defuncto in hæredem deciſ.83.n.3.& dec.337.num.5.

Qvae competunt cedenti, competunt ceſſionario deciſ.302.n.6.

ACTOR

Probare debet fundamentum ſuæ intentionis deciſ.48.n.14.& deciſ.161.n.1.

ACTVS

Facti per Epiſcopum contra exemptum, non præiudicant Sedi Apoſtolicæ, cui eſt ſubie-

Digitized by Google

ctus deciſ. 17. numer. 8.
Sine ſcientia poſſidentis præſumuntur clandeſtini,& turbatiui deciſ.200.n.12.
Factvs in executione conuentionis anrecedentis iuxtà illius formam, & tenorem intelligi debet deciſ.116.n.4.
Per viam concordiæ, & ex gratia, non autem ex iuſtitia non inducit ſolitum deciſ.310.n.5.
Facvltativi non inducunt neceſſitatem dec.291. n.5.& deciſ.310.n.3.
Gesti contra Procuratorem perindè eſt,ac ſi eſſent facti contra principalem deciſ.64.n.2.
Per Procuratorem ratificati cenſentur ex proſecutione appellationis interpoſitæ ibid.n.5.
Gestvs à perſona deputata à Capitulo, perinde eſt, ac ſi ab eodem capitulo factus fuiſſet deciſ.135.n.8.
Præſumitur eo nomine,quo fieri debet ibid.n.11.
Idem non poteſt diuerſo Iure cenſeri, ſed eodem modo debet operari reſpectu vnius, & reſpectu alterius deciſ.278.n.11.
Ivdicialis eſt vnus ex modis probandi conſuetudinem deciſ.375.n.20.
Iudiciales demonſtrant conſenſum populi ibid. num.21.
Meticvlosi non habentur in conſideratione deciſ.42.n.13.
Qvi dederunt Cauſam liti non veniunt attendendi deciſ.38.n 5.
Qui non ſonant in agere, ſed tantum in pati,non operantur conſenſum in Iuriſdictionem deciſ.43.n.7.
Qui fiunt poſt mediam noctem ſequenti die facti cenſentur deciſ.19.n.4.
Svbseqvens declarat antecedentem deciſ. 156. num.12.

ACTVM.

Impvgnare non poteſt, qui citatus illi præſens fuit,& tacuit deciſ.278.n.10.
Qvi facere prohibetur, multominus eo mediante poteſt alium impedire deciſ.375.n.22.

ADEMPTIO

Oneris ex quibus præſumatur? deciſ.231.n.6.

ADHOA

Est debitum Baronis deciſ.98.n.5.

ADIMPLEMENTI

Exceptio non adimplementi non poteſt opponi ei qui, nihil adimplere tenetur deciſ.28.n.3.
Item opponi nequit quando capitula ſunt diuerſa ibid.n.9.
Item nec etiam opponi poteſt ab eo, qui iam acquieuit contractui ibid.n.10.
Item nec opponi poteſt ab eo, qui prius adimplere tenetur deciſ.205.n.7.
Obſtat ei qui promiſſa non ſeruauit deciſ. 330. num.6.
Operatur tantummodò reſpectu illius, qui tenetur adimplere non autem reſpectu aliorum deciſ.28.n.5.
Quando cenſeatur remiſſa? deciſ.156.n.14.
Turbida non retardat obligationem cameralem deciſ.28.n.15.
Defectvs non poteſt opponi ab eo, qui contractum approbauit,& vigore illius pecunias exegit deciſ.321.n.9.
Item nec ab eo, qui habuit legitimum impedimentum, & iuſtam cauſam non adimplendi ibid.n.9.
Non ceſſat quod quis prætendat euincere bona ex alia cauſa, ſed potius probat illius contrauentionem deciſ.78.n.2.

ADIMPLEMENTVM

Conditionis probari debet ab eo, qui tenetur adimplere deciſ.209.n.4.
In his quæ habēt tractum ſucceſſiuum debet eſſe durabile,nec ſufficit momentaneū dec.78.n.4.
Praestandi fideiuſſores cenſetur remiſſum non ſolum ſi fructus integrè ſoluti fuerint, ſed etiam ſi illorum portio deciſ.186.n.5.
Qvando pendet à poteſtate promittentis, tunc promiſſio de faciendo obligationem inducit deciſ.41.n.5.
Qvando plures deficiunt in adimplemento contractus, tunc attenditur ſolum contrauentio primi deciſ.205.n.8.
Svbstitvtio purificatur per adimplementum conditionis deciſ.411.n.1.

ADIMPLENS

Contractvm Societatis non adimplens,non poteſt ex ea percipere lucrum deciſ.156.n.2.
In adimplendo deficiens non poteſt iuuari pactis in Inſtrumento contentis deciſ.99.n.3.
Mora in adimplendo ſi non attulit præiudicium pacti nō eſt habenda in cōſideratione,ibid.n.4.

ADIMPLERE

Contractvm non dicitur, qui actum malitiosè gerit deciſ.78.n.3.
Tenetvr qui ex illo agere intendit dec.150.n.10.

ADEVNDI

Ivs non eſt in bonis noſtris deciſ.105.n.10.

ADITIO

Haereditatis inducitur ex præſentatione facta ad Iuſpatronatus hæreditarium deciſ.85.n.6.
Indvcta non dicitur ex ſola delatione hæreditatis deciſ.129.n.3.
Non poteſt fieri à minore ſine ſolemnitatibus ibid.n.4.
Nec etiam à Procuratore ſine ſpeciali mandato deciſ.243.n.10.
Non præſumitur niſi probetur deciſ.410.n.1.
Ampla quamuis hæreditas ſit opulenta deciſ. 129.num.7.
Probari debet per actus neceſſarios, & concludentes, qui citra Ius, & nomen hæredis fieri non poſſint deciſ.129.n.1.
Aditione hæreditatis actiones confunduntur deciſ.335.n.10.
Ex Aditione hæreditatis in diuiſione facta inter primos hæredes probatur bona fuiſſe in bonis fideicommittentis deciſ.267.n.5.

ADIVDICATIO

Beneficii debita eſt ei, qui iuſtificauit omnia narrata in gratia deciſ.50.n.1.
Digniori, & habenti maiores qualitates deciſ. 174.n.1.& deciſ.234.n.2.& deciſ.215.n.1.
Habenti omnia requiſita neceſſaria ad illud obtinendum deciſ.214.n.6.
Parochialis debita eſt habenti maiorem ætatem deciſ.58.n.8.& deciſ.215.n.2.
Item ei, qui eſt in Sacerdotio antiquior deciſ. 58.n.9.& deciſ.215.n.3.
Item ei, qui per plures annos exercuit curam ani-

Digitized by Google

animarum deciſ. 58. num. 10.
Item ei, qui ad audiendas confeſſiones etiam Monialium, præpoſitus fuit ibid. num. 11. & deciſ. 215. n. 4.

IN ADIVDICATIONE

Beneficii nobilis præfertur ignobili deciſ. 215. num. 5.
Pavpertas eſt conſiderabilis deciſ. 174. num. 3. & deciſ. 215. n. 6.
Et multum operatur deciſ. 198. nu. 3. & deciſ. 204. num. 3.
Nec in concurſu ætas maior, & antiquius Sacerdotium operantur prælationem deciſ. 198. num. 4.
Praeferendvs eſt, qui per longum tempus inſeruiuit Eccleſiæ, in qua litum eſt deciſ. 174. num. 2.
Item qui habet maiores qualitates deciſ. 183. n. 1. & deciſ. 219. n. 3.
Item, qui non indiget diſpenſatione deciſ. 198. num. 5.

ADMINISTRATIO

Bonorvm, quando cenſeatur conceſſa executoribus Teſtamentarijs? deciſ. 71. n. 5.

ADMINISTRATOR

Qvilibet tenetur de neglectis deciſ. 188. n. 9.
Rervm Eccleſiæ, qui non contraxit cum perſona idonea tenetur ad damna, & intereſſe deciſ. 383. n. 8.
Si conſtituat ſe debitorem occaſione adminiſtrationis, veriſimile eſt, quod ſit talis deciſ. 237. n. 3.

ADMISSIO AD CAVSAM

Pro admiſſione ad cauſam ſufficit quod ſemiplenè, & apparenter conſtet de intereſſe deciſ. 53. n. 1. & deciſ. 244. n. 1.
Interesse ad hunc effectum, ex quibus probetur? deciſ. 53. n. 2. & deciſ. 208. n. 1.
Clavsvla *in ſtatu & terminis* in admiſſione ad cauſam, quæ operatur? deciſ. 53. n. 6.

ADNOTATIO

In libro non concludit regiſtrationem factam de eo tempore deciſ. 155. n. 19.

ADOPTATO

Ab aſcendente debetur legitima, ſecus ab extraneo, & in his terminis procedit *deciſ. 360. par. 5. recent. deciſ. 167. n. 3.*

ADVLTERI

Filivs, vt quis dicatur, quæ requirantur? deciſ. 334. n. 1.
Non poteſt dici, qui non probat ab eodem matrem cuſtoditam fuiſſe ibid. n. 2.

ADVLTERINVS

Filivs, & natus ex damnato coitu eſt inſucceſſibilis deciſ. 334. n. 10.

AEDIFICARE

In proprio ſolo vſque ad cœlum, cuilibet *licitum* eſt deciſ. 375. n. 1.
Amplia, etiamſi præiudicet vicino ibid. n. 2.
Ex pragmatica regni licitum eſt, dummodò 12. palmos diſtet à pariete vicini ibid. n. 3.
Qvis non præſumitur ad æmulationem ibidem num. 27.

AEDIFICII

Commixtio, ſi facta fuerit, quid ſit agendum? deciſ. 381. n. 12.

AEGIDIANA

An locum habeat in Ciuitate Anenionenſi deciſ. 43. n. 2.
An locũ habeat, quando agitur de mæro poſſeſſorio inter perſonas laicas, & de bonis merè laicalibus? deciſ. 10. n. 1. & deciſ. 124. n. 1.
Non habet locum inter perſonas Eccleſiaſticas deciſ. 162. n. 7.
Prohibet appellationem ſuſpenſiuam in petitorio deciſ. 112. n. 9.
Item à ſententia lata in mæro poſſeſſorio inter perſonas laicas deciſ. 285. n. 3.
Fallit, ſi in ſententia contineantur corpora Emphiteotica Eccleſiaſtica ibid. n. 4.
Item etiam quoad laicalia, ſi ſententia contineat etiam Emphiteotica ibid. n. 6.

AEGIDIANAE

Locvs non eſt, quando ſententia eſt iniuſta deciſ. 1. n. 1. & deciſ. 331. n. 1.

AEMVLATIO

Qvis ad æmulationem ædificare non præſumitur deciſ. 375. n. 75.

AEQVALITAS

In Iudicijs ſeruanda eſt deciſ. 107. num. 5. & deciſ. 303. n. 5.

AEQVALITER

Conivncti, & exiſtentes in pari gradu æqualiter ſuccedere debent deciſ. 33. n. 13.

AERARII

In Regno Neapolitano, an teneantur de inexactis? deciſ. 98. n. 2.
Datur eis merces & ſalarium ibid. n. 3.

AESTIMATIO

Bonorvm fieri nequit à perito, niſi illa videat, etiamſi viderit ante æſtimationem deciſ. 160. num. 7.
Facta non citata parte non afficit non citatum deciſ. 178. n. 7.
Mobilivm, etiamſi non extent fieri poteſt per peritos, quando illorum qualitas fuit deſcripta in Inuentario deciſ. 356. n. 2.
Et tunc peritorum relationi ſtandum eſt circa valorem mobilium ibid. n. 3.
Praedii probatur ex relatione peritorum deciſ. 380. num. 2.

IN AESTIMATIONE

Mobilivm ſtylus attendi debet deciſ. 356. n. 4.
Mvrorvm, non ſunt eligendi artifices, ſed Architecti deciſ. 246. n. 9.

AESTIMI

Liber, ſiue Cataſtri probat identitatem bonorum deciſ. 295. n. 2.

AETAS

Annorvm 21. ſufficit ad obtinendum Canonicatum deciſ. 393. n. 2.
Ingravescens verificatur in annis 60. deciſ. 155. num. 4.
Maior, & antiquius Sacerdotium non operantur prælationem in concurſu qualitatis paupertatis deciſ. 198. n. 4.
Probatvr ex fide baptiſmatis deciſ. 155. num. 3. & deciſ. 214. num. 4. & deciſ. 297. num. 8. & deciſ. 347. n. 2.
Reqvisita ab aliqua conſtitutione, ſi deficiat, collatio beneficij non ſuſtinetur deciſ. 214. num. 12.

AETATIS

Praerogativa, quando contemplata fuit à Teſtatore,tunc præfertur maior natu, non autem proximior deciſ.297.n.7.

AFFECTIO

Inter fratres, & ſorores præſumitur deciſ. 10. num.6.

Testatoris inſpicitur in ſubſtitutionibus deciſ. 33.num.7.

Nec poteſt cadere in incognitum deciſ. 401. numer.11.

AGNATI

Appellatione Conſanguineorum ſolū veniunt non autem Cognati ſecundum proprietatem ſermonis, & ex propria ſignificatione deciſ. 327.n.1.& deciſ.336.n.2.

Fallit, quando conſtat de vſu loquendi, & voluntate ſtatuētium in contrarium d.deciſ.327. n.2.& d.deciſ.336.n.3.

Item fallit ſi verbo *agnatis* iungitur verbum *affines* deciſ.327.n.3.

Item, quando ſinguli in alia parte ſtatuti ſpecialiter nominati fuerunt cum aliqua qualitate deciſ.336.n.6.

Appellatione proximiorum non ſolum veniūt ſed etiam cognati ibid.n.7.

AGNATIO

Et maſculinitas differunt inter ſe deciſ.145. numer.8.& 9.

Ex onere iniuncto hæredibus aſſumendi denominationem, arma, & inſignia contemplata cenſetur deciſ.222.n.5.

De Agnatione dicitur fœmina, licet agnationem non conſeruet deciſ.125.n.11.

AGNATIONIS

Conservandae ratio ceſſat, ſi fideicommiſſum fuerit conſtitutum à fœmina, & primo loco vocata alia fœmina deciſ.141.n.9.

Cessante ratione conſeruandę agnationis vocatio maſculorum comprehendit non ſolum maſculos deſcendentes ex maſculis, ſed iis deficientibus maſculos deſcendentes ex fœminis ibid.n.10.

Vniversale dicitur, ſi fuerit factum de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus deciſ.308.n.1.

FIDEIVSSOR

Non dicitur, ſed principalis qui promiſit penſionem ſoluere etiam poſt mortem titularis deciſ.355.numer.11.
Qvi ſoluit repetit ſolutum ab obligatis vna cum damnis, & intereſſe deciſ.79. numer.1.

FIDEIVSSORES

Praestandi onus cenſetur remiſſum ab eo, qui fructus Societatis officij recepit deciſ. 165. num.3.
Declara, vt hoc procedat pro tempore quo fructus recepit, ſecus verò illo elapſo ibidem num.4.
Item cenſetur remiſſum non ſolum ſi fructus integrè ſoluti fuerint, ſed etiamſi illorum portio ibidem num.5.
Non cenſetur perpetuo remiſſum per receptionem fructuum deciſ.190.n.2.
Sed talis receptio operatur remiſſionem præſtandi fideiuſſores pro tempore, quo illi fuerunt ſoluti ibidem nu.3.& 8.

FIDEIVSSORIS

Bona debent computari inter bona debitoris ad effectum, vt ipſe dicatur eſſe ſoluendo deciſ. 318.nu.11.
Obligatio cum omnibus indè ſequutis corruit, quando carceratio principalis eſt nulla deciſ. 361.nu.14.
Contra fideiuſſorem, & principaliter obligatum ſuffragatur indultum contra titularem à penſionario reportatum deciſ.195.num.2.

FIDES

Baptismatis probat filiationem iunctis adminiculis deciſ.109.num.3.
Probat ætatem deciſ. 214. num. 4. & deciſ.297. num.8.
Extraivdiciales factæ à perſonis notæ probitatis multum operantur deciſ.135.num.9.
Regulariter non probant deciſ.378.num.16.
Maior adhibetur ſcripturis, quam teſtibus deciſ.38.num.9.
Non facit fidem deciſ.279. num.8. & deciſ. 342. num.5.
Nvlla adhibenda eſt teſtibus inter ſe contrarijs deciſ.40.num.4.
Scriptvrae adimitur ex inueriſimilitudine deciſ.98.num.11.& deciſ.280.num.3.& 4.

FILIA

Dotare filiam eſt onus paternum deciſ.140.numer.6.& deciſion.142.num.9.
Et tale onus tranſit in quemcunque poſſeſſorem bonorum ipſius patris ibidem num. 19.

Fa.

Ex filiarum excluſione propter dotem, & propter filios,non poteſt deduci excluſio nepotum ad fauorem remotiorum, dum illis de dote non fuit prouiſum deciſ.145.num.14.

FILIATIO

Ex quibus coniecturis excludatur? deciſ. 334. num.7.

Probatvr ex fide baptiſmatis iunctis adminiculis deciſ.109.num.3.& deciſ.347.num.3.

Et quando non agitur ad effectum ſuccedendi contentatur leuioribus probationibus deciſ. 226.num.9.& dec.316. num.3.& 6.

Non probatur ex nominatione, quando illa apparet incidenter facta, & animo blandiendi deciſ.334.num.5.

Non probatur ex ſubminiſtratione alimentorum ibidem num.6.

Probari debet plene, & concludenter ad effectum ſucceſſionis ibidem num.9.

Respectv Patris remanet incerta, & æquiuoca, ſi pluribus ad matrē detur acceſſus deciſ. 353. num.2.

FILII

In conditione poſiti ceſſantibus coniecturis vocationem ſuadentibus non dicuntur diſpoſitiuè vocati deciſ. 145.num.2.

Amplia, vt hoc procedat non ſolum in tranſuerſalibus, ſed etiam in deſcendentibus ibidem num.3.

Licet in deſcendentibus leuiores requirantur ibidem num.4.

Amplia etiamſi diſpoſitio ſit facta per viam cōtractus,& donationis ibidem num.5.

In conditione poſiti, vt dicantur vocati, qualitas maſculinitatis non eſt ſufficiens coniectura, dum deficit ratio conſeruandæ agnationis ibidem num.6.

Etiam cum qualitate quod ſint legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio procreati non cenſentur diſpoſitiuè vocati ibidem num.10.& 11.

Et dicta qualitas potius apponi ſolet ex ſtylo Notariorum, quam ex voluntate Teſtatoris ibidem num.11.

Quando ſunt diſpoſitiuè vocati omnes admitti debent ibidem num.28.

Ex Statuto Vrbis cenſentur diſpoſitiue vocati deciſ.145.num.33.& deciſ.221. num.9. & deciſ.227.num.1.

Amplia tàm in diſpoſitione per viam vltimæ voluntatis,quam inter viuos deciſ.221.nu.10. & deciſ. 240.num.9.

Declara hoc procedere reſpectu portionis ipſius patris cuius reſpectu fuerunt poſiti in conditione non autem quoad portionem patrui, & Amitæ ibidem num.10.

In conditione poſiti, ex quibus coniecturis cenſeantur vocati? deciſ.145.num.34.

Cenſentur diſpoſitiuè vocati concurrentibus coniecturis deciſ.181.num.10.

Et pro coniectura facit primo,quod pluries fuerint poſiti in conditione ibidem num.11.

Secundo quod fuerint poſiti in conditione cum qualitate quod ſint legitimi, & naturales, & nati ab ipſis hæredibus ibidem num.12.

Tertio ſi in caſu obitus inſtitutorum ſine filijs vocati fuerint extranei ibidem num.13.

Quarto ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus ibidem num.14.

Quinto ex reciproca ſubſtitutione inter filios hæredes ſubſtitutos ibid.nu.15.

Sexto ex prohibitione detractionis legitimæ,& Trebellianicæ ibidem num. 16.

Septimo ſi in caſu deficientiæ lineę filiorum ſubſtituta fuerit Eccleſia ibidem num.17.

In conditione poſiti ceſſantibus coniecturis non cenſentur vocati deciſ.228.n.2.

Coniectura autem quod fuerint poſiti in conditione cum qualitate quod ſint legitimi, & naturales non eſt conſiderabilis ibid.num.3.

Nec minus alienationis prohibitio, quando non reperitur adiecta in caſu obitus ſine filiis, ſed in oratione ſeparata, & in caſu diuerſo non releuat ibidem nu.4.

Et ratio eſt, quia prohibitio alienationis merè perſonalis, & reſtricta ad certas perſonas non extenditur ad alios ibidem numer.5.

Amplia etiamſi fuerit addita ratio, vt bona remaneant in familia ibidem num.6.

In conditione poſiti concurrentibus coniecturis cenſentur vocati deciſ.229.n.12.

Et inter coniecturas ponderatur illa, ſi fuerint vocati ad portionem patrui nam facilius præſumuntur vocati ibidem num.13.

Item ſi Teſtator vſus fuerit verbo *linea, & gradu* quia dicta verba tanquam collectiua comprehendunt nepotes, & deſcendentes ibid. nu.14.

Item ſi filij fuerint poſiti in conditione cum qualitate maſculinitatis ibidem nu.16.

Item ſi fuerit additum, quod ſint de legitimo matrimonio procreati deciſ.229.n.17.

Sed coniectura huiuſmodi, quando eſt ſola, & concurrunt vrgentiores in contractu reprobatur à multis ibidem num.18.

Iuncta verò cum alijs multum operatur ibidem num.19.

Item digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus ibidem num.20.

Item vocatio fœminarum in defectum maſculorum ibidem num.21.

In conditione poſiti concurrentibus coniecturis cenſentur vocati deciſ. 257. numer. 16. & deciſ.341.n.13.

Ibidem enumerantur diuerſæ coniecturæ pro vocatione num.17.

Natvrales, an veniunt appellatione proximiorum? deciſ.316.n.2.

Repræſentant matrem in ſucceſſione fratris, & concurrunt cum matertera in ſtirpes,non autem in capita deciſ. 351. num.1.

Spvrii ſunt abominabiles, & exoſi deciſ. 334. numer.17.

Et in illis non poteſt conſiderari ius agnationis, vel cognationis ibid.num.18.

Non merentur nomen filiorum, ſed reputantur extranei ibidem num.19.

Declarantur authoritates contrariæ quod non procedant ad effectum ſucceſſionis ibidem num.20.

Vel quod loquantur de illegitimis, non autem de ſpuriis, adulterinis, & natis ex damnato coitu ibidem num.21.

Digitized by Google

Tam maſculi, quam fœminæ ſuccedunt æqualiter Matri deciſ. 66. numer.1.

F I L I I S

Nequit à patre præiudicium inferri in bonis prouenientibus ex fideicommiſſo auito deciſ.159.num.11.

Amplia, etiamſi filius ſit hæres patris, quando eſt hæres cum beneficio leg. & Inuent. ibid. num.12.

Pro immiſſione in bonis matris competit interdictum quorum bonorum deciſ.46.n.11.

F I L I O

A Patre præiudicium inferri nequit in bonis fideicommiſſi, in quibus ipſe ex propria perſona ſuccedit deciſ.183.numer.3. & deciſ.187. num.6.

Non pręiudicat renunciatio fideicommiſſi facta à matre deciſ.181.nu.21.

Præſertim, ſi talis renunciatio fuit facta ante illius purificationem ibidem num.22.

Huiuſmodi enim renunciatio tacitam habet cõditionem, ſi ſucceſſio ei deferatur ibidem num.23.

Amplia, etiamſi filius ſit hæres matris ibidem num.24.

Et tali caſu non impugnatur renunciatio, ſed dicitur illam non comprehendere ius filio competens ibidem num.25.

F I L I O R V M

Appellatione in conditionibus veniunt nepotes deciſ.335.n.13.

Regulariter non veniunt Nepotes deciſ. 257. num.9.

Veniunt, quando Teſtator contulit diſpoſitionem in tempus remotiſſimum deciſ. 229. num.9. & dec.257.num.15.

Non veniunt nepotes ſecundum proprietatem ſermonis deciſ.34.num.4.& deciſ.159.nu.10.

Amplia pręſertim quando agitur de grauamine ibidem num.34.

Item Amplia, quando conſtat de contraria voluntate Teſtatoris ibidem num.6.

Non veniunt nepotes, quando Teſtator loquutus fuit de filijs ſuis ibid.nu.7.

Item quando expreſſit de filijs ex proprio corpore procreatis ibidem num.8.

Item, quando Teſtator diſcretiue loquutus fuit de filijs, & de nepotibus ibid.n.9. & 10.

Appellatione, an veniant Nepotes quando Teſtator reſpexit ad tempus futurum? ibidem num.11.

Non veniunt Nepotes, quando agitur de deſcendentibus ibidem num.13.

Fallit, quando adſunt coniecturæ in contrariũ ibidem num.14.

Item non veniunt Nepotes, quando agitur de alterius grauamine, licet de fauore ipſorum Nepotum ibidem num.15.

Appellatione non venit Monaſterium quando Teſtator loquutus fuit de filijs veris, & non fictis d.deciſ. 34.nu.3.

F I L I V S

Agendo vti hæres efficitur hæres deciſ. 109. numer.4.

Ergo hæres procedit agendo, non excipiendo deciſ.129.n.2.& dec.410.nu.2.

Approbans Teſtamentum paternum, non poteſt amplius illud impugnare deciſ.300.n.5.

Adulterinus eſt abominabilis deciſ.315.nu.8.

Adulteri, vt quis dicatur quæ requirantur? deciſ.334.numer.1.

Non poteſt dici, qui non probat ab eodem matrem cuſtoditam fuiſſe ibidem nu.2.

Consentire non cenſetur ſecundis nuptijs, nec remittere pœnas *l. fœmina*, etiamſi fuerit author ſecundi matrimonij deciſ.72.numer.8.

Et tunc requiritur conſenſus expreſſus, nec ſufficit tacitus ibidem num.9.

Cenſetur cenſentire ſecundis nuptijs ob mętum reuerentialem ibidem numer.10.

Et etiamſi conſenſiat, non propterea cenſetur remittere matri pœnas *l. fœmina* ibidem nu.11.

Et vt dicatur renunciare iuri ſibi competenti ex text. *in l. fœminæ*, neceſſe eſt, vt de illo certioratus fuerit ibid.num.12.

Habens bona ex ſucceſſione alterius fratris, tunc bona quamuis proueniant ex Patre, non conſiderantur paterna, ſed fraterna dicta deciſ. 72. num.19.

In patronatu gentilitio, ſi in præſentando enunciauerit ſe patris hæredem, qualitas hæreditaria cenſetur appoſita demonſtratiuè, non taxatiuè deciſ.106.n.10.

Vel ſaltim verbum *hæredes* debet intelligi de hæredibus ſanguinis ibid.n.11.

Nec admittitur filius ad præſentandum vna cum patre in Iurepatronatus hæreditario ibidem num.8.

In conditione poſitus, quamuis ſubſtitutum excludat, non tamen cenſetur vocatus dec.335. numer.19.

Natus in figura matrimonij præſumitur potius patris, quam adulteri deciſ.226. nu. 10. & deciſ.316. nu.4.

Sed talis præſumptio non conſiſtit in ſolo matrimonio, ſed in cohabitatione Coniugum, & acceſſu mariti ad Vxorem deciſ.226.n.11.

Licet quis præſumatur potius legitimus, quam ſpurius, hoc tamen procedit fauore ipſius, non autem in eius odium ibid.n.12.

Et aliquando quis deſcribi ſolet in libro Baptiſmi propter honorem Coniugum, & ad occultandum adulterium ibidem numer.13.

Natus ex muliere, quæ plures admiſit ad concubitum non poteſt oſtendere patrem deciſ. 334.num.4.

Non amittit ciuilitatem, originis licet alibi inhabitauerit, & domicilium contraxerit deciſ. 312. num.2.

Praesumitur pauper, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi deciſ.226.n.4.

Qui inuentarium non confecit, & bona alienauit, non poteſt detrahere legitimam dec. 335. num.9.

Subintrans in locum patris, ſuccedit tanquam filius, non tanquam nepos deciſ.176.n.26.

Spurius, & non legitimatus eſt incapax ſucceſſionis deciſ.315.num.7.

Spurius, & adulterinus, & natus ex damnato coitu eſt inſucceſſibilis deciſ.334.num.10.

Excluditur à ſucceſſione patris, non autem collateralium ibid.num.11.

Non ſuccedit in bonis paternis comprehenſis in pupillari ſubſtitutione ibid.n.13.
Et tali caſu fit ſeparatio bonorum ibid.n.14.
Non venit appellatione filiorum legitimorum, & naturalium deciſ.388.n.6.
Si fuerit à teſtatore excluſus, habetur,ac ſi non eſſet in rerum natura ibidem num. 7.
Ad filium ſpectant in proprietate bona dotalia matris deciſ.377.n.2.

FILIVS FAMILIAS

Obligatio filij familias ſine ſolemnitatibus non ſubſtinetur deciſ.382.n.8.
Habitans ſeorſum à patre non habetur pro patre familias, niſi publicè reputetur pro tali ibid.n.12.

FOEMINA

Licet non conſeruet agnationem, dicitur tamen de agnatione deciſ.125.nu.11.
Et per vocationem fœminæ de familia non ceſſat ratio agnationis ibid.num.12.

FOEMINAE

Admittuntur ad præſentandum ad Iuſpatronatus hæreditarium deciſ. 300.nu.3. & deciſ.313. num.10.
Licet agnatæ, & deſcendentes ex linea maſculina, non continentur tamen ſub linea maſculina deciſ. 341.num.5.
Nec deſcendentes ab eis admittuntur ad præſentandum in patronatu gentilitio, vel mixto deciſ.106.nu.6.
Succedunt æqualiter vna cum maſculis ſublata omni differentia ſexus deciſ.258.num.6.
Semel excluſæ cenſentur perpetuo excluſæ deciſ.341.n.14.
Veniunt etiam appellatione proximiorum deciſ.384.nu.5.

FORMA

Brevis eſt omnino ſeruanda deciſ.55.num.4. & deciſ.378.nu.2.
Et quando non fuit ſeruata, tunc intrat arbitriū pro retardatione executionis dictā deciſ. 55. num.5.
Certa quando eſt præſcripta, illa aduenguem ſeruari debet deciſ.97. nu.7.

FRATER

Consobrinus concurrit cum vtrique coniuncto in bonis fideicommittentis deciſ.33.num.4.
Secus vero in bonis proprijs ipſorum fratrum prædefunctum ibid.num.5.
Consanguineus ſuccedit fratri ſuo in bonis paternis, ſicuti vterinus in maternis deciſ. 327. num.10.
In ſubſidium tenetur dotare ſororem deciſ. 83. nu.6.
Et ſoluendo dotem ſororis ex bonis paternis dicitur gerere negotium proprium, & ſatisfacere propriæ obligationi ibidem num.7.
Praesumitur magis diligere fratrem vtrinque coniunctum, quam ex latere tantum dec. 66. num.5.

FRATRES

Vtrinque coniuncti præferuntur fratribus ex latere tantum deciſ.46.num.7.
Inter fratres, & ſorores præſumitur affectio deciſ.10. nu. 6.
Cum fratribus æqualiter ſuccedit ſoror in bonis matris deciſion. 46. numer. 1.

FRAVS

In ſcribente ex quibus excludatur? deciſ. 271. num.11.
Præſumptio fraudis ceſſat in ſcribente, quando ſcriptura ſumit vires à manu,& ſubſcriptione Teſtatoris ibid.num.12.
Item ceſſat attenta legalitate perſonæ ibidem num.13.

FRVCTVS

Ante motam litem non veniunt in Iudicio manutentionis deciſ.61.nu.8.
Fallit, quando fructus non petuntur tanquam quid acceſſorium ad ipſam rem, ſed tanquam ſors, & iure dominij ibid.n.9.
A die motæ litis imputantur hæredi in prætenſas detractiones deciſ.167.nu.7.
A die motæ litis iudicialiter introductę debentur deciſ.253.nu.1.& deciſ.309.nu.2.
A poſſeſſore bonæ fidei non debentur, niſi à die motæ litis deciſ.380. numer.9.
Augent hæreditatem poſtquam hæres eſt conſtitutus in mala fide deciſ.391.nu.3.
Antequam verò conſtituatur in mala fide facit fructus ſuos ibidem num.8.
Accessorij ſunt ad ſortem deciſ. 398.num.6.
Debentur à die motæ litis iudicialiter introductæ deciſ.253.nu.1.& deciſ. 309.num.2.
Item debentur ex pecunia, quando ex pacto illa erat inueſtienda deciſ.277.n.10.
Et ratio eſt, quia de illa iudicatur, ſicuti de ſpecie ibidem num. 11.
Declara id procedere, quando onus inueſtiendi ſpectat ad debitorem, ſecus ſi ad creditorem deciſ. 277. numer. 12.
Dotis taxantur ad rationem ſeptem iuxtà conſuetudinem loci deciſ.312.n.1.
Et ex Statuto Vrbis taxantur ad rationem 7. deciſ.407.n.12.
Etiam veniunt appellatione rerum deciſ. 411. num.12.
Et intereſſe non debentur ſine mora deciſ. 251. num.7.
Haeres non facit fructus ſuos, poſtquam ſunt detecti creditores, & ipſe conſtitutus eſt in mala fide deciſ.350.n.10.
Et tali caſu habetur pro cuſtode, & adminiſtratore fructuum ibidem num.11.
Suos facit quilibet hæres fideicommiſſo grauatus deciſ.401.n.3.
Habent eandem anterioritatem, quam habet ſors principalis deciſ.398.n.7.
In ſtabilibus debentur ad rationem quinque pro centenario deciſ.251.num.10.
Non debentur poſt extinctum cenſum deciſ.250 num.7.
Nec minus debentur ex ſimplici credito pecuniario, non interuenientibus requiſitis Caſtrenſis deciſ.277.num.1.
Non debentur ex pecunia, quę non parit pecuniam deciſ.116.num.1.& deciſ.291.n.1.
Item, nec ex ſecundo contractu creato pro extinctione primi, ſi ex primo illi non debentur deciſ.302.n.15.
Non producuntur ex mutuo deciſion. 389. numer.3.

Percepti per extraneum imputantur in Trebellianicam deciſ.167.n.4.

Percepti à die motæ litis veniunt reſtituendi deciſ.170.n.15.

Ante motam litem ſunt reſtituendi à malefidei poſſeſſore deciſ.177.n.5.

Qui dicit fuiſſe perceptos probare debet deciſ. 230.num.3.

Recompensativi, debentur ab eo, qui retinet rem & pretium deciſ.223.n.3.

Societatis recipiens, cenſetur remittere onus præſtandi fideiuſſores deciſ.156.n.1.

Declara, vt hoc procedat à tempore, quo fructus recepit, ſecus verò illo elapſo, ibidem num.4.

Et quamuis pro parte recepti fuerint nihilominus important ratificationem contractus deciſ.190.n.4.

Ratificatio contractus cenſetur, ac onus implendi remiſſum pro illo ſemeſtre pro quo fructus in aliqua quantitate fuerunt recepti, ibid.num.8.

Stabilium præſumuntur reddere quinque pro centenario ibid.n.2.

Soluti ex ſimplici credito debent in ſortem computari deciſ.277.n.2.

Amplia etiamſi ſcienter, & ſpontè ſoluti fuerint ibid.n.3.

FRVCTIBVS

In liquidandis fructibus Rota ad euitandas expenſas, vtitur aliquando Informationibus extraiudicialibus deciſ.386.n.8.

Et admittit probationes leuiores, quando de perceptione non dubitatur deciſ.386.n.9.

Pro fructibus dotalibus conſequendis Interpellatio non eſt neceſſaria contra eum, qui eſt obligatus ad illius reſtitutionem deciſ.407. num.13.

Et multo minus, ſi promiſerit ſoluere eoſdem fructus ibid.n.14.

FRVCTVVM

Liquidatio eſt difficilis probationis deciſ. 177. num.1.

Contentatur leuioribus probationibus, quando perceptio non controuertitur, & quæritur tantum de quantitate deciſ.ibid. num. eod. & deciſ.386.n.9.

Cum ſit difficilis probationis admittit præſumptiones, & coniecturas, & probationes a ſolito, & conſueto deciſ.236.n.9.

Maximè in odium illius, qui omiſit deſcribere fructus, & cuius culpa reddita fuit impoſſibilis melior probatio ibid.n.10.

Quæ eſt conformis relationi peritorum, & taxationi legali, dicitur iuſta, & venit attendenda deciſ.236.n.11.

Regulari non debet ex redditu vnius anni, ibid. num.15.

Perceptio non præſumitur ex poſſeſſione Inſtrumentali, niſi quoque probetur actualis exactio deciſ.77.n.8.

Probatur ex Teſtibus formiter examinatis deciſ. 247.num.1.

Item ex confeſſione partis, quæ ſuperat omnem aliam probationem ibid.n.2.

Quantitas fructuum perceptorum probatur ex deſcriptione facta de ordine Iudicis, ibidem num.11.

Receptio in contractu Societatis officij non operatur perpetuam remiſſionem præſtandi fideiuſſores deciſ.190.n.2.

Operatur remiſſionem præſtandi fideiuſſores pro tempore, pro quo illi fuerunt ſoluti, ibidem num.3.

Valor in materia attentatorum probatur etiam ex atteſtationibus extraiudicialibus deciſ. 247. num.12.

Et in liquidatione valoris fructuum quando agitur de attentatis, poteſt Iudex etiam extraiudicialiter ſe informare ibid.n.13.

FRVMENTI

Infirmando valore attenditur pretium medium non autem ſupremum, aut infimum dec.302. num.8.

Pretium probatur ex libro Annonæ deciſ. 225. n.9.& deciſ.247.n.3.

Item ex fide deputatorum ſuper abundantia deciſ.247.n.4.

Maximè quando eſt adminiculata, ibid.n.5.

Regulatur à ſolito illius loci, in quo fuit recollectum deciſ.225.n.10.

Præſumitur iuſtum ſi ità vendi ſolet in publico foro deciſ.236.n.8.

Non præſumitur poſt triennium extare deciſ.308. n.14.& deciſ.344.n.9.

Tanti taxatur, quanti vendebatur de tempore expirati triennij deciſ.344.n.10.

Valor iuſtificatur ex Teſtibus deciſ.309.n.5.

Item ex libris publicis Ciuitatis ibid.n.6.

FRVSTRA

Quis petit quod intus habet deciſ.240.n.11.

FVNDATIO

In fundatione Iuriſpatronatus, quinam fuerint comprehenſi, declaratur ex obſeruantia deciſ.102.n.7.

FVNDVS

Censitus præſumitur reddere fructus ſufficientes pro ſolutione fructuum Cenſus deciſ. 350. num.7.

Dotalis, quando fuit conſtitutus, tunc incrementum, vel decremẽtum rei ſpectat ad vxorem deciſ.127.n.10.

Pro fundo dotali bona ſi ſunt data, tunc remanent in dominio naturali vxoris, licet tranſeant in dominium ciuile viri ibid.n.11.

FVRTVM

Debet concludenter probari ab allegante deciſ. 405.num.5.

G

GEMINATIO

Verborum magis oſtendit intentionem, & voluntatem Teſtatoris deciſ.293.n.6.

Et repetitio confeſſionis arguit illius veritatem deciſ.306.n.7.

GERVNDIVM

Erigendi importat futurum deciſ.197.n.2.

GLOSS. FINAL.

In capite cum tempore de arbitr. in terminis exemptionis reprobatur ab Abbate deciſ.17.

Digitized by Google

ciſ. 17. numer. 5. & 6.

GOMES

Opinio, & aliorum reijcitur deciſ.41.n.19.

GRADV.

Vno caducato in fideicommiſſis perpetuis, ſuccedit alter deciſ.229.n.15.

Caducato, ſequens admittitur, ac ſi præcedens non eſſet ſcriptus, quando ſubſtitutio eſt compendioſa, & continet vulgarem deciſ.388. num.10.

Amplia, etiamſi adſint verba *poſt eum*, quia non important ordinem ſuccedendi conditionalem excludunt vulgarem contentam in compendioſa ibid.n.11.

Fallit, quando conſtat de contraria voluntate Teſtatoris ibid.n.12.

Item fallit, quando ſubſtitutiones ſunt ſubordinatæ ad primam ibid.n.13.

GRADVS

Doctoratvs, & Baccalaureatus, vide in verbo *Doctoratus*, & in verbo *Baccalaureatus*.

Per Patris mortem non corrumpitur, ſed repræſentatur deciſ.176.n.17.

GRATIA

Apostolica recipit ſuum eſſe à die ſignatæ ſupplicationis deciſ.161.n.8.

Non tribuit Ius ponſiderabile ante regiſtrationem, ſi interim Papa ſupplicationem laceraverit, vel alias mutauerit voluntatem ſuam, ibid.num.9.

Non dicitur iuſtificata, ſi narrans non probauit ſe præſentatum à medietate Patronorum deciſ.256.n.4.

Ante regiſtrationem habet implicitum ſtatum validitatis deciſ.161.n.13.

Debet plenè, & concludenter iuſtificari, præſertim circa incapacitatem prouiſi deciſ. 393. num.1.

Ex nouo ſtylo Datariæ, quando dicatur perfecta? deciſ.191.n.9.

Est nulla, & ſubreptitia, ſi præſentans non iuſtificat narratiuam ſe habere medietatem vocum deciſ.296.n.1.

Fvndata in delicto, vel incapacitate alterius, eo citato iuſtificari debet deciſ.390.n.5.

Facvltatis teſtandi conſiderari debet ſecundum tempus, quo ſublimiorem formam recepit, nempè à die ſignatæ ſupplicationis deciſ.161. num.12.

In forma dignum ante illius executionem non conſumit vacationem deciſ.288.n.3.

Ivstificata præſumitur, quando fuit executioni demandata deciſ.396.n.2.

Et quando non eſt iuſtificata non venit exequēda deciſ.360.n.7.

Perficitvr ſola Signatura ſupplicationis deciſ. 395.num.8.

Qvando eſt iuſtificata, venit exequenda deciſ. 260.num.17.

Secus verò quando non eſt iuſtificata deciſ. 360. num.7.

Restricta ad certum modum vacationis, eo non iuſtificato, ex alio ſuſtineri non poteſt deciſ.119.n.10.

Resignationis antiquitus non dicebatur perfecta, niſi poſtquam regiſtrata fuerit in officio maioris datæ deciſ.191.n.7.

Et ratio erat, quia ante non aderat conſenſus partium, à quo totalem perfectionem recipiebat ibid.n.8.& ſeqq.

Et quando ex nouo ſtylo Datariæ dicatur perfecta? ibid.n.9.

Perficitur per conſenſum partium præſtitum in Camera, vel Cancellaria, & per Signaturam Papæ ibid.n.13.

Redditvr ſubreptitia non facta mentione litis deciſ.256.n.11.

Si neutri eſt conditionalis deciſ.366.n.1.

Deficiente iuſtificatione eſt inexiqnibilis, ibid. num.7.

Vt operetur ſuum effectum debet expectari litis euentus ibid. n.8.

Tendens in alterius præiudicium, non poteſt exequi ipſo non citato deciſ.121.n.6.

Vitiatvr ex mala expreſſione valoris deciſ. 76. num.15.

Item ex falſa narratiua deciſ.311.n.9.

Item ſtante ſubreptione deciſ.408.n.2.

Amplia, quamuis illa ſit conceſſa motu proprio ibid.n.3.

In gratia non omnia narrata ſunt iuſtificanda, ſed tantum ea, quæ mouent Papam ad concedendum deciſ.282.n.20.

GRATIAE

Incompatibilitas declarat defectum intentionis deciſ.76.n.13.

Registratio de tempore, quo reperiebatur reuocata, nec erat amplius in rerum natura non eſt attendenda deciſ.161.n.15.

GRATIFICARE

Papa cenſetur, derogando medietati vocum tantummodò in illarum paritate deciſ. 256. num.3.

Gratificatio non habet locum, niſi in paritate vocum deciſ.300.n.7.

GRAVATI

Proximitas non eſt attendenda, quando apparet Teſtatorem reſpexiſſe ad ſuam deciſ.33.n.6.

GRAVATVS

Fideicommisso facit fructus ſuos deciſ. 401. n.3.

H

HABILIS

Et idoneus, ſi quis fuerit iudicatus, non eſt veriſimile, quod poſtea inhabilis effectus fuerit deciſ.107.n.3.

Qui ſemel fuit ſemper præſumitur talis, ibidem num.4.

HABILITAS

Ad obtinendum beneficium, probatur ex relatione examinatorum deciſ.214.n.5.

De præſenti non concludit habilitatem de tempore prouiſionis deciſ.103.n.2.

Praesentati probatur ex litteris presbyteralibus deciſ.144.n.5.

Item ex fide Examinatorum, & ex literis patentibus ordinarij deciſ.193.n.3.

Probari debet de tempore primi examinis, & collationis beneficij, non autem poſt deciſ. 103.num.1.

RESPECTV ſcientiæ non poteſt melius apparere, quam per examen de nouo faciendum decіſ. 307.n.9.& deciſ.393.n.15.
Reſpectu litteraturæ probatur ex relatione Epiſcopi facta præcedente nouo examine deciſ. 393.num.14.

HABITARE

DICITVR in loco, qui ibi domum, & familiam retinet deciſ.152.n.10.

HABITATIO

TANTVM ſi fuerit relicta reſpectu ad ſeruitium perſonale, tunc non veniunt apothecæ deciſ. 35.num.1.
Et quando veniant? ibid.n.2.& ſeqq.
DOMVS habitatio ſi fuerit relicta, cenſetur relictus vſusfructus, & locari poteſt, ibidem num.9.

HAEREDEM

ALIQVEM eſſe, probatur ex teſtamento, & ex additione hæreditatis deciſ.48.n.7.
AD hæredem ſpectat ante reſtitutionem fideicommiſſi vſusfructus bonorum fideicommiſſariorum decіſ.71.n.3.
Fallit, quando aliter fuit à Teſtatore diſpoſitum ibid.n.4.
IN hæredem tranſeunt actiones omnes defuncto competentes tam actiuè, quàm paſſiuè deciſ. 83.n.3.& deciſ.337.n.5.
PENES hæredem remanet iuſpatronatus, ac Ius præſentandi deciſ.85.n.5.

HAEREDES

COMPREHENDVNTVR in Contractibus, quamuis de illis non fuerit facta expreſſa mentio deciſ. 111.num.12.
ETIAM extranei comprehenduntur ſub clauſula, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque* deciſ. 145.num.20.
SI ſunt plures vnuſquiſque tenetur pro rata deciſ.171.n.1.& deciſ.227.n.9.
NEC poſſunt conueniri inſolidum actione perſonali deciſ.350.n.16.
AD hæredes Societas ex pacto non poteſt fieri tranſitoria deciſ.345.n.2.
Socij demortui Societas non tranſit, quamuis pactum ſit iuramento vallatum ibid.n.5.
Et redditur ratio, quia Societas cum perſona incerta conſiſtere non poteſt ibid.n.6.
Tranſit Societas vectigalium,& publicarum rerum ibid.n.8.
Vſufructuarij non tranſmittitur vſusfructus, ſed conſolidatur cum proprietate deciſ.411. numer.3.
LEGATVM non agnitum tranſmittitur deciſ. 276. num.11.
INTER hæredes diuiſio inita probat bona fuiſſe in bonis Teſtatoris deciſ.276.n.4.

HAEREDI

COMPETIT manutentio eodem modo,quo competebat defuncto mediante Iudicio per ipſum cœpto deciſ.43.n.6.
CREDITORIS competit nedum retentio,ſed etiam ſingulari ſucceſſori deciſ.240.n.2.
GRAVATO fieri poteſt cenſus reſtitutio deciſ. 116. num.15.
IMPVTANTVR fructus in prætenſas detractiones à die motæ litis deciſ.167.n.7.
LEGATVS ſi fuerit vſusfructus tunc illum non conſequitur Iure Legati, ſed titulo hæreditario deciſ.269.n.7.
RETENTIO nedum competit hæredi creditoris, ſed etiam ſingulari ſucceſſori deciſ. 240. numer.2.
Non datur pro debitis ſolutis cum pecunijs hæreditariis deciſ.350.n.8.
TESTAMENTVM exhibenti non vitiatur, nec cancellatum competit remedium l.fin. deciſ.305. num.1.
VLTIMI poſſeſſoris debetur manutentio, non autem proprietario, quando deuolutio eſt dubia deciſ.272.n.5.

HAEREDIBVS

COMPETIT reſtitutio in integrum ex capite probabilis ignorantiæ deciſ.62.n.12.
Ignorantia præſumitur in hæredibus, ibidem num.12.

HAEREDIS

BONA propria non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi deciſ.281.n.8.
CONFESSIO plurimum operatur ad declarandum voluntatem defuncti deciſ.111.n.13.
INSTITVTIO non eſt incompatibilis cum liberatione à redditione rationis deciſ.305.n.4.

HAERES

ACCEPTANS onus à Teſtatore iniunctum, non poteſt illud controuertere deciſ.295.n.9.
ADEVNDO ſimpliciter remanet obligatus etiam in bonis proprijs deciſ.177.n.4.
ADIMPLERE dicitur legatum certæ ſpeciei cedendo ſpeciem deciſ.276.n.5.
Declara, vt hoc procedat, ſi talis ſpecies extet in hæreditate ibid.n.6.
Secus ſi culpa hæredis præſtari non poteſt, tunc enim hæres tenetur ad extimationem ibidem num.7.
APPROBARE dicitur legatum mediante illius ſolutione deciſ.271.n.14.
Et ſoluendo, & approbando legata videtur contrahere cum legatarijs ibid.n.15.
CVM beneſic.leg.& Inuent.preſeruatur à damno non autem à lucro deciſ.83.n.4.
Tenetur tamen pro viribus hæreditarijs, ibidem num.5.
Tenetur ſeruare factum defuncti pro viribus hæreditarijs deciſ.101. num.2.& deciſ.183.numer.5.
Poteſt tamen factum defuncti tanquam nullum impugnare deciſ.72.n.23.
Non impeditur reuocare bona fideicommiſſi alienata per eius authorem ibid.n.4.
Non tenetur vltrà vires hæreditarias deciſ. 185. num.2.
Non facit fructus ſuos poſtquam ſunt detecti creditores, quibus rationem reddere tenetur ibid.num.4.
Non poteſt ſoluere creditoribus poſterioribus, quando ſcit adeſſe anteriores ibid.n.5.
Habetur pro non hærede deciſ.243.n.8.
Repræſentat duplicem perſonam, & habetur pro tertio ibid n.9.
DETECTIS creditoribus, & poſtquam eſt conſtitutus in mala fide, tenetur reddere rationem de fructibus hæreditarijs deciſ.3.n.7.

Nec

Necſ acit fructus ſuos deciſ.350.num.10. Et tali caſu habetur pro cuſtode, & adminiſtratore fructuum ibid.n.11.

Et tunc fructus augent hæreditatem deciſ. 391. num.7.

Antequam tamen conſtituatur in mala fide facit fructus ſuos ibid.n.8.

De euictione tenetur, quemadmodum tenebatur defunctus principaliter obligatus deciſ. 83.num.2.

Detrahere non poteſt ſua credita, ſi bona fideicommiſſaria alienauit, & Inuentarium non confecit, nam intrat præſumptio ſatisfactionis, vel ſubtractionis bonorum deciſ. 167. num.5.

Describendo bona in Inuentario fatetur illa eſſe hæreditaria deciſ.337.n.2.

De bonis Inuentariatis ſi rationem non reddidit, poteſt moleſtari in perſonam & bonis proprijs deciſ.350.n.2.

Efficitur filius, ſi agit vti talis deciſ. 109. numer.4.

Fructus ſuos facit, & nihilominus deducit ſua credita deciſ.1.n.12.

Gravatus poteſt deducere ſua credita aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem, etiam non confecto Inuentario deciſ.1.n.4.

Fallit quoad creditores, & legatarios quorum reſpectu, tenetur etiam de proprio, ibidem num.5.

Facit tamen fructus ſuos, & deducit ſua credita ibid.n.12.

Si bona fideicommiſſi alienauit, tunc bona alienata præſumũtur æquare detractiones per eum prætenſas deciſ.108.n.15.

Vel ſaltim onus probandi bona alienata detractiones non æquare illi incumbit ibid.n.16.& deciſ.124.n.8.

Alienans bona fideicommiſſi, tunc talis alienatio ſuſtinetur pro rata, pro qua competunt detractiones deciſ.111.n.4.

Tranſigendo non præiudicat fideicommiſſario, quominus poſſit immiſſionem petere ſuper bonis per tranſactionem dimiſſis deciſ. 131. num.5.

Poteſt fideicommiſſum agnitum cedere fideicommiſſario deciſ.153.n.4.

Fructus ſuos facit deciſ.401.num.3.

Qui bona fideicommiſſaria alienauit, tenetur ad reintegrationem fideicommiſſi deciſ.235. numer.1.

Amplia ſiue ſcienter, ſiue ignoranter alienauit, ibid.num.2.& deciſ.308.num.12.& deciſ.344. num.8.

Et eſt in poteſtate fideicommiſſarij agere pro pretij reſtitutione, vel pro bonorum recuperatione ibid.n.3.

Inventarium conficere tenetur, & de bonis Inuentariatis rationem reddere deciſ.3.n.1.

Et qui non reddit rationem de bonis Inuentariatis poteſt moleſtari, etiam in bonis proprijs ibid.num.2.

Qui non confecit Inuentarium, & bona fideicommiſſi alienauit non poteſt detrahere legitimam & Trebellianicam, quia præſumitur illas conſumpſiſſe deciſ.181.n.27.

Legitimæ & Trebellianicæ conſumptio probatur ex confeſſione partis ibid.n.28.

Inuentarij defectus, & alienatio bonorum inducit præſumptionem, quod hæres fuerit ſatiſfactus de eius creditis ibid.n.29.

Et allegant contrarium incumbit onus probandi ibid.n.30.

Impugnare non poteſt Inſtrumentum, quod eius author approbauit deciſ.131.n.11.

Nec impugnare valet factum defuncti dec.159. n.14.& deciſ. 183.n.2.

Nec minus confeſſionem defuncti poteſt impugnare deciſ.220.n.4.

Non poteſt propriam promiſſionem impugnare deciſ.343.n.2.

In dubio præſumitur ſoluere cum pecunijs hæreditariis deciſ.350.n.9.

Legitimam & Trebellianicam detrahere non poteſt, ſi Inuentarium non confecit, & bona fideicommiſſi alienauit, quia præſumitur illas conſumpſiſſe deciſ.181.n.27.

Conſumptio legitimæ, & Trebellianicæ probatur ex confeſſione partis ibid.n.28.

Non poteſt legitimam detrahere ſi mediante generali acceptatione approbauit teſtamentum cum onere illam non detrahendi deciſ. 235. num.6.

Fortius ſi adſit acceptatio ſpecialis etiam reſpectu legitimæ ibid.n.7.

Matris cum benef.leg. & Inuent. poteſt opponere de tranſitu illius ad ſecundas nuptias deciſ.72.n.22.

Non poteſt venire contra factum proprium, & impugnare propriam promiſſionem dec.343. num.2.

Putativus tenetur reſtituere hæredi verò omnia bona hæreditaria per eum habita dec.356. num.1.

Qui non reddit rationem de bonis Inuentariatis poteſt moleſtari etiam in bonis proprijs deciſ.3.num.2.

Quis non præſumitur, niſi probetur quod ſit talis deciſ.83.n.12.

Sanguinis venit appellatione hæredis, quamuis non ſit hæres bonorum deciſ.357.n.7.

Quod facilius procedit, quando Teſtator vocauit hæredes maſculos ibid.n.8.

Si eſt creditor defuncti, tunc actiones confunduntur deciſ.243.n.6.

Fallit, ſi hæreditatem adiuit cum benef. leg. & Inuentarij ibid.n.7.

Transigentis non poteſt impugnare tranſactionem deciſ.101.n.1.

Tenetur ſeruare factum defuncti, quatenus vires hæreditariæ ſuppetunt deciſ.183.n.5.

Vnus ex pluribus eundem gradum obtinentibus poteſt totum petere, ſi alij non inſtent deciſ.63.n.16.

Vsumfructum Vxori relictum cum ipſo communicabilem conſequitur Iure hæreditario, non autem legati deciſ.298.n.3.

HAEREDITAS

Semel adita amplius repudiari non poteſt deciſ. 85.num.7.

Viventis non datur deciſ.308. nu.16.

HAE-

HAEREDITATIS

Aditio probari debet per actus neceſſarios, & concludentes, qui citra Ius, & nomen hæredis fieri non poſſunt deciſ.129.n.10.
Non inducitur ex ſola delatione ibid.num.3.
Fieri nequit à minore abſque ſolemnitatibus, ibid.num.4.
Non præſumitur, quamuis ſit opulenta, ibidem n.7.& deciſ.410.n.1.
Non poteſt fieri à Procuratore ſine ſpeciali mandato deciſ.243.n.10.
Ex aditione hæreditatis, & diuiſione facta inter primos hæredes probatur bona fuiſſe in bonis fideicommittentis deciſ.267.n.5.
Aditione confunduntur actiones deciſ.335.numer.10.
Repvdiatio fieri non poteſt ab Eccleſia ſine beneplacito Apoſtolico, & ſolemnitatibus neceſſarijs deciſ.85.n.3.

HISTORICIS

Plvrimvm deferendum eſt deciſ.25. nu.2. & deciſ.328.n.10.

HOROLOGIVM

Inordinate procedens, non eſt attendendum deciſ.19.num.3.
Horologijs numero pluribus ſtandum ad inſtar Teſtium ibid. n.7.

HYPOTHECA

Competit pro legatis deciſ. 166. num. 3. & deciſ.276.num.2.
Cessante ceſſat Saluianum deciſ.326.n.12.
Continetvr ſub obligatione Camerali deciſ.41. n.4.& deciſ.243.n.2.
Est onus reale, & conſequitur ipſam rem deciſ. 212.num.3.
Exercere poteſt, etiam contra tertium, quando creditor habet omnia bona ſui debitoris hypotecata ibid.n.2.
Et obligatio pro obſeruantia donationis non operatur effectum ſuum, niſi ſequuta acceptatione deciſ.21.n.12.
Et obligatio anterior præfertur poſteriori deciſ. 153.num.12.
Qvod incipiat à die contracti matrimonij, non autè à die promiſſionis dotis eſt opinio Bald. Nouell.& Neguz.deciſ.41.n.1.
Ratio prædictæ opinionis adducta per *Bald.Nouell.* & ſequaces ibid.n.7.
Quod incipiat à die promiſſionis, & Capitulorum matrimonialium ex quibus probetur? ibid.n.8.
Probatur ex authoritate Conſulentium, ibid.n.9.
Item ex tractatibus ibid.num.10.
Item ex Deciſionibus diuerſorum locorum, ibid.n.11.
Denique ex Deciſionibus Rotæ Romanæ, ibid. num.12.
Ratio, qua mouentur authores prædicti, ibid. num.13.
Specialis acquiritur creditori cenſus ſuper fundo cenſito deciſ.398.n.4.
Specialis requiritur, ad hoc vt credens pecuniam in cauſam fabricæ præferatur omnibus aliis creditoribus ibid.n.2.& 3.
Tacita reſultat ex promiſſione dotis deciſ. 40. num.3.

HYPOTECHAE

Reservatio ſuper bonis venditis, donec pretium fuerit ſolutum excludit delegationem, & debiti extinctionem deciſ.54.n.6.

HYDALGOS

Verbum quid ſignificet? deciſ.266.num.8.

I

IDENTITAS

Bonorvm fideicommiſſi probatur ex eo, quod Teſtator poſſederit in eodem loco nec appareat de particularibus acquiſitionibus per hæredes factis deciſ.108.n.4.
Item probatur ex acquiſitionibus factis, nam illæ demonſtrant alia bona non fuiſſe acquiſita deciſ.124.n.12.
Item probatur ex eo, quod quis poſſidet bona in eodem loco, vbi poſſidebat Teſtator deciſ. 173.num.6.
Fallit quando in contrarium docetur de intermedijs acquiſitionibus ibid. n.7.
Bonorvm probatur ex continuata ſucceſſione de vno in alium deciſ.108.n.5.
Item probatur ex Inuentario facto ab hærede de ordine Teſtatoris deciſ.131.n.10.
Item ex Inſtrumento diuiſionis ſequutæ inter filios, & hæredes Teſtatoris deciſ.173. n.3.& deciſ.235.n.10.
Item ex deſcriptione facta per Teſtatorem in eius Teſtamento ibid.n.4.
Item ex Teſtibus, & ex pluribus demonſtrationibus deciſ.261.n.7.
Item ex enunciatiuà facta per Teſtatorem in eius Teſtamento deciſ.267.n.6.& dec.295.n.3.
Item ex libro Aeſtimi, ſiue Cataſtri d.deciſ.295. num.2.
Item ex mentione de illis facta à teſtatore in eius teſtamento ibid.n.3.
In antiquis contentatur leuioribus probationibus deciſ.261.n.8.
Cavsae, ex quibus probetur? deciſ.139.nu.2.& deciſ.207.n.2.
Debet probari concludenter ab eo, qui in illa ſe fundat deciſ.150.num.8.& deciſ.170.nu.14.
Ex quibus regulariter probetur? deciſ.124.n.10. & deciſ.295.n.6.
Familiae non reſultat ex ſolo cognomine, niſi probetur agnatio, & deſcendentia ab eodem ſtipite deciſ.341.n.3.
Pecvniarvm, ex quibus probetur? deciſ. 340. num.4.
Non excluditur ex diuerſitate ſummæ ſi aliqua quantitas fuerit in expenſis conſumpta, ibid. num.6.
Reſultans ex varijs rei circumſtantijs non excluditur ex diuerſitate ſummæ, quia pluralitas non præſumitur ibid.n 7.
Probatvr ex duobus particularibus confinibus deciſ.146.n.4.
Item ex vnico Teſte deciſ.340.num.8.
Rei probatur ex identitate duorum confinium deciſ.207.num.3.
Item præſumptionibus, & coniecturis deciſ. 340.num.5.

Regu-

Index Materiarum.

Regulariter ex quibus probetur? deciſ. 380. numer.3.

Reſultat ex duabus demonſtrationibus, ibidem num.4.

Maximè, quando aliqua ex illis non poteſt verificari in alio corpore ibid.n.5.

Scriptvrae ceſſat ſi reperiatur in manibus perſonæ ſuſpectæ deciſ.351.n.6.

Debet certè, & concludenter probari deciſ.375. num.10.

IDONEVS

Vt quis dicatur ad Parochiales, quas qualitates habere debeat ex diſpoſitione Concilij? deciſ.24.num.12.

IGNORANTIA

Excvsat à dolo, & lata culpa deciſ.324.n.8.

ILLATIO

Non fit ex diuerſis deciſ.168.num.5.

IMMEMORABILIS

Articvlata vniuerſaliter comprehendit omnes deciſ.32.n.7.

Concepta generaliter reſpectu bonorum, comprehendit bona tam acquiſita quam acquirenda ibid.n.8.

Cessat quando aliquid fuit viſum & auditum in contrarium deciſ.52.n.8.

Item quando conſtat de titulo deciſ.211.n.14.

Continet priuilegium principis deciſ.32.n.5.

Et quemcunque titulum de mundo ibid.n.6.& deciſ.118.n.11.& deciſ.262.n.12.

Excludityr ſi aliquid fuerit viſum, vel auditum in contrarium deciſ.104.n.2.

Requiſitum, quod nihil fuerit auditum in contrarium, ceſſat quando Teſtes de eo deponunt ibid.num.3.

Ad immemorabilis probationem tempus litis eſt ſubducendum ibid.n.4.

Item quod Teſtes deponant de viſu per 40. annos ibid.n.5.

Item excluditur ex priuilegio deciſ.110.n.7.

Declara, vt hoc procedat, quando initium deducitur ex ipſis priuilegijs, ſecus verò ſi illa deducantur ad maiorem corroborationem, ibid.nu.8.& deciſ.32. nu.16.& 17. & deciſ.217. num.11.

Habet vim veri & legitimi tituli deciſ.110.numer.3.

Et præſumptionem diſpenſationis, & priuilegij Apoſtolici ibid.n.4.

Poteſt illius vigore allegari melior titulus de mundo ibid.n.5.

Nvnqvam cenſetur excluſa, & ſemper ad eam probandam datur remiſſoria deciſ.32.n.4.

Non probatur à Teſtibus non deponentibus cum requiſitis *gloſſ.in cap.1. de præſcript.in 6.* deciſ.68.num.4.& deciſ.211. nu.16.& deciſ.237. n.9.

Item non probatur quando Teſtes non deponunt de viſu per 40.annos ante motam litem deciſ.217.n.6.& deciſ.237.n.5.

Non cenſetur ſublata ex ſubſequenti lite, quando fuit antecedenter probata deciſion. 104. num.7.

Obtinet vim pacti deciſ.118.num.5.

Probatvr ex Teſtibus deponentibus cum requiſitis *gloſſ.in c.1.de præſcript.* deciſ.193.n.10.

Et vigore illius poteſt allegari melior titulus de mundo ibid.n.10.

Amplia etiamſi verſemur in perſonis ſuſpectis, in quibus cadit præſumptio vſurpationis ibid. num.11.

Qvomodo probari debeat? deciſ.370.nu.1.& deciſ.217.num.4.

Qvomodo probetur? deciſ.110.num.1.

Qvasi poſſeſſio percipiendi Decimas facit ceſſare aſſiſtentiam Iuris, quam habet Parochus pro illarum conſecutione ibid.n.2.

Reqvirit quod Teſtes deponant de viſu per 40. annos deciſ.104.n.5.

Tempvs infinitum continet deciſ.32. n.18.& deciſ.262.n.4.& deciſ.370.n.2.

A quo ſi dematur aliquod tempus ſemper remanet infinitum deciſ. 32. num. 19. & deciſ.110. num.9.

IMMISSIO

Competit filijs in bonis Matris ex interdicto quorum bonorum deciſ.46.n.11.

Fideicommiſſario ſuper bonis ſubrogatis pro fideicommiſſo, prout ſuper iiſdem bonis fideicommiſſarijs deciſ.143.n.10.

Datvr fideicommiſſario conſtito de requiſitis neceſſarijs deciſ.108. n.1.& deciſ.162. nu.11.& deciſ.181.n.6.& deciſ.269.n.1.

Et tam ex remedio l.final.quam ex Saluiano deciſ.108.n.2.& deciſ.131.n.11.

Item datur purificata conditione ſuæ vocationis ibid.n.1.

Item conſtito de exiſtentia fideicommiſſi, de illius purificatione,& identitate bonorum ibid. num.11.& deciſ.229. nu.1.& deciſ.257.nu.20. & deciſ.295.n.7.

Et tam in caſum purificationis fideicommiſſi, quam alienationis bonorum factæ contra prohibitionem Teſtatoris deciſ.131.n.12.

Item datur ſuper bonis ſubrogatis in locum bonorum alienatorum, prout daretur ſuper ipſis bonis alienatis deciſ.267.n.7.

Datvr Inueſtito vigore Inſtrumenti Inueſtituræ ad inſtar l.final. C.de Edict. Diu. Adr. tollend. deciſ.385.n.4.

Item datur gratiosè ſubrogato, conſtito de reſeruatione, Clericatu, & obitu Beneficiati in poſſeſſione deciſ.274.n.1.

Et ex quibus Clericatus, & obitus in poſſeſſione probentur? ibid.n.2.3.& 4.

Non datur fideicommiſſario ſuper bonis proprijs hæredis deciſ.240.n.1.

Item nec datur etiam pro indiuiſo, quando hæredi competunt detractiones conſiſtentes in quantitate ibid.n.4.& deciſ.283.n.1.

Et redditur ratio, quia poteſt eſſe quod illæ abſorbeant totum fideicommiſſum d.deciſ.240. n.4.& deciſ.283.n.2.

Non datur vigore crediti illiquidi deciſ. 124. num.9.

Non retardatur legatario prætextu dementiæ Teſtatoris, ſi huiuſmodi exceptio ſit turbida deciſ.166.n.18.

Item nec retardatur fideicommiſſario prætextu detractionum, ſi illæ ſunt turbidæ,& illiquidæ deciſ.167.n.6.

Item nec retardatur ob detractiones conſiſten-

tes

tès in quota, ſed illa conceditur pro indiuiſo deciſ.269. num.16.

Secvs, quando in quantitate conſiſtunt tunc enim impediunt quominus, fidei commiſſario detur immiſſio ibid.num.17.

Pro indiuiſo, quando ſuſtineatur? deciſ. 112. num.7.

Non datur fideicommiſſario, ſi detractiones competentes conſiſtent in quantitate dec.283 num.3.

Secvs verò ſi in quota conſiſtunt deciſ.269. numer.16.

Petita vigore Inueſtituræ, gaudet iiſdem priuilegiis, quibus gaudet Immiſſio ex teſtamento deciſ.62num.2.

IMPEDIMENTA

Praesvmvntvr procurata ab eo, de cuius intereſſe agitur deciſ.49.num.5. & deciſ.130.n.15 & deciſ.177.num.4.

IMPEDIMENTVM

Non habetur in conſideratione, quando illud remoueri potuit, nec fuerunt adhibitæ diligentiæ deciſ.172.num.2.

Proveniens ex facto aduerſarij, excuſat dec.54. num.12.

Praestans, ne citetur, tunc citatio in eius odiũ habetur pro executa deciſ.130.num.16. & deciſ.177.num.3.

Qvando poteſt remoueri, tunc impedito currit tempus deciſ.103.num.5.

IMPEDITO.

Cvrrit tempus, quando ipſe poteſt impedimentum remouere deciſ.273.num.5.

IMPETRANS

Tenetvr iuſtificare narrata deciſ. 263.num.5.

IMPLEMENTVM

Vide in verbo *Adimplementum*.

IMPVGNARE

Non poteſt actum, qui citatus illi præſens fuit, & tacuit deciſ.278.num.10.

Impvgnans diſpoſitionem, ſi ſuper impugnatione obtineat non poteſt ea iuuari deciſ.335. num.15.

INCOLA

Dicitvr qui per multum tempus habitauit in aliquo loco ibique ſtabilia poſſidet deciſ.264. num.1.

INCOMPATIBILITAS

Gratiae declarat defectum intentionis deciſ.76. num.13.

Plvrivm beneficiorum, & præbendarum non obſtat in aſſecutione, ſed tantum in retentione ibid.num.14. & deciſ.324.num.6.

Incompatibile beneficium poſſidenti non competit regreſſus ibid.num.5.

INDEBITVM

Etiam executiuè exactum non poteſt repeti niſi via ordinaria deciſ.359.num.1.

INDEMNITATIS

Promissio continet non ſolum ſolutionem ſortis, & fructuum, ſed etiam damnorum, & intereſſe deciſ.152.num.1.

INDVLTVM

Apostolicvm conceſſum Regi Catholico in Regnis Hiſpaniarum non compræhendit Principatum Cathaloniæ deciſ.7.num.1.& ſeqq.

Concessvm penſionario de retinendo penſionẽ etiam per contractum matrimonii cum Vidua impedit incurſum bigamiæ deciſ. 393. num.1.

Interpretationem & declarationem recipit ab obſeruantia deciſ.7.num.6.

Reportatvm contra titularem ſuffragatur etiam contra fideiuſſorem, & obligatum vti principalem deciſ.395.num.2.

Svffragari non poteſt in iis, in quibus reſiſtit voluntas concedentis deciſ.282.num.10.

Clauſula in Indulto Appoſita *Dum modo contenta ſint licita, & honeſta & decretis S.Concilij Tridentini minimè contraria*, quid operetur? ibid. num.8.

INFIRMITAS

Est iuſta cauſa diſcedendi è loco conuento contra formam pacti deciſ.9.num.5.

Et tunc ſtatur relationi medicorum ibid. nu.6.

INHIBITIO

Execvta poſt captam poſſeſſionem, nihil operatur, nec cauſat attentata deciſion. 14. numer.13.

Et ſententia obtenta poſt aliam præcedentem inhibitionem eſt attentata deciſ.364. num.9.

Non arctat, niſi in cauſa, de qua loquitur commiſſio deciſ.84.num.3.

Non extenditur ad cauſas in commiſſione non contentas ibid.num.4.

Praefectvs Signaturæ ſi declarauit inhibitionem non afficere, tunc talis inhibitio non cauſat attentata deciſ.281.num.4.

Respicit futura non autem præterita, nec retrotrahitur deciſ.364.num.8.

Regvlatvr à commiſione deciſ.84.num.2.

Rotalis ſiue iuſta ſiuè iniuſta ſemper eſt timenda deciſ.117. num.5. & deciſ.158. num.2. deciſ.207.num.6. & deciſ.218. n.4. & deciſ.224. num.2. & deciſ.249.num.7.

Præſertim ſi inhibitio fuerit obtenta in curia deciſ.249.num.8.

Amplia ſiue præſentata fuerit parti ſiue Iudici ibid. num.9.

Et ratio eſt, quia alias ſub prætextu iniuſtitiæ aperiretur viæ Iudicibus Inferioribus cognoſcẽdi de viribus Inhibitionis Rotalis dec.207. num.7. & deciſ.224.num.4.

Declara concluſionem non procedere in cauſa diuerſa, ſed in eadem cauſa pro qua emanauit deciſ.209.num.2.

Non admittit cognitionem, vel declarationem alterius Iudicis deciſ.218.num.5. & deciſ.224. num.5.

INIVSTITIA

Sententiae in vno capite non influit in totam ſententiam, quando lata fuit per capita ſeparata deciſ.1.num.7.

Etiam notoria impedit effectum rei iudicatæ deciſ.134.num.2.

Et ſufficit pro obtinenda reſtitutione in integrum deciſ.123.num.1.

IVSTITIA

Sententiae probatur ex reuolutione actorum, & deciſionibus rotalibus deciſ.34.num.1.

INOBEDIENTIA

Et contumacia probatur eo ipſo, quod reprodu-

ductis Executorialibus non docetur de paritione deciſ.49.num.2.

Item probatur ex proteſtationibus, & actibus poſitiuis in contrarium ibid. num.3.

Est magis damnabilis in perſona Eccleſiaſtica, quam ſeculari deciſ.49.num.8.

IN INCORPORALIBVS

Cessio idem operatur ac ipſa traditio deciſ.20. num.10.

INSCRIPTIONIS

Antiqvas in marmore inſculptæ plurimū operantur deciſ.201.num.3.

INSINVATIO

Facta poſt reuocatam donationem non ſuffragatur deciſ.161.num.16.

Praesvmitvr ſtante lapſu 30. annorum & obſeruantia deciſ.202.num.2.

Potest fieri ex interuallo, & extrinſecus ab Inſtrumento ibid.num.3.

INSTANTIA

Caepta per defunctum continuatur in eius hæredem deciſ.48.num.5.

INSTITVENDI

Et deſtituendi facultas quomodo, & ex quibus probetur? deciſ.25.num.3.

Facvltas ſpectat ad Epiſcopum de Iure dec. 42. num.6.

Ivs ad, quem ſpectat deſumitur ex vltimo ſtatu deciſ.25.num.4.

INSTITVTIO IN BENEFICIIS

Ad beneficium non comparente contradictore eſt decretum merè interlocutorium, nec habet vim diffinitiuæ deciſ.126.num.7.

Secus ſi comparuerit contradictor, & formetur ſuper ea proceſſus ibid.num.5.

Ad beneficium Iuſpatronatus debetur ei, qui docet de requiſitis neceſſarijs deciſ.144.nu.1. & deciſ.297.num.1. & deciſ.320.num.10.

Item debetur ei qui docet de illius exiſtentia de vacatione, & preſentatione ad ſui fauorem, & de propria habilitate deciſ.192. num.1.

Debita eſt præſentato à maiori parte patronorū deciſ.85.num.2. & deciſ.106.num.2. & deciſ.234.num 1. & deciſ.300. num.1. & deciſ.313. num.1.

Item ei, qui docet de Clericatu, vacatione beneficij, de exiſtentia Iuriſpatronatus & pertinentia ad fauorem eorum, qui ipſum præſentarunt deciſ.106.num.1. & deciſ.342.n.2.

Item ei, qui eſt vocatus, & habet qualitates requiſitas deciſ.102.num.10. & deciſ.297. nu.3.

Item debetur præſentato ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi deciſ. 234. num. 8. & & deciſ.320.num.2.

Item debetur præſentato, & conceſſa venit confirmanda, ſi doceat de requiſitis neceſſarijs deciſ.279.num.1.

Vt debeatur præſentato ſufficit probare, quod preſentatus deſcendat ab exiſtēte in quaſi poſſeſſione præſentandi deciſ.106.num.12.

Facta ab ordinario, quando eſt nulla poteſt idē ordinarius alium inſtituere, & inſtitutum deſtituere deciſ.279.num.10.

Et talis inſtitutio nulla; non habetur in conſideratione, perinde ac ſi facta non fuiſſet deciſ.279.num.12. & deciſ.342.num.3. & 10.

Non eſt neceſſe, quod fiat ab ordinario intra quadrimeſtre ſequutæ preſentationis dec.244 num.11.

Et ratio eſt, quia alias eſſet in poteſtate ordinarij eludere præſentationes patronorum deciſ.144.num.11.

